Scanned with CamScanner

Digitized by Google

Digitized by Google

Enstat 2 — 1 —

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

DE EVCHARISTIAE, ET SACRAMENTO LIBRI TRES.

Ex Sacra Scriptura, Sanctis Patribus, & Sanctorum Conciliorum decretis collecti.

Tertia quoque ad priores duas accessione aucti, & ab innumeris mendis ad eorum exemplaria, quæ Romæ excusa sunt, emendati.

Adiecta est Appendix de Sacrificio.

FELICIANI ARTESELANI EPISCOPI PAR-THENIENSIS

Quatuor Sectarum, Arianorum, Macedonianorum, Nestorianorum, & Eutychianorum, quæ Ecclesiam Dei hodie vexant, Confutatio.

Cum Indice Capitum, Sententiarum, & Rerum memorabilium.

Authore EDMUNDO ALBIUS Presbytero, qui Parisiis sacræ Conciliorum Lectionis Lector est Regius.

PARISIIS,

Apud FRANCISCUM COLLINIUM, Typograph. Regium. 1582. Cum Privilegio.

Sereniſſimo, Celſiſſimo & Potentiſſimo Principi, Domino

FRIDERICO GUILHELMO,

SACRI

Romani Imperij Electori; & ſummo Camerario, Brandeburgi Marchioni;

Pruſſiæ, Cliviæ, Juliaci, Montium, Pomeraniæ, Magdeburgi, &c. Duci; Halberſtati, Camini, &c. Principi; Marcæ Comiti, Norimbergæ Burgravio, &c. Domino meo Clementiſſimo.

Sereniſſime Domine,

INDEFESSO mentis pervigilis ſtudio, & immenſo ac verè Herculeo annorum plurium labore, in perpetuum piorum omnium vſum, à forti Chriſti, dum vita corporis ſupereſſet, pugile elucubratum opus; ejuſdem ad bravium anhelantis ſupremis mandatis obſecutus, & deſolatę poſt acerbum ejus funus familię vices obiens, Auguſtę Majeſtati proximè Celſitudini tuę offero. Qui de adultorum *ſecundum carnem filiorum* ſtatu illo ipſo momento ſecurior viſus erat, quo mundo occidens, *in luminis regnum*, novum jubar cum Chriſto effulſurum, transferendus fuit, pupillo huic *ſecundum ſpiritum* genito, cui immoriens lucem vitamque dedit, te Maxime Princeps inter omnes in poteſtate conſtitutos, & Dominicę plebis *nutritios*, tutorem ac patronum optavit. Te nunc ſupera ad convexa feliciter evectus, æternum, Deo favente, victuri cariſſimi ſui Benoni, cui ſe totum profundens, obdormijt, vnicum ſuſceptorem appellat. Te, inquam, cujus cultum ultima per terras veſtigia figens, intimo ex affectu ſpiravit; in te præter ſpeciem illam imperio dignam, ex quâ contuentes omnes alliciente, heroici ſpiritus gratius emicant, ſincera pietate incoctum, totumque pacis religioſę cœlitus accenſo zelo flagrans pectus veneratus. Qui enim *fraternas acies, & pila minantia pilis (Dei ſervos rixis deditos* eſſe nequaquam debere memor) in Chriſti familia Majorum exemplo ſemper exhorruiſti; fundandę orbis quieti, te, tuaque non ſine Europę vniverſę ad inauditę caritatis miraculum ſtupentis, plauſu impendens, & publicè inter diſſidentia regna concordię fibula factus, Germanię tuæ quam feralis incendij tricennalis rabies indeſinenter depaverat, perenne

Digitized by Google

renne ſolatium ac delicium audire meruiſti. Ea, dum tanti beneficij ſenſu afficitur, in præcelſi nominis tui laudes erumpente; *vivet extento* Fridericus *ævo*, *notus in fratres animi paterni*; *vivet & penna metuente ſolvi, fama ſuperſtes.* Accedet ad cumulum vniverſorum *veritatis, quæ ſecundum veritatem eſt*, ſtudioſorum conſona voce editum præconium; vbi ad meliorem vitam tranſlati parentis, tutelę tuæ commiſſo fœtui amicum ſinum pandere, paterno præſidio deſtitutum fovere, ejuſque imò religionis, cui militat cauſa, ſuſceptionis patrem agere non dedignaberis. Hunc igitur, & vniverſam in eo committentis familiam æquis oculis aſpice; pro genibus advoluto, divinę gloriæ ſervire nato, & publicum experiri geſtienti, ſuſtentatricem manum porrige, quamque obnixè rogat opem, in votorum tuorum rem verte, vt cum Viſtulę, Viadri, Albis Rhenique accolis, ditioni tuæ quacunque ſol oriens & cadens Germanicum ſolum luſtrat, ſubditis, qui te carum Deo caput, velut parentem communem ſuſpiciunt, *oris ſui ſpiritum* æſtimant, Principatui tuo æternitatem, ſibimet hoc ipſo felicitatem quanta quanta mortalibus obvenire poteſt, vnanimes precantur, cœlum tua cauſa votis fatigent, quæcunque caris reſervat, eliciant, tibi & reipublicę orbitatem tuam infortunium ſuum reputanti, felices natos quotquot filiorum loco habes, quantocyus impetrent. Faxit Opt. Max. *miſerationum Pater*, ut Heroina Sereniſſima, nobilis ex oſtro imbuto Arauſicanorum Naſſoviorum palmite enata gemma, Deo gratiſſima, tibi dilectiſſima *uxor*, quæ poſt fruſtratam toties fœcunditatis ſpem, præmiſſoſque ad Dominum, quos ediderat partus, continuò eorum deſiderio marcens, ſolum triſti calamitatis ſubinde adorientis recurſu exoſum averſata, & in cœlum cum pignoribus quodammòdo tranſlata, vitalem inter mortales vitam ducere deſiit; *ſicut vitis abundet in lateribus domus tuæ*, *filij* ejus vtero feliciter fundendi, *ſicut plantaria olearum menſam tuam* coronę inſtar *circumſtent*, filios denique filiorum, qui ſuper titulos & avitæ laudis honores ordine ſcandant, novumque canis tuis redivivæ juventę florem adſpergant, complexurus; pacem jugem ſuper Iſrael Dei, in Domino exultabundus videas. *Gratiam & veritatem cuſtodes* fidos tibi tuiſque apponet ad *implenda ſuorum deſideria* nunquam non pronus Omnipotens, cui pro te *votum immortale ſacravit*

Sereniſſimæ Celſitudinis tuæ cultor devotiſſimus.
Servulus humilimus, David Blondellus.

Amſtelodami A.D. 1654. Pridiè Cal. Febr.

REVEREN-

Digitized by Google

REVERENDIS DEI SERVIS

ECCLESIARUM

ET

Academiarum per Germanias, Gallias, Britannias, Sarmatiam, Hungariam, Daciam &c. divina miseratione à Pontificia communione sejunctarum, Pastoribus & Doctoribus, Dominis & Fratribus honorandis, gratiam & pacem

David *Blondellus.*

QUOD humanæ suapte naturâ caligantis infirmitatis misertus Opt. Max *Luminum Pater* bene vertere dignetur; universis & singulis vobis *in vinea* Dominica *laborantibus*, ut *bonum Christi odorem* spirans arrideat, & communi piorum omnium ædificationi inserviat; conservi vestri, Collegæ nuper carissimi, curæ meæ ab ipsomet commendatum, & communicatis mecum (in Domino gloriari licet) Consilijs elucubratum pro Ecclesiarum causa; molis magnæ, sed pretij longè majoris, volumen publici juris facio. Anno circiter 1595. Durocortori Catalaunorum materno utero fusus, & Deo à cunis dicatus author, tanto literarium stadium ardore percurrerat, ut anno 1618. ineunte à Synodo, quę Carentone ad Matronę & Sequanę confluentes, convenerat, fraternitati Autrici Carnutum degenti pastor datus sit. Jacobi Davij Cardinalis Perronij editis tunc temporis operibus, triumphabunda in Gallia nostra pars Pontificia exultabat; jamque lætum Pæana canere exorsa damnatos ab universo veterum Concilio Protestantes, assertumque ab ipsis Apostolorum temporibus, *Transubstantiationis* dogma præfidenter inclamabat. Illatam venerandę antiquitati injuriam ulciscī certus, cum emerito, cui neminem occursurum sperabant adversarij, congredi optimę causę fiducia tiro noster ausus, gratulantibus nostris, stupentibus Pontificiæ par-

Digitized by Google

ciæ partis hominibus, opima ſpolia retulit, & Auguſtinum quem obtorto collo in partes trahere conabatur Perronius, abducenti fortiter extorſit, vindicatumque in Dei caſtra feliciter reduxit. Hoc inſigni virtutis ſpecimine dato, & tirocinio, ut ſic dicam, poſito, de Patrum vniverſorum cauſa aſſerenda ſeriò cogitans, *antiquæ Eccleſiæ Euchariſtiam* nobis accuratiore ſtudio repræſentavit, & Autrico Lutetiam anno 1631. deſinente, a Synodo tranſlatus, in lucem 1633. protulit. Cum adverſariorum toto excedere campo coactorum ora compreſſiſſet, exterorumque qui Galliam noſtram frequentabant, & ſolos Francici idiomatis gnaros tanti moliminis fructum manere indignabantur, querelis excitatus, novum opus de veteri condere, & communi literatorum lingua loqui ſtatuit. In retexendo igitur penſo priſtino totus, poſtremas curas cum ſeveriori ſenilis judicij cenſura adhibuit; edita vniverſa, inedita plurima priſcæ Eccleſiæ monumenta oculo irretorto luſtravit; qui prius in annum 600. deſinens ævi ſequioris homines neglexiſſe videbatur, inſtitutæ diſputationis filum ad ſeculi decimi, quod *ferreum*, *plumbeum*, denſa caligine obſitum, *monſtris* dehoneſtatum, eoque ipſo quod *in navicula* ſpiritu procellæ jactata, *Dominus ſopitus jacere* videretur, *infeliciſſimum* fuiſſe Baronius Cardinalis deplorat, * veſtibulum perduxit, de *mendacij*, antiquitatis ſpecie fallentis, rugaſque ac canos improbè ſimulantis *poſteritate*, adverſus quoſcunque ejus patronos præſcribens. Ad plenam Proteſtantium victoriam, & internecinam contra ſtantium cladem ſatis eſſe, videri non ſine cauſa potuiſſet, quod illæ ipſæ veterum phalanges, quæ ſub infeſtis *Tranſſubſtantiatorum* ſignis obſtantia quæcunque protrituræ procedere prima fronte videbantur, ſocias iis, quos oppugnaturæ credebantur, dextras porrigerent; Dominicam aciem ex Ægypto ſpirituali erumpentem, *igneæ columnæ* inſtar ex alto præmunirent, eoſque qui pro derelictis habebantur, denſa, *teſtium* vndequaque accurrentium, *nube ad Chriſtum fidei conſummatorem* perducturæ circumfunderent. Sed quia Chriſtianiſmum, non quod alij ante profeſſi ſint, ſed quod præ oculis ſanctæ profeſſionis normam priorum exemplo habeamus, profitemur; ne ſolis humanis, eoque errori obnoxiis teſtimoniis freti videremur; indeflexibilem divinæ auctoritatis regulam, vniverſę *de Patrum traditione* diſputationi ſtrenuus Chriſti miles præfixit, & conglobatos hinc inde adverſariorum manipulos, ceu Cadmęos fratres in mutuam perniciem ruentes, dum ſibi quiſque perit, ut Chriſto vincat, inter ſe tam feliciter, quam ſolerter commiſit. Attexto denique ad totius operis calcem Hiſtorico commonitorio, quid per ſingulas ætates inclinanti ad impuritatem Chriſtianorum profeſſioni rubiginis accreverit, ſedulò annotavit, nec ullum ante Tridentinum Oecumenici titulum affectans Concilium verbis expreſſis *Tranſſubſtantiationem* inter Catholicę fidei dogmata repoſuiſſe manifeſtiſſimè

* *ad annũ 900. ab initio.*

evicit

Digitized by Google

evicit. Tam diuturno labore exantlato id vnum ad votorum ſummam deeſſe videbatur, ut quod publico paraverat, in apertam hominum lucem prodiret. Jam ſacrum depoſitum fidei meę creditum, DAVENTRIENSI prælo ſubdi cœperat; ſimulac ſumma poſt diutinum curſum manu, metam tangere Dei ſervus viſus eſt; ad cœleſtem coronam ante ſenium derepentè vocatus, anno Chriſti 1652. vitę plus minus 57. Eccleſiaſticę functionis 34. exeunte, maligna (utpotè quę lethalem ſoporem ſtatim invexerat) febre correptus decubuit; nec multò poſt tanta vi morbi oppreſſus eſt, ut vix in corpore præmortuo tenuis, jamque deficienti proximus cum noxiis incendij deſævientis reliquiis halitus ſupereſſet. Viciniam non latuit extrema hæc calamitas, quę pij viri ſpirans adhuc ſpolium, cujuſvis illudere parati injurię exponebat. Lamentabili iſta occaſione infeliciter vſus, præfervidi, ſed tumultuoſi zeli vir, Joannes Jacobus Ollerius, Baſilicæ S. Sulpitij in Suburbio Pariſienſi Curatus, & Sodalitatis quæ *de propaganda fide* dicitur primipilus, pellecto in partes Melchiore Fraccineo † Belſolio, ſuburbij *Ballivo* ſeu Judice ordinario, tertio Nonas Apriles feria quarta, paulò poſt horam a meridie nonam, ſupremum agonem decertantem adoriri ſtatuit. Ad vim comparata 40. circiter capitum è promiſcuo vulgo turba, pars ſclopetis, pars gladiis, haſtilibus, contis, prout ſe ad manum injurię inſtrumenta obtulerant, armata, pone ſequebatur. Ubi pro foribus omnes conſtitêre, vnus pro reliquis deſtinato conſilio obmutescentibus, adventus ſignum dedit, & medici cujus opera & conſilio æger vſus fuerat, vocem ne excluderetur, ſimulavit: data porta confeſtim globus vniverſorum irruit, ægroti, quem Sacerdotes Pontificios priſtinæ profeſſionis abjurationem meditantis ſolemnia verba excepturos optaſſe, & circumſtantium minas, ſi ad Romana caſtra tranſiret, intentantium metu, velut compeditum retineri vociferabantur, thalamo irrumpere & infeſtas animam agenti manus, familiaribus omnibus abactis injicere avidi. Peregre paulò ante advenerat languentis major natu filius, qui ſcalam certatim invadentes ut ad cœnaculum ſuperius contenderent, ſiſtere fruſtrà conatus eſt: ne vi rem gererent, effractiſque valuis contra hiſcere auſos, malè mulctarent. Hac tandem conditione Ollerius & Belſolius factionis capita admiſſi ſunt, ut ſoli moribundum, quid animus ferret, placidè rogarent; reliqui Bacchantes eventum exſpectarent. Eorum frendentium & dira ſpirantium tumultuoſis clamoribus, velut claſſico excitatus, qui totam diem ſine ſenſu ac motu cum paroxiſmo luctans, tranſegerat; oculos ante compreſſos, jamque in morte natantes aperit, & nova cœlitus accenſa luce radiantes, ſententiam de religione rogaturis, indignabundus obvertit: quin imò ſolutis qui ſenſus univerſos, linguamque impediverant nexibus, ſonora diſtinctaque qualis ante morbum fuerat, vocè importuna interrogantium blandimenta

† Beauſoleil,

dimenta repellens, *se per Dei gratiam in ea, quam tota vita defenderat, professione perseveraturum*, piè & generosè protestatus est: nec mora tanquam divina virgula præter spem perculsi, qui tentaturi advenerant, conticuêre & retro ad suos, quos exinde, quantumvis reluctantes eduxêre, pedem retulerunt. Postquam domum reversis Ollerio & Belsolio, incomposita illa colluvies, quæ fores prædæ inhians obsederat, absolutè sibi permissa est; ægro vim à familiaribus inferri, Ollerium injuria excluſum, armata manu comprimendam excludere ausorum proterviam denuo quiritari cœpit; impetuque facto domum oppugnasset, nî viri nobiles & Hipparchi circumfrementibus noti * Vallius & Delcampius, ille Protestans, hic Pontificiarum partium, è proximo insanis Seditiosorum clamoribus exciti, præsentia sua & gravibus monitis, turbida furentium machinamenta sufflaminassent, & singulis ut domum se quisque suam reciperet, persuasissent. Quid non suadet ardentius amantium desiderium? quotquot ex nostris redivivum in corpore jamjam efferendo vigorem mirati, sibimet gratulabantur; humana paulo post omnia tenui filo pendere præter opinionem experti, spes longas redeunte statim paroxismo, inchoare vetiti sunt: quandoquidem ille ipse sopor qui functiones omnes animalis vitæ prius inhibuerat; eas post præclaram fidei confessionem penitus extinxit; sensimque bidui spatio quicquid vitale supererat, absumsit. Sic tandem Nonarum Aprilium fine appetente circa decimam, à meridie, feriæ sextæ horam ad *Patrem Spirituum* migrans, placido fine quievit.

* *de Vaux Delcampo.*

In luculento ejus, quod vobis offerimus opere, duraturum, sanctarum pro Dominica caula vigiliarum, ab ipsomet sine cujusquam invidia excitatum monumentum; in supremo agone glorioſum totius ante actæ vitæ coronamentum habetis, ô boni; prout Christo vixerat, sacrosanctæ militiæ à teneris addictus; fidei, quam jamdudum dederat, solemne sacramentum renovans, in eo obdormijt: vobis universis ac singulis pretioſi laboris fructum carpendum reliquit: paratum à Christo ipsomet redemtæ familiæ *pulmentum*, temere ingestis, quàs *ex agro*, suo aliorumque malo detulerant, *silvestris vineæ colocynthis* rerum imperiti varij varie corruperant; repoſita Euangelica simila, ne quis deinceps *mortem in* Dominicis *vasis esse*, jure conqueri posset, *prudens ac fidelis* vitalis edulij *dispensator*, Deo cœlitus aspirante, effecit. Antiquitatis quæ sub priorum decem Christianismi seculorum periodo claruit, fama purgata; eam cum Euangelio, Apostolis, Euangelicis hodiernis consona scripsisse & sensisse ad oculum demonstravit; Protestantes universos ab omni novitatis suspicione liberavit; Pontificios Patrum quorum phrasibus nonnunquam abutuntur, desertores, novique & à fide Catholica alieni dogmatis propugnatores esse probavit. *Transsubstantiationis* vocabulum, quo primum post annum 1100. Stephanus Æduenſis

Digitized by Google

enſis Epiſcopus vſus eſt, in Eccleſia ferri vtcunque potuiſſet; cum elementa in ſacra menſa Chriſti juſſu diſtributa, ſupra communem naturæ ſuæ ſortem, dum *alimenta refectionis* in *Sacramenta religionis* tranſeunt, efferri; eoque ipſo quodam modo *tranſſubſtantiari* conſtet: ſed ea poſt Evangelicorum verborum pronuntiationem ita mutari, vt eorum forma & materia abſolutè deſinente, *nihil prorſus* ſuperſit, eoque verè *in nihilum* abeant, nec tamen *annihilentur*; tam veteri Eccleſiæ ignotum & à *Tranſſubſtantiandi* voce per ſe alienum, quam falſum & contradictorium eſt. Nec in Patrum vocabulis μεταποιῶν, μεταστοιχειῶν, μεταστοιχειώσαι, μεταρρυθμίζειν, *vertere, mutare, convertere, commutare* novello errori præſidij quicquam; quandoquidem ex priſcæ Eccleſiæ mente, Baptiſmo in quo nullam realem ſubſtantiæ converſionem dari fatentur *Tranſſubſtantiatores*, aptari conſueverunt, quæque in euchariſtia fidelibus traduntur, ita *in* [a] *aliud commutantur*, ut ſint quæ erant; *in* [b] *priore eſſentia figura & ſpecie maneant*; *ab* [c] *ea non abſcedant*; ſint [d] ut ante *inanima & inſenſibilia*; verus *panis* [e] *quod oculi renuntiant*; verum in poculo *vitis genimen* inebriare aptum; alimenta *quibus* [f] *carnes noſtræ nutriantur & augeantur*; quæque [g] *ſecundum id, quod in eis eſt materiale, in ſeceſſum ejiciantur*: fiant tamen, & ſint corpus ac ſanguis Chriſti, *non* [h] *propriè*, ſed *quodam* [i] *modo*; ut [k] *figura*, [l] *imago*, [m] *antitypon*, [n] *Symbolum*, [o] *typus*, [p] *ſignum*, [q] *pignus*, [r] *corpus typicum & ſymbolicum* habeantur; adeo ut, quemadmodum Chriſtus Auguſtino teſte in Euchariſtiæ inſtitutione *dedit* [s] *ſignum corporis ſui*; in eadem fideles *pro* [t] *infante* in preſepi à Magis adorato, *panem* habeant *ab infante benedictum*.

a *Ambroſ.*
b *Theodoret.*
c *Epiphaem.*
d *Epiphan.*
e *Auguſtin.*
f *Iuſtin.*
g *Origin.*
h *Facundus.*
i *Auguſtin.*
k *Tertul.*
l *Euſeb.*
m *Euſtate.*
n *Theodoret.*
o *Cyril.*
p *Auguſtin.*
q *Pelag.*
r *Oregin.*
ſ *Auguſt.*
t *Proclus.*

Fruſtrà etiam adverſus vnanimen Patrum ſententiam, rerum in Euchariſtia diſtributarum converſio ſubſtantialis vrgetur, cujus nec ratio dari, nec vſus aſſignari poſſit; quandoquidem nec *productiva* erit, cujus terminus ad quem ante exiſtit; quod enim eſt, produci nequaquam poteſt: nec *adductiva* dicenda erit quandoquidem, quod adducitur non ſecundum ſe mutatur, ſed locum duntaxat mutat: nec (quod recentioribus placuit) *conſtitutiva* aut *conſervativa* dici merebitur; quandoquidem quicquid alicubi *conſtituitur* aut *conſervatur*, ibidem ante vel *productum* vel *adductum* ſit, oportet: nec denique converſionis ratio vllo miraculo quod in Euchariſtia nullum eſt, imputabitur; quandoquidem Auguſtino authore, baptiſmus & Euchariſtia *honorem habere, tanquam religioſa poſſunt*; *Stuporem tanquam mira non poſſunt*.

Quiſquis audito *manducandi* corporis Dominici mandato, *dentes ac ventrem parandos* putat; ut corpus illud os manducantis in ventriculum ejus exinde trajiciendum, realiter introeat; *reique veritate ſenſualiter frangatur, & dentibus atteratur*; opinionem à ſe *Tranſſubſtantiatorum* ipſorummet judicio incommodam, inutilem, impoſſibilem induci meminerit; cum ex eorum ſententia corpus Chriſti ſub ſpeciebus latens

Digitized by Google

latens, nec *agere*, nec *pati*, nec *tangere*, nec *tangi* à quoquam poſſit. Quem amabo, introducti in os & interanea, corporis Dominici fructum cœperint, quod ſenſu imo intellectu creato nullo percipi poſſe, nihil vſpiam influere contendunt? Sententia eadem tanquam *flagitioſa* eum Auguſtini abſterrebit auctoritas, *ſi*, inquit, *flagitium aut facinus videtur jubere* [locutio,] *aut utilitatem aut beneficentiam vetare, figurata eſt.* Niſi manducaveritis, *inquit*, carnem filij hominis, & ſanguinem biberitis, non habebitis vitam in vobis: *facinus vel flagitium videtur jubere. Figura ergò eſt præcipiens paſſioni Domini eſſe communicandum, & ſuaviter atque utiliter in memoria recondendum, quod caro ejus pro nobis crucifixa & vulnerata ſit.*

Ne verò ex eo quod in Euchariſtiæ celebratione *Chriſti mortem annunciantes*, id ipſum, quod cauſa noſtra pertulit, ita repræſentare videntur, ut Cypriano teſte, *quod agunt Chriſti paſsio* quodam modo *ſit*; in Euchariſtia Sacrificium *propitiatorium* propriè offerri quiſquam colligat, vetabit Chryſoſtomus; in ea nos, non immolationem realem, ſed immolationis *ἀνάμνησιν* habere monens: vetabit Fulgentius, qui nullum aliud in Eccleſia *ſacrificium*, quam vilium natura ſua *panis & vini* ſpecierum celebrari, diſertè monet; nec aliud ipſe Miſſæ Romanę canon uſque nunc exigit, qui vbi *ſacrificium laudis* non ſemel nuncupat, *propitiatorium* velut ex profeſſo negat; quodque *pro redemptione animarum* offerri jubet; non pro obtinenda, quod verè ac propriè expiantis eſſet, ſed pro jam parta quod gratias agentibus competit, celebrari jubet.

Cum igitur illa ipſa, quæ de ſacramentorum natura, integritate, vſu, ab Apoſtolis inſtituta docuit antiquitas vno, vt ſic dicam, ore, Proteſtantes vniverſi confiteantur; tamque manifeſtum maneat, nihil eſſe, quod eos Patrum meritò pudere debeat; quam certò conſtat, eos Patribus, ſi ad nos redituri, reviviſcerent, pudori eſſe nequaquam debere; quid aliud, ab ipſis vltra præſtandum reſtat, quam vt concordes & vnanimes cauſam communem, ad mutua auxilia parati, fortiter agant, nec ſe in partes trahi, aut ab invicem propter minutiora quædam divelli patiantur? Qui *oralem* vllam corporis Dominici *manducationem* dari negantes ferre non poſſunt, ex ſua ipſorum ſententia manducationem illam, nec ad ſalutem abſolutè neceſſariam, nec per ſe ſalutarem, ſed ſæpenumero exitioſam eſſe, ſi vel ad momentum meminiſſe dignentur. Annon eos pudeat pigeatque de re qua fideles ſine ſalutis jactura carere poſſe, non infitiantur, cum quoquam cætera neceſſaria admittente digladiari? quique de modo, quo Chriſti corpus participaturis præſens fiat, anxiè diſputant, dum *modum* illum hoc vno fine *Majeſtatis* vocant, vt humanum captum ſuperare inſinuent; cur modum illum cui enarrando impares ſeſe profitentur negare viſis, diras imprecari, eoſque procul faceſsere jubere, quam bene precari, amicamque ſublevandis & reconciliandis

ized by Google

dis iisdem manum protendere malint? Atqui vniversi veteris Ecclesiæ Symbolis ex æquo subscribunt; quæque Patres Catholicæ professionis tesseram reputabant, vtrimque offerunt, dumque offerunt, vel reale nullum vel de re levicula ac ferè nihili, dissidium esse, evincunt. Quid nî igitur se mutuo ferre parati, & disentientium miserti, benigna interpretatione eorum, quæ non probant, duriora emolliant, & tantisper dum corrigantur, quæ correctione indigent, *in spiritu lenitatis* & Christianæ caritatis tolerent? Una, per Dei gratiam, est omnium fides; nec ullis in partibus displicet, quod ante secula decem & hodiernarum controversiarum exortum Patribus, ac imprimis Pelagio I. Papæ, anno 557. ad Childebertum I. Regem, Francosque vniversos scribenti placuit; *est*, inquit, *vnus atque idem Iesus Christus verus filius Dei, & idem ipse verus filius hominis, perfectus in Deitate, & idem ipse perfectus in humanitate; utpotè totus in suis, & idem ipse totus in nostris. Sic per secundam nativitatem sumens ex homine matre quod non erat, ut non desisteret esse quod per primam, qua ex patre natus est, erat. Propter quod eum ex duabus, & in duabus, manentibus indivisis inconfusisque, credimus esse naturis. Indivisis quidem, quia & post assumptionem naturæ nostræ vnus Christus filius Dei permansit & permanet: inconfusis autem, quia sic in unam personam atque subsistentiam adunatas credimus esse naturas, ut utriusque proprietate servatâ neutra converteretur in alteram. Ac propterea, sicut sæpe diximus, vnum eundemque Christum esse verum filium Dei, & eundem ipsum verum filium hominis confitemur, consubstantialem Patri secundum Deitatem, consubstantialem nobis eundem secundum humanitatem: per omnia nobis similem absque peccato: passibilem carne, eundem ipsum impassibilem Deitate.* &c. Unde Augustino Protestantibus vniversis accepto authore conficitur, ut illius vnius *Christi*, cujus *veritas vbique diffusa est, corpus vno loco esse oporteat*: quod, quia vtrimque totius antiquitatis exemplo admittimus; vix fieri potest, ut justi litigij quicquam, inter nos hac ex parte superstit. * *in Ioan. tract. 26.*

Unum est, quod vos omnes & singulos summoperè rogatos velim, vt pio viro qui totis viribus pro veritate, causaque communi ad extremum vsque halitum certavit, grati, quod summâ animi contentione, & improbo annorum complurium labore feliciter absolvit, & Christi gloriæ dicavit opus, nullo ejus, vel in compendium rudiorum causa redigendi, vel alio quocunque modo interpolandi obtentu, à quoquam violari finatis; si quisquam audaculus invadat, intercedatis, ne fortè pro maleferiatorum illorum, quibus nihil nisi rudimenta sectari volupe est, insana libidine veri studiosi fructu ipsis destinato, author gloria legitimè parta, editor cura & impensa fraudetur. Generosis eorum conatibus, qui errorum fontes pro virili retegunt, apumque instar mellificium post ruspationis laborem promittunt, impensè favete; *ignavum fucos pecus à præsepibus arcete*; infinitisque semidoctis, qui nec sibi, nec alijs prosint,

vnum

vnùm aut alterum ſolidè doctum, qui veris confirmandis, longa oblivione ſepultis è tenebris ac ſitu eruendis, falſis refellendis, & Eccleſiarum cauſę afferendę apti ſint, longè præſtare docete. Nauſeabundos illos, quibus relegendi Majorum veſtigia, cura adeò ſordet, ut ſtomachum moveat, ceu cauſæ melioris deſertores, partis cui ſe in ſpeciem addixerunt proditores, & juventutis, cujus deſidiæ blandiuntur corruptores, pudefacite. Ut ut quæſitis indigni conſilij coloribus, quid Patres ſenſerint, noſtra non referre, Pontificiam cauſam ſæpius confutatam, pro conclamata habendam, eoque fine Prophetica verba, *curavimus Babylonem & curata non eſt*, uſurpari poſſe ſubinde ingeminent, de juſta indignatione nihil remittite. Cum enim divina traditio ad nos per Patrum lacunas devecta ſit; vna ætatum omnium Eccleſia, cujus ordine noſtro membra cenſemur, haberi debeat; Patrumque quorum famam decolorari permittimus, propago ſimus; non ſine Dei, qui ſe ἀμάρτυρον nunquam reliquit, Patrum quorum tam tradux quam ex traduce vel laus vel infamia nos contingit, noſtra denique injuria, eorum quibus ſucceſſimus, decus neglexerimus. Quis enim impactam patri calumniam, infamiam ſuam non reputet; aut leve ducat, ſi frons ejus ignominæ elogio quomodocunque inuratur. Nemo ergo noſtrum Patres deſeret, ne Deo, qui eos lumine ſuo perfundens, minime deſeruit, ingrati; ipſis qui lampada nobis tradiderunt, injurii; nobiſmet ipſis unica eorum conſanguinitate nobilitatis infeſti videamur. Noſtra ab eorum cauſa ſejungi non poteſt; nec ſi ſejunctam velimus, impune à poſteris feremus, quibus non minus neglectui erimus, quam priores nobis. Non minus hodie, & in poſterum, quam olim *maledicetur Meros, quod in auxilium Domini non proceſſerit*; neque nos Chriſtianæ caritatis proximos univerſos complexæ, legibus ſolutos crediderimus, ut iis quibus potiſſimum ob prærogativam originis obnoxii ſumus, nuntium abſolutè remittamus. Adverſus nos etiam in judicium exurget Pontificia cohors, cujus erroribus hoc ipſo patrocinamur, quod renaſcentibus obſtare dedignati, eos longè lateque exundare, verique luminibus officere ſinimus. Pereuntium ſanguinem de manibus noſtris repoſcet Dominus, ſi eas in pemiciem ruentibus protendere nolimus; tantumque nobis tribuamus, ut tantiſper dum deſidemus, & ſubminiſtrata tela ne pugnare cogamur, faſtidioſè projicimus, nec alijs, nec nobis utiles, officio nos plenè defunctos gloriemur: fruſtrà medicam opem quam præfractè reſpuerint, iis à nobis oblatam gloriabimur, quorum nec morbis, nec nocendi artibus noſcendis incumbimus; Hieroſolymorum muros non niſi armata manu exſtrui; *Babylonis* in favillas tandem redigendæ, excidium ab illis ſolis, qui *parvulos* ejus quam primum ſpirare, mammamque ſugere cœperint, *petræ* Dominicæ *illident*, exſpectandum obliti. Mirum ſanè eſſet, alijs curandis aptos credi, qui nihil curant; qui ſibi alijſque al-

que altum ſtertentibus *Dormi ſecure* occinunt, & *Salmacida ſpolia ſine ſanguine & ſudore* promittunt. *Idiotas, Mammotreptos & Cillos* perſonatos ubique locorum ſubornare poterunt, qui ſola epitomarum crepundia puerorum in modum æſtimant; nihil præter poſtillarum interpolatarum pultem ructant; locorum communium millies recocta crambe nunquam ſatiantur; ſed ne unum Eccleſiæ pugilem armabunt, cujus fortitudine, bellandique peritia ab hoſtium circumquaque graſſantium injuria vindicari poſſit. Hos Sanctis monitis, ſaniorum conſiliorum ſuggeſtione, eorumque qui nullis pro Dominica veritate laboribus parcendum duxerint, & in acie dum Spiritus hos regit artus ſtare decreverint, commendatione ad officium revocate; meque qui eis ſalutaria omnia voveo, piarum precum veſtrarum fulcro ſuſtentate, ut quod vitæ ſupereſt, in procinctu vobiſcum tranſigam. Opto vos Reverendi Domini Fratres, omnes & ſingulos in Domino ſemper bene valere. Dabam Amſtelodami, Pridie Calendas Februarias anni 1654.

Digitized by Google

In E. ALBERTINI
Pariſienſis Eccleſiaſtæ
τῶ ἐν ἁγίοις
DE
EUCHARISTIA
Opus abſolutiſſimum.

FOEderis ille novi cœlo chariſſimus autor,
Certaq; noſtra ſalus, parque minorq; Deo,
Eſſe ſuæ nobis dederat quæ ſymbola pacis,
Militiæ, quâ non ſævior ulla, ſacræ
Symbola facta doles, Chriſti gens fuſa per orbem,
Nec tuus hic ullâ vincitur arte dolor.
Fruſtrà omnes: fruſtrà Caſſander, Eraſmus, & horum
Turba ſequax medicam pollicitatur opem:
Sed neque Calixti quiſquam pietate movetur,
Quem bona mens vulgo non ſinit eſſe parem.
Vulnera vulneribus fratres imponere gaudent,
Tela cicatrices tranſadiguntque tuas.
Non modo nos tunicâ, corpus quoq; ſcindimus ipſum,
Nec fodit una ſacrum nec ſemel haſta latus.
Claudicat in nobis, cujus non frangere quondam
Auſus es ô miles barbare crura, Deus.
O pudor! ô fatale malum! nos frangimur ipſi,
Panem aliter juſſi frangere, Chriſte, tuum.
In partes grex omnis abit; pars ipſa ſecatur:
Et caducæum vertit in arma furor.
Quis gladiatores pacis negat eſſe miniſtros,
Aut ſcenam cœnam non dolet eſſe ſacram?
Specta, hoſtis, ludos: menſa eſt communis arena,
Impia de Domini ſanguine pugna calet.
His nos muneribus non hos donavit in uſus,
Cui bona pax pretio ſanguinis empta ſui eſt.
Chriſtiadæ hoc tali quoties audivimus ævo,
Erubuit tantæ nomen inane rei:
Centauri Lapithæque ſumus; quibus ipſa ſalutis
Pocula fax belli materieſque placent.
Aut ſi Chriſtiadæ, titulo malè dicimur illo
Et tegimus blando triſte colore nefas:
Regis ad exemplum Pharii, cui perfida fecit
A ſe mactati nomina fratris amor;
Nos pariter, quanquam Philadelphi dicimur omnes,
Bella juvant fratrum, gens Ptolomæa ſumus.
Viderat hos motus, terraſque peroſa jacentes
Pax cœlo Ambroſium condidit alma caput,
Et dixit fugiens: donec pars altera vincat
Non veniam; propriâ vivite quiſque fide;
Confecto penitus me demum poſcite bello,
Quo mea jam toties ſymbola læſa queror.
Talibus infremuit dictis domus alta Sionis,
Templaque ſunt apices viſa movere ſuos.
Hinc alios alij, vario ſed Marte, laceſſunt;
Et modò qui palmam præripuere cadunt:
Sæpe ſub imbelli melior quoque vindice cauſa
Non ſtetit, & mendax omnia puncta tulit.
Fixa tropæa tamen ſanctâ pro fœderis arrâ
Geſtaque victrici prælia multa manu.
Gratulor ô Patria! & Pariſinæ paſcua ripæ!
Debetur Celtis laus ea prima meis
Huic Regourtiades, illi Perronia proles
Clade ſuâ pulchrum nomen habere dedit:
Nec modo Reginam qui Sequana perluit urbem,
Nec modò quæ populum devehit unda pium,
Exiliſſe pater fertur Lemannus, & imis
Hoſpite cum Rhodano perſtrepuiſſe vadis,
Ambo dum vero Domini pro corpore certant,
Juraque & Alpinæ contremuere nives.
Quid facis interea nulli Dallæe ſecundus?
An ſatis eſſe putas ære ciere viros?
Marcellum dabit hic aliàs: nunc vincere tutò
Pugnandique morâ, quod caput artis, amat.
Sed tamen & cupido nimis ah! nimis invidet orbi
Fortia collecto milite facta manus.
Blondellum ſaltem videat, qui pectore vaſto
Quamvis Herculeum continuaret opus,
Detruſiſſe ſuâ Tarpeium ſede tyrannum,
Et Latio primas eripuiſſe Jovi,
Condidit exiguo tamen aurea plurima libro,
Patribus ut ſacras mos fuit eſſe dapes.
Quid quod nunc ingens idem Appius agmina ducta
Quaſque vides promit lumine caſſus opes,
Defuncti ſubeundo vices qui nomen Amicum
Eruit è tenebris & ſuper aſtra locat:
Nempe alij partem nunc hanc nunc fortiter illam
Aggreſſi laudes promeruere ſuas;
Totius belli molem ALBERTINE tuliſti:
Unius his humeris hoc benè ſedit onus:
Prælia pugnarunt alij, nec ſorte maligná:
Nulla tamen belli prælia finis erant.
De ſummâ rerum certamen cernitur iſto
Sub Duce, conjunctis viribus hoſtis adeſt,
Sive quibus ſine pane Caro, magni hoſtia mundi,
Sive quibus panis non ſine Carne placet:
Omne genus coëunt, & quælibet arma capeſſunt,
Pars nova, pars veterum; vimq; dolumque parant:
Signa canunt: trepidiſque diu concurritur armis,
Et virtus numero credere viſa diù.
Tum novus hic Gedeon delecto milite turmas
Diſſicit innumeras, inſequiturque gravis;
Acer, ovans, inſtatque operi: nam ſi quid agendum
Reſtat adhuc, actum nil putat eſſe ſibi.
Fallor? an & poſthac, (neque me præſagia fallunt)
Impia qui renovet prælia nullus erit?
Pax igitur nunc alma redi: pars optima vicit,
Et debellatum eſt: pax precor alma redi!
Nuper & à toto diviſos orbe Britannos
Auſa tuo Batavis conciliare jugo,
Aude animos iraſque truces componere docti
Ordinis: hoc ſummi muneris inſtar erit.
Veſtrum opus hoc Divi, præclaram invadite laudem,
Sceptrigeras poſcit nam labor ille manus.
Auguſti & Chriſti cognominis Heroina
Quæ duo non fruſtra nomina pacis habes,
Jamque tuis pacem populis Auguſta dediſti,
Hanc Chriſtina Dei da pariter populis.
Hinc canere incipiam: redeunt Saturnia regna,
Jam redit & Virgo: Flumina pacis eunt.
Tu quoque Cæſareo Princeps venerabilis oſtro,
Tot populos amplâ qui ditione regis,
Amplius & regnas veræ pietatis amore,
Non æquè trabeâ conſpiciende tuâ,
Huc animum Frederice, huc altæ robora mentis
Confer, & immenſæ ſuſcipe laudis opus:
Et verum quiſquis regni moderatur habenas
Pacificum exemplo diſcat amare tuo.
Jamque patrocinio grandi ſe Muſa tuetur,
Si quis liberius nos putat iſta loqui;
Annuit & vultu probat hæc pia vota ſereno
Audacemque oculis me jubet eſſe ſuis
Auriace conjunx decori decus addita veſtro,
Quam reor Angelicis mentibus ire parem:
Nutibus a tantis voto fiducia noſtro
Creſcit, & has voces erigit ille favor.
Quando erit ut cunctis ea ſit mens Regibus una,
Ut Chriſti obſequio ſceptra minora putent!
Quando erit ut pereant malè ſchiſmata, jurgia, lites,
Deque tot his unum fiat ovile Dei!
Hæc Domini gregibus qui fecerit otia, ſummis
Regibus, & quovis Cæſare major erit.

ALEXANDER MORUS.

AD LITTERATOS OMNES CHRISTIANIS-
MVM EX HODIERNÆ ROMÆ PRÆSCRIPTO
PROFITENTES.

PRÆFATIO

De

Authoritate Patrum circa Controverſias fidei.

GABAONITARUM [a] quondam ab armis Iſraeliticis ſibi metuentium legati, ut illa cervicibus ſuis imminentia averterent, pannoſis induti veſtibus, ſoleiſque calceati detritis, ac longum geſtantium uſum teſtantibus, ac rancidi mucidique panis, viliſque vini commeatu vix tenuiter inſtructi, Joſuam (quaſi de longinquo veniſſent) fœderis cauſa convenere. Ita quotquot a primo Chriſtianitatis ævo in religionis negotio a recta veritatis via aberraverunt, gladium Spiritus, hoc eſt, verbum Dei, reformidantes velut erroribus ſuis ſuperſtitionibuſque lethalem, ſe antiquitatis clypeo prætextuque tutari conati ſunt. Scribæ ac Pharizæi clamabant adverſus Dominum: [b] *quarè Diſcipuli tui tranſgrediuntur Veterum traditionem?* Samaritana mulier eidem ſalutaria ſuadenti regerebat: [c] *Patres noſtri in hoc monte adoraverunt.* [d] Papias fabellas, [e] Ptolemaitæ ſomnia, [f] Arriani ſectam, [g] Eunomiani blaſphemias, [h] Audiani ſchiſma, [i] Semi Arriani hæreſim ſuam ſub *traditionis, fidei Apoſtolicæ, ipſiſſimæque Antiquitatis* nomine commendare ſoliti erant. [l] Donatiſtæ ſibi de *Cypriani & octoginta ferè aliorum Africæ Epiſcoporum* authoritate blandiebantur. Suam [m] Pelagiani ſententiam *Sanctorum virorum*, Ambroſij, Chryſoſtomi, Baſilij, Hilarij, Hieronymi, cæterorumque ejuſdem nominis *eruditione celebratam ſemper fuiſſe* dejerabant. De Ethnicis ſimiliter obſervabat Tertullianus: [n] *apud vos quoque religionis inſtar eſt, fidem de temporibus aſſerere.* Et Symmachus ipſe Ethnicus ad Imperatores Valentinianum, Theodoſium & Arcadium ſcribens: *Si longa ætas*, [o] ait, *authoritatem religionibus faciat, ſervanda eſt tot ſæculis fides, & ſequendi ſunt nobis parentes qui ſecuti ſunt fideliter ſuos.* Hoc idem vos ipſi hodiè jactatis, viri eruditi.

a *Joſue 9.*
b *Matt. 15. v. 2.*
c *Joan. 4. 20.*
d *Euſeb. Hiſtor. l. 3. c. ult.*
e *Epiphan. hæreſ. 33.*
f *Idem hæreſ. 69.*
g *Baſil. contr. Eunom. lib. 1.*
h *Epiph. hæreſ. 70.*
i *Idem hæreſ. 73.*
l *Auguſt. de baptiſm. lib. 1. cap. 18.*
m *Idem ctbr. Julian. l. 1. cap. 2. & de grat. Chriſti c. 43. & de natur. & grat. cap. 62. & 65.*
n *Apologet. cap. 19.*
o *Lib. 10. epiſt. 54.*

p Auctor. quæst. Vet. & Nov. Test. apud Aug. q. 114.

q Aug. de unit. Eccles. cap. 3.

p *Quasi enim antiquitas aut vetus consuetudo præjudicet veritati, verumque antiquitatis causa* (si tamen illa penes vos est) necessariò teneatis, perpetua in ore vestro est Veterum mentio, divinorum oraculorum aut nulla, aut rara, *humanisque documentis*, quod tamen q Veteres se noluisse testantur, sanctam Ecclesiam fideique veritatem demonstrare contenditis. Sub hac armatura Thrasones plerique agitis. Certus indè vobis triumphus, nedum tuta victoria: *ad Patres*, ajebat r Campianus, *si quandò licebit accedere, confectum est prælium. Tam nostri sunt quam Gregorius ipse decimus tertius filiorum Ecclesiæ Pater amantissimus.*

r Ration. 5.

Videmini autem, saltem ex vobis aliqui, tria hæc asserere velle: primò, s *sacro sanctam esse* & in se *irrefragabilem Veterum authoritatem* circa controversias fidei: Secundò, talem illam vos agnoscere & prædicare, huicque vosmet subjicere, t *ab illorum placitis inter se consentientium transversum digitum discedere nefas esse* persuasos; u *certum* enim *indè deduci argumentum ad assertiones Theologicas corroborandas*: tertiò deniquè Veteres pro vobis ferre sententiam, vestramque ab illis fidem commendari ac propugnari. At quam erroneæ sint tres illæ assertiones, facile est demonstrare.

s Vid. apud Catharin. Apicali heresicor. confidrat. &
t Coster. præfat. Enchirid.
u Canus Locor. lib. 7. c. 3. num. 10.

Ad primam enim illarum quod attinet, dico primo: testimonia quælibet quibus falsum subesse potest, carent authoritate obligante & coactivâ. Agnoscit ultrò Marsilius Patavinus, inquiens: a *Nulli scripturæ falsum significare potenti tenetur quis firmiter credere, aut ipsam tanquàm veram simpliciter confiteri.* Et post Marsilium Alphonsus de Castrò: b *Testimonium quod nos alicui credulitati faciat obnoxios, oportet ut a tali personâ habeatur de quâ constet eam nec posse falli, nec fallere velle.* Testimonia verò scriptorum quorumlibet præterquàm Canonicorum ejusmodi esse quibus falsum subesse possit, indè patet, quià dictata sunt humanô Spiritu qui falli & fallere potest, non autem a Deô immediate agente, seu *necessitante*, ut loquitur c Epiphanius, revelata. Fatetur idem Marsilius, notans ea in hoc differre a Scripturis Sanctis, *quæ non sunt ab humanâ inventione, sed immediatâ Dei traditæ inspiratione; qui nec falli potest, nec fallere vult.* Alphonsus de Castrò similiter: *non est æquum*, &c, *ut ei qui aut falli aut fallere potest, qualis est purus homo, sub interminatione gehennæ credere teneamur.* Et post utrumque Canus: d *Sanctorum quisquè hs duntaxat exceptis qui Libros Canonicos ediderunt, Spiritu est humanô locutus, & aliquandò vel in eô erravit, quod ad fidem spectare postea demonstratum est.* Illorum igitur testimonia Authoritate obligativâ & necessitate carent. Nec juvaret respondere, ea seorsim considerata esse quidem fallibilia, sed ubi simul consentiunt, hujus virtute consensûs infallibilia reddi & cogentis Authoritatis. Cùm enim Veterum quique singulatim considerati humanô Spiritu qui falli potest locuti sunt, profectò nullus non videt consensum eorum, sive in expositione alicujus scripturæ loci, sivè in aliâ disceptationis materiâ, nihil esse præter acervum & aggregationem Authoritatum humanarum fallibilium, ac de

a Defensor pacis part. 2. c. 19.

b Adversus hæres. lib. 2. cap. 7.

c Hæres. 51.

d Vbi supr. num. 2.

Consequenti

Conſequenti fallibilem. Alioqui neceſſariò dicendum eſſet, ex præmiſſis debilibus ac fallibilibus concluſionem deduci poſſe firmam, divinam & infallibilem, quod contra Logicæ ſeu naturalis ſeu artificialis regulas eſſe clarum eſt. Fruſtra autem quis objiciat Auguſtini locum è Libris contra Julianum, ubi poſtquàm teſtimoniis aliquot Patrum probaſſet, peccati originalis eſſentiam & veritatem rectè convenire cum his quinque atticulis, videlicet, Deum eſſe creatorem corporum & animarum; matrimonium bonum eſſe; per Chriſti baptiſmum peccata omnia remitti; Deum juſtum eſſe; humanamque naturam perfectæ juſtitiæ capacem eſſe, tandem concludit: [a] *Hoc probavimus Catholicorum Authoritate Sanctorum, qui & hoc aſſerunt quod de originali peccatô diximus, & illa quinque eſſe vera omnia confitentur, ac per hoc non eſt conſequens, ut hoc falſum ſit, quià vera ſunt illa.* Reſponderi enim poſſet, primò, eum loqui de conſequentiâ probabili tantùm, non verò de neceſsariâ, prout Thomas & Cajetanus illud infrà nobis exponent: aut, ſi de neceſsariâ, hoc illum non ſimpliciter deducere ex vi conſenſûs eorum, ſed ex vi veritatis in quâ fundabantur, quippè, inquit, *ea dicunt ut ſe per eos loqui veritas ipſa teſtetur.* Verùm directè reſpondeo, illum ibi agere ad hominem quò Pelagianùm illum convinceret ex conceſſis. Cùm enim aſſeruiſſet Julianus, opinionem ſuam, hoc eſt, peccati originalis negationem, *Sanctorum virorum traditione ſemper fuiſſe celebratam*, ut ſuprà obſervavimus, illoſque [b] fateretur in cæteris articulis non erraſſe, Auguſtinus ut eum confunderet, primò probat teſtimonijs ipſorummet Patrum de quibus gloriabatur, multorumque inſuper aliorum, peccati originalis veritatem, tum concludit eô probatô, cæteriſque articulis tot Catholicorum authoritate Virorum, Julianum eſſe convictum, cùm ab ipſô rejici non poſſet authoritas quam admiſerat. At ex certitudine Authoritatis ſecundùm quid & per hypotheſin, colligere velle abſolutam & in ſe infallibilem, coactivamque certitudinem, hoc eſt quod nec ſinit uſus vel ratio.

[a] Contra Julian. lib. 2.

[b] L. 2. Ibid.

Secundò, illi quibus non creditur propter ipſosmet, ſed propter pondus rationum quibus dicta ſua confirmant, certâ ac coactivâ ex ſe deſtituti ſunt authoritate. Tales autem eſſe Doctores omnes exceptis ſolis Canonicis ſcriptoribus, teſtatur Auguſtinus in epiſtolâ ad Hieronymum: [c] *Fateor charitati tuæ, ſolis eis ſcripturarum libris qui jam Canonici appellantur, didici hunc timorem honoremque deferre, ut nullum eorum Authorum ſcribendo aliquid erraſſe firmiſſimè credam*, &c. *Alios autem ita lego ut quantalibet Sanctitate doctrinaque præpolleant, non ideò verum putem quià ipſi ita ſenſerunt, ſed quià mihi vel per Authores illos Catholicos, vel probabili ratione quod à verô non abhorreat, perſuadere potuerunt.* Fruſtrà autem quis reſponderet, Auguſtinum ibi non loqui de conſenſu plurimorum,

[c] Epiſt. 19. vid. & contra Fauſt. l. 11. c. 5.

aut omnium Patrum, ſed de quibuſdam illorum ſeparatim conſideratis. Cum enim aſſerat ſe *honorem* illum *ſolis Canonicis deferre* ut eos credat ἀνυπεύθυνος, reliquis verò non item, ſed in quantum ex Canonicis aut ex ratione perſuadent in tantùm eis credere, patet evidentiſſime ipſum non tantùm de pluribus, verùm de omnibus indefinitè id pronuntiare, etiam Conciliariter definientibus. Alioqui Conciliorum decreta æqualis forent cum Scriptura Authoritatis, quod ipſemet Auguſtinus diſertè negat: *Quaſi verò*, [d] inquit, *Epiſcoporum Concilia Scripturis Canonicis aliquandò fuerunt comparata*.

[d] *Contr. Donatiſt. poſt Collation. cap. 15.*

Tertiò, Nulla authoritas de qua liberum poſſumus ferre judicium, ut vel ei conſentiamus vel ab illâ diſſentiamus, hanc vel admittamus, vel rejiciamus, certa eſt & neceſſaria. Talem autem eſſe Scriptorum omnium præterquàm Canonicorum authoritatem docet Baſilius: *Auditores*, [e] inquit, *in ſacris litteris inſtructos probare oportet ea quæ a doctoribus dicuntur, & quæ Scripturis conſentanea ſunt admittere, aliena autem repudiare.* Hieronymus quoquè in epiſtolâ ad Minerium & Alexandrum: *Propoſitum meum eſt antiquos legere, omnia probare, quæ bona ſunt retinere, & a fide Eccleſiæ non diſcedere.* Sed omnium ampliſſimè ac frequentiſſimè Auguſtinus. Nam cùm ei Hieronymus ſeptem objeciſſet Authores, Apollinarium, Alexandrum, Origenem, Didymum, Euſebium Emeſenum, Theodorum Heracleotam, & Chryſoſtomum; ad quatuor priores reſpondet Hieronymum ipſum eorum authoritatem infirmaſſe varios ipſorum errores notando; ad tres autem poſteriores ſe fortè illis opponere poſſe Ambroſium & Cyprianum: *Quamquàm*, [f] addit, *Scripturis Canonicis tantummodò hanc ingenuam debeam ſervitutem, quâ eas ſolas ita ſequar, ut Conſcriptorem earum nihil in eis omninò erraſſe, nihil in eis fallaciter propoſuiſſe dubitem. Proindè, cùm quæro tertium ut tres ego etiam tribus opponam, poſſem quidem (ut arbitror) facilè reperire ſi multa legiſſem; Verumtamen ipſe mihi pro omnibus, imò ſuprà hos omnes Apoſtolus Paulus occurrit: ad ipſum confugio, ad ipſum omnes qui aliud ſentiunt litteralibus ſuis tractatibus provoco, ipſum interrogans interpello, & inquiro in eô quod ſcriptum eſt ad Galatas*, &c. Vincentius Rogatiſta illi opponebat Hilarium, Agrippinum & Cyprianum: *Hoc genus litterarum*, [g] inquit, *ab authoritate Canonis diſtinguendum eſt. Non enim ſic leguntur, tanquàm ita ex eis teſtimonium proferatur, ut contrà ſentire non liceat, ſi fortè aliter ſapuerint quàm veritas poſtulat.* Donatiſtæ provocabant ad eumdem Cyprianum: reſpondet, [h] *nos nullam Cypriano facimus injuriam, cùm ejus quaſlibet litteras a canonicâ divinarum ſcripturarum authoritate diſtinguimus. Nequè enim ſinè causâ tam ſalubri vigilantiâ canon Eccleſiaſticus conſtitutus eſt ad quem certi Prophetarum & Apoſtolorum libri pertineant, quos omninò judicare non audeamus, & ſecundùm quos de cæteris litteris, vel fidelium, vel infidelium, liberè judicemus.* Et paulò pòſt: *Ego ejus epiſtolæ authoritate non teneor, quià litteras Cypriani non ut canonicas habeo, ſed eas ex canonicis conſidero, & quod in eis divinarum ſcripturarum authoritati congruit*

[e] *Moral. regul. 72.*

[f] *Epiſt. 19.*

[g] *Epiſt. 48.*

[h] *Contr. Creſcon. lib. 2. cap. 31.*

cum

cum laude ejus accipio, quod autem non congruit, cum pace ejus respuo. Objiciebat [i] Pelagius authoritatem Hilarij, Ambrosij, Sixti Philosophi Ethnici [l] (quem Augustinus putabat Romanum fuisse Episcopum) Chrysostomi, & Hieronymi: respondet, *Liber sum in quorumlibet hominum scriptis, quiâ solis canonicis debeo sinè ullâ recusatione consensum* Et rursus alibi: [m] *Hoc genus litterarum non cum credendi necessitate, sed cum judicandi libertate legendum est. Cui tamen nè intercluderetur locus & adimeretur posteris ad quæstiones difficiles tractandas atque versandas linguæ ac styli saluberrimus labor, distincta est a posteriorum libris excellentia canonicæ authoritatis Veteris & Novi Testamenti, quæ Apostolorum confirmata temporibus, per successiones Episcoporum & propagationes Ecclesiarum tanquàm in sede quadam sublimiter constituta est, cui serviat omnis pius & fidelis intellectus. Ibi, si quid velut absurdum moverit, non licet dicere, Author hujus libri non tenuit veritatem: Sed, aut codex mendosus est, aut interpres erravit, aut tu non intelligis. In opusculis autem posteriorum quæ Libris innumerabilibus continentur, sed nullomodò illi sacratissimæ canonicarum scripturarum excellentiæ coæquantur, et iam in quibuscunque eorum invenitur eadem veritas, longè tamen est impar authoritas. Itaquè in eis si qua fortè propterea dissonare putantur a verò, quià non ut dicta sunt intelligantur, tamen liberum ibi habet lector, auditorvè judicium quô vel approbet quod placuerit, vel improbet quod offenderit. Et ideò cuncta ejusmodi nisi vel certâ ratione, vel canonicâ authoritate defendantur, ut demonstretur, sivè omninò ita esse, sivè fieri potuisse, quod vel disputatum ibi est, vel narratum, si cui displicuerit, aut credere noluerit, non reprehendetur.* Et tandem in Epistolâ ad Fortunatianum, ubi postquàm adduxisset variorum Patrum Authoritates, quô tamen ostenderet se neminem his testimoniis ad credendum cogere velle; *Hæc omnia,* [a] inquit, *de Litteris eorum Latinorum & Græcorum qui priores nobis in Ecclesiâ Catholicâ viventes divina eloquia tractaverunt, ideò commemoranda arbitratus sum, ut sciat iste frater, si quid aliter quam isti sentit, depositâ dissensionis amaritudine, fraternæ charitatis suavitate servatâ atque in integrum restitutâ, tranquillâ consideratione quærendum, vel discendum, vel docendum. Nequè enim quorumlibet disputationes, quamvis Catholicorum & laudatorum hominum velut Scripturas Canonicas habere debemus, ut nobis non liceat, salvâ honorificentiâ quæ illis debetur hominibus, aliquid in eorum scriptis improbare, atque respuere, si fortè invenerimus quod aliter senserint quàm veritas habet divinô adjutoriô vel ab aliis intellecta, vel a nobis.*

i De nativ. & grat. c. 64.
l Retract. l. 2. cap. 42.
m Contr. Faust. l. 11. cap. 5.
a Epist. 3.

Accedo jam ad secundum articulum, utrum videlicet Authoritatem Veterum accipiatis ut cogentem & necessariam, in eaque acquiescatis. Doctiores autem vestrarum partium plerosque reclamare ajo. Sic enim Thomas vobis dictus Angelicus Doctor: [b] *Sacra doctrina utitur authoritatibus Canonicæ Scripturæ propriè ex necessitate argumentando, authoritatibus verò aliorum Ecclesiæ Doctorum, quasi argumentando ex propriis, sed probabiliter.* Commentator ejus Cajetanus: [c] *Revelationi factæ Sanctis quorum doctrinam*

b Part. 1. q. 1. art. 8. ad 2.
c Tract. de concept. Virginis.

doctrinam Ecclesia suscipit, tanquàm probabilibus inhæremus. Catharinus, *unus ex Tridentini Concilij Episcopis:* d *Verissimum est quod Sanctorum dicta vel scripta in se non sunt firmæ authoritatis, ut in singulis teneamur illis præbere assensum,* &c. Bellarminus: e *Negamus ad eos pertinere judicium definitivum controversiarum fidei.* Denique Stapletonus affirmat, f *solas Scripturas testimonium prorsus infallibile purèque divinum suppeditare*: non igitur, inquam, veterum testimonia, quamvis inter se consentientia. Et profectò sæpissimè eorum errata notatis, imò & quandò lubet ab illis nec sinè contemptu dissentitis ac disceditis.

d Contr. Cajetan. l. 4.

e De Verbo Dei l. 3. c. 10. §5. nonum argum.

f Defens. authorit. Ecclesiast. l. 2. cap. 9.

Ad errores enim quod attinet sic Alphonsus de Castrô: g *Sanctorum Patrum sententiæ sæpè invicem repugnant.* Canus Episcopus Canariensis: h *Sanctorum quisque his duntaxat exceptis qui libros Canonicos ediderunt, humanô Spiritu locutus est, & aliquandò vel in eô erravit quod ad fidem spectare postèà demonstratum est.* Rursus: i *nemo quantumvis eruditus & Sanctus non interdum hallucinatur, non alicubi cæcutit, non quandoque labitur. Sanctus verò is fuit qui ab hæreticis baptizatos credidit esse rebaptizandos. Sanctus fuit qui in Christi corpore & sensum pœnæ & dolorem fuisse negavit. Sanctus fuit qui in Chiliastarum dogma descendit. Sanctus fuit qui viro ob adulterij culpam uxorem repudianti alterum matrimonium concessit. Sanctus fuit qui animabus piorum usque ad judicij diem veram fœlicitatem ademit. Sanctus fuit qui animam hominis ex traduce esse putavit. Sanctus fuit qui animam Adæ antè corpus fuisse editam opinatus est. Sancti fuere qui Angelos multis antè mundum corporeum æternitatibus creatos esse existimaverunt.* Et paulò pòst: *Authores Canonici, ut superni, cœlestes, divini, perpetuam Constantiam servant. reliqui verò Scriptores Sancti inferiores sunt & humani, deficiuntque interdum ac monstrum pariunt præter convenientem ordinem institutumque naturæ.* Ambrosius Catharinus: k *Credimus de Sanctis, etsi in multis a Dominô & a Spiritu S. directi fuerint ut vera loquerentur, tamen dimissos nonnunquàm sibi ipsis certò deprehendimus, & idcirco in nonnullis non solùm non probabilia dixisse, verùm etjam improbabilia valdè, imò certissimè falsa. Nam sæpenumerò inter se dissentiunt & opposita docent, & nonnunquàm secum etiam non constat quivis eorum.* Bellarminus: l *Quis neget multos Veterum Patrum excellenter habuisse donum interpretandi, & fuisse Spirituales? Et tamen constat quosdam ex præcipuis eorum non leviter in quibusdam lapsos.* Pererius: m *Græci Patres, nec pauci Latinorum Doctorum arbitrati sunt, idque in scriptis suis prodiderunt, causam prædestinationis hominum ad vitam æternam esse præscientiam quam Deus ab æternô habuit, vel bonorum operum quæ facturi erant, vel fidei qua crediturі erant,* &c. *Contrarium autem hoc videtur Scripturæ, præcipuè autem doctrinæ B. Pauli.* Quibus similia habet n Sixtus Senensis. Stapletonus: o *Tot illi & tam celebres antiqui Patres, Tertullianus, Irenæus, Origenes, Chrysostomus, Theodoretus, Oemenius, Theophylactus, Ambrosius, Clemens Romanus, Bernardus* (quibus addi possunt ex p Senensi, *Iustinus Martyr, Lactantius, Augustinus, Victorinus, Prudentius, & Aretas*) *huic sententiæ quæ in Conciliô Florentinô magnâ demùm conquisitione ut dogma fidei definita est, quod*

g Contr. hæres. l. 1. c. 7.

h Lecor. l. 7. c. 3. n. 2.

i Ibid. nũ. 3.

k Vbi supra.

l De Verbo Dei l. 3. c. 10. §5. Dices. m In Epist. ad Rom. c. 8. Disput. 22. & 23.

n Biblioth. lib. 6.

o Defens. author. Ecclesiast. l. 1. cap. 2.

p Biblioth. l. 6. annot. 345. vid. & Castro. l. 3. verbo Beatitudo. hæres. 6.

Digitized by Google

quod juſtorum animæ antè diem judicij Dei viſione fruuntur, non ſunt aſſenſi, ſed contrariam ſententiam tenuerunt. Cardinalis Toletus: *q Euthymius dicit, Deum dare ut credant iis qui aliquâ præparatione ſe faciunt dignos ut eis hoc a Patre detur, &c. Eſt autem hæc doctrina, &c. doctorum maximè Græcorum qui libero arbitrio humano multùm tribuebant, nondum Pelagianâ hæreſi graſſante, maximè Chryſoſtomi temporibus: Auguſtinus autem multis in locis multò aliter ſentit & docet, &c, cujus doctrinam exiſtimo in hac parte veram.* Maldonatus Jeſuita: *a Ammonius, Cyrillus, Theophylactus & Euthymius reſpondent, non omnes trahi, quià non omnes digni ſunt, quod nimis affine eſt Pelagianorum errori.* Et tamen Bellarminum non pudet hos authores producere ad probandum liberum arbitrium: eadem ſinceritate quâ Fauſtum Regienſem reponit inter *b Catholicos authores Latinos* qui de hac materiâ ſcripſerunt, quem tamen *c* alibi agnoſcit hæreticum Pelagianum fuiſſe. Deniquè idem Maldonatus: *d Miſſam facio Auguſtini & Innocentij I. ſententiam quæ ſexcentos circiter annos viguit in Eccleſiâ, Euchariſtiam etiam infantibus neceſſariam. Res jam ab Eccleſiâ, & multorum ſeculorum uſu, & decretô Concilij Tridentini explicata eſt, non ſolùm neceſſariam illis non eſſe, ſed nè licere quidem dari.*

q In Ioan. 6. annot. 20. & in §. Tertia reſponſio.

a In Ioan. 6. n. 69.

b De grat. & liber. arbitrio lib. 3. cap. 1.

c De Eccleſiaſt. Script.

d In Ioan. 6. n. 116.

Hæc & ejuſmodi de Veterum erroribus, & meritò annotatis. Sed ultrà progredimini, eorum authoritatem ſæpiſſimè extenuantes, & quandò commentis veſtris minus favent accuſantes ac refellentes. Sic enim Alphonſus de caſtrô citans Epiſtolam Anacleti nomen (falsò licet) præ ſe ferentem: *e Huic Anacleto ſoli magis crediderim, &c. quàm Hieronymo aut Auguſtino aut cuivis alij recentiori quantumlibet ſancto & docto.* Cornelius autem Muſſus Epiſcopus Bitontinus adhuc multò petulantiùs: *f Ego, ut ingenuè fatear, plus uni ſummo Pontifici crediderim in his quæ fidei myſteria tangunt, quam mille Auguſtinus, Hieronymis, Gregorijs.*

e Adverſ. hæreſ. lib. 6. verbo, Epiſcopus.

f In cap. 14. Epiſt. ad Rom.

Scripſerat Cyprianus in epiſtolâ ad Pompejum contrà traditiones. *Reſpondeo*, ait g Bellarminus, *Cyprianum hoc ſcripſiſſe cùm errorem ſuum tueri vellet, & ideò non mirum ſi errantium more tunc ratiocinaretur.* Idem Cyprianus baptizatos ab hæreticis cenſebat rebaptizandos adversùs Stephanum tunc Romanum Epiſcopum: *Videtur*, inquit *h* Bellarminus, *mortaliter peccaſſe*.

g De Verbo Dei l. 4. c. 11.

h De Pontif. l. 4. cap. 7.

Conſtantinus Imperator in ipsô Conciliô Nicenô dixerat: *Euangelici & Apoſtolici libri & antiquorum Prophetarum oracula planè inſtruunt nos quid de rebus divinis ſentiendum ſit. Proinde hoſtili poſitâ diſcordiâ ex verbis divinitùs inſpiratis ſumamus quæſtionum explicationes.* Reſpondeo, ait idem *i* Bellarminus, *non eſſe hoc teſtimonium tanti faciendum. Erat enim Conſtantinus magnus Imperator, ſed non magnus Eccleſiæ Doctor.* Et tamen Niceni Patres huic aſſenſi ſunt, & Scripturis Sanctis hæreſin lapidaverunt, ut loquitur Athanaſius.

i De Verbo Dei l. 4. c. 11.

Scripſerant Juvencus & Prudentius, baptiſmum Joannis peccata remiſiſſe: *Poſſem reſpondere*, ait *k* Maldonatus, *non ſubtiliter, ſed poëticè eſſe locutos.*

k In Matth. 3. 11.

Digitized by Go

Epiphanius inventâ imagine in velô pictâ è valvis ecclesiæ cujusdam pendente, hanc protinùs laceravit. Utpotè *contrà scripturarum authoritatem* ibi collocatam : respondet de hoc facinore Sixtus Senensis post Damascenum, *l una Hirundo non facit ver.*

l Biblioth. l. 5. annot. 247.

Scripserat Ambrosius baptismum in Christi nomine collatum tacitis aliis Sanctæ triados personis esse validum: Respondet Bellarminus, *m Hæc opinio falsa est, meô judiciô.* Idem Ambrosius, seu potiùs Author commentarij in Epistolas sub ipsius nomine dixerat, fas esse viro adulterij causâ uxorem suam dimittenti alteri se conjungere: *Hæc sententia,* ait *n* Sixtus, *nuper damnata est in Oecumenicô Conciliô Tridentinô.*

m De Pontif. l. 4. c. 13.

n Biblioth. l. 6. annot. 260.

Hieronymus asseverat, Presbyteros & Episcopos jure divinô æquales esse. Regerit Bellarminus: *o Hæc sententia falsa est & suô loco refellenda.* Alphonsus autem de Castrô : *p B. Hieronymus vir alioqui doctissimus deceptus fuit, quoniam quandóque bonus dormitat Homerus.* At Medina multò duriùs: *q Hieronymum idem omninò cum Aërianis sensisse, neque Hieronymum solum in eâ hæresi fuisse, sed etiam Ambrosium, Augustinum, Sedulium, Primasium, Chrysostomum, Theodoretum, Oecumenium & Theophylactum.*

o De Pontif. l. 1. cap. 8.
p Lib. 6. voce Episcopus.
q Apud Bellarm. de Clericis l. 1. c. 15.

Scripserat Chrysostomus, præstare non interesse sacrificio, hoc est, Eucharistiæ celebrationi, quàm interesse, nec communicare. *Dico,* inquit *s* Bellarminus, *Chrysostomum ut quendam alia per excessum ita esse locutum.* Idem scripserat, ignem de quô Paulus 3. prioris ad Corinth. dixit, *Salvabitur quasi per ignem* de igne inferni intelligendum : *Dicere ausim,* ait *t* Sixtus, *Chrysostomi interpretationem duram esse ac violentam,* &c. *hocque locô Chrysostomum fuisse abusum.*

s De Missa lib. 2. c. 10.

t Biblioth. l. 6. annot. 259.

Author operis imperfecti in Matthæum, *docti, diserti & eruditione referti, Chrysostomoque non indigni* judiciô *u* Senensis & Acostæ, si priùs expurgentur Arrianismi qui irrepserunt, scripserat tempore hæreseon non aliam esse rationem inveniendæ veritatis, quàm lectionem Scripturarum, & quidem rectè & *eleganter sanè* juxtà *x* Salmeronem. Respondet Bellarminus: *y totus hic locus tanquàm ab Arrianis insertus è quibusdam codicibus nuper emendatis sublatus est.* Præclarè : quasi de eâ re inter Orthodoxos & Arrianos lis fuisset. Interim notent Lectores satis liberalem corruptelarum Pontificiarum in Veterum scriptis excudendis confessionem. Franciscanus enim nescio quis nomine Mahusius quasi purgaturus hoc opus ab erroribus Arrianorum, plurima indè loca rescidit Scripturæ authoritatem, necessitatem & perfectionem testantia, Eucharistiæque naturam perspicuè designantia, sic depravatum miserriméque truncatum Antverpiæ & Lutetiæ curavit recudendum.

u Biblioth. l. 4. Acosta de tempor. novissim. lib. 2. cap. 12.
x Tom. 13. pag. 194.
y De Verbo Dei lib. 4. cap. 11.

Cyrillus, aut Origines in Leviticum scripserat, necessarium esse divinas sequi litteras, & in nullô ab earum præscriptô discedere : *Respondeo,* ait *z* Bellarminus, *Homilias illas non esse magnæ authoritatis,* ex quibus tamen *a* alias multa nobis objicere nullus veretur.

z Ibid.
a Ibid. l. 1. c. 9. & l. 3. c. 1. & l. 4. cap. 9. & de penitent. l. 3. c. 7. & l. 4. cap. 9.

Dixerat

Dixerat [b] Auguſtinus in his Domini verbis a B. Lucâ relatis, *non ampliùs bibam de fructu vitis*, &c. per anticipationem agi de calice Euangelicô. *Reſpondeo*, ait [c] Bellarminus, *Auguſtinum non expendiſſe locum hunc diligenter.* Idem expoſuerat ; [d] Deum velle omnes ſalvari, quoniam omne, qui ſalvantur voluntate ejus ſalvantur : *Hæc gloſſa*, ait [e] Catharinus, *violenta eſt prorſus quæ nullâ ratione aut exemplò fulcitur.* Rurſùm ſcripſerat, continentiæ donum non omnibus communicari, ſed quibuſdam tantùm. Reſpondet [f] Maldonatus, *ex iis quæ annotavit opinio ejus refutari poteſt.*

b *De conſenſ. Euang. lib. 3. c. 1.*
c *De Euchariſt. l. 1. c. 11.*
d *Enchirid. cap. 103.*
e *In 1. ad Tim. 2. 4.*
f *In Matth. 19. v. 11.*

Docuerat Theodoretus verba illa B. Pauli, *nemo vos ſeducat in humilitate & cultu Angelorum*, de quibuſdam Hæreticis Angelorum cultoribus qui in Phrygiâ & Piſidiâ Michaeli Archangelo oratoria erexerant, eſſe accipienda ; *Dicemus*, (ajunt, [g] Scribonius & [h] Baronius) *deceptum fuiſſe Theodoretum.* Idem ſcripſerat, Symbola Euchariſtica, videl. panem & vinum, poſt ſanctificationem remanere in priori ſubſtantiâ. Reſpondet [a] Gardinerus, *quæ ſcribit Theodoretus*, &c. *minimè digna videri quæ in librandâ Catholicâ doctrinâ aliquid obtineant momenti.* Gregorius autem de Valentiâ, [b] eumdem Theodoretum *minùs conſultè & rectè de hac materiâ & ſenſiſſe & ſcripſiſſe*.

g *De adorat. Dei & Hominis diſp. 8. §. 1.*
h *Ad ann. 66.*
a *Ad object. 246.*
b *De tranſubſt. c. 7.*

Hiſtoria tripartita ex Socrate & Sozomenô recitaverat, Nicenæ Synodi Patribus Eccleſiaſticis viris uxorum ſuarum uſum prohibere, meditantibus, Paphnutium interceſſiſſe, & tandem prævaluiſſe : *Ei*, inquit [c] Catharinus, *quantùm ſit fidei in hoc adhibendum, alii judicent.* Bellarminus : [d] *non debet illis Authoribus credi.* Bozius : [e] *figmentum eſt quod de Paphnutiô narratur ab eis.* [f] Gelaſius tamen Cyzicenus quem vos ipſi edidiſtis idem narrat.

c *Annot. in Cojetan. l. 6.*
d *De Christ. lib. 1. c. 20.*
e *De figm. Eccleſ. lib. 5. cap. 9.*
f *L. 2. c. 33.*

Tertullianus, Author quæſtionum inter Juſtini opera, quæſtionum itidem ac mirabilium S. Scripturæ Authoris ignoti Auguſtino permixti, unà cum Procopiô, Iſidorô Hiſpalenſi, & Anglô illô commentatore qui ſub Euſebij nomine circumfertur in Libros Regum, ſcripſerant, Samuelem illum qui Sauli apparuit, Diabolum fuiſſe ſub ementitâ Samuelis effigie deliteſcentem. Reſpondet Bellarminus : [g] *Authores citati ſunt omnes aut incerti, aut obſcuri.* Etiam-nè Tertullianus, Procopius & Iſidorus ?

g *De purgator. lib. 2. cap. 6.*

Hilarius Pictavienſis, Gregorius Nyſſenus, Chryſoſtomus, Cyrillus, Ambroſiaſter ille qui ſcripſit in Paulum, Auguſtinus, & alii, ſic interpretati erant illa Salvatoris verba, *ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam*, id eſt, *ſuper hanc fidem, ſuper hanc Confeſſionem, ſuper ipſum quià petra erat Chriſtus.* At *nihil*, ait [h] Maldonatus, *magis alienum a ſenſu Chriſti cogitari potuit, quàm ut dicere voluerit ſuper ſeipſum, aut ſuper aliam rem quàm Petrum fundaturum eccleſiam.*

h *In Matth. 16. 18.*

Veteres omnes præter Hilarium, inquit [i] idem, *ita hæc verba exponunt*, portæ inferorum non prævalebunt adversùs eam, *fore ſcilicet ut Diaboli potentia eccleſiam quidem exerceat, nunquàm verò vincat. At horum verborum ſenſus mihi non videtur eſſe*.

i *Ibid.*

Omnes,

d by Google

k In Matth. 21. 9.

Omnes, inquit k rursum, *quos equidem viderim interpretes Veteres de his verbis*, Osanna fili David, *tractantes, ad Christum referunt tanquàm ad personam agentem, ad turbam tanquàm ad patientem, quasi dicat*, Serva nos ô fili David, &c. *At huic sententiæ multa repugnant.* Idem in hæc verba, non omnes capiunt verbum hoc : l *Ita ferè omnes exponunt tanquàm si sensus esset*, non omnes, &c, possunt uxore carere, &c; *quam interpretationem adduci non possum, ut sequar.*

l In Matth. 19. 11.

Stella in illud Domini a B. Lucâ relatum, *Confiteor tibi Pater*, &c. *Communiter*, m inquit, *quos ego potuerim videre expositores, vel ex Sanctis Doctoribus antiquis, vel ex modernis, hi omnes & glossæ declarant., verbum* confiteor *hîc accipi*, &c. *pro gratias agere*, &c. *Nunquàm tamen sensus hic nec quadrare, nec satisfacere intellectui potuit.*

m In Luc. 10. 21.

Patres omnes, verbi gratiâ, n Clemens Alexandrinus, Origenes, Eusebius, Athanasius, Hieronymus, Augustinus, Theodoretus, Damascenus, Patres Sextæ ac Septimæ Synodi, Nicetas ac Nicephorus, divinitatis picturas ut nefandas & illicitas unanimi consensu damnant. Unanimi dico. Quamvis enim Bellarminus aliquorum testimonia tentet eludere, illos tamen ita sensisse Catharinus non diffitetur. Nam *non me latet*, o inquit, *aliquos Doctores hoc non probasse, antequàm usus esset in Ecclesiâ.* p Hesselius autem, Felisius, q Peresius, & cum eis r Theologi Colloquij Possiacensis apertissimè testantur. Quanti autem apud vos est communis ille consensus tot venerandorum Patrum? *Dico*, inquit s Bellarminus, *Licere pingere imaginem Dei Patris, in formâ hominis senis, & Spiritus S. in formâ columbæ.*

n Stromat. lib. 1. & 5. Greg cont. Cels. l 7. Euseb. præparat. lib. 3. Athan. contr. gregal. Sabel. Hieron. in Esa. 40. Aug. de fid. & symb. c. 7. Theodor. in Deut. q. 1. Dam. de fid. orth. l. 4. c. 17. Nicen. Synod. 2. act. 3. 4. 5. 6. 7. Nic. de imag. Nicæph. l. 18. c. 53.

o L. de culin imagin.

p In Decal.

q De tradit. part. 3. de imag.

r Histor. Eccles. reform. lib. 4.

s De reliquiis sanct. lib. 2. cap. 8.

t Cap. 36.

Veteres qui interpretati sunt illa Pauli ad Romanos, *in quô omnes peccaverunt*, universaliter intellexere de omnibus & singulis ex Adamô carnali generatione maris & fœminæ descendentibus, nemine B. Virginem eximente seu excipiente. Neminem dixi & verè. Nam quamvis Bellarminus & Catharinus eludere conentur quædam eorum testimonia, & aliqua objiciant quasi sibi faventia, potissimùm autem famosum Augustini locum è Librô de naturâ & gratiâ, ubi cum dixisset Pelagius, t *ipsam Domini ac salvatoris nostri matrem sinè peccatô confiteri, necesse esse pietati.* (Sinè peccato actuali, scilicet, de quô tantùm agebatur, ut rectè notat u Soto) Augustinus anteà præfatus *se de beatâ Virgine (propter honorem Domini) nullam cùm de peccatis agitur velle habere quæstionem*; addit, prout illum citant; *Indè enim scimus*, aut, *jam enim scimus quod ei plus gratiæ collatum fuerit ad vincendum omni ex parte peccatum*; Nihilominus aqua illis hæret. Nam ad Augustinum quod attinet, ipsius verba depravant, aut saltèm incorrectioribus exemplaribus utuntur. Legendum enim est; *Undè enim scimus*, &c. ut plures habent editiones, legebatque dudum Petrus Venerabilis epistolâ primâ libri quinti. Deindè & sensum; Augustinus enim non intendit per hanc interrogationem, B. Virginem a peccatô actuali immunem pronuntiare, (hoc quippè indiscussum ibi relinquit) nedum ab ori-

u De natur. & grat. l. 3. cap. 4.

oogle

ab originali; ſed id confutare quod Pelagius aſſeruerat, hanc *ſine peccatô* videl. actuali, *confiteri neceſſe eſſe pietati.* Cur enim ad fidem & pietatem neceſſariò pertineret, quod nobis incertum eſt, cùm id Deus in verbô ſuô non revelaverit? Patres autem omnes unô ore aſſeveraſſe B. Virginem communi generationis viâ progenitam, in peccatô eſſe conceptam, acriter defendit Canus adverſùs contradicentes, illis malæ conſcientiæ ſtigma quaſi ſpontè torquentibus Veterum teſtimonia. non obſcurè inurens: *Nec mihi fuit integrum*, [x] inquit, *quod hæreticis proprium ſemper fuit, antiquorum Patrum libros corrumpere, & bonam etiam partem voluminum detruncare, ut ore ſaltèm (reclamante licet conſcientiâ) poſſem, Bernardum, Auguſtinum, Ambroſium, alioſque item Patres in eâ opinione fuiſſe negare. Quid enim prodeſt, ſi verum ſcire cupis, Sanctorum teſtimonia membranis inſcripta radere, cùm animo inſculpta abolere non poſſis?* Cùm igitur Patres de B. Virgine unanimiter ita ſenſerint, Sanctorumque omnium ſenſus Spiritus Sancti ſenſus ipſe ſit, ut idem [y] Canus affirmat, Tridentinumque Conciliumque diſertè prohibeat [a] *contrà unanimem Conſenſum Patrum Scripturam ipſam interpetari*, conceditis nè cùm illis, omnes in peccatô eſſe conceptos, nè Virgine quidem exceptâ, voſque ſubjicitis huic certo S. Spiritûs ſenſui? Imò Concilium ipſum illicò a ſemet diſcedens declarat, [b] *non eſſe ſuæ intentionis comprehendere in hoc decretô ubi de peccatô originali agitur B. & immaculatam Virginem Mariam*: Hoc eſt ſibi propoſitum non eſſe certum ac infallibilem Spiritus Sancti ſenſum per Patres loquentis ſequi. Canus quidem concilio effugium quæritans, ait, *quæſtionem hanc ad fidem non pertinere*. Verùm Concilium ipſum reclamat, quæſtionem de peccatô originali ad fidei ſinceritatem illibatam ſpectare [c] declarans.

[x] *Lib. 7. c. 3. n. 9.*

[y] *Ibid. n. 10.*

[a] *Seſſion. 4.*

[b] *Seſſion. 5.*

[c] *Initio ſeſſion. 5.*

Plaudite jam, & venerandam antiquitatis authoritatem canitiemque (Judæorum inſtar monumenta Prophetarum quos Patres eorum interfecerant exornantium) in cœlum efferte.

Supereſt tertius articulus, videndumque utrum Patres à vobis ſtent, *nihilque unquàm* (ut [d] Coſterus ſinè fronte affirmat) *in Eccleſiâ veſtrâ creditum fuerit a poſteris quod cum fide Patrum vel pugnaret, vel ab illâ quoquomodô diſcederet.* Jam autem diu eſt, ex quô Patrum ſcriptis (quantùm fas per otium fuit) incumbo & invigilo, ac in fide veſtrâ infinita penè illis, ſeu adverſa, ſeu ignota certiſſimè deprehendo.

[d] *Præfat. Enchirid.*

Quis enim Veterum credidit, [e] *omni humanæ creaturæ eſſe de neceſſitate ſalutis ſubeſſe Romano Pontifici?* Quis eorum definivit, [f] *unicum nomen eſſe in mundô*, videlicet Papæ? *Eum eſſe* [g] *illum Dominum unum de quô* Apoſtolus in Epiſtolâ ad Epheſios, non autem Chriſtum: [h] *Hominem non eſſe, ſed vicarium Dei:* [i] *ſecundùm plenitudinem poteſtatis poſſe de jure ſuprà jus diſpenſare:* [k] *plura poſſe quàm nobis vel ipſi compertum ſit:* [l] *de nihilô poſſe aliquid facere, de peccatô non peccatum, & de non peccatô peccatum:* [m] *Legem eſſe animatam in terris,* & [n] *Prophetam, ad eumque pertinere &*

[e] *Extravag. Vnam Sanctam.*
[f] *Dictat. Papæ.*
[g] *Panigar. lect. 2. part. 2.*
[h] *in b de Elect. & Electi poteſtate c. fundamenta. in gloſſa.*
[i] *Innocent. 3. in decretal. de conceſſ. prabend. c. propoſuit.* [k] *Antonin. apud Sa in Apher. voce Papa.* [l] *Bellarm. contr. Barcl. c. 31.* [m] *Decretal. de offic. & poteſt. judic. deleg. c. ab arbitr. in gloſſa.* [n] *Catharin. contr. Cajetan. l. 6.*

Digitized by C

nere & confirmare Scripturas & Canonicas facere: Clavem habere ſcientiæ ad certò & infallibiliter determinandum: in his quæ ſunt divini juris poſſe declarare divinam mentem, ut Prophetam, & ſic etiam ſuper his diſpenſare, & quidem [o] *contrà Apoſtolum,* [p] *contrà vetus teſtamentum,* [q] *contra generale ſtatutum Eccleſiæ:* [r] *poteſtatem habere diſponendi de rebus temporalibus omnium Chriſtianorum: poſſe mutare regna & unt auferre atque alteri conferre, tanquàm ſummum principem ſpiritualem:* Deniquè, *illum eſſe* [s] *quintum Euangeliſtam,* [t] *Deo ſimillimum,* [u] *Dominum univerſi,* [x] *Dominum Deum noſtrum,* [y] *Supremum in terris numen,* [z] *Leonem de tribu Iuda, radicem Ieſſe,* [a] *Eccleſiæ ſponſum, imò* [b] *Eccleſiam ipſam?*

Quis Veterum docuit, [c] *vetus & novum teſtamentum eſſe recipienda, non quod codici Canonum de totô habeantur annexa, ſed quod de his recipiendis S. Papæ Innocentij prolata videatur eſſe ſententia:* [d] *poſſe pio ſenſu dici, Scripturas tantùm valere quantùm fabulas Æſopi ſi deſtituantur authoritate Eccleſiæ:* [e] *penes eam eſſe Librum Hermæ vel conſtitutiones a Clemente editas in ſacrorum Librorum numerum & certò Canonicorum referre:* [f] *Scripturarum authoritatem in Eccleſiæ approbatione, non è converſô eccleſiæ firmamentum in Scripturarum authoritate fundari:* [g] *Conſenſum eccleſiæ multis partibus ſuperare Scripturas:* [h] *majorem habendam eſſe fidem uſui diuturno, quem a primis ipſis Patribus eccleſia certò traditum confidit, quàm nudis ipſius Euangelij verbis:* [i] *quaſdam traditiones majores eſſe quoad obſervationem, quàm quaſdam Scripturas:* [k] *Has rem eſſe ſinè animâ & ſenſu,* [l] *rem mutam, gladium in manu furioſi, Sylvam latrocinalem,* [m] *gladium delphicum,* [n] *naſum cereum:* [o] *lectu periculoſas eſſe, ipſis etiam Epiſcopis, nè fortè hæretici fiant:* [p] *ad tempus adaptatas varièque intellectas, ita ut unô tempore ſecundùm univerſalem currentem ritum exponerentur, mutatô ritu iterùm ſententia mutaretur, intellectum currere cum praxi, mutatoque Eccleſiæ judiciô mutatum & eſſe Dei judicium?*

Quis Veterum ſcripſit, [q] *non omne peccatum eſſe Dei læſionem:* [r] *blaſphemiam irâ aliquâ vel aliâ paſſione prolatam non eſſe ſemper peccatum mortale:* [s] *non eſſe neceſſariam contritionem peccatorum venialium, quià ſinè illâ remitti poſſunt;* [t] *indulgentiaſque id facere ut non teneamur præcepto de faciendis dignis pœnitentiæ fructibus?*

Quis Veterum credidit, [u] *quamlibet rem mundi, ſivè inanimam & irrationalem, ſivè rationalem, ex naturâ rei & ſecluſô periculô ritè cum Deô ſic ut ejus imaginem adorari poſſe, imo & modulum ſtraminis:* Item, [x] *non eſſe Angelos presbyteris adorandos, ſed Angelis honorandos & adorandos Presbyteros?*

Quis Veterum ſcripſit, [y] *meretricium peccatum jure permiſſum,* [z] *faſque eſſe magiſtratibus licitam turpitudinem facere certa urbis loca meretricibus aſſignando: ſacerdotem, ſi fornicetur aut concubinam domi foveat, tametſi gravi ſacrilegiô ſe aſtringat, gravius tamen peccare ſi contrahat matrimonium:*

[a] *Luxurioſo*

b C. propoſuit. ſupr. citato.
p Ibid. & in decreto diſt. 4. c. Lector. in gloſſa.
q Cauſſa 25. c. ſunt quidam. in gloſſa.
r Bellarm. de Pontif. l. 5. cap. 6.
s Humilis Gabrielapud Baron. in append tomi 6.
t Concil. Laterau. ſeſſ. ult.
u Martin. 5. relat. in Cicilio Senenſi pag. 57.
x Extrema q. Ioan. 22. c. cum inter, in gloſſa.
y Stapleton. præf. princip. Doctr.
z 19. Concil. Later. ſub Leon.
a In Concil. Lugdun. gener.
b Bellarm. de Concil. l. 2. c. 19.
c Diſt. 9. c. Si Rom.
d Hoſius de Author. ſcript. l. 3.
e Staplet. princip. l. 9. cap. 14.
f Cuſan. ad Bohem. epiſt. 2.
g Coſter. in Enchirid. de Script.
h Roſſenſ. contr. Luth. captivit. babylon. c. 10. n. 4.
i Bellarm. de Verbo Dei l. 4. cap. 7.
k Coſter. de Pontif.
l Charron. ver. lit. 3. c. 3.
m Turrian. contr. Sadeel. l. 1. c. 9.
n Pigbius Controv. 3.

o Ital. Epiſc. apud Eſſenſ. in ep. ad Titum c. 1. digreſ. 2. p Cuſan. ubi ſupr. & epiſt. 7. q Coſterus de Iuſtific. ad obiect. 4. r Toletus inſtruct. ſacerd. lib. 4. cap. 13. ſ Idem lib. 3. cap. 5. t Bellarm. de pœnit. l. 4. cap. 13. u Vaſquez de adorat. lib. 3. diſp. 1. cap. 3. x Boſſe Sur le dimanch. 13. apreſ. la pentecoſte. y Sa, verbo, Epiſcopus. z Bellarm. de amiſſ. grat. l. 2. c. 18. & Sa, voce, peccatum.

[a] *luxurioso sanctè consuli ut non adulteretur, sed fornicetur:* [b] *fideles denique mereri in ipso actu matrimonij, sicut in aliô bonô opere?*

Quis Patrum docuit, [c] *nos quantum ad intentionem non teneri ex præceptô plùs Deum diligere quàm omnia:* [d] *Sanctos esse aliquomodo redemptores nostros:* [e] *Confidere salvari per Iesu Christi sanguinem ineptiam esse, magnumque peccatum:* [f] *agnos Dei cereos peccatum frangere ac urere, velut Christi sanguinem:* [g] *Merita Salvatoris quotidiè venalia exponi in ecclesiâ, sed tamen Contrameritis redimenda?* Quis, [h] *operi satisfactorio deberi remissionem pœnæ ex justitiâ commutativa,* [i] *bonaque opera ad rigidam justitiæ lancem librata & expensa, esse vitæ æternæ meritoria,* nisi fortè Donatistæ Augustino [k] referente dicentes, *nostris pœnis & sanguine æternas Cœli divitias mercamur?*

Quis dixit, [l] *Papistam esse nomen religionis Christianæ,* [m] *Papatum Christianismum,* [n] *sequendam Ecclesiam, idque irreprehensibiliter, etiamsi in hoc judicio aliquid falsi exequens deprehenderetur?*

Quis Veterum unquàm judicavit, [o] *non convenire ut mysteria & sacræ litteræ communi idiomate in Ecclesiâ recitentur, doctrinamque talia sentientem traditionem esse à Diabolo inventam?*

Quis illorum docuit, [p] *Ecclesiam posse sacramenta* (propriè sc. dicta) *instituere:* [q] *aquæ inopiâ baptismum ratum esse posse in urinâ* [r] *aut lexiviô, aut brodio carnium & piscium.* [s] *Non esse præceptum jure divino sacramentaliter communicare;* [a] *& quoties occurrerint idoneæ causæ, vel alteram speciem, vel utramque per Ecclesiam tolli posse.*

Quis, inquàm, Veterum vel unum credidit ex his articulis, & innumeris alijs quos posthac in opere latiùs sumus notaturi, è Pontificum vestrorum, Cardinalium, Episcoporum, Doctorumque operibus verè & fideliter excerptis? Audetis nihilominûs confidenter gloriari Patres planè vestros esse, nihilque à vobis credi quod ab illis non sit creditum. Quis non mirabitur, aut tam supinam incogitantiam, aut tam thrasonicam jactantiam?

Ad nos autem quod attinet quandò operæpretium est aperire quid sentiamus de Patrum authoritate, dicimus, illos viros magnos fuisse qui doctrinæ suæ sanctæque vitæ radijs Ecclesiam illustrarunt, à quorum placitis non est temerè discedendum, homines tamen fuisse, ideoque [b] *cum delectu & judicio* legendos, & fas esse contrà sentire sicubi aliter sapuerint quàm veritas ipsa postulat. Tales autem ipsi se fuisse [c] testantur in scriptis aliorum, tales quoque nos esse volunt intellectores suorum. Sic ergò utentes, sapienter illorum vestigijs adhæresimus. Clamat enim Augustinus: [d] *Liber sum in quorumlibet hominum scriptis, quià solis Canonicis debeo sinè ulla recusatione consensum.* Et rursùm: [e] *Non propterea dicimus nobis credere oportere quod in Ecclesiâ Christi sumus, quià ipsam quàm tenemus commendavit Milevitanus Optatus, vel Mediolanensis Ambrosius, vel alij innumerabiles communionis nostræ Episcopi, aut quià collegarum nostrorum Concilijs ipsa prædicata est, &c, sed quià Christi ore hoc commendatum tenemus. Hęc sunt causæ nostrę documenta, hæc firmamenta.*

a *Cajetan in summula relatus à Catharino l. 6.*
b *Toletus instruct. l. 7. c. 5.*
c *Idem l. 4. c. 9.*
d *Bellarm. de indulg. l. 1. c. 4.*
e *Panigarol. lect. 9. part. 2.*
f *Viban. 5. relatus sacrar. Ceremon. l. 1. sect. ult.*
g *Besse Dimanch. de la passion.*
h *Bell. de indulg. l. 1. c. 2.*
i *Cotonus instit. tom. 2. l. 4. c. 3.*
k *Constr. Petilian. l. 2. c. 99.*
l *Sanchez oper. Moral. l. 2. c. 4. n. 10.*
m *Hosius de expresso Dei verbo.*
n *Eusebius ubi supra.*
o *Catharinus in 1. Cor. 14. 16. & constr. Cajetan. l. 1.*
p *Alens. & Bonavent. apud Bellarm. de sacram. in genere l. 1. c. 23.*
q *Guidon in manipul. Curat. c. 2. de baptismo.*
r *Toles: instruct. sacerd. l. 2. c. 18.*
s *Cajetan. apud Catharin. contr. Cajetan. l. 5.*
a *Rossens. contra captivitatem Babylon. Luther. c. 3. n. 21.*
b *Canus l. 7. c. 3. n. 4.*
c *August. ep. 111.*
d *De Natur. & grat. c. 61.*
e *De Vnit. Eccles. c. 16.*

DE SACRAMENTO EUCHARISTIÆ

LIBER PRIMUS.

CAPUT PRIMUM.

De præcipuis Myſterij hujus nominibus.

QUEMADMODUM verba conceptuum ita & nomina ſigna ſunt rerum. Propterea primus humani generis parens in ipſis mundi cunabulis congrua indidit animalibus nomina, quibus eorum inſtinctus facultatesque innoteſcerent. Deus ipſe ſuo in hoc præluxerat exemplo qui illum è limô terræ verbô ſuô conformatum *Adamum* indigetavit, id eſt, *terrenum*, hac volens nomenclaturâ, ei perpetuam vilis originis ſuæ in quam reſolubilis eſſet memoriam refricare. Eadem ratione, ſive Scriptura, ſive Veteres Eccleſiæ Patres, naturam, uſum & finem, efficaciam deniquè myſterij hujus, quod Salvator hinc diſceſſurus & ſuprà cœlos aſcenſurus nobis in ſui memoriam donec veniat peragendum celebrandumque commendavit, plenè deſignare volentes, variis illud titulis nominibuſque exornarunt. *Panem* enim & *Fructum vitis* illud appellarunt, *panem Domini*, *panem vitæ*, *fractionem panis*, *partes*, *dona*, *gratiam*, *Sanctia*, *vitam*, *Cœnam Dominicam*, *Euchariſtiam*, *Communionem corporis & ſanguinis Chriſti*, *corpus & ſanguinem Domini*, *ſignum*, *imaginem*, *typum*, *figuram*, *memoriale* ac *Sacramentum Dominici Corporis & ſanguinis*, & id genus multa alia in eorum ſcriptis occurrentia, alternatim communicarunt. Verùm, ſicut inter varias ejuſdem ſubjecti qualitates, quædam ſunt aliis proculdubiò illuſtriores, ideoque illis vi uſus magis propriæ ita inter omnia myſterij hujus nomina & elogia, nonnulla ſunt communiùs uſurpata, in quibus perpendendis operæpretium putamus parumper ſiſtere.

Primum eſt δεῖπνον κυριακὸν juxtà Græcos, Latinis *Cœna Domini* ex horum ſententiâ communionis cum pluribus connotativum. Id enim innuit Pelagius, ſive Author commentariorum in priorem ad Corinthios inter Hieronymi opera quando ait; [a] *Cœna Dominica omnibus debet eſſe communis, quia ille omnibus diſcipulis ſuis qui aderant æqualiter tradidit ſacramenta.* Iſidorus quoque Hiſpalenſis; [b] *Cœna vocatur a communione veſcentium.* κοινὸν *quippè Græci commune dicunt. Vidè & communicantes quod communiter, id eſt, pariter conveniant.* Et Haymo aut potius Remigius Antiſſiodorenſis. [c] *Sacramentum corporis Chriſti a communione cœna appellatur, quia commune debet eſſe omnibus fidelibus & juſtis.* Et rurſus, *quicumque Cœnam Domini vult imitari percipiendo corpus illius, vel etiam percipiendo alios cibos, communiter debet eâ uti, quia cœna Domini communis fuit omnibus recumbentibus, non ſolum bonis, ſed etjam Judæ proditori.* Cùm autem nomenclaturam hanc *Miſſis* illis ſuis in quibus ſacerdos ſolus ſacramentum participat, parùm propitiam eſſe adverterent nonnulli Adverſariorum,

a *In 1. Cor. 11.*
b *Origin. l. 20. c. 2. Idem habet & Rabanus de naturis rerum lib. 20. c. 1. in manuſcripto.*
c *In 1. ad Cor. 11.*

Digitized by Google

riorum, Galenus, [d] Sanctesius, Maldonatus & [e] Suares, cavere sibi non potuerunt quin testarentur quantùm ab illâ abhorrerent. Duorum ex illis verba referre sufficiet. Sic enim Galenus: [f] *Nomen quô unô ac solo haretici suum nuncupant sacramentum*, &c. *est Cœna Dominica, in quâ re attendant Catechumeni quantùm sit stultitiæ & veneni.* Quod & ibidem paulò post *hæreticam novitatem appellat.* Et Maldonatus: [g] *ridiculam esse Calvinistarum & Lutheranorum* (sic enim bilioſus homo nos calumniatur) *inscitiam, qui quasi satis non haberent, si rebus, nisi etiam verbis hæretici essent, noluerunt corporis & sanguinis Christi sacramentum Eucharistiam, ut nos, sed Cœnam appellare.* Et rursum: *sine scriptura authoritate, sine Veterum Authorum exemplo, sine ratione, nullô judicô cœnam vocant.* Majori nescio protervia, an inscitia. Scripturam enim mysterium hoc *cœnam Dominicam* indigetare undecimo prioris Epistolæ in qua Corinthios Apostolus reprehendens, ait, *non est Dominicam cœnam manducare*, testantur [h] Augustinus, [i] Pelagius, Theodoretus, & ex ipsis adversariis Anselmus, Thomas, Hugo Cardinalis, Dionysius Carthusianus, Lyranus, & alij multi. Quanquam ego quidem non abnuerim hac *cœna Dominica* nomenclaturâ comprehendi quoque *Agapes* quæ Sacramenti communionem immediatè præcedere videbantur, ad imitationem Domini qui cœnæ mysticæ suæ Legalis paschatis communionem immediatè præposuerat: quemadmodum Author Epistolarum Ignatio tributarum sub *Agapæ* nomine *Eucharistiam* quoque designat, [k] dicens: *Absque Episcopô, neque baptizare, neque agapem facere licet.* [l] Sic enim locum hunc ante mille & amplius annos refert Antiochus, & nova Epistolarum illarum editio ex Codice florentinô a Vossiô procurata. Patres autem quamplurimos eadem *cœnæ* appellatione frequentissimè esse usos ad sacramentum hoc designandum infinitis testimonijs facilè est demonstrare. Author vulgò dictus Dionysius Areopagita: *Divinissima*, [m] inquit, *communis & pacifica ejusdem panis & poculi participatio*, &c, *in sacram reducit memoriam divinissimam illam cœnam, & quæ primum signum fuit eorum quæ nunc peraguntur.* Quibus similia habent Commentatores ejus Maximus & Pachymeres. Tertullianus libro *de spectaculis* docere volens, Christianos post abrenunciatum Diabolum ejusque pompas, nullum amplius debere profanitatis commercium cum infidelibus ducere: *non possumus*, ait, *cœnam Dei edere, & cœnam Dæmoniorum.* Basilius Cæsarienſis: [n] *Docemur, neque communem cœnam in Ecclesiâ esse edendam & bibendam, neque Dominicam cœnam privata domus communione dehonestandam.* Et in Liturgiâ ei tributâ: *redde me hodie, fili Dei, participem cœnæ tuæ mysticæ.* Gregorius Nazianzenus graviter illos increpans qui postquàm eum invitum ex eremô adduxissent, ac *sanctæ mensæ* (ut loquitur) alligassent, rarò tamen Ecclesiam frequentabant, eleganter eos comparat invitatis ad convivium Patris familias, nec tamen comparentibus: *Est* [o] inquit, *in Evangelijs Cœna magnifica, festinusque convivator, & amici, & convivium, ut in filij nuptijs jucundissimum. Convocat ille nec tamen adveniunt.* Sub hoc enim *cœnæ* nomine Eucharistiam intelligi, licet non solam, mentio quam facit suæ ad sacram mensam alligationis innuere videtur: quod & [a] Justinianus observat. Gregorius Nyssenus de Domino & Apostolis loquens: [b] *post cœnam mysticam, decantatoque hymnos exierunt in montem olivarum.* Chrysostomus homiliâ vicesimâ quartâ in priorem ad Corinthios: *non communicare mysticis his cœnis fames est, & mors.* Et vicesimâ septimâ: *Dominus post traditam nobis hanc cœnam, nihil ulterius addit.* Et ibidem: *postquàm de hac cœnâ locutus esset collationem instituit inter res præsentes & eas quæ erant sub veteri testamentô.* Et rursum: *Apostolus ait*, quotiescumque manducaveritis, annunciabitis mortem Domini *hoc autem cœna illa est.* Et in eadem adhuc homiliâ: *ad hanc cœnam Dominicam cor tuum extende.* Et undecimâ homiliarum ad populum Antiochenum: *post cœnam illam mysticam discipulos assumens Dominus privatim ea loquebatur*: quod & in nonâ observaverat, ijsdemque propemodum verbis. Et in tractatu qui inscribitur, *Neminem lædi nisi a seipsô*, recensens beneficia quæ Judas ingratus a Dominô acceperat: *participaverat*, inquit, *sacrosanctæ mensæ tremendisque illis cœnis.* Denique in librô *quod Christus sit Deus*, ait, *crucem refulgere cum corpore Christi* (sacramentali nimirum) *in Cœna mystica.* Pelagius ubi suprà de sacramentô loquens: *Cœna ideò dicitur quiâ Dominus in Cœna tradidit sacramenta.* Augustinus epistolâ ad Vincentium de Judâ loquens: [c] *Dominus enim sacram cœnam cum innocentibus communicare permisit.* Et ad Januarium scribens: [d] *ipsam acceptionem Eucharistiæ cœnam Dominicam Apostolus vocat.* Et in sermonibus de verbis Domini in monte: [e] *plurimi in orientalibus partibus, non quotidie cœna Dominica communicant.* Iterum [f] libro secundo contra litteras Petiliani, & in psalmô quem composuit adversùs partem Donati, ter affirmat, *Apostolos cum Judâ accepisse Sacramentum cœnæ.* Idemque quoque ait tractatu quinquagesimô in Joannem: quemadmodum & Commentariô in psalmos dicit [g] *cœnam suam dedit Dominus.* Et sermone trigesimo tertio de Verbis Domini septies hoc sacramentum *Cœnam* appellat, ac *cœnam Domini quam fideles norunt.* Denique, ne nimis prolixus sim in recensendis Veterum testimonijs quæ

d *Rep. l. 6. cap. 1.*
e *in 3. Thom. disp. 90. art. 2.*
f *Cateches. 124.*
g *in Matth. cap. 26.*
h *Epist. 118.*
i *Omnes in Comment. hujus loci.*
k *in Epist. ad Smyrn.* l *Hom. 124.* ὁ δὲ ἱερεὺς ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τῶν ἐκκλησιῶν, ἢ βαπτίζει, ἢ ἀγάπην ποιεῖ.
m *in Hierarch. Eccles. c. 3.*
n *reg. brev. interr. 210.*
o *Orat. 2.*
a *in 1. Cor. 11.*
b *Orat. 2. in resurrect. Christi.*
c *Epist. 48.*
d *Epist. 118.*
e *Lib. 2. c. 12.*
f *Cap. 23. & 106.*
g *In Psal. 21. expos. 2.*

quæ notare ſufficiet, Leo I. hujus nominis [b] Romanus Epiſcopus, [l] Anaſtaſius Sinaita, Germanus Conſtantinopolitanus in Theoria ſua, Rabanus de inſtituti. Cleric. l. 1. c. 31. [i] Nilus in parænesibus, [k] Theodoretus, [l] Heſychius in Leviticum octies, [m] Procopius, [n] Vetus Author anonymus apud Photium, [o] Photius ipſemet, [p] Claudius Taurinenſis perinde ac Auguſtinus: *Acceptionem Euchariſtiæ Dominicam cœnam vocavit Apoſtolus.* Sedulius Hybernienſis, Haymo ter quatervè, ac, qui fortè recentior ſit, [q] Cabaſilas, eandem *Cœnæ*, ac *Cœnæ myſticæ* appellationem Euchariſtiæ tribuunt. Ipſe quoque Catechiſmus Concilij Tridentini expreſſè ait: [r] *Vetuſtiſſimi Patres Apoſtoli Auctoritatem ſecuti cœnæ etiam nomine ſacram Euchariſtiam interdum appellarunt, quod in illo noviſſimæ cœnæ ſalutari myſterio à Chriſto Domino ſit inſtituta.* Et tamen audent Galenus ac Maldonatus ſinè fronte dicere, *hæreticam eſſe novitatem.* Patreſque *nefas ducere hæreticorum more Euchariſtiam cœnam appellare*: non videntes, (adeò ira mentem obtenebraverat odiumque veritatis) ſe tot clariſſimos Eccleſiæ antiſtites hæreſeos inſimulare nigroque notare calculo. Sed nobis gratum eſt cum tot reverendis viris hanc, atrociſſimam licet, pati pro veritatis defenſione contumeliam.

Secundum nomen a Veteribus communiſſimè uſurpatum eſt, *Euchariſtia*, duabus de cauſis huic myſterio ab illis tributum. Prima per abuſionem ad gratias illas quas Salvator Patri reddidit in ipſius inſtitutione, quaſque nos poſt illum pariter Deo reddimus in ſanctificatione ſignorum. Communior enim hujus vocabuli uſus, ſive ſignificatio *gratiarum actionem* deſignat. Juſtinus Martyr deſcribens, quo ritu temporibus ſuis celebraretur hoc ſacramentum: *illi*, [s] inquit, *ex fratribus qui præeſt offertur panis & poculum aquæ & vini, quibus acceptis laudem & gloriam rerum univerſarum Patri per nomen filii & Spiritus S. offert, & gratiarum actionem pro eò quod nos illis dignatus ſit, amplè exequitur.* Similiter Irenæus: [t] *hanc oblationem Eccleſia ſola puram offert fabricatori, offerens ei cum gratiarum actione de creaturâ ejus.* Tertullianus ſcribens adverſus Marcionem mundi creatorem alium a Patre Chriſti Deum eſſe aſſerentem, eum hoc impetit abſurdo: *an patrem*, [u] inquit, *impudentiorem quam qui*, &c, *ſuper alienum panem alii Deo gratiarum actionibus fungitur?* Origenes contrà Celſum: [x] *Panis Euchariſtia appellatus ſymbolum eſt noſtræ ad Deum gratiarum actionis.* Chryſoſtomus in Matthæum homiliâ viceſimâ quintâ in Græco: *Ideò tremenda & valde ſalutaria myſteria, quæ in unoquoque conventu celebramus, Euchariſtia vocantur, quia ſunt multorum commemoratio beneficiorum.* Auguſtinus Epiſtola centeſima vigeſima: *gratias agimus Domino Deo noſtro quod eſt magnum ſacramentum in ſacrificio novi Teſtamenti.* Et contrà adverſarium legis: [y] *Quod eſt ſacratius laudis ſacrificium quàm in actione gratiarum*, &c? *Quod totum fideles in Eccleſia ſacrificio ſciunt?* Rurſus Epiſtolâ quinquageſimâ ſeptimâ: *noſtu in quo ſacrificio dicatur, gratias agamus Domino Deo noſtro.* Deniquè Fulgentius Auguſtini ſtudioſiſſimus: [z] *in hoc ſacrificio gratiarum actio eſt.* Secunda hujus appellationis ratio eſt, quia videlicet hoc myſterium non modò ſignum Chriſti eſt, *gratiæ Dei ſalutaris*, ut illum Apoſtolus appellat, ſed & in ſe *bona* quædam *gratia* eſt, ſaluti noſtræ inſerviens. Ad hunc enim ſenſum, Veterum nonnulli vocabuli illius vim accommodarunt & inflexerunt: *Euchariſtia vocatur*, inquit [a] Clemens Alexandrinus, *laudata tanquàm gratia, & quidem bona.* Iſidorus Hiſpalenſis quem & in hoc Bertramus ſequitur: [b] *panis & calicis ſacramentum Græci Euchariſtiam dicunt quòd Latinè bona gratia interpretatur: & quid melius corpore & ſanguine Chriſti?* Et Alcuinus: [c] *poſt hanc ſumptæ Euchariſtiæ, id eſt, bonæ gratiæ (gratiâ enim Dei pro omnibus guſtavit mortem, & celebratâ gratiarum actione reſpondetur ab omnibus, Amen.*

Tertium ac uſitatiſſimum hujus myſterij nomen eſt *corpus & ſanguis Domini.* Narrant enim tres Euangeliſtæ & Paulus Dominum illud ſic appellaſſe. Undè Chryſoſtomus: [d] *Solet ſcriptura carnis vocabulò myſteria indigetare.* Et Auguſtinus: [e] *Penè quidem ſacramentum omnes corpus ejus dicunt.* Cujus appellationis rationem hanc reddit in epiſtolâ ad Bonifacium: [f] *Si ſacramenta quædam ſimilitudinem earum rerum quarum ſacramenta ſunt, non haberent, omninò ſacramenta non eſſent: Ex hac autem ſimilitudine plerumque ipſarum rerum nomina accipiunt. Sicut ergò ſecundùm quemdam modum ſacramentum corporis Chriſti corpus Chriſti eſt, ſacramentum ſanguinis Chriſti ſanguis Chriſti eſt, ita ſacramentum fidei fides eſt.*

Quartum deniquè, & ipſum communiſſimum apud Patres, tum Græcos, tum Latinos, *myſterium*, ſeu *ſacramentum corporis & ſanguinis Chriſti*, de quô propter novi Thraſonis qui *amore præſentis ſeculi* a nobis defecit inſignia λαφύρια paulò ampliùs nobis agendum eſt.

b De paſſ. ſerm. 7.
i In hexaem. lib. 5.
k Parænes. 120.
l In 1. Cor. 11.
m Edit. Pariſ. pag. 55. 171. 177. 180. 186. 413. 577. 578.
n In Cap. 14 levit.
o Biblioth. cod. 115.
p Bibliotb. cod. 116.
q In 1. ad Cor. 11. & ibid. Haymo.
r Expoſ. Liturg. c. 42.
s Cap. de Euchariſt.
s Apolog. 2.
t L. 4. c. 34.
u L. 1. c. 23.
x Lib. 8.
y L. 1. c. 18.
z De fide ad Petr. c. 19.
a Pædagog. lib. 2. c. 2.
b Origin. l. 6. cap. 19.
c De offic. divin. c. de celebr. Miſſar.
d In Cap. 9. epiſt. ad Galat.
e De Verb. Dom. ſerm. 53.
f Epiſt. 23.

CAPUT II.

Quid ſit myſterium ſeu ſacramentum corporis & ſanguinis Chriſti apud Veteres.

QUOD Græci Patres *myſterij* vocabulô deſignarunt quandò panem & vinum Euchariſtiæ appellaverunt *myſterium corporis & ſanguinis Chriſti*, illud ipſum eſt quod Latini ſignificarunt per *ſacramentum cor-*

tum corporis & sanguinis. Quid autem illud sit, in controversiam vocat nuperus Scriptor Milleterius. Hæc enim effutire ausus est: a *sacramentum ex duabus rebus componi, unâ visibili, alterâ invisibili, unâ sensibili, alterâ intelligibili, unâ carnali, alterâ spirituali: visibilemque, sensibilem & carnalem signum esse invisibilis intelligibilis & spiritualis in quâ consistit veritas mysterij & sacramenti. Proinde mysterium aut sacramentum signum non esse, quamvis in omni mysteriô aut sacramentô semper signum sit: fallique vehementer eos qui sacramentum simpliciter accipiunt pro signô ac figurâ, & sacramentum definiunt per rationem formalem signi visibilis nescientes signum visibile partem tantùm sacramenti esse, non autem totam ejus essentiam qua potissimum consistit in gratia invisibilis mysterij, hoc est, in Eucharistiâ, carnis & sanguinis Christi realiter exhibiti: denique nihil magis alienum a veritate concipi posse, quàm sacramentum, nihil aliud esse præter signum & figuram.* Probationem tam rigidę assertionis ab eô si queras, nullam prorsus habet ex Patribus sive Græcis, sivè Latinis. Satis illi fuit id audacter affirmare, quasi oracula funderet; nobis quoq; sufficere posset ipsius affirmationi negationem nostram opponere. Verùm ex abundantia juris libet addere, hominem hunc justissimô Dei judiciô spiritu vertiginis ductum in hoc repugnare, tum Patribus a quibus falsissimè dicit, b se *quæcunque ait esse mutuatum*, tum partis suæ Theologis, tum sibi ipsi. Dixi primò Patribus. Nam licet interdum *mysterium* sumant pro *re secretâ* ad instar scripturæ; & *sacramentum* latè pro *re sacrâ*, quô sensu res sacramento designata *mysterium* & *sacramentum* generali quadam significationè nuncupari potest, tamen quotiescunq; vocabula hæc in propriâ acceptione sumunt ac in materia ceremonialium Ecclesiæ signorum, expresse ea definiunt, per *sacra signa*. Augustinus exempli gratiâ, formaliter contradicens huic Milleterianæ assertioni, *sacramentum signum non esse*; c *Signa* (inquit) *cum ad res sacras pertinent sacramenta nuncupantur*. Et in libris de civitate Dei de Veteris testamenti sacrificijs differens: d *sacrificium visibile, inquit, invisibilis sacrificij sacramentum, id est, sacrum signum est*. Et contrà Adversarium Legis, e *tanta rei sacramenta, id est, sacra signa*. Hieronymus similiter quandò ait: f *dum sacramenta violantur, ipse cujus sunt sacramenta violatur*. Cùm enim *sacramenta* opponat ei cujus Sacramenta sunt, tanquàm signa rei significatæ, clarum est sacramenta illi signa esse. Et Isidorus Hispalensis: g *Sacramentum est in aliquâ celebratione cum res gesta ita fit ut aliquid* (esto potius *aliud*) *significare intelligatur quod sancte accipiendum est. Mysterium* quoque eodem sensu ab illis sumi patet rursum ex Augustinô qui loquens de Joanne Baptista dicente, *illum* (sc. Christum) *oportet crescere, me autem minui*, & observans illum vice omnium Patriarcharum & Prophetarum sic esse locutum: *omnium*, inquit, h *sacramentum ille gestabat, horum omnium persona sacrata & mystica ille unus erat. Ideò propriè dictus est vox, tanquàm omnium vocum signaculum atque mysterium.* Et de aquâ petræ quam Israelitæ in desertô biberunt ac de mannâ, modò sit: i *idem in mysteriô cibus & potus illorum qui noster*, quod paulò post exponit, in *significatione*, modò, k *Petra* erat *Christus in signo*: ut *mysterium* & *signum* pro eodem accipiat. Nec aliena est ab hac acceptione definitio *mysterij* a Chrysostomô data, quandò ait: l *mysterium vocatur, quoniam non qua videmus aspicimus, sed alia videmus, & alia credimus.* Nihil enim aliud innuit his verbis, quàm quod Augustinus designat inquiens: m *Hæc sacramenta sunt, in quibus non quid sint, sed quid ostendant semper attenditur, quoniam signa sunt rerum, aliud existentia & aliud significantia.* Quâ ratione idem Chrysostomus ait: n *Solet Scriptura carnis vocabulô appellare mysteria.* Per *mysteria* enim necessariò intelligit particulas panis quas Dominus corporis suis appellatione honoravit, hoc est, signa visibilia. Hieronymus pariter dicit: o *Dominus mysterium corporis & sanguinis sui tradidit Discipulis*: quod Augustinus hisce verbis exprimit, p *corporis ac sanguinis sui figuram Discipulis commendavit & tradidit.* Denique facundus Hermianensis ait: q *Sacramentum corporis & sanguinis ejus, quod est in pane & poculô consecratô, corpus ejus & sanguinem dicimus, non quod proprie corpus ejus sit panis & poculum sanguis, sed quod in se mysterium corporis ejus sanguinisque contineant.* Panis autem & vinum, fatente ipsô Milleterio, *signum visibile* sunt: signum ergò visibile sacramentum est ac mysterium. Dixi secundò ipsum repugnare partium suarum Theologis. Affirmant enim nobiscum, *sacramentum esse sacrum signum.* Bellarminus: r *acceptio quâ sacramentum significat ceremoniam initiantem & consecrantem hominem Deo, sive (quod fere est idem) signum rei sacræ non cujuscunque, sed rei sacræ sacrantis & initiantis hominem, propriissima est.* Samachæus: s *Dicendum est sacramentum esse signum sacrum divinitùs institutum.* Nam inquit, *sacramentum est in genere signi, &c; altera autem definitionis pars est differentia quam quidem petere hîc debemus ex respectu & relatione signorum sacrorum ad res sacras.* Mærarius quoque hanc esse *accuratissimam & clarissimam* sacramenti definitionem affirmat. Denique Ysambertus: t *Genus sacramenti est signum. Ita omnes Theologi, item hæretici*: ut Milleterium nec esse sit esse prorsus αὐτόλογον. Dixi tertiò ipsummet sibi contradicere. Ait enim, u *Dominum de sacramento dixisse Discipulis, accipite, edite, hoc est corpus meum; bibite omnes, hoc est sanguis meus.* Et rursùs, x *ipsum de pane*

a *De la transsubstant. p. 20. & 21.*

b *P. 515.*

c *Epist. 5.*

d *L. 10. c. 5.*

e *Lib. 2. c. 9.*

f *In Cap. 2. Malach.*

g *Origin. l. 6. c. 19. Manuscriptum meum Correctius Legit.* aliud.

h *Serm. 23. ex 40. a Sirmond. editis.*

i *In Psal. 77.*

k *In Ioann. tract. 26.*

l *In 1. ad Cor. Hom. 7.*

m *Const. Maximin. l. 3. c. 22.*

n *In Cap. 5. epist. ad Galat.*

o *In 41. Ezechiel.*

p *In Psal. 3.*

q *Lib. 9. c. ult.*

r *De sacr. in genet. l. 2. c. 3.*

s *In 3 Thom. ad q. 60. cap. 2.*

t *De Sacr. in genet. Disp. 1. Sect. 1.*

u *Ad q. 60. Disp. 1. art. 2.*

x *P. 83.*

y *P. 348.*

ed by Google

panem dixisse, hoc est corpus meum, & de vino, hoc est sanguis meus. Atqui panis & vinum sunt pars visibilis & sensibilis. *Pars autem visibilis & sensibilis signum est*; signum ergò est sacramentum. Sed & iterùm ait, [z] *sacramentum quod videmus*; & *sacramentum visibile*. At *signum est id quod videtur*, inquit *hîc*: Ergò sacramentum signum est. Quis non rideat hominem sibi tam turpiter & ineptè contradicentem?

z P. 49. & 381.

Verùm illum adhuc arctiùs constringamus. Primò enim ait, *sacramentum ex duabus rebus componi, unâ qua signum est, alterâ qua res est significata*. Et tamen simul affirmat, [a] *corpus & sanguinem Christi esse sacramentum in Eucharistiâ*. Quæ secum pugnantia sunt. Nam si *corpus & sanguis Christi* propriè sacramentum sunt, [b] *Si ratio formalis & essentialis mysterii ac sacramenti ad illa pertinet*, ut ariolatur; sacramentum ergò non *componitur ex signo visibili, & re invisibili*, ut suprà asseverabat. Illud enim tantummodò *sacramentum* est ad quod *ratio formalis & essentialis sacramenti* pertinet. Aut, si *sacramentum* ex illis duobus *componitur*, non ergò debebat dicere, *corpus & sanguinem* verum Christi, *formaliter & essentialiter sacramentum esse*. Dicendum illi erat, ea esse *sacramenti* partem. Absurdè enim dicitur pars esse *totum*, licèt *totius* pars præcipua sit. Nec rursùm negare debebat hoc sensu, *signum sacramentum esse*, cum *signum* ex ejus sententiâ pars etiam sacramenti sit. Verùm, *rationem formalem & essentialem sacramenti* in Eucharistiâ ad *corpus & sanguinem Christi* pertinere, expresse negatur & impugnatur etjam a suæ partis hominibus. Ysambertus enim, postquàm observasset Valdensi hanc opinionem tributam fuisse, *Corpus & sanguinem Christi Domini esse formaliter sacramentum Eucharistiæ*; subjungit: [c] *communiter autem refellitur hæc opinio ab omnibus meritò*. Eam autem refellit duobus argumentis. Prius est, quià *sacramentum stricte sumptum debet esse aliquomodò, vel per se, vel per quid aliud sensibile, ut constat ex definitione sacramenti*. Posterius: *quià Concilium Tridentinum sess. 13. c. 1. & can. 1. definit, in sacramentô Eucharistiæ contineri verè corpus & sanguinem Christi Domini*. Nam si *corpus & sanguis Christi in sacramento Eucharistiæ continentur*, sacramentum Eucharistiæ *formaliter & essentialiter* esse non possunt, aut *continens* & *contentum* formaliter idem sunt, quod falsum & absurdum est. Bellarminus quoque: [y] *non enim sacramentum Eucharistiæ est corpus Christi, sed continet corpus Christi*.

a P. 127.

b P. 18. & 22.

c Ad q. 73. disp. 2. art. 5.

y De Eucharist. l. 2. c. 14.

Secundò, postquàm Milleterius dixisset, *sacramentum ex duabus rebus componi*, addit, *unâ visibili, alterâ invisibili, unâ sensibili, alterâ intelligibili*. Ubi, si sensus ipsius esset, *sacramentum* componi ex *elementô terrenô & materiali* quod *visibile & sensibile* est, & *ratione formali signi sacri superadditâ* quæ *invisibilis & intelligibilis* est, ad mentem antiquitatis loqueretur. Verùm, quandoquidem in Eucharistiæ materiâ intelligit, rem *invisibilem & intelligibilem sacramenti* esse *proprium corpus & sanguinem Domini* ibi contenta, dico, eum duo in hoc supponere Veterum doctrinæ directè contraria. Prius est, quando invisibilitatem corpori Christi tribuit. Veteres enim unanimiter affirmant, *id quod invisibile est corpus* (solidum saltem) *nullomodò esse*. Tertullianus: [d] *corpus hominis non aliud intelligam quàm*, &c, *quod videtur, quod tenetur*. Methodius: [e] *Deus incorporeus est, ac propterea invisibilis*. Eustathius Antiochenus: [f] *si invisibilis erat, procul dubiô incorporeus erat*. Titus Bostrensis: [g] *omne quod sub aspectum cadit, cùm sit corpus, naturâ oppositum est inaspectabili & incorporeo, cujus opus esse potest, & quidem opus valde mirabile, similitudinem verò naturæ nullam habere potest*. Gregorius Nazianzenus: [h] *Si Deus corpus est, qualenam corpus, & quomodo* &c, *intangibile & invisibile? Non enim hæc est natura corporum, aut id corpus est. Minimè*. Didymus Alexandrinus: [i] *rem invisibilem corporis expertem esse confestim sequitur*. Gregorius Nyssenus de terrâ: [k] *si invisibilis erat, colore carebat prorsùs. Quod autem coloris expers est, figuram non habet: & quod ejusmodi est corpore vacat*. Augustinus de ipsomet Domini corpore loquens: [l] *Semper quidem (Dominus) divinitate nobiscum est, sed nisi corporaliter abiret* (id est, abjiciet) *a nobis, semper ejus corpus carnaliter videremus*. Cyrillus, aut quisquis est Author Libri de Trinitate inter ejus opera: *Quomodo* (si Deus corpus esset) *corpus illud posset esse intangibile & invisibile?* Vigilius de carne Dominicâ tractans: *necesse erit*, [m] inquit, *ut & caro, sicut & verbum, si unius cum eô est naturæ increata sit & invisibilis, atque incontrectabilis*, &c: *Sed carnem his conditionibus subjacere impossibile est*. Ephræm Antiochenus similiter: [n] *nemo mentem habens dicere potest eandem naturam esse visibilis & invisibilis*. Denique Damascenus: [o] *quomodò corpus est id quod est invisibile?* Posterius, Veteribus pariter repugnans, & ab insigni prodiens insciti â, illud est quod ibidem ait, *corpus & sanguinem Christi esse rem Eucharistiæ intelligibilem*. Nam Veteres quidē nonnunquàm dixerunt, [p] *Corpus Christi in pane esse intelligendū*, quemadmodum ajunt, [q] *Christum in petrâ fuisse intellectum*, ad designandum concipi debere velut ab iis significatum. Ac rursùm, per *rem intelligibilem* Eucharistiæ interdum designarunt rationem formalem sacramenti quâ sacramentū est, hoc est ipsius significationem, quô sensu Augustinus comparans *petram* deserti cum Eucharistiâ, *ibi petra Christus*, [r] inquit, *nobis Christus quod in altari Dei ponitur, & illi pro magnô sacramento ejusdem Christi biberunt aquam profluentem de petrâ, nos quid bibamus norunt fideles, si speciē visibilem intendas aliud est, si intelligibilem significationem, eundem potum Spiritualem biberunt*; interdū *virtutem* sacramenti,

d De resurrect. c. 35.

e Apud Phot. Cod. 234.

f De ingastrimytho.

g Contr. Manich. lib. 2.

h Orat. 34.

i Caten. in Joan. 4. 24.

k In Hexameron.

l De Verb. Dom. serm. 60.

m Contr. Eutych. l. 4.

n Apud Phot. Cod. 229.

o De fid. orth. lib. 1. cap. 4.

p August.

q Cyrill. glaphyr in Numer.

r In Joan. tract. 45.

CAPUT IV.

Quomodò seu per quid panis & vinum sunt Sacramentum corporis & sanguinis Christi, juxtà Scripturas.

PANEM igitur & vinum congruentem hujus sacramenti materiam agnoscimus, remotam quâ *elementa naturalia* sunt, propinquam quâ *ad esum & potum a* Domino *ordinata*. At, cùm sacramentum non sint suapte naturâ, ut suprà observavimus, sed ex voluntate & instituto: proximè venit expendendum, quomodò seu per quid in tali esse constituantur. Adversarij qui unitatem consensumque suum tot laudibus concelebrant, toti hîc sunt in discordiâ, quam Septicipitem faretur Christophorus de Capite fontium Archiepiscopus Cæsariensis. Juvat ejus verba describere: *Maximè omnium,* [b] inquit, *illa opinionum varietas contrarietasq; displicuit quæ in re sacramentariâ tractanda & enucleandâ inter Scholasticos cernitur. Quæ tanta est, ut virum apud nos sic quomodò tam præclara, tamque subtilia magnorum virorum ingenia, qui reliquas ferè omnes sacras Theologiæ quæstiones felicissimè tractassent & explicuissent, in hac solâ materiâ nec sibi nec posteris satisfecissent, nec inter eos vel illorum Discipulos adhuc super illa conveniri potuerit. Rem summatim comprehendam & exemplis illustrabo. Quæritur inter Catholicos quæ fuerit consecrationis Eucharistiæ forma quâ Christus usus est. Super hac septèm hodiè numerantur opiniones, quarum unaquæque præclaros aliquos habuit Authores & Sectatores. Prima est, quæ dicit Christum sine ullis omninò verbis consecrasse. Hanc Innocentius Papa tertius, & Innocentius quartus super decreta, ut Catharinus ait, ambo summi Pontifices magnæque eruditionis ac pietatis viri, ut meliorem secuti sunt, quam ex Scholasticis Franciscus de Maronis, Gabriel Biel, Gaufridus Pictaviensis, Gulielmus Durantius Episcopus Minatensis, & Catharinus duobus libellis Romæ editis defendunt, & ut minus habentem difficultatis sequendam elegerunt. Hi omnes tenent Christum non consecrasse his verbis, hoc est corpus meum, sed cùm illa postquàm benedixit dando Eucharistiam dixisse: quod ante illos Rupertus Anselmus & Odo Cameracensis etiam tenuerunt, plerique quoque alij, ut in nostrô de Missæ Christi ordine librô fusius declaramus. Secunda opinio eorum est qui fatentur quidem Christum cum benedixit consecrasse, verbisque aliquibus ad hoc usum fuisse, sed nobis ignotis. Quâ de re sic Albertus magnus in suis super Matthæi Euangelium commentarijs scribit:* quæcumque fuerit benedictio, *aliquâ benedixit benedictione speciali quâ etiam à Discipulis agnitus est Lucæ 24. Hæc cum priori in hoc convenit, quod Christus istis verbis, hoc est corpus meum, non benedixerit. Tertia est, Christum istis verbis benedixisse, sed his prolatis, semel cum benedixit, deinde cùm dedit Eucharistiam manifestè. Et hanc videtur tenere Stephanus Episcopus Heduensis in Libr. de Sacram. Altar. cap. 4. Quarta est eorum, qui dicunt Christum dum benedixit ista verba dixisse, & per ea consecrasse. Et quandò illis allegantur Euangelistæ dicentes illum dando talia verba protulisse, respondent Euangelistas in describendâ Christi cenâ ordinem servare non curasse. Sequitur quinta, quæ est D. Thomæ, cui cùm religioni esset dicere, non eundem fuisse ordinem Euangelicæ narrationis qui fuit & rerum gestarum; aut horum verborum prolationem duravisse dum Christus benediceret, frangeret & daret, & sic salvari posse quod per illa benedixerit. Hanc D. Thomæ opinionem absurdam existimantes Scotus, Cajetanus, Catharinus, licet instituti illius essent, & ejus alioquì sectatores, deserendam existimarunt. Quare Scotus & Cajetanus tenent, eundem fuisse ordinem rerum & narrationis Euangelicæ, & Christum, non dum benedixit, sed cùm dedit consecrasse, dum post verba, Accipite & manducate, dixit, hoc est corpus meum. Et sic Sextum fecerunt opinionem, dicentes contrà Concilium Tridentinum sess. 13. cap. 1. benedictionem fuisse Dei; non autem panis & vini. Septima eorum est qui dicunt, omnia simùl ullô ordine simul a Christô facta fuisse in cenâ & dicta, sed ideò ordinem narrationis secutos videri Euangelistas, quod non potuerint dixisse unâ sententiâ, omnia simul facta fuisse. Hi constanter cum antiquis tenent, Christum cùm benedixit consecrasse, & tunc verba ista, hoc est corpus meum, dixisse. Hanc opinionem aliqui nunc apud nos Theologi sequuntur. Atque hæc quidem tanta est inter Scriptores Catholicos super unâ quæstione opinionum varietas.* Prævalet tamen hodiè opinio constituens in his solis verbis, *hoc est corpus meum, hic est sanguis meus,* panis & vini consecrationem, adeò ut Bellarminus, Vasques, Becanus & alij illam indigetent *communem Scholasticorum sententiam.* Quæ tamen hoc ipso quod a verbis consecrantibus excludit ista sequentia occasione Calicis a cunctis Euangelistis addita; *qui pro multis effunditur*, redargnitur a [a] Thomâ, Capreolo, Paludano, Antonino & aliis existimantibus verba illa omninò esse *de substantiâ formæ calicis quoniam sunt quædam determinationes prædicati.* Sed lis esto inter illos: quamquàm magis certè placeret Thomæ sequacium-que ejus hac in parte sententia, propter firmam rationem, de quâ (Deo dante) aliàs.

[b] *In epist. ad Sixtum V.*

[a] *Part. 3. q. 78. art. 3.*

Ad nos autem quod attinet de hac re sic statuimus: videlicet, verba illa, *Hoc est corpus meum, hic est sanguis meus*, sivè solitariè spectata, sivè suis quæque determinationibus vestita, consecrationis peractæ esse propriè enunciativa, & cùm illa primò Dominus proferret, tacitè promissiva, non autem consecrationis futuræ operativa, consecrationemque fieri non illis verbis, sed *gratia-*

rum actione seu *benedictione* ad usum ordinatâ, sacraque divini nominis super propòsita dona invocatione. Quod hoc argumentô probamus. Quemadmodum Christus consecravit, ita & nos hodiè consecramus. At per citata verba Christus non consecravit: Ergò. Majorem admittunt omnes quos equidem vidi communioris quam vocant opinionis sectatores. At negant hanc Catharinus, & qui cum eô sentiunt Christum consecrasse potestate excellentiæ, *quoniam* etsi, [b] inquit, *imitari debeamus Dominum quantum valemus in moribus, non tamen in ijs quæ potestate excellentia faciebat. Non enim hoc fas est.* Verùm Consequentia majoris nullomodò deducitur, (ut Catharinus existimat) a simplici Domini exemplô tanquàm verisimiliter ad imitationem propositô, sed ab exemplô potiùs, ut ita dicam, imperativô. Postquàm enim *gratias egisset* seu *consecrasset*, *dixit, hoc facite*: quod *manifestè refertur*, ut rectè notant [c] Salmero, [d] Jansenius & [e] Ysambertus, *ad omnia quæ Christus mox fecisse dicitur.* Indè ergò primùm propositio comprobatur. Nam *si Dominus*, ait Bellarminus, *aliô modô consecrasset, aliô uos consecrasse vellet, non dixisset, hoc facite.* [g] Coninck item, & de [h] Capite fontium post Bellarminum. Secundam rationem (sed ex solis adversariorum hypothesibus validam) nobis suppeditant [i] Durandus, de Capite fontium, Conink & [k] Faventinus, videlicet, quià sequeretur ex negatione Catharini *sacramentum quod Christus confecit & quod nos conficimus non esse unius rationis & speciei, sed prorsus diversæ*, quod tamen falsum est. Probant Consequentiam: *quià ficus sacramenta quæ non habent eandem materiam non sunt ejusdem rationis, sic nec illa quæ non habent eandem formam, sivè eundem ritum essentialem.* Ad id autem absurditatis deductus est Catharinus illâ suppositione suâ, Christum consecrasse *potestate excellentiæ*, quam falsam esse contendit de Capite fontium suprà citatus: *Christus*, inquit, *in quantum homo minister est sacramentorum, & in quantùm Deus illorum Author. Sacerdotali itaque benedictione consecravit, quià usus est, ut sacerdos imperatoriâ & authoritativâ benedictione quali Deus creaturas benedicere solet, & qualis sacerdotem non decet, cujus est benedicere invocando & precando Deum, non autem imperando ut Deus. Ad Deum non spectat gratias cuiquam agere, vel orando benedicere quemquam: ad sacerdotum officium hoc propriè spectat, quorum officium est invocare nomen Domini super ea quæ benedicunt. Dei autem est benedictionis effectum conferre.* Non longè abit Bellarminus inquiens: [l] *Conveniunt omnes Dominum instituisse sacramentum Eucharistiæ, cùm ipse primus Eucharistiam consecravit: Ergo oportuit, eum non solùm consecrare, sed etiam consecrare ritu sacramentali, & illo ipsô ritu quo nos deinceps uti debeamus. At consecrare solâ voluntate non est consecrare ritu sacramentali, sed est miraculo quodam extraordinario effectum producere sacramentalis consecrationis sivè sacramentali consecratione: quemadmodum idem Dominus Magdalenam absolvit solâ potestate, non censetur sacramentum instituisse, quià id non fecit ritu sacramentali.*

[l] *Ubi supra.*

Majore ergo sic probatâ, supereſt præcipua de minore controversia, quam ut confirmemus recurrendum est ad Scripturas mysterij hujus institutionem referentes.

[b] *Lucubrat. 1. quibus verbis Christ. confecit.*

[c] *Tom. 9. pag. 204.*
[d] *Concord. cap. 131.*
[e] *Ad q. 78. disp. 1. art. 8.*
[f] *De Eucha. l. 4. c. 13.*
[g] *Ad q. 78. art. 1. dub. 2.*
[h] *De necess. corrett. Theol. Scholast. lib. 1.*
[i] *In 4. sentent. q. 2.*
[k] *In 4 sentent. disp. 31. cap. 2.*

MATTHÆUS 26. 26. 27.

Ἐσθιόντων δὲ αὐτῶν, λαβὼν ὁ Ἰησοῦς ἄρτον καὶ εὐλογήσας (sivè [a] εὐχαριστήσας) ἔκλασε καὶ ἐδίδου τοῖς μαθηταῖς, καὶ εἶπε, λάβετε, φάγετε, τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου. καὶ λαβὼν τὸ ποτήριον καὶ εὐχαριστήσας ἔδωκεν αὐτοῖς λέγων, πίετε ἐξ αὐτοῦ πάντες· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ αἷμά μου τῆς καινῆς διαθήκης τὸ περὶ πολλῶν ἐκχυνόμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, &c.

AD quorum intelligentiam quæritur 1. Primò, *utrum hæc duo verba quibus scriptura utitur, vid. εὐχαριστήσας & εὐλογήσας pro eodem ab illâ sumantur.* Respondent affirmativè post Thomam, Durandum, Marsilium & alios veteres Scholasticos [f] Salmero, [g] Maldonatus, [h] Jansenius, [i] Stapletonus, [k] Catharinus, [l] de Capite fontium, [m] Lucas Brugensis, [n] Justinianus; [o] Vasques; [p] Becanus. Probatur. Nam quod Marcus & Matthæus dicunt εὐλογήσας post de Calice loquentes legunt εὐχαριστήσας. Et quod Matthæus [q] de septem panibus & duobus piscibus scribens ait εὐχαριστήσας, [r] Marcus de panibus dicit εὐχαριστήσας, de piscibus εὐλογήσας: [s] & quod Matthæus & Marcus & Lucas de quinque panibus dicunt εὐλόγησεν, Joannes dicit [t] εὐχαριστήσας. Et D. Paulus idem vocat εὐλογίαν & εὐχαριστίαν: *Si*, [u] inquit, *benedixeris spiritu, ὁ ἀναπληρῶν τὸν τόπον τοῦ ἰδιώτου, qui sup-*

[f] *Tom. 9. tr. 12. pag. 75.*
[g] *In Matth. 26.*
[h] *Concord. cap. 131.*
[i] *In Matth. 26.*
[k] *Lucubr. 2. de Consecr.*

[a] Miratur [b] Barradius Jansenium sic legisse, [c] Vasques Erasmum. Ita tamen legit quoque [d] Catharinus, & Robertus Stephanus in minori edit. Novi Test. Paris. 1546. cùm in majori legat εὐλογήσας, vid. quià ex viginti quinque codicibus manuscriptos quos habuit, septem habebant εὐχαριστήσας. Ita quoque legunt, [e] Clemens Alexandrinus ac Origines, Chrysostomus & Theophylact in hunc locum, & Basilius de Baptismô l. 1. c. 3. ex tribus Euangelistis simul compactis Eucharistiæ institutionem referens. Lucas quoque & Paulus habent εὐχαριστήσας. & Marcus ubi de calice loquitur, qui tamen in panis mentione habet εὐλογήσας

[b] *Tom. 4. l. 3. cap. 2.*
[c] *Disp. 196. art. 1. c. 2.*
[d] *Ubi supra.*
[e] *Stromat. lib. 1.*

[l] *Ubi supr. l. 1. fol. 6.* [m] *In Matt. 26.* [n] *In 1. Cor. 11.* [o] *Disp. 196. c. 2.* [p] *De Sacram. in spec. c. 21. §. 3.*

[q] *Matth. 15. 36.*
[r] *Cap. 8.*
[s] *Matth. 14. 19. Marc. 6. 41. Luc. 9. v. 16.*
[t] *Ioan. 6.*
[u] *1. Cor. 14. v. 16.*

qui ſupplet locum idiota quomodo dicet Amen ſuper tuam gratiarum actionem ἐπὶ τῇ σῇ εὐχαριστίᾳ; Præiverat Cyrillus Alexandrinus qui de miraculô in quinque panibus & piſcibus duobus factô loquens, ait: [a] *notandum pro* εὐχαριστήσας (ut habet Joannes) *Matthæum dixiſſe,* εὐλογήσας, *nec tamen Sanctorum editionem diſcrepare. Vtrumque enim idem eſſe Paulus oſtendit, inquiens, omnem cibum bonum eſſe, & nihil rejiciendum, quoniam ſanctificatur per Verbum Dei & orationem: Omninò quippè benedicitur id quod per precationem ſanctificatur.*

a In Ioan. 6. v. 11.

Secundò quæritur, *Vtrum hæc gratiarum actio & benedictio pertineant ad Deum ſolum*, an *ad ſola elementa*, an verò *ad Deum & ad elementa ſimul*, licet non eodem modô. Multiplex hîc, ut & alibi, diſcordia Adverſariorum. Teſtatur Vaſques: *non levis eſt*, [b] inquit, *inter Catholicos concertatio & diſſenſio.* Primo ergò idem Vaſques poſt Cajetanum & aliquot alios, ait, [c] *Matthæum & Marcum hîc duobus participiis* (vid. εὐχαριστήσας & εὐλογήσας) *diverſis, voluiſſe diverſa ſignificare, ſed idem prorſus, nimirum, eandem benedictionem non panis aut calicis, ſed Dei quæ eſt gratiarum actio.* Non quod neget Dominum panem & vinum *benedictione* peculiari a *gratiarum actione* diſtinctâ benedixiſſe; *ſed eam*, inquit, *mihi perſuadeo, non quia utriuſque in Evangeliô fiat mentio*, &c, *ſed quia hæc ſemper fuit in more poſitum ut cùm fieret gratiarum actio ſuper rem aliquam, benedictio ipſius rei ſtatim conſequeretur, præſertim in cibô & potu.* At verum quidem ſanè eſt *actionem gratiarum* & *benedictionem* de quâ Evangeliſtæ & Paulus loquuntur propriè directèque ad Deum referri. Sed tamen quatenùs intendit eas ad panem & vinum nullomodô pertinere rectè confutatur a [d] Salmerone, Maldonatô [e] Suarez & Eſtio, [f] idque duobus argumentis. Prius eſt, quia *cùm ſcriptura mentionem faciat gratiarum actionis & benedictionis poſt acceptum panem & vinum, evidenter innuit eas ipſa* (quodammodô ſaltem) *ſpectare.* Poſterius ducitur ex Paulô dicente: *Calix benedictionis cui benedicimus*; quod analogicè & de pane intelligitur. *Cùm enim haud dubiè Paulus de eâ benedictione loquatur de quâ Evangeliſta Matthæus & Marcus in deſcriptione Cœnæ Dominicæ noviſſima, perſpicuum eſt benedictionem ſubjecta materia, id eſt, pani & calici datam fuiſſe.* Sic autem explosâ primâ illâ opinione Cajetani & Vaſques, ſuccedit ſecunda huic directè oppoſita, videlicet Maldonati, participium εὐχαριστήσας accipi pro εὐλογήσας & ad panem & calicem referri, *non ad Deum.* Addit tamen Maldonatus ſibi objiciens canonem, ubi diſtinctè narratur Chriſtum, tum *gratias egiſſe*, tum etiam *benedixiſſe*; *Eccleſiam non interpretari verborum ſignificationem, ſed quod probabile eſt ſequi: probabile autem eſſe, utrumque feciſſe Chriſtum, & egiſſe gratias Patri & panî benedixiſſe, quia videmus in rebus minoribus, id eſt, cum panibus & piſcibus voluit ut multiplicarentur benedicere, egiſſe etiam utrumque Matt. 14. 19. Marc. 6. 41. Luc. 9. 16.*

b Diſp. 196. art. 1. c. 1.

c Diſp. 198. cap. 2.

d Tom. 9. tract. 12. e Diſp. 78. Sect. 2. f In 1. Cor. 10. 16.

Verùm hæc parùm prudenter ab eô dicuntur cùm manifeſtum inferant cauſſæ quam agit præjudicium. Notandum enim eſt à quatuor Evangeliſtis hiſtoriam illam de panum multiplicatione referentibus, tres ab ipſô citatos *gratiarum actionis* mentionem non facere, ſed tantùm *benedictionis*, Joannem autem viciſſim *gratiarum actionis*, non *benedictionis*: quæ varietas & locum habet in ipſâ Euchariſtiæ de quâ tractamus inſtitutione. Si Maldonatus igitur benè colligit, quamvis tres Evangeliſtæ in multiplicatione panum de *actione* tantùm loquantur, nihilominus *gratiarum actionem* à Dominô fuiſſe uſurpatam, ſivè quod de more foret & promiſcuè utramque conjungere, ſivè quod Joannes (quem improvidè prætermittit in ratiocinatione ſuâ) illius meminerit; quantò ſolidiùs rectiuſque collegerim Dominum *gratias egiſſe* Patri in Euchariſtiæ confectione, *actionemque gratiarum* ad ipſum directè referri, ſi quidem & Paulus & Evangeliſtæ omnes myſterii hujus recitantes Hiſtoriam aut in pane, aut in calice *gratiarum actionem* diſertis verbis memorant? Verùm rurſùs id confirmatur ex vi vocabuli εὐχαριστήσας. Sivè enim accipiatur pro illa orationis ſpecie aut parte quæ *gratiarum actio* propriiſſimè dicitur, ſivè pro *benedictione laudis*, ſivè pro ſimplici precatione, quæ petitio quædam eſt, ut Juſtinianus exponit Apoſtoli locum 1. Cor. 14. 17. ſivè denique pro oratione in genere quatenùs hæc tria ſimul comprehendit, quæ ſecundùm alios mens Apoſtoli hoc locô eſt, perſpicuum omninò eſt ad res inanimes quales ſunt panis & vinum propriè directeque referri non poſſe. De *gratiarum actione* fatetur Maldonatus. De reliquis etiam patet, quià ſunt aut partes aut ſpecies orationis quæ ad res inanimatas propriè non dirigitur. Propriè igitur & primariò ad Deum refertur, licet etiam aliquomodò ad panem & vinum ſpectet, nempè quià tranſit effectus & vis ipſius in illa, ut poſteà docebitur. Ac proindè non minùs εὐλογεῖν accipitur pro εὐχαριστεῖν, quàm εὐχαριστεῖν pro εὐλογεῖν. Quid autem contra Maldonatus? Objicit primò verba Apoſtoli, *calix benedictionis quàm benedicimus*: quibus verbis *perſpicuum eſt*, inquit, *benedictionem ſubjecta materia, id eſt, pani & calici datam fuiſſe.* At hoc quidem probant *benedictionem* ad panem & vinum referri, quod procul dubiô verum eſt, cùm ad illa pertineat, non occaſionaliter ſed etiam effectivè; nullomodò autem evin-

cunt

cunt ad Deum non pertinere. Secundò, inquit, *Lucas cap. 9. 16. ait Christum accepisse panes & benedixisse illos: ergò ipsis panibus benedictionem Christus dedit. Quare cùm eodem modò Eucharistia panem & calicem benedixerit, non ad Deum, sed ad panem & vinum benedictio referenda est.* Verum simili argutiâ quis dicere posset *benedictionem* ad Deum pertinere, non autem ad panem & vinum. Nam Joannes 6. 11. ait Christum *panes accepisse & gratiis actis dedisse.* At *gratiarum actio* non potest referri ad res inanimes, teste ipsô Maldonato. Cum igitur Christus similiter in Eucharistiâ panem acceperit & *gratias egerit* seu *benedixerit*, ea *benedictio* panem & vinum non spectat, sed Deum. Respondeo igitur benedictionem utrobique, tum ad Deum, tum ad panem & vinum referri, ad Deum directè, ad panem & vinum indirectè quatenus benedictione Deo superilla redditâ, benedictionem quoque recipere censentur. Præterea, inquit, *D. Paulus 1. ad Tim. 4. 4. 5. ait cibum sanctificari per verbum Dei & orationem & εὐχαριστίαν gratiarum actionem: Ergo & verbum Dei & oratio & gratiarum actio ad cibum refertur.* Verè, quomodò suprà explicui. Ergo ad Deum non pertinet propriè & primariò. Negatur consequentia, ut evidentissimè falsa. Denique, inquit, *Euangelistarum textus non patitur ut aliter intelligamus quàm panem ipsum & vinum a Christô fuisse benedictum*: Accepit, *inquit*, panem εὐλογήσας ἔκλασεν, cum benedixisset fregit, deditque Discipulis suis. *Panem utique accepit, panem fregit; panem ergò benedixit.* Verùm quis similiter dicere posset Euangelistarum textum non pati ut aliter intelligamus quàm Deum a Christô fuisse benedictum. Lucas enim quem Paulus quoque sequitur ait, *accepit panem & postquàm gratias egisset fregit & dedit.* At *gratiarum actio* quæ eadem est cum *benedictione* ad Deum propriè refertur. Dicendum itaquè est, *actionem gratiarum & benedictionem* ad Deum quidem directè referri, sed cùm super pane & vinô Deo reddantur, vim ac effectum ipsius in panem & vinum redundare, & sic *benedici*. Quô sensu Justinus appellat eucharistiam [a] εὐχαριστηθεῖσαν τροφὴν, & Irenæus [b] *panem in quô gratia acta sunt*, & Tertullianus [c] *panem super quem Dominus Deo gratiarum actionibus fungitur.* Tertia opinio est [d] Estij & [e] Barradij qui ajunt, *probabilius esse apud Matthæum & Marcum benedictionem non esse referendam ad Deum, sed ad panem: gratiarum verò actionem de quâ Paulus & Lucas è contrà.* Addit tamen posterior, *si quis velet solis verbis Christum dum gratias agit Patri, simul etiam panì benedixisse, non repugnabo.* Quô dictô videtur priorem sententiam quodammodò emollire, imò & ab illâ discedere. Alioqui verisimile nullomodò est

a *Apol.* 2.
b *L.* 4. *c.* 34.
c *Contr. Marcion. lib.* 1. *c.* 23.
d *In* 1. *Cor.* 10.
e *Tom.* 4. *l.* 3. *cap.* 2.

Euangelistarum & Apostoli eamdem Eucharistiæ Historiam referentium, sensum eumdem non fuisse, imò & ejusdem Euangelistæ Matthæi in pane εὐλογίας, in calice εὐχαριστίας mentionem facientis, ac eô ipsô ostendentis εὐλογεῖν non minus ad Deum referri quàm εὐχαριστεῖν. Quarta denique sententia est Salmeronis, Catharini, de capite fontium, Jansenij & aliorum affirmantium *gratiarum actionem & benedictionem*, tum ad Deum pertinere, tum etiam ad panem & vinum. Hanc autem sic exponit Jansenius: *Dicendum est in utraque dictione utrumque intelligendum, videlicet & gratiarum actionem Deo exhibitam, & benedictionem panis & calicis, hoc est, precationem super illa effusam & invocationem divina beneficentia super illa.* Suares quoque: *in præsenti mysteriô videtur Dominus benedixisse gratias agendo Patri, & gratias egisse benedicendo panem, quià simul & unâ oratione gratias egit Patri, & mysterij tanti perfectionem deprecatus est*, &c. *qua oratio sub priori ratione erit gratiarum actio, sub posteriori verò benedictio illius rei cui bonum deprecamur.* Similiter & Estius: [f] *Illa duo gratiarum actionem & benedictionem Dominus velut ex more conjunxisse legitur*, &c, *non quod hæc eadem sint, sed quod conjuncta, tanquam ejusdem orationis partes seu membra quædam ex quorum utrolibet synecdochicè totum possit intelligi, nec non alterum ex alterô.* Rursùs: *benedictio est bona precatio, qua scilicet alicui rei, vel personæ benè precamur. Quæ quidem benedictio, quatenùs precatio Deum respicit, ipsum tamen benedicendi verbum transit in rem vel personam quæ seu cui benedicitur. Sic igitur, & non aliter in Euangelicâ narratione capitur hoc verbum, ubi Christus acceptum panem benedixisse legitur. Sensus enim est, eum panì benè precatum fuisse, nimirum, oratione super eum fusâ ad Deum Patrem*, &c, *quâ ipse ut homo & sacerdos peteret illius creaturæ quam manibus tenebat sanctificationem.* Estium sequitur [g] Ysambertus. Atque hæc est quarta opinio cæteris probabilior. Difficultate tamen aliquâ laborat. Nam si spectemus usitatas apud Hebræos preces in ciborum sumptione, sivè communium, sivè sacrorum, illas reperiemus conceptas per solam *gratiarum actionem benedictionemque laudis*, sicut videre est in illorum [h] Liturgijs. Imò, (quod valdè observandum est) in azymorum manducatione (quam ceremoniam præmisit Dominus Eucharistiæ institutioni) moris erat orationem hos panes ad usum sacrum sanctificantem per Dei *benedictionem* tantummodò peragere. Ut sit probabilissimum *benedictionem* illam quâ in pane & poculo usus est Dominus proprie exprimi per *gratiarum actionem* ab invocatione quæ petitio quædam est, distinctam & disparatam. Latè tamen potest, etiam de petitione quoque exponi. Sic enim & in Liturgia nostrâ super pane & in vinô

f *Vbi supra.*
g *Ad q.* 78. *disp.* 1. *art.* 3.
h *Vid. ritual. Indaicum.*

vinô Deo gratias agimus ob beneficia ſua, ac deindè ab eô ſupplices petimus ut *corporis & ſanguinis filij ſui participes nos facere dignetur.*

Tertiò quæritur, *utrum hæc gratiarum actio, benedictio ſeu precatio ſumatur pro conſecratione* in hac materiâ de quâ agimus. Hæc autem præcipua controverſia eſt, in qua Adverſarij rurſum inter ſe diſceptant: *Omnes Catholici antè Cajetanum*, ait [a] de Capite fontium, *unanimi conſenſu aſſeruerunt Chriſtum conſecraſſe cùm benedixit.* Primus ergò Cajetanus, (ſi huic Authori credimus) & poſt illum innumeri alij obfirmato animô ſtatuentes Dominum conſecraſſe ſolis verbis, *Hoc eſt corpus meum, hic eſt ſanguis meus*, conſecrationem diſparant a *benedictione*, nec tamen ullâ ferè aliâ de cauſâ, niſi quod ubi ſemel a Regiâ viâ deflexum eſt, perpetuò ruitur in pejus. Nihilominus præter Veteres Scholaſticos non defuerunt recentiores antiquæ illius doctrinæ veritatem propugnantes. Sed in illâ explicandâ rurſus abitur in partes, multiq; a veritate diſcedunt. Nam poſt Alexandrum, Albertum, Thomam quos Biel citat, Bielem ipſum ac Durandum, [b] Salmero, Maldonatus, [c] Becanus, docentes Dominum *benedictione* conſecraviſſe, ſimul ponunt *benedictionem* illam contineri his verbis, *Hoc eſt corpus meum, Hic eſt ſanguis meus.* At contrà Catharinus, & a Catharinô citati, Odo, Titelmannus, & Petrus Ortys, præterea de Capite fontium & alij quos adducit in tractatu *de neceſſariâ correctione Theologiæ Scholaſticæ*, non ſolùm affirmant Dominum *gratias agendo* ſeu *benedicendo* conſecraſſe, ſed & *benedictionem* illam omninò diſparant a verbis ſuprà citatis, ut quæ nullomodo fuerint illius operativa, ſed enunciativa tantùm. Quam expoſitionem ſicut veram exiſtimamus, ita libenter amplectimur. Ad illius autem confirmationem duo probanda ſunt: ſcilicet, conſecrationem deſignari per *benedictionem* in Euangeliſtarum verbis, &, *benedictionem* illam omninò eſſe diſtinctam a verbis, *Hoc eſt corpus meum, Hic eſt ſanguis meus.* Prius illud igitur probatur tribus argumentis, quorum primum eſt: *benedictio* de quâ Euangeliſtæ loquuntur ſufficiens eſt conſecrationis cauſa; ergò alia quærenda non eſt. Multiplicanda enim non ſunt entia ſinè neceſſitate. Antecedens probatur. Nam *benedictionem* eſſe congruentem ac communiſſimam rerum ſuper quas funditur ſanctificationem, ipſi Adverſarij fatentur: *Sanè*, inquit [d] Eſtius, *quantum ad benedictionem attinet quæ in precibus ſuper aliquâ re fuſis conſiſtit, quod ea ſeu per eam res ſanctificari & conſecrari dicatur, ut altare, templum, aqua, oleum, vaſa, veſtes, uſitatiſſimum eſt.* Secundum eſt: Dominus, ex ipſorum confeſſione *benedixit panem & calicem*, dubiumque eſſe non poteſt quin fuerit exauditus. Panem ergò *benedictione* fecit benedictum, calicemque ſimiliter. At nulla alia illorum *benedictio* tùm neceſſaria erat ad uſum quàm conſecrationis: igitur illos benedictos fecit benedictione conſecrationis. Tertium eſt: *benedictio* de quâ Apoſtolus ait 1. Cor. 10. *Calix benedictionis cui benedicimus, nonnè communio ſanguinis Chriſti eſt?* eadem eſt cum benedictione de quâ Euangeliſtæ loquuntur. At benedictio conſecrationis eſt de quâ loquitur Apoſtolus: Ergò benedictio conſecrationis illa eſt de quâ Euangeliſtæ loquuntur. Major per ſe patet, & admittitur ab Adverſarijs. Eſtius: [e] *Haud dubiè Paulus*, inquit, *de eâ benedictione loquitur, de quâ Euangeliſtæ Matthæus & Marcus in deſcriptione Cœnæ Dominæ noviſſimè.* Minorem concedunt ex ipſiſmet Adverſariis contrà quos ſpeciatim agimus, [f] Cajetanus, [g] Bellarminus, [h] Barradius, [i] Juſtinianus, Sa, Menochius, Tirinus, & [k] Janſenius, quorum poſtremus exclamat: *quæ Apoſtoli verba, niſi quis coactè velit interpretari, ſignificant calicem ſacerdotali benedictione & precatione conſecrari.* Dubitat nihilominus [l] Vaſques utrum ita ſit, & planè negat [m] Eſtius talem eſſe Apoſtoli ſenſum. Verùm, cùm Apoſtolus ex vi hujus *benedictionis* inferat calicem eſſe *communionem ſanguinis Chriſti*, non ſit autem *calix communio ſanguinis Chriſti*, niſi vi conſecrationis, ſatis evidenter innuit *benedictionem* de quâ loquitur eſſe verè conſecrativam.

Jam autem *benedictionem* hanc aliam omninò eſſe a verbis, *Hoc eſt corpus meum, Hic eſt ſanguis meus*, luce meridianâ clarius eſt. Primò enim *benedictio*, precatio quædam eſt. At verba illa nullomodò precatio ſunt. Precatio enim eſt oratio ad Deum directa: Hæc autem verba non ad Deum, ſed ad Apoſtolos primò, deindè ad nos diriguntur. Secundò, Dominus verba illa protulit *poſtquam benedixiſſet ſeu gratias egiſſet*, εὐλογήσας & εὐχαριστήσας, ut ex Euangelijs & Paulô conſtat. Ergò illa neceſſe eſt ab hac benedictione diſtincta eſſe & diſparata. Invictum ſanè argumentum, & Adverſarios acriter urgens. Reſpondent tamen primò [n] Gregorius de Valentiâ, [o] Becanus & [p] Gamachęus poſt plures alios, *Euangeliſtas in narratione ſuâ (ſicut ſæpè aliàs, ut notat Auguſtinus de Conſenſu Euangeliſt. Lib. 2. cap. 30. 31. & 44.) non ſervaſſe ordinem quò res geſtæ ſunt, ut probari poteſt ex Marcô qui verba Chriſti, Hoc eſt ſanguis meus, narrat velut ab eô dicta poſtquam Diſcipuli bibiſſent, quod tamen ſic factum eſſe probabile non eſt: atque adeò verba illorum ordinemque rei ſic exponi poſſe, accipiens panem benedixit dicens, Hoc eſt corpus meum, & deindè fregit & dedit Diſcipulis ſuis.* At ſolutionem hanc, veluti non exponentem,

[a] *Vbi ſupr. lib. 1. c. 1. & 3.*

[b] *Tom. 9.*
[c] *De ſacram. in ſpec. cap. 21. §. 3.*

[d] *In 1. Cor. 10.*

[e] *Ibid.*
[f] *In 1. Cor. 10.*
[g] *De ſacram. in gen. lib. 1. cap. 19.*
[h] *Vbi ſupr.*
[i] *In 1. Cor. 10. annot.*
[k] *Concord. cap. 132.*
[l] *Diſp. 196. cap. 1.*
[m] *In 1. Cor. 10.*

[n] *Tom. 4. Diſp. 6. q. 16. punct. 1.*
[o] *Vbi ſupra.*
[p] *Ad q. 78.*

nentem, ſed mutantem & torquentem Scripturæ verba, meritò reprobant, q Catharinus, Janſenius, de Capite fontium, Salmero & Juſtinianus. Primò enim, tùm Euangeliſtæ, tùm Paulus eumdem prorſùs ſervant ordinem ubi de acceptione, benedictione, & fractione panis agunt: *ubi autem nulla ratio cogit*, ait r Suares, *non oportet ordinem immutare, præſertim cùm ab Euangeliſtis & Paulô tantâ conſenſione obſervatus ſit.* Secundò, natura actionum id non patitur. Nàm ſicut clarum eſt Dominum priùs *accepiſſe panem* quàm *benedixerit*; & *fregiſſe* quàm *dederit*, ita certum videtur eſſe, priùs illum *benedixiſſe* quàm *fregerit* vel *dederit*; & de conſequenti, quàm dixerit, *Hoc eſt corpus meum.* Verba enim illa tantum protuliſſe cum daret, vel poſtquàm dediſſet, patet ex Euangeliſtis. Nec obſtat quod Marcus aliter habet de calice loquens: *poſſumus enim facilè reſpondere*, inquit ſ Juſtinianus, *ita illum ſcripſiſſe per anticipationem, cùm re verâ Diſcipuli nonniſi poſt prolata verba biberint, ut alii Euangeliſtæ affirmant.* Quibus addo, ex eô quod ex textu Marci nullus inferri poteſt ſervatus ordo inter actiones quæ ſecutæ ſunt *benedictionem*, malè omninò colligi nullum ſervatum fuiſſe in his quæ ad eam ſpectant ab omnibus Euangeliſtis ſimiliter prorſùs ſeu eodem locô relatam. Tertiò, ſolutio hæc manifeſtiſſimè repugnat Græco contextui ordinem qualem urgemus præciſè ſignificanti. Sed quià hoc argumentum pariter deſtruit aliàm Adverſariorum reſponſionem, præſtat eam exhibere priuſquàm illud urgeamur. Reſpondent igitur ſecundò, t Thomas, Gregorius de Valentiâ, & Gamacheus, *eumdem ſenſum quem per mutationem textus ſolutio præcedens intendebat, haberi poſſe verbis Scripturæ non mutatis. Nam hoc participium*, dicens, *concomitantiam quandam importat verborum prolatorum ad ea quæ præcedunt: non autem oportet quod hæc concomitantia intelligatur ſolùm reſpectu verbi ultimi prolati, quaſi Chriſtus tunc illa verba protulerit quandò dedit Diſcipulis ſuis, ſed poteſt intelligi concomitantia reſpectu totius præcedentis, ut ſenſus ſit, dum benediceret & frangeret & daret Diſcipulis ſuis hæc verba dixit, Accipite, edite, Hoc eſt corpus meum.* At rurſus reſponſionem hanc ijdem qui ſuprà Catharinus, Janſenius, de Capite fontium, Salmero & Juſtinianus rejiciunt & confutant, idque variis argumentis. Primò enim ſibi ipſi non conſtat. Ut enim tantiſper detur participium, *dicens*, importare illam quam ajunt concomitantiam, ſemper tamen *benedicere* aliud erit juxtà hunc ſenſum, quàm verba illa *Hoc eſt corpus meum* protuliſſe, ſicut aliud eſt *frangere*, aliud *dare Diſcipulis*, quàm dicere *Hoc eſt corpus meum.* Secundò, veriſimile nullomodo eſt, tam pauca verba ita potuiſſe a Chriſtô deduci & lentè pronuntiari ut diviſioni panis in duodecim aut tredecim partes, illarumque diſtributioni ex æquô reſponderet. Uno enim temporis punctô id peragi non potuit; nec credendum eſt iſta myſteria feſtinanter atque curſim & in temporis momento celebrata fuiſſe. Ipſa Chriſti devotio & pietas exigebant ut devota gratiarum actio plura haberet verba quàm quatuor, & in Patris laudes fuſiùs excurreret, quàm permittit temporis momentum. Tertiò Scriptura apertè declarat, verba illa prolata eſſe poſt factam benedictionem. Id quidem elici non poteſt liquidò ex verbis vulgatæ editionis, *eò quod verba Græca omnia*, inquit de Capite fontium, *per præteriti temporis, modi indicativi verba illius Auctor interpretatus eſt quæ actiones mentis oculis uti ſcopas diſſolutas objicium, abſque eô quod ullum inter eas ordinem connotent: aut enim*, gratias egit, benedixit, fregit, dixit. *At ex Græcis Euangeliſtarum verbis colligi certò poteſt quô cuncta ordine geſta, dictaque fuerint. Nam verbis præteriti temporis indicativi modi participiorum activæ vocis aoriſtos præpoſuerunt, qui non poſſunt ſatis appoſitè & juxtà naturalem eorum ſignificandi proprietatem in Latinum transferri, niſi per verba ſubjunctivi modi præteriti pluſquàmperfecti: videlicet, aoriſtos* εὐλογήσας *&* εὐχαριστήσας *(qui per verba temporis pluſquamperfecti, & ſubjunctivi modi exponi debent) verbis* ἔκλασε, ἐδίδου, εἶπεν, *quæ ſunt præteriti temporis indicativi modi, præpoſuerunt. Ideò ſi juxtà naturalem Græciſermonis proprietatem hæc interpretari participia velis, ſic Latina reddes,* cùm benedixiſſet, cum gratias egiſſet. *Ita ipſa vulgata verſio Matth. 4.* νηστεύσας *vertit*, cum jejunaſſet: *& Joannis ſexto ubi agitur de panibus,* εὐχαριστήσας cum gratias egiſſet: *& Actor. 27.* κλάσας cum fregiſſet. *Ita quoque eruditiſſimi viri qui noſtrâ ætate Græca verterunt in Latinum, iſta Euangeliſtarum verba* εὐχαριστήσας *&* εὐλογήσας *per id quod eſt*, cum benedixiſſet, cum gratias egiſſet, *vel*, poſtquàm benedixiſſet, poſtquàm gratias egiſſet, *interpretati ſunt, Catharmus, Villegagnonius, Eraſmus, Sanctesius. Præterea illa in Juſtinô ſic vertunt Perionius & Gelenius. Interpretes ſimiliter Liturgiæ Chryſoſtomi & Concilij Niceni ſecundi, & Theophylacti, Euthymij & Nicephori. Democharis quoque in citandis verbis Chriſti ex Liturgijs Baſilij & Chryſoſtomi. Denique Magiſter Conſilium in prælectionibus epiſtolæ ad Corinthios.* Addo ego, b Cajetanum, Salmeronem, Maldonatum, Janſenium, Lucam Brugenſem, c Vaſques, d Eſtium, Juſtinianum e & Yſambertum. Undè manifeſtè patet, hanc eſſe germanam græcorum illorum participiorum tranſlationem. Nec obſtat quod f Sylvius & alij quidam reſpondent, *Aoriſtum poſitum eſſe locô participij præſentis temporis, ut interdum fit.* Nam *ejus rei*, inquit

q *Vbi ſupr. omnes.*

r *Disp. 58. Sect. 2.*

ſ *In 1. Cor. 11.*

t *Part. 3. q. 78. art. 1.*

b *In Matth. 26.*

c *Disp. 196. cap 4.*

d *In 1. Cor. 11.*

e *Ad q. 78. disp. 1. art. 3.*

f *In 3. Thom. q. 78.*

Digitized by Google

quit g Estius, *haud facilè exempla dederint in aoristis hujus flexionis & formæ. Et omninò rarissima sunt aoristà in quibus usus obtinuit ut præsens tempus indicent, velut* ἀποκριθεὶς *respondens,* εἰπὼν *dicens, & si quod aliud tale. Certè, cum Evangelista tam in descriptione cœnæ quàm in narratione utriusque miraculi panum multiplicatorum, nunc utantur participio* εὐλογήσας, *nunc* εὐχαριστήσας, *utroque aoristo simillima forma, quo convenit ut illud potius quàm hîc resolvas in verbum præsentis temporis? quomodò noster interpres resolvit* εὐχαριστήσας, *Ioan. 6. cum gratias egisset? Huc accedunt verba Concilij Tridentini, quibus, ut equidem arbitror, exponere voluerunt illius Concilij Patres id quod a duobus Evangelijs Matthæo & Marco scriptum est. Verba Concilij de Eucharistiæ sacramentò loquentis hæc sunt: Hoc tam admirabile sacramentum in ultimâ cœna redemptorem nostrum instituisse, cum post panis vinique benedictionem, se suum ipsius corpus illis præbere ac suum sanguinem, disertis verbis testatus est.* At si verba illa interpretanda sunt juxtà genuinam linguæ græcæ vim & energiam, infallibiliter sequitur actiones significatas per verba, *cùm benedixisset, cùm gratias egisset*, præcessisse & perfectè absolutas ac finitas fuisse antè omnes actiones quæ per alia verba illis subjuncta significantur. Id autem necessariò ita se habere probat rursùm de capite fontium post Catharinum: *Nam*, inquit, *regula grammatica est, quoties verbo præteriti temporis, plusquàm perfecti, & modi subjunctivi, subjicitur verbum præteriti perfecti indicativi modi, tunc ipsa loquendi proprietas indicat actionem per præteriti plusquàm perfecti verbum significatã præcessisse & plusquàm perfectam esse, antequàm actio per præteritum perfectum indicativi modi indicata incœperit, vel perfecta fuerit. Exempli gratiâ, quandò dicitur de Christo*, cum jejunasset quadraginta diebus esurijt: *significatur ipsum quadraginta dierum jejunium perfecisse, & in præteritum plusquàm perfectum jejunandi actionem abijsse, antequàm esuriret.* Similiter cum scriptura dicit, *Christus postquàm benedixisset*, seu *gratias egisset panem fregit & dedit, dicens, Hoc est corpus meum*; evidentissimè innuit actionem benedicendi plusquàm perfectam fuisse, quandò fregit, dedit & dixit, *Hoc est corpus meum.* Sed & alij Adversariorum ut a Jansenius uterque, Gandavensis & Yprensis, Estius, Justinianus, Menochius & Terinus idem cum de capite fontium observant. Illustris quoque in hanc rem est Clementis Alexandrini locus: b *Servator* (inquit) *postquàm panem accepisset, primò locutus est & gratias egit, deinde panem cum fregisset apposuit ut rationabiliter comedamus.* Stat ergò firmum argumentum nostrum è scripturis ductum. Addamus rationes aliquot.

Prima est, ad hominem, ut vulgò loquuntur, in hunc modum: Oportet formam sacramenti significare id quod efficitur in sacramentô. At verba, *Hoc est corpus meum, Hic est sanguis meus*, a Christô dicta, non significant id quod efficitur in sacramentô: Ergò non fuerunt Sacramenti forma. Major est Adversariorum, qui illam unô ore ponunt, ut Catharinus observat. Minor probatur. Nam cùm id quod (secundùm illos) efficitur in sacramentô sit conversio panis & vini in corpus & sanguinem Christi, conversionem illam effici non significatur ex vi verborum illorum: Alioquin, ajunt B Catharinus & c alij quidam a Salmerone relati, *quilibet qui demonstraret Corpus suum & diceret*, Hoc est Corpus meum, *significaret conversionem alicujus rei in corpus suum; quod tamen falsum est.* Respondent d aliqui primò, *verba intelligenda esse secundùm subjectam materiam, & eâ ratione significari conversionem, quoniam prædicatur corpus de certâ re determinatâ, quæ apparet non esse corpus Christi nisi subintelligatur conversio.* At contrà Catharinus: *ista conversio ex verbis ipsis non accipitur, si gratiâ subjecta materia intelligenda fuerit. Verùm dicebatur quod forma ipsa verborum debebat hoc significare: Hoc autem pactô significatio potius venit a materiâ ipsâ, & eô quod præsupponimus a nobis fieri, sed non declaratur per verba.* Addo ego, certam rem illam determinatam de quâ dicitur prædicari Christi corpus esse, vel ipsummet Christi corpus, vel panem. Si Christi corpus sit, redit argumentum quod suprà Catharinus urgebat. Sin autem panis sit, sensus ergò verborum erit, *Hic panis est corpus*, quæ verba tantum abest ut conversionem panis significent, quin contra potiùs innuant panem remanere de quô Christi corpus enuntietur. Respondet secundò Thomas, e per hæc verba significari *factum fuisse.* At rursùs contrà & rectè Catharinus: f *non valet hæc responsio*, primò, quia aliud est fieri, aliud factum fuisse. *Oportebat autem significari id quod fit ut in alijs sacramentis.* Nam omnis forma aliorum sacramentorum significat quod fit, non autem quod factum est, ut patet in formâ baptismi & cæteris. Secùndò, *ut significetur factum fuisse, non propterea indicatur illud per ea verba esse factum, sed præsupponi quovis modô jam factum*, &c. Imò, *si significant esse factum, ergò revera erat factum quandò prolata sunt, si rem veram significabant*, ac proindè benedictione præcedenti, non verbis illis.

Secunda ratio. In illâ propositione, *Hoc est corpus meum*, per vocabulum *Hoc* Christus intellexit, aut panem, aut corpus suum, aut aliud tertium quid ab utroque distinctum quod neque sit panis nec corpus. Non tertium hoc. Cùm enim propositio hæc (secundùm Adversarios) conversiva sit, ac in omni conversione sint duo termini, a quô,

B & ad

g In 1. Cor. 10.

Φάγεσθε λοιπὸν.

B Tract. 2. de consecr.

c Tom. 9. p. 82.

d Apud Cathor. & Salmer.

a In Matth. omnes præter Iustin. qui hæc ait in Paulum.

b Strom. l. 1. ὁ σωτὴρ ἄρξασθαι μεταδοὺς ηὐχαρίστησεν, οὐδὲν πλέον τῶν ἄρξασθαι δηλῶν ἵνα δὲ

e Q. 78. art. 2.

f Tract. 2. de consecr.

& ad quem, neceſſè eſt per vocem *Hoc* alterutrum ſubintelligi, nempè, vel panem, vel Chriſti corpus, quià illa duo ſola (ipſorum confeſſione) termini ſunt converſionis. At rurſus ipſimet negant *Hoc* de pane intelligi, quià videlicet propoſitio falſa foret, cùm non poſſit niſi de ſeipſô prædicari Chriſti corpus. Ergò de corpore Chriſti juxtà eos intelligitur: Undè manifeſtò conſtat converſionem jam factam fuiſſe cum Chriſtus hæc verba proferret, ac proindè conſecrationem quæ illam efficit, non autem fieri horum verborum prolatione. Nec obſtat quod aliqui reſpondent, *eam vocem non ſignificaſſe quidquam antè ultimum inſtans prolationis.* Nam contrà & rectè Catharinus: g *Hoc ſi ſingulariter dicitur de illa oratione, ecce quod abſque exemplô & pro voluntate dicitur. Videmus enim quod aliæ orationes non ita ſe habent. Nam quodvis pronomen pro eô tempore quô profertur, officium habet ſuæ ſignificationis, id quod inductione patere poteſt in cæteris innumerabilibus enuntiationibus.* Cujus ratio eſt, quià pronomen ponitur pro nomine. Cùm ergò nomen pro tempore quô profertur aliquid ſignificet, ſimiliter & pronomen quod illius vice ponitur. Rurſum, ſi vocabulum *Hoc* non ſignificaret quidquam, antè ultimum inſtans prolationis, ſimiliter & verbum *eſt* nihil antè ſignificaret. At contrà Salmero, ſivè apud Salmeronem plurimi alij: h *Semper eſt, de præſenti & ſecundùm proprium loquendi modum. Denotat rem eſſe etiam cùm incipitur ferme*, &c. *Non enim cùm dicitur*, ego ſum homo, *ſolùm ſignificatur quod ero, aut fiam homo poſt prolationem, ſed etiam in ipſa verborum prolatione.* Denique, ſi & *Hoc*, & *eſt*, nihil ſignificant antè ultimum inſtans prolationis, non ſignificant igitur conſecrationem fieri, nec conſequenter illam efficiunt.

g *Tract. 1. de conſecr.*

h *Tom. 9. §. 83.*

Tertia ratio è Catharinô & de capite fontium ducta, ejuſmodi eſt: Propoſitio nullum habens verbum quod ſignificet opus fieri, ſed tantùm verbum ſubſtantivum, nullam actionem aut paſſionem, verum ſolam rei exiſtentiam deſignans, practica ſeu effectiva, id eſt, converſiva nec eſſe, nec dici poteſt. At verba *Hoc eſt corpus meum*, a Domino prolata, ſunt ejuſmodi propoſitio; Ergò &c. Major per ſe conſtat. Probatur minor: quià in hac propoſitione nullum aliud verbum habetur quàm verbum *eſt*. At verbum hoc, nec in ſcripturis, nec in communi uſu loquendi accipitur unquàm pro *efficere* vel *fieri*. Novum quoquè omninò eſt & ex præjudiciô fictum ut ſermo enuntiativus & demonſtrativus accipiatur ut imperativus, & abſque exemplô dicitur. Undè nec Deus in rerum creatione dixit, *Hæc eſt lux*, ſed *fiat lux*, vel ad verbum ex Hebræo i *ſit lux*. Nam verbum illud ſubſtantivum in ſolô modô imperandi vim habet efficiendi. Cùm ergò Dominus non imperativè, ſed enuntiativè dixerit, *Hoc eſt corpus meum*, verba ejus non fuerunt practica & conſecrativa, ſed conſecrationis peractæ enunciativa.

i *Geneſ. 1.*

Quarta & ultima ratio de capite fontium eſt: niſi Dominus conſecraſſet antè prolationem horum verborum, *Hoc eſt corpus meum, hic eſt ſanguis meus*, utraquè illa propoſitio falſa fuiſſet. Nam antè converſionem quæ effici dicitur conſecratione, verè dicere non potuiſſet id quod dabat Diſcipulis eſſe corpus & ſanguinem ſuum: quià propoſitio vera dicitur ex eô quod res eſt; affirmatio-miſque veritas è rei affirmatæ veritate pendet. Reſpondent communiter, *utramque propoſitionem non præſupponere, ſed facere ſuam veritatem pro ultimô inſtanti prolationis antè quod nec vera nec falſa ſit.* At contrà primò Tridentinum concilium ait: a Redemptor noſter *poſt panis vinique benedictionem ſe ſuum ipſius corpus illis* (Diſcipulis) *præbere, ac ſuum ſanguinem diſertis ac perſpicuis verbis teſtatus eſt.* Prius autem eſt rem eſſe, quàm quid, vel qualis, vel ubi ſit teſtificari. Eſt enim teſtificatio poſterior ſuo ſubjecto, ſeu re cujus eſt teſtificatio, omninòque impoſſibile eſt teſtificationem eſſe ſinè re de quâ fiat, vel etiam intelligi. Rurſus, teſtimonio res non efficitur, ſed quæ, & qualis res ſit declaratur. Cùm igitur ſuprà memorata verba ſint teſtificationis verba, non ſunt cauſa exiſtentiæ rerum quas declarant, quià quod poſterius eſt prioris cauſam eſſe inintelligibile eſt. Secundò, falſiſſimum eſt propoſitiones illas non fuiſſe veras antè ultimum inſtans ſuæ prolationis, cùm procul dubiô veræ fuerint antè primum inſtans illius: *Notandum eſt*, inquit b de capite fontium, *propoſitionem hanc*, Hoc eſt corpus meum, *fuiſſe veram ante primum inſtans ſua prolationis, & non poſt ultimum inſtans, ut inepte quidam Scholaſtici cavillantur, qui non perpendentes quid eſt quod profertur, putant quod termini vocales ſint illi qui proferuntur, & non termini & propoſitiones mentales quæ certè per voces proferuntur, quæ voces mentalium ſigna tantùm ſunt & imagines. Mentalis enim propoſitio eſt quæ per voces ex corde per loquentis os depromitur, exit, effertur, proferturque ex occultô mentis receſſu & in animum trajicitur auditoris, ad quem finem, ut ait Auguſtinus, ſignorum nobis datus eſt uſus, inter quæ vocalia verba principatum tenent. Non ergò verba vocalia ſunt quæ propriè loquendo proferuntur*, c *ſed mentalia. Cùm ergò quæritur, an vera erat iſta propoſitio, Hoc eſt corpus meum, antequàm proferretur, de mentali propoſitione quæſtio eſt, quæ certè propoſitio prius formata erat in Chriſti mente, quàm illam per voces foràs efferret, ut in animos illam transferret Apoſtolorum. Et erat vera in Chriſti mente antè primum inſtans ſua prolationis, & manſit vera toto tempore quô unaquæque vox dicebatur, & falſiſſimum eſt quod non fuerit vera niſi*

a *Seſſ. 13. c. 1.*

b *Vbi ſupr. lib. 1.*

c *Idem habet Auguſt. ſerm. 23. 10. Sirmondi. & Cyrillus in Ioan. 12. 49. 50.*

nisi post ultimum instans suæ prolationis. Nam mentalis propositio, sivè proferatur, sivè non proferatur, sive ab aliis intelligatur, sivè non, semper prius est vera vel falsa quam proferatur. Si ergo illa propositio, *Hoc est corpus meum*, vera erat antequàm proferretur, necessariò consequitur consecrationem antecessisse illius prolationem: vera enim esse non poterat antè sui prolationem, nisi consecratio illam talem in se reddidisset. Nec juvaret objicere, in animô Discipulorum non generatam fuisse propositionem mentalem usque post ultimum instans prolationis verborum mentalium seu propositionis mentalis Christi, & ideò illorum respectu nec veram nec falsam fuisse propositionem, donec tota in illorum mentem per vocalia verba trajiceretur. Nam id verum quidem est: sed tamen in Christi animô & mente vera erat antè primùm instans suæ prolationis, ac proindè necessariò vi consecrationis, utpotè *benedictione* præcedenti jam peractæ.

Itaque, ut tandem concludam, quandò suprà probatum est nos hodiè consecrare, prout Christus consecravit; Christus autem non consecravit per verba, *Hoc est corpus meum*, *Hic est sanguis meus*, sed per orationem, *gratiarum actionem*, *benedictionem*: nos ergò hodiè non per illa verba, sed oratione, *gratiarum actione*, & *benedictione* super proposita elementa, illa consecramus & sanctificamus.

CAPUT V.

In quo respondetur ad objectiones quibus Adversarij probare conantur, tum consecrationem gratiarum actionibus & precibus non effici, tum effici per verba, Hoc est corpus meum, Hic est sanguis meus.

EXPENDENDÆ jam nobis sunt objectiones Adversariorum.

Prima est: *Si humana preces possent efficere consecrationem panis & vini, potius virorum bonorum preces quàm pravorum sacerdotum hoc divinum opus efficerent. At illud non minus ab indignis sacerdotibus quàm a bonis efficitur:* Ergò &c. Ita [d] Bellario. Respondeo, negando majorem. Nam quamvis verum sit consecrationem per preces fieri, non tamen fit precum merito seu *ex opere operantis*, sed ex ordinatione domini qui illam orationibus impetrandam constituit: undè, sivè bonus, sivè malus sit sacerdos, modò conditionem imperatam adimpleat, consecrationem efficit, sivè potiùs Deus ad ipsius preces consecrat ac sanctificat elementa proposita.

[d] *De Sacrâm. Euchar.*

Secunda objectio: *Confectio sacramenti debet esse certa & indubia, igitur per preces non fit.* Probat consequentiam Bellarmino: *quippè*, inquit, *dubium & ambiguum est an preces ac supplicationes nostræ Deo acceptæ sint futuræ:* Bellarminus similiter: *Sacramenti confectio debet esse certissima, sive a bonô sivè a malô ministrô fiat: Ergò non debet pendere ab humanâ prece, nisi constet de pactô absolutô & promissione factâ ejusmodi precibus a Deô. Nam sinè ejusmodi pactô preces humanæ non necessariô sunt impetratoriæ, præsertim si a malô ministrô fiant: non autem constat tale aliquod pactum factum esse a Deô.* Respondeo primo, certitudinem de quâ loquuntur intelligi, vel ratione effectus consecrationis in se, vel ratione cognitionis persuasionisque nostræ. Si posteriori modo sumatur, argumentum infirmatur ab ipsamet Adversarius. Nam cùm ad consecrationem requiri statuant intentionem sacerdotis, non autem certo constare possit utrùm verè intendat consecrare, ac fortè aliquando nonnulli reperiantur, qui ut [f] Catharinus queritur, *nec intentionem habent sacrificandi, nec verba proferunt a Christo mandata quibus conficitur sacrificium*, & sic insigni scelere *faciunt populum idolatrare*; alterutrum necesse est, videlicet, aut sacramenti confectionem non esse certam & indubiam cum a re incertâ pendeat, cujus tamen contrarium affirmant; aut malè colligi ex eo quod certa esse debeat, illam precibus non fieri, cum preces (uti quidem illas proferre soliti sumus clarâ voce & linguâ vernaculâ) multo certiores plebi sint intentione sacerdotis è cujus tamen incertitudine quæ perpetua est colligi nollent sacramenti consecrationem perpetuo incertam esse. Si autem priori modo certitudo sumatur, respondeo negando consequentiam. Nam in baptismo, verbi gratiâ, sacramenti confectionem certissimam esse debere non negant Adversarij: Patres tamen omnes qui quæstionem hanc attigerunt, aquarum consecrationem sacerdotis prece fieri uno ore asseruerunt. Ad probationem autem dico, verum quidem esse preces nostras necessario impetratorias non fore, nisi pactione aut promissione prævià: talem autem promissionem precibus nostris non esse factam, falsò assumi a Bellarmino. Cum enim nos Dominus jusserit *facere* quod ipse fecit, gratiarumque actione seu prece consecraverit, ac dixerit, *Hoc est corpus meum*, &c, habemus exemplum illius, habemus mandatum illius, habemus denique illius promissionem. Nam verba illa ab ipso primo prolata, tacitam promissionem futuri inposterum effectûs includere, jam suprà diximus. Nec obstat quod objiciunt [g] Bellarminus & [h] Becanus: *si illa verba promissionem continerent, certè per verbum futuri temporis expressa fuissent, ut factum videmus in similibus promissionibus.* Id enim quàm frivolum sit, ipsimet testes sint. Nam cùm diceret Dominus, [i] *Ecce ego vobiscum sum*

[e] *De Euchar. lib. 4. c. 13.*

[f] *De Verit. incruenti sacrif. ad fin. obs. 3.*

[g] *De Euchar. lib. 4. c. 2.*

[h] *De sacrâm. in spec. c. 15. q. 1.*

[i] *Matth. 28. v. 20.*

usque ad consummationem seculi, uterque fatetur illum promissive esse locutum. Bellarminus: k *Aperta est promissio.* Becanus similiter: l Ecce ego vobiscum, *est quasi dicat, ego non deseram vos, adero vobis.* Et tamen ibi Dominus presentis temporis verbum, non futuri usurpavit. Nil igitur obstat verba *Hoc est corpus meum* promissionem continere, licet eam non exprimant per futuri temporis verbum.

k *De Eccles. militante l. 3. c. 13.*
l *De Eccles. cap. 5. conclus. 4.*

Tertia objectio: *Precibus nostris* (inquit Bellario) *non perficimus, sed tantummodò rogamus ut perficiatur sacramentum. Verba verò quæ hoc divinum opus operantur efficientia sacramenti esse debent, non ut conficiantur deprecantia.* Respondeo, si de causâ principali propriissimeque efficienti sermo sit, concedi totum argumentum. Hoc etenim sensu, nec gratiarum actiones nec preces nostræ Sacramentum conficiunt, sed sola divina virtus, aut *invisibilis* (ut loquitur Augustinus) *operatio Spiritus S.* At preces, nihilominùs rectè dicuntur illud efficere, quià illarum interventu fit: sicut oratio vere dicitur cibos communes *sanctificare* quià ad illam sanctificantur, ac veluti *Sancti* dicuntur suis precibus mortuos suscitasse, cæcos illuminasse, morbos fugasse, quià ad illorum preces hæc Deus operatus est. Causa enim instrumentalis est in efficientis genere. Quô sensu major argumenti precationem opponens efficientiæ manifestâ falsitate laborat. Nam oratio pro sacramenti confectione proculdubio efficax est, seu verè impetratoria ex vi promissionis.

Quarta objectio ejusdem: *Dum rogat sacerdos, aut petit obtinere potestatem conficiendi mysterij, aut non. Si petit, non merat igitur sacerdotis precibus eâ potentia. Quis enim peteret quod jam tenet? Quod si non petit, frustrà rogat. Quapropter non ipsas sacerdotum preces, sed Domini verba Eucharistiam conficere manifestum est.* At quid hoc est nisi nugari? Nam sacerdos actione gratiarum sive oratione suâ non petit potestatem conficiendi mysterij: illam enim habet ex potestate ordinis; sed confectionem petit, seu precando illam efficit, cùm ejusmodi oratio velut ex mandatô facta & in promissione fundata efficaciter impetret, & sic rectè dici possit efficere illud quod petit.

Quinta objectio: *Verborum quæ hoc mysterium conficiunt nulla diversitas, nulla mutatio esse debet: una enim cujusque & immutabilis forma est, quâ mutatâ totum etiam mutatur*, &c. *Preces autem & supplicationes sacerdotum quibus nonnulli existimant hoc mysterium confici, alias apud alios, & longè quidem diversas esse videmus, ut patet ex Liturgijs Clementis & Iacobi, Basilij & Chrysostomi. Ergò illis non conficitur hoc mysterium.* Argumentum est ejusdem qui suprà Bellarionis. Ysambertus in eundem sensum: m *Preces Ecclesiæ etiam in celebratione hujus sacramenti usurpandæ, sunt mutabiles pro voluntate Ecclesiæ, ut Concilium* n *Milevitanum secundum (cui interfuit S. Augustinus) significat canone duodecimo. Forma verò consecratoria Eucharistiæ certa & determinata ex S. Augustino contr. Faust. Lib. 20. cap. 13.* Respondeo, consecrationem rectè & propriè loquendo non esse caussam formalem sacramenti, sed causam efficientem. Nam cùm actione opus sit ut fiat sacramentum, & in rerum naturâ producatur, actioque pertineat ad causam efficientem, evidentissimè patet consecrationem quæ actio est esse in efficientis genere. Hoc autem præsuppositô dicere quis posset, simpliciter & absolutè loquendo ac sepositô respectu ad mandatum sic efficiendi, mutatâ causâ efficiente totum necessariò non mutari. Nam, exempli gratiâ, homo qui nunc generatur immediatè ab homine, specie non differt ab eo quem Deus ex se se formavit de nihilô. Verùm, cùm in subjectô de quô agimus causa efficiens instrumêtalis divinitùs sit ordinata, abnuere nolim illam ex vi talis mandati immutabilem esse debere. At cùm immutabilitas variè accipi possit, ratione nempè, vel sensus vel soni materialis, de priori illâ immutabilitatis specie si loquantur Adversarij, propositione concessâ assumptionem negamus. Nequè enim preces quas Veteres conceperunt in Eucharistiæ consecratione, neque illæ quas fundimus ad idem mysterium peragendum variæ sunt quoad sensum, sed tantum quoad terminos seu sonum materialem. Sin autem de posteriori immutabilitatis specie propositio intelligatur, illam nobiscum negabunt Bellarminus & Suares: *Vtcunque varientur verba*, &c, ait o ille, *semper manet integritas substantialis, dum manet idem sensus.* Suares verò postquàm dixisset, oportere verba sacramentorum esse certa & præscripta, addit: b *Intelligenda est hæc conclusio de certis verbis, non quoad materialem sonum, sed quoad sensum & significationem.* Cujus ratio est, quia sensus est velut anima verbi. Non enim profertur verbum propter sonum, sed propter sensum: & ideò si idem sensus manet, idem verbum atque eadem forma manere censetur. Verbum autem illud sacramentum Eucharistiæ consecrans & sanctificans, esse verbum gratiarum actionis & precationis a Domino ordinatum, jam multoties diximus.

m *Ad q. 78.*

Sexta objectio ex doctrina de sacramentis in genere: *Sacramenta novæ legis quorum Eucharistia unum est, constant rebus & verbis tanquàm materiâ & formâ, juxta vulgare illud axioma,* c *accedat verbum ad elementum & fit sacramentum. At verba illa, non sunt verba invocationis, sed consecrationis.* Respondeo primô argumentum hoc esse ἀπροσδιόριστον. Non enim docemus Eucharistiam constare

disp. 1. art. 5.
n *Plura hic peccata congerit Ysambertus; nam 1. ut ut ab eo citatus Canon. 13. Milevitanus Sapadè infrunito ante jecula aliquot immistus sit, Milevitanicis non est sed Carthaginensis Synodi plenariæ a. D. 407. Iunii 13. congregatæ, prout ex Ecclesia Africana codice certissimè constat.*
2. Synodus plenaria quæ Milani a. D. 402. Augusti 27. quin & Canones aliquot condidit. in Africanæ Ecclesiæ codicem relatos, prima fuit, non secunda.
3. Synodus 2. Milevitana cui Augustinus interfuit, *nec plenaria fuit, sed provincialis Episcoporum Numidarum 61. nec Canones sanxit, sed epistolam ad Innocentium Papam adversus Pelagii hæresim dedit a. D. 416.*
a *De sacrâ. in gener. l. 1. cap. 21.*
b *Disp. 58. Sect. 3.*
c *August. in Ioan. tr. 80.*

constare ex oratione & elementis panis & vini, tanquàm materiâ & formâ; sed tantùm dicimus consecrationem oratione fieri, cujus contrarium hoc argumentô non probatur. Secundò respondeo, sacramenta novæ legis non constare ex *verbis* & *rebus* tanquàm partibus essentialibus, hoc est, materiâ & formâ, propriè loquendo, sed *rebus* & *significatione* quam ex institutione habent. Nam cùm sacramenta *sacra signa* sint, signorum autem qua signa sunt forma sit respectus ad res sacras seu significatio, manifestum omninò est, ipsa formaliter dicere significationem, & de consequenti constare *rebus* tanquàm materiâ, *significatione* tanquàm formâ. Nec contrà quidquàm facit vulgare illud axioma ex Augustinô petitum. Non enim vult Augustinus *verbum* illud de quô loquitur esse sacramenti partem essentialem, quod omninò falsum foret, sed tantùm illud præsupponi seu præcedere debere, ut elementi sanctificatio fieri queat. Tale autem *verbum* est verbum promissionis quod sicut in baptismo est de remissione peccatorum, ita in Eucharistia de communione corporis & sanguinis Christi. Nam absque ejusmodi verbo frustrà tentaremus elementa sanctificare; eo autem accedente seu præsuppositô, tunc illorum consecrationem auspicatò aggredimur, ac etiam certò efficimus. Ipse verò Augustinus se de ejusmodi verbo fundamentali, ut ita loquar, sententiam hanc intelligere palàm indicat, cùm subjungit: *hoc est verbum fidei quod prædicamus.* Nam verbum quod propriissimè objectum est fidei nostræ est verbum promissionis. Quoniam autem est efficax in sensu consecutivo, positisque ex parte nostrâ ad agendum requisitis, quandoque dicitur id efficere, quod non tamen proximè facit, sive in genere formæ, sivè in efficientis genere, sed quod tantùm fit ex vi illius tanquàm fundamenti actionis nostræ, sicut capite sequenti ex Chrysostomo sumus ostensuri. Quamquam, etsi diceremus Augustinum per *Verbum* intelligere *verbum orationis* quod elemento additum illud sacramentum efficiat, id sententiæ nostræ rursùm probe conveniret. Denique respondeo, in assumptione verba invocationis & verba consecrationis male inter se opponi, cùm verba invocationis, consecrationis verba sint.

Septima objectio Bessarionis, Bellarmini & Ysamberti: *Eadem est ratio baptismi & Eucharistiæ. At in baptismo id quod sacramentum facit non sunt humana preces quæ præcedunt vel sequuntur infusionem aquæ sed illa verba Domini*, baptizate in nomine Patris & filii & Spiritus S., *sivè ut Græci dicunt*, baptizetur talis in nomine Patris & filij & Spiritus Sancti, *quæ dicuntur dum infunditur aqua, & omnes fatentur: & indè manifestè colligitur, quia si quis solis illis verbis baptizetur, nullâ adjunctâ prece censetur ab omnibus baptizatus.* Atque in hunc finem Ysambertus citat Augustinum qui ait: [d] *Deus adest verbis Euangelicis suis sinè quibus baptismus Christi consecrari non potest, & ipse sanctificat sacramentum suum.* Respondeo primo, Adversarios fraudulenter a solo baptismo comparationem ducere. Nam in septenario illo quem ponunt sacramentorum numero negare non possunt formas, tum confirmationis, tũ extremæ unctionis, tum etiam matrimonij, mera esse hominum verba, quibus ipsi nihilominus vim consecrandi tribuunt: Cur non ergo similiter & hîc orationibus nostris? Secundo, major prorsus infirma est in eorum ore. Nam non eamdem esse rationem Eucharistiæ & baptismi ipsi verbis disertis docent. Sic enim Thomas: [e] *Dicendum est, quod hoc sacramentum* (Eucharistia) *ab aliis sacramentis differt in duobus, primò quidem quia hoc sacramentum perficitur in consecratione materiæ, alia verò sacramenta perficiuntur in usu materiæ consecratæ*, &c. Verum, quià hoc non probamus, concessâ majore minor a nobis negatur duabus de causis. Primo enim verba illa, *Ego te baptizo in nomine Patris & filij & Spiritus S.*, non omnia Christi verba sunt, id est, a Christô usurpata. Non dixit Dominus, *Ego te baptizo*, aut jussit nos ita loqui, quod & ipse Bellarminus agnoscit; sed tantum baptizare jussit, quod sane fieri potest absque horum verborum prolatione solâ abluendi actione, adeo ut quamvis formam hanc administrandi immutari nolim cum sit vetus & congrua, clarissimeque id quod fit explicet, tamen persuasum habeam si quis sacerdos ablueret, tantummodo dicens, *in nomine Patris & filij & Spiritus Sancti*, aut etiam *in nomine S. Trinitatis* quam apparet Christum expressam esse voluisse, illum vere baptizaturum. Secundo & præcipue rejicitur assumptio, quià videlicet disparat hæc Domini verba *in nomine Patris & filij & Spiritus Sancti*, a precibus nostris, cum tamen verba illa preces sint (ut Isidorus Peluliota [f] recte observat, & Bellarminus) si non explicitæ & prolixæ, quales nec in Eucharistiâ referunt Euangelistæ, saltem implicitæ & breves, tam ad aquæ elementaris quàm ad hominis baptizandi consecrationem a Domino imperatæ. Perinde enim est ac si dixisset, *invocato nomine Patris & filij & Spiritûs Sancti*: ut hæc invocatio respondeat gratiarum actioni in Eucharistiâ a Domino usurpatæ & imperatæ, effusio aquæ distributioni panis & vini, & receptio ejusdem aquæ participationi signorum Eucharisticorum. Ita mysterij utriusque eadem ratio: utrobique elementa secundum scripturas precibus sanctificantur. Cardinalis Contarenus: [g] *apud Veteres Patres nostros mos erat ut etiam in vigilia Pentecostes*

[d] *De baptis. contr. Donatist. lib. 5. c. 25. & l. 3. cap. 15.*

[e] *Part. 3. q. 78. art. 1.*

[f] *L. 1. epist. 109.*

Bellarm. de sacram. in gener. l. 1. cap. 19. propos. 3. Idem notat & Cătaren. Christiand. instruct. interrog. 8.

[g] *De sacramentis l. 2. cap. 1.*

tereſtes aquâ baptiſmatis benediceretur. Huic atteſtatur totus antiquitatis chorus. Pſeudo Dionyſius Areopagites: a *Pontifex ſacris invocationibus aquas ſanctificat.* Author conſtitutionum: b *Domine reſpice è cœlo, & ſanctifica aquam hanc.* Tertullianus: c *aqua de priſtinâ originis prærogativâ ſacramentum ſanctificationis conſequuntur invocato Deo.* Sedatus a Tuburbô in concilio Carthaginenſi: d *aqua ſacerdotis prece in Eccleſiâ ſanctificata abluit delicta.* Concilium Nicenum primum, ſeu potiùs Gelaſius Cyzicenus: e *per ſacram invocationem aquas intelligo plenas eſſe ſanctificatione ſpiritûs & igne divino.* Cyrillus Hieroſolymitanus: f *aqua ſimplex per invocationem, Spiritus S. & Chriſti virtutem accipiens, ſanctitatem conſequitur.* Ambroſius de probaticâ piſcinâ loquens: *Quid*, g inquit, *in hoc typo angelus niſi deſcenſionem S. Spiritus nuntiabat quæ noſtris futura temporibus aquas ſacerdotalibus invocata precibus conſecraret?* Theophilus Alexandrinus de Origene loquens, in eundem ſenſum: h *non recogitat aquas in baptiſmate myſticæ adventu S. Spiritus conſecrari.* Fulgentius: i *In nomine Chriſti ſanctificate latice.* Denique Damaſcenus: k *Dominus nos juſſit renaſci ex aquâ & Spiritu S. per preces & invocationem aquæ ſupervenienti.* Reſpexiſſe autem Veteres ad hæc Euangelica verba, *in nomine Patris & filij & Spiritus S.* dubium eſſe non poteſt, cum nullæ ſint aliæ preces ad aquæ conſecrationem a Domino inſtitutæ. At hanc generalem implicitamque invocationem in primævâ Euangelij ſimplicitate aquæ ſanctificationi, hominiſque ſanctificationi abundè ſufficientem amplificarunt & dilatarunt, preces primò concipientes pro aquæ ſanctificatione, dein etiam alias pro baptiſmum ſuſcipiente, cum varijs additamentis exoticorum rituum. Unde fortaſſis Baſilio cauſa exclamandi: l *Benedicimus aquam baptiſmatis*, &c, *præterea ipſum qui baptiſmum accipit: ex quibus ſcriptis? nonne a tacitâ myſticaque traditione?* Mens enim ipſius non eſt ſimpliciter & abſolutè, aquarum conſecrationem hominiſque baptizandi ſanctificationem in ſcripturis non haberi, quod omninò falſum foret; ſed explicitè non haberi ſecundùm diſtinctum hunc ritum tunc uſurpatum. Itaque, ut redeamus ad objectionem Adverſariorum, quandoquidem & rectè volunt eandem eſſe rationem baptiſmi & Euchariſtiæ; ideautem quod in baptiſmo aquam ſanctificat oratio ſacerdotalis ſit, idem in Euchariſtia contingere fateri debent.

Octava objectio Bellarmini: *Si vera eſſet ea ſententia* (videlicet conſecrationem precibus fieri) *ſimul fierent corpus & ſanguis Domini: nam unâ oratione utraque ſpecies conſecratur. At Dominus ſeorſim & diverſis verbis conſecravit, primò corpus, deindè ſanguinem, ut ex Euangeliſtis apertiſſimè conſtat.* Sed levis eſt objectio. Nam ſi in ſimultaneâ utriuſque ſpeciei conſecratione per preces, eſſet aliquid incommodi, illud facile tolleretur panem prius orationibus, deindè quoq; calicem ſeorſim precationibus conſecrando. Verum in eâ nihil prorſus incommodi eſt. Nam licet Dominus ſuper pane & calice ſeorſim gratias egerit, Judæorum conſuetudini in panis azymi & agni ceremoniâ diſtincte orantium ſuper pane & poculo, quodammodo ſe accommodans, nemo tamẽ non videt id ad rei ſubſtantiam minime pertinere, nec effectum alium eſſe, cum ſemper ſit eadem efficiens cauſa, aut, ut Adverſarij eam appellant, formalis.

Nona objectio: *Sacerdos conſecrat in perſonâ Chriſti, ſivè (quod idem eſt) conſecrat Chriſtus per os ſacerdotis, ut ſapè Chryſoſtomus dicit. At illa ſola verba*, hoc eſt corpus meum, hic eſt ſanguis meus, *dicuntur a Chriſto per os ſacerdotis*, &c; *conſecratio igitur non fit aliis verbis.* Ita Bellarminus. Reſpondeo, propoſitionem in formis hujus argumenti ambiguam eſſe. Si enim id vult Adverſarius, licet ſacerdos impleat conditionem imperatam ad conſecrationis effectum, proprie tamen & ſtrictè loquendo ab eo conſecrationem non effici, ſed a Chriſto, quod eſt Chryſoſtomi intentum, hoc procul dubio verum eſt; ſed noſtræ ſententiæ nullomodo præjudicans. Nihil enim inde contrà nos inferri poteſt. Sin autem ſenſus eſt, ſacerdotem conſecrantem (hoc eſt, ſecundum nos, orationem pro conſecratione efficaciter fundentem) id in perſonâ Chriſti facere, propoſitionem pro verâ non accipimus, cum ad Chriſtum ipſum orationem ſuam dirigat. Ad imitationem & exemplum Chriſti, ejuſque mandatum, id quidem facit: ſed aliud eſt aliquid ad ipſius imitationem efficere, aliud in perſonâ Chriſti illud facere. Orando præſtamus quod noſtrum eſt, Chriſtus operando quod eſt ſuum: licet nos quoque dicamur conſecrationem efficere, quià ad preces noſtras fit; quemadmodum apud Jacobum 1 *oratio fidei* dicitur *infirmum ſervare*, quiâ Deus ſervat per orationis hujus interventionem. Si denique intelligit Adverſarius, Chriſtum conſecrare per os ſacerdotis, quatenus recitat illa verba, *hoc eſt corpus meum*, meram principij petitionem eſſe dico, non legitimam probationem. Sed ſcopas has diſſolutas in argumentum conſtringamus quale debuerat eſſe formatum, quo vanitas concluſionis apertius dignoſcatur: *Illa ſola verba quæ in perſonâ Chriſti dicuntur per os ſacerdotis conſecrationem efficiunt. At verba*, hoc eſt corpus meum, hic eſt ſanguis meus, *ſunt ſola illa verba quæ in perſonâ Chriſti dicuntur per os ſacerdotis. Ergo.* Reſpondeo primo negando minorem. Nam non ſola hæc verba in perſonâ Chriſti dicuntur per os ſacer-

1 *Iacob.* 5. v. 15.

a *Eccleſ. Hier. cap.* 3. Ὁ ἱερεὺς ταῖς ἱεραῖς ἐπικλήσεσι τὰ ὕδατα ἁγιάζει.

b *L.* 7. *c.* 44. Καὶ ἐξ ἀρχῆς ἐπὶ ἀγιασμῷ τοῦ ὕδατος τοῦτο.

c *De baptiſmo cap.* 4.

d *Apud Cyprian.*

e *Cap. de baptiſm.* Διὰ τῆς ἱερᾶς ἐπικλήσεως τελείας τὰς ἁγιασμοῦ τὸ πνεύματος καὶ τὸ θεῖον πνεῦμα, τὰ ὕδατα.

f *Catechеſ. illum.* 3. Διὰ τοῦτο ὕδατος πνευματικοῦ ἀλγεῖ τῇ χάριτι αὐτοῦ τὸ ἐπικληθὲν ἀνωθεν δίκαιον. ἁγιάσματος πνευματικοῦ ἐπικλῆσιν.

g *De Spiritu S. l.* 1. *c.* 7.

h *Paſchal. in vid. & Iſidor. Origin. l.* 6. *c.* 19.

i *De præd. & grat. Libr.* 3. *cap.* 19. *in nona edit. Chiffletij.*

k *De fide l.* 4. *c.* 10. Ἁγιάζει ἐπὶ ὕδατι δίδωσι δὲ ὕδατι ἁγιαζόμενα καὶ ὁ πνεύματος δὲ σύστασις καὶ ἐπικλήσεως τοῦ ὕδατος ἐπιφοίτησιν τοῦ ἁγίου πνεύματος.

l *De Spiritu S. cap.* 27.

os ſacerdotis, ſed etiam illa præcedentia, *accipite, edite, bibite*, ſignorum uſum imperantia; & illa rurſum ſubſequentia, *quod pro vobis datur, qui pro vobis effunditur*, prædicatum, id eſt, Chriſti corpus & ſanguinem, determinantia: unde ſequeretur contrà Adverſarij hypotheſin illa quoque conſecrari. Reſpondeo quoque ſecundo, negando propoſitionem, quam, licet falſiſſima ſit, ſperavit Bellarminus nos liberaliter eſſe conceſſuros: verum probationem expectamus & urgemus.

Decima objectio: *Illa eſt forma Euchariſtiæ conſecrandæ quam Chriſtus inſtituendo hoc ſacramentum præſcripſit uſurpandam in eô conficiendô: atqui Chriſtus Dominus inſtituens Euchariſtiam præſcripſit ut uteremur hac formulâ in conficiendâ Euchariſtiâ*, hoc eſt corpus meum, hic eſt calix ſanguinis mei: *igitur hæc eſt forma Euchariſtiæ conficiendæ.* Ita [m] Yſambertus. Addit: *Minor probatur ex illô Chriſti Domini*, hoc facite, *Matth. 26. Luc. 22. & 1. Cor. 11. quod quidem præceptum tam ſe extendit ad prolationem formæ prædictæ, quam ad accipiendum panem & vinum in materiam, maximè cùm Chriſtus Dominus ibi non tantùm nudam actionem præceperit, & tam Apoſtolus quàm Euangeliſta diligenter & ſtudioſè eodem planè ſenſu omnia iſta verba referant.* Gamachæus idem argumentum, ſed paulò aliter proponit in hunc modum: [n] *Luca 22. Chriſtus juſſit facere quod ipſe fecerat, & conſecrare ex eâ materiâ quam aſſumpſerat, & his verbis uti quibus uſus fuerat:* hoc, *inquit*, facite *ſupple* quod ego feci: *atqui accepto pane nulla alia verba dixit, quam* accipite & manducate, hoc eſt corpus meum, quod pro vobis datur, *nec ullam omninò orationem, aut precationem illic reperimus ab his verbis diſtinctam, nec apud D. Paulum 1. Cor. 11. nec in aliô ſcripturæ locô.* Et hoc argumentum *clariſſimum* vocat. Sed primò magna eſt utriuſque inadvertentia. Nam ſi valet eorum ratio ducta a verbis, *hoc facite*, ſequitur, non illa ſola verba *hoc eſt corpus meum, hic eſt ſanguis meus*, ſed & alia quoque facta & dicta conſecrationem efficere. Narrant enim [a] Euangeliſtæ Dominum *accepiſſe panem, gratias egiſſe, fregiſſe, dediſſe, ac dixiſſe, Accipite, edite, hoc eſt corpus meum quod pro vobis datur; Et de poculô ſimiliter, bibite ex eo omnes, hoc eſt enim ſanguis meus novi teſtamenti qui pro multis effunditur in remiſſionem peccatorum.* Si igitur, quando addidit, *hoc facite*, præceptum ejus ſe extendit ad illa omnia quæ fecit & dixit, nonnè neceſſariò dicendum erit illa omnia conſecrationem efficere, non autem ſola illa verba, *hoc eſt corpus meum, hic eſt ſanguis meus?* Secundò, quamvis daremus Dominum juſſiſſe nos præciſè uti hiſce verbis, non ideò ſequeretur ea eſſe conſecratoria. Mens enim ipſius eſſe poſſet, nos ea referre, non tanquàm conſecratoria, ſed tanquàm conſecrationis benedictione peractæ declarativa & teſtificativa. Nam quamobrem, oro, potiùs conſecratoria forent, quàm gratiarum actio & benedictio quâ nos pariter uti juſſit, dicendo, *hoc facite?* Tertiò, falſum eſt Dominum nos jubere præciſè uti his verbis, *hoc eſt corpus meum, hic eſt ſanguis calicis mei.* Nam cùm panis fractus, & calix quos diſtribuimus non ſint corpus noſtrum ſanguiſque noſter, ſed Domini corpus & ſanguis, hoc eſt (ut exponit) ipſius *commemoratio*, ſi nos juberet dicere, *hoc eſt corpus meum, hic eſt ſanguis calicis mei*, niſi fortè recitativè, nos falſum dicere juberet. Præceptum ergò ipſius ad præciſam verborum illorum prolationem non extenditur, ſed ad illa præcedentia, *accepit panem, gratias egit, fregit & dedit*; & de calice ſimiliter. hæc enim nos facere propriè jubet. Aut (ſi velimus etiam mandatum ipſius aliquantùm protendere) in eô verſabitur non ut illa verba tanquàm ad conſecrationem neceſſaria proferamus, ſed ut explicemus quidnam pani & poculo per benedictionem contingat, nempè, ut ſint Domini corpus & ſanguis, *commemorativè* ſcilicet, quemadmodum ipſe id myſterij explicuit, cùm diceret *hoc eſt corpus meum*, &c, *hoc eſt ſanguis meus.* Mirari autem ſatis non poſſum qui audeat Yſambertus tam confidenter dicere, verba illa, *hic eſt calix ſanguinis mei*, eſſe calicis conſecratoria, cùm Dominus hiſce verbis minimè uſus ſit. Scio [b] Gamachæum reſpondere, *quamvis Eccleſia non utatur in calice conſecrando verbis* hic eſt ſanguis meus, *quibus Dominus uſus eſt, ſed illis* hic eſt calix ſanguinis mei; *perindè tamen eſſe cùm eundem ſenſum omninò habeant.* Sed frigida exceptio eſt. Nam primò dubium eſt, utrum idem ſit utriuſque propoſitionis ſenſus: ac deinde, licet idem foret, quandoquidem conſecrationem ad certorum verborum prolationem reſtringunt, ipſa ſane Domini verba, non alia & peregrina illis erant adhibenda. Poſtremo, falſiſſimum eſt quod aſſerit Gamachæus; *Dominus accepto pane nulla alia verba dixit, quàm* accipite & manducate, hoc eſt corpus meum quod pro vobis datur, *nec ullam omnino orationem aut precationem illic reperimus ab his verbis diſtinctam neque apud D. Paulum 1. Cor. 11. nec in alio ſcripturæ loco.* Nam & Euangeliſtæ & Apoſtolus referunt Dominum *accepto pane gratias egiſſe* ſeu *benedixiſſe. Actio gratiarum* autem ſeu *benedictio* orationis verba ſunt. Nam explicant quidem quænam illa verba fuerint, unde jure colligimus Dominum ad certorum verborum prolationem nos aſtringere noluiſſe; ſed tamen dubium non eſt ad ſubjectam materiam illa fuiſſe accommodata, noſque ſimilibus, hoc eſt, myſterij peractioni congruis identidem uti debere.

m *Vbi ſupr. art. 8.*

n *Ad q. 78.*

a *Luc. 22. Matth. 26.*

b *Vbi ſupr. 55. Secunda aſſertio.*

c In 3. Thom. q. 78. artic. 1. q. 3.

Ultima objectio Beſſarionis & c Sylvij: *Verba illa*, hoc eſt corpus meum, *ſunt Chriſti, & ſufficienter deſignant converſionem ſeu conſecrationem, ergò illam efficiunt.* Probat antecedens Beſſario, *quia cum in tranſmutatione tria eſſe neceſſe ſit, videlicet, terminũ a quo, terminum ad quem tranſmutatio ipſa ſit, & modum ipſius tranſmutationis, omnia illa reperiuntur in hiſce domini verbis. In ijs enim continetur terminus a quo per verbum*, hoc &c: *ſimiliter terminus ad quem ijs ineſt per vocabulum* corpus &c: *tertium atque poſtremum per quod modus tranſubſtantialitatis exprimitur, ſatis aptè exprimitur per verbum*, eſt. *Quod enim in inſtanti fit, jam non futurum, ſed quaſi factum & jam planè exiſtens, non imperativo, non optativo, non cujuſvis alterius modi verbo, &c, ſed ipſo verbo* eſt *temporis præſentis & modi indicativi, quod ipſum jam eſſe deſignat, ſufficienter exprimitur, imò verò duntaxat hoc modo exponi poteſt, & non aliter.* At primò, malè confundunt converſionem & conſecrationem, quaſi unum ac idem forent: aliud enim eſt *conſecrari*, aliud *ſubſtantialiter tranſmutari.* Secundò, miſſâ impræſentiarum tranſmutatione, dico ambiguè ab Adverſarijs aſſeri, verba *Hoc eſt corpus meum*, ſufficienter deſignare conſecrationem. Nam id intelligi poteſt, vel in actu jam exercitô, vel in fieri. Si poſteriori ſenſu id intelligant, hoc illis negamus. Nam verbum *eſt*, nec in ſcripturæ uſu, nec in communi loquendi unquàm accipitur pro *fieri.* Notavit Salmero, ſeu potius apud Salmeronem Innocentius 3. & plures alij: *Abſurdum*, d inquiunt, *ſequeretur ſi ſenſus eſſet, Hoc, id eſt, hæc ſubſtantia panis, fit corpus meum, vel in id convertitur. Nam eſſe in ſcripturâ non accipitur pro fieri. Hæc etiam factio ſeu converſio quià non habet ſucceſſionem, non fit uſque ad finem prolationis, ideóque cùm profertur, falſum eſt quod fiat.* Addo ego, ſi conſecratio his verbis fieret, propriè loquendo dicendum eſſe, *Hoc fit corpus meum*, non autem *Hoc eſt corpus meum.* Nihil enim magis eleganter exprimit mutationem licet inſtantaneam quàm verbum motus: Undè & in rerum creatione quæ in inſtanti facta eſt, Deum ipſum hac loquendi formulâ quæ efficientiam deſignat, uſum eſſe legimus. Dixit enim in modô imperativô, *ſit firmamentum, ſit lux*, ut jam ſuprà obſervavimus. Quô exemplô manifeſtè oſtenditur Beſſarionem non minùs falſò quàm imprudenter notare id quod in inſtanti fit duntaxat exponi poſſe per verbum *eſt* tempore præſenti & modô indicativô, non aliter. Nam ſi ita ſe res habet, dicendum eſt, aut creationem firmamenti & lucis in inſtanti factam non fuiſſe, aut Deum non ſatis aptè ſufficienterque id expreſſiſſe: quorum utrumque abſurdum eſt. Sin autem priori ſenſu intelligant verba, *Hoc eſt corpus meum*, conſecrationem deſignare in actu jam exercito & ut factam benedictione prævia, id ſane veriſſimum eſt: ſed tantum abeſt ut hinc colligi poſſit verba illa eam efficere, quin contrà potius clariſſimè indè pateat, eam illis non effici, utpotè jam antè factam, & tantummodò factam declarari & indicari. Hinc autem primò præſcribimus adverſus converſionem ſubſtantialem panis & vini. Adverſarii enim docent illam effici his verbis, *Hoc eſt corpus meum, Hic eſt ſanguis meus.* At hæc verba oſtendimus non eſſe operativa: Ergò, &c.

d Tom. 9. fr. 13. p 84.

CAPUT VI.

Quomodò, ſeu per quid fiat conſecratio juxta Patres.

EADEM veritas probatur ex Patribus licet prima fronte in hac materia inter ſe variare videantur. Pars certè maxima *gratiarum actionem* ſeu *benedictionem* in ſcripturis memoratam ad conſecrationem referens, affirmat panis & vini ſanctificationem gratiarum actione ſeu benedictione, & Spiritus S. ſuper dona propoſita invocatione fieri. Juſtinus Martyr in aurea illa pro Chriſtianis Apologia conſuetos in Euchariſtia celebranda peragi ritus referens: *Illi*, a inquit, *ex fratribus qui præeſt offertur panis & calix aqua & vini, quibus acceptis laudem & gloriam rerum univerſarum Patri per nomen filij, & Spiritus S. effert, & gratiarum actionem pro eo quod nos ijs dignatus ſit prolixam facit.* Et paulò poſt Euchariſtiam appellat, εὐχαριστηθεῖσαν τροφὴν, *cibum ſuper quem gratiarum actiones reddita ſunt*, ſeu *benedictum & conſecratum*, ut b Bellarminus, c Maldonatus, d Galenus & e Juſtinianus obſervant. Et addit, *diſtributionem fieri communicationemq; rerum* εὐχαριστηθέντων, id eſt, *gratiarum actione ſanctificatarum.* Irenæus Lugdunenſis contra Valentinianos agens Chriſtum ſervatorem noſtrum alterius Dei quam creatoris filium falſò pronuntiantes, ac illos urgens hoc argumento, nempè, Dominum (ſi ita foret) creatoris creaturas ad ſacramentale corpus ſuum efficiendum aſſumpturum non fuiſſe: *quomodò*, f inquit, *conſtabit eis panem in quo gratia acta ſunt corpus eſſe Domini ſui & calicem ſanguinis ejus ſi non ipſum fabricatoris mundi filium fuiſſe dicant?* Et paulò pòſt: *qui eſt a terra panis percipiens invocationem Dei, jam non communis panis eſt, ſed Euchariſtia.* Et rurſus: *offerimus autem ei, non quaſi indigenti, ſed gratias agentes donationi ejus ſanctificanteſque creaturam.* Tertullianus ſeculi ſui coryphæus ſcribens contra Marcionem Valentinianorum affinem, eademque effutientem: *ſi ita eſt*, g inquit, *an putem impudentiorem quam qui*, &c, *ſuper alienum panem alij*

a Apolog. 2.

b De Euchar. lib. 1. cap. 10.

c In Matth. 26.

d Catechiſ. 125.

e In 1. Cor. 11.

f Lib. 4. cap. 34.

g Contr. Marc. lib. 1. cap. 23.

nem alii Deo gratiarum actionibus fungitur? Clemens Alexandrinus: h *Servator, poſtquam panem accepiſſet, primo locutus eſt & gratias egit, deinde panem cum fregiſſet appoſuit ut rationabiliter comedamus.* Et rurſus: i *Vinum id fuiſſe quod Dominus benedixerat oſtendit ipſe diſcipulis ſuis dicens, non bibam amplius de genimine vitis hujus.* Origenes de pane Euchariſtię loquens: k *Sanctificatur per verbum Dei & orationem.* Author conſtitutionum ſub ementito Clementis nomine: l *Poſtquam miſcuiſſet Dominus calicem ex vino & aqua, & ſanctificaſſet, dedit illum Apoſtolis dicens, bibite ex hoc omnes, hoc eſt ſanguis meus.* Cyrillus Hieroſolymitanus: m *Panis & vinum Euchariſtiæ antè invocationem adorabilis trinitatis panis eſt ſimplex & ſimplex vinum, peracta autem invocatione panis quidem eſt corpus Chriſti, vinum autem ſanguis Chriſti.* Juvencus de Chriſto panem frangente loquens: n *ſanctè precatus*, inquit; *hoc eſt*, ait o Maldonatus, *prece ſanctificans.* Baſilius Cæſarienſis: p *Quis Sanctorum in ſcripto nobis reliquit invocationis verba cum conficitur panis Euchariſtiæ & poculum benedictionis?* Nyſſenus, Baſilij frater: q *Oleum myſticum, pariterque vinum ante benedictionem exequi ſunt momenti, at poſt ſanctificationem Spiritus utrumque excellenter operatur.* Et rurſum: r *Sanctificatur panis verbo Dei & oratione.* Et iterum: *rerum viſibilium natura virtute benedictionis transelementatur.* Ambroſius: s *nos, quotieſcunque Sacramenta ſumimus quæ per ſacra orationis myſterium in carnem transfiguruntur & ſanguinem, mortem Domini annuntiamus.* Optatus Mileuitanus Donatiſtarum furores depingens ac notans: t *quid tam ſacrilegum eſt, quam altaria Dei (in quibus & vos aliquandò obtuliſtis) frangere, radere, removere, &c, quò Deus omnipotens invocatus ſit, quò poſtulatus deſcendit Spiritus Sanctus?* Theophilus Alexandrinus de Origene loquens: *non recogitat*, u inquit, &c, *panem Dominicum quo ſalvatoris corpus oſtenditur, & quem frangimus in ſanctificationem noſtri, & ſacrum calicem, quæ in eccleſia menſæ conlocantur, & utique in anima ſunt, per invocationem & adventum S. Spiritus conſecrari.* Gaudentius Brixienſis: x *cum panem conſecratum & vinum Diſcipulis ſuis porrigeret Dominus, ſic ait, Hoc eſt corpus meum.* Ephræm Edeſſenus: y *Dominus in manibus panem accipiens benedixit ac fregit in figuram immaculati corporis ſui, calicemque in figuram pretioſi ſanguinis ſui benedixit.* Chryſoſtomus: z *gratias egit Dominus docens nos quomodò myſterium hoc ſit peragendum.* Hieronymus in Epiſtola ad Evagrium vanitatem Diaconorum ſupra Presbyteros ſe temerè extollentium, arguens: *quis patiatur*, inquit, *menſarum & viduarum miniſter ut ſupra eos ſe tumidus efferat ad quorum preces Chriſti corpus ſanguiſque conficitur?* Et in epiſtola ad Heliodorum: *abſit, ut de his ſiniſtrum quicquam loquar qui Apoſtolico gradui ſuccedentes Chriſti corpus ſacro ore conficiunt?* Et alibi: a *neceſſariam*, ait ad id, *eſſe orationem.* Auguſtinus in Epiſtola ad Paulinum: b *Precationes accipimus dictas quas facimus in celebratione ſacramentorum antequam illud quod eſt in menſa Domini incipiat benedici, orationes cum benedicitur & ſanctificatur & ad diſtribuendum communitur.* Et in libris de Trinitate: c *Corpus Chriſti dicemus*, &c, *illud quod ex frugibus terræ acceptum & myſtica prece conſecratum vitæ ſumimus ad ſalutem, in memoriam Dominicæ pro nobis paſſionis.* Et alibi ſcribens contra Donatiſtas ſacramenta a peccatoribus conſecrata & adminiſtrata valere negantes: *quomodò ergò*, d inquit, *exaudit Deus homicidam deprecantem vel ſuper aquam baptiſmi, vel ſuper oleum vel ſuper Euchariſtiam?* ubi manifeſtè loquitur de ſignorum ſacramentalium conſecratione. Deniquè: e *non omnis panis, ſed accipiens benedictionem Chriſti, fit corpus Chriſti.* Cyrillus Alexandrinus Euchariſtiam paſſim f *Eulogiam* appellat, id eſt, *benedictionem*, utpotè benedictione conſecratam. Benedictionem enim idem illi eſſe cum ſanctificatione & conſecratione, patet ex eo quod ait, g *oblationes quæ in Eccleſus ſiunt, ſanctificari credimus & benedici ac conſecrari a Chriſto.* Theodoretus: h *quomodò vocas donum quod offertur antè invocationem ſacerdotalem? Cibum ex ejuſmodi ſeminibus.* Et *poſt ſanctificationem quomodo illud appellas? Corpus Chriſti.* Proſper: i *panem ſanctificatum ſuum ſacratum corpus in menſa ſua confirmans.* Fragmentum liturgiæ Proclo tributum, de Apoſtolis ac eorum ſucceſſoribus loquens ſuper pane & vino precantibus: *per preces has*, inquit, *Spiritus S. adventum expectabant qui divina præſentia ſua propoſitum panem & vinum aqua mixtum faceret & conſecraret illud ipſum corpus Ieſu Chriſti Salvatoris noſtri.* Victor Antiochenus de Domino cum diſcipulis ſuis loquente agens: k *conveniebat ut illi qui panem proponerent, cenſerent poſt gratiarum actionem eſſe ipſius corpus.* Pſeudo Euſebius Emeſenus, ſivè Cæſarius Arelatenſis ſit, ſivè quis alius: l *invocatione ſummi nominis conſecrantur.* Facundus Hermianenſis: m *Dominus benedictum panem & calicem quem Diſcipulis ſuis tradidit, corpus & ſanguinem ſuum vocavit.* Gregorius I. Romanus Epiſcopus: n *Orationem Dominicam idcirco mox poſt precem dicimus, quia nos Apoſtolorum fuit ut ad ipſam ſolummodo orationem, oblationis hoſtiam conſecrarent.* Quod poſt Gregorium ſimiliter, & ex ipſo, referunt o Amalarius, p Valafridus Strabo, & Berno q Augienſis. Iſidorus Hiſpalenſis: r *Ordo orationum quibus oblata Deo ſacrificia conſecrantur, primùm a S. Petro eſt inſtitutus.* Et rurſus: s *ſacrificium dictum, quaſi ſacrum factum, quia prece myſtica conſecratur in memoriam pro nobis Dominicæ paſſionis.* Carolini libri: t *Sacramentum Dominici corporis*

h *Stromat. lib. 2.*
i *Pædag. lib. 2. cap. 2.*
k *In Matth. cap. 15.*
l *Conſt. l. 8. cap. 12.*
m *Catech. myſt. 1. & 5.*
n *Evangel. Hiſtor. l. 4.*
o *In Matth. 26.*
p *De S. Spiritu c. 27.*
q *In Baptiſmum Chriſti.*
r *Orat. Catechetic. c. 37.*
s *De fide lib. 4 cap. 5.*
t *Lib. 6.*
u *Paſchal. 1.*
x *In Exod. tract. 2.*
y *De natura Dei curioſè non ſcrutanda.*
z *In Matth. Hom. 82. in Græc. vid. & in 1. Cor. Hom. 24.*

a *In Sophon. cap. 3.*
b *Epiſt. 59.*
c *Lib. 3. c. 4.*
d *De baptiſm. lib. 5. cap. 20.*
e *De diverſ. ſerm. 87.*
f *Glaphyr. in Geneſ. & ad Levitic. & in Ioan. frequent. & in Eſa. c. 25.*
g *Contr. Anthropomorph. cap. 12.*
h *Dialog. 2.*
i *De promiſſ. & prædict. part. 2. c. 2.*
k *In Marc. 14. ut habent Græca, vid. lib. 2.*
l *De Paſcha Homil. 5.*
m *Lib. 9.*
n *Epiſt. l. 7. ep. 63.*
o *De Eccleſiaſt. offic. l. 4. cap. 26.*
p *De rebus Eccleſiaſt. c. 20.*
q *De rebus ad Miſſam ſpect. cap. 1.*
r *De Eccleſiaſt. off. l. 1. cap. 15.*
s *Origin. l. 6. cap. 19.*
t *L. 2. c. 27.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

corporis & ſanguinis, &c, *conſecratur a ſacerdote divini nominis invocatione.* Rabanus Moguntinus: [l] *Cum benedictione & gratiarum actione primum Dominus corporis & ſanguinis ſui ſacramenta dedicavit, & Apoſtolis tradidit, quod exindè Apoſtoli imitati fecere, & ſucceſſores ſuos facere docuerunt, quod & nunc per totum orbem terrarum generaliter tota cuſtodit eccleſia.* Et rurſùm: *ſicut corpus Chriſti aromatibus unctum in ſepulcro novo per officium condebatur, ita modò in Eccleſia myſticum corpus illius cum unguentis ſacræ orationis conditum, in ſacris veſtis ad percipiendum fidelibus per ſacerdotum officium adminiſtratur.* Omnes, inquam, illi laudati Patres conſecrationem referunt ad orationem, gratiarum actionem, ſeu benedictionem in ſcripturis memoratam, & ad Sacro-Sancti Spiritus invocationem.

l *De inſtit. Cleric. lib. 1. cap. 32. vid. & Echertum contra Cathar. ſerm. 11.*

Adverſarij tamen quantum poſſunt reluctantur, & in omnes ſe verſant artes, ut tam clara & valida eludant teſtimonia. Sed aqua illis hærebit.

Primò ergò reſpondent [m] Alanus, [n] de Valentia, [o] Bellarminus, [p] Vaſques, [q] Suares, [r] Becanus, [s] Coninck, [t] Sylvius, [u] Juſtinianus, [x] Mæratius, [y] Gamachæus, [z] Yſambertus, *Patres, cum de conſecratione Euchariſtiæ loquuntur, dicere ſolere, eam fieri invocatione divini nominis, vel oratione, aut prece, aut gratiarum actione, aut benedictione, non quod illam precibus fieri peragique intelligant, ſed quia in actione ipſa & ritu conſecrationis fiant preces, orationes, gratiarum actiones & benedictiones, ideòque nunc ab una parte, nunc ab alia actio denominetur.* Verùm, præter ea quæ contra hanc ſolutionem dicturi ſumus in refutatione cæterarum, impræſentiarum reſpondemus, illam omni probabilitate carere. Ut enim certum eſt, unum & eundem effectum a varijs cauſis partialibus promanantem, unicuique alternatim congruenterque poſſe tribui, ita & abſurdum prorſus eſt illum tribuere cauſæ nullomodò ſuæ. Si ergò ex hypotheſi Adverſariorum, gratiarum actio, benedictio & invocatio, nulla ſunt cauſa conſecrationis, nec primaria, nec ſecundaria, nec totalis, nec partialis, ab illis non poteſt niſi falsò denominari tanquàm ab efficientibus. At Patres ſuprà citati gratiarum actionibus, benedictionibus & invocationibus conſecrationem tribuunt: eam ergò illis fieri exiſtimaverunt.

m *De Euchar. lib. 1. cap. 17.*
n *Diſp. 6. q. 6. de forma punct. 1.*
o *De Euchar. l. 4. cap. 14.*
p *Diſp. 197. art. 1. c. 4.*
q *2. 78. diſp. 58. art. 1. ſect. 3.*
r *De ſacram. in ſpec. c. 21. q. 2.*
s *Ad q. 78. diſp. 58. art. 2. dub. 1.*
t *Ibid.*
u *In 1. Cor. 10. & 11.*
x *Ad q. 78. diſp. 31. ſect. 1.*
y *Ibid.*
z *Ibid. diſp. 1. art. 6.*

Secundò, ijdem reſpondent (quod probabilius exiſtimat Vaſques) *Patres, licet ſentiant conſecrationem præciſe fieri per verba,* Hoc eſt corpus meum, Hic eſt ſanguis meus, *dicere nihilominus eam invocatione fieri, quoniam illa etiam verba, quemadmodum & alia ſacramentorum forma, ut proferuntur a ſacerdote cum intentione ſacramentum faciendi continent implicite invocationem divinæ virtutis. Sic enim,* inquit Coſſetellus, [A] *S. Iacobus extremæ unctionis formam* fidei orationem *appellat, Græcique baptiſmum adminiſtrantes pronunciant ejus formam ad inſtar orationis,* Servus Dei baptizetur in nomine Patris & filij & Spiritus Sancti, *non autem, ut eſt moris noſtri,* ego te baptizo. *Rurſus, ijdem Græci preces quas faciunt immediatè poſt illa verba, hoc eſt corpus meum, hic eſt ſanguis meus, minimè diſtinguunt à verbis ſacramentalibus, ſed hæc illas addunt, quaſi explicaturi invocationem tacitam ac virtualem ſacramentalibus contentam.* Denique, ajunt [a] Galenus & [b] Vaſques, *Theophylactus verba,* Hoc eſt corpus meum, *preces appellat.* Sed mirum eſt viros doctos tam ludicra & infrunita excipere potuiſſe. Primò enim falſiſſimum eſt, verba, *Hoc eſt corpus meum, Hic eſt ſanguis meus,* invocationem ac precationem ullomodò, aut eſſe, aut continere. Invocatio enim directè ad Deum refertur: verba autem illa a Domino primò prolata ad Patrem non referebantur, ſed ad Apoſtolos: nec quicquam in ijs a Patre petebat, ſed Diſcipulis indicabat quidnam illud eſſet ſuper quo gratias egerat, quodque illis diſtribuebat, ac edere & bibere jubebat: *accipite, edite,* inquiebat, *Hoc eſt corpus meum quod pro vobis datur,* &c. Nec magis oratio ſunt quam illa Joannis Baptiſtæ de Domino, [c] *eccè agnus Dei qui tollit peccata mundi.* Eadem quoque abſurditas eſt cæterorum quæ adnectunt de ſacramentorum formis. Nequè enim *oratio fidei* de qua Jacobus loquitur, aut unctionis forma eſt, aut aliud ab invocatione ſtrictè & propriſſimè ſic appellata, ut ab ipſis ſupponitur. Utrumque illis probandum erat non turpiter emendicandum. De baptiſmo certum quidem eſt, verba, *in nomine Patris & filij & Spiritus Sancti,* implicitam precem eſſe ad totum baptiſmi opus conficiendum, Hoc eſt, tam ad aquæ elementaris quam ad hominis baptizandi ſanctificationem ab ipſomet Domino imperatam: verùm, ea non reſpondent verbis, Hoc eſt corpus meum, Hic eſt ſanguis meus, ſed gratiarum actioni & benedictioni in ſanctificatione ſignorum Euchariſticorum a Domino adhibitæ, & deinceps a nobis ad ejus exemplum & mandatum adhibendæ. Falſum autem inſuper eſt, tùm Græcos non diſtinguere preces quas faciunt poſt verba, *Hoc eſt corpus meum, Hic eſt ſanguis meus,* ab ijſdē verbis, cujus contrarium [d] Marcus Epheſinus, [e] Nicolaus Labaſilas [f] Nicolaus Methonenſis, & [g] Hieremias Conſtantinopolitanus expreſſè teſtantur; tùm Theophylactum illa *preces* appellare. Mera eſt fallacia ſophiſtarum componentium quæ apud Theophylactum apertiſſimè diſtinguuntur. Theophylactus enim enarrans inſtitutionem Euchariſtiæ (non a Matthæo, ut malè notat Vaſques, ſed) a Marco

A *De nomine Sacram. cap. 6.*
a *Catechiſ. 232.*
b *Ubi ſupra. num. 58.*
c *Ioan. 1. 29.*
d *In lib. de verb. Conſecrat.*
e *Explic. Liturg. c. 27.*
f *De corp. & ſang. Chriſti*
g *Ad confeſſ. Auguſt. cap. 10.*

...ellum, ...ellum, ...ellum,

ut Pſeudo Euſebius Emeſenus, non minus importare aliquid directum ad Deum & Spiritum Sanctum, Adverſariumque ſtupeo in re tam clarâ cæcutientem. Denique, falſiſſimum eſt, hæc Authoris noſtri verba, *panis percipit invocationem Dei, & Verbum Dei*, ut loquitur librô quintô, importare aliquid directum ad panem. Nam cùm oratio, ut ipſemet Yſambertus rectè obſervat, *non poſſit dirigi ad creaturam irrationalem*, evidentiſſimè ſequitur invocationem Dei cujus meminit Irenæus, non eſſe aliquid quod ad panem directè referatur, ſed orationem quæ Deum directè reſpiciat, indirectè verò tantummodo panem, quatenus videlicet orationis illius vis in eum redundat ac illum conſecrat; quemadmodum cibi communes ab Apoſtolô dicuntur c *ſanctificari verbo Dei, & oratione*, quià precationis virtute ſanctificationem quamdam percipiunt. Nec obſtat poſtremò quod iterum idem objectat, *Origenem diſtinguere preces & gratiarum actionem ſacerdotis ab ipſâ conſecratione, quâ corpus Chriſti conficitur*; *Hieronymumque ad caput tertium Sophoniæ ita dicere*, Euchariſtiam confici ad verba ſacerdotis imprecantis, *ut tamen iſtam orationem vocet ſolemnem, quod maximè intelligitur de noſtrâ formâ conſecrandi*: *Auguſtinumque ſimiliter in reſponſione ad 5. quæſtionem Paulini expreſſe notare, in celebratione Euchariſtiæ, ſecundùm proprietatem loquendi, aliud eſſe precationem, aliud eſſe Euchariſtiæ ſanctificationem.* Nam imponit Origeni. Origenes enim ita diſtinguit inter varias preces & gratiarum actiones quæ in Euchariſtiæ celebratione à ſacerdotibus fiunt, ut tamen diſertè aſſerat conſecrationem *per preces* fieri. At preces, juxtà Yſambertum ipſum, *dicunt aliquid directum ad Deum*: Undè cùm hæc verba, *Hoc eſt corpus meum quod pro vobis datur*, nihil directum ad Deum dicant, evidentiſſimè ſequitur ea preces illas non eſſe. Hieronymi quoque verbis non minùs abutitur. Supponit enim illum per *orationem ſolemnem* quæ *Euchariſtiam* ex ipſius ſententia *facit*, verba *Hoc eſt corpus meum*, deſignare. Id autem probare debuerat, non ſupponere. Hoc enim negamus, ac dicimus Hieronymum invocationem propriè dictam intelligere, videlicet, orationem quâ implorabatur adventus Spiritus S. ad panis & vini ſanctificationem, quamque ideo *ſolemnem orationem* indigetat quià ſoleret fieri ad Euchariſtiæ conſecrationem, ut ſuprà obſervavimus ex Theophilô Alexandrino, & infrà ampliùs ex Liturgijs ſumus oſtenſuri. Auguſtini denique locum inutiliter & miſerè torquet. Nam libenter illi damus quod ex ejus verbis concludit, *ſecundùm proprietatem loquendi aliud eſſe precationem, aliud Euchariſtiæ ſanctificationem.* Accuratè quippè loquendo prius illud cauſa efficiens eſt, poſterius ejus effectus. Tum etiam, licet Auguſtinus diſtinguat inter *precationes quas facimus in celebratione ſacramentorum antequàm illud quod eſt in Dominici menſâ incipiat benedici*, & *orationis cùm benedicitur & ſanctificatur & ad diſtribuendum comminuitur*, non ideò tamen per orationes has intelligit verba, *Hoc eſt corpus meum*, *Hic eſt ſanguis meus*, ut ſupponit Adverſarius; ſed ſemper, orationem ſubjecto accommodatam quam ibi εὐχαριστίαν propriè appellari docet, a alibi *precem myſticam*, b alibi *deprecationem* indigetat, neglectâ aliquomodò ſubtiliori potius quàm ſolidiori, appellationum illarum reſtrictarum diſtinctione. Verùm & ampliùs addo ſecundam illam Adverſariorum reſponſionem apertiſſimè refelli cæteris ſuprà allatis Veterũ teſtimonijs. Baſilius enim ait: *quis ſanctorum nobis reliquit in ſcriptô verba invocationis ſuper confectione panis Euchariſtiæ & poculi benedictionis?* At Sancti Euangeliſtæ & Paulus nobis in ſcriptô reliquerunt verba illa, *Hoc eſt corpus meum*, *Hic eſt ſanguis meus*: Ergò non ſunt verba illa invocationis quibus conficitur panis Euchariſtiæ & poculum benedictionis. Deindè, Author conſtitutionum ait: *poſtquàm miſciſſet Dominus calicem ex vinô & aquâ & ſanctificaſſet dedit illum Apoſtolis, dicens, bibite ex hoc omnes, Hoc eſt ſanguis meus.* Gaudentius: *cùm panem conſecratum & vinum Diſcipulis ſuis porrigeret, ſic ait, Hoc eſt corpus meum*, &c. Proſper: *panem ſanctificatum, ſuum ſacratum corpus in menſâ ſuâ confirmans.* Facundus Hermianenſis: *Dominus benedictum panem & calicem quem Diſcipulis ſuis tradidit, corpus & ſanguinem ſuum vocavit.* At verò ſi panis, pariterque calix, jam erat benedictus, ſacratus, ſanctificatus, & conſecratus, quandò Dominus eos dedit ac dixit, *Hoc eſt corpus meum*, *Hic eſt ſanguis meus*, annon invictè ſequitur verba hæc non eſſe conſecrativa, ſed tantùm conſecrationis gratiarum actione & oratione peractæ enuntiativa & declarativa?

a *De Trinit. lib. 3. cap. 4.*
b *De baptiſm. lib. 5. cap. 20.*

c 1. *Timoth.* 4. 4.

Tertiò, reſpondet Gamachæus, verba illa orationem poſſe appellari, *quià Sacerdos in eorum prolatione debet maximè eſſe attentus atque in Deum elevatus. Atqui oratio nihil aliud eſt, quàm elevatio mentis in Deum, ſivè petatur aliquid ab eo, ſive non petatur.* Sed meritò ſanè dubitaverim, utrùm hæc ſeriò, an jocô dicantur, adeò ridicula ſunt. Eadem enim ratione aliquis concludere poſſet, verba illa S. Joannis *in principiò erat Verbum, & Verbum erat apud Deum*, orationem & precem eſſe. Nemo enim negare poteſt in eorum prolatione nos debere eſſe maxime attentos, atque in Deum elevatos. Quàm verò id abſurdum ſit æqui Lectores judicent.

Verùm, ut veritas a nobis ita propugnata clariùs adhuc elucéſcat, ampliuſque conſtet Patres invocationi conſecrationem tribuentes,

buentes, invocationem proprie sic dictam & ab ijs verbis distinctam intelligere; consulamus Liturgias; quarum licet plurimæ non sint illorum Authorum quorum nominibus insigniuntur, apud Adversarios tamen qui illas plurimi faciunt omni sunt exceptione majores. Hoc autem agimus ex plenitudine juris: alioquin enim nostrum non foret probationi incumbere, cum fundati simus in proprietate vocis, sed esset Adversariorum vocabulum invocationis abusive exponentium. Liturgia ergò B. Jacobo tributa post relatam prolixe satis Eucharistiæ institutionem ex Euangelistis concinnatam enunciataque illa formalia (scilicet) verba, longas Deo preces peragit, ubi inter cætera dicitur: *Mitte super nos Domine, & super hæc sancta dona proposita Sanctissimum Spiritum tuum, qui adveniens, Sanctâ suâ atque bonâ gloriosaque præsentiâ sanctificet & faciat panem hunc sacrum corpus Christi tui, & hoc poculum pretiosum ipsum sanguinem.* Idem habent Liturgiæ Sanctorum Marci & Clementis nominibus prænotatæ, Basilij item & Chrysostomi, & illæ quæ extant sub titulo Nazianzeni, Cyrillique Alexandrini ex Ægyptiaco veteri & Arabico translatæ. Eamdem quoq; orationem refert Cyrillus Hierosolymitanus, & fragmentum Liturgiæ Proclo tributum, Germanusque Constantinopolitanus in suâ rerum Ecclesiasticarũ theoriâ. Unde manifeste patet invocationem consecrationis quam Veteres commemorant, formalem ac directam precem esse, atq; omninò aliam a verbis, *Hoc est corpus meum, Hic est sanguis meus*: ac rursus verba hæc secundum illos non esse consecrationis operativa, siquidem post illa solemniter pronuntiata, adhuc a Deô petitur ut panem & vinum dignetur sanctificare, & filij sui corpus sanguinemque efficere. Palmarium certe argumentum. Effugia tamen quærunt undequaque Adversarij rimasque quibus elabantur.

Primò enim respondet Bessario a quô fere omnes alij quicquid habent mutuati sunt, & cum eô Gamachęus, *periisse Patres illâ oratione tantum, ut fieret corpus Christi, non naturale, sed mysticum.* Sed solutionem hanc merito minus solidam c Bellarminus indigetat. Ysambertus ait, se illam omittere: eamque d Gregorius de Valentiâ oppugnat duobus argumentis: *Ista interpretatio*, inquit, *in illam quidem formam consecrationis Græcorum non videtur convenire. Petunt enim ut etiam fiat sanguis Christi: fideles autem per gratiam uniti consueverunt quidem appellari mysticè corpus Christi, non perindè sanguis. Item, cùm in illâ precatione dicitur, ut fiat panis pretiosum Christi corpus, vocula* pretiosum *satis indicare videtur sermonem ibi esse de Christi corpore naturali.* Idem ait de e Lugo. Addo ego alia duo, & ni fallor, solidiora. Prius est, non peti simpliciter *ut fiat corpus & sanguis Christi*, sed ut *dona proposita fiant corpus & sanguis Christi.* Dona autem illa proposita diserte exponuntur, non de hominibus, sed de pane ac vino. At panis & vinum non fiunt mysticum seu morale Christi corpus, id est fideles, sed Christi naturale corpus ex Adversariorum hypothesi. Posterius est, petitionem hanc a sacerdote repræsentative fieri ex parte fidelium. Quamobrem autem postularent fideles ut Christi corpus fierent? Aut enim non sunt fideles, aut profecto Christi corpus sunt. Quàm autem absurdum foret petere ut fideles fiant id quod sunt? Bessarionis ipsius verba sunt: *quis peteret quod jam tenet?*

Secundò respondet Bellarminus, *fortasse mutatum esse ordinem istarum liturgiarum, & hanc orationem,* fac panem istum sacrum corpus Christi tui, *collocari debere antè verba Domini non post ea.* At hanc solutionem improbant ac rejiciunt a Vasques, Suares & de Lugo: *responsio hæc*, inquit b Suares, *inventa est ad vitandam argumenti vim, sed nullâ conjecturâ nititur, quin potius Græci in Concilio Florentino concesserunt se ritum illum servare quem a Patribus acceperant, & Germanus Constantinopolitanus coætaneus Damasceno in theoriâ rerum Ecclesiasticarum illas preces ponit post Consecrationem.* Et profectò mera est Bellarmini ariolatio cum suô *fortasse*. Quis autem credat homini ex solô causæ quam agit præjudiciô suspicanti liturgias fuisse mutatas? Quo seculo? quâ de causâ? *Conjectura tamen non levis*, inquit; *potest esse hujus mutationis quod in liturgiâ Romanâ habeatur similis oratio antè verba Domini. Sic enim nos dicimus*: quam oblationem tu Deus in omnibus, quæ sumus, benedictam, adscriptam, ratam, rationabilem, acceptabilemque facere digneris, ut nobis corpus & sanguis fiat dilectissimi filij tui Domini nostri Jesu Christi, qui pridiè quàm pateretur, &c, *quo ordine ista omnia recitat etiam Ambrosius Lib. 4. de sacrament. c. 5. Non est autem verisimile Ambrosium & Basilium qui coætanei fuerunt tam diverso ordine liturgiam celebrare consuevisse.* At conjecturam hanc levissimam esse dico. Ut enim taceam Ambrosium authorem non esse librorum de sacramentis, quod suo loco post probabitur, absurdique nihil esse coætaneos diverso ordine, tametsi *eadem fide*, liturgiam celebrare; respondeo, licet verum foret Romanam liturgiam semper habuisse suprà dictas preces ante relationem verborum, *Hoc est corpus meum*, &c, (de quo tamen valde dubito, si quidem liturgiæ duæ S. Marco & Clementi B. Petri Discipulis tributæ; illas post collocant) non ideò rectè ac necessariò concludi, illam ad hæc verba signorum consecrationem alligare voluisse. Cùm enim verba hæc (ut suprà observavi) tacitam includant ex parte Christi promissionem, quid prohibet, ex liturgijs unam & alteram a Deo primum petere ut adventu

a *Disp. 197. cap. 4.*
b *Ad q. 78. Disp. 58. art. 1. Sect. 3. de Lugo nbi supr.*
c *De Euchariſt. l. 4. cap. 14.*
d *Tom. 4. disp. 6. q. 6. punct. 2.*
e *De Sacrã. Euchar. Diſput. 11. Sect. 1. n. 9.*

Spiritûs ſui panem efficere dignetur Domini corpus, dein afferre pro fundamento orationis hujus conſecrativæ verba illa ſalvatoris tanquàm promiſſionem continentia: cæteras autem directo ordine primitus hæc verba ut promiſſiva pro fundamento ponere, poſtq; illorum ratione, a Deo petere ſupplices conſecrationem panis & vini, variante quidem conſtructionis ordine, ſed manente ſemper conceptionis identitate? Vana ergo omnimodo eſt Adverſarij conjectura.

Tertio reſpondent Beſſario & Suares: *deprecationem illam non tam intelligendam eſſe in ſenſu deprecatorio quàm gratulatorio, quemadmodum cùm oramus ut Deus ab Angelis laudetur, & ut ſit infinitè beatus, & glorioſus. Cui addi poteſt, voluiſſe Patres hac oratione explicare ſimul, & Spiritum S. Autorem eſſe hujus doni, & affectum ſuum quo vehementer exoptant illud, & ideò per modum deprecationis illam orationem protuliſſe.* Concinit Gregorius de Valentiâ: *facit*, inquit, *ſæpe affectûs magnitudo in Sanctis, ut in ſolam rem quam in gloriam Dei aptant intenti, illud tanquam in effectu quodam petant a Deo quod jam factum eſt, ut cùm poſtulant ab Angelis vel alijs Sanctis in cœlo & in terrâ Deus benedicatur, id quod alioqui certiſſimè ſit. Item, cum David plerumquè in pſalmis exaudiri ſe a Deo petit, cum tamen antea ſit exauditus, ut ex ipſis pſalmis ſæpè apparet.* Sed facillimum eſt commenta hæc refellere. Ad Gregorium enim quod attinet, reſpondeo illum diſſimilia comparare. Primò, quià verum quidem eſt Sanctos in orationis fervore quaſi extrà ſe abreptos ſæpe non attendere quid petant, vehementi mentis impetu immeditata proferentes: non tamen hic ſe res habet in actione de quâ diſceptamus. Nam ſacerdos orans ut panis & vinum corpus & ſanguis Chriſti fiant, nihil raptu mentis ex improviſo loquitur: ſed ſolitam orationem, meditatam atque ſcriptam non tam memoriter profert, quàm oculis & ore legit. Secundo, quià ſi Sancti aliquando petant a Deo quod jam ab illo conceſſum eſt, id fit quià nondum ſciunt ſe fuiſſe exauditos. At hîcſecus ſe res habet, cum ſacerdos ex hypotheſi poſt prolata verba, *Hoc eſt corpus meum, Hic eſt ſanguis meus*, certiſſimè ſciat abſolutam eſſe panis & vini conſecrationem. Cum ergo exempla non quadrent, ſolutio per ſe diffluit. Ad Suares autem quod ſpectat & Beſſarionem, reſpondeo primo, ad teſtandum Spiritum S. conſecrationis eſſe Authorem poſtulandum non fuiſſe ut panem & vinum conſecraret in corpus & ſanguinem Chriſti, ſi quidem id jam factum erat, ſed gratias illi de re præſtitâ agendas, omninoque inſulſum eſſe conſecratione peractâ pro eâ peragendâ orare, præ ipſius deſiderio, quaſi adhuc facta non eſſet. Ejuſmodi enim affectus in mente non præpoſtera præcedere debet conſecrationem, non ſequi. Secundo dico, effugium illud de ſenſu gratulatorio apertiſſime diſſolvi ſolo liturgiarum intuitu. Nam in liturgijs poſt precationem illam de cujus ſenſu litigamus, extat gratulatio Deo prolixe reddita pro hujus doni collatione. Liturgia Chryſoſtomi: *Gratias tibi agimus Domine humaniſſime, benefactor animarum noſtrarum, quod hodiè nos dignatus es cœleſtibus tuis & immortalibus myſterijs.* Quod ipſum & aliæ habent: ac ijſdem pene verbis. At ſi orationem quâ conſecratio petitur ſubſequitur gratulatio pro beneficio collato, palàm eſt orationem illam non eſſe gratulationem pro hujus doni acceptione, ſed precationem potius ad illud accipiendum. Tertio denique reſpondeo, exempla allata ab ipſiſmet Adverſarijs contrà ipſos retorquendo. Nam quando oramus vehementerque optamus ut Deus laudetur ab Angelis & hominibus, utque ſit (non *infinitè beatus*, quod male ſupponit Suares, cum id ſub votum non cadat, ſed) apud omnes glorioſus, oratio ejuſmodi non eſt gratiarum actio pro eo quod Deus & ab Angelis in cœlo & a mortalibus in terrâ laudatus fuerit ejuſque nomen benedictum, ſed deprecatio ſeu petitio eſt effectus peragendi, tum in inſtanti precis illius, tum præſertim in futurum, ut denuò videlicet, amplius & in poſterum Angeli & homines Deum laudent & glorificent. Igitur & a ſimili quando in liturgijs a Deo petitur ut panem & vinum in corpus & ſanguinem Chriſti dignetur ſanctificare, non eſt gratulatio de jam adimpletâ peractaque conſecratione, ſed precatio potius eſt ad illam a Deo impetrandam & obtinendam. Itaque de hac ſolutione de Lugo: *c Hæc interpretatio eſt nimis dura, quia in hoc ſenſu poſſemus etiam petere in Miſſa, quod fieret incarnatio, vel quod Chriſtus ex mortuis reſurgeret, & alia ſimilia quæ non poſſumus prudenter poſtulari.*

c *Vbi ſupr. n. 6.*

Quartò reſpondent [a] Hervetus, [b] Sixtus Senenſis, Scribonius, Suares, Bellarminus & Gamachæus, *oratione illâ non peti, ut verba ſonare videntur, mutationem panis in corpus Domini, quippè quæ jam facta ſit, ſed peti confirmationem & ſtabilitatem rei jam factæ, non quod ſacerdos timeat nè evaneſcat munus jam conſecratum, ſed ut oſtendat deſiderium ſuum & amorem erga præſentiam Dominici corporis. Similis locutio eſt Marci 5. ubi mulieri quæ jam ſanata fuerat per contactum fimbriæ Domini, Chriſtus ait:* fides tua te ſalvam fecit, vade in pace & eſto ſana. *Vbi illud*, eſto ſana, *non ſignificat*, volo ut ſaneris, *jam enim ſana erat, ſed idem eſt ac ſi dixiſſet*, placet quod ſanata ſis, ratum habeo quod factum eſt. *Similis adhuc locutio eſt Luc. 7. ubi primùm dicitur de Magdalenâ*, remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multùm: *& poſteà tamen Dominus eidem dicit*, remittuntur tibi peccata tua

a *In Admonit. præfixa Cabaſilæ l. de expoſit. Liturg.*

b *Biblioth. lib. 6. annot. 111.*

quaſi

quasi tunc primùm dimitterentur, cum tamen jam antea remissa fuissent. Verùm hanc responsionem improbat ac refellit Vasques, probante quoque de Lugo: *licet*, inquit, *in hac omnia rectè convenire possint verba simplicis enuntiationis, quibus effectus perseverantiæ significetur, tamen non video quò pactò forma orationis in ea quadrare possit, ubi de perseverantiâ effectus aliquid timeri nequit, sicut in præsenti. Nam, si certi sumus de effectus perseverantiâ, eaque absque ullo respectu ad nostram orationem certò promissa est, frustrà etiam pro illâ oramus, & nostrum desiderium per modum orationis circà illam exprimimus, licet aliò modò possemus. Exempla quæ verò adduntur ex Euangelio, non sunt orationis. Et sanè illud Marci 5. licet sit per modum imperantis sanitatem, quam illa mulier jam fuerat adepta, nihilominus potuit ita proferri à Christo pro perseverantiâ in illâ sanitate: vel certè dictum puto per modum cujusdam congratulationis, quod Christo maximè placeret fides illius, & ita congratulans quasi de sanitate adeptâ per fidem, dixerit*, vade in pace, & esto sana. *Ac si homini qui bona industriâ suâ sibi summam pecuniæ comparasset, dicamus*, vade in pace, & esto dives; siquidem industria tua te divitem effecit. *In illo verò Luc. 7. præsens ponitur pro præteritò, ut 1. 2. disp. 211. cap. 5. num. 37. explicuimus. Et planum est habere solum simplicis enunciationis vim non autem imperij aut orationis pro perseverantiâ effectus jam obtenti.* Hæc ille, & rectè, eò tantùm demptò quod cum Bellarmino putat vulgatâ versione deceptus haberi Lucæ 7. *remittuntur tibi peccata tua*, tempore præsenti. Græca enim bis habent ἀφέωνται, quod licet interdum vim præsentis habeat, tamen naturaliter significat, *remissa fuerunt*, ut verba hæc, remissa fuerunt peccata, tum Petro, tum mulieri a Domino dicta, significativa tantummodò sint illius quod jam antè ipsemet fecerat: qua ratione exemplum hoc rursùs est ἀνυπόδικτον.

Quintò respondent, Scribonius, Bellarminus, [c] Turrianus, Suares, Vasques, Becanus, Cominck, Mæratius & de Lugo *per ea verba non peti absolutè ut panis ille consecratus qui re verâ jam est in se corpus Domini, fiat per effectum nutritionis spiritualis etiam nobis corpus Domini: qui enim indignè manducat, ut Paulus ait 1. Cor. 11. judicium sibi manducat.* Hanc autem solutionem omnium *solidissimam* Bellarminus indigetat, Suares *præcipuam*, magisque sibi probari affirmat Vasques. At ego contrà contendo illam esse futilissimam, & Patrum sensui omnimodò repugnantem. Primò enim dubium non est Patres affirmantes (quod omnes ferè faciunt) Eucharistiam confici sacerdotali invocatione, seu adventu Spiritus S. sacerdotalibus precibus advocati, illud asserere relatè ad orationem quâ sacerdotes in liturgijs, tum in Oriente & Occidente, tum in meridie & Septentrione, Deum invocabant ut adventu Spiritûs sui panem & vinum efficeret corpus & sanguinem Christi. Probatione id non eget, cum ipsò sole clarius sit. At quandò Patres affirmant Eucharistiam confici & consecrari sacerdotali invocatione, de consecratione Eucharistiæ non tantùm respectu utilitatis nostræ, sed absolutè loquuntur, ut res ipsa clamat, & fatentur Adversarij. Ergò pariter & in liturgijs absolutè postulatur ut panis & vinum corpus & sanguis Christi fiant. Secundò id probatur ex ipsius orationis formulâ. Petitur enim a Deo, non tantum ut panis & vinum fiant corpus & sanguis Christi, sed *ut immutentur* & sic *fiant corpus & sanguis.* Liturgiæ Basilij & Chrysostomi: *fac panem hunc pretiosum corpus Christi tui, & quod est in hoc poculò pretiosum ejus sanguinem, mutans illa Spiritu tuo Sanctò.* Cyrillus quoque Hierosolymitanus: [d] *Deum benignissimum oramus ut mittat Spiritum suum super proposita dona, & faciat panem quidem corpus Christi, vinum verò sanguinem Christi. Omninò enim quicquid attigerit Spiritus Sanctus hoc sanctificatur & transmutatur.* At *sanctificatio* transmutatioque alicujus rei est accidens ejus proprium, passioque absoluta. Igitur quandò petitur ut panis & vinum *sanctificentur & immutentur*, fiantque Christi corpus & sanguis, id absolutè petitur, & ut simpliciter atque in se illud fiant, non autem directè, ut nobis prosint. Denique id probatur, & quidem evidentissimè, ex eo quod post orationem de pane & vino sanctificandis & immutandis corpusque Domini ac sanguis efficiendis, subditur immediatè oratio altera quâ petitur ut dona sic consecrata nobis in salutem cedant, ac spiritualiter prosint. Sic enim liturgia Jacobi postquam dixisset: *Mitte, Domine, spiritum tuum super nos, & super hæc sancta proposita dona, ut adveniens, sanctâ, bonâ & gloriosâ præsentiâ suâ sanctificet & efficiat panem hunc corpus Christi tui, & poculum hoc pretiosum ejus sanguinem*, addit: *ut fiant nobis illa participantibus in remissionem peccatorum & vitam æternam, in sanctificationem animarum & corporum, in fructificationem bonorum operum*, &c. Similiter quoque Liturgiæ Marci, Basilij, Chrysostomi, Nazianzeni & Cyrilli, & Canon universalis Æthiopum, & Constitutionum [a] Author quicunque ille sit. Faceslat igitur inanissima potiùs quàm *solidissima* Adversariorum responsio. Nec eos tantillum juvant quatuor ratiunculæ quibus illam confirmare nituntur. Primâ est, *quia in Liturgiâ Clementis & Basilij, non dicitur*, fac panem istum corpus Christi, *sed* ostende panem istum corpus Christi. *Nequè dubium est, quin Iacobi & Chrysostomi Liturgia quæ habent*, fac *idē significare voluerint. Porrò*, ostende panem corpus Domini, *significat, ostende per*

[c] *Defens. constit. Apostolic. l. 5. cap. 3.*

[d] *Cateches. mystag. 5.*

[a] *Lib. 8. c. 12.*

de per effectum ſalutarem in mentibus noſtris iſtum panem ſanctificatum non eſſe panem vulgarem, ſed cœleſtem. Verba Bellarmini ſunt. Verùm reſpondeo falſum eſſe, in Liturgijs Clementis & Baſilij haberi, *oſtende panem iſtum corpus Chriſti.* Prior habet, ὅπως ἀναφήνῃ τὸν ἄρτον τοῦτον σῶμα τοῦ χριστοῦ σου: poſterior, εὐλογῆσαι, ἁγιάσαι καὶ ἀναδεῖξαι; quę contẽdo vertenda eſſe per *efficere* & *conſecrare.* Verba enim illa ἀναφαίνειν & ἀναδεῖξαι, quæ utrumq; ſignificant, videlicet, *fac* & *oſtende*, ut rectè agnoſcit Vaſquès, hîc ſumi priori ſenſu non autem poſteriori, adeò clarum eſt ut adverſus Bellarminum Perronius tueri non vereatur: *In Liturgiâ Baſilij,* [b] inquit, ἀναδεῖξαι *ponitur pro conſecrare.* Turrianus ſimiliter qui in loco Clementis objecto ἀναφαίνειν vertit, *efficere*: ut & Andreas Marius reddidit Baſilij locum in verſione anaphoræ. Ne tamen videar ſolâ illorum authoritate litem definire velle, probatur id primò quiâ in Liturgiâ Baſilij verbum ἀναδεῖξαι, & de conſequenti aliud illud ἀναφαίνειν quod ipſius loco habetur apud Clementem, & à Proclo ſimul junguntur componitur ut Synonymum cum verbis εὐχαριστῆσαι, εὐλογῆσαι & ἁγιάσαι ibidem additis, quæ conſecrationẽ, non autem oblationem innuunt. Secundò, quiâ in eadem Liturgiâ de ipſo Domino Euchariſtiam conſecrante paulò ante loquens, ait: ἀναδείξας οὗτοῦ θεῷ καὶ πατρὶ εὐχαριστήσας, εὐλογήσας, ἁγιάσας, πλάσας ἐδωκε, &c. Ubi evidentiſſimum eſt ἀναδείξας ſumi non poſſe, pro *cum oſtendiſſet*; (quid enim hoc eſſet, *cum oſtendiſſet tibi Deo & Patri panem?*) ſed pro *conſecraſſet.* Tertiò, quiâ eo loco ubi Clementis, Baſilij & Procli Liturgiæ uſurpant verba ἀναφαίνειν & ἀναδεῖξαι, cæteræ habent vel ποιῶν & ἁγιάζων, ut ea quæ Jacobo tribuitur, vel ἁγιάζων & πλασσῶν, ut ea quę Marci eſſe dicitur, vel ποιῶν & εὐλογῶν, ut Chryſoſtomiana, vel denique ſimpliciter ποιῶν, ut Cyrillus Hieroſolymitanus. Cum ergo dubium non ſit unum atq; idem omnes illis intendiſſe, verbaque hęc εὐλογῶν, ποιῶν, πλασσῶν, & ἁγιάζων, ſemper uſurpentur pro *benedicere, efficere, perficere, conſecrare* & *ſanctificare*, nunquam autem pro *oſtendere*, evidentiſſimè ſequitur in ſuprà citatis Clementis & Baſilij Liturgijs verba ἀναφαίνειν & ἀναδεῖξαι vertenda eſſe, *efficere & conſecrare*, ut ſenſus ſit, *effice*, ſive *conſecra panem hunc corpus Chriſti tui*, non autem, *oſtende panem hunc corpus Chriſti tui*, ſcilicet, per quemdam in nobis ſpiritualem effectum, ut volunt Adverſarij. Denique, id patet ex eo quod in Liturgia Baſilij poſt petitionem τῆς ἀναδείξεως τοῦ ἄρτου, ſicut & in Chryſoſtomianâ, & apud Cyrillum, immediatè additur, *mutans illum Spiritu tuo Sancto*: Hoc enim apertiſſimè indicat ἀναδεῖξαι ſumi pro *conſecrare*, non autem pro *oſtendere*. Secunda eorum ratio eſt, *quia in Liturgiâ Latinâ antè conſecrationem dicitur*, fiat nobis corpus & ſanguis, *non autem* fiat *ſimpliciter. Et poſt conſecrationem iterum petimus idem per illa verba*, jube hæc perferri per manus Sancti Angeli tui in ſublime altare tuum, &c, *ubi id ſolum petimus ut ſacrificium nobis ſit utile.* Verum, præterquàm quod incertum eſt, utrũ Liturgia Romana eo quo nunc eſt ordine conſcripta fuerit, cum Liturgia Clementis aliter habeat, ut jam ſuprà obſervavi, nihil obſtat, quominus dicamus illam in hac oratione, *fiat nobis hæc oblatio corpus & ſanguis dilecti filij tui*, unâ ſimul periodo complecti petitiones duas quas cæteræ omnes, tum diſparatis clauſulis, tum fuſioribus exprimunt: & priorem quidem, ut panis & vinum fiant in ſe corpus & ſanguis Chriſti ad uſum noſtrum, poſteriorem vero ut id nobis quoque fiant, videlicet, per effectum nutritionis ſpiritualis. Imò, quid prohibet verba illa tantummodo de priori intelligere? Tertia ratio illorum ducitur ex oratione *quàm antiqua eadem Eccleſia ante ultimam correctionẽ Miſſalis Romani utebatur in hunc modum:* fiat commixtio & conſecratio corporis & ſanguinis Domini noſtri Jeſu Chriſti accipientibus nobis in vitam æternam. *Vbi, cùm diceretur*, fiat conſecratio, *videri poſſet alicui nondum facta: ſenſus tamen erat, non, ut fieret ſimpliciter, ſed ut fieret ad vitam æternam. Quâ de cauſâ ad tollendam ambiguitatem mutatum jam fuit verbũ illud* fiat, *& poſtpoſitum. Dicimus enim; commixtio & conſecratio corporis & ſanguinis Domini noſtri Jeſu Chriſti fiat accipientibus nobis in vitam æternam.* Ita Suares & Vaſques. Sed primò ratiunculam hanc infirmat Bellarminus, inquiens: [c] *poſſet fortaſſe commodè reſponderi agi hoc loco de novâ quadam conſecratione quæ ex commixtione nunc primùm exſurgit. Nam in Liturgiâ Jacobi, ubi fit ceremonia commixtionis legitur*, unitum eſt & ſanctificatum. *Porrò hæc conſecratio nihil aliud eſt niſi nova quædam ſignificatio ſacramentalis. Vt enim conſecrari dicitur quod acquirit ſacramentalem ſignificationem, ita etiam, iterum dicitur conſecrari, quod acquirit aliam ſignificationem ſacramentalem. Significatur autem per illam commixtionem reſurrectio Domini*, ut *Amalarius libro 3. c. 31. & alij omnes ſcribunt. Nam in reſurrectione iterùm caro Domini cum ſanguine ſuo conjuncta fuit. Itaque in illâ commixtione nova fit conſecratio, dum ſpecies illæ quæ diviſæ mortem Chriſti repræſentabant, nunc inter ſe conjunctæ reſurrectionem Domini repræſentant.* Hæc ille: quæ ſi vera ſunt, contrà Suares & Vaſques exemplum ab ipſis allatum fortiſſimè retorquetur. Sicut enim quandò rogatur ut *fiat commixtio & conſecratio corporis & ſanguinis Chriſti*, conſecrationem quamdam verè effici petitur, ſimiliter ſacerdos orans ut panis & vinum fiant corpus & ſanguis Chriſti, conſecra-

[b] *De Euchar. lib. 2. Auth. 25.*

[c] *De Miſſa lib. 2. c. 27.*

consecrationem illorum verè effici postulat. Rursùm responderi posset vocabulum *consecratio*, non semper fuisse in hac canonis periodô, sed illi accreviſſe: non enim habetur, nec apud Amalarium librô tertiô cap. 31. nec apud Innocentium libro 5. Quâ ratione argutia Jesuitica planè concideret. Denique quicquid sit de veteri illâ canonis lectione, nullam ibi ambiguitatem deprehendo, sed tantùm minus ornatam distinctèque ordinatam verborum constructionem, quæ tamen satis apertè sensum Lectori aperit suum, nempè, in eâ rogari, non ut fiat consecratio, sed ut *consecrata*, id est, hæc consecrata fiant accipientibus ad vitam æternam. At alia longè ratio est in subjecto de quô agimus. Disertè enim petitur, ut panis & vinum fiant Domini corpus & sanguis per sacramentalem sui transmutationem. Quarta & ultima ratio est, *multos Græcorum in ultimâ sessione Concilij Florentini interrogatos a summô Pontifice Eugeniô, cur post Eucharistiæ consecrationem dicerent illas preces quibus videtur peti consecratio, respondisse, se nihil dubitare quin consecratio fieret per verba Christi, illas autem preces addi, ut peteretur a Deô nobis utilitas ex tantô sacrificiô.* Ita Bellarminus, Vasques, Mæratius & Ysambertus. Sed hæc parvi momenti sunt. Nam utrum hæc verè de Græcis in Conciliô Florentinô referantur, nec nè, sanè magna dubitandi occasio est, nonnullis eorum posteà conquestis multa malâ fide de ipsis conscripta fuisse a Latinis. Verùm, ut id omittamus, non tanti est si nonnulli minùs gnari & consulti id confessi sint, cùm illorum Doctiores ex professô aliud scribant. Ac demùm quicquid sit de utrisque, aliâ omninò fuit Veterum Græcorum fides a nobis ante citatorum ab eâ neoticorum nescio quod Græculorum in hoc Conciliô ære empta confessione ac præ necessitate facta.

Sextò post Bessarionem & Gregorium de Valentiâ respondet Perronius noster, [a] *orationem illam quæ in Græcis Liturgijs immediatè sequitur sacramentalia verba, non esse precem distinctam a sacramentalibus verbis, sed explicationem virtualis orationis quæ in illis continetur. Verba enim sacramentalia secretum votum includere, tacitamque & virtualem a Deô petitionem ut adimplere dignetur quæ enuntiant, commune est illis cum alijs omnibus operativis verbis. Quod & ipsi Græci agnoscunt, saltem in baptismo quem his verbis administrant a ritu nostro alienis:* baptizetur servus Christi in nomine Patris & Filij, & Spiritus Sancti. *Et propterea Veteres sacramentalia Eucharistiæ verba specialem precationem indigetabant, ut colligitur ex hoc ipsum loco*, cibus Eucharistia factus per preces verbi quod est a Deo. *Hoc igitur sensu scribit Augustinus sacramentum Eucharistiæ* prece mysticâ *consecrari, hoc est, prolatione verborum Christi, de quibus alibi sic loquitur cum Ambrosio*: ubi verba Christi deprompta fuerint, jam non panis dicitur, sed corpus appellatur. *Itaque sacerdos in Basilij Liturgiâ Deum orans immediatè post sacramentalia verba, ut spiritum suum super dona proposita mittere velit & mutare panem & vinum in corpus & sanguinem Christi, non intendit distinctam precem a sacramentalibus verbis pronuntiare & offerre, sed hac actuali prece virtualem quæ præcessit in sacramentalibus verbis amplificatorie exponere. Ideóque sicut hæc oratio non superaddit aliud verum tempore distinctum ab eo quod implicitè in illis verbis continetur, ita & sensum quem continet non exprimit & explicat tanquàm tempore distinctum a sacramentalibus verbis, sed ut relatum ad idem instans, hoc est, ad ultimum instans prolationis illorum verborum. Quod enim post illa profertur, hoc fit, quia intus suffocatur verbum nostrum, ut loquitur Irenæus, & profertur non de se semel, sicut conceptum est, sed per partes secundum quod lingua subministrare prævalet: quod & optimè notavit Bessario*, &c. *Propterea quoque Sanctus Basilius hanc precationem non refert ad modum precis directæ, sed ad modum precis historialis & relativæ, & per consequentia adverbium annexa his Domini verbis, hoc facite in mei commemorationem:* Christus, *inquit*, calicem Discipulis & Apostolis suis dedit, dicens, *bibite ex hoc omnes, hic est sanguis meus novi testamenti qui pro vobis & multis effunditur in remissionem peccatorum, Hoc facite in meam commemorationem, &c.* Memores ergò, Domine, & nos salutarium ejus passionum, *&c.*, tua ex tuis offerimus tibi per omnia & in omnibus. Ideo, Domine sanctissime, & nos peccatores & indigni servi tui qui constituti sumus ad ministrandum Sancto altari tuo, *&c.* Confidentes appropinquamus sancto altari tuo, & propositis antitypis sancti corporis & sanguinis Christi tui, te obsecramus Sancte Sanctorum beneplacitâ tuâ benignitate ut veniat Sp. S. super nos, & super proposita munera ista, & benedicat ea, & sanctificet, & faciat quidem panem hunc ipsum pretiosum corpus Domini & Dei & salvatoris nostri Jesu Christi, calicem autem hunc ipsum pretiosum sanguinem Domini & Dei & salvatoris nostris nostri Jesu Christi, qui effusus est pro mundi vitâ, mutans illa Spiritû tuo Sancto. *Undè patet narrationem hanc in quâ per modum orationis historialis & relativæ inseritur precatio illa quam Græci faciunt post sacramentalia verba, non restringi ad id solum quod post illa efficitur, sed eo quod connexa sit per Adverbium consequentia hunc Christi mandato*, facite hoc in meam commemorationem, *promiscuè se extendere ad id omne quod fit vi mandati illius, sivè antè verba sacramentalia fiat, sivè cum illis, sivè post illa. Alioqui oporteret executionem hujus clausulæ*, appropinquamus sacro altari tuo, *fieri post prolationem verborum sacramentalium,*

[a] *Vbi supra.*

mentalium, & *de consequenti sacerdotem verba sacramentalia proferre ante accessionem ad altare; quod absurdum & falsum est.* At hæc responsio una est illarum de quibus jam suprà audivimus Bellarminum dicentem: b *duæ aliæ solutiones ad idem argumentum sunt apud Bessarionem, sed ea minus solida esse videntur.* Similiter quoque Suares · c *ut verùm fatear expositio hæc capta est difficilis.* Et Ysambertus: *omissa*, d inquit, *Cardinalis Bessarionis responsione superiùs relatâ, & aliis responsionibus in citato suo opere contentis, respondetur*, &c. Et de Lugo: *Hæc est Bessarionis, sed durissima.* Recte autem illos de eâ judicare, nullus dubito. Nam, ut prætermittam quæ jam suprà observavi, temere supponi ab Adversarijs tum verba, *Hoc est corpus meum*, tacitam & virtualem precationem continere, tum Justinum Martyrem de quo post agendum erit, atque Ambrosium & Augustinum ea *preces* appellare cùm testimonia ex ijs citata neutrius illorum vere sint, ut libro secundo, Deo dante, probabitur; respondeo, falsum esse Basilium non distinguere *precem* quæ Deo fit ut dignetur Spiritum suum super dona proposita ad ea in corpus Christi & sanguinem sanctificanda mittere, a verbis, *Hoc est corpus meum*, *Hic est sanguis meus.* Nam orationis illius duæ sunt partes: prior merè historialis ac narrativa, referens quidnam servator in Eucharistiæ celebratione fecerit & dixerit, ac quomodò eam consecraverit & sanctificaverit, posterior vero in quâ panis & poculi consecratio postulatur, ad modum precis directæ omnino conflata: & mirum est Perronium aliter potuisse, aut sentire, aut scribere ac duas illas partes ex proposito confundere. Quod enim Basilius posteriorem hanc adverbio consequentiæ annectit illi Domini mandato, *Hoc facite in meam commemorationem*, non prohibet quo minùs precatio sit directa & distincta: quippè id propterea facit ut significet nos illud quod nunc exequimur ad Eucharistiæ confectionem, nempe, a Deo petentes adventum Spiritus sui pro sanctificatione donorum propositorum, ad imitationem & exemplum Christi facere qui primus per preces Deo Patri suo oblatas panem & vinum consecravit, nosque idem præstare jussit dicens, *Hoc facite*, hoc, scilicet *quod ego feci.* Nam Basilij mentem esse, Dominum gratiarum actione, benedictione, & invocatione, verborum *Hoc est corpus meum* prolationem antecedente, panem consecrasse, & jam suprà ex ipso docuimus, & hoc loco ipsemet indicat inquiens, *unigenitus tuus filius*, &c, a *pane in sanctis suis & inpollutis manibus accepto, postquam tibi Deo & Patri consecrasset, Eucharistiæ asset, benedixisset, sanctificasset, fregisset, dedit sanctis suis Discipulis & Apostolis, dicens, accipite, edite, hoc est corpus meum quod pro vobis frangitur in remissionem peccatorū*, &c, *Hoc facite in meam commemorationem.* Intelligit ergo pariter nos hodiè panem ad Salvatoris exemplum oratione & gratiarum actione sanctificare & consecrare, non verbis, *Hoc est corpus meum*, quæ nihil minùs quam precatio sunt. Parvi autem momenti est instantia Cardinalis, nimirum, *si ita foret oportere excutionem hujus periodi*, appropinquamus Sancto altari tuo, *fieri post prolationem illorum verborum, sacerdotemque proindè antè accessionem ad altare verba illa pronuntiare*, quod tamen falsum & absurdum est. Nam, quamvis hæc clausula prout vulgò latinè reddita legitur & urgetur a Cardinale necessariò esset sumenda, quid quæso communius est, frequentius & usitatius, quàm actionem aliquam adeò proximè peractā ac adimpletam ut adhuc quasi in fieri sit per verba de præsenti exprimere? Sic enim de mensis nostris communibus vulgò loquimur, quando, verbi gratiâ, de convivis interrogati rerum affideant, respondemus illos adhuc se accingere mensæ, quia quamprimùm sederunt, vixque se composuerunt ad convivandum. Quô sensu perindè est ac si Basilius dixisset, *jam jam appropinquavimus*, præsens videlicet tempus vice præteriti proximè elapsi ponens. Sed necesse non est ad hoc præsidium vulgiloquij confugere. Verbum enim προσεγγίζειν quô Basilius utitur, non perpetuò dicit motum ad terminum, sed interdum acquisitionem termini jam factam: hoc est, non semper in appropinquandi & accedendi, sed sæpè in adsistendi significatione sumitur. Nec vult Basilius dicere, *appropinquamus*, sed potiùs, *adsistimus sancto altari tuo.* Sic enim canon Æthiopum hanc liturgiæ clausulam legit: b *Recordamur mortis tuæ & resurrectionis tuæ, offerimusque tibi panem hunc & hunc calicem, tibique gratias agimus quod per hoc sacrificium dignos nos feceris standi in conspectu tuo, & sacerdotale officium coràm te exequendi.*

b De Euchar. lib. 4. c. 14.

c Vbi supr. §. Tertio.

d Vbi supr. art. 7. n. 4.

a Λαβὼν ἄχραντοις καὶ ἀμώμοις αὐτοῦ ἁγίαις καὶ ἀναμολύντοις χερσὶν, τὴν αὐτὴν δοῦλος καὶ

τῷ θεῷ καὶ πατρὶ προσεγγίσας, εὐλογήσας, ἁγιάσας, πλάσας, ἔδωκε δοῦς μαθηταῖς καὶ ἀποστόλοις αὐτοῦ λέγων, λάβετε, φάγετε. Τοῦτό μου ἐστὶ τὸ σῶμα, &c.

b *Biblioth. Patr. edit. 4. tom. 6.*

CAPUT VII.

In quô respondetur ad objectiones Adversariorum quibus probare conantur ex Patribus consecrationem fieri per verba, Hoc est corpus meum, Hic est sanguis meus.

SUPEREST ut solvamus quæcumque Adversarij hac in parte ex Patribus objiciunt. Ad quæ generatim notamus, non magni momenti fore quamvis fortè unus aut alter occurreret ad hæc suprà dicta verba consecrationem referens, cum plures sint paucioribus minùs consultè locutis sinè dubiò præterendi. Quamquam, si rem attentè spectemus, non difficile est omnes inter

inter se conciliare & ὁμοψήφους fuisse ostendere.

c De Euchar. lib. 4. c. 13. d Des nomb. du sacrem. cap. 6. e Vbi supr. art. 8. Vasques disp. 197. cap. 3.

Primò ergo c Bellarminus, d Coffetellus & e Ysambertus post multos alios objiciunt, Justinum Martyrem dicere panem fieri corpus Christi *per preces verbi Dei* δι' εὐχῆς λόγου τοῦ παρ' αὐτοῦ, ac preces illas ibidem exponere de verbis, *Hoc est corpus meum*. Verùm respondeo posterius hoc a Martyris mente omnino esse alienum. Quando enim ait panem Eucharisticam alimoniam fieri *per preces Verbi quod est ab eò*, non loquitur de verbô vocali quod est a Christô, sed de Verbo substantiali quod a Patre est. Nam relativum illud αὐτοῦ refertur ad patrem de quô in prothesi paulo ante dixerat, *per Verbum Dei*, (id est Patris) *factus est caro Iesus Christus salvator noster*. Unde sensus ipsius est, Eucharistiam confici *precibus Verbi*, id est, Christi qui à Deô Patre est. *Preces* autem *Verbi* appellat non verba *Hoc est corpus meum*, quæ precatio nisi inepte non possunt indigetari, sed gratiarum actionem & orationem quam usurpare solemus in Eucharistiæ consecratione, quod illæ scilicet a Domini exemplô & mandatô fluant. Sicut enim Eucharistiam quam hodie celebramus eandem cum illâ esse quæ a Domino celebrata est, rectè Veteres affirmant, similiter dici potest orationem quâ utimur ad ejus imitationem in sanctificatione signorum orationem illius esse. Ita autem se rem habere planum est ex sequentibus: *Apostoli*, inquit Justinus, *in commentarijs a se scriptis quæ Euangelia vocantur sic tradiderunt præcepisse illis Iesum, eum nempè, accepto pane & Eucharistizato* (hoc est, consecrato) *dixisse, hoc facite in meam commemorationem, hoc est corpus meum*, &c. Quandoquidem enim ad designandum quomodo panis & vinum a nobis sanctificentur, sive sanctificanda sint, nos ablegat ad Domini exemplum in Euangelijs consignatum, narrare autem illa docet Dominum panem & poculum *Eucharistizasse*, hoc est, gratiarum actione consecrasse, nonne evidenter indicat sentire se panem & vinum gratiarum actione consecrari a nobis debere? At, inquiunt, Coffetellus & Ysambertus, *ipsemet immediatè post ad justificandos Christianos ritus sic idololatras alloquitur*: hoc ipsum in mysterijs Mithræ (*is est sol Persarum Deus*) per imitationem fieri pravi Dæmones docuerunt. Quod namque panis & poculum aquæ in ejus qui consecrandus est imitatione ponatur μετ' ἐπιλόγων τινῶν, cum quibusdam verbis additis, aut scitis, aut discere potestis. *Quorsum autem ad justificandum Eucharistia nostra ritum exemplum adducere verborum quæ in mysterijs Mithræ pro consecrandis pane & aquâ adhibebantur ab Ethnicis, nisi quia in Eucharistiâ ad ipsius confectionem mo-ris erat ut verbis ad id speciatim destinatis?* Sed hæc prorsus frivola sunt. Quis enim illis persuasit *epilogos* de quibus Justinus loquitur, *preces* non fuisse propriè sic appellatas? Id sanè fuerat probandum, non supponendum.

Secundò objiciunt Irenæum qui librô 4. adversus hæreses cap. 32. ait, Christum docuisse Apostolos novam oblationem quam Ecclesia offert Deo quandò panem & vinum accepit & gratias egit, dicens, *Hoc est corpus meum, Hic est sanguis meus*. Et apertiùs lib. 3. cap. 2. dum ita loquitur: *Quandò mixtus calix & a fractus panis percipit Verbum Dei, fit Eucharistia corporis & sanguinis Domini*. At, inquiunt, Bellarminus & Ysambertus, *non est aliud verbum Dei in consecratione Eucharistiæ nisi*, Hoc est corpus meum, *&c*: *nam alia non sunt verba Dei, sed preces ab hominibus excogitatæ*. Sed facilis est responsio, Irenæum per verbum Dei intelligere invocationem Dei, de quâ præcedente libro dixerat, *panis suscipiens invocationem Dei, non amplius communis panis est, sed Eucharistia*; ac per *invocationem Dei* gratiarum actionem super pane Deo redditam, undè & Eucharistiam appellat, *panem in quô gratiæ actæ sunt*, id est, inquit b Maldonatus, *gratiarum actione benedictum aut consecratum*. Talis enim *invocatio* sive gratiarum actio rectè *Verbum Dei* dicitur, quia & *invocatio Dei* sunt, & ad exemplum & mandatum Christi efficiuntur. Nam cùm Dominus gratiarum actione & invocatione Eucharistiam consecraverit, nosque illud ipsum quod fecit exequi jusserit, quis non videt preces nostras *Verbum Dei* duplici de causâ appellari posse, videlicet, quià verè *invocatio Dei* sunt, & quia *Verbum* sunt à Christo & Deô edoctum & imperatum? Nec obstat quod objicit Ysambertus, Irenæum immediatè antè dicere: *eum panem qui est a creaturâ corpus suum confirmavit*; ac proindè cùm post subjungit, *quando panis percipit verbum Dei, fit Eucharistia*, mentem ipsius esse, *Verbum* illud esse verba, *Hoc est corpus meum*, per quæ confirmavit, id est, *fecit* panem corpus suum. Consectarium enim illud ut ab Irenæi mente prorsus alienum negamus. *Confirmavit* si quidem illi non est, *fecit*, sed *affirmavit*: idque tantùm dicere vult, panem illum super quo Deus est invocatus non ampliùs *communem panem*, (ut librô præcedente loquitur) sed *Eucharistiam* esse. Hoc autem probat ex eô quod Dominus illum corpus suum appellaverit. Panis enim ille qui corpus Domini esse dicitur, non ampliùs communis panis est. Undè autem id habeat ut a Dominô corpus suum appellatus sit, docet primô loco ab Adversarijs citato, nimirum, a gratiarum actione quâ illum consecraverat.

a Legendum, factus, *in Græc. γεγονὸς.*

b In Matth. cap. 26.

Tertiò Bellarminus, Vasques, Gamachæus,

c *In 1. Cor. 11.* chæus, c Juſtinianus, & alij innumeri objiciunt, Tertullianum de Dominô loquentem dicere; d *acceptum panem & diſtributum Diſcipulis corpus ſuum illum fecit, hoc eſt corpus meum, dicendo, id eſt, figura corporis mei.* Verùm reſpondeo Tertullianum non intelligere, Dominum per ea verba panem corpus ſuum, id eſt, corporis ſui figuram effeciſſe, ſed tantùmodò id velle, Dominum ea verba proferendo teſtatum eſſe, ſe panem corpus ſuum, id eſt, ſui corporis figuram effeciſſe, adeo ut verba illa non ſint cauſa hujus effectus, ſed medium probationis illius a poſteriori. Quid autem proprie illud ſit per quod id præſtitit, ipſemet alibi docet illud de gratiarum actione exponens, ut capite præcedenti oſtendimus.

d *Contr. Marcion. lib. 4. cap. 40.*

Quartò objiciunt Gregorium Nyſſenum, cujus locus ex oratione catecheticâ ſic a Gregoriô de Valentiâ & Vaſques citatur: *panis, ſicut dicit Apoſtolus per verbum Dei & orationem ſanctificatur, non per cibum & potum procedens ad corpus Verbi, ſed a Verbo quemadmodum dictum eſt, tranſmutatus, nempe, hoc eſt corpus meum.* Ubi, inquit e Vaſques, *quamvis Nyſſenus dicat panem ſanctificari per verba orationis & in corpus tranſire, ſicut dixerat etiam Juſtinus, tamen hanc orationem nullam aliam dicit eſſe, niſi illam*, Hoc eſt corpus meum, *&c. Nam ſub particulâ*, nempè, *qua vim habet explicandi, nulla alia verba ponit Nyſſenus: quarè neque aliam orationem ab illô fuiſſe intellectam ſuſpicari poſſumus.* Ac f Perronius ſic Nyſſeni verba adducit quoad poſteriorem partem: *panis ſubitò in corpus mutatur a Verbô, ſicut dictum eſt mediante verbô, ſcilicet, hoc eſt corpus meum.* g Coſſetellus ſimiliter: *ſicut dictum eſt, tranſmutatur per verbum aut vocem, hoc eſt corpus meum.* Sed Nyſſeni verba mentemque ſimul depravant. Ita enim Græca habent ex editione Morelli: ἰυθὺς διὰ τοῦ λογοῦ πρὸς τὸ σῶμα μεταποιούμενος, καθὼς εἴρηται ὑπὸ τοῦ λόγου, ὅ ἐστι τοῦτ' ἐστὶ τὸ σῶμα μοῦ· quæ ſic b Bellarminus rectiùs vertit, *panis ſtatim per Verbum in corpus mutatur, ut dictum eſt a Verbô, hoc eſt corpus meum.* Sivè ut Fronto reſtituit ex codice Vulcobianô, ἰυθὺς πρὸς τὸ σῶμα τοῦ λόγου μεταποιούμενος, &c, hoc eſt, *ſtatim in corpus Verbi mutatur*, &c. Per verbum autem utrobique intelligit, non verbum vocale, ut Adverſarij falſò ſupponunt. Sed verbum eſſentiale, *Deum Verbum*, ut ipſemet Nyſſenus paulò antè loquitur, id eſt, Chriſtum Dominum qui cauſa efficiens principalis eſt hujus qualiſcunque ſit mutationis: *qui hæc ſanctificat & tranſmutat, ipſe eſt*, inquit i Chryſoſtomus. Rurſùm, per orationem quam ad initium loci Verbo conjungit ad panis ſanctificationem, intelligit quidem cauſam inſtrumentalem conſecrationis: ſed falſiſſimum eſt, illum per eam deſignare verba, *Hoc eſt corpus meum*, quæ oratio nullomodò ſunt. Intelligit benedictionem de quâ ibidem ait, *verum viſibilium naturæ benedictione tranſelementatur*; benedictionem, inquam, in ſcripturis memoratam, & ab his verbis diſpàratam, illaque antecedentem. Deniquè, quandò ait, *panem in corpus Verbi mutari prout dictum eſt a Verbo*, (id eſt a Chriſtô) *Hoc eſt corpus meum*; mens ipſius minimè eſt tranſmutationem illam fieri per ea verba, ſed tantùm illam hiſce verbis indicari & probari. Non enim dixiſſet Dominus panem eſſe corpus ſuum, niſi illam oratione ac benedictione præviâ corpus ſuum effeciſſet. Fruſtrà autem urget Vaſques particulam, *nempè*, velut explicativam. Mera enim ſupinitas eſt hominis Græca non conſulentis, ac adſcititiam illam excrementitiamque voculam inconſideratè prementis.

e *Diſp. 197. cap. 3.*

f *De Euchar. l. 2. Anth. 16.*

g *Vbi ſupr. pag. 70.*

h *De Euchar. l. 4. cap. 13.*

i *In Matth. hom. 83.*

Quintò objiciunt Ambroſium qui ait: a *hodie dat nobis eum panem Dominus quem ipſe quotidiè ſacerdos conſecrat ſuis verbis.* Et rurſus: b *Sacramentum iſtud quod accipis ſermone Chriſti conficitur.* Item: *vera utique caro Chriſti quæ crucifixa eſt, quæ ſepulta eſt. Verè ergò carnis illius ſacramentum eſt, Ipſe clamat Dominus Ieſus*: Hoc eſt corpus meum, *Antè benedictionem Verborum cœleſtium, alia ſpecies nominatur. poſt conſecrationem corpus Chriſti ſignificatur. Ipſe dicit ſanguinem ſuum, antè conſecrationem aliud dicitur, poſt conſecrationem ſanguis nuncupatur.* Et in libris de Sacramentis: c *ubi venitur ut conficiatur venerabile ſacramentum, jam non ſuis ſermonibus ſacerdos, ſed utitur ſermonibus Chriſti. Ergò ſermo Chriſti conficit hoc ſacramentum.* Et paulò poſt ſignificans quis ſit ille ſermo, adducit verba, accipite & edite eo omnes, *Hoc eſt corpus meum*, &c. Reſpondeo, libros de Sacramentis non eſſe Ambroſij, ut locô ſuô evidenter oſtenditur, ſed Authoris multò recentioris, cujus quæ fuerit ſententia non eſt magnoperè laborandum. Ad Ambroſium autem quod attinet, dico enim eum verba & ſermones Chriſti quibus hoc ſacramentum ait confici intelligere: non de verbis, *Hoc eſt corpus meum*, &c, ſed, ut ipſemet alibi docet de precatione, de quâ ſic loquitur: d *Sacramenta quæ ſumimus per ſacræ orationis myſterium in carnem tranſfigurantur & ſanguinem.* Oratio enim quam ad ſignorum ſacramentalium ſanctificationem adhibemus, cùm ab ipſô primùm uſurpata & deinceps nobis mandata ſit, rectè ſanè poteſt ipſiuſmet verbum ac ſermo indigetari precationis ſcilicet verbum & benedictionis, de quô ibidem ait: *Ipſe clamat Dominus Ieſus hoc eſt corpus meum: antè benedictionem verborum cœleſtium alia ſpecies nominatur poſt conſecrationem corpus Chriſti ſignificatur. Ipſe dicit ſanguinem ſuum: antè conſecrationem aliud dicitur, poſt conſecrationem ſanguis nuncupatur.*

a *De benedict. Patriarch. cap. 9.*

b *De his qui initiant. c. 9.*

c *Lib. 4. c. 4.*

d *De fil. ad Gratian. l. 4. cap. 5.*

patur. Palàm enim eſt illum cùm de benedictione loquitur, reſpicere ad id quod Euangeliſtæ referunt, Dominum acceptô pane gratias egiſſe ſeu benedixiſſe. Quomodò enim dicere poſſet, Dominum poſt conſecrationem vinum ſanguinem ſuum nuncupaſſe, niſi intelligeret conſecrationem præceſſiſſe verba illa, *Hic eſt ſanguis meus*, in quibus vinum ſanguinem ſuum nuncupavit?

Sextò objiciunt Chryſoſtomum qui ait: e *Non homo eſt qui propoſita facit eſſe corpus & ſanguinem Chriſti, ſed Chriſtus ipſe qui pro nobis crucifixus fuit. Stat ſacerdos typum adimplens, & illa verba fundens, virtus autem & gratia Dei eſt. Dicit*, Hoc eſt corpus meum: *Hoc verbo propoſita conſecrantur. Et ſicut illa vox quæ dixit*, Creſcite & multiplicamini, & replete terram, *ſemel quidem dicta eſt, ſed omni tempore ſuum præſtat effectum ad generationem operante naturâ, ita & vox illa ſemel pronuntiata per omnes Eccleſias menſas uſque ad hodiernum diem & uſque ad ejus adventum perfectum facit ſacrificium.* Et rurſùm: f *quemadmodum verba quæ locutus eſt Chriſtus, eadem ſunt quæ ſacerdotes nunc quoque pronuntiant, ita & oblatio eadem eſt.* Reſpondeo, Chryſoſtomum dicere propoſita conſecrari verbis *Hoc eſt corpus meum*, non quod illa conſecrationem propriè operari exiſtimaverit, ſed quià promiſſionem de ſanctificatione ac conſecratione ſignorum quâ primitus ab ipſô Dominô prolata ſunt, tacitè contineant, ut jam ſuprà obſervavimus. Hoc enim ſenſu dici poſſe verba illa conſecrare aut ſanctificationem operari, patet ex ipſô Chryſoſtomo ſimiliter affirmante hæc Domini verba, *ædificabo eccleſiam meam*, eccleſiæ ædificationem operari: *Dixit*, g inquit, *Dominus*, cœlum fiat, *& opus fecit*, fundetur terra, *& ſubſtantiam produxit*, Sol luceat, *& ſidus apparere fecit, omniaque verbô ſuo operatus eſt ipſa & eccleſias plantavit, & verbum hoc*, ædificabo eccleſiam meam, *omnia eſt operatum.* Non enim dicere vult, verbum hoc propriè & formaliter *eccleſias ædificaſſe*, ſed illi nihilominùs tribuit hanc efficaciam, nimirum, quià continet promiſſionem cujus vi ac ſecundùm quam Apoſtoli Eccleſias fœliciter propagarunt. Mentem autem ipſius eſſe verba, *Hoc eſt corpus meum*, eadem ratione panis conſecrationem operari, patet primò ex eo quod hæc verba conſideret, non prout hodie a nobis proferuntur, ſed quatenus a Domino, idque ſemel, pronuntiata ſunt, nec magis ad conſecrationem efficiendam repeti nunc opus habent, quàm verba, *Creſcite & multiplicamini*, ad generis humani propagationem: *vox illa*, inquit, *ſemel pronuntiata per omnes Eccleſia menſas uſque ad hodiernum diem & uſque ad ejus adventum perfectum efficit ſacrificium.* Nam niſi eo quo dixi ſenſu accipiantur, ſequeretur illa ſemel a Dominô pronuntiata verè conſecrativa fuiſſe totius panis & vini quæ uſque ad ipſius adventum ad hoc myſterium jam adhibita & adhibenda ſunt, abſque eô quod opus ſit, ſive eorum verborum repetitione, ſivè quibuſcunque alijs ad elementa ſanctificanda: quod tamen Adverſarij, ſcio, non ſunt conceſſuri. Secundò, id etiam colligitur ex comparatione quam inſtituit inter ea verba, & alia jam ſuprà memorata, *Creſcite & multiplicamini & replete terram.* Hæc enim verba generis humani propagationem non ſunt propriè & formaliter operata, ſed continent ſolummodò promiſſionem de multiplicatione illius ab hominum generantium actione immediatâ proximaque profluenti. Intelligit ergò pariter verba *Hoc eſt corpus meum*, panem conſecrare, non quod ſint conſecrationis propriè & accuratè loquendo operativa, ſed quiâ contineant (ut a Dominô prolata ſunt) promiſſionem de effectu conſecrationis gratiarum actione, benedictione & invocatione impetrando & peragendo. Undè & in liturgiâ nomine ejus inſignitâ, verba hæc præcedunt promiſſionis inſtar ac fundamenti, dein a Deô poſtulatur ut Spiritum ſuum ad pròpoſita ſanctificanda & immutanda è cœlô mittere dignetur. Fruſtrà ergò excipiunt Bellarminus & Vaſques poſt Beſſarionem, *Chryſoſtomum ſtatuere diſcrimen inter illa verba*, Creſcite & multiplicamini *& hæc*, Hoc eſt corpus meum; *quod illa videlicet efficacia ſint operante naturâ, quia Deus per illa verba nihil immediatè produxit, ſed tantùm tribuit naturæ fœcunditatem, & inſtituit ut quandocunque tales cauſæ exiſterent, talis etiam ſequeretur effectus: iſta autem verba*, Hoc eſt corpus meum, *non eſſe efficacia operante humana prece, ſed ſimpliciter Chriſtum per illa operari.* Nam ſi is eſſet Chryſoſtomi ſenſus, quorſum poſt prolata iſta verba, in liturgiâ adhuc Deo diceret: *Mitte Spiritum tuum Sanctum ſuper nos & ſuper hæc propoſita dona, fac panem hunc pretioſum corpus Chriſti tui, & quod eſt in hoc poculo pretioſum ipſius ſanguinem, mutans Spiritu tuo Sancto?* Quamobrem & alibi clamaret; a *ſacerdos ſtat antè ſacram menſam manus in cœlum extendens, invocans Spiritum Sanctum ut adveniat & propoſita tangat?* Annon evidenter innuit ſacerdotis preces eſſe per quas Chriſtus operatur ſanctificationem ſignorum? Ad poſteriorem autem locum quod attinet in quô Chryſoſtomus ait: *Quemadmodum verba quæ locutus eſt Chriſtus eadem ſunt quæ ſacerdotes nunc pronunciant, ita & oblatio eadem eſt*; dico, illum ad rem non eſſe. Non enim inter nos controverſia eſt, utrum Euchariſtia quam celebravit Dominus, & ea quam hodiè celebramus, eadem ſit necnè. Utrique eandem eſſe fatemur. Quæritur, utrum Dominus conſecrarit per ea verba *Hoc eſt corpus*

e *Homil. de prodit. Iudæ.*

f *In 2. ad Tim. Hom. 2.*

g *Lib. quod Chriſtus ſit Deus.*

a *In cœmeterij appellation.*

corpus meum, noſque etiam nunc ad idem efficiendum ea proferamus. Contendit autem Vaſques id hocce teſtimoniô validè probari: nos autem id illi negamus. Nam hæc quoque verba in Euchariſtiæ celebratione proferimus, non ut iis conſecrationem propoſiti panis efficiamus, ſed ut quemadmodum Dominus illis deſignavit quiſnam eſſet conſecrationis gratiarum actione peractæ effectus, nos etiam ipſius verbis idem innuamus.

Septimò objiciunt Bellarminus & Coffetellus Auguſtinum qui ait, panem [b] *myſticâ prece conſecrari*, [c] *certaque conſecratione myſticum* fieri. Et rurſum: [d] *antę verba Chriſti quod offertur in altari, panis dicitur, ubi verba Chriſti deprompta fuerint, jam non panis dicitur, ſed corpus appellatur.* Supponunt autem per *precem myſticam, certamque conſecrationem* intelligi verba, *Hoc eſt corpus meum*, quaſi conſecratio aliter certa eſſe non poſſet, niſi præciſo verborum aliquorum numerô efficeretur. Sed falſa ſuppoſitio eſt. Auguſtinus enim per *certam conſecrationem* Orationem intelligit propriè ſic appellatam, ut capite præcedenti oſtendimus, quam quotieſcunque fundimus ad Domini ipſius imitationem & mandatum, conſecrationem certò efficimus. Ad tertium autem locum, dico eum Auguſtini non eſſe, ſed rhapſodiam eſſe ex Authore librorum de ſacramentis Ambroſio falsò tributis emendicatam, & in modum ſermonis adaptatam, cujus parva authoritas eſt, quicunque ſit ipſius ſenſus.

b *De Trinit. lib. 3. cap. 4.* c *Cler. Fauſt. lib. 20. c. 13.* d *De Verb. Domini ſerm. 28.*

Octavò objicit Bellarminus Heſychium qui ait: [e] *per ejus* (Domini) *virtutem & prolatum ab eô verbum, quæ videntur tam ſanctificata ſunt, quàm cunctum carnis ſenſum excedunt.* Sed idem eſt ſenſus Heſychij qui Chryſoſtomi ſuprà a nobis expoſiti, niſi dicere malimus per prolatum a Dominô verbum illum intelligere verbum orationis & gratiarum actionis ab illô primò adhibitum, & deinceps quoque a nobis, juxtà mandatum ipſius. Nam & ipſe Heſychius alibi ait: [f] *niſi Chriſtus rogatus ore ſacerdotum ipſe venerit, & cœnam ſanctificaverit, & initiaverit ea quæ aguntur, nullatenus ſacrificium Dominicum fiunt.* Joculare autem foret dicere verba *Hoc eſt corpus meum*, ſacerdotis eſſe rogationem.

e *In Leviticum l. 6.* f *In Leviticum l. 2.*

Nonò Bellarminus & Vaſques objiciunt Pſeudo-Euſebium Emeſenum, qui ait: [g] *inviſibilis ſacerdos viſibiles creaturas in ſubſtantiam corporis & ſanguinis ſui verbô ſuo ſecretâ poteſtate convertit: ita dicens, accipite & edite, Hoc eſt corpus meum; & ſanctificatione repetitâ, accipite & bibite, Hic eſt ſanguis meus.* Verùm reſpondeo, illum, neque per verbum Chriſti intelligere verba *Hoc eſt corpus meum*, ſed gratiarum actionem & invocationem quę cùm ex mandatô ipſius a nobis fiat, ejus *Verbum* rectè poteſt appellari, neq; per *Sanctificationem repetitam* verba, *Hic eſt ſanguis meus*, ſed eandem gratiarum actionem quam Euangeliſtæ memorant Dominum ad calicis conſecrationem repetiviſſe ex Hebræorum more. Nam & ipſemet Author in homiliâ ſe explicans, de pane & vinô expreſſe ait: *invocatione ſummi nominis conſecrantur.* Quis enim (niſi bardus ſit) dixerit illa verba, eſſe *ſummi nominis* aut *numinis invocationem?* Quod igitur illa recenſet, non ideò ab illô fit ut innuat ipſa verba eſſe conſecrationis & ſanctificationis operativa, ſed tantùm quiâ ſunt illius enuntiativa & declarativa. Hæc enim verba declarant quid *invocatione ſummi nominis* efficiatur, nimirum, panem & vinum Dominicum corpus atque ſanguinem fieri. Quomodò verò id fiant, non hîc eſt locus exponendi.

g *De Paſch. Hom. 5 apud Ceſar. 7.*

Denique [h] Gamacharus & Yſambertus objiciunt: *in liturgia Græca D. Marci, D. Baſilij, D. Chryſoſtomi, ſimul atque illa verba Chriſti dicta fuerunt*, Hoc eſt corpus meum, *populus reſpondet* Amen. *Atqui hæc vox eſt affirmandi particula, & index conſecrationis jam peractæ, ac ſi populus diceret, verè ita eſt, ſicut tu dixiſti.* Sed ambiguè loquuntur. Mens enim eorum eſt, populum poſt hæc verba pſallentem, *Amen*; intellexiſſe, vel *Dominum peractâ conſecratione dixiſſe*, Hoc eſt corpus meum, *& verè dixiſſe*; vel *illum, per hæc verba eam effeciſſe, idque per* Amen *illud plebem confiteri*; vel *denique ſacerdotem per eadem Domini verba hiſtorialiter relata conſecrationem peractam effeciſſe, eatenuſque populum agnoſcere verba illa vera eſſe.* Si primum illud; concedimus. Id enim veriſſimum eſt, & ipſiſſima noſtra ſententia. Si ſecundum: ſimpliciter negamus. Si denique tertium; id falſiſſimum eſſe dicimus. Nam quî dici veriſimiliter poteſt, populum credidiſſe, ſacerdotem recitativè tantùm hæc Domini verba & hiſtorialiter proferentem, & poſt illa adhuc rogantem ut panis & vinum corpus & ſanguis Chriſti fiant, per illa verba conſecraſſe? Delirum ſanè eum fuiſſe oporteret, ſi id credidiſſet. Tantummodò primum illud de ipſius mente fuit.

h *Ad q. 78. marginè.*

Summa ergò diſputationis hujus eſt, Patres Euchariſtiæ conſecrationem ad tria retuliſſe: primò videlicet ad virtutem Chriſti & Spiritûs Sancti; ſecundò, ad *preces, gratiarum actiones, benedictiones*: tertiò, ad verba, *Hoc eſt corpus meum, Hic eſt ſanguis meus.* Ad virtutem Chriſti & Spiritus Sancti tanquàm ad cauſam principalem & propriè efficientem: ad *preces, gratiarum actiones & benedictiones*, tanquàm ad conditionem impetratam & impetrantem, cauſamque inſtrumentaliter operantem: ad verba denique, *Hoc eſt corpus meum, Hic eſt ſanguis meus*, tanquàm ad verba promiſſiva, ut a Dominô primum prolata ſunt, & declarativa.

CAPUT

CAPUT VIII.

De Conſecrationis effectu.

SEQUITUR conſecrationis effectus ſacramentalibus verbis (ut illa communiter vocant) deſignatus. Poſtquàm enim Salvator noſter Patri gratias egiſſet ſeu benedictione ſuâ panem & vinum ſanctificaſſet, oſtendere volens ritus hujus efficaciam, vim atque finem, *Accipite*, inquit, *edite*, *Hoc eſt corpus meum*, &c, *Hoc eſt ſanguis meus*, &c. De quorum verborum ſenſu quià maxima eſt hodiè controverſia, illa nobis & ſigillatim & conjunctim expendenda ſunt ad planam hujus myſterij intelligentiam. Ut enim rectè obſervat Vaſques, [h] *niſi priùs de ſignificatione eorum in propoſitione conſtet, de veritate ipſius propoſitionis nihil omninò definire poterimus.*

h *Diſp.* 201. *cap.* 1.

Quid deſignet pronomen *Hoc* in propoſitione, *Hoc eſt corpus meum.*

Varia ſententia Adverſariorum proponuntur ac confutantur.

Sampſonis [i] vulpeculæ caudis colligatæ, corporibus diſtrahebantur, ac maximè capitibus. Hoc ipſum contingit Adverſarijs in materiâ de quâ agimus. Cùm enim conſentiant omnes ad finem prolationis verborum, *Hoc eſt corpus meum*, corpus Chriſti ſiſti præſens ſub accidentibus panis, quatuorque verba (ſecundùm illos id teſtantia) [a] *apertiſſima* eſſe affirment, ubi tamen devenitur ad particularem eorum expoſitionem, quid ſignificet verbum *eſt*, quid *corpus*, ac præſertim pronomen *Hoc*, inter ſe valdè diſſentiunt. Nec modò diſſentiunt, ſed etiam acerrimè diſceptant, unoquoque alterius ſententiam deſtruente ad inſtar ædificatorum turris Babel. Teſtis eſt Vaſques: *Circà pronomina*, inquit, *Catholici in tantâ opinionum varietate ſunt conſtituti, ut ſingulatim eas recenſere nimis moleſtum ſit.* Chriſtophorus quoquè de Capite fontium: [b] *utinam Scholaſtici Doctores qui tantùm contenduns de pronomine* hoc *in verbis Chriſti demonſtratione ad concilij verba ſuas reformarent opiniones. Sic enim fœlicem ſuis laboribus & contentionibus finem imponerent.* Deniquè Catharinus: [c] *Lector conſideret Laborem & anguſtias uſquè (pœnè dixerim) ad necem ferè omnium ſcribentium, dum rogati quid ſignificet pronomen illud*, Hoc, *tot & tanta ſcribunt & adeò varia ut valeant ad inſaniam redigere Lectorem nimiùm conſiderantem. B. Thomas multorum reſponſiones recitat, & omnes reprehendit. Ponit ſuam, quam poſteriores Scotus & Petrus Aureolus reprehendunt, & quilibet tandem ſuam adjecit. Et Scotus quidem tot verba effundit, & tot elicit concluſiones, ut ſi quis valeat legere legentis patientiam admiret, & nihilominùs in tantô multitudine ſuam narrans ita trepidat, ut ſe nondum ſecurum oſtendat. Capreolus poſt alios non minùs laborat ut defendat S. Doctorem a multis.* Nobis propoſitum non eſt omnes illas ſigillatim proponere ac refutare, ſed tantùm communiores, & quæ probabiliores ſectatorum celebritate multitudine ve judicantur, cùm ad harum unam reliquæ tandem videantur reduci.

i *Jud.* 15.

a *Ianſen. concord. c.* 131. *Alanus de Euchar. lib.* 1. *c.* 22. *& alij.*

b *De Neceſſar. correct. Theol. Scholaſt. l.* 1.

c *Tract.* 2. *de verbis quibus conficitur, &c.*

Prima ergò eſt [d] Innocentij 3. Pontificis, Gloſſatoris in caput *Timorem*, de conſecratione diſtinct. 2. [e] Durandi, [f] Catharini, & [g] nonnullorum aliorum, affirmantium *nihil* demonſtrari per pronomen *Hoc*, quandò videlicet verba, *Hoc eſt corpus meum*, a ſacerdote proferuntur: quià ab eô materialiter & recitativè proferuntur, ac per conſequens non formaliter & ſignificativè. At opinionem hanc refellunt [h] Thomas, Suares, Vaſques, Gamachæus, & Yſambertus, licet variè. Primò, quià nihil obſtat quo minus eadem verba narrativè ſimul & ſignificative proferantur. Affert Suares exemplum: ſiquis antè orationem Dominicam & antequàm orare inciperet præmitteret hęc verba, *Chriſtus nos ita orare docuit, Pater noſter qui es in cœlis.* Tunc enim proſequendo orationem illam, oraret ſimul procul dubiô, & tamen recitaret, ſicque proferret hujus orationis verba, & materialiter ſimul, & formaliter. Diſſentit quidem in hoc Vaſques ab alijs, & negat ſacramentalia verba recitativè proferri. Sed res clarior eſt, quam ut poſſit negari. Sic enim Sacerdos in Miſſa: *Dominus pridiè quàm pateretur accepit panem, benedixit, fregit, dedítque Diſcipulis ſuis, dicens, Accipite & manducate ex hoc omnes: Hoc eſt corpus meum.* Ubi manifeſtò refert quid Dominus fecerit & dixerit. Ipſe Vaſques ſui oblitus immediatè ſubjungit, *poſſe aliquomodò concedi ea dici recitativè per repræſentationem.* Secundò, inquiunt, quià planè conſtat ſacramentalia verba ſignificativè proferri: alioqui colligi non poſſet ex veritate illorum hoc quod nunc eſt in manibus ſacerdotis eſſe corpus Chriſti, quià illa hoc non ſignificant: nec rurſùs neceſſaria foret præſentia materiæ cum ad narrandum hiſtoriam non opus ſit rei de quâ narratur præſentiâ. Tertiò deniquè, quià hæc ſententia non tam vitat difficultatem de ſignificatione pronominis demonſtrativi, quàm illius Authores putent. Semper enim recurrit quæſtio, quid in ore Chriſti pronomen *Hoc* deſignarit. Nulli autem dubium eſt aliquid ſignificaſſe, quando quidem de nihilô, non corpus humanum, ſed ſolum nihil prædicabile eſt.

d *De myſter. Miſſ. l.* 4. *c.* 17.

e *In* 4. *ſentent. diſt.* 8. *q.* 2. *adj.*

f *Tract.* 2. *de verb. cõſecr.*

g *Major in* 4. *diſt.* 8. *Picus in apolog. q.* 10

h *quæſt.* 78. *art.* 1.

Secunda *principalis opinio*, ut illam [i] Suares vocat, eſt eorum qui exiſtimant *accidentia* panis deſignari pronomine *Hoc*: quidam in rectô, ut [k] Tapperus, qui tamen variat, pronomen etiam illud exponens de ſubſtantiâ in-

i *Ad q.* 78, *art.* 1. *ſect.* 7.

k *Ad artic.* 13. *ſed vide* 14.

itized by Google

tiâ indeterminatè ac in genere: alij in obliquô, quasi sensus foret, *sub his accidentibus est corpus meum*, ut disertè [l] Bellarminus, qui & ipse titubans illicò subjungit, *Hoc* denotare *contentum sub speciebus*. Priorem sententiam refellunt Suares & Gamachæus, quià videlicet sequeretur, aut accidentia in sensu compositô esse corpus Christi, quod ridiculum est, & manifestam involvit contradictionem, aut in sensu divisô ex illis factum esse corpus Christi, & in illud transijsse per sui desitionem, quod fallum & hæreticum est. Posteriorem similiter rejiciunt Suares & Vasques, quià ut detur accidentia in obliquo demonstrari, tamen aliquid aliud est quod in recto demonstratur, nempè, id quod per pronomen significare intendimus, & dicitur a Domino esse corpus suum. Non enim dixit Dominus, species esse corpus suum, sed dixit, *Hoc est corpus meum*. Addo ego, talem sensum fore figuratum, quod tamen repudiat Bellarminus. Nam dicere, *Hoc est*, & intelligere, *sub hoc est*, tropum esse contendunt Becanus & Jansenius: *Si quis*, [m] inquit ille, *demonstratô dolio & accidentibus ejus dicat*, Hoc est vinum Malvaticum, &c, *non male loqueretur, sed tamen figuratè, quià designabit continens pro contento*. Posterior autem indignabundus: *Qui Lutherum sequuntur*, [n] ait, *cogantur ad hoc confugere ut tropum asserant esse in his verbis, ut dictum sit, Hoc est corpus meum, pro eo quod est, sub hoc pane est corpus meum. Verùm, impia nimis præsumptionis est in his verbis tropum quærere, sive hunc, sive illum.*

Tertia opinio *Hoc* de *pane* interpretatur: sed ea triplex est. Prima enim pronomen exponit de pane in sensu compositô, sed verbum *est* transitivè sumit, ut sensus sit, *hic panis transit in corpus meum*, seu, *fit corpus meum*. Ita [o] Bonaventura, [p] Widefordus, & [q] Bessario. At hanc opinionem refellunt [r] Bassolis, [s] Salmero, [t] Suares, [u] Vasques, de [x] Valentiâ duplici argumentô. Prius est: quià si *Hoc* demonstrat substantiam panis, aut demonstrat eam antè conversionem panis, & sic propositio falsa est quandò dicit quòd jam fit vel convertitur; aut post conversionem, & sic adhuc est falsa, quià tunc panis non est; aut in ipsâ conversione, sed hoc falsum est, quià conversio nondum est quando profertur, sed in instanti terminativô prolationis verborum. Posterius est: quià corrumpit significationem verbi *est*, quod contrà consuetum intelligendi modum explicat per *transit*, aut *erit*, in quô etiam necesse est figuram aliquam admitti. Quod enim futurum est, accipitur pro jam factô per tropum non per proprietatem sermonis. Secunda sententia se ita exponit: pronomen *Hoc* designare substantiam panis, verùm non ut est in se, sed ut est conversa in corpus Christi, in terminô prolationis verborum. At contrà Suares: hoc nihil est dictum, quià in instanti conversionis non est panis, sed corpus Christi, & panis ut conversus nihil est nisi corpus Christi. Tertia denique sententia, ait, *Hoc* designare substantiam panis, non ut panis est, sed ut *Hæc substantia*, vel *Hoc ens*. Verùm, inquit rursùm Suares, hæc explicatio supponit falsam sententiam suprà improbatam, quod eadem res vel substantia quæ priùs erat panis, sit posteà corpus Christi.

Quarta opinio est [y] Scoti & de Orbellis qui pronomen *Hoc* exponunt de *individuô entis* quod in fine verborum est corpus Christi. At hanc impugnat Cajetanus, & *rectè*, inquiunt Vasques & de Valentiâ: quià cùm ens secundùm Scotum univocè conveniat substantiæ & accidenti, juxtà hanc expositionem pronomen demonstrativum demonstrare posset accidentia panis non minùs quàm substantiam corporis Christi, & sic reddere propositionem falsam cùm pronomen *Hoc* demonstret substantiam, non accidentia. Addo ego, expositionem hanc meram esse tergiversationem. Semper enim recurrit quæstio (ut rectè notat [z] Holcot) quidnam sit illud *individuum entis*, an panis, an ipsius accidentia, an corpus Christi, sicque interpretatio hæc coïncidet, aut cum præcedentibus suprà refutatis, aut cum aliquâ subsequentium infrà refutandarum.

Quinta principalis opinio est illo pronomine designari *id quod continetur sub accidentibus panis*, quod alij vocant *individuum vagum*, alij *substantiam vagè & indeterminatè* spectatam, alij aliquid commune pani & corpori Christi, non quidem secundùm rem, sed secundùm rationem contenti: quam opinionem amplectuntur Thomas, Durandus, Bassolis, [b] Cajetanus, [c] Soto, Jansenius, Bellarminus, Suares, Gamachæus, & alij recentiorum, ut sensus verborum sit, *Hoc quod sub his accidentibus continetur est corpus meum*. At hanc sententiam refellunt Holcot, de Capite fontium, Catharinus, Maldonatus, Vasques, & Mæratius, idque variis argumentis. Primò enim [d] individuum quod directè demonstratur per demonstrativum pronomen est *individuum ex demonstratione*, ut Logici appellant: hujusmodi autem individuum nunquàm vagum est, sed semper determinatum. Nec juvaret respondere cum Soto & Suares, per *pronomen demonstrativum* interdum non demonstrari rem individuam, sed communem, ut cùm quis dicit, *Hæc herba nascitur in hortô meô*, illud pronomen non significat hanc numerô herbam, sed herbam huic similem. Nam, ut rectè regerit Vasques, hæ propositiones non sunt similes: quià in postremâ nomen *herba* supponitur suppositione quam Logici vocant *accommodam* demonstrans

l *De Euchar. L. 1. c. 12. §. Est igitur altera.*

m *De Sacrâ. in spec. c. 18. q. 2. ad. 9. concluſ.*

n *Concord. c. 131.*

o *In 4. dist. 8.*

p *Adverſ. Wicleph. art. 1.*

q *De Sacrâ. Euchar.*

r *In 4. dist. 8. ad 4. opin.*

s *Tom. 9. tract. 13.*

t *Ubi ſupr. ſect. 7.*

u *Ubi ſupr. cap. 1.*

x *Tom. 4. diſp. 6. q. 6. punct. 2.*

y *In 4. ſent. diſt. 8. q. 2.*

z *Holcot. in 4. q. 3.*

a *Opuſcul. tom. 2. tr. 2. cap. 7.*

b *In 4. Diſt. 11. q. 5. art. 11.*

c *Opuſcul. tom. 2. tr. 2. cap. 7.*

d *Merat. diſp. 32. ſect. 2.*

ſtrans ſolùm naturam ſecundùm genus, aut ſpeciem, ut ſenſus ſit, hoc genus vel hæc ſpecies herbæ naſcitur in hortô meô. At idem dici non poteſt de priori propoſitione: Senſus enim foret, *aliquid ſimile huic contentô*, vel genus aut ſpecies hujus contenti *eſt corpus meum*, quod abſurdiſſimum eſſe nemo non videt. Secundò pronomen *hoc* demonſtrat rem ſenſui per ſe aut per accidens. *Individuum* autem *vagum* non poteſt ullo modo ſenſui demonſtrari, ſed intellectui, ut patet. Tertiò, [d] pronomen illud *hoc*, ſumitur, aut adjectivè, & tùm nihil aliud demonſtrare poteſt niſi corpus cum quô convenit genere & numerô: ſic autem non demonſtrabitur *individuum vagum*, ſed individuum ex demonſtratione determinatum, neque illud demonſtrabitur ſimul atque profertur *hoc*, ſed tantùm in fine orationis quiâ corpus Chriſti non eſt præſens antequàm oratio & ſenſus illius perficiatur; aut ſumitur ſubſtantivè, & ita illud demonſtrabit pro quo directè ſupponitur & quod ſignificat. Atqui pro ſpeciebus non ſupponitur, neque eas directè ſignificat, ſed contentum ſub illis: ergò non demonſtrabit illas, ſed contentum, ac proindè non erit ſenſus, *contentum ſub his ſpeciebus eſt corpus meum*, ſed *hoc contentum ſub his ſpeciebus eſt corpus meum*. Sic autem propoſitio eſt dupliciter falſa: Primo, quiâ *hoc* non demonſtrabit *individuum vagum*, ſed *ſingulare* ex demonſtratione, quod eſt diſtinctum a vago, ut ex Logicis conſtat: ſecundò, quiâ *hoc* demonſtraret panem cùm nullum ſit aliud contentum quandò profertur, ut patet hoc ſyllogiſmo expoſitorio: *hoc* contentum *eſt corpus meum*, hoc contentum eſt panis, ergò panis eſt corpus meum: quod conſequens tamen eſſe falſum tenent prædictæ opinionis Authores. Quartò, terminus a quo qui eſt panis non demonſtratur per pronomen *hoc*, neque terminus ad quem, videlicet corpus Chriſti; Ergò nihil eſt contentum quod poſſit demonſtrari. Quintò, [e] in omni propoſitione affirmativâ propriâ, qualem illi volunt hanc eſſe, ſubjectum & prædicatum pro eodem neceſſariò ſupponunt: Ergò pro corpore Chriſti, quod iſta opinio negat. Sextò, contento illi ſub ſpeciebus attribuitur corpus Chriſti: Ergò contentum illud non eſt ſubſtantia indeterminata & in genere. Probatur conſequentia, inquit de Capite fontium, quia nulla actio aut paſſio realis convenit generibus, niſi ut ſunt ad individua contracta, niſi ut ſunt in ſingularibus. Septimo, inquit idem conceptus communis pani & corpori non latet ſub panis ſpeciebus, nec in manibus portari poteſt, neque demonſtrari aut videri, neque eſt ille conceptus qui mutatur reali mutatione in Chriſti corpus, ſed ſingularis panis ſubſtantia, quæ ſola eſt transſubſtantiationis terminus a quo, ſeu converſionis terminus & fundamentum. Octavo, dicant quid ſit illud quod commune eſt pani & corpori Chriſti? Reſpondent, contentum eſſe ſub Speciebus. Ergo ſenſus verborum non erit, *Contentum ſub ſpeciebus eſt corpus meum*, ſed, *contentum eſſe ſub ſpeciebus eſt corpus meum*: quod ridiculum eſt. Nonò, ſi pronomen *hoc* non demonſtrat panem, nec corpus Chriſti, ſed in genere hanc ſubſtantiam, *quæro* (inquit [f] Catharinus Cajetanũ compellans) *illam ſubſtantiam quam demonſtrat. Si certam quamdam dicas & individuam, rurſum quæro de illâ. Aut enim eſt* panis, *aut* corpus Chriſti, *aut* aliud quidpiam, *aut* nihil. *Non* panis, *non* corpus Chriſti, *ut faſetur*, *nec* nihil, *ut puto*: nihil *enim eſt quod prædicatur de* nihilo. *Ergò eſt aliud a corpore Chriſti. De eo igitur quod aliud eſt a* corpore Chriſti, *verè dicetur quod* eſt corpus Chriſti. *Quis unquàm ſanus talia queat admittere? Quod ſi dixerit, eo pronomine*, Hoc, *non demonſtrari certam ſubſtantiam, ſed incertam, quis unquàm ita locutus eſt? Et quô pacto ea quæ eſt incerta ſubſtantia demonſtratur manens incerta? Quodcunque enim demonſtratur, certum eſt. Denique, ſi illa quævis incerta ſubſtantia quæ demonſtratur, non eſt corpus Chriſti (ipſe enim dicit per illud pronomen non demonſtrari* corpus Chriſti, *quod etiam patet, quiâ* corpus Chriſti *eſt ſubſtantia certa, non incerta*) *quomodò de illâ verificatur quod eſt* corpus Chriſti? *Hæc profectò inintelligibilia ſunt meô judiciô, quæ tamen ab aſſertis & addictis feruntur in cœlum & cùm nec ipſi intelligant, arbitrantur eſſe metaphyſicas abſtractiones ingenio craſſis & ſapientiæ expertibus non facilè perceptibiles. Sic enim nonnulli ſibi doctrinæ nomen comparârunt, cùm ea dicunt quæ nullus valeat intelligere.* Hæc Catharinus. Chriſtophorus de Capite fontium ſimiliter: *Cùm ſcriptura duarum tantùm ſubſtantiarum quæ demonſtrari hîc queant meminerit, videlicet*, panis & corporis, *neſcio cur fingant tertiam aliquam, quæ nec* panis *ſit nec* corpus, *quæ tamen per pronomen demonſtretur, in quo magnam ſcriptura vim faciunt, infarcientes illi ex ſuo cerebro tertiam iſtam rem cujus nullam habet mentionem, & quâ poſitâ propoſitio falſa eſſet. Si autem nullam tertiam rem ponere ſe dicant quæ alia ſit a* Chriſti corpore, *cur tot verba effutiunt ad dicendum quod* corpus *non demonſtretur? Cur nudam rem nobis non proponunt? Cur tot illam verborum involucris tegunt? &c? Non tollunt ergò tot verbis difficultatem, ſed occultant & velut emplaſtro obducunt, non curato interiori vulnere quod ſub tot verborum ambagibus idem ſemper manet & latet.* Addo ego denique, ineptiſſimè dici *hoc* deſignare *individuum*, & tamen deſignare aliquid commune pani & corpori Chriſti: abſurdiſſimum enim eſt fingere aliquid individuum ſeu ſingulare commune pluribus.

[d] *Vaſquez, ibid. & Maldon. diſput. tom. 2.*

[e] *Holcot. in 4. q. 3. Maldon. in 26. Matth. & alij.*

[f] *Tract. 1. de verbis quibus conficitur.*

Sexta principalis opinio eſt, pronomine *hoc* deſignari *corpus Chriſti*: ſed ea triplex eſt. Prima [a] Chriſtophori de capite fontium, qui ait poſt multos Scholaſticos, ut ipſe notat, deſignari *corpus Chriſti, ut actu præſens ſub accidentibus panis*, etiam antè pronominis illius prolationem. Idem quoquè ante illum dixerat Catharinus de pronomine *hoc* quando primitùs a Domino pronuntiatum eſt. Verùm hæc ſententia duo ſupponit. Unum verùm, videlicet, conſecrationem a Domino factam non eſſe, (imo & nunc, ex mente prioris, non fieri) verbis *Hoc eſt corpus meum*, ſed *gratiarum actione* ſeu *benedictione* prævià: in quo tamen communiter refelluntur ab aliis, quaſi *hæreſin ſapientes*, ut [b] Yſambertus ex Sanctesio notat, ideoque utriuſque tractatus in Indice expurgatorio inter libros prohibitos relatus atque proſcriptus eſt. Alterum falſum, nempè, hac gratiarum actione ſeu benedictione ſubſtantiam panis converſam fuiſſe in ſubſtantiam corporis Chriſti. Hoc autem non erat ſupponendum, ſed probandum, cùm *gratiarum actio* ſuper cibo aliquo Deo reddita, aut cibi alicujus ad eſum ſivè communem, ſivè religioſum deſtinatio, non ſit ſubſtantiæ ipſius mutatio, aut ſubſtantialem mutationem ullomodo importet. Figmentum igitur eſt ſibilo ſolo explodendum. Secunda opinio eſt [c] Joannis Majoris qui ait, deſignari *corpus Chriſti prout eſt in cœlo*, vel ſub aliâ Euchariſtiâ, intendendo quod prolatis verbis incipiat eſſe ſub hac hoſtiâ, vel ſub his hoſtijs. Sed hic ſenſus quem *ut facilem* ſe offerre Major ait, refutatur a [d] Suarez & Gregorio de Valentiâ. *Nullomodò* enim, inquiunt, *adaptari poteſt verbis, quia verba non dicunt, hoc eſſe vel incipere eſſe ſub his accidentibus*, ſed *Hoc eſſe corpus meum*. Undè *ſuprà argumentabamur, ſi pronomen hoc demonſtraret corpus ut eſt in propriâ ſpecie, locutionem fortè valdè frivolam, quia ſolum indicaret rem per ſe notam ac claram, ſcilicet corpus Chriſti, & nihil pertinentem ad rem de quâ Chriſtus agebat cùm Sacramentum panis & vini Diſcipulis diſtribuebat: Undè juxtà illam expoſitionem, nec præſentia corporis Chriſti, nec tranſmutatio panis ex vi verborum ſignificaretur.* Tertia denique eſt [e] Richardi, [f] Alenſis, [g] Maldonati, [h] Sanctesij, [i] Lucæ Brugenſis, [k] Barradij, [l] Vaſques, [m] Scribonij, [n] Mæratij, & multorum aliorum, pronomen *hoc*, adjectivè ſumi & demonſtrare *corpus Chriſti*, non quidem quando profertur, ſed in fine prolationis verborum, talemque eſſe naturam propoſitionum practicarum, ut ſubjectum (ſi ſit aliquod pronomen demonſtrativum) non demonſtret id quod eſt, ſed id quod erit. Ut ſi quis, dum pingit lineam aut circulum, dicat, *Hæc eſt linea, Hic eſt circulus*: quomodo exponi etiam debet pronomen in illis verbis Domini Joan. 15. *Hoc eſt præceptum meum ut diligatis invicem.* At hanc opinionem refutant [o] Innocentius tertius, *vir* (ut illum Gabriel vocat) *magnus Papalis authoritate & ſcientia divina & humana profunditate*, [p] Thomas, Bonaventura, Durandus, Soto, de Valentiâ, Bellarminus & Gamachæus, idque varijs argumentis quæ a defectibus, ſi quæ habent, emendata, defendenda confirmandaque ſuſcipimus. Primo enim negari non poteſt, quin pronomen demonſtrativum, ſive in contextu & ſerie orationis, ſive ſeorſim per ſe conſideratum, ſtatim ſinè morâ aliquid demonſtret ac ſignificet pro tempore quo profertur, quia vere jam eſt aliquod vocabulum primo per ſe ad ſignificationem & demonſtrationem ordinatum, jam eſt re verâ pronomen demonſtrativum, ſive attributum addas, ſive non addas. Ita ferè Gamachæus. Bellarminoque: *etſi pronomen demonſtrativum demonſtret rem futuram quandò nihil eſt præſens quod monſtretur, ut in propoſitionibus allatis, hæc eſt linea, hic eſt circulus*, (quæ tamen, ut rectè notat aliquis apud [pp] Salmeronem, recipiantur pro veris, quià id quod mox futurum eſt accipitur pro jam factô per tropum, non per proprietatem ſermonis, qui tropus hic locum non habet) *nihilominus ſi quis digitô aliquid oſtendat dum pronomen effert, valdè abſurdum videtur dicere illo non demonſtrari rem præſentem. Atqui Dominus accepit panem & illum porrigens, ait, accipite, edite, hoc eſt corpus meum. Videtur igitur demonſtraviſſe panem. Neque obſtat quod propoſitio, non ſignificat, niſi in fine totius prolationis. Nam etſi ita eſt de propoſitione quæ eſt oratio quædam, tamen demonſtrativa pronomina mox indicant certum aliquid antequam ſequantur cætera voces.* Bonaventura ſimiliter: *pronomen hoc importat demonſtrationem, non ut conceptam, ſed ut exercitam, demonſtratio autem non exercetur niſi circà illud quod eſt tempore prolationis.* Et Cornelius a Lapide: [q] *Pronomen* hoc *propriè demonſtrat id quod eſt, non id quod fit; quod enim nondum eſt propriè videri & demonſtrari nequit.* Confirmatur ratio Gamachæi & Bellarmini ex Patribus. Nam *pronomina*, inquit [r] Hilarius, *obtinent in ſe nominum virtutem.* Auguſtinus quoque: [s] *Propriè pronomina ejuſdem poteſtatis ſunt cum nominibus.* At nomina aliquid ſignificant ſimul ac proferuntur, quia [b] *conſtat verba ſigna eſſe, ſignum autem niſi aliquid ſignificet, ſignum eſſe non poteſt.* Nec obſtat quod excipit Yſambertus, *particulam* hoc *ibi poſſe comparari, vel ad inſtans illud quò pronuntiatur vel ad illud inſtans quò oratio completur, ac priori inſtanti demonſtrare quidem, ſed tantum vagè, & tantum per reſpectum ad finem orationis, ſicquè modo quaſi ſuſpenſo, &c, quia eò inſtanti quò profertur nondum audivimus ejus attributum quod illam determinat.* Nam quamvis pronomen hoc

a *Ubi ſupra.*
b *Ad q. 78. diſp. 1. art. 3. & 8.*
c *In 4. ſentent. diſt. 8. q. unica.*
d *Diſp. 58. ſect. 7. Greg. ubi ſupra.*
e *In 4. diſt. 8. art 4.*
f *Quæſt. 43. membr. 3. art. 2.*
g *In Matth. 26.*
h *Repetit. 7.*
i *In Matth. 26.*
k *Concord. tom. 4. l. 3. cap. 4.*
l *Ubi ſupra.*
m *De Euch. q. 6.*
n *De Euchar. diſp. 32.*
o *De myſter. Miſſ. lib. 3. cap. 6.*
p *Ubi ſupra omnes.*
q *In 1. ad Cor. 11.*
r *De Trinit. lib. 6.*
s *In Gramm.*
b *Idem de Magiſtro c. 2.*
pp *Tom. 9. tract. 13.*

hoc quod ſubjectum eſt hujus propoſitionis *Hoc eſt corpus meum*, pro tempore quò profertur non deſignet id quod in prædicato illi ſubjecto tribuitur, ſed cognitio attributionis illius ſuſpenſa maneat, ad finem uſque propoſitionis, non propterea vagè demonſtrat illud ſubjectum, ſed æquè præciſè ac finis propoſitionis præciſè oſtendit quid de ipſò affirmetur: nec poteſt dari ulla propoſitio ſimilis, in quâ ſubjectum non certò & præciſè pro tempore quo profertur aliquid demonſtret, niſi fortè figurata ſit, ut jam ſuprà obſervavi. Rurſùm, vis pronominis demonſtrativi requirit, (fatente Vaſques & [c] Yſamberto ipſo) ut demonſtratio fiat ad ſenſum. Quod autem demonſtratur ad ſenſum, & tanquàm *indice digito* ad viſum (ut Hilarij verbis utar) neceſſariò illi ſenſui præſens eſt: *Certe iſtud*, inquit [d] Tertullianus in illa Pauli, *oportet corruptivum* hoc *induere incorruptionem, niſi de ſubjecto, niſi de comparenti dicere non potuit.* Et Ruffinus in eadem verba: [e] *Numquid quodammodò contingentis & palpantis vox eſt?* Et Hieronymus: [f] *quandò dicitur*, hoc, *quodammodò duobus digitulis comprehenſum corpus oſtenditur.* Et Auguſtinus: [g] *Apoſtolus cum dicit* hoc, *in eam* (carnem) *quaſi digitum intendit. Quod autem viſibile eſt, id digito poteſt oſtendi.* Et rurſùs: [h] *quandò dicebat Apoſtolus*, corruptibile hoc, mortale hoc, *quodammodò carnem ſuam voce tangebat.* At corpus Chriſti, cum profertur pronomen, *hoc*, non eſt præſens ad ſenſum, neque per ſe, neque per accidentia propria vel aliena: non ergo id eſt quod illo demonſtratur. Secundò, jubentur Apoſtoli accipere & edere deſignatum per pronomen *hoc*. Ait enim Chriſtus, *accipite, & edite, hoc*, &c. Ergo *hoc* deſignat aliquid certum pro tempore quo profertur: non jubetur enim accipi quod nondum eſt. Tertiò, inquit Bellarminus, *verba ſacramentalia ſecundum Catholicos non ſunt ſpeculativa, ſed practica: efficiunt enim quod ſignificant. At ſi pronomen demonſtrat* [i] *corpus, verba erunt ſpeculativa, non practica. Semper enim verum eſt demonſtratò Chriſti corpore dicere, hoc eſt corpus Chriſti, ſive id dicatur antè conſecrationem ſive poſt.* Idem objecerant Durandus & Soto. Nec juvat quod excipit Suares, verba ſacramentalia *practica* eſſe quia *efficiunt ut Chriſti corpus ſit ſub ſpeciebus.* Nàm verba ſacramentalia efficiunt quod ſignificant, & ſignificant quod efficiunt, ex communi ſententia ſcholaſticorum. At ſi *hoc* demonſtret corpus, verba ſacramentalia non ſignificabunt *corpus Chriſti fieri ſub ſpeciebus*, ac proinde non efficient, ſed tantum ſignificabunt, *corpus Chriſti* eſſe *corpus Chriſti* quod mere ſpeculativum eſt. Regerit quidem Suares, *verba illa ſignificare id quod ſit complexè & attribuendo unum alteri.* Sed quandò id ait, aqua illi hæret. Nam ſi illud *unum*, videlicet *corpus Chriſti* attribuitur *alteri* deſignato per pronomen *hoc*: ergò pronomen *hoc* non demonſtrat corpus Chriſti, ſed rem *alteram* a corpore Chriſti, quæ nulla alia poteſt eſſe præter panem. Quartò, ſi *hoc* adjectivè ſumeretur & demonſtraret corpus Chriſti, propoſitio illa, *Hoc eſt corpus meum*, tautologica & abſurda foret. At conſequens falſum: ergò & antecedens. Majoris conſequentiam negant Maldonatus, Lucas Brugenſis, Suares, Vaſques, & Yſambertus, ajuntq; propoſitionem illam non magis fore identicam, quàm alia omnis ſit in quâ ſubjectum demonſtrat prædicatum, ut in hac, *Hic eſt filius meus dilectus.* Imo miratur Maldonatus, homines etiam doctos hoc argumento a rectâ ſententia dimotos fuiſſe, *cum planum ſit tautologiam non conſiſtere in acceptione quam dialectici ſuppoſitionem vocant, ſed in ſignificatione, quandò ſubjectum & attributum non ſolum pro eodem accipiuntur, ſed idem etiam ſignificant, nec idem ſolum ſignificant, ſed eodèm etiam modò. Nam*, animal rationale eſt homo, *non eſt tautologia, ſed vera, recta, & prudenter enuntiata propoſitio, quamvis animal rationale & homo pro eodem accipiantur & idem prorſùs ſignificent: quià idem quidem, ſed non eodem modò ſignificant. Homo enim totam naturam, animal rationale eamdem naturam, ſed diſtinctè & per partes declarat. Siquis diceret*, animal rationale eſt animal rationale, homo eſt homo, *Hic ineptam committeret tautologiam. Eodem modò ſi Chriſtus dixiſſet*, corpus meum eſt corpus meum, *tautologia uſus fuiſſet. Cùm autem dicat*, Hoc eſt corpus meum, *quamvis* hoc *pro ipſo Chriſti corpore accipiatur, idemque ſignificet, tautologia non eſt, ſed rectiſſima & uſitatiſſima locutio, quià idem non eodem modò ſignificat*: corpus meum, *ſignificat corpus Chriſti diſtinctè ac nominatim*, hoc *autem non nominatim, non diſtinctè, ſed, ut ita dicam, mutè.* Eadem excipiuntur a Vaſques & Yſambertò: ſed fruſtrà & inutiliter. Nam verùm quidem eſt conditiones propoſitionum tautologicarum ab ijs non malè eſſe aſſignatas: ſed verum ſimiliter eſt eas non ſatis removeri a verbis *Hoc eſt corpus meum* juxtà ipſorum expoſitionem. In propoſitionibus enim non abſurdis in quibus ſubjectum & prædicatum idem deſignant, ſemper vel prædicatum eſt locò generis, aut ſpeciei, aut differentiæ, aut qualitatis, aut cujuſpiam ſimilis illud quodammodò diſtinguentis a ſubjectò, vel ſubjectum ipſum demonſtrat attributum ſuum, ſecundùm rationem quamdam generaliorem ac communiorem quàm faciat attributum. Id patet ex ipſis exemplis quæ afferunt. Nam in iſtâ propoſitione, *Homo eſt animal rationale*, ſubjectum *homo* ponitur pro ſpecie, attributum verò *animal rationale* pro genere & differentiâ. Rurſùs in altera, *Hic eſt filius meus dilectus*, ſubjectum *hic* attributum quidem denotat, ſed

[c] *Aq. 75. diſp. 1. artic. 11. §. Dicet.*

[d] *De reſurrect. cap. 51.*

[e] *In ſymbolum.*

[f] *In cap. 2. Ionæ.*

[g] *De fide & ſymb. c. ult.*

[h] *Serm. 18. ex 40. Sirmondi.*

[i] *Bellarm. addit ſolum: ſed illud non neceſſarium eſt ad validitatem argumenti.*

ſed ſub notione magis univerſali. Senſus enim eſt, ut rectè [k] Brugenſis notat, *Hic homo Ieſus quem emiſſo Spiritu meo demonſtro, eſt filius meus.* Valeret igitur reſponſio Adverſariorum ſi pronomen demonſtrativum ſubſtantivè acciperent. Verum cum adjectivè illud ſumant, inutilis illis prorſus eſt. Nam ſi *hoc* adjectivè ſumitur, & demonſtrat prædicatum tanquàm ſubſtantivum ſuum, videlicet, *corpus meum*, neceſſarium omninò eſt ut completus eſſe poſſit hujus propoſitionis ſenſus, ſubſtantivum illud e prædicatô mutuare & cum ſubjecto jungere in hunc ſenſum: *Hoc corpus meum eſt corpus meum.* At talis propoſitio merè eſt tautologica. Subjectum enim & attributum, nec re, nec ratione differunt. Idem & ſecundùm idem & eodem modô deſignant, cùm nec attributum poſſit aſſignari ut genus aut ſpecies, aut differentia, aut quidpiam ejuſmodi, nec ſubjectum ſub notioſte communiori deſignet attributum ſuum, quàm illud ipſum attributum. Vidit Maldonatus vim reſponſionis noſtræ, & diſſimilitudinem exemplorum quæ protulerat, ideoque his poſt admirationes ſuas thraſonicas derelictis, aliud pro libitô fingit ut elabi poſſit: *Dicet aliquis*, ait, *cum Pater dicit*, Hic eſt filius meus, *illud* hic *accipi pro homine*, *quaſi dicat*, Hic homo eſt filius meus. *Fieri fortaſſe poteſt. Quid autem dicet homo iſte acutus de hac propoſitione*, Hic eſt homo, *cùm hominem oſtendo? Pro quo dicet pronomen* hic *poſitum eſſe? Nec enim pro animali poſitum eſt, quaſi dicam, hoc animal eſt homo, cùm genus diſcrepet.* Reſpondere ſimpliciter poſſem in iſtâ propoſitione, *Hic eſt homo*, pronomen *hic* ſubſtantivè ſumi, ac de conſequenti non convenire cum illa, *Hoc eſt corpus meum*, ubi pronomen *Hoc* adjectivè ſumi omnibus viribus contendit Adverſarius. Adjectiva enim pronomina, ſicut & nomina, quandòque ſubſtantivari etiam in maſculino genere Maldonatum docebit Ga-
[a] p. 78. c. 2. macharus: *Sic enim*, [a] inquit, *1. Reg. ponitur abſolutè videns pro Propheta, ubi eſt domus videntis? Et vulgò dicimus, noſtri in bello ceciderunt; Et, mei tui ſunt.* Eô autem ſenſu æquivalebit maſculinum *Hic* neutro *Hoc*, & ſumetur pro *Hæc res*, ut ſenſus ſit, *Hæc res eſt homo*, diſtinguetarque tum ſubjectum ab attributô modô ſignificandi, quia, *Hæc res*, eſt notio univerſalior quàm *Homo*. Verùm addo aliquid amplius, nempè, hanc loquendi formulam, *Hic eſt homo*, eſſe prorſus inuſitatam ac pro voluntate fictam. Neque enim in more poſitum eſt ſic loqui, niſi fortè in attributô aliquid ſubintelligendo, verbi gratiâ, *doctus*, aut *fortis*, aut *de quo loquebamur*, aut aliud quid ſimile. Sic enim vernaculâ linguâ dicere ſolemus: *c'eſt ici l'homme*, attributionem aliquam non expreſſam ſubaudientes. Sed hoc ſenſu in ſubjectô *Hic*, ut rectè notat Gamachæus, tacitè ſubauditur *Homo*, ut ſenſus ſit, *Hic homo, eſt homo doctus*, aut *fortis*, aut *homo de quo loquebamur:* Ubi rurſus manifeſtum eſt tunc propoſitionem non eſſe tautologicam, ſed rectam & uſitatam; quià licet attributum & ſubjectum idem deſignent, non tamen eodem modô illud ſignificant, ſubjectô ſcilicet id ſub quadam notione magis univerſali ſignificante. Quod cùm non occurrat in propoſitione, *Hoc eſt corpus meum*, ſi *hoc* adjectivè ſumatur, ſequitur primò hac ratione illam eſſe diſſimilem omnibus exemplis ſuprà allatis, omninoque identicam & nugatoriam. Sed dico ſecundò, hæc & ejuſmodi exempla ab Adverſarijs allata ſimilium propoſitionum, eorum ſententiam funditus evertere. Nam in propoſitionibus non abſurdis in quibus ſubjectum & attributum unum ac idem ſunt, ſubjectum ſemper aliquid ſignificat aut demonſtrat pro tempore quo profertur: nec modò tunc illud deſignat, ſed & antequam proferatur, in mente ſcilicet ejus qui illas format, imò & poſt ultimum inſtans completæ propoſitionis rem eandem ſemper demonſtrat. Quod patet exemplis allatis. In hac enim propoſitione, *Homo eſt animal rationale*, ſubjectum *Homo* naturam humanam deſignat, nec tantum pro tempore illo, ſed & in mente loquentis antequam proferat, & rurſus poſt prolationem totius propoſitionis. Similiter in hac alterâ, *Hic eſt filius meus dilectus*, ſubjectum *Hic* ſinè morâ demonſtrabat illum hominem ſuper quem Spiritus Sanctus deſcendebat in formâ columbæ, hoc eſt, *filium dilectum*. Nec poſſunt Adverſarij ullum exemplum proferre in quo res ſecùs ſe habeat niſi planè commentitium. Illud enim quod obtrudunt ex 15. Joannis ubi Chriſtus ait, *Hoc eſt præceptum meum ut diligatis invicem*, omninò eſt ἀπροσδιόνυσον. Quis enim non videt ſenſum horum verborum eſſe, *Dilectio mutua eſt illa res quam præcipio vobis?* Dilectio autem charitatem verè deſignat pro ipſo quo profertur inſtanti, ut res verè imperata. At Adverſarij docent in iſta propoſitione, *Hoc eſt corpus meum*, ſubjectum *hoc* demonſtrare *id quod nondum eſt, ſed per ipſam orationem fit, eaque finitâ erit.* Vah quantum diſcrimen! Colligo igitur: In omni veſtâ, rectâ, congrua & prudenter enuntiatâ propoſitione in quâ ſubjectum & prædicatum idem deſignant, ſemper ſubjectum demonſtrat id quod eſt pro tempore quo profertur. At in iſtâ propoſitione *Hoc eſt corpus meum*, in quâ ſubjectum & prædicatum (ſecundùm Adverſarios) idem deſignant, ſubjectum non demonſtrat id quod eſt pro tempore quo profertur: Ergo (ſecundum Adverſarios) non eſt vera, recta, congrua & prudenter

[k] In Matth. 3. v. 17.

prudenter enuntiata propositio. At quandoquidem ab ipsis negari non potest eam esse veram, rectam, congruam & prudenter enuntiatam, fatendum quoque ipsis est subjectum & prædicatum in ea non idem prorsùs designare, nempè, Christi corpus, cum Christi corpus ex eorum mente nondum sit quando subjectum profertur.

Ita videri possent excussæ omnes Adversariorum, qui Transubstantiationem tuentur, sententiæ. Verùm Perronius Cardinalis effugium quoddam, ab alijs tamen confictum, quod instar appendicis est ad præ etem opinionem, tametsi septimam quadantenùs constituat, avidè arripit, & venustiori quam vulgo soleat verborum lenocinio fucatum nobis obtrudit. Illud ergo similiter expendendum & confutandum est.

b *De Euchar. lib. 3. c. 27.*

Queritur primo b captiosè ab illis quæri, quid designet pronomen, *Hoc*, possèque hanc captionem simili quæstione reciprocari, nempè, a nobis quærendo quid demonstrasset pronomen *Hoc* in istis propositionibus, *Hoc est Serpens*, *Hoc est sanguis*, *Hoc est vinum*, si fortè Moses & Christus hac loquendi formâ usi fuissent virgam in serpentem, aquam fluviorum in sanguinem, & aquam rursùs nuptiarum Cana in vinum vertendo, ita ut mutatio facta non fuisset nisi in ultimo instanti prolationis verborum. *In his enim suppositionibus eadem*, inquit, *difficultates quibus nos implicitos volunt, illis occurrunt resolvenda.* Respondeo, non captiosè, sed congruè & necessariò quæri quid designent pronomina in sacramentalibus verbis, quià, ut rectè suprà Vasques observabat, *nisi prius de significatione eorum in propositione constet, de veritate ipsius propositionis nihil omnino definire poterimus.* Ad difficultatem autem propositam quod attinet, facillimum sanè nobis est has aranearum telas levi flatu dissolvere. Si enim, & Moses & Servator intendissent hasce mutationes ad ultimum instans quorumdam verborum operari, negamus ac pernegamus illos usuros fuisse loquendi formulis ab Adversario cõfictis, quas nemo usquàm usurpavit nisi cæcô partium suarum abreptus præjudiciô, quas nullus sanus ac prudens aliàs unquàm sit usurpaturus: sed potius dicturos fuisse, *Hoc esto, sit*, aut *fiat serpens*; *Hoc esto, sit* aut *fiat sanguis*; *Hoc esto, sit*, aut *fiat vinum*, pronomine demonstrativô tempore prolationis suæ subjectam ac commutandam materiam designante, scilicet, virgam & aquam. Quemadmodum quandò Deus in cœlorum creatione dixit, a *Sit lux, sit firmamentum.* Facessat ergò Cardinalis cum exemplis suis ex desperatione causæ pro tempore fictis, sinè scripturæ authoritate, sinè Scriptorum, qui jam sunt, aut fuerunt, exemplo.

a *Genes. 1.*

Rursùs ad tollendam (ut illi quidem videtur) omnem difficultatem, & ut pateat hanc propositionem, *Hoc est corpus meum*, non esse identicam & nugatoriam, quamvis subjectum & prædicatum pro eodem supponant, ait, tria esse observanda.

Prima observatio quam diffusè admodùm proponit in pauca contracta, est: *officium pronominum non esse significare, sed tantùm demonstrare aut referre.* Et iterùm: *per se & ex institutione suâ nihil omninò significare, (quod nominum proprium est) sed solùm per accidens, prout qui loquitur applicat illa ad demonstrandam hanc aut alteram rem: ideoque licet idem demonstrent quod nomina significant, non tamen illud designare determinatè sicut nomina, ac proindè quicquid demonstrent, & cuilibet attributo determinato conjungi queant, nunquàm identicam propositionem efficere.* Exempla affert, ut si quis de lapide dicat, *Hoc est lapis.* Item ex scripturis ubi de Christô dicitur, *Hic est filius meus dilectus, Hic est Iesus Propheta de Nazareth, Hic est agnus Dei, hic nonnè est Iesus filius Ioseph, hic est Christus.* Et de terrâ Chanaan; *Hæc est terra de quâ juravi Abrahæ, Isaaco & Iacobo:* quas propositiones nemo dixerit identicas, licet subjectum & attributum pro eodem supponant. Verùm respondeo primò, falsum esse pronomina ex se nihil significare, contrariumque asseri ab omnibus Grammaticis, tum antiquis, tum recentioribus, a quorum ferulâ sibi caveat Cardinalis. Nam non tantùm Priscianus docet, ut & Bellarminus & Gamachæus suprà citati, b *proprium esse dictionis per se aliquid significare*, pronomen autem dictio est: Et Augustinus, c *vocabula signa esse quæ signa esse non possunt nisi aliquid significent*; Verùm quotquot pronominis definitionem dederunt, d Palæmon, e Charisius, f Diomedes, g Donatus, h Servius, i Augustinus, k Cassiodorus, l Isidorus Hispalensis, m Asper junior, n Aldus, o Linacer, p Scaliger, q Verrepæus & alij unanimiter affirmant *pronomina significare, sicut & nomina.* Imò & Cardinalis ipse qui ait, *pronomina ex se nihil significare*, sui immemor ibidem addit, *nihil illa significare nisi confusè*: At *significare confusè*, utique *significare* est. Discrimen igitur inter nomina & pronomina, non in *significatione*, sed in *modô significandi* consistit. Nam tametsi pronomina ex se significent aliquid determinatum, aut ad sensum, aut ad intellectum, tamen si sola spectentur, etiam ea quæ demonstrativa sunt, & absque ullô alio demonstrationis signo, quomodò certè nunquàm sumuntur in ullâ propositione (non enim dici solet *Hoc* aut *illud*, nisi de re de quâ sermo fuit, aut quæ vel nutu capitis, vel oculi jactu, vel intensione manûs aut digiti demonstratur) Grammatici docent, *illa non tam plenè significare quàm nomina.* Et id verum est. At quandò pronomini demonstrativo

b *Libr. 1.*
c *De Magistro cap. 2.*
d *In arte grammat.*
e *Institt. gramm. l. 2.*
f *Lib. 1.*
g *Editione 2.*
h *In Donatum.*
i *De Magistro cap. 5.*
k *In Grammat.*
l *Origin. lib. 1. cap. 7.*
m *In arte.*
n *Institut. lib. 1.*
o *Lib. 1. cap. de pron.*
p *De emend. lingua latin.*
q *In grammat. lib. 1.*

tivo jungitur aliud demonſtrationis ſignum, *nè unum non ſit ſatis*, ut [r] Auguſtinus obſervat, tunc pleniùs ac certiùs ſignificat quam nomen ipſum. Verbi gratiâ, ſi dixero, *Philippus eſt doctus*, ſignifico quidem & ad intellectum demonſtro, Philippum eſſe virum doctum: At non ſignifico quiſnam ſit ille Philippus, ac utrum præſens, an abſens. Sed ſi dicam palpante digito, *Hic eſt doctus*, jam duplicem efficio demonſtrationem, alteram ſubjecti ad ſenſum tanquàm rei quæ præſens eſt, alteram ad intellectum, videlicet prædicati: & ita plenior redditur ſignificatio quàm ſi nomine uſus fuiſſem. Undè & quandòque pronomen jungitur nomini ut quid cum majore emphaſi deſignetur, ſicuti Actor. 1. *Hic Ieſus qui a vobis aſſumptus eſt in cœlum.* Hac enim loquendi formulâ amplius quid Angeli deſignarunt, quàm ſi ſimpliciter dixiſſent, *Ieſus qui a vobis aſſumptus eſt.* Hinc autem apparet ſecundò, quàm falſò Cardinalis aſſerat, pronomen demonſtrativum cuilibet determinato prædicato junctum nunquàm efficere poſſe propoſitionem tautologicam. Quod enim contingit in nominibus, poteſt accidere pronominibus quæ *ejuſdem virtutis & poteſtatis ſunt*, ut ſuprà notabant Hilarius & Auguſtinus: *Homo eſt homo, animal rationale eſt animal rationale*, ſunt identicæ propoſitiones; Ergò & hæ ſimiliter, *Hic Petrus eſt Petrus, Hoc animal rationale eſt animal rationale.* Nam ſubjectum & attributum in hiſce omnibus idem & eodem modo ſignificant. Si ergò in verbis, *Hoc eſt corpus meum*, pronomen *Hoc* adjectivè ſumatur & demonſtret attributum, videlicet, *Corpus meum*, tanquàm ſubſtantivum ſuum adjectivo conjungendum, ſenſus propoſitionis erit, *Hoc corpus meum eſt corpus meum*, eritque hæc propoſitio tautologica ſicut præcedentes, & propter eandem rationem. Fruſtrà autem Cardinalis præſidium quærit in exemplis quæ opponit, cùm ſint valdè diſſimilia. Nam verum quidem eſt in illis ſubjectum & prædicatum pro eodem ſupponere: ſed falſiſſimum eſt, eodem modo ſignificare. Subjectum enim in omnibus ferè demonſtrat ad ſenſum, prædicatum ad intellectum, qui ſignificandi modus evidenter diverſus eſt, ac omninò in omnibus ſubjectum demonſtrat attributum ſuum, ſed ſub notione magis univerſali quàm attributum. Senſus enim eſt, *Hoc eſt lapis*, id eſt, *Hæc res eſt lapis*: *Hic eſt filius meus*, id eſt, *Hic homo eſt filius meus*, &c: denique *Hæc eſt terra de quâ juravi*, id eſt, *Hæc terra, terra eſt de quâ juravi.* Quod ſi Cardinalis diſcedat ab aliorum ſuprà nominatorum ſententiâ, & intelligat in verbis *Hoc eſt corpus meum*, pronomen *Hoc* non ſumi adjectivè, ſed ſubſtantivè, ut ſenſus concurrat cum exemplis ſuprà allatis, & ſit, *Hæc res eſt corpus meum*, rem accipiendo de ipſomet Chriſti corpore; non ipſum jam urgebimus hocce argumento, quod juxtà hanc interpretationem propoſitio illa reddatur tautologica: nec ideò tamen faciliùs ſe expediet. Nam cùm pronomen demonſtrativum altero demonſtrationis ſigno, id eſt, intenſione manus, ampliatum, (offerebat enim Dominus quod tenebat) non modò demonſtret aliquid pro tempore prolationis ſuæ, ſed & illud demonſtret ad ſenſum, puta, ad viſum & tactum, nihilque demonſtretur ad viſum & tactum niſi præſens; neceſſarium foret corpus Chriſti fuiſſe præſens cùm Dominus proferebat *hoc*, ſiquidem *hoc* illud demonſtrabat. At falſum eſt corpus Chriſti tum fuiſſe præſens cum Dominus proferebat *hoc*, quià, ut ſic, cum ſit conſecrationis effectus, non poterat eſſe antè peractam conſecrationem cauſam ſuam, nec præſens eſſe: Ergò *Hoc*, illud non demonſtrabat. Idquè adeò clarum eſt, ut Vaſques licet timidiuſculè, nihilominus fatcatur: *Si pronomen*, [a] inquit, *ſit ſubſtantivè, facilius oſtenderetur panis & vinum quàm corpus.*

Secunda Perronij obſervatio itidem contracta, ejuſmodi eſt: *propoſitiones formatæ per verbum temporis præſentis*, eſt, *debere, ut verè ſint, veram terminorum ſuorum connexionem ſignificare, ſaltem pro quodam inſtanti prolationis illorum: inſtans autem non poſſe aliud aſſignari quàm ultimum inſtans prolationis propoſitionis, primò, quià mutatio nonnunquàm contingit in connexione terminorum propoſitionis durante illius prolatione, ſecundò, quià propoſitio non completa eſt uſque ad ultimum inſtans prolationis, prout docet Ariſtoteles, verbum* eſt *deſignare compoſitionem quæ ſinè extremis nequit intelligi. Ideoque ſi Phrygiæ Rex qui ſecundùm Poetarum fabulas omnia in aurum tactu ſimplici convertebat, arreptò cupri fruſtulò dixiſſet*, Hoc eſt cuprum, *propoſitio falſa fuiſſet. Nam licet cuprum fuiſſet initio prolationis verborum, tamen quia ad finem illorum ſecus ſe res habuiſſet, propoſitio iſta* Hoc eſt aurum *vera fuiſſet, iſta verò*, Hoc eſt cuprum, *falſa. Similiter ſi quandò Moſes aquas fluviorum in ſanguinem convertit, virgaque ■ ſerpentem, aut Deus uxorem Lothi in ſalis ſtatuam, aut Chriſtus aquam in vinum (inſtans harum converſionum inter initium & finem horum verborum aſſignando) dixiſſent*, Hoc eſt aqua, hoc eſt lignum, hoc eſt mulier, hoc eſt aqua, *propoſitiones hæ falſæ omninò fuiſſent. Contrà verò iſta*, Hoc eſt ſanguis, Hoc eſt ſerpens, Hoc eſt ſal, Hoc eſt vinum, *veræ: quià videlicet ita ſe res habuiſſent ad ultimum inſtans prolationis, a quò propoſitionum veritas præciſè deſumenda eſt.* Sed hæc inaniſſima ſunt. Nam verum quidem eſt, conceptum ſeu verum ſeu falſum qui in Auditorum mentibus per orationem formatur, non poſſe totum haberi, niſi in ultimo inſtanti prolationis

r De Magiſtro c. 10.

a Diſp. 101. c. 4. n. 20.

prolationis illius: sed nihilominus falsum est, veritatem propositionis *in se* pendere ab ultimo prolationis ejus instanti. Nam cum propositio actu sit in mente postquàm proferatur ex ore, aut veram aut falsam illam esse necesse est antè sui prolationem. Profertur enim ut concepta. At, ut concepta, vera est si rebus conceptis respondeat: falsa, si secus. Testatur Aristoteles: [b] *Ita vera sunt orationes, sicut se res habent.* Vasques similiter: [c] *Propositionis veritas sumenda est ex convenientia cum re quam enunciat.* Sed præcipuè de capite fontium, quasi ex professo Perronium aggrediens: *Notandum est*, [d] inquit, *propositionem hanc*, Hoc est corpus meum, *fuisse veram antè primum instans suæ prolationis, & non post ultimum instans suæ prolationis, ut ineptè quidam Scholastici cavillantur qui non perpendentes quid est quod profertur, putant quod termini vocales sint illi qui proferuntur, & non termini & propositiones mentales quæ certe per voces proferuntur, quæ voces mentalium tantùm signa sunt & imagines.* [e] *Mentalis enim propositio est quæ per voces ex corde per loquentis os depromitur, exit, effertur, proferturque ex ultimo mentis recessu & in animum trajicitur Auditoris*, &c. *Non ergò verba vocalia sunt quæ propriè loquendo proferuntur, sed mentalia. Cùm ergò quæritur, an vera erat ista propositio*, Hoc est corpus meum, *antequàm proferretur, de mentali propositione quæstio est, quæ certè propositio priùs formata erat in Christi mente, quàm illam per voces efferret ut in animos illam transferret Apostolorum. Et erat vera in Christi mente antè primum instans suæ prolationis, & mansit vera toto tempore quo unaquæque vox dicebatur, & falsissimum est quod non fuerit vera nisi post ultimum instans suæ prolationis. Nam mentalis propositio, sivè proferatur, sivè non proferatur, semper prius est vera vel falsa quàm proferatur, mirorque tam Doctos tamque subtiles viros hîc cespitasse in re tam clarâ.* Cespitat igitur primò, ac ineptè cavillatur, remque falsissimam asserit (Archiepiscopi judicio) Cardinalis. Sed addo secundò, non minus falsum esse quod rursum affirmat de propositionibus formatis per verbum temporis præsentis, *est*, videlicet, mutationem nonnunquàm contingere in connexione terminorum durante illorum prolatione. Si enim hoc interdum accidit, qui fit Cardinalem nulla realia exempla, aut ex scripturis, aut ex Patribus, aut ex Philosophis, aut ex oratoribus, aut etiam ex Poetis afferre, sed tantum fictitia illa, *Si Midas dixisset, hoc est aurum, si Moses dixisset, Hoc est sanguis, Hoc est serpens*, &c? Neque enim sic locuti sunt, aut loqui ita potuerunt, ut jam antè monuimus. Esto ergo hoc argumentum, non imperitiæ, sed impotentiæ in Cardinale.

Tertia denique illius observatio ex [f] Henrico de Gandavo, [g] Petro de Aquilâ, [h] Suares & alijs mutuata & interpolata, quam & [i] Ysambertus sequitur, est: *pronomen demonstrativum dupliciter posse accipi, scilicet, vel secundum se, vel ut est pars actualis propositionis cujusdam, quod demum obtinet post prolationem totius propositionis: priori modò consideratum demonstrare simul ac profertur, id quod est in loco ab eo qui loquitur indicato, & ita in propositione* Hoc est corpus meum, *pronomen* Hoc *supponere pro pane; posteriori verò tantum designare quod ibi est absolutâ & completâ orationis prolatione, hoc est in propositione supra dictâ, corpus Christi.* Sed ridiculam hanc observationem nonnulli ipsorum Adversariorum refellunt. Sic enim Vasques: [k] *Commentitium planè est tot significationes in uno contextu orationis variandas pro diversis instantibus & duratione, eidem voci assignare.* Et id quidem rectè. Primò enim absurda est distinctio pronominis considerati, vel *secundum se*, vel *ut pars est actualis orationis.* Nam pronomen in propositione positum, semper pars est propositionis secundum se, ut membrum illius. Secundò, falsissimum est pronomen demonstrativum in propositione subjecti loco positum, non esse illius *partem actualem* donec tota absoluta sit. Nam simul ac prolatum est propositionis subjectum, negari non potest quin propositio actualiter inchoata sit. Alioqui sequeretur, eum qui precando orationem Dominicam prosecutus foret usque ad illius penultimum vocabulum, nondum tamen actu orare cœpisse; aut eum qui Româ Lutetiam tendens jam penè attigit suburbium Sanvictorianum, nullam adhuc itineris sui partem actualem peregisse, propter aliquot stadia quæ supersunt decurrenda; aut illum qui Æneide Virgilij vel Homeri Iliade ad antepenultimum usque versiculum lectis, nihil vel ex Maronis vel ex Homeri opere actu legisse, ob quatuor vel quinquè quæ legenda supersunt carmina: & plura id genus absurda, a sanâ qualibet mente prorsus aliena. Si autem propositio actualiter inchoata est per subjecti prolationem, necessario dicendum est pronomen demonstrativum, si sit propositionis subjectum, actualem illius partem cùm profertur constituere. Id enim per quod totum quoddam ex pluribus aggregandum actu inchoatur, actualis illius pars non esse nequit. Tertio, inquit [a] Aureolus, *illud vocabulum quod in oratione suum significatum non mutat, non habet aliud significatum in oratione quàm extrà orationem. Sed nomen univocum aut quicumque terminus univocus non mutat significatum suum pro hoc quod ponitur in oratione: alioqui cùm possit poni in infinitis orationibus posset mutare infinita significata, & ita nulla esset certitudo de significatione, sive de significato nominis.* At vero istud pronomen

b *De interpret. c. 9. & in categor. cap. 5.*
c *Disp. 202. cap. 2.*
d *Vbi supr. lib. 1. f. 95.*
e *Idem habet Augustin. ser. 23. ex 40. Sirmondi: & Cyrill. in Ioan. 12. 49. 50.*
f *quodlib. 9. q. 9.*
g *In 4 dist. 8. q. 2. & 3.*
h *Vbi supr. vid. & Conjecan. ad art. 3. q. 78. & Iansen. concord. c. 131.*
i *Ad q. 75. disp. 1. art. 11.*
k *Disp. 202. cap. 2.*
a *In 4. dist. 8. q. 2. art. 2.*

hoc in verbis, *hoc eſt corpus meum*, demonſtrans ad ſenſum objectum quod Dominus offerebat, erat quoddam ſingulare univocum: Ergo pro eodem ſupponit ſivè per ſe, ſivè ut pars actualis hujus propoſitionis ſpectatum. Non autem ſupponit pro corpore Chriſti per ſe ſpectatum, (ut Perronius ipſe agnoſcit) ſed pro ſubſtantiâ panis: Ergò nec pro corpore Chriſti ut pars actualis iſtius propoſitionis. Quartò, inquit idem, *poſterius non tollit rationem prioris. Sed iſtud pronomen* hoc, *prius habet ſignificatum ſuum quàm oratio, ſicut terminus eſt prior oratione, & hoc vocabulum prius profertur totâ oratione: Ergo ſignificatum orationis non mutat proprium ſignificatum pronominis*, hoc. Denique, ait Valques, *intentio proferentis eſt de eo quod intrò ex parte ſubjecti protulit, enunciare prædicatum quod poſtea dicit, neque quicquam de ſubjecto ſemel enunciato ipſe variare vult, vel poteſt, alioquì non perſeveraret in eo quod ſemel protuliſſet. Semel autem prolato ſubjecto, & prolatione illius non retractatâ, non poteſt non uſque in finem perſeverare ſenſus illius.* Si ergò inquam, in propoſitione, *Hoc eſt corpus meum*, pronomen *hoc* in inſtanti prolationis ſuæ ſit demonſtrativum panis, propoſitione completâ, ſemper quoque panem id demonſtrare neceſſe eſt. Atque hæc eſt pugna Cadmæorum fratrum ſe mutuò confodientium.

Ultima opinio circà pronomina eſt conſubſtantiatorum qui hodie dicunt per pronomen *hoc* demonſtrari non ſolùm panem, ſed totum complexum, id eſt, panem & corpus Chriſti in pane latens. Dixi *hodie*. Nam Lutherus olim ſcribebat: b *Pronomen hoc refertur ad panem: Senſus communis probat ſubjectum ſcilicet monſtrativum eſſe panis, non corporis, dum dicit, Hoc eſt corpus, id eſt, iſte panis eſt corpus meum.* Et rurſus: c *oſtende pronomen* hoc *ad panem aptari, & ſic ſonare aperta verba*, Hoc eſt corpus meum, *id eſt, hic panis eſt corpus meum. Nam textus ſic habet: accepit panem, benedixit & fregit, dicens, Hoc eſt corpus meum*, &c. *Videsne hic, ut omnia illa verba*, accepit, benedixit, fregit, *de pane dicantur. Et eundem demonſtrat pronomen*, hoc, *quia illud ipſum quod* accepit, benedixit, fregit, *hoc inquam acceptum & benedictum & fractum ſignificatur, cum dicitur* hoc eſt corpus meum, *non prædicatum, ſed ſubjectum demonſtratur. Non enim corpus ſuum* accepit, benedixit, & fregit, *ſed panem. Ideo non demonſtrat corpus, ſed panem.* Chemnitius ſimiliter: d *Accepit Ieſus panem, benedixit, fregit & dedit Diſcipulis, & de illo quod accepit, quod benedixit, quod fregit, quod Diſcipulis dedit, de illo, inquam, dixit*, accipite, comedite, Hoc eſt corpus meum. *Et ne dubium ſit, an particula demonſtrativa denotet illud quod Ieſus acceperat, panem ſcilicet & poculum, Lucas & Paulus in deſcriptione alterius partis diſertè hoc expreſſerunt*, accepit poculum, benedixit, dedit illis, *& addit*, τοῦτο τὸ ποτήριον, hoc poculum. *Et Paulus 1. Cor. 10. ſicut de alterâ parte inquit*, poculum cui benedicimus eſt communicatio ſanguinis Chriſti, *ita etiam de priori parte, inquit*, panis quem frangimus eſt communicatio corporis Chriſti. *Diſertè igitur declarat & exprimit, quid particula* hoc, *in utraque parte denotet, panem ſcilicet & poculum. Et cum haſce ſcripturæ explicationes habeamus, quarè non inhæremus ſimplicitati veritatis?*

Nunc vero recentiores eorum ſectatores, ſive quod priores ſententiam mutaverint, ſive quod hi ſibi cautiores eſſe videantur, affirmant, pronomen *hoc*, non notare ſolum panem, ſed *panem & corpus Chriſti huic ſacramentaliter unitum*. Ita e Hunnius, f Gerhardus, & plurimi alij, quos enumerare neceſſè non eſt. Sed mirum eſt viros doctos eo deveniſſe. Ut enim impræſentiarum hoc tantùm dicam, (dilatâ ampliorè ad capita ſequentia præſertim ad decimum tertium, doctrinæ eorum refutatione) nullâ ſanè ratione aſſerere poſſunt pronomen *Hoc* deſignare panem, & ſimul corpus Chriſti illi unitum, niſi antè probaverint corpus Chriſti pani unitum fuiſſe, cùm Dominus proferret illud *Hoc*. Sic enim cùm Bellarminus dixiſſet panem, licet mutatum per conſecrationem, ab Apoſtolô vocari panem, ſicut Virga Moſis poſt mutationem in colubrum adhuc vocatur virga; excipit ipſe Gerhardus, g *Committitur petitio principij: probanda enim priùs externorum elementorum μετουσίωσις ſicut Exod. 7. v. 10. virga expreſſe dicitur in colubrum verſa.* Quomodò autem id oſtenſuri ſunt? Nam nulla alia in Euangelijs verba antè prolationem pronominis illius δεικτικῆ reperiuntur huc pertinentia, præter illa, *Dominus cum accepiſſet panem, gratias actis fregit & dedit diſcipulis & dixit, Accipite, edite.* Ubi ſolius panis fit mentio, nulla prorſus corporis. Cùm ergò pronomen illud ad ea referatur, neceſſarium omnino eſt id panis eſſe δεικτικὸν, & quidem ſolius, non ſimul etiam corporis, ut rectè olim Lutherus & Chemnitius obſervabant. Demonſtrare enim non poteſt id, de quô in antecedentibus mentio non amplius eſt quàm Scytharum, aut Antipodum. *Hic Rhodus, Hic ſaltus.*

b *De Captiv. Babylon.*

c *Contr. Reg. Angl.*

d *Exam. Concil. Tridene. ad ſeſſ. 13. cap. 4. & can. 2.*

e *De Sacramentis.*

f *De ſacra cœna n. 83. 90. 93.*

g *Ibid. num. 125.*

CAPUT IX.

Ubi vera ſententia de ſignificatione pronominis Hoc *proponitur & confirmatur.*

QUOD olim præclarè dixit Hilarius de ſuorum temporum Hæreticis, h *omnes contrà Eccleſiam veniunt, ſed dum omnes ſe invicem vincunt, nihil tamen ſibi vincunt.*

h *De Trinit. lib. 7.*

vincunt. Victoria enim eorum ecclesia triumphus ex omnibus est, dum in eâ hæresis contrà alteram pugnat, quod in hæresi alterâ Ecclesiæ fides damnat: nihil enim est quod hæreticis commune est, & inter hæc fidem nostram, dum sibi adversantur, affirmant; id ipsum Adversarijs non injuriâ possimus applicare. Mutuæ enim illorum pugnæ in materiâ de qua agimus, fidei nostræ patrocinantur, & spolia quæ ex se invicem digladiando referunt, veritati quam defendimus triumphum adornant magnificum. Si enim in verbis, *Hoc est corpus meum*, pronomen demonstrativum, nec sola *panis accidentia*, nec *individuum vagum* substantiamve indeterminatam, nec *corpus Christi*, nec *panem & corpus Christi simul*, designat, superest ut demonstret hoc sensibile quod Dominus manu tenebat, *panem* videlicet: in quô Dei gratiâ convenimus omnes. Testes

a *In Matth. 26.*

sunt [a] Maldonatus & Lucas Brugensis: *Omnes Calvinistæ* (sic enim nos infamant) *pronomen* hoc *pro pane positum esse dicunt.* Stapletonus contrà: *quod*,

b *Ibid.*

[b] inquit, *nemo Catholicorum dabit.*

Vera hæc sententia probatur primò ex verbis institutionis: *Dominus* enim, inquiunt

c *Matth. c. 26. Marc. 14. Luc. 22.*

[c] Euangelistæ, *accepit panem & gratijs actis, fregit & dedit Discipulis, & dixit, accipite, edite, Hoc est corpus meum.* Ubi series verborum Christi planè indicat demonstravisse ipsum id quod acceperat & gratijs actis fregerat, & fractum visibiliter porrigebat Discipulis ut ederent. At panis erat id quod acceperat & gratijs actis fregerat, & fractum visibiliter porrigebat Discipulis ut ederent: panis ergò id est quod demonstrabat. Respondet

d *De Euchar. l. 1. cap. 11.*

primò [d] Bellarminus, [e] Becanus & Ysambertus ad minorem, *Dominum quidem accepisse & benedixisse panem, sed dedisse panem, non vulgarem ut acceperat, sed benedictum & benedictione mutatum. Intercedit enim inter* accepit & dedit *verbum* benedixit, *quod facit ut omnia verba regant eundem accusativum eodem modô se habentem. Neque est hoc insuetum. Nam si quis dicat, percussit quidam Petrum, occidit & sepelivit, non intelliget Petrum fuisse vivum sepultum, tametsi fuerit vivus percussus. Adde, quod etiam illi cogantur hoc modô solvere hoc argumentum: nam volunt Dominum accepisse panem vulgarem, tamen dedisse panem sacramentalem.* Respondeo, Bellarminum ex seipso posse refelli, ut sibi variè contradicentem. Primò

e *De sacrâ in spec. c. 17. q. 5. Ysambertus ad q. 75. disp. 1. art. 10.*

f *Vbi supr. c. 10. §5. Secunda explicatio.*

enim ipsemet paulo antè ait: [f] *cùm Dominus panem effenderet, ait, Hoc est corpus.* Et alibi: *Dominus accepit in manibus panem, eumque benedixit & dedit Discipulis, & de eô ait, Hoc est corpus meum. Itaque panem accepit, panem benedixit, panem dedit, & de pane dixit, Hoc est corpus meum.* Hic autem ait, Dominum demonstrare *panem ut benedictione mutatum.* At panis, inquam, ut mutatus & conversus nihil aliud quàm corpus Christi est: pronomen igitur non demonstrat panem, sed Christi corpus. Id verò ipsemet refellit: *Hoc*, [g] inquit, *non demonstrat panem, nec corpus Christi, sed contentum sub speciebus.* Rursùs ibidem paulò post, quasi hæc omnia retractans: [h] *respondeo formaliter in hac propositione demonstrari species.* Et iterùm: *pronomen demonstrativum tenet se ex parte specierũ.* At si *hoc* propriè & formaliter demonstrat species, non ergò propriè *contentum sub speciebus.* Quis constringet hunc Proteum in tot formas se vertentem? Secundò, si pronomen *hoc* demonstrat panem ut benedictione a Christo mutatum, consecratio ergò & conversio non facta est a Dominô, nec fit verbis istis, *Hoc est corpus meum*, sed benedictione præviâ, quam ab his verbis distinctam esse suprà ostendimus. Tertio, verùm quidem est, pronomen *hoc* demonstrare non panem *communem*, sed panem *benedictum*, (ex vulgari enim *sacer* fit per benedictionem distributioni præviam) falsissimè vero supponi panem benedictum non esse amplius substantialiter panem: exemplumque quod tanquàm simile ab Adversarijs objicitur, contrà ipsosmet retorquetur. Nam sicut Petri corpus vivum percussum, (in corpore enim suô Petrus percussus est) & mortuum sepultum, est idem semper substantialiter corpus, ita etiam panis vulgaris primo, & posteà benedictione sacratus idem semper est quoad substantiam panis. Denique quandoquidem volunt panem non consecrari nisi per verba, *hoc est corpus meum*, quæ ipsi perperam de benedictione interpretantur, ac quandò Dominus protulit verbum *hoc*, nondum erat facta consecratio, si quidem illam tantum fieri docent ad ultimum instans prolationis horum verborum, necessario consequitur ex ipsorum hypothesi pronomen *hoc*, si ostendat panem, demonstrare panem nondum benedictione mutatum. Respondet secundo Gregorius de Valentia, [i] *Per pronomen illud demonstrari quidem eam rem atque substantiam quæ sub accidentibus præsens continetur tum cùm profertur illud pronomen*, &c, *non tamen demonstrari eam rem secundùm notionem aliquam ejus distinctam & peculiarem quæ determinatè conveniat soli pani, sed secundùm aliquam notionem communiorem minusque distinctam, quæ indifferenter & pani & corpori Christi æquè convenire hic possit.* Et rursùm: *non demonstrari eam rem secundùm rationem panis specificam aut genericam talem quæ non sit panis cum humanô corpore communis: item, neque demonstrari secundùm suam rationem individuam determinatam, aut etiam vagam talem, quæ corpori Christi minimè in propositô convenire possit, qualis quidem est habitudo ad illa numerô accidentia, quatenùs ita rem illam continent, ut etiam ei inhæreant; sed præcisè demonstrari secundum rationem substantiæ individuam vagam, consisten-*

g *Lib. 1. cap. 11. § Est igitur altera.*

h *Ibid. § Ad id verò.*

i *Tom. 4. q. 6. de forma Euchar. pũct. 2.*

[0] Ahmed, Ali, et al. "Non-invasive Parkinson's disease diagnosis using biomedical voice measurements." Proceedings of the 2nd International Conference on Biomedical Engineering and Technology. ACM, 2012.

[0] Ahmed, Ali, et al. "Non-invasive Parkinson's disease diagnosis using biomedical voice measurements." Proceedings of the 2nd International Conference on Biomedical Engineering and Technology. ACM, 2012.

[0] Ahmed, Ali, et al. "Non-invasive Parkinson's disease diagnosis using biomedical voice measurements." Proceedings of the 2nd International Conference on Biomedical Engineering and Technology. ACM, 2012.

[0] Ahmed, Ali, et al. "Non-invasive Parkinson's disease diagnosis using biomedical voice measurements." Proceedings of the 2nd International Conference on Biomedical Engineering and Technology. ACM, 2012.

[0] Ahmed, Ali, et al. "Non-invasive Parkinson's disease diagnosis using biomedical voice measurements." Proceedings of the 2nd International Conference on Biomedical Engineering and Technology. ACM, 2012.

[0] Ahmed, Ali, et al. "Non-invasive Parkinson's disease diagnosis using biomedical voice measurements." Proceedings of the 2nd International Conference on Biomedical Engineering and Technology. ACM, 2012.

[0] Ahmed, Ali, et al. "Non-invasive Parkinson's disease diagnosis using biomedical voice measurements." Proceedings of the 2nd International Conference on Biomedical Engineering and Technology. ACM, 2012.

[0] Ahmed, Ali, et al. "Non-invasive Parkinson's disease diagnosis using biomedical voice measurements." Proceedings of the 2nd International Conference on Biomedical Engineering and Technology. ACM, 2012.

[0] Ahmed, Ali, et al. "Non-invasive Parkinson's disease diagnosis using biomedical voice measurements." Proceedings of the 2nd International Conference on Biomedical Engineering and Technology. ACM, 2012.

[0] Ahmed, Ali, et al. "Non-invasive Parkinson's disease diagnosis using biomedical voice measurements." Proceedings of the 2nd International Conference on Biomedical Engineering and Technology. ACM, 2012.

[0] Ahmed, Ali, et al. "Non-invasive Parkinson's disease diagnosis using biomedical voice measurements." Proceedings of the 2nd International Conference on Biomedical Engineering and Technology. ACM, 2012.

sint. Nyssenus: m *quicquid in rerum naturâ existit, si perfectè est id quod est, propriè nomen obtinet quò appellatur, sin autem per omnia non est quod esse dicitur, vanam appellationem habet: Si quis, verbi gratiâ panem verum ostendat, eum propriè nomen huic subjecto dicimus imponere.* Et rursum: *quicquid non omni ex parte est quod dicitur, ex abusu ejus appellationem habet.* At Adversarij nullomodò probare possunt, aut accidentia panis verè panem esse, aut panem in scripturis dici. Nec rursùs valere potest altera eorum responsio de corpore Christi nisi similiter priùs probaverint Apostoli verba tropicè & metaphoricè esse intelligenda. Nam corpus Domini nonnisi tropicè *panis* appellatur, nec nisi per figuram *frangi* dici potest. At hoc nunquàm probaturi sunt. Secundò, patet Apostolum alludere ad historiam institutionis hujus sacramenti, ac quod narraverant Euangelistæ Dominum *panem accepisse, gratijs actis fregisse, dedisse ac dixisse, accipite, edite hoc*, in hæc verba Contrahere, *panis quem frangimus*: sicut & sequentia, *est corpus meum*, exponere per hanc periphrasin, *est communio corporis Christi.* At verus & substantialis, propriequè dictus panis erat quem Euangelistæ narrant Dominum accepisse & fregisse, & dedisse: verus ergò, substantialis & propriè dictus panis est de quò loquitur Apostolus. Deniquè, hoc ipsum probatur ex verbis præcedentibus, *calix cui benedicimus.* Calicem enim intelligit, non sanguinis, sed vini, quià sanguinem Domini non benedicimus & Consecramus, sed *vinum*, ait n Tertullianus, *consecramus in memoriam sanguinis Christi.* Et fatetur Salmero, *benedicere calicem nihil aliud esse quàm consecrare vinum quod in eo ponitur.* At si *calix* verum vinum ac propriè sic vocatum designabit: ac proindè pronomen *Hoc* in verbis sacramentalibus, ab Apostolò redditum per hæc alia, *panis quem frangimus*, panis sic propriè appellati erit designativum.

Tertiò, hæc propositio *Hoc est corpus meum*, utpote consecrativa & conversiva juxtà sententiam Adversariorum, necessariò continere debet utrumque conversionis terminum, & ordinem eorum: in omni enim conversione sunt duo termini, a quò, & ad quem. At terminus ad quem continetur in prædicatò propositionis per id quod dicitur, *Corpus meum*, Ergò & terminus a quo continere debet in subjecto quod est pronomen, *Hoc*. Terminus autem a quo est panis: igitur *Hoc* demonstrat panem.

Quartò, pronomen *hoc*, aut designat aliquid quod per verba, *Hoc est corpus meum*, fit corpus Christi, aut verba illa nihil omninò designant quod per ea fiat corpus Christi. Nullum enim aliud in illis vocabulum est quod illud designare possit. Sip osterius: verba illa non sunt effectiva & operativa, ut Adversarij volunt. Si prius: ergò *hoc* designat panem. Nihil enim per illa corpus Christi fit præter panem.

Quintò, Patres *contrà quorum unanimem consensum* prohibet, Concilium Tridentinum *scripturam interpretari*, quià, ut exponit p (Canus, *Sanctorum omnium sensus Spiritûs Sancti sensus est*) idem nobiscum testantur. Irenæus: q *Dominus eum panem qui est a creaturâ corpus sum confirmavit.* Tatianus Syxtus: qq *accepto pane, deindè vini calice, corpus suum esse ac sanguinem testatus manducare illos jussit & bibere.* Tertullianus de Christo loquens: r *panem corpus suum appellans.* Et rursùs: s *Acceptum panem pariter vitisque liquorum, corpus, ait sanguisque meus qui funditur hic est.* Origenes: t *panis iste quem Deus corpus suum esse fatetur.* Cyprianus: u *Dominus corpus suum panem vocat de multorum granorum adunatione congestum.* Author incertus commentariorum in Euangelia sub nomine Theophili Antiocheni, ad verba, hoc est corpus meum: x *corpus suum panem dicens de de multorum gravorum adunatione congestum.* Et ad verba, hic est calix sanguinis mei: *sanguinem suum vinum appellans de botris atque acinis plurimis expressum, & in vinum coactum.* Eusebius Cæsariensis: y *Dominus tradidit pane uti symbolo sui corporis.* Cyrillus Hierosolymitanus: z *Dominus pronuntiat & dicit de pane, Hoc est corpus meum.* Juvencus: a

Hæc ubi dicta dedit palmis sibi frangere panem,
Divisumque dehinc tradit, sanctaque precatus,
Discipulos docuit proprium se tradere corpus.

Author incertus inter Athanasij opera: b *Dominus mysticum vinum sanguinem appellavit:* eadem enim ratio utrobique pronominum est. Epiphanius: c *Videmus quod Salvator accepit in manus suas, sicut habetur in Euangelio, quod surrexit in cœnâ & accepit hæc, & gratijs actis dixit, hoc est meum hoc. Atquè videmus quod æquale non est, neque simile, non imagini incarnatæ, non invisibili divinitati, non lineamentis membrorum: illud enim rotundæ formæ est, & quoad virtutem sensus expers, & per gratiam dicere voluit, hoc est meum hoc.* Gaudentius: d *cùm panem consecratum & vinum Discipulis suis porrigeret Dominus, sic ait, Hoc est corpus meum.* Author constitutionum: e *in nocte quâ tradebatur Christus, cùm accepisset panem in sanctis & immaculatis manibus suis, sustulisset oculos ad te Deum sum ac Patrem, & fregisset, dedit Discipulis suis dicens, hoc est mysterium* (seu sacramentum) *novi Testamenti, accipite ex eò, edite, Hoc est corpus meum.* Chrysostomus, f *Quid est panis? corpus Christi?* Hieronymus: g *Nos audiamus panem quem fregit Dominus, deditque Discipulis esse corpus Salvatoris, ipso dicente ad eos, accipite, comedite, Hoc est corpus meum.* Augustinus in sermone ad infantes: h *panis est corpus Christi,*

o *Sess. 4.*
p *Locor. l. 7. c. 3. d. 10.*
q *Lib. 5.*
qq. *In Harmon.*
r *Adverf. Judæos c. 11.*
s *In Carmin. Contr. Marcion. lib. 5. cap. 8.*
t *In Matth. hom. 35.*
u *Epist. 56.*
x *Comment. in Marcum.*
y *Demonstr. lib. 8.*
z *Cateches. 4. myst.*
a *Lib. 4.*
b *De diffit & interp. verab. in Psalm. præcurlaribus.*
c *In Ancorat.*
d *in Exod. tract. 2.*
e *Lib. 8. c. 12.*
f *In 1. Cor. hom. 24.*
g *In epist. ad Hedibiam.*
h *Apud Fulgent. de baptismo Æthiop. c. ult.*

Calix

Calix ſanguis Chriſti. Cyrillus Alexandrinus: i *Dominus cùm panem fregiſſet, ut ſcriptum eſt, diſtribuit dicens, Hoc eſt corpus meum.* Theodoretus: k *in myſteriorum traditione Dominus panem corpus ſuum appellavit, & vinum ſanguinem.* Proſper: l *panem ſanctificatum ſuum ſacratum corpus in ſuâ menſa confirmans.* Facundus Hermianenſis: m *Ipſe Dominus benedictum panem & Calicem quem Diſcipulis tradit corpus & ſanguinem ſuum vocavit.* Antiquorum Chriſtianorum in montibus Malabarici regni apud Indos Orientales reliquiæ: *Dominus* n *noſter Ieſus Chriſtus in illâ nocte quâ tradebatur accepit panem hunc ſanctum in ſanctas puras manus ſuas, & elevavit oculos ſuos in cælum & gratias egit Deo Patri omnium rerum creatori, & benedixit ac fregit, dedítque Diſcipulis ſuis, & dixit accipite & edite ex hoc pane omnes vos: Hoc eſt corpus meum.* Deniquè Eccleſia Æthiopica referentibus ac frendentibus præ indignatione, Jeſuitis, ſic effert ſacramentalia verba, *Hic panis eſt corpus meum:* quâ de cauſâ ajunt eam liturgiam errorum eſſe plenam. Ut jure poſſimus de noſtrô cum totius Chriſtiani orbis Eccleſijs conſenſu gloriari. Colligo jam: *Non dicit Chriſtus, Hic panis eſt corpus meum, nemoque Catholicorum id dabit*, inquit o Stapletonus. Atqui Patres unanimiter teſtantur hunc eſſe verborum ſacramentalium ſenſum: Ergò non ſunt Catholici. Aut, ſi Catholici ſunt: Ergò Pontificij, nihil minùs quàm Catholici.

Sextò idem probatur confeſſione Adverſariorum, qui in duplici ſunt ordine. Alij enim nobiſcum defendunt pronomen *Hoc* panem demonſtrare, ut q Gerſon, r Bonaventura, ſ Widefordus, de t Rubione, u Beſſario, x Flavius: inter reliquos verò qui negant, reperiuntur nonnulli aliquandò id confitentes. Tanta enim eſt vis veritatis, ut etiam ab invitis & repugnantibus confeſſionem ſui fæpiſſimè extorqueat. Bellarminum jam ſuprà audivimus expreſsè dicentem: a *Dominus accepit in manibus panem, eum que benedixit, & de eo ait, Hoc eſt corpus meum.* Salmero diſputans adverſùs Cratoaldum: b *Liquidum eſt Chriſtum in cœnâ ſua de pane potiùs quàm de corpore ſuo aliquid affirmaſſe. Accepit enim ab initio panem velut elementum ad quod adjecit verbum benedictionis, ut fieret ſacramentum. Panis ergò elementum eſt & primum initium cœnæ Dominicæ: corpus autem Chriſti non initium, ſed cœna perfectio exiſtit & finis. Et ut verbis facta ſint conſona, ſicut primum accepit in manus panem, ſic quod poſteà benedixit, fregit, locutus eſt, ita eſt interpretandum ut potius de pane aliquid fiat quàm de Chriſti corpore de quo adhuc ibi nulla mentio.* Qui tamen alibi ait, quod ſanè mireris, c *aſſerere, Chriſto dicente, Hoc eſt corpus meum, ſenſum eſſe, hic panis eſt corpus meum, nihil eſſe aliud quàm addere verbo Dei, quià nihil ille de pane dixerat.* Cofferellus noſtras: d *Declaraverat S. Paulus Salvatorem de pane dixiſſe, hoc eſt corpus meum:* cùm tamen alibi dicat, e *propoſitionem falſam futuram fuiſſe, ſi per pronomen,* Hoc, *Dominus panem deſignaſſet.* Similiter Vaſques: f *cùm Chriſtus oſtenderet panem quem in manibus habebat, non poterat non in illô pronomine,* Hoc, *vel panem, vel aliquid ſub illô oſtendere.* Quin & olim, quod valdè mirandum eſt, Ermengadus contrà Waldenſes ſcribens illis pro hæreſi imputabat quod negarent pronomine, *Hoc* panem demonſtrari: *Sed,* φ inquit, *hæretici dicunt quod illud* Hoc *demonſtrativum pronomen non refertur ad panem quem in manibus, tenebat & cui benedicebat & quem frangebat, & ſuis Diſcipulis diſtribuebat, ſed refertur ad corpus ſuum quod hæc omnia perficiebat. Unde eorum error tam nequiſſimus originem habuit, ignorantes vim pronominis.* Hoc, *nec relativè poteſt referri niſi his de quibus facta mentio. Sed in traditione hujus ſacramenti de corpore ſuo mentio nulla tunc facta fuerat: Ergò falſiſſimum eſt quod autumant.* Idem ferè notat & Ebrardus.

i *In Ioann. 20. 26. 27.*
k *Dialog. 1.*
l *de promiſſ. & prad. part. 2. c. 2.*
m *Lib. 9. c. ult.*
n *Biblioth. Patr. edit. 4. tom. 6. pag. 142.*
o *Lib. Æthiop. Ieſuita Alphonſi ann. 1626. edit. Rom. ann. 1628.*
p *In Matth. 26.*
q *Contr. ſect. lib. 4.*
r *In 4. diſt. 8. q. 1.*
ſ *Ad 1. art. 3. Wiclep.*
t *In 4. diſt. 8.*
u *De Sacrâ. Euchar.*
x *In 4. Scoti diſt. 10. q. 1.*
a *De Euchar. lib. 3. c. 19. vid. & l. 1. c. 10. & 11.*
b *Tim. 9. pag. 134.*
c *Ibid. pag. 309.*
d *Defenſ. de l' Euchar. Centredu Monlin. cap. 10. p. 359. de l' edit. de Paris 1607.*
e *Ibid. c. 7. pag. 263.*
f *Diſp 179. n. 90.*
φ *Cap. 18. vid. & Ebrardum Contr. Valdenſ. cap. 8.*

CAPUT X.

In quo reſpondetur ad objectiones Adverſariorum contrà præcedentem ſententiam.

AT contrà hanc ſententiam inſurgunt Adverſarij nullas non adhibentes machinas ad eam oppugnandam, ſed levi tamen flatu diſturbandas.

Primùm ergò illorum argumentum quod Maldonatus *evidentiſſimum* vocat, tale eſt: g *Si Chriſtus voluiſſet dicere, hoc, id eſt, hic panis, eſt corpus meum, quarè imò verbo non dixit clarius, hic panis eſt corpus meum? Id enim verborum continuatio poſtulabat, accepit panem, & cùm benedixiſſet, fregit, deditque Diſcipulis ſuis dicens, hic panis eſt corpus meum.* Reſpondeo, poſſe ſimiliter quæri a Maldonatô cur Scriptura dicat, h *in illis diebus venit Ioannes Baptiſta prædicans in deſerto Iudæa, &c, hic eſt is de quo dictum eſt per Eſaiam Prophetam*; & non potiùs, *Hic Ioannes eſt is de quo dictum eſt.* Rurſùs, i cur idem Joannes dicat de Dominô, *Ecce agnus Dei qui tollit peccata mundi, hic eſt de quo dixi*; & non, *hic agnus eſt de quo dixi.* Deniquè, cur Joannes Euangeliſta ſcribat: k *Sumus in vero, in filio ejus Ieſu Chriſto, hic eſt verus Deus*: non autem, *hic Ieſus Chriſtus eſt verus Deus.* Nec enim poteſt Jeſuita ad has quæſtiones aptè reſpondere, quin diluat evidentiſſimum (ſcilicet) illud argumentum ſuum. Facilis autem reſponſio eſt, neceſſariam non eſſe nominum repetitionem, illaque & ſatis clarè; & magis eleganter referri per pronomina

g *In Matth. 26.*
h *Matth. 3. l. 3.*
i *Ioan. 1. 29. 30.*
k *1. Ioan. 5. 20.*

nomina quæ illorum locô ponuntur. Nam, ut Grammatici docent, l *pronomen eſt pars orationis cum caſu, poſitum nominis vice, ne ſæpiùs iteratum nomen faſtidium faciat audienti vel legenti.* Imò Iſidorus expreſsè: m *Faſtidium tollit & ornatum inducit.* Cum ergò Dominus panem accepiſſet, gratijſque actis fregiſſet, dediſſet, ac dixiſſet, *accipite, edite,* nè cogeretur repetere ac dicere, *Hic panis benedictus, fractus, diſtributus ac ad manducandum oblatus eſt corpus meum*; quod faſtidioſum fuiſſet; id expreſſit pronomine rem eamdem ſignificante, ac dixit, *Hoc eſt corpus meum.* Fatetur ex ipſis Adverſarijs magis ingenuus Melchior Flavius: *Habemus,* a inquit, *Chriſti verbum manifeſtiſſimum de Euchariſtia, ubi de pane dixit, hoc, id eſt, hic panis, ut ſcriptura loquitur.* Et ſuprà adduximus Veteres idem obſervantes. Stupendum ſanè eſt, nobis colluctandum eſſe cum Adverſarijs qui vel Grammaticam ignorent, vel ignorare ſe fingant.

l *Alcuin. in Grammat. Eldonius in arte.*
m *Origin. l. 1. cap. 7.*
a *In 4. Scoti diſt. 10. q. 1.*

Secundum argumentum evidentiſſimum Maldonati eſt, *cur cùm tres Euangeliſtæ, Matthæus, Marcus, & Lucas, & Apoſtolus Paulus 1. ad Cor. 11. 24. hujus ſacramenti inſtitutionem expoſuerunt, & ſoleant alijs in rebus plerumque diſcrepare, dum alius obſcurius, alius clarius idem dicit, in hac re omnes eodem verbo uſi ſunt,* Hoc eſt corpus meum? *Cur nemo aut caſu, aut conſilio dixit, hic eſt corpus meum, aut, hic panis eſt corpus meum?* Reſpondeo, interrogationem hanc exigui eſſe momenti. Noluerunt Euangeliſtæ & Paulus in hac loquendi formulâ aliquid mutare, quiâ brevior eſt, & æquè clara, ac a faſtidio repetitionis immunis, ut ad præcedentem objectionem obſervabamus. Tertullianus tamen a nobis ſuprà citatus in carminibus, & liturgia Eccleſiæ Æthiopicæ verbotim illam reddunt, ſicut requirit Adverſarius, *Accepit panem*, inquit ille, *pariter vitiſque liquorem, Corpus, ait, ſanguiſque meus qui funditur hic eſt*, ubi pronomen *hic* evidenter refertur ad *panem* & *liquorem*. Et liturgia Æthiopica, *Hic panis eſt corpus meum.*

Tertium argumentum a Alphonſi de Caſtro, b Alani, Maldonati, c Vaſques, d Scribonij, & e multorum aliorum, nec non ex conſubſtantiatoribus f Gerhardi, *pronomen demonſtrativum ſive Latinè, ſivè Græcè conſideratum*, Hoc τοῦτο, *non poſſe referri ad panem cum quo non concordat in genere:* panis enim Latinè, & ἄρτος Græcè, eſt maſculini generis. g Salmero autem, & poſt illum h Lucas Brugenſis, i Becanus & k Bellarminus objectionem ſibi videntur fortiùs hoc modô formare: *Vel illud hoc accipitur adjectivè, vel ſubſtantivè. Si adjectivè, debet concordare cum ſubſtantivo: quarè non poteſt demonſtrare panem qui eſt maſculini generis. Si ſubſtantivè, tum ſenſuerit*, hoc, *id eſt*, Hæc res eſt corpus meum. *Si autem illud* hoc, *ſive hæc res, de pane dicatur, abſurdiſſima propoſitio erit: non enim poteſt dici* hoc, *de re quæ cernitur, & apertè cognoſcitur, niſi ſit neutri generis*, &c. Reſpondeo primò, pronomen *hoc* poſſe adjectivè ſumi & nihilominus ad panem referri, quamvis cum illô non concordet in genere. Uſitatiſſimum enim eſt, ut pronomen referens nomen præcedens, non ſemper cum illô conveniat aut genere aut numerô, ſed ſæpe cum nomine & ſubſtantivô ſequenti quod de eô pronomine pariter ac de præcedenti nomine prædicatur: ac pudendum eſt Adverſarios id ignoraſſe, cùm exempla ſint innumera penes Authores, ſeu exoticos, ſeu Eccleſiaſticos. Cicero: l *indignius in eâ civitate quæ legibus teneatur diſcedi a legibus. Hoc enim eſt vinculum hujus dignitatis quâ fruimur in republicâ, hoc fundamentum libertatis, hic fons æquitatis.* Salluſtius: m *Eſt locus in carcere quod appellatur Tullianum:* Polybius de Aufidô amne loquens: n ὃς μόνος διαιρεῖ τὸν Ἀπεννῖνον· τοῦτο δ' ἐστὶν ὄρος συνεχές: *qui ſolus Apenninum permeat, hoc autem eſt mons continuus.* Moſes de Jacobo Patriarchâ loquens: o οὗτος οἶδεν αὐτὸς (ἀγγέλους) εἶπε, παρεμβολὴ θεοῦ ἐστιν: *cùm illos vidiſſet* (angelos) *dixit, caſtra Dei ſunt hæc.* Dominus ipſe: p *quæcunque vultis, ut vobis homines faciant, & vos facite illis, hæc enim eſt lex & Prophetæ.* Et Apoſtolus ad Galatas: *Abrahæ dictæ ſunt promiſſiones & ſemini ejus qui eſt Chriſtus.* Et in 1. ad Timotheum: q ἵνα εἰδῇς πῶς δεῖ ἐν οἴκῳ θεοῦ ἀναστρέφεσθαι, ἥτις ἐστὶν ἐκκλησία; ubi ἥτις refertur ad οἶκος ſinè concordantiâ generis. Irenæus: r ὁ κόκκος τοῦ σίτου, &c. παραλαμβανόμενος πηλὸν τοῦ θεοῦ ἐπιχέασι γίνεται, ὅπερ ἐστὶ σῶμα χριστοῦ; *Euchariſtia ſit quod eſt corpus Chriſti.* Lactantius: s *ſola Catholica Eccleſia eſt quæ verum cultum retinet, hic eſt fons veritatis, hoc domicilium fidei, hoc templum Dei.* Baſilius: u λέξομεν περὶ μετανοίας ἐκ παλαιᾶς τε καὶ καινῆς (ſupple διαθήκης) ἅτινα δὲ τῆς ἐκκλησίας θησαυρός. Chryſoſtomus: x ἀγαθουργεῖν, πλουτεῖν ἐν ἔργοις ἀγαθοῖς, ἅτινα ἀληθὴς ὁ πλοῦτος. Et de fide, περὶ πίστεως agens: y ἐκεῖνο γάρ ἐστὶ κεφαλὴ καὶ ἡ ῥίζα. Denique Damaſcenus de pane Euchariſtico: τοῦτον τὸν ἄρτον οἱ ἄρτοι εἰκονίζουσι τῆς προθέσεως ἄυτη ἐστὶν ἡ καθαρὰ θυσία καὶ ἀναίμακτος; *Hunc panem figurabant panes propoſitionis, hæc eſt pura & incruenta oblatio.* Quid igitur obſtat quominùs pariter dicamus in verbis, *Hoc eſt corpus meum*, pronomen demonſtrativum ad præcedens nomen, videlicet *panem*, adjectivè referri, quamvis diſcrepantia ſit in genere? In exemplis enim adductis eadem familiaris occurrit loquendi formula. Sic ergò hæc

k *De Euch. l. 1. c. 10.*
l *Orat. pro Cluentio longè poſt medium.*
m *In bello Catilin. aliquanto ante finem.*
n *Hiſtor. l 3. aliq. annè fin.*
o *Gen. 32. 2.*
p *Matth. 7. 12.*
q *Galat. 3. 16.*
r *cap. 3. 15.*
s *Lib. 5. c. 2.*
t *Lib. 4. c. 9.*
u *De pœnitent.*
x *In Pſalm. 111.*
y *In Matth. Hom. 33. in Græco.*
z *De ortbodoxâ fid. l. 4. cap. 14.*

a *Adverſ. Hæreſ. l. 6. verb. Euch. Hæreſ. 5.*
b *De Euch. l. 1. c. 34.*
c *Diſp. 201. c. 31. c. 4.*
d *De Euch. q. 6.*
e
f *De ſacram. cæna n. 134.*
g *Tom. 3. tract. 17.*
h *In Matth. 26.*
i *De ſacrâ. in ſpec. c. 17. q. 4.*

Digitized by Google

concedendo in utraque propoſitione pronomen adjectivè ſumi, nec malè vulgatam vertiſſe, *Hic eſt ſanguis meus*: panem nihilominùs in alterâ per pronomen demonſtrativum, in alterâ vinum deſignari. Docent enim Grammatici (ut ad præcedentem objectionem obſervavimus) pronomen referens ſubſtantivum antecedens, non ſemper cum illo quoad genus componi, ſed ſæpè conſtrui cum ſubſtantivô ſequenti quod de pronomine & de ſubſtantivo illo præcedente enunciatur, idque ſanè eleganter. Hac ergò ratione pronomen *Hoc* convenire poteſt, ſivè cum poculo, ſivè cum ſanguine, ac ſive *Hoc eſt ſanguis meus*, ſivè *Hic eſt ſanguis meus*, legas, perindè eſt. Senſus ſemper idem. Reſpondere rurſùs poſſum cum [l] Suares & [m] Gamachæô pronomen *Hic*, etſi adjectivè ſumatur, non tamen demonſtrare ſanguinem, ſed ſubintelligi *liquorem* vel potum, vini ſcilicet, quemadmodum Tertullianum ſuprà audivimus exponentem, *Acceptum panem, pariter vitiſque liquorem, Corpus, ait, ſanguiſque meus qui ſunditur hic eſt*; ubi manifeſte *Hic* refertur, tùm ad panem, tùm ad *vitis liquorem*: vel ſupplendo ex Lucâ & Paulo calicem, hoc eſt, per ſynecdochen ſubintelligendo liquorem in eo contentum, qui cùm Dominus proferret pronomen *Hic*, non poterat eſſe niſi vinum. Nec obſtat ratiuncula Vaſques: ſi ſanguis eſſet neutri generis tunc abſurdam fore locutionem dicendo, *Hic* (ſupple, liquor) *eſt ſanguis*, ſicut incongruè diceretur, *Hic* (ſupplè liquor) *eſt vinum*. Negamus enim locutiones illas eſſe abſurdas: & mirum eſt id ab eo vel concipi potuiſſe. Reſpondere tertiò poſſum cum illis ipſis negando minorem. Nam etſi cum vulgata legatur, *Hic eſt ſanguis meus*, pronomen *hic* nihilominùs poſſe ſubſtantivè ſumi: *ſiquidem*, inquit Gamachæus, *Grammatici docent adjectiva quæque ſubſtantivari nonnunquàm in genere maſculino. Exempli cauſâ, cum dicimus Orientem & Occidentem, vel cum abſolutè ponitur Videns ad ſignificandum Prophetam 1. Reg. 1.* ubi eſt domus Videntis: *cum dicimus*, Juſti in perpetuum vivent, *vel* noſtri in bello ceciderunt, *vel* omnes mei tui ſunt. *Dicuntur enim iſta adjectiva poni ſubſtantivè, quia nullum habent in oratione ſubſtantivum, & quamvis ſubaudiatur, non tamen exprimitur. Ejuſdem generis eſt, ſi dicas*, Hic eſt Petrus, *vel* hic eſt ſacerdos. *Non enim Petrus & ſacerdos tunc propriè fungitur vice ſubſtantivi, ſed ſolùm attributi vel epitheti, & ſubſtantivum potiùs ſubauditur*, Hic, *ſupple*, *homo eſt Petrus*, *hic*, *ſupple homo*, *eſt ſacerdos*. *Ergò a pari in Latinâ conſecratione calicis ſecundùm uſitatam eccleſiæ Romanæ formulam*, *pronomen* Hic *cenſeri debet ſubſtantivum, quamvis maſculini generis, quia nullum aliud in oratione ſubſtantivum expreſſum habet, ſed ſolùm per repetitionem ſubaudituri, videlicet, Calix.* Confirmatur a ſimili: ſi quis enim diceret, *Hic eſt Gallus*, tunc per pronomen *Hic* intelligeretur, *Hic homo*. Quemadmodum quandò Deus ait, *Hic eſt filius meus dilectus*, ſubauditur *Homo*. Nec obſtat quod excipit Yſambertus, *ſi ex hypotheſi nomen* Homo *eſſet neutrius generis adhuc pater dixiſſet*, Hic eſt filius meus, *eò quod* filius *eſt maſculini generis*. Quamobrem enim id dixiſſet? *quia*, inquit, *ſi quis in ejuſmodi locutionibus loco pronominis adjectivi* Hic, *uteretur ſubſtantive pronomine* Hoc, *non loqueretur congruè*. At verò quàm id falſum ſit, liquet ex exemplis ad præcedentem objectionem allatis ex Chryſoſtomô & alijs. Deniquè, quandoquidem Adverſarij per lectionem vulgatæ ſuæ verſionis incautos decipere poſſent, reſpondeo adhuc quartò cum [a] Salmerone & [b] Janſeniô, hæc verba Calicis τοῦτό ἐστι τὸ αἷμά μου, ad litteram ſic verti debere *Hoc eſt ſanguis meus*, pronomine ſubſtantivatô in neutrô genere. Verſio enim hæc magis convenit ei quod præcedit, *bibite ex hoc omnes*, ut jam ejuſdem generis pronomen ſubjiciatur, imo repetatur: quamquàm ut initio diximus, idem utriuſque verſionis ſenſus ſit. Favet S. Cyprianus qui & ipſe ita legit in epiſtola ad Cæcilium in vetuſtis codicibus. Ait quidem Yſambertus poſt Sanctesium, Vaſques & Pammelium, *in emendatioribus codicibus haberi*, Hic eſt ſanguis meus, *conformiter ad vulgatam*. Verùm rectè regerit Gamachæus, *prius eſſe probandum errorem eſſe in vetuſtis codicibus*. Yſambertus autem illud aliter non probat, niſi *quia Cyprianus*, inquit, *in opuſculo de cœnâ Domini, verba conſecrationis Calicis ita refert, Hic eſt ſanguis meus*. Sed Cyprianus hic non niſi *Pſeudo-Cyprianus* eſt, ut illum rectè [c] Vaſques indigetat. Eo autem ſenſu *Hoc* ſumitur pro *Hoc poculo*, hoc eſt, ſynecdochicè pro *Hoc vino*, quemadmodum in præcedenti propoſitione diximus *Hoc* ſumi ſubſtantivè pro *Hoc pane*. Nec obſtat, quod Paulus & Lucas pronomen adjectivè ſumant, dicentes, *Hic calix*. Manifeſtè enim differt eorum loquendi formula ab eâ quam Marcus & Matthæus uſurparunt, quamvis ſit idem omnium ſenſus. Stupenda autem ſanè eſt Maldonati ſupinitas ſic argumentantis: *pronomen non refertur ad vinum, ſed ad ſanguinem, quod ex Lucâ & Paulo manifeſtum eſt, qui pronomen cum ſequenti, non cum præcedenti conjunxerunt, dicentes*, τοῦτο τὸ ποτήριον: *Ergò, & cum dicit Dominus*, Hoc eſt corpus meum, *illud* hoc *non convenit cum præcedenti pane, ſed cum ſequenti corpore*. Nam falſum eſt Lucam & Paulum pronomen cum præcedenti non jungere. Uterque enim illorum ita manifeſtè pronomen conjungit cum antecedenti nomine ut nomen illud repetat,

[l] *Diſp. 58. ſect. 7.*
[m] *ad q. 78. cap. 2.*
[a] *Tom. 9. tract. 15.*
[b] *Concord. cap. 134.*
[c] *Diſp. 197. c. 3. n. 26. ad marg.*

repetat, τοῦτο τὸ ποτήριον; *Hic Calix*: Si quidem ajunt, *Calicem poſtquàm cœnaſſet* (ſupple, dedit) *dicens, hic Calix.* Deinde, ineptiſſimum eſt ſic ratiocinari: Lucas & Paulus pronomen referunt ad calicem: ergò non ad vinum. Calicem enim dicimus ab utroque intelligi de vini calice: in quo, fatente Suares, [d] conſentientes habemus ex ſuis aliquos.

[d] Diſp. 60. ſect. 2.

At id negant Adverſarij ferè omnes ſuprà citati, Salmero, Brugenſis, Maldonatus, Vaſques, [e] Cornelius a lapide, Bellarminus, [f] Becanus, [g] Mæratius, [h] Gamachæus, [i] Yſambertus, & ex conſubſtantiatoribus Gerardus: ac, ut probent per calicem non intelligi *vinum*, ſed *ſanguinem*, novum adhibent medium ex integris Lucæ verbis depromptum. Ait enim: τοῦτο τὸ ποτήριον ἡ καινὴ διαθήκη ἐν τῷ αἵματί μου τὸ ὑπὲρ ὑμῶν ἐκχυνόμενον; quod ſic vertendum notant, *Hoc poculum eſt Novum teſtamentum in ſanguine meo quod pro vobis funditur.* Ubi *cum poculum dicatur effundi pro nobis, non autem vas aut vinum effuſum ſit pro nobis, ſed verus ſanguis, Calix igitur non ſignificat calicem vini, ſed calicem ſanguinis.* Et hoc argumentum *robuſtiſſimum* appellant, additque Becanus, Bezam *pro deſperatione, cùm aliud non poſſet, maluiſſe textum depravare quam errorem deſerere. Sic igitur mutavit Chriſti verba,* τοῦτο τὸ ποτήριον ἡ καινὴ διαθήκη ἐν τῷ αἵματί μου τῷ ὑπὲρ ὑμῶν ἐκχυνομένῳ. *Audax facinus. Ipſemet Beza fatetur in omnibus codicibus Græcis haberi* τὸ ὑπὲρ ὑμῶν ἐκχυνόμενον, quod pro vobis effunditur: *& tamen omnibus refragantibus reponit hæc verba, hoc eſt poculũ in meò ſanguine qui pro vobis effunditur.* At primò diſſimulat Jeſuita quod poſt teſtatus eſt Beza [k] contra Sanctesium ſcribens vidiſſe ſe ac penes ſe habere codicem manuſcriptum in monaſterio quod S. Irenæi dicitur Lugduni repertum, adeò vetuſtum ut ipſius Irenæi fuiſſe videri poſſit in quo hæc verba, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν ἐκχυνόμενον, deeſſent. Ut & rurſum diſſimulat quod Beza obſervat exemplaria quædam olim legiſſe τῷ ἐκχυνομένῳ, ut patet [l] ex Baſilio Cæſarienſi, qui ita legit. Cui & addo Hieronymum canone in Lucam, pariter legentem, *Hic eſt Calix novum teſtamentum in ſanguine meò qui pro vobis fundetur.* Nec obſtat quod Gamachæus & Yſambertus excipiunt, primò, Baſilium & Hieronymum *potiùs referre ſenſum verborum Chriſti Domini, quàm modum quo Chriſtus Dominus illum expreſſit*: Secundò, *Hieronymum nullam mentionem facere Calicis, ſed tantùm ſanguinis, undè ejus effuſionem non potuiſſe referre ad Calicem. Sic enim ſcribit, ſanguis novi teſtamenti qui pro multis effunditur, non omnes mundat.* Baſilij enim mentẽ eſſe, verba ipſa Chriſti referre, patet ex ipſâ inſpectione loci, ut & Hieronymus loco a nobis citato non commentatur, ſed verba ipſa Lucæ tantummodò refert: miraque eſt Yſamberti ſupinitas exiſtimantis nos Hieronymum ex commentario in Marcum adducere. Nam verba illa quæ ex eo refert ſunt quidem commentatoris in Marcum, verba ipſa Marci, non verba Lucæ, referentis: Sed nos Hieronymum ex Canone in Lucam ubi nihil de ſuo habet, proferimus. Cum igitur ibi legat, *Hoc eſt calix novum teſtamentum in ſanguine meo qui pro vobis effundetur*, ſequitur, exemplaria quibus utebatur tum ſic legiſſe. Deinde, quamvis daremus, utrumque Patrum illorum referre potiùs ſenſum verborum Domini, quàm ipſamet ejus verba, inde tamen ſemper liquet eos cenſuiſſe illud τὸ ἐκχυνόμενον quamvis in nominativo poſitum ad ſanguinem immediate præcedentem directè referri, non autem ad calicem: quod nobis ſufficit. Verum, quamvis hæc non ita forent, reſpondeo ſecundò cum eruditiſſimo Picherello, participium ἐκχυνόμενον licet non ſit ejuſdem caſus cum nomine præcedente αἵματι, ad illud tamen referri, antiptoſinque in illo eſſe, hoc eſt, figuram loquendi Hebræis, & Græcis Hebraizantibus familiarem, qua caſus pro caſu ponitur, nominativus præcipue vice reliquorum, quià illorum principium & origo ſit & ij non niſi ejus ramuli & flexiones ſint. Sic enim ipſius Lucæ 9. 53. πορευόμενον αὐτὸ εἰς Ἱερουσαλὴμ pro πορευομένῳ. Sic Joannis 1. 14. ἐθεασάμεθα δόξαν αὐτοῦ ὡς μονογενοῦς παρὰ πατρὸς, πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας. pro πλήρους, aut πλήρη ut legit [m] Nyſſenus. Et cap. 21. 12. οἶδεις ἐτόλμα τῶν μαθητῶν ἐξετάσαι αὐτὸν, εἰδότες ὅτι κύριός ἐστιν; pro εἰδότων. Sic Paulus Eph. 3. 7. ἐρριζόμενοι καὶ τεθεμελιωμένοι, pro ἐρριζομένοις καὶ τεθεμελιωμένοις Et 2. Cor. 9 11. πλουτιζόμενοι pro πλουτιζομένων & 10. 5. αἰχμαλωτίζοντες pro αἰχμαλωτιζόντων. Quæ forte (inter plura alia) occaſioni hieronymo dicendi, [n] *Paulus ſolœciſmos facit.* Sic Joannes in priori epiſtolâ 4. 3. ὁ ἀκηκόατε pro ὃ ἀκηκόατε: Et Apoc. 8. 9. ἀπέθανε τὸ τρίτον τῶν κτισμάτων ἐν τῇ θαλάσσῃ τὰ ἔχοντα τὰς ψυχὰς; pro, τῶν ἐχόντων ψυχὰς Sic pſalm. 118. 82. in vulgatâ verſione: *defecerunt oculi mei dicentes*, pro *dicentis*. Ita rurſum Paulus in ipſa Euchariſtiæ materiâ 1. Cor. 10. 16. τὸν ἄρτον ὃν κλῶμεν, *panem quem frangimus.* pro ὁ ἄρτος ὃν κλῶμεν, *panis quem frangimus.* Denique, ſi Chryſoſtomo & ejus ſequacibus Euthymio & Theophylacto, Victori inſuper Antiocheno, & Germano Conſtantinopolitano [o] credimus, Dñs ipſe in inſtitutione hujus ſacramenti, quandò ait: *non bibam amodo de hoc genimine vitis uſque quò illud bibam vobiſcum*, καινὸν, *novum in regnò Patris mei.* Illi enim καινὸν novum, exponunt, non de germine vitis, ſed de

[e] 1. Cor. 1.
[f] De Cœna Calvin. c. 5.
[g] De Euch. diſp. 6. ſect. 4.
[h] Ibid. diſp. 1.
[i] Ibid. art. 8. Gerardus de ſacra Cœna cap. 100.

[k] Ad repet. Sanct. c. 8.

[l] In moral. reg. 21. c. 3.

[m] In Cant. h. 13.

[n] In ep. ad Epheſ. c. 3.

[o] Germ. in theor. rerum eccleſ.

& alij apud c Salmeronem, d Bellarminus, e Suares & f Vaſques. Primò enim *corrumpit*, inquiunt, *propriam ſignificationem verbi* eſt, *quod neque in ſcripturâ, neque in communi modò loquendi ita unquàm uſurpatur, nec uſurpari poteſt niſi per quamdam figuram, & tropum.* Secundò, *converſio ſeu factio corporis Chriſti, quià non habet ſucceſſionem non fit uſque ad finem prolationis, ideoque cùm profertur* eſt *falſum eſt quod fiat, aut convertatur. Quod ſi pro fine prolationis eſt intelligenda, impropria eſſet locutio, & præſtaret dicere, hoc erit, id eſt, fiet corpus meum: quod tamen Chriſtus non dixit.* Deniquè g Becanum & h Bellarminum adeò puduit hujus opinionis, ut de illâ ſuis tributâ tanquam de calumniâ querantur. Sufficiet poſterioris verba referre: *Quod Calvinus ſcribit* l. 4. inſtit. c. 17. §. 20. *Catholicos accipere* eſt *pro* tranſſubſtantiatur, *qui eſt tropus omnibus gentibus inauditus, mera calumnia eſt. Catholici enim dicunt quidem colligi ex hac voce tranſſubſtantiationem, ut infrà contra Lutherum demonſtrabimus, ſed non dicunt* eſt *poni pro* tranſſubſtantiari; *nec ſolum hoc non dicunt, ſed nè veriſimiliter quidem id poteſt eis affingi, cum ipſi contendant pronomen* hoc *non demonſtrare panem, qui ſolus (eorum ſententiâ) mutatur in corpus Chriſti.* At ego contrà contendo perfrictæ frontis eſſe oportere eos qui vel alterutrum negare auſint. Nonnè Bonaventura, Gerſon, Wideſordus, Beſſario (Occam, Holcot & Waldenſis, ſi Suares credimus) de Rubione & Melchior Flavius, Catholici veſtri erant? Nonnè omnes ij (præter fortè duos priores a Suares notatos) pronomen *Hoc* de pane interpretantur, & plerique expreſſè verbum *eſt* per *fit* aut *convertitur*, aut *tranſſubſtantiatur*, exponunt? Nonnè nominatim in Bonaventurâ expoſitionem hanc exagitant Biel, Suares, Vaſques, & de Valentiâ? Sed placet ad revincendam tantam audaciam Catholicorum ſuorum verba illis opponere. Bonaventura: a *Eſt, in hac oratione non identitatem, nec ſimultatem ſignat, ſed hoc eſſe corpus, hoc eſt, ad hujus verbi prolationem hoc totum tranſire in corpus.* Wideſordus contrà Wiclephum: b *Senſus verborum eſt, hoc tranſſubſtantiatur in corpus meum; vel, Lo ſacramentaliter & ſubſtantialiter convertitur in corpus meum, vel hoc ſubſtantialiter tranſit in corpus meum.* Et profitetur ſe in hoc ſequi ſententiam cujuſdam Doctoris qui ſcripſit egregiè de ſacramentis Eccleſiæ. Is autem, ni fallor, Waldenſis eſt. Doctor ſubtilis, quod de illo etiam fatetur c Soto, ſic exponit verba *Hoc eſt corpus meum*, quaſi Dominus dixiſſet, d *Hoc eius ſit corpus Chriſti.* Beſſario: e *modus tranſſubſtantialitatis ſatis aptè exprimitur per verbum* eſt. Cornelius a lapide: f *Hæc oratio*, Hoc eſt corpus meum, *primò ſimpliciter practica eſt, ſignificatque, hoc ſit corpus meum. Indèque ſecundò enunciativa eſt, ſignificans hoc in hac conſecrationis eſt corpus meum*, &c, *tertiò eſt converſiva & tranſſubſtantiativa, ſignificatque hæc, puta, hæc panis ſubſtantia ſub his ſpeciebus contenta, convertitur & tranſſubſtantiatur in corpus meum.* Deniquè Perronius Cardinalis, ait, g *in hac propoſitione* Hoc eſt corpus meum, *ſenſum litteralem per vocabulum* Hoc *ſubſtantiam deſignare ſub accidentibus contentam, & dicere, non in pane eſſe corpus ſubſtantialiter, ſed panem ipſum* fieri *ſubſtantialiter corpus.* Iudicent ergò lectores utrum hæc ſententia Adverſarijs per calumniam imputetur, an potiùs plurimorum ſaltèm ex illis eſſe ſinè pudore negetur.

Secunda ſententia eſt Ockam, ût Suares & Soto putant. Soto enim i ait ſecundùm Ockam *eſt* accipi pro *erit*, ut ſenſus verborum ſit, *Hoc erit corpus meum.* At Soto fallitur. Ockam enim tantùm dicit, k ſacerdotem proferentem verba *Hoc eſt corpus meum*, antequàm ad illorum finem perveniat, poſſe formare propoſitionem mentalem hoc pactô: *Hoc corpus quod ſtatim erit ſub iſtis ſpeciebus eſt corpus meum.* At profectò illud *erit*, non eſt expoſitio copulæ, ſed potius exegeticon ſubjecti *eſt*, quod & vidit l Gregorius de Valentiâ: Ideoque Ockam in hac materiâ non facit numerum. At in ejus locum ſuccenturiatus prodibit Thomas de Argentinâ. Hic enim diſertè exponit *eſt* per *erit*. At hanc expoſitionem, *panis erit corpus Chriſti*, l Biel enumerat inter *falſas & impoſſibiles.* Ratio eſt, quià omne futurum aliquando erit præſens. At, inquit, hæc propoſitio *panis eſt corpus Chriſti* nunquàm de præſenti vera eſt: ergò nec de futurô. Rurſus hanc impugnant Gregorius de Valentiâ, & alij plures apud m Salmeronem, hoc argumentô, quod recedat a proprietate verbi *eſt.* Cùm enim unire ſoleat pro tempore præſenti, non poteſt ſinè figurâ enuntiari de futurô: quod tamen dicendum non eſt. Tum etiam, quià hoc pactô *nullum* (inquit ille) *præſidium erit in illâ oratione*, Hoc eſt corpus meum, *ad probandum quod per converſionem hic fiat panis ipſum corpus Chriſti, ſed oportebit id aliundè ſupponere.* Nam dicetur quidem, *panis erit corpus Chriſti*, ſed *quando* ſeu per *quid* non docebitur.

Tertia eſt eorum qui docent *eſt* accipi pro *continet.* n Wideſordus in hæc Apoſtoli verba, *panis quem frangimus eſt communio corporis Chriſti*: *Dico* (inquit) *quod in verbis Apoſtoli ſumitur panis pro ſpecie panis, & eſſe pro continere.* Et paulo ante: *Aliquando ſumitur pro hoc verbo*, continere, *& ſic ſumitur in gloſſâ ordinaria ſuper cap. Ego Berengarius.* Eadem quoque opinio eſt eorum qui volunt accidentia panis deſignari per pronomen, *Hoc.* Senſus enim erit, ut notat o Suares, *Hoc continet corpus meum.* Nec diſtant niſi in formâ loquendi Thomas & Bellarminus illum exponens

a *In 4. diſt. 8. in 2. part. art. 1. q. 1.*
b *Adv. art. 1.*
c *In 4. diſt. 11.*
d *In 4. diſt. 8. q. 2. de art. 3. Concluſ. 13.*
e *De ſacrâ. Euchar.*
f *In 1. Cor. 11.*
g *De ſacra. in ſpec. cap. 17. q. 15.*
h *De Euch. l. 1. cap. 10.*
c *Diſp. 58. ſect. 7.*
f *Diſp. 201. c. 1. n. 8.*
i *In 4. diſt. 11. q. art. 5.*
k *Quodlib. 3. q. 19.*
l *Diſp. 6. q. 6. de forma punct. 2.*
l *Lect. 49.*
m *Tom. 2. tract. 13.*
n *Adverſ. Wicleph. art. 1.*
o *Diſp. 58. ſect. 7.*

nens, cùm ajunt *Hoc eſt corpus meum*, ſic poſſe congrue reddi, *ſub his ſpeciebus eſt corpus meum*. Quid enim, ſi verum dicere apertè velint, aliud deſignat verbum *eſt*, quàm *continetur*? At hanc opinionem refellunt Suares, & quidam alij apud Salmeronem; primò quia corrumpit ſignificationem verbi *eſt*. Neque enim Authores illius poſſunt oſtendere, aut ex ſcripturâ, aut ex communi modo loquendi, *eſt*, ſumi pro *continere*: Secundò, quia cum verbum *continet* ſit de præſenti, antè finem prolationis jam deberet continere, quod eſt falſum, vel ſi pro futuro tempore uniret, jam a propriâ ſuâ ſignificatione quæ præſentis eſt temporis caderet.

Quarta ſententia eſt reliquorum fere omnium affirmantium verbum *eſt* ſubſtantivè ſumi, & realem, propriam ac ſubſtantialem ſubjecti cum prædicato connexionem, hoc eſt, illorum identitatem ſignificare. At opinio hæc aut eadem eſt cum prima, & nos fallunt Adverſarij ſimulato illo varietatis obtentu, aut diſcedant neceſſe eſt a ſententiâ ſuâ de vi & naturâ verborum ſacramentalium. Quamvis enim olim quidam docuerint, verba ſacramentalia non operari ſignificando efficientiam ſuam, ſed tanquàm inſtrumenta divina ex pacto agentia, [p] potuiſſeque Deum facere, ut prolata hac formâ, *Homo eſt aſinus*, ſuper materia panis, ibi inciperet eſſe corpus Chriſti, tamen hodie communiter docent verba ſacramentalia efficere quod ſignificant, & ſignificare quod efficiunt. Recedendum ergo illis eſt ab hac ſententia, aut verbum *eſt* ſumendum pro *fit*, ſicut illud interpretantur primæ opinionis Authores. Nam verbum *eſt*, (ut rectè notat de [q] Capite fontium) *verbum ſubſtantivum eſt, nullam praxim, nullum opus, nullam actionem aut paſſionem, ſed ſolam rei exiſtentiam deſignans.* Nec valere poteſt effugium Bellarmini, quo etiam Becanus & [r] Perronius utuntur, *verba eſſe operatoria etiamſi non ponatur* eſt *pro* fiat, *quiâ cum Deus qui mentiri non poteſt, dicit aliquid eſſe, neceſſe eſt ut illud ſit, & ideò ſi anteà non fuerit, neceſſe eſt ut tunc fiat.* Nam verum quidem eſt neceſſario illud eſſe quod Deus proprie loquendo affirmat eſſe: affirmatio enim illa ipſius exiſtentiam præſupponit; At falſiſſimum eſt Deum unquàm affirmare propriè, rem aliquâ eſſe dum nondum eſt, ſed *fit*. Objiciunt Adverſarij dictum eſſe in hunc ſenſum Lucæ 13. mulier, *dimiſſa es, ἀπολέλυσαι, ab infirmitate tuâ*: & Joh. 4. *filius tuus vivit.* ſed hæc ſunt ἀπὸ σκοποῦ διάνοια. Primò enim exempla non ſunt ſimilia. Nam in neutro horum locorum habetur verbum ſubſtantivum *eſt*, ſed tantùm aliqua vis ejus tacite cõprehenditur in verbis ἀπολέλυσαι, & *vivit*. Afferenda ipſis erant exempla propoſitionum qualis hæc eſt de quâ contendimus: at id impoſſibile illis eſt cum nihil ſimile a quoquàm unquàm dictum ſit practice & operative. Secundò, uterq; locus facilè exponi poteſt per figuram rhetoricam quâ præſens frequentiſſime ponitur pro mox futuro. Denique, & poteſt dici dominum utrobique deſignare illis verbis, non quod tunc flebat cum loqueretur, nec quod mox futurum erat, ſed quod effecerat occultâ virtute ſuâ. Jam enim liberaverat mulierem a *Spiritu infirmitatis*, id eſt, a dæmone malo quo infirmabatur, licet illam nondum ab incurvatione erexiſſet, quod mox tactu fecit. Et itidem Reguli filium a morte liberaverat vi omnipotentiæ ſuæ quod Patri indicat, dicendo, *Vade filius tuus vivit.* Itaque, ut redeamus ad argumentum, quandoquidem dominus ait, *hoc eſt corpus meum*, fatendum ſane eſt, illum de eo quod offerebat vere affirmaſſe, eſſe corpus ſuum. At cum *eſſe* non ſit *fieri*, ſed potius *factum eſſe* & exiſtere, indicatur quidem verbis his ſacramentalibus illud quod dominus tenebat factum fuiſſe corpus ſuum: Verum *non ſignificatur* (*Vt recte a Catharinus notat*) *id per ea verba factum, ſed præſupponi quovis modò factum*, cum nihil ſit in illis verbis quod efficientiam deſignet. Aut igitur verba illa non ſignificant quod efficiunt, & ſic effectiva non ſunt contrâ Adverſariorum ſententiam, aut ſi ſignificant quod efficiunt, videl. converſionem panis in corpus Domini, neceſſariò dicendum eſt verbum ſubſtantivum *eſſe* ſumi pro *fieri*, quod ipſimet confitentur corruptionem eſſe propriæ ſignificationis huius verbi, & tropum (ut Bellarminus Calvino concedit) omnibus gentibus inauditum. Unde tandem concludimus quod initio dicebamus, Authores quartæ ſententiæ, aut ſecum pugnare, aut quoad ſenſum convenire cum Authoribus primæ, licet diſcrepare ſe fingant: ac neque hos neque illos verbum *eſt* ſumere in uſitatâ ſuâ ſignificatione, ſed in corruptâ & alienâ ab omni rectâ & communi loquendi formulâ.

Quinta expoſitio Noſtrorum eſt, dupliciterque exponi poteſt, ſemper tamen in eumdem ſenſum.

Primò ex hypotheſi nonnullorum ex Adverſarijs, qui docent verbum illud *eſt*, quod eſt copula propoſitionum, eſſe tranſcendentale & generaliſſimum, ſicut & *Ens*, ideoque quot ſunt entis ſpecies, tot etiam eſſe eſſendi modos. Sic enim Janſonius in liturgicis: [b] Eſt, *pari paſſu ambulat cum ente, & proinde ſicut invenitur ens ſubſtantiale, accidentale, ſimilitudinarium, ita* eſt *in enuntiationibus intervenit prædicationi ſubſtantiali, accidentali, metaphorica, pro aliâ & aliâ quos copulat habitudine terminorum inter ſe.* Vt igitur ex hac regulâ dignoſci queat verus ac genuinus ſenſus cujuslibet propoſitionis, in quâ vaſtiſ-

p *Major in 4. diſt. 8. q. unica.*

q *De Neceſſar. Correct. Theol. ſcholaſt. l. 1. c. 2. ad fin.*

r *De Euchar. l. 3. cap. 29.*

a *De verbis quibus conſt. tract. 2.*

b *Lib. 4. c. 8.*

habenda ſemper eſt ratio ſubjecti & prædicati. Nam ſi ſubjectum & prædicatum ſubſtantialiter de ſe invicem dici queant, tunc *eſt* deſignabit hoc eſſe illud ſubſtantialiter, ſin autem non ita convenire poſſint, ſed tantum analogice aut ſignificative, tunc tantùm deſignabit hoc illud eſſe analogice aut ſignificative, abſque eo forte quod neceſſe ſit tropum vllum in verbo *eſt* conſtituere. Haſce enim duas eſſendi ſpecies generale illud verbum latitudine ſuâ univoce complecti videri poſſit, ſicut & Scotus exiſtimat. Quæritur jam, uter horum eſſendi modorum ſtatuendus ſit in verbis *hoc eſt corpus meum*. Adverſarij primum volunt, nos ſecundum firmis rationibus nixi quæ plane deſtruunt ſententiam oppoſitam. Primò enim ſuprà probavimus pronomen *hoc* deſignare *hunc panem*. At nec panis de corpore Chriſti nec corpus Chriſti de pane ſubſtantialiter prædicari poteſt. Nam fatentur ipſi Adverſarij ea quæ eſſentialiter differunt, non poſſe affirmari eſſe ſubſtantialiter idem, *c nè per potentiam dei quidem*. Secundo quandò ſacramenta earum rerum quarum ſacramenta ſunt, nominibus appellantur, id fit ratione *ſimilitudinis*, ut *d* Auguſtinus teſtatur. At in hac propoſitione, *hoc eſt corpus meum*, ſacramentum quod manu tenebat Dominus & offerebat diſcipulis appellatur nomine rei cujus ſacramentum eſt, id eſt, nomine corporis: ergò id fit ratione ſimilitudinis, ac proindè *eſt* ibi ſumitur pro *eſſe ſacramentaliter & ſimilitudinarie*, non autem pro *eſſe ſubſtantialiter*. Denique, cùm verbum *eſt* ex hac hypotheſi, ſit locô generis reſpectu horum duorum eſſendi modorum, ſubſtantialis & ſimilitudinarij, ea profectò ſpecies eligenda eſt in verbis *hoc est corpus meum* quæ non tantum materiæ ſubjectæ rectè conveniat, ſed & quæ, aut in ſequentibus, aut in antecedentibus aliquatenùs indicetur, rejicienda verò illa de qua ibi nulla prorſus mẽtio exiſtit. At de *eſſe ſubſtantialiter* nihil prorſus exprimiturin tota inſtitutionis ſacramentariæ Hiſtoriâ: Contra, *eſſe ſignificative* immediatè innuitur poſt verba *hoc eſt corpus meum*, addente dominô, *hoc facite in meam commemorationem*: Ergò eſſe ſignificativè & commemorativè eligendum eſt in illis verbis, & rejiciendum alterum, videlicet ſubſtantiale. Atque hæc eſt prima expoſitio ad hypotheſin illam Adverſariorum relata, facillima & clariſſima.

Secundo, communiter a Noſtris aſſeritur, verbum *eſt* hic tropicè poni pro *ſignificat* ut in multis alijs locis. Notandum tamen eſt per calumniam nobis imponi, quaſi ita argumentaremur: *verbum eſt in multis Scripturæ locis ſumitur pro ſignificat, ergo ita hîc ſumendum eſt.* Nemo enim indicari poteſt, qui tam puerile contexuerit argumentum. Sed duo diſtincta dicimus. Prius: *eſt* frequentiſſimè poni pro *ſignificat*, nec eſſe locutionem inuſitatam, & quæ tanquam nova & peregrina fugillanda ſit. Quod probamus primò confeſſione diſertâ plurimorum ex Adverſarijs. Sic enim Cajetanus: *e quod dicitur in Scripturâ ſacrâ uſurpari quandoq; eſt pro ſignificat, verum dicitur*, &c. *puta, petra erat Chriſtus, ego ſum vitis vera, ego ſum oſtium, & ſimilia.* Naclantus Clugienſis Epiſcopus, unus ex Tridentinis Patribus *f*: *Eſt, tranſlatè idem aliquando quod ſignificat*, &c. *Vt cùm leo, vel agnus, vel vitis dicitur Chriſtus.* Widefordus: *g eſt aliquando ſumitur pro hoc verbo, ſignificare vel figurare, Vt ibi, ſeptem boves ſunt ſeptem anni, & ſic ſumitur interius tropicè.* Alanus: *h nos non negamus multa in ſcripturis figurativè dici & accipi*, &c: atq; inter ea recenſet quod dominus dixerit, *Ego ſum oſtium*, item *vos eſtis ſal terræ, Ioannes eſt Elias.* Ludovicus Caſpenſis: *i Verum, in ſacra ſcriptura eſt accipi aliquando pro ſignificat & repræſentat.* Alphonſus de Caſtrô contrà Oecolampadij expoſitionem agens, in quâ dixerat verbum *eſt* poni pro *ſignificat*, ut alibi ſæpè: *caterum k* inquit, *quod affert plures ſcripturæ ſacræ locos in quibus huiuſmodi tropi deprehenduntur, non inficior. Sæpenumero etenim Scripturæ ſacræ figuris & tropis utuntur.* Secundò, id probamus ex varijs ſcripturæ locis. Exempli gratia, quandò dicitur Geneſ. 41. *Septem boves ſunt ſeptem anni.* Et in ipſâ Sacramentorum materiâ quandò Circunciſio dicitur *fœdus* Geneſ. 17. 10. Agnus *paſcha* Exod. 12. & alibi, petra *Chriſtus* 1. Cor. 10, baptiſmus *lavacrum regenerationis* Tit. 3. 5. & *ſepultura cum Chriſto* Rom. 6. 4. & Col. 2. 12. & tandem calix *novum teſtamentum* Luc. 22. 20. & 1. Cor. 11. 25. In his enim omnibus locis *eſt* ſumitur pro *ſignificat* propter inhabitudinem terminorum inter ſe. Poſterius quod dicimus eſt, verbum illud copulativum eodem modô accipi in verbis *hoc eſt corpus meum*, ac in ſuprà enumeratis propoſitionibus; quod probamus ex eô quod ſignatum utrobique de ſuo ſignô prædicetur, hoc eſt, diſparatum de diſparatô quæ de ſe invicem eſſentialiter dici nequeunt. Sic autem nos procedere, non autem ut nos inſanè faciunt argumentantes *a* Roſſenſis, *b* Alphonſus de Caſtrô, *c* Bellarminus, Richeomus, & plerique alij, teſtantur Oecolampadij verba a Roſſenſi & de Caſtrô allata, ut in iis jure mureris calumniandi libidinem. Ita enim apud eoſmet Oecolampadius *d*: *Tempus eſt ut accedamus ad id in quo ſtatus eſt ſermonis, nempe ut probemus verba cœnæ Dominicæ eodem tropo dicta, quo illa quæ Apoſtolus dixit*, petra autem erat Chriſtus, *hoc eſt, petra ſignificabat Chriſtum, vel erat figura Chriſti: nam in hoc totum diſſidium eſt.* Zwingliùs ſimiliter: *ſcripturæ locos adducemus in quibus negari non poteſt hanc*

vocem

c *Alanus de Euchar. lib. 1. c. 12.*

d *Epiſt. 23.*

e *Opuſcul. tom. 2. tract 2. c. 7.*

f *Tract. 1. de exiſtentia Chriſti in ſacram.*

g *Adverſ. art. 1. Wicleph.*

h *Vbi ſupra*

i *Tract. 32. de Euchar. diſp. 3.*

k *Verbo, Euchariſtia. hæreſ. 4.*

a *Contr. Oecolamp. l. 2. c. 4.*

b *Verbo. Euchar. hæreſ. 4.*

c *De Euchar l. 1. c. 11.*

d *De miſſa lib 6. 20.*

e *Vbi ſuper. cap. 1.*

e *I. de vera & falſa. relig.*

vocem est *omnino pro* significat *esse positam, post evidenter probabimus etiam hoc loco* est *pro* significat *oportere accipi*. Denique Calvinus ipsomet loco a Bellarmino citato: f *dico metonymicum hunc esse sermonem qui usitatus est passim in scripturâ ubi de mysterijs agitur.* Vsitatum autem esse postquam ostendit exemplis supra allatis, eamdem esse rationem omnium g ex prædicatione disparatorum confirmat. Facessat igitur calumnia Adversariorum. Nos autem expendamus jam quid in hac expositione ipsidem non arrideat.

f Instit. l. 4. c. 17 §. 21.

g Ibid. §. 23. ad fin.

Primò ergò Bellarminus, Vasquez, Brugensis, Gamachæus, Ysambertus & ex Consubstantiatoribus, Gerhardus cum multis alijs, simpliciter improbant quod dicimus, verbum *est* aliquandò tropicè sumi pro *significat*. Nam licet pleriquè illorum fateantur *est* quandoquè idem esse cum *significat*, ut in exemplis parabolarum, & in exemplis dictionum, verbi gratiâ, quando dicitur *amare est diligere*; Bellarminus tamen negat id fieri per tropum: *nam*, inquit, *quia in ejusmodi sententijs prædicatur signum de signo, ideo explicatur* est *per* significat; *essentia enim signi est significatio. Itaque etiam in his sententijs* est *significat* esse; *sed quia ipsum* esse *est* significare *in vocibus, ideo* est *explicatur per significat*: in *alijs sententijs, ubi quod prædicatur non est signum formaliter, non potest* est *explicari per significat.* Verum quod ipsemet notat, *essentiam signi esse significationem*, manifestè innuit ejusmodi locutiones esse tropicas. Signum enim non potest esse nisi per tropum res quam significat, cum illius esse, non sit rem illam propriè esse, sed tantum illam significare. Atqui in ejusmodi sententijs signum non prædicatur de signo propriè & accurate loquendo, quemadmodum putat Bellarminus, sed potius res significata de signo. Nam verbi gratiâ, quando dicimus, *amare est diligere*, sensus non est, eò *diligere* esse signum & *amare*. Minimè: id absurdũ foret; sed sensus est *diligere* esse rem per *amare* significatam: *amare* enim ibi est vocabulũ significans de cujus significatione quæritur, *diligere* verò ponitur pro re significatâ, expressâ per id vocabulum cujus significatio notior præsupponitur. Igitur in hac locutione tropus est. Sinè tropo dici quidem potest, *amare & diligere* ejusdem rei signa esse, seu rem eandem æque significare, sed rem eam esse quam utrumque significat, nonnisi per tropum & figurã potest dici. Ysambertus verò aliter philosophatur. fatetur enim quod negat Bellarminus, locutiones illas esse tropicas, sed addit, h *rationem tropi non consistere præcisè in copulâ verbali, qua in istis propositionibus semper retinet suam significationem & conditionem, qua est esse copulam attributi cum subjecto, vel insuper denotare communem tantùm entitatem quæ tamen determinatur per attributum; sed quia communis illa entitas quam importat determinatur ibi ad entitatem signi, cujus essentia est significare, ideo tropus contentus in attributo, facit ut illud sic resolvatur*, est signum, *vel facilitatis gratiâ explicetur per hunc terminum* significat. At ego contrà contendo longe convenientiùs dici, tum in hisce propositionibus parabolarum & dictionum & alijs a nobis suprà adductis, tum in cæteris omnibus ubi disparatum de disparato prædicatur, tropum esse in copulâ quam in attributo. Ratio in promptu est: quoniam licet mutetur grammatica inflexio recti casûs in obliquum in attributo, proprietas tamen ejus & nativa significatio minime mutetur. At contrà mutatur significatio communis & ordinaria copulæ quoniam ei additur vox *signi*, aut *similitudinis*, aut aliquid ejusmodi, & jam æquè valet ac *signum est*, aut *significat*. Quis autem negare possit ibi potius tropum esse, ubi verè mutatio fit significationis, quam ubi non fit?

h Vbi supr. num. 76.

Contrarium tamen suprà citati Authores omnes probare conantur aliquot rationibus, tum generalibus, tum etiam particularibus & verba *hoc est corpus meum*, directè spectantibus, quas operæ pretium est expendere. Prima sic se habet: i *Verbum illud* est *habet simplicissimam & communissimam significationem, ita ut omnia alia verba resolvantur in hoc & aliquid aliud; sic enim resolvimus, homo ambulat, id est, est ambulans, ridet, id est, est ridens &c. Ergò hoc verbum non potest trahi ad significationem alterius verbi, quia tunc posset & deberet resolvi in se & aliud quod nullo modò fieri potest cum sit omnium simplicissimum.* Verùm hanc objectionem solvit Jesuita Adamus Contzen: *Posset quidem responderi*, k inquit, *si propositio* hoc est corpus meum *resolvatur, oportere eum hunc modum resolvi*, hoc est significans corpus meum. *Quod si fiat, jam substantivum verbum est resolvitur in se & aliud. Nam significat esse, & significans esse, ideoque semper includitur in eo aliud in quod resolvi dicitur: nam significare est esse significans seu esse signum.* Secunda est, *hoc verbum est copula omnium propositionum conjungens prædicatum cum subjecto, ergò est in omni propositione necessarium: Ergò nunquam potest dimittere suam significationem, ut induat aliam.* Respondeo, verbum hoc copulare quidem prædicatum cum subjectô in omni propositione in quam ingreditur, verum illa copulare prout ab illis permittitur, quandoque proprie & essentialiter, aliquandò etiam tropicè & similitudinariè: ideoque negatur secundo consequentia, tum quià fatendum est verbum illud in Ironiâ significationem suam dimittere, siquidem induit contrariam, tum quià non sequitur ex præcedenti. Sic enim concludendum erat, Verbum hoc est necessarium in omni propositione seu formaliter, seu æquivalenter

i Bellarm.

k Pac. ad Matth. q. 8.

f Vbi supr. art. 22.

ſtrum, ſed ſolum ſuum, ſolumque ſuum ſtudium, ſolumque ſuum ſtatum, ſolumque ſuum ſtylum, ſolumque ſuum ſtilum, ſolumque ſuum ſtolum, ſolumque ſuum ſtultum, ſolumque ſuum ſtupidum, ſolumque ſuum ſtupidum, ſolumque ſuum ſtupid

ſacræ cœnæ appellatio N. Teſtam. Luce 22. v. 20. 1. Cor. 2. hic calix eſt novum teſtamentum in meo ſanguine. Sed amplius addo, diſputationis æſtum, aut potius immoderatum cauſæ quam tuetur præjudicium, illum præpediviſſe nè videret quod eſt. Nam copula apud Paulum formaliter expreſſa eſt τοῦτο τὸ ποτήριον ἡ καινὴ διαθήκη ἐστὶν ἐν τῷ ἐμῷ αἵματι. Vndè liquet illam pariter in Luca eſſe ſupplendam, ut & illam ſupplerit [u] Dionyſius Alexandrinus, Baſilius, & Ferrandus Diaconus. Quid ergo obſtare poteſt, quominus in ea tropus ſit? Octava ratio eſt Yſambertiin hunc modum: [k] *In propoſitionibus de tertio adjacente (qualis eſt prædicta enuntiatio Chriſti Domini, hoc eſt corpus meum,) verbum eſt vel ſortitur meram conditionem copulæ verbalis, vel ultrà illam ſignificat eſſentiam ſeu entitatem in communi quam prædicatum propoſitionis determinat ad hanc vel illam ſpeciem exempli gratiâ, in hac,* homo eſt animal, *ſignificat ſubiectum habere entitatem animalis, & in hac* homo eſt albus *habere entitatem albedinis, de quo utroque munere verbi ſubſtantivi* ſum, es, eſt, *in propoſitionibus de tertio adjacente Dialectici diſputant ad caput quartum libri primi de interpretatione. Atqui verbum illud* eſt *quovis iſtorum modorum ſumptum in propoſitionibus de tertiò adjacente non poteſt fundare tropum, ſeu tropus non poteſt conſiſtere in eo termino,* eſt. *Major patet, quia iſta duo poſſunt tantum diſtingui munere iſtius verbi in propoſitionibus de tertio adjacente, ut videre eſt apud Dialecticos loco citato. Minor autem probatur de primo munere, &c. Eadem etiam probatur de ſecundo munere, ſic: quando in aliqua propoſitione verbum* eſt *ſignificat communem entitatem quam attributum propoſitionis determinat ad hanc vel illam ſpeciem, tunc ut hæc entitas ſignificata per illud, ſit propria vel figurativa, debet id accipere ab attributo ſua propoſitionis quia per illud determinatur ad ſignificandum talem entitatem. Atqui in enuntiatione Chriſti Domini* hoc eſt corpus meum, *verbum illud ſubſtantivum* eſt *non accipit ab attributo ejuſdem ſua propoſitionis, ſcilicet* corpus meum, *ut ſumatur impropriè & figurate, quia attributũ iſtud ſumitur ibi tantummodò propriè & eum tantum ſignificandi modũ propriè vel figuratè poteſt ei communicare quem habet. Igitur in illâ enuntiatione Chriſti Domini,* hoc eſt corpus meum, *entitas illa communis ſignificata per verbum* eſt, *non eſt impropria & figurata, ſed propria.* Sed hæc facilè ſolvuntur. Nam in propoſitionibus de tertio adjacente generatim ſpectatis, verbum *eſt* non fungitur quidem ſimplicis copulæ vice, ſed ultrà portendit, ſubjectum habere entitatem illius quod de ipſo prodicatur. Verum illæ non ſunt unius generis. Nam in nonnullis ſubjectum & prædicatum reapſe idem ſunt, idemque deſignant, ac modo ſignificandi tantùm differunt, in alijs diſparatum de diſparato enunciatur. Proinde, quamvis in omnibus verbum *eſt* ſignificet ſubjectum habere entitatem ejus quod ipſi attribuitur, non tamen deſignat illud in omnibus eodem modo entitatem illam habere, ſed tantum eo qui licet modo per terminorum inter ſe habitudinem. Prædicatum enim, licet id ſit cujus entitas affirmatur ineſſe ſubjecto in ejuſmodi propoſitionibus, non tamen illud ſimpliciter eſt quod modum ineſſendi determinat, ut male ſupponit Adverſarius; ſed eſt habitudo quæ inter ſubjectum & prædicatum intercedit. Si enim talis ſit, ut termini proprie ſint compoſſibiles, verbum *eſt* ſignificabit ſubjectum propriè habere prædicati entitatem: ſin autem ejuſmodi ſit, ut termini inter ſe proprie incompoſſibiles ſint, tum aut falſa erit affirmatio unius de altero, aut verbum *eſt* neceſſariò ſignificabit entitatem prædicati ſubjecto propter ſignificationem aut ſimilitudinem tribui, hoc, non ſimpliciter & omnimodo, ſed ſecundum quendam modum. Propoſitionem autem *hoc eſt corpus meum,* poſterioris generis eſſe affirmamus cum Auguſtino dicente, [a] *Sacramentum corporis Chriſti ſecundum quendam modum corpus Chriſti eſt.* At verò ſi verbum *eſt* non determinatur ad ſignificandum talem modum eſſendi per attributum quod ibi proprie fingitur, ſed per habitudinem quam ſubjectum & prædicatum inter ſe habere poſſunt, quid prohibet illud in his verbis tropicum eſſe? At inquit Yſambertus, *in eâ tantum parte vel dictione enuntiationis tropus debet conſiſtere, cujus loco in reſolutione & explicatione enuntiationis ponitur alia dictio propria explicans hunc tropum, quia ex reſolutione enuntiationis dijudicandum eſt, vbi, quando & quomodo locutio ſit figurata. At qui quando hæc enuntiatio Chriſti Domini,* hoc eſt corpus meum *ſic reſolvitur juxta Calviniſtas,* hoc eſt ſignum corporis mei, *propria dictio qua ibi ponitur, explicans tropum hæc eſt,* ſignum corporis, *& illâ non ponitur loco copulæ verbalis* eſt, *quia illa remanet in tali propoſitione reſolvente, ſed ponitur loco iſtius particulæ* corpus: *igitur nunc tropus iſtius enuntiationis non conſiſtit propriè in copula verbali,* eſt, *ſed juxta hanc reſolutionem in iſto attributo,* corpus. *At hoc eſt falſum, ut patet ex iſtis verbis Chriſti Domini determinantibus ejus ſignificatum ad verum & reale Chriſti Domini corpus,* quod pro multis tradetur: *igitur talis enuntiatio domini non eſt, loquendo propriè, tropica ſeu figurata.* Sed falſum eſt quod aſſerit in ea reſolutione hujuſce propoſitionis, *hoc eſt ſignum corporis mei,* propriam dictionem tropum explicantem poni loco particulæ *corpus,* non autem locô copulæ *eſt.* Nam quamvis in enuntiationis reſolutione *corpus* ex rectô caſu flectatur in obliquum, tamen in eô tropum proprie non eſſe ex eô patet, quod etiam in obliquô ſic poſitum

[u] *Dionyſ. conſtr Paul. Samoſ. Baſil. in moral. reg. 21. c. 3. Ferra. apud Fulgent. inquiſ. 5.*
[k] *Vbi ſupr. art. 9.*
[a] *Epiſt. 23.*

positum propriâ suam significationem retineat, ut rectè observat Adversarius. Dictio itaque propria tropum explicans, videlicet *est signum*, copulæ locô ponitur; quod & hinc apertè liquet quià & additur vox *signum* seu ratio significandi prædicatum propositionis, perindè ac si diceretur, *hoc significative est corpus meum*. Nam, ut notat rectè Suares, b *idem est*, hoc est, *id est*, hoc significat, *vel* hoc est significans, *seu* hoc est signum. At verò, si hæc resolutio, *hoc est signum corporis mei*, reapse idem est cum illis, *hoc est significans Corpus meum*, vel, *hoc significative est corpus meum*, in qua nulla mutatio accidit prædicato *corpus*, nequidem casus ratione, quis non videt dictionem tropum explicantem directe poni loco *est*, ac proinde tropum in eo vere residere. Nona denique ratio est Gamachæi: c *Si Christus figuratè sumpsit verbũ substantivum, cur nec tunc, nec unquam alias dixerit de agno paschali*, hoc est corpus meum, *siquidem & Agnus Christum designabat?* Respondeo etsi Dominus nusquam de Agno dixerit (quod quidem scripto relatum sit) *hoc est corpus meum*, potuisse tamen & quidem convenientissime id enunciare, perinde ac Augustinus alicubi ait, d *Aries Christus erat*. Quamobrem autem id non dixerit, non est anxie quærendum: nam in re voluntariâ, cur hoc potius quam illud quandoque enuncietur, alia ratio spectanda non est quam indifferentia ac libertates Voluntatis. Quamquam & ratio quædam hujus dari potest, quia videlicet *agnus* non immediatè & primario designabat Christum, sed tantum mediate & secundario. *Transitum* enim Angeli primitùs designabat. At panis Eucharistiæ directè & immediate Christi corpus significat: unde in eo major ratio locutionis hujus usurpandæ. Sed addo, licet id a Domino dictum non fuerit, ab alijs tamen libere dictum fuisse, si Justino Martyri credimus. Narrat enim ex illis expositionibus quas composuerat Esdras de Constitutione paschatis, Judęos hoc scholium abstulisse: e *Et dixit Esdras populo, hoc pascha est salvator noster*, id est *corpus Salvatoris*, ut f Perronius refert & accipit ea verba. Et post Esdram Justinus ipse: *qui in Ægypto servati sunt, cum primogenito Ægyptiorũ perierunt, eos liberavit sanguis paschæ* (id est, agni) *quo postes utrinque & superliminare unctum erat*: g *pascha enim erat Christus posteà immolatus*. Quemadmodum & Germanus Constantinopolitanus de manna dicit: h *in legali mensa erat manna quod est Christus*. At quod dixit Esdras, & Justinus, potuit Dominus ipse dicere si voluisset, ac ex eo quod, aut non dixit, aut non legitur dixisse, non præjudicatur dicere non potuisse.

Secundò ijdem qui suprà nominati insurgunt in exempla locutionum tropicarum & metonymicarum in quibus observabamus verbum *est* poni pro *significat*, & ad illa eludenda varias strophas comminiscuntur, alij negantes ea esse figurata, alij figuram seu tropum constituentes, non in copulâ *est*, sed in prædicatô uniuscujusque propositionis.

Primum erat ex Geneseos 41. 26. ubi dicitur a *septem vaccæ bonæ, septem anni ipsæ*, pronomine copulæ verbalis vicem supplente hoc est, *septem annos venturos significant*. Respondit primo Bellarminus, *sensum non esse quod boves significent annos, sed quod boves in visione ostensi sunt ad significandum annos?* At hæ verborum ambagis nihil prorsus significant, aut illud designant quod dicimus. Nam, *boves in visione ostensi sunt ad significandum annos*, quid aliud est, quàm *boves in visione ostensi significant annos?* De visione enim non dicitur, quod ea sit anni, sed de *bobus*. Si igitur significatio annorum sit, per *boves* fit: ac proinde anni esse dicuntur quià annos significant. Idque adeo clarum est, ut i Vasques, k Tousallus & l Widefordus post Augustinum hoc ipsum nobiscum agnoscant. Widefordi verba recensere sufficiet: *est aliquando sumitur pro hoc verbô* significare *vel* figurare, *ut ibi*, septem boves sunt septem anni, *& sic sumitur interius tropice*. Verum secundo Gerhardus respondet longe aliter: *intelliguntur*, m inquit, *anni non reales sed typici & præfigurati sensu metaphoricô, quia reciprocè dici potest, septem anni fertiles sunt vaccæ pingues*. Anni, inquit, non sunt *reales*, sed *metaphorici*. Quorsum ergo paulo post dicitur expositionis gratiâ, a *ecce septem anni veniunt magna fertilitatis in totâ terrâ Ægypti?* Quorsum rursus ibi additur: b *Et produxit terra ipsa in septem annis illis fertilitatis frumenta in acervos?* Quorsum denique, c *completi sunt septem anni fertilitatis quæ fuit in terrâ Ægypti?* hæccine dicuntur de annis *metaphoricis?* Quo abripit virum Doctum contradicendi libido! Nec eum tantillùm juvat fictitia illa quam proponit reciprocatio. Non enim eodem sensu dici potest, *septem anni fertiles sunt vaccæ pingues*, quô dicitur, *septem vaccæ pingues septem anni sunt*. Posterioris enim hujus propositionis sensus est, *septem vaccæ septem annos significant*: fictitiæ autem illius prioris, *septem anni fertiles sunt respersi vaccas pingues designatæ*. Ergo *illi anni non sunt reales*: quo medio?

Secundum exemplum est circumcisionis de qua Genes. 17. 10. *hoc est fœdus meum inter me & vos, & semen tuum post te, quod servabitis, ut circumcidatur vobis omnis mas*. Quod versu sequenti sic exponitur: *circumcidetis carnem præputij vestri, ut sit signum fœderis inter me & vos*. Et ad Rom. 4. 11. de circumcisione, *sigillum justitiæ fidei*. Ubi adeo perspicuum est circumcisionem dici fœdus, quià esset fœderis signum, seu quia repræsen-

b Disp. 45. sect. 3.

c Ad q. 75. art. 1.

d Serm. 4. ex 40. Sirmondi.

e Dialog. cũ Tryph. circa med. τῶν τὸ πάσχα ὁ σωτὴρ ἡμῶν.

f Repliq. au Roy. de la grande B. edit. 2. p. 777.

g Vbi suprà longè post. ἦν γὰρ τὸ πάσχα ὁ Χριστὸς ὁ δοθεὶς ὕστερον.

h In Contempl. rerum eccles. τὸ τῆς νοερᾶς τροφῆς, οὗπερ ἐστὶ τὸ μάννα ὁ ὢν Χριστός.

i Lib. 1. contra art. 1. Wiclesb.

k In Leviticum q. 47.

l Vbi supr. num. 95.

m Vbi supr.

a Gr. ἑπτὰ βοῦς ἐπτὰ ἔτη ἐστί.

b Vers. 29.

b Vers. 47

c Vers. 53.

Copyright © 2000 Wiley-Liss, Inc.

Where Justices of Peace may hear and determine Offences committed in Counties of Cities, &c. and Counties of Towns, &c. adjoining.

X. And be it enacted, That all Offences committed in any City, Town Corporate, or County of a City, or County of a Town, shall be inquired of, heard, and determined by the Justices of Peace for the City, Town Corporate, or County of a City, or County of a Town, next adjoining to the City, Town Corporate, or County of a City, or County of a Town, in which the Offence was committed, in such Manner as they might have been inquired of, heard, and determined by the Justices of Peace for the City, Town Corporate, or County of a City, or County of a Town, in which the Offence was committed, if the Offence had been committed within the Limits of the City, Town Corporate, or County of a City, or County of a Town, next adjoining to the City, Town Corporate, or County of a City, or County of a Town, in which the Offence was committed.

Where Offences committed in Counties of Cities, &c. and Counties of Towns, &c. may be inquired of, heard, and determined by Justices of Peace for the Counties at large.

XI. And be it enacted, That all Offences committed in any City, Town Corporate, or County of a City, or County of a Town, shall be inquired of, heard, and determined by the Justices of Peace for the County at large, in such Manner as they might have been inquired of, heard, and determined by the Justices of Peace for the City, Town Corporate, or County of a City, or County of a Town, in which the Offence was committed, if the Offence had been committed within the Limits of the County at large.

Where Offences committed in Counties at large may be inquired of, heard, and determined by Justices of Peace for Counties of Cities, &c. and Counties of Towns, &c.

XII. And be it enacted, That all Offences committed in any County at large shall be inquired of, heard, and determined by the Justices of Peace for any City, Town Corporate, or County of a City, or County of a Town, next adjoining to the County at large, in such Manner as they might have been inquired of, heard, and determined by the Justices of Peace for the County at large, if the Offence had been committed within the Limits of the City, Town Corporate, or County of a City, or County of a Town, next adjoining to the County at large.

Where Offences committed in Counties of Cities, &c. and Counties of Towns, &c. may be inquired of, heard, and determined by Justices of Peace for the Counties at large.

XIII. And be it enacted, That all Offences committed in any City, Town Corporate, or County of a City, or County of a Town, shall be inquired of, heard, and determined by the Justices of Peace for the County at large, in such Manner as they might have been inquired of, heard, and determined by the Justices of Peace for the City, Town Corporate, or County of a City, or County of a Town, in which the Offence was committed, if the Offence had been committed within the Limits of the County at large.

Where Offences committed in Counties at large may be inquired of, heard, and determined by Justices of Peace for Counties of Cities, &c. and Counties of Towns, &c.

XIV. And be it enacted, That all Offences committed in any County at large shall be inquired of, heard, and determined by the Justices of Peace for any City, Town Corporate, or County of a City, or County of a Town, next adjoining to the County at large, in such Manner as they might have been inquired of, heard, and determined by the Justices of Peace for the County at large, if the Offence had been committed within the Limits of the City, Town Corporate, or County of a City, or County of a Town, next adjoining to the County at large.

Quomodo Lapides Pretiosi Generentur.

Lapides pretiosi generantur in terra, ut dicit Aristoteles, ex humore lapidificato, ut ex succo lapidificato, ut ex succo lapidificato, ut ex succo

Mathematicis, quæ ex Principiis hujus Libri demonstrantur, ad Naturalium Phænomenorum explicationem accommodare. Nam Naturalia Phænomena, quæ ex Motu corporum oriuntur, Motus illi ex viribus, quæ ad Centra quæque corporum accedunt, ortum habent, quæ deinde Motus in corpora alia, quæ ab his viribus impelluntur, propagantur. Quibus Motibus, Viribus & Actionibus, cum Philosophi hactenus Naturam explicare conati sint, Mathematici Naturæ Phænomena ad Motus illos deducere aggressi sunt. Ego vero Motus non Vires, non Actiones, non Causas & Rationes, sed Motus tantum Corporum, qui ex Viribus, Actionibus & Causis quibuscunque oriuntur, & Vires, Actiones & Causas illas, quæ ad Motum spectant, Mathematice considero. Quæ Motus illi, Vires, Actiones & Causæ

habent: Ergo *bibere de* illâ *petrâ ſpirituali* non eſt *bibere de Chriſto*. Nec juvaret reſpondere, ut facit Gerhardus poſt Hunnium, *id intelligendum hoc diſcrimine, quod Impij in typo duntaxat, Pij verò in typo & fide ſimul biberint*. Nam quid eſt *in typo bibere*, niſi *typum bibere*? Ergo Apoſtolus loquitur de *petrâ* quæ typus eſt, & quidem de illâ ſolâ, quandoquidem unius tantum, non duplicis *petræ* meminit. Quarto, verba ipſa Apoſtoli docent, illa ſinè inverſione eſſe ſumenda. Ait enim; ἡ δὲ πέτρα ἦν ὁ χριστός, utrobique tum in ſubjecto, tum in prædicato propoſitionis præponens articulum. At in ejuſmodi loquendi formulis Adverſarij oſtendere non poſſunt mutandum eſſe ordinem prædicationis. Exempla enim quæ affert Eſtius tanquam ſimilia ex Ioan. 1. 1. θεὸς ἦν ὁ λόγος; & 4. 24. πνεῦμα ὁ θεός; & pſalm. 93. 3. θεὸς κύριος μέγας; & Act. 4. 11. οὗτός ἐστιν ὁ λίθος ὁ ἐξουθενηθεὶς; ut oſtendat conſtructionem eſſe ambiguam & per inverſionem intelligi poſſe, nullomodo ſimilia eſſe, quivis tantillùm Græcè ſciens facilè videat. Deniquè, Adverſarij ipſi id videntur agnoſcere, licet reluctantes. Bellarminus enim & Cornelius a Lapide fatentur, petram illam materialem fuiſſe figuram Chriſti, & aquam inde manantem figuram ſanguinis ejus. Verum, aut hoc pro libitô fingunt, aut ex hoc Apoſtoli loco neceſſario colligunt: nullus enim alius ex ſcripturis proferri poteſt, unde id probari queat. Si autem hinc colligatur, ergò Apoſtoli ſenſus eſt, petram illam materialem fuiſſe *Chriſtum*, id eſt, *Chriſti ſignum*. Nec obſtat quod objiciunt, *petram a Moſe percuſſam fuiſſe ſaxum immobile: de hac autem petrâ dici, quod ſecuta ſit Iſraelitas; aliam proindè eſſe a Petrâ Moſis, Chriſtum videlicet*. Nam jam olim ad hoc argumentum reſpondit [a] Photius, & quidem *eleganter* Salmeronis judiciô, ac *interpretatione expeditiſſimâ*, ut loquitur Juſtinianus, Græcam vocem ἀπολουθούσης vertendam eſſe *obediente*, ut ſenſus ſit, *bibebant de petrâ Iſraelitarum ſitientium deſiderio obſequente per aquarum fuſionem*. Et quamvis ita non foret, reſpondent ex ipſis Adverſarijs ji qui hac in parte nobiſcum ſentiunt, *petram dici comitatam Hebræos* (verba Menochij ſunt) *eo quod aquæ quas petra copioſiſſimè fundebat ad commoditatem populi in rivos diviſa longo ſpatio profluerent, idque doceri pſalmo 77. ubi dicitur, eduxit aquam de petrâ & deduxit tanquam flumina aquas: & pſal. 104. 41. dirupit petram & fluxerunt aquæ, abierunt in ſiccis fluminia*. Nec rurſùm obſtat quod adhuc vrgent, de [b] murmure Iſraelitarum in Cades aquæ inopiâ, & ſecundâ petrâ ibi percuſſâ, *quod non feciſſent ſi aqua prioris petræ inſtar fluviorum illos fuiſſent comitatæ*. Sufficit enim ad interpretationem noſtram ſi dicamus aquas e petrâ fluentes per aliquod intervallum populum eſſe ſecutas, eumque habuiſſe (ut [c] Tertullianus loquitur) *petram aquatilem ſequelam* per aliquod tempus. Id autem colligere eſt tum ex collatione Exod. 17. cum 20. & 21. Numeror. Vbi fit mentio duarum petrarum, & putei effoſſi, tum etiam ex [d] Hieronymo qui prioris petræ percuſſionem refert ad Iſraelitarum manſionem undecimam, poſterioris ad trigeſimam tertiam Caſtrametationem, & putei effoſſionem ad trigeſimam nonam. Nec denique obſtat quod ajunt, *petram in deſertô percuſſam fuiſſe petram materialem, petram verò de quâ Apoſtolus ſpiritualem fuiſſe: hanc igitur non eſſe illam*. Dici enim pariter poſſet, Apoſtolum narrare Judæos *eandem eſcam ſpiritualem manducaviſſe*, ac proinde, cùm manna fuerit eſca materialis, manna non eſſe eſcam illam quam eos Apoſtolus manducaſſe intelligit: quod tamen neſcio an quis ſanus effutierit. Verum jam olim reſpondit Auguſtinus & manna & petram dici *potum cibumque ſpiritualem*, [e] *propter intelligibilem utriuſque ſignificationem*; Sic enim & apud B. [f] Joannem Babylon dicitur eſſe, *ſpiritualiter Sodoma & Ægyptus*: Et rurſus Haymo, aut potius Remigius Antiſſiodorenſis, & poſt illum plures alij, quià *manna non parabatur mundanâ lege & conſuetudine, ſed virtute Dei, & aqua ſimiliter non conſuetudine mundanâ, ſed virtute ſpirituali omnipotentis Dei profluxit ex petrâ*. Hæc defenſio noſtra eſt ad primam Adverſariorum ſuper hoc loco reſponſionem. Secundo autem reſpondent *hoc exemplum non quadrare cum verbis*, hoc eſt corpus meum, [g] *tum quia in illô diſparatum de diſparatô prædicetur, non vero in his*, [h] *tum quia ibi dicatur*, petra erat Chriſtus, *hic autem non dicat Dominus*, panis eſt corpus meum, *ſed* hoc eſt corpus meum, *per pronomen demonſtrativum*. Sed hæc facile refutantur. Supra enim demonſtravimus in his quoque verbis diſparatum affirmari de diſparato, idemque omnino eſſe ac ſi dixiſſet Dominus, *panis eſt corpus meum*, pronomine, ut vulgo ſolet, vice nominis poſito. Denique, ad hoc exemplum, ſicut & ad tria præcedentia, generatim reſpondent Maldonatus, Lucas Brugenſis, Bellarminus, Becanus, Vaſques, Eſtius, Juſtinianus, Gamachæus, Yſambertus, *ſi qua in illis figura ſit, eam eſſe in attributo, non in copulâ: ut ſeptem anni ſumantur pro ſigno ſeptem annorum, pactum pro ſigno pacti, tranſitum pro ſigno tranſitus, Chriſtus pro ſigno Chriſti; imperitiſſimoſque eſſe eos omnes* (verba Maldonati ſunt) *qui dicant, tropum hærere in verbo, eſt*. Sic vir bilioſus non veretur traducere, ſeu Veteres, ſeu tot ex ſuis doctiſſimos viros copulam *eſt* nobiſcum per *ſignificat* exponentes, tropumque proinde in eâ conſtituentes. Ego tamen contrà contendo, licet alioqui peritos non negave-

[a] *Apud Oecumen. in hunc locum.*

[b] *Numer. 20. & 21.*

[c] *De patientia cap. 5.*

[d] *Ad Fabiol. de 42. manſionibus.*

[e] *In Ioan. tract. 26. & 45.*

[f] *Apoc. 11. 8*

[g] *A Lapide in 1. Cor. 10. n. 22. Bellarm.*

[h] *Coſter. in Enchirid. ad object. 7. Ianſen. concord. c. 131.*

[illegible] [illegible] [illegible] [

hic eſt calix. Deinde ſic legendum eſſe, *hic calix eſt novum teſtamentum*, ſeu, *hic calix novum teſtamentum eſt*, ita ut *calix* pertineat ad ſubjectum propoſitionis, manifeſte liquet ex Paulô qui propoſitionem hanc ſic effert. Cùm enim eadem utrobique propoſitio ſit, dubium eſſe non poteſt quin eodem modo ſit conſtruenda. Lucas Brugenſis, *his favet Apoſtolus*, inquit. Sic quoque diſerte legunt hunc B. Lucæ locum, *k* Dionyſius Alexandrinus, *l* Baſilius Cæſarienſis, *m* Ferrandus Diaconus, & Fulgentius. Et ex ipſis Adverſarijs Thomas, qui ait, *eadē verba eſſe Pauli & Lucæ ejus Diſcipuli*: ſimiliter, *n* Salmero, *o* Bellarminus *p* Becanus, *q* de Valentia, *r* Vaſques & Ianſenius qui vulgatæ verſionis conſtructionem ſuprà allatam etiam auſus eſt improbare: *verbum, eſt* [f] inquit, *quod in Græcis non eſt, ſed ſubaudiendum reliquitur, non commodo latio loco poſitum eſt. Dicendum enim potius fuerat, hic calix eſt Novum Teſtamentum.* Quod & poſt ipſum notat Janſenius alter, [ſ] Yprenſis. Secundò reſpondent [t] Maldonatus, [x] Juſtinianus & [y] Gregorius de Valentiâ negando Dominum hæc verba dixiſſe, quæ a Lucâ & Paulo commemorantu, ſed vel illa quæ referunt Matthæus & Marcus, vel potius ea quibus Eccleſia Romana ex traditione utitur; *hic eſt calix ſanguinis mei, novi & æterni teſtamenti, myſterium fidei &c.* Sed horum hominum ſtupenda audacia eſt. Quî enim dicere poſſunt, vtrum his an illis verbis Dominus uſus fuerit? Stapletonus certe contrà: *Vtrumque*, [z] inquit, ſcil. tam quod referunt Lucas & Paulus quàm quod Matthæus & Marcus, *Chriſtum dixiſſe, dubitari non debet, & hanc formam verborum* (Lucæ & Pauli) *poſterius dixiſſe veriſimile eſt, quia priorum quamdam ampliationem continet.* Addo egò, quicquid de hac re ſit, Lucam & Paulum dicendo, *hic calix*, τοῦτο τὸ ποτήριον, ſaltem nobis explicare quid vellet pronomen τοῦτο apud Matthæum & Marcum ſolitarie in ſubjecto propoſitionis poſitum, ſcil. *hic calix*.

Tertiò reſpondent Maldonatus, Janſenius, Lucas Brugenſis, Vaſques, Becanus, Juſtinianus, [a] Yſambertus, *nullam eſſe figuram in vocabulo* calix, *quia Dominus perrexit Diſcipulis verum, realem & proprie dictum Calicem, & quandò ibi vititur iſto nomine* Calix *ſemper addit illam particulam* in ſanguine meo, *ut videre eſt apud S. Lucam 22. & apud Apoſtolum* 1. Cor. 11. *quâ quidem particulâ denotat iſtum calicem eſſe proprij ſui ſanguinis; unde ut ſcyphus materialis continens vinum proprie dictum, non dicitur figuratâ locutione ſcyphus vini, ſed propriè, ita etiam dum Chriſtus Dominus loquens de ſuo calice, vocat calicem non ſimpliciter, ſed in* ſanguine meo, *non loquitur figurate, ſed propriſſime.* Verum improbatur hæc reſponſio a [b] Thomâ, Anſelmo, ſeu potius Hemæo, [c] Biele, [d] Carthuſiano, [e] Baſſolis, [f] Maldonato alias ipſo, [g] Tappero, [h] Guilliando, [i] Salmerone, [k] Catharino, Eſtio, [l] Toleto, [m] Coſtero, [n] Gardinero, Bellarmino, [o] de Valentiâ, [p] Suares, [q] a Lapide, [r] Coninck, [ſ] Gamachæo, [t] Scayno, qui unanimiter affirmant in vocabulo, *Calix*, eſſe tropum continentis pro contento: quod ſanè veriſſimum eſt. Nam Dominus jubet, ut rectè obſervant, hunc calicem bibi, *quotieſcunque biberitis*, inquit apud Paulum. At *Calix* non *bibitur*, ſed contentum in calice. Calix ergò ibi ſupponit pro contento in calice. Sed & ego amplius addo, Dominum non dicere, *hic eſt Calix ſanguinis mei*, quemadmodum vulgò dicitur, hic eſt ſcyphus vini aut aquæ, ſed, *hic calix Novum Teſtamentum eſt in ſanguine meo*; quod longè aliud eſt. Nam *calix* in hac propoſitione non eſt attributum, ſed ſubjectum, nec verba *in ſanguine meo*, illi apponuntur, ſed verbis *Novum Teſtamentum*, nec ſupponit pro calice ſanguinis ſed pro *calice fructus vitis*, id eſt, pro verò vinô: perinde ac ſi Dominus dixiſſet, *Hoc vinum actione gratiarum ſanctificatum quod vos bibere jubeo, ſignificat Novum illud teſtamentum in ſanguine meo* (hoc eſt, per ſanguinem meum) *qui jam fundendus eſt confirmatum & ſtabilitum.*

Quartò pars maxima (niſi fortè tota) eorū, qui calicem pro contentô in calice poni volunt, contentum illud de ſanguine Domini intelligunt. Verùm, ipſa argumenta quibus ſuprà capitibus octavô & nonô oſtendimus pronomen *hoc* in verbis *hoc eſt corpus meum* pro pane ſupponere, non autem pro corpore Chriſti, ſimiliter quoque evincunt in verbis calicis, ſeu *hoc* ſeu *hic calix*, non pro ſanguine Domini, ſed pro vino ſupponere. Quamquam non adeò opus eſt ut hanc interpretationem impugnemus, cùm ex ipſis Adverſarijs ij qui calicem hic propriè ſumi volunt, illam tanquam ridiculam explodant ac exſibilent, quaſi par pari referentes. Sic enim Ianſenius: *dictionem*, calix, *non poſſe hic accipi pro ſanguine contentô in calice, patet ex eô quod additur*, in ſanguine meô, *quæ verba erunt ineptè adjuncta. Non enim concinna fuerit oratio, ſi dixeris, hic ſanguis eſt novum teſtamentum in meô ſanguine.* Maldonatus acriùs in comparativô gradu: *quid ineptius dici potuit?* Becanus in ſuperlativo; [a] *hoc eſt abſurdiſſimum.* Bellarminus tamen inſtar Struthiocameli quidvis concoquere valens, ait, [b] *non eſſe abſurdam locutionem*, hic calix teſtamentum eſt in meo ſanguine *etiam ſi illud* hic calix, *ſignificet*, ſanguis in calice contentus. *Nā ſanguis accipitur diverſo modô in his duobus locis. Cum enim dicitur*, hic calix, *ſumitur ſanguis in eo contentus ut eſt ſub ſpeciebus vini, & eſt ſacramentum, ac proinde teſtamentum: cum autem dicitur*, in ſanguine meo, *ſumitur pro ipſo ſangui-*

ne

[E] *Contr. Paul. Samoſat. ſer. 1 moral. reg. 21. c. 3.*
[m] *Apud. Fulgent. inquiſ. 5.*
[n] *tom. 9. tract. 20.*
[o] *de. Euchar. l. 1. c. 11. ad 8. arg.*
[p] *Vbi ſupr. c. 17. q. 5. concluſ. 6.*
[q] *Diſp. 6. q. 3. de præſent. object. 2.*
[r] *Diſp. 179. n. 91.*
[ſ] *Conc. c. 131.*
[t] *in Luc. 22.*
[u] *In Matth. 26.*
[x] *In 1. Cor. 11.*
[y] *De ſacrif. Miſſ. l. 1. c. 3.*
[z] *Anſelm. in Luc. 22.*

[a] *Ad q. 75. diſp. 1. art. 13. cujus verba ſunt.*

[b] *In 1. Cor. 11.*

[c] *Lect. 52.*
[d] *In Luc. 22.*
[e] *In 4. diſt. 8. q. 2.*
[f] *Diſp. tom. 1. p. 220.*
[g] *Ad artic. 14.*
[h] *In 1. Cor. 11.*
[i] *Tom. 9. tr. 15.*
[k] *In 1. Cor. 11.*
[l] *Inſtruct. l. 2. cap. 26.*
[m] *De Euch. cap. 8.*
[n] *Ad object. 20.*
[o] *De Chriſti præſent. lib. 1. cap. 9.*
[p] *Diſp. 46. ſect. 3. & 60. ſect. 2.*
[q] *In 1. Cor. 11.*
[r] *Ad q. 75. articulo 1. c. 38.*
[ſ] *Ibid. c. 2.*
[t] *In 1. Cor. 11.*

[a] *De ſacramen. in ſpec. 17. 9. 5. Concluſ. 6.*
[b] *De Euchar. l. 1. c. 11. § ad quartam*

ve viſibiliter in cruce effuſo: & hic eſt ſenſus: hic calix, id eſt, res contenta in hoc calice ſub ſpeciebus vini eſt novum teſtamentum dedicatum & ſancitum in ſanguine meo. Sed mira eſt hujus Cardinalis incogitantia. Primò enim ſibi ipſe contradicit. Hic enim vult in illis Lucæ & Pauli verbis vocabulum, *calix* deſignare ſanguinem in poculô ſub vini ſpeciebus inviſibiliter delitescentem, ſequentia *in ſanguine meô qui pro vobis effunditur*, deſignaret ſanguinem viſibiliter in cruce effuſum, ac proindè nihil eſſe abſurdi cum ſanguis diverſo modo ſumatur. At alibi eadem verba, *ſanguis meus qui effunditur*, cum alijs exponit, [c] de ſanguine *ut eſt in Euchariſtiâ, non autem ut fuit poſteà in cruce*: ut ſenſus ſit: hic eſt ſanguis meus qui pro vobis effunditur, *id eſt qui libatur & offertur Deo in ſacrificium.* At ſanguis in Euchariſtiâ effuſus non eſt ſanguis viſibiliter effuſus ergo ſanguis in illis verbis non diverſo modo accipitur, ſicque remanet abſurditas. Secundò, res contenta in calice eſt novum teſtamentum dedicatum & ſancitum per ſanguinem Chriſti. Igitur, inquam, res illa in calice contenta, quæ q; *Novum Teſtamentum* eſt, non idem eſt cum ſanguine per quem ſancitur & confirmatur: *quis enim non perſpicit*, inquit [d] Roſſenſis, *diverſa eſſe oportere duo hæc, numerum, id quo quicquam ceu quodam inſtrumento confirmatur, & illud quod ita confirmatur?* Tertio ait idem Roſſenſis, & rectè: [e] *Non dixit apud Lucam Chriſtus*, hic ſanguis meus eſt teſtamentum novum, *ſed*, hoc poculum teſtamentum novum in ſanguine meô, *ſeu*, per meum ſanguinem, *ut alius traduxit. Non eſt ergo ſanguis Teſtamentum Novum, & multo minus calix aut poculum ita dici meretur. Quis enim ita inſaniat, ut Moſeos poculum aut cratetam quam ipſe plenam ſanguine manu tenuit, vetus fuiſſe Teſtamentum opinetur?* Denique dominus, poſtquam dixiſſet, *hic calix eſt Novum Teſtamentum*, addit, *in meo ſanguine.* Ubi, quemadmodum ipſe Bellarminus loquens de verbis, *hoc eſt corpus meum*, ait: [f] *Dominus addidit* meum, *ut diſtingueret corpus ſuum a corporibus non ſuis*; ſic & ego dico, Dominum dixiſſe *in ſanguine meo*, ut diſtingueret ſanguinem ſuum a ſanguine non ſuo. Atqui evidenter diſtinguit illum a contento in calice, ut patet, tum ex variâ conſtructione & diſtinctione caſus, tum ex eo quod ſi ſanguis ejus per calicem fuiſſet deſignatus, non debuiſſet dicere, *hic ſanguis eſt novum teſtamentum in ſanguine meo qui pro vobis effunditur*, ſed, *hic ſanguis meus eſt Novum Teſtamentum per ſeipſum quatenus effunditur.* Nemo enim ſanus loqueretur, prout illum loqui fingit. At ſi *calix*, neque pro *ſeipſo*, neque pro *ſanguine* in hac propoſitione ſupponit, ſupereſt, ut de vino in ipſo contento eum dicamus eſſe poſitum.

Quintò, expedire ſe conantur ab argumento ducto ex hac attributione calici facta *novum teſtamentum eſt.* Sed & hic in partes abeunt. Nonnulli enim, tum eorum qui calicem, non pro ſanguine, ſed pro ſeipſo ſupponere docentur Maldonatus, Lucas Brugenſis, & Becanus tum illorum qui contrà volunt calicem pro ſanguine, non pro ſeipſo ſupponere, ut Bellarminus, Suarez, & nonnulli alij, tum denique eorum qui ajunt, vocabulum *Calix* rectè intelligi poſſe, tam de ſeipſo, quam de ſanguine in ipſo contento, ut Yſambertus; cum negant metonymice *novum teſtamentum* dici, & propriè dici affirmant, inde etiam *propriſſime*, ut quidem Suarez loquitur. Quorum tamen alterutrum ſaltem (ut hoc impræſentiarum dicam) falſum eſſe neceſſe eſt. Nam ſi, tàm *calix* per ſe, ut illi volunt, quam contentum in calice, hoc eſt, *ſanguis* ut alij docent, ſunt proprie *novum teſtamentum*, ſequitur calicem & contentum in calice, videlicet, ex horum ſententiâ, *ſanguinem*, idem propriè eſſe: quæ enim eadem ſunt in uno tertio eadem inter ſe ſunt: falliſſimum tamen eſt, calicem & ſanguinem idem propriè eſſe, cùm diſparata ſint: falſam ergo eſſe neceſſe eſt horum aut illorum ſententiam. Ratio autem communis omnium propter quam calicem quolibet ſenſu ſumatur, negant *teſtamentum* tropice dici, ea eſt, quod *fœdus* (ſic enim plurimi teſtamentum hic accipiunt) *ſignificat, & res de quibus ſancitur fœdus*, ſive, ut Yſambertus convenientius exprimit *pactionem, & ſymbolum quo ſancitur*; Similiter *teſtamentum, & voluntatem teſtatoris, & authenticum inſtrumentum quo illa continetur: utrumq; proprie.* At primo, licet vox διαθήκη quâ ſcriptura hic utitur, ſignificet, & *fœdus & teſtamentum*, teſtamentique acceptio ratione Chriſti ſacramentum hoc inſtituentis pene ſub mortis articulum, non malè congruat, tamen multo convenientius eſt, eam de fœdere & pacto interpretari, ſeu de *nova lege*, ut Roſſenſis loquitur, cujus Chriſtus mediator eſt. Id patet ex epitheto quod illi jungitur, teſtamentum *novum.* Opponitur enim fœdus hoc novum ſpiritualia & æterna bona nobis in Chriſto promittens ſub conditione fidei, antiquo & legali fœderi temporalia bona veteri populo pollicenti. Quod & rectè notavit Fulgentius in reſponſione ad quintam Ferrandi quæſtionem. Secundo, plurimi etiam ex ipſis Adverſarijs vi veritatis adacti, non modò fatentur, ſed & nobiſcum contendunt, *hanc locutionem* hic calix Novum Teſtamentum eſt, *non poſſe accipi in proprió ſenſu ſive calix accipiatur pro vaſculô potorio ſive Synedochicè pro ſanguine in poculo contento, ſed tantummodo improprie, figurate & per metonymiam.* Ita [g] Maldonatus ipſemet alias, [g] Salmero, [h] de Valentia, [i] Roſſenſis, [k] Canus, [l] Janſenius, [m] Juſtinianus [n] Tena, & Roſſenſis

[c] *Vbi ſupr. c. 10. in explicat. voca. Corpus.*

[d] *contr. Captivit. Babyl. Lutheri. c. 5. n. 7.*

[e] *Ibid. n. 8.*

[f] *lib. 1. cap. 10. in. expli. vocab. Corpus.*

[f] *Diſp. tom. 1. p. 220*

[g] *Tom. 9. tr. 15.*

[h] *De præſentia Chriſti. l. 1. c. 9.*

[i] *Vbi. ſupr. n. 8.*

[k] *Locor. 2. c. 12. ad 2. arg.*

[l] *Concord. c. 131.*

[m] *In 1. Cor. 11.*

[n] *In 8. ad Hebr. diſſic. 6. ſect. 7.*

Roſſenſis quidem; *palam eſt*, inquit, & *res dilucida eſt*: Canus, *omnino liquet*: Ianſenius *certum eſt*; de Valentiâ, *oportet*. Nec modo id ajunt, ſed etiã probant & confirmant aliquot rationibus quas adoptabimus & illuſtrabimus. Nam fœdus novum, ut Eſtius rectè obſervat, *eſt ea promiſſio quâ Deus ſpiritualia bona, id eſt, fidem, ſpem, Charitatem, veniam peccatorum, legis obedientiam, perſeverantiam, & vitam æternam electis ſuis ſe daturum promiſit.* Teſtamentum ſimiliter, *eſt*, inquit [a] Modeſtinus *voluntatis noſtræ juſta ſententia de eô quod quis poſt mortem ſuam fieri velit*: aut ut illud definit [b] Ulpianus, *eſt mentis noſtræ juſta conteſtatio in id ſolemniter facta ut poſt mortem noſtram valeat.* At hoc ſenſu, nec calix, nec ſanguis (ſuppoſitô quod ſit calicis contentum) nec *fœdus* nec *Teſtamentum* proprie eſſe dici poſſunt: neque enim aut promiſſio, aut teſtatio voluntatis ſunt. Deindè, inquit Janſenius, *nemo dixerit propriâ locutione vaſculum illud poterium fuiſſe Teſtamentum novum, cùm incertum ſit an adhuc extet illud poculum, at novum Teſtamentum æternum eſſe omnes teſtantur ſcriptura. Sed nec Calix in ſanguine contentus poteſt propriâ locutione dici Teſtamentum novum, quia tunc tantùm eſt novum Teſtamentum & non multa. At Paulus in Epiſtolâ ad Hebræos docet ex Ieremiâ legem Evangelicam eſſe novum teſtamentum: non eſt ergò ſanguis Chriſti propriè novum Teſtamentum. Denique, apud Matthæum & Marcum ſanguis* (ſic tum inter eos convenit) *dicitur eſſe Novi Teſtamenti ſanguis; non eſt ergò novum Teſtamentum non magis quam ſanguis vitulinus fuit vetus Teſtamentum.* Sed & rurſùm *fœdus* accipiendo pro fœderis ſignô, & *Teſtamentum* pro inſtrumentô authenticô voluntatẽ teſtatoris continente, & datô, non conceſſô, tùm ſignum fœderis, tum inſtrumentum authenticum, propriè *fœdus* & *Teſtamentum* appellari, nec calix eô ſenſu propriè *fœdus*, nec *ſanguis* ex hypotheſi in eô contentus propriè *Teſtamentum* dici poſſet. Nam *Calix* per ſe non eſt *ſymbolum fœderis*. Id habet ex eô quod bibitur, hoc eſt, ratione contenti. Sanguis quoque Dominicus hac ratione *Teſtamentum* non eſt: hoc etenim ſenſu nullum aliud eſt Teſtamentum quàm Euangelium. Quod & poſt Salmeronem, Roſſenſem & Ianſenium obſervat quoque Vaſques: *quamvis ſcriptura*, [c] inquit, *in quâ continetur voluntas teſtatoris, & hac ratione vocatur inſtrumentum, propriè & ſine metaphorâ diceretur Teſtamentum*, &c. *nihilominùs Sacramenta non dicerentur novum Teſtamentum hoc ſenſu; quia licet ſint inſtrumenta ad habendam gratiam, quæ eſt hæreditas novi Teſtamenti, tamen non ſunt inſtrumenta ſicut Scriptura, nempe quæ ſint ſigna voluntatis teſtatoris, & in quibus ea expreſſa ſit; alioqui ſi in lege veteri fuiſſent Sacramenta quæ gratiam conferrent, ut aliqui putant, illa etiam dici poſſent Teſtamentum novum.* Sed addò, falſò ſupponi, tum ſymbolum pacto confirmando ſuperadditum, tum inſtrumentum continens teſtatoris voluntatem, propriè pactum & Teſtamentum eſſe. Nam ſignum pacti non magis propriè pactum eſt, quàm ſignum propriè res ſignata. Nec inſtrumentum authenticum continens voluntatem teſtatoris, magis propriè voluntas illa eſt, quàm verba ſunt propriè res, & conceptus noſtri: *reverâ*, inquit [d] Vaſques, *ſolum eſt ſignum; ſi quidem Teſtamentum eſt voluntas ejus qui poſt mortem ſuam alys relinquit hæreditatem, ſcriptura autem non eſt voluntas, ſed ſignum illius.* Ianſenius tamen poſt tot ſuprà memorata rectè ac prudenter dicta, quaſi a ſemet diſcedens: *falſum tamen eſt*, inquit, *aut verbum* eſt *hoc accipi pro ſignificat; aut* novum Teſtamentum *profigurâ novi Teſtamenti. Nequè enim ſenſus eſt, calix ſignificat novum Teſtamentum, aut eſt figura novi Teſtamenti, ſed quod clarius ſignificatur apud Matthæum & Marcum, nempè, quod calix confirmet & ratificet Novum Teſtamentum per ſanguinem qui in eo continetur.* Sed ceſpitat in planâ viâ. Nam id quod propriè confirmat *Novum Teſtamentum*, eſt ſanguis per mortem effuſus, non autem neſcio quis ſanguis fictitus in calici nullomodò fuſus: calix autem, etſi demus eum dici *teſtamentum* quoniam illud confirmet, illud tamen nequit confirmare niſi ut ſignum teſtificans, ac proinde id ipſum dici niſi ſignificativè, teſtificativè, & figurative. Sic enim & interpretes in hunc ipſum locum. Sedulius: *calix Teſtamenti vocatur, quia teſtatus eſt poſt paulum paſſionem futuram, & nunc teſtificatur factum.* Haymo: *calix quem vobis trado novum Teſtamentum ſignificat, ut Fulgentius dicit.* Thomas: *Dominus dicit*, hic Calix novum Teſtamentum eſt in meo ſanguine, *quaſi diceret, per id quod in hoc calice continetur commemoratur novum Teſtamentum ſanguine Chriſti confirmatum.* Stella: *in ejus* (Teſtamenti) *ſignum & teſtationem.* Salmero: *Teſtamentum dicitur novum cùm ſit ejus ſymbolum & confirmatio.* Brugenſis: *eſt ſignum ſeu ſignaculum novi Teſtamenti.* Imò ipſe Ianſenius ſui immemor paulò poſt addit: *Eſt autem, quod minùs miremur modum illum loquendi qui eſt apud Lucam & Paulum, non diſſimilis modus loquendi in ſcripturis, cùm Geneſ. 17 circumciſio dicitur fœdus & pactum inter Deum & Abraham, ſemenque ipſius.* Verè ſanè. Quâ vero ratione circumciſio dicitur *fœdus? quia* inquit ibidem, *repræſentabat & confirmabat illud fœdus.* Ergò, inquam, *Calix*, extemet, dicitur novum Teſtamentum, quià illud repræſentat. Quid clarius? At verò ſi calix tum pro vaſe ipſô ſumptus, tum pro ſanguine in ipſo ex ſupoſitione contento, *novum Teſtamentum* nonniſi tropicè & figuratè dicitur, idque *neceſſariò fatendum eſt*, ait Janſenius

[a] *L. 1 §. qui Teſtamẽt. facere poſſunt*

[b] *In. Frag. tit. 20.*

[c] *Diſp. 199. c. 4. n. 40.*

[d] *vbi ſupra*

[o] *In 1. Cor. 11.*

1707. Dissenting Schools.

Dissenting Schools.

Dissenting Schools.

...ment of the pendulum, and the wheels will be retarded by the...
...ment of the pendulum, and the wheels will be retarded by the...
...ment of the pendulum, and the wheels will be retarded by the...

[illegible] Adams Argalus, [illegible] Adams Argalus, [illegible] Adams Argalus, [

Bank of Ireland, Dublin, 1 Jan. 1825.

I promise to pay to Bearer on Demand Twenty Pounds.

For the Governor and Company of the Bank of Ireland.

Cashier.

Countersigned

Entered

Bank of Ireland, Dublin, 1 Jan. 1825.

I promise to pay to Bearer on Demand Twenty Pounds.

For the Governor and Company of the Bank of Ireland.

Cashier.

Countersigned

Entered

Capitis primi Capitis primi Capitis primi

non significat. Alioqui, cum ad consecrationem aquarum baptismalium illæ *benedicantur*, ut Basilius *i* observat, Christi sanguis illis localiter uniretur; quod tamen falsum esse, apud omnes in confesso est. Secundum nostrum argumentum tale est: Quandò signum dicitur res signata, aut, res signata affirmatur de signo suo, enuntiationem illam non propriam, sed figuratam esse necesse est. At in verbis, *hoc est corpus meum*, signum dicitur esse res signata, aut res signata affirmatur de signo suo: Ergò &c. Major per se patet. Nam signum & res signata sunt relatum & correlatum: Repugnat autem relatum esse correlatum. Adversarij quoque id agnoscunt. Becanus: *a signum non proprie dici potest res signata.* Minor similiter constat. Nam supra ostendimus corpus Christi, quod res signata est in illis verbis de pane signo suo prædicari. Gerhardum quoquè suprà id confitentem audivimus. Ex Pontificijs pariter Salmero ait *b in cœnâ panis est qui dicitur corpus Christi per benedictionem.* Rursùs paulò antè: *liquidum est Christum in cœnâ suâ de pane potius quàm de corpore suo aliquid affirmasse*, &c. *Primum accepit in manus panem, sic quod postea benedixit fregit, locutus est, ita est interpretandum, ut potius de pane aliquid fiat, quàm de Christi corpore, de quo adhuc ibi nulla mentio.* Deindè, id etiam probatur. Nam *corpus Christi*, quod est signatum in istâ propositione significativâ, prædicatur de subjecto, *hoc*. Hoc autem designat, aut signatum, aut signum. Non signatum, quia esset significatum sinè significante, cùm in illis verbis nihil sit quod signum possit designare præter subjectum illud *hoc*. Ergò signum. Denique, verba sacramentalia secundum Adversarios significant quod efficiunt. Cum ergò efficiant ut accidentia panis signa sint corporis Christi, illud significare debent. At quomodò id significabunt, nisi *hoc* intelligatur quadantenùs saltem, de accidentibus panis, & verbum *est* accipiatur pro significat vel *corpus* pro corporis signo? Eo autem pacto propositio erit figurate intelligenda, sicut docemus: quamquàm non de accidentibus, sed de pane complexe sumpto corpus Christi affirmari maiori ratione tueamur. Posterior hæc ratio paulò latiùs explicatur in hunc modum; Eucharistia est sacramentum, id est, sacrum signum: *signa* enim, ut notat *c* Augustinus, *cum ad ad res sacras pertinent sacramenta nominantur.* Signum autem sacrum secundum nos est panis & vinum: juxtà Adversarios verò accidentia panis & vini. At, cum sacramenta non sint signa naturalia sed voluntaria & data, necessarium omninò est, seu panem & vinum, seu accidentia panis & vini in hoc esse constitui per consecrationem quandam. Quæ nam igitur illa est? Adversarij ex hypothesi suâ nullam aliam statuere possunt quam per verba illa quæ vocant sacramentalia, *hoc est corpus meum, hic est sanguis meus.* Ergò, inquam, hoc respectu sensus eorum verborum est, *hæc accidentia panis, signa sacra sunt corporis mei*, &, *hæc accidentia vini signa sacra sunt sanguinis mei.* At hoc pacto, vel verbum *est* sumitur pro significat, vel *corpus* pro signo corporis. Verum nolunt illi pronomina ubique accidentia designare, quandoquidem de illis corpus & sanguis Christi prædicantur: nec ulla probabilitate dici potest simplex verbũ substantivum *est* ibi dupliciter sumi, propriè & figuratè; aut corpus & sanguis pro signis corporis & sanguinis in obliquo, & rursum alio respectu pro corpore & sanguine in recto accipi. Dicendum itaque est, pronomina poni pro pane & vino, & verbum *est* simpliciter pro *significat*; aut corpus & sanguinem complexe pro signis corporis & sanguinis (prout præcedenti capite a nobis expositum est) supponere.

Tertium argumentum contra Pontificios, est: *In exemplis rerum quæ tota posita sunt in significatione, idem est addere verbum* est & significat, *cum de illis prædicamus significatum.* Ita Vasques, *e* Mæratius, & *f* alij quamplurimi. At, inquam, Eucharistia est *in exemplis rerum quæ tota posita sunt in significatione.* Ergo idem est illi addere verbum, *est*, aut *significat*, cum de illâ prædicatur significatum, sicut fit in hisce verbis, *hoc est corpus meum.* Probatur minor. Nam Eucharistia est sacramentum, id est, *sacrum signum* ut exponit Augustinus, & fatentur omnes: *essentia* autem *signi*, inquiunt *g* Bellarminus & *h* Ysambertus *est significatio.*

CAPUT XIV.

In quo respondetur ad generalia Adversariorum argumenta quibus probare conantur, Verba, Hoc est corpus meum, esse propriè accipienda, non figuratè.

SUPEREST, ut diluamus argumenta Adversariorum quæ hîc plurima congerunt, ut quod pondere non valent, numero saltèm conentur obtinere. Primò autem proponemus generalia argumenta: deindè capite sequenti quasvis minutias sigillatim excutiemus, quò lectori quamvis morosо plene satisfiat.

Primum est Gerhardi in hunc modum: *i Proprietati verborum inhærere tutissimum semper visum fuit prudentibus. L. Labeo 7. ff. de supell. legat. Ergò qui in communi vocum notione in intelligendo aliquo scripto vel sermone consistit, is velut in communi via ac velut in suâ possessione consistit, ut si quis eum indè, præsertim in controversiâ ac lite depellere velit, eum valde bo-*

a De sacrã. in gen. c. 11. q. 2.

b Tom. 9. tract. 19. p. 134. ad fin. column. 2.

c epist. 5.

d disp. 179. n. 90.

e Marat. disp. 6. sect. 4.

f Bellarm. Tapper. Ysamber.

g De Euchar. l. 1. c. 10.

h Ad q. 75. disp. 1. art. 12.

i vbi supr. num. 74.

mis ac

Copyright © 2012 Cambridge University Press

Cambridge University Press
978-0-521-19225-1 - Boethius: De Consolatione Philosophiae
Opuscula Theologica
Edited by Claudio Moreschini
Frontmatter
More information

Copyright © 2012 Cambridge University Press

Cambridge University Press
978-0-521-19225-1 - Boethius: De Consolatione Philosophiae
Opuscula Theologica
Edited by Claudio Moreschini
Frontmatter
More information

Ego N. electus sanctæ Romanæ ecclesiæ, promitto et spondeo coram Deo et beato Petro apostolo, et coram hac sancta synodo, et coram omni clero et populo, quod ab hac hora in antea fidelis et obediens ero beato Petro apostolo, et sanctæ Romanæ ecclesiæ, et vicario ejus domino meo N. papæ, et successoribus ejus canonice intrantibus, et nullo modo consentiam vel faciam, ut vitam perdant, aut membrum, aut capiantur mala captione, vel aliquibus injuriis afficiantur, quæ eis in præjudicium veniant, in quibus ego consilium dedero, aut per me, aut per meos nuntios, aut per litteras, quod ad eorum damnum sit. Consilium autem, quod mihi per se aut per nuntios suos aut per litteras suas commendaverint, nemini pandam, qui mihi in damnum id sit. Papatum Romanum et regalia beati Petri adjutor ero ad retinendum et defendendum, salva mea fide, quam ad beatum Petrum habeo, et ad vicarium ejus dominum meum N. papam, et successores ejus canonice intrantes. Legatum sanctæ sedis apostolicæ in eundo et redeundo honorifice tractabo, et in necessitatibus suis adjuvabo. Vocatus ad synodum veniam, nisi canonica prepeditus fuerit intercessione. Apostolatum Romanum non petam neque consentiam, ut petatur, vel eligatur, nisi quem canonica electio secundum beati Petri constituerit. Nec ego ipse ullo ingenio, ullaque machinatione, aut per me, aut per aliquam interpositam personam, aut per scriptum, aut per consilium, quod dedero, ullam violentiam domino meo N. papæ, aut successoribus ejus canonice intrantibus inferam, per quam capiantur, aut membrum, aut vitam perdant, aut in manus malorum hominum deveniant, aut ullo modo læsionem patiantur. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, et ego sciero, pro posse meo illum impedire curabo. Et quicquid mihi per se aut per nuntios suos aut per litteras suas commendaverit, nemini pandam, qui mihi in damnum id sit. Ad hæc omnia observanda, sicut superius scripta sunt, ego N. electus sanctæ Romanæ ecclesiæ, manu propria subscripsi, et corporaliter sacrosancta evangelia tetigi.

Ego N. electus sanctæ Romanæ ecclesiæ, promitto et spondeo coram Deo et beato Petro apostolo, et coram hac sancta synodo, et coram omni clero et populo, quod ab hac hora in antea fidelis et obediens ero beato Petro apostolo, et sanctæ Romanæ ecclesiæ, et vicario ejus domino meo N. papæ, et successoribus ejus canonice intrantibus, et nullo modo consentiam vel faciam, ut vitam perdant, aut membrum, aut capiantur mala captione, vel aliquibus injuriis afficiantur, quæ eis in præjudicium veniant, in quibus ego consilium dedero, aut per me, aut per meos nuntios, aut per litteras, quod ad eorum damnum sit. Consilium autem, quod mihi per se aut per nuntios suos aut per litteras suas commendaverint, nemini pandam, qui mihi in damnum id sit. Papatum Romanum et regalia beati Petri adjutor ero ad retinendum et defendendum, salva mea fide, quam ad beatum Petrum habeo, et ad vicarium ejus dominum meum N. papam, et successores ejus canonice intrantes. Legatum sanctæ sedis apostolicæ in eundo et redeundo honorifice tractabo, et in necessitatibus suis adjuvabo. Vocatus ad synodum veniam, nisi canonica prepeditus fuerit intercessione. Apostolatum Romanum non petam neque consentiam, ut petatur, vel eligatur, nisi quem canonica electio secundum beati Petri constituerit. Nec ego ipse ullo ingenio, ullaque machinatione, aut per me, aut per aliquam interpositam personam, aut per scriptum, aut per consilium, quod dedero, ullam violentiam domino meo N. papæ, aut successoribus ejus canonice intrantibus inferam, per quam capiantur, aut membrum, aut vitam perdant, aut in manus malorum hominum deveniant, aut ullo modo læsionem patiantur. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, et ego sciero, pro posse meo illum impedire curabo. Et quicquid mihi per se aut per nuntios suos aut per litteras suas commendaverit, nemini pandam, qui mihi in damnum id sit. Ad hæc omnia observanda, sicut superius scripta sunt, ego N. electus sanctæ Romanæ ecclesiæ, manu propria subscripsi, et corporaliter sacrosancta evangelia tetigi.

[illegible] [illegible] [illegible] [

[illegible] [illegible] [illegible] [

Mercury, Venus, Mars, Jupiter, Saturn, Uranus, Neptune, Vesta, Juno, Ceres, Pallas, Hygeia, Iris, Flora, Metis, Hebe, Parthenope, Victoria, Egeria, Irene, Eunomia, Psyche, Thetis, Melpomene, Fortuna, Massalia, Lutetia, Calliope, Thalia, Themis, Phocæa, Proserpine, Euterpe, Bellona, Amphitrite, Urania, Euphrosyne, Pomona, Polyhymnia, Circe, Leucothea, Atalante, Fides, Leda, Lætitia, Harmonia, Daphne, Isis, Ariadne, Nysa, Eugenia, Hestia, Aglaia, Doris, Pales, Virginia, Nemausa, Europa, Calypso, Alexandra, Pandora, Melete, Mnemosyne, Concordia, Elpis, Echo, Danae, Erato, Ausonia, Angelina, Cybele, Maia, Asia, Leto, Hesperia, Panopæa, Niobe, Feronia, Clytie, Galatea, Eurydice, Freia, Frigga, Diana, Eurynome, Sappho, Terpsichore, Alcmene, Beatrix, Clio, Io, Semele, Sylvia, Thisbe, Julia, Antiope, Aurora, Philomela, Dejopeia, Kalliope, Lucina, Maria

similes. Nam in verbis, *hic est filius meus*, prædicatum & subjectum idem quid designant, quamquam subjectum diverso modo ac sub latiori notione. Sensus enim est, ut Lucas Brugensis rectè notat, *hic Iesus, cujus gloria divinitatisque latentis specimen vobis monstratur*, &c. aut ut & alibi rursum, [a] *hic homo Iesus*, &c. *est filius meus*. At contra in propositione, *hoc est corpus meum*, corpus Christi non de seipso, sed de re alia prædicatur. Testis sit ipse Salmero è cujus ore veritas hanc alicubi extorsit confessionem: [b] *Liquidum est Christum in cœna sua de pane potius quam de corpore suo aliquid affirmasse*. Et rursum: *in cœna panis est qui dicitur corpus Christi*. Ingens ergo utriusque propositionis discrimen est. Nam in illa idem de seipso enuntiatur, in hac verò corpus de pane, id est, disparatum de disparato. Ac proinde, sicut necesse est priorem illam esse propriam, similiter necesse est posteriorem esse figuratam. Nec quicquam contra facit Hilarij locus. Hilarius enim in illo designat quidem, quid verba illa *hic est filius meus* sibi portendere videantur: verum, nec illa comparat cum verbis, *hoc est corpus meum*, nec proprietatem sumit prout opponitur *tropo*, sed prout opponitur *communicati*. Vult enim ostendere, Christum non dici Dei filium communi quadam appellatione, sed singulari quæ illi soli conveniat. At hoc nihil ad quæstionem nostram quæ est de locutione propria figuræ oppositâ. Itaque Hilarius hîc ad rem non est.

[a] *In Matth. 3. 17.*

[b] *Tom. 9. tract. 19. pag. 134.*

Tertium argumentum, ferè omnium: *nullis aliis verbis aut clarius aut magis propriè Dominus significare potuit illud quod tenebat in manibus suis vere ac propriè corpus suum esse, quam simpliciter dicendo, ut dixit*, hoc est Corpus meum. *Ergò* &c. Sed futilissimum est argumentum. Possem enim similiter concludere: nullis aliis verbis, aut clarius, aut magis propriè Dominus significare potuit se verè ac propriè ostium esse, quam dicendo, [c] *Ego sum ostium*; Ergo his verbis designavit se verè ac propriè ostium esse. Quod quam absurdum sit, nemo non videt.

[c] *Ioan. 10. 7.*

Quartum argumentum Stapletoni sic se habet: [d] *Dominus proprio modo loquendi præmittit*, accipite, edite; *sic & proprio sermone subjungit*, hoc est corpus meum. Probat consequentiam, quia *alioqui nihil certi habebis quod accipias & comedas*. Sed frivola est consequentia. Ad probationem autem illius respondeo, si velit adversarius pronomen *hoc* quod designat rem ad edendum propositam & oblatam à Domino, propriè debere sumi, nos id illi concedere ut verissimum, propter rationem quam affert: panem enim propriè, imo propriissimè dictum, quanvis gratiarum actione sanctificatum, designat. At si intelligat, subjectum illud *hoc* propriè esse attributum illud *corpus*, mera petitio principij est, & vana consequentia. Perindè enim est ac si diceret, Deus Exod. 12. proprio modo loquendi de agno ait, *comedetis eum festinanter*: igitur proprio sermone subjungit, *transitus ipse est Domini*. Maldonatus tamen ait: [e] *cum dico, agnus est Pascha, figura est in nomine paschæ, quod nomen sumitur, non propriè pro transitu, sed pro agno qui transitum significabat*.

[d] *Anridet in Matth. 26.*

[e] *In Matth. 26.*

Quintum argumentum ejusdem Stapletoni, [f] a lapide, & [g] Matthæi Galeni, est: *in Hebræo Matthæi textu haberi* זאת בגופי הוא, hoc quod est corpus meum, *in Syro* הדא פגרי *quod verti potest*, hæc substantia corporis mei est, *vel cum aliis punctis* הנו, ecce corpus meum; *sicut in cruce Dominus matri dixit, Ecce filius tuus. At in Marco Syro expressius* פגרי הנא איתוהי, hoc ne vera corpus meum: *qua particula talis est, ut a Syris non usurpetur nisi in re quæ vera existat, & habetur Ioannis 1. ad verba*, erat lux vera. *Sic enim ad verbum* גבר בהדא שרירא איתוהי: *quare*, inquit Galenus, *nihil utilius observavi contra figuristas hæreticos*. Sed argumentum hoc est vanissimum & a mera Adversariorum insciția proficiscens. Nam primo, ut nihil dicam de novitate Matthæi illius Hebraici quæ se passim prodit, quale quæso argumentum est: *Matthæus Hebraicus a Titio editus, ait*, accipite, edite, hoc quod ipsum corpus meum, *Ergò hæc postrema verba sunt proprie accipienda*? Quo medio? Nonne Chrysostomus similiter de nobis loquens, ait, [h] *ipsum illud corpus sumus*? Quis tamen indè colligeret nos proprie & sine tropo dici esse corpus Domini? Gardinerus sanè fatetur, [i] *tropum esse necessarium*, Yfambertus id [k] *tropicè* dici. Secundo, falsum est in Matthæo Syro haberi, *hæc substantia corporis mei est*. Mera est Stapletoni suppositio. Vertendum simpliciter est, *est hoc corpus meum*, ut non male Boderianus. Tertiò, ut demus verti posset, *Ecce corpus meum*, ut rursum male vertit Stapletonus, sequeturne demonstratum per illud adverbium *ecce* pronominis locô positum, esse proprie corpus? contrarium patet ex similis scripturæ locô quem Stapletonus ipse citavit, *Mulier, Ecce filius tuus*. Joan. 19. Quis enim dicet B. Joannem fuisse proprie, non autem potiùs metaphorice, B. Virginis filium dictum? Sane [l] Tonstallus *tropum* esse notat. Quartò particula זאת non significat *re vera*, ut adversarij præ ignorantiâ notant, sed simpliciter, *ipse est*. Deducitur enim ab זה, quod, inquit Pagninus, *idem nil quod* זו *Hebræis*. Et in hac significatione simplici sumitur in variis scripturæ locis Matth. 2. 9. & 3. 4. Hebr. 10. 29. Daniel. 2. 11. 28. & 3.

[f] *In 1. Cor. 11.*

[g] *Cateches. 130.*

[h] *In 1. Cor. Hom. 24.* αὐτὸ τοῦτο ἐσμεν τὸ σῶμα.

[i] *Part. 3.*

[k] *Ad q. 75. disp. 1. art. 3.*

[l] *De Verit. corp. & sang. dom. lib. 2.*

& 3. 18. & alibi. Denique, quod mirum eſt Adverſarios non advertiſſe, particula hæc non modo ſic uſurpatur in locô Joannis citatô, ubi Dominus dicitur *lux eſſe*, figurate nimirum, e myſticô ſenſu; & in parabolis, ut quandò dicitur Lucæ 8. *ſemen* ‫זרעא‬ *eſt verbum Dei*; ſed etiam in ipſa materia ſacramentariâ de quâ agimus, applicatur rebus ipſis quæ figurate ſunt quod eſſe dicuntur. Sic enim verſio Syra 1. Cor. 11. *Calix hic* ‫מימרא‬ *Novum Teſtamentum in ſanguine meô.* Nam calicem dici figuratè *Novum Teſtamentum*, ſicut circunciſio *fœdus* appellatur, ſcilicet, quatenus illud confirmat, fatetur præter alios *m* Stapletonus ipſe. Unde manifeſte patet, quàm reſtè argumentetur ex hac particulâ Matthæus Galenus ſuprà memoratus.

m In Luc. 22.

a Tom. 9. tr. 20. rat. 7. *b Part. 3.*

Sextum argumentum ducunt *a* Salmero, Stapletonus & *b* Gardinerus a proprietate Linguæ Græcæ: *Ait enim Dominus*, inquiunt, τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου, *id eſt*, hoc eſt illud ipſum corpus meum. *Vbi articulus* τὸ *appoſitus oſtendit hæc verba ad litteram eſſe intelligenda.* At primò, quamvis demus verba illa id ſignificare, non ideò ſequetur ea eſſe proprie intelligenda, ut patet ex ſuprà citatô Chryſoſtomi locô, ubi ait, *nos ſumus illud ipſum corpus.* Verum, ſecundò negamus; eam eſſe vim articuli, ut prohibeat locutionem in quâ eſt, figuratam & impropriam eſſe. Innumera loca contrarium arguentia afferre poſſemus: ſed placet exempla è re ipſa de quâ agimus petita proferre. Sic enim apud Apoſtolum locô jam citato ex 1. Cor. 11. τοῦτο τὸ ποτήριον ἡ καινὴ διαθήκη ἐστίν; ubi articulus ille ἡ non tollit locutionem figuratam etiam ipſorum Salmeronis & Stapletoni judiciô. Rurſum & ibidem Apoſtolus ait, ὁσάκις ἂν ἐσθίητε τὸν ἄρτον τοῦτον: unde ſequeretur ex hypotheſi Adverſariorum articuli vim evincere Apoſtolum loqui de pane proprie dicto. At nihilominus eorum *d* nonnulli notant id dici de corpore Chriſti quod panis dicatur, *non quia ita ſit in proprietate, ſed per tropum & improprie.*

c Vid. Matth. 3. 6. & Luca 9. 23. & 12. 1. 34. 35.

d Ling loco. c. 27. Inſtit. in 1. Cor. 11.

Septimum argumentum *e* Alani & *f* Gregorij de Valentiâ: *Conſideranda eſt*, inquiunt, *vis illius demonſtrationis ſingularis*, hoc eſt, & hic eſt. *dixit enim alias* Chriſtus *in genere cum concionem haberet, ſe eſſe oſtium vel vitem, &c. Si autem ſumpſiſſet vitem aut palmitem in manus, & affirmaſſet illam rem eſſe corpus ſuum, & ceremoniam aliquam cultus in eâ re inſtituiſſet ac præcepiſſet, non rectè intelligeremus ſermonem fuiſſe figuratum.* Imò dico talem ſermonem manifeſte figuratum futurum fuiſſe, cùm fuiſſet prædicatio diſparatorum quam uterque illorum fatetur propriam eſſe non poſſe.

e De Euchar. l. 1. c. 22. *f Tom. 4. diſp. 6. q. 3. de præſ. punct. 2.*

Octavum argumentum duxit Salmero a naturâ parabolicæ ſeu allegoricæ locutionis, ait enim, *g in omni tropicâ locutione res minores & inferiores ad deſignandum res majores & ſublimiores aſſumi: ut agnus ſub lege, ſerpens æneus exaltatus, petra percuſſa reddens aquas, delineabat Chriſtum agnum verum Deo immolatum, & tanquam ſerpentem in cruce exaltatum, ibique lanceâ percuſſum & fundentem aquam cum ſanguine. Si autem hæc verba*, hoc eſt corpus meum, *per tropum aut allegoriam aut metonymiam exponantur, ut ſenſus ſit*, hoc eſt figura corporis mei, *profectò contrà naturam tropica & allegorica locutionis id eſſet. Nam ſenſu altiori ad litteram de corpore Chriſti & ſanguine per tropum ſive allegoriam non aſcenderetur, ſed deſcenderetur ad ſenſum inferiorem de pane & vinô*, &c. Reſponderi primò poſſet ad majorem, illam non eſſe univerſaliter veram. Nam in omni tropo non aſcendi ab inferiori ad ſuperiorem, patet, tum ex hyperbole, & ſynecdoche totius pro parte, ubi potius deſcenſus fit, tum etiam ex metonymia continentis pro contento, ubi non apparet aſcenſus. Verum hoc prætermiſſo, negatur minor. Nam in verbis, *hoc eſt corpus meum*, tropice intellectis idem fit aſcenſus qui in illis, *petra erat Chriſtus.* Sicut enim *petra* percuſſa dicitur *Chriſtus*, quia deſignabat Chriſtum in cruce percutiendum, ita *panis fractus* dicitur *corpus Chriſti* quia ſignificat corpus Chriſti fractum & datum in cruce pro mundi vita: *frangit*, inquit *h* Beda, *ipſe Dominus panem ut oſtendat corporis ſui fractionem.* Et mirum eſt Salmeronem cæcutire in re tam clarâ.

g Vbi ſupra. tr. 20. §. Sexta ratio.

h In Marc. 14.

Nonum argumentum ejuſdem Salmeronis, & de Valentia, eſt: *Quæ metaphoricè rei alicui tribuuntur, ſolent ejus rei proprietates ante oculos ponere, & metaphoricè dicta de re tali prædicantur, non contra: res enim ipſa non prædicatur de metaphoris; (nemo ſiquidem dicet, leo vel agnus vel oſtium eſt Chriſtus, ſed contra dicitur, Chriſtus eſt leo vel agnus vel oſtium). Si ergò Dominus in verbis cœnæ metaphorâ uſus fuiſſet, dixiſſet*, corpus meum eſt panis, *non autem dixiſſet demonſtrando*, hoc eſt corpus meum: *nec opus eſſet uti pronomine demonſtrativo, quia metaphoræ a generibus vel ſpeciebus rerum deſumi ſolent, aut ex aliis paſſim notis, ut Ioannes eſt Helias, officio ſcilicet & miniſterio.* Reſpondeo, æquivocationem eſſe in vocabulô metaphoræ. Nam aliquandò generaliter ſumitur pro tropo quolibet, & definitur *i aliem nominis illatio*; Uſitatius autem, ac ſtrictè & propriè pro figurâ illâ rhetoricis quæ vocabula mutat pro rerum qualitatibus, ut ſi Leonem dicamus pro forti, Ciceronem pro eloquenti, quemadmodum notat Gregorius de Valentiâ. Priori ſenſu negatur primò, attributum ſemper neceſſario deſignare proprietates ſubjecti, niſi per proprietates forte intelligatur ſignificatio

i Ariſtot. 3. poetic.

[illegible] [illegible] [illegible] [

the Clerk, the Sergeant-at-Arms, and the Doorkeeper of the House of Commons, and the Secretary of the Speaker of the House of Commons, shall not be liable to serve on juries, and shall be exempted from serving the office of constable, and all other parish offices, and from serving in the militia, and from all civil offices to be executed for the time being, unless by deputy.

Clerk's privilege.

Clerk's privilege.

Clerk's privilege

corporis, ſicus Geneſ. 17. 13. *fœdus* pro fœderis ſignô. Ergò contrà illos probandum eſt *corpus* non poſſe ſic ſumi. Et id quidem tandem aliquandò vidit ipſemet Adverſarius, urgens verba *quod pro vobis tradetur* corpori addita. Verùm quanti id ſit, prolixè ſupra docuimus capite duodecimô, nec impræſentiarum repetere neceſſe eſt. Sed & viciſſim ex eô quod Beza cenſeat in hac enuntiatione, *hoc eſt corpus meum*, nec ſubjectum nec attributum habere aliquod nomen impropriun, rectè inferri non poteſt (propter Crellium & Polanum definientes, eam locutionem eſſe figuratam quæ in ſubjectô vel prædicatô habet aliquod nomen improprium) enuntiationem illam non eſſe figuratam. Nam Beza existimat tropum eſſe poſſe & re verâ eſſe in verbô ſubjectum & prædicatum copulante. Ergó, illi quidem poſſunt Crellius & Polanus opponi, tanquàm de naturâ propoſitionum figuratarum & de propriâ tropi ſede non idem ſentientes: verum contra illum probandum eſt, tropum in copulâ eſſe nullomodò poſſe. Quod cùm Yſambertus ipſe neceſſarium eſſe viderit, præſtare conatur argumentô philoſophicô: ſed nos illud ſuprà in expoſitione verbi *eſt* attulimus & diluimus.

Decimum tertium argumentum Gerhardi eſt in hunc modum: g *in cujus dogmatis deſcriptione omnes qui id annotarunt ad amuſſim concordant, ejus verba ſimpliciter & propriè ſunt accipienda, quià ſi aliter accipienda eſſent, vel unus eorum addidiſſet explicationem. Iam verò in deſcriptione ſacræ cœnæ, Matthæus, Marcus, Lucas, & Paulus ad amuſſim concordant*, &c *neque ab ijs additur explicatio quod verba cœnæ tropicè ſint accipienda.* Reſponderi primò poſſet Euangeliſtas & Apoſtolum, ſi verba ſpectentur, nonita ad amuſſim concordare, ut Gerhardus affirmat. Nam in priori cœnæ parte Matthæus & Marcus habent ſimpliciter verba, *hoc eſt corpus meum*; Lucas autem addit ampliùs, *quod pro vobis datur*, Paulus, *frangitur*, & uterque, *hoc facite in mei commemorationem.* In poſteriori verò variant ſimiliter Matthæus & Marcus a Lucâ & Paulô, ut videre eſt. Vndè patet, minorem Adverſarij non eſſe ſatis firmam. Reſpondeo quoque ſecundò, negando majorem. Quot enim ſunt exempli gratiâ, in parabolis ab Euangeliſtis magnâ concordiâ relata, quæ nihilominùs figuratè ſunt accipienda? Denique, falſum eſt in Euangelijs & Paulo nihil eſſe additum, quod innuat verba *hoc eſt corpus meum*, tropicè eſſe intelligenda. Nam, ut præteream ſubjectum propoſitionis, nempè, panem deſignatum per pronomen *hoc* id neceſſario importare, cùm corpus Domini de pane non poſſit niſi figuratè prædicari, Lucas & Paulus his addunt illa ſuprà memorata, *hoc facite in mei commemorationem*, quæ apertiſſime innuunt, panem dici corpus Chriſti quià ejus commemoratio ſit.

g *Vbi ſupr. num.* 75.

Tertia claſſis argumentorum reſpicit materiam circà quam, ſivè rem de quâ agitur, ex quâ ſimiliter Adverſarij variè diſputant.

Primum argumentum eſt a Alani, b Salmeronis, c Bellarmini, d Lucæ Brugenſis, e Suares, f Vaſques, g de Valentia, h Mæratij, i Yſamberti, addo & ex conſubſtantiatoribus k Gerhardi: *Materia ſubjecta eſt inſtitutio ſacramenti: ſed non potuit rectè inſtitui ſacramentum per verba impropria & figurativa, nec unquàm ullum ſic inſtitutum eſt.* Ergo &c. Probatur minor, *quià aliàs de hoc myſterio nihil certi relinquetur, & daretur anſa erroris.* Reſpondeo, per *inſtitutionem ſacramenti* Adverſarios intelligere, vel præſcriptionem ſeu ordinationem materiæ ſacramentalis ad uſum, vel declarationem formæ ſeu ſignificationis illius. Si prius; conceditur minor quæ aliàs major eſſe deberet. Propriè enim agitur de pane & vino a Dominô accepits & gratiarum actione ſanctificatis, fractis & communicatis, nihilque ibi eſt improprie & figurate dictum niſi quod calix pro vino poſitus ſit. Si poſterius, negatur. Nam & olim figurate de circumciſione cum inſtitueretur dictum eſt, *Hoc erit fœdus*; de agnô, *Hic eſt tranſitus*; de petrâ, *petra erat Chriſtus*, quod cùm verum ſit de præteritô, vere quoque potuit dici de præſenti; de calice, *Hoc poculum eſt novum Teſtamentum*: cur non ergo de pane, *hoc eſt corpus meum?* Ad probationem autem jam olim pro nobis reſpondit Bonaventura, l *non eſſe occaſionem erroris* (addo ego, & incertitudinis) *niſi quandò eſt tranſſumpto occulta, impropria & inconſueta.* Eſſe autem locutiones quaſdam figuratas claras ac perſpicuas fatentur ipſi Adverſarij. Vigor: m *ſunt quædam locutiones figurata quæ tam facilè intelliguntur quàm ſi eſſent propria, ut notavit Auguſtinus.* Alanus: n *reſpondetur quaſdam figurativas locutiones ita eſſe tritas ac vulgares ut non ingenerent incertitudinem: nam ſenſu loquentis & proinde pro nativis haberi, ut poculum aqua dare aut bibere, pro, aquam è poculo.* Quod & poſt illum teſtantur o Bellarminus, p Suares, q Gamachæus & r Brugenſis eodem exemplo allatô. Denique Mæratius: s *aliquando figurata locutionis ſenſus æque clarus ac cuique obvius eſt, atque ſi propria eſſet.* Ita & Ariſtoteles in rethoricis ait, t *tranſlationem habere quid dilucidum ac jucundum.* Cicero: u *orationem illuſtrant quaſi ſtellæ quædam tranſlata verba atque immutata*: Quintilianus, tropos eſſe x *orationis lumina*, quià videlicet tranſlatis vocabulis *non mutatur vis rerum.* Et notat Auguſtinus, y *illis authores noſtros uſos fuiſſe & multiplicius atque copioſius quàm poſſint exiſtimare vel credere ij qui neſciunt eos & in alijs iſta didicerunt. Quos tamen tropos qui ne-*

a *De Euchar. l.* 1. *c.* 22.
b *Tom* 3. *tr.* 20. §. *Oſtenſo. & tr.* 21. *ſect.* 7.
c *De Euch. l.* 1. *cap.* 9.
d *In Matth.* 26.
e *Diſp.* 45. *ſect.* 3.
f *Diſp.* 179. *num.* 81.
g *Vbi ſupr.*
h *Diſp.* 6. *ſect.* 4.
i *Ad q.* 75. *diſp.* 1. *art.* 3.
k *Vbi ſupr. num.* 72.
l *In* 4. *diſt.* 8. *art.* 1. *q.* 2.
m *ſerm.* 16. *in ſymbol.*
n *De Euchar. l.* 1. *c.* 31.
o *De Euchar. lib.* 1. *c.* 11. *ad* 1. *arg.*
p *Diſp.* 46. *ſect* 3.
q. 75. *ad* 3. *object.*
r *In Matth.* 26.
s *Vbi ſupr. ſect.* 5.
t *L.* 3. περὶ ῥητορικῆς ἡ τὸ ἡδὺ, &c. ἐχει μάλιστα ἡ μεταφορά.
u *In orator. ad Brutum.*
x *Inſtit. l.* 9. *cap.* 1.
y *De doctr. Chriſt. l.* 3. *cap.* 29.

g *Vbi ſupr. num.* 75.

Dragon, Dragonet, Dragonfly, Dragonwort, Dragon-tree, Dragon-water, Dragon's-blood, Dragon's-head, Dragon's-tail, Dragon-fish, Dragon-flower, Dragon-plant, Dragon-shell, Dragon-stone, Dragon-worm, Dragon-wood, Dragon-arum, Dragon-bone, Dragon-fruit, Dragon-lizard, Dragon-mullet, Dragon-scale, Dragon-snake, Dragon-tongue, Dragon-vetch, Dragon-water, Dragon-w

ctrinam de ſacramentis, eſſe *præcipuum fidei myſterium, dogma & articulum.* Sacramenta enim non ſunt ſumma religionis myſteria, *aut novi fidei articuli*, ſed tantùm myſticæ ceremoniæ religionis & viſibilia fidei religioniſque *ſignacula*, ut illa e Auguſtinus appellat. Poſtremò, licet dareinus Euchariſtiam eſſe *ſummum* ac *præcipuum myſterium fideique dogma*, nihil obſtaret quominùs dicere poſſemus verba *hoc eſt corpus meum*, per quæ ratio ejus expreſſa eſt, figurata eſſe, tum quoniam figura quam in illis ſtatuimus uſitata & perſpicua eſt, ut in præcedentis argumenti ſolutione oſtendimus, tum quià Dominus eis adjungit hæc alia, *hoc facite in mei commemorationem*; quæ figuram orationis explicant, ac docent ſenſum priorum illorum eſſe, *hoc eſt corpus meum*, id eſt, *hoc eſt commemoratio corporis mei.*

e *Contr. Fauſt. l. 19. c. 11.*

Tertium argumentum Sanctesij, Bellarmini & variorum aliorum eſt: *fœdera ſunt ex eô genere rerum quæ exquiſitiſſimis & propriis verbis explicantur, ne locus vllus relinquatur cavillis. Atqui in Euchariſtia novum fœdus inter Deum & homines ſaltem inchoatum & latum eſt.* Ergò &c. Reſpondeo, propoſitionem non eſſe univerſaliter veram. Nam conſtat, ut rectè notat Alanus, *quaſdam locutiones figurativas ita eſſe uſu tritas ut non generent incertitudinem in ſenſu loquentis, & proindè pro nativis haberi.* Quid ergò prohibet ejuſmodi locutiones etiam in fœderum ſanctionibus uſurpari? at talem eſſe locutionem juxtà quam diximus verba *hoc eſt corpus meum*, eſſe accipienda, ſuprà jam obſervatum eſt. Et ſanè in fœderibus ejuſmodi locutiones claras ſc. ac tritas licet figuratas incerdum fuiſſe adhibitas patet ex fœdere Dei cum Abraham. Sic enim Deus eum alloquitur: f *Ambula antè me & eſto perfectus:* vbi nemo negare poteſt prima illa verba figurata eſſe, ſicut & ſequentia, *dabo te in gentes.* Et rurſùs, *erit pactum meum in carne veſtrâ*; ubi duplex figura eſt, nimirum, metonymia quæ ſumit *pactum* pro *pacti ſignô*, & ſynecdoche totius pro parte quæ *carnem* ponit pro particulâ carnis. Et, nè nimis prolixus ſim, Jacobus & Labanus fœdus inter ſe pangentes ajebant: g *tumulus iſte ſit teſtis inter te & me*; cùm tamen Propriè loquendo *tumulus* non ferat teſtimonium, ſed *velut teſtimonium*, ut rectè notat Pererius. Nec ſatis video quô jure poſſit Sanctesius proprietatem verborum in Euchariſtia vrgere, cùm ipſemet diſerte aſſerat: h *tria figurarum genera in cenâ annotantur, metaphora, hypallage, & quædam metonymia ſive ſynecdoche.* Sed & præter negationem propoſitionis, aſſumptionem quoque pro nobis negant ex ipſis Adverſarijs Roſſenſis, Salmero, & Janſenius capite undecimô citati. Rectè enim nobiſcum aſſerunt, Euchariſtiam non eſſe *novum fœdus* inter Deum & homines, ſed tantum novi fœderis *ſymbolum & confirmationem*: notatque Roſſenſis *id palam* eſſe.

f *Genes.* 17. 1. 6. 10. 31.

g *Genes.* 13.

h *Repet. §. c. 3.*

Quartum argumentum Bellarmini, Suares, i Coſteri, eſt: *Verba legum, ſeu præceptorum propria & perſpicua eſſe debent, nè detur occaſio prævaricationis. At in inſtitutione Euchariſtiæ eſſe præceptum aliquod divinum nemo negat, & patet ex verbis illis, accipite, edite, item, hoc facite.* Ergò. Reſpondeo, majorem quoad *verba propria* univerſaliter ſumptam eſſe falſam. Infinita enim in ſcripturis ſanctis præcepta reperiuntur verbis figuratis concepta: *ſi oculus tuus offendit te, erue eum.* Matth. 5. *tolle trabem de oculô tuô, intrate per angustam portam* Matth. 7. *Cavete vobis a fermento Phariſæorum.* Matth. 16. *deponite veterem hominem & induite novum* Ephes. 4. & innumera alia, quæ tropicè eſſe dicta Bellarminus ipſe fatetur, nec aliud habet quod regerat, niſi *hæc non tam eſſe præcepta quàm cohortationes ad facienda quæ notiſſima ſunt*: ſed admodum imprudenter. Nam, etſi hæc notiſſima ſint, tamen *mandata* ac *præcepta* peculiaria eſſe nemo niſi cæcus non videt: Alioqui, cùm notiſſimum ſit Deum eſſe diligendum, ſequeretur verba hæc, *Diliges Deum tuum*, &c, non eſſe præceptum, quod evidenter falſum eſt. Verùm reſpondeo ſecundò, poſſe concedi totum argumentum. Nam ſolummodò concludit, verba illa qua præceptum ſeu legem continent in Euchariſtia, propriè ſumi debere, nempè quandò Dominus dixit, *accipite, edite*, item *hoc facite*: quod libentiſſimè damus. At quid id ad verba, *hoc eſt corpus meum*? Vidit Bellarminus ineptiam argumenti, & eam reparare conatur: *Dicet aliquis*, inquit, *verba in quibus lex eſt poſita, propria ſunt nimirum*, accipite, edite, facite. *Reſpondeo, non ſatis eſt, niſi etiam propriè & aperte ſignificetur, quid ſit quod eſt accipiendum, edendum, faciendum: longè enim aliter eſt accipiendum fruſtum panis, aliter Chriſti corpus.* At primò malè opponit *apertè* & *figuratè*, cùm ipſemet fateatur, a *tropos eſſe quoſdam tam uſitatos & vulgares ut non minùs aperti ſint quàm voces propriæ.* Deinde negatur, requiri neceſſariò ut qualitas rei quæ ſumenda eſt proprijs verbis deſignetur. Sufficit, ſi figuratis, (ut ſupra notabat Vaſques) dummodò *perſpicua* ſint qualia ſunt ſecundùm nos verba, *hoc eſt corpus meum.* Imò, quid dico, ſecundùm nos? Dicere debebam, ſecundùm Adverſarios ipſos. Sic enim contrà nos argumentatur Gregorius de Valentiâ: b *nihil eſt intellectu difficilè in illis verbis ſecundùm tropos Sacramentariorum.* Et poſt illum Gamachæus: c *Si figurata eſſent verba, nihil eſſet obſcuritatis in Euchariſtia ſacramento.* Ergò, inquam, ſecundùm vos locutio figurata quam ſtatuimus perſpicua eſt. Imó & ipſe Bellarminus: d *Si tropicè hic locus intelligendus eſſet,*

i *In Enchirid.*

a *De Euchar. l. 1. c. 11. ad 8. arg.*

b *Tom 4. diſp. 6. q. 3. de præſent. punct. 1. edit Pariſ. p. 892.*

c *Ad q. 75. c. 1. §. 5. Tertio*

d *Vbi ſupra, c. 9.*

esset, nulla esset difficultas fidei. Qua enim difficultas, si solum credendum pane significari corpus? Denique ipsemet infirmat argumentum suum, quandò ait: e *Notandum est, cùm dicimus præcepta debere proprijs verbis efferri, sic esse intelligendum, ut vel tantum proprijs verbis efferantur, vel, si in unò locò tropicis, in alio proprijs.* At hoc concesso, quamvis daremus verba *hoc est corpus meum*, præceptum esse, nihil prohibet ea tropicè exponi. Nam quod ibi tropicè dicitur, propriè exprimitur in sequentibus, *hoc facite in mei commemorationem.* Itaque Vasques propositò hoc suorum argumento, f testatur se nolle ex hoc sententiam suam confirmare, & ad marginem notat, inefficax quorumdam argumentum.

e *Ibid.*

f *Disp. 179. c. 6. num. 83.*

Quintum argumentum est, Alani, Salmeronis, Bellarmini, de Valentiâ, Costeri, Vasques, Suares, Mæratij, Gamachæi, g Estij, Ysamberti, & ex parte consubstantiatorum Gerhardi. Sic enim de Valentiâ: *verba testamentaria clarissima & planissima esse consueverunt.* Bellarminus: *nihil solet magis propriè, simpliciter & exquisitè explicari quàm testamentum.* Gerhardus: g *verba testamentaria in significatione genuinâ & propriâ sunt accipienda.* At verba, *hoc est corpus meum*, sunt *verba testamentaria*; Ergò. Probatur major ex 24. Exodi, vbi dicitur proprijssimis verbis, *hic est sanguis fœderis*; & ex Apostolò Galat. 3. 15. vbi ait, *hominis testamentum confirmatum nemo abrogat, aut* h *superaddit*; & ex i Augustinò & i Optatò, qui ajunt, standum esse Testamento Dei; quod intelligendum est de verbis propriè sumptis; denique ex legibus imperialibus quæ jubent testamenta secundùm verba intelligere *ff. de legatis* leg. 3. *non aliter a significatione verborum recedi oportet, quàm cùm manifestum est aliud sensisse testatorem.* Minor quoque probatur. Nam Dominus ait, *hic est sanguis meus novi testamenti* Matth. 26. vel ut habet Lucas: *hoc poculum novum testamentum est in sanguine meo.* Respondeo, quamvis daremus Adversarijs, verba, *hoc est corpus meum*, testamentum esse eâ notione quâ *testamentum* sumunt, nempè, pro ultimâ dispositione voluntatis Christi, majorem universaliter sumptam falsam esse, idque solidè evinci testamentis Patriarcharum. Quis enim negare possit, hæc esse figurate enuntiata in testamento Jacobi; k *Simeon & levi vasa iniquitatis, catulus leonis Iuda, lavabit in vinò stolam suam, Isachar asinus fortis, Dan coluber in viâ*, & plurima alia ejus generis? Fatetur sane Bellarminus in his & similibus Jacobum *figuris usum fuisse*: addit tamen ineptissime, testamentum Jacobi tantùm incipere ab his verbis, *Ecce congregor ad populum meum, sepelite me cum Patribus meis*, &c. quod perinde est ac si diceret testamentum incipere ubi finitur: sunt enim hæc postrema verba testamenti hujus. Quis autem sanus unquàm dixit, ea solùm testatoris verba quæ de sepultura disponunt ad testamentum pertinere? Quanquàm & in ipsis verbis, *eccè congregor ad populum meum, Hebraismus est*, ut notat l Pererius, aut, ut observat Rupertus, *similitudo ducta a messe que de agris in horreum mesturâ congregatur.* Sed si rursùs attendatur ad testamenta Mosis & Davidis, reperientur in illis plurimæ figuratæ locutiones: in illò Deut. 33. vers. 9. 10. 17. 19. 22. in hoc 1. Reg. 2. vers. 2. & 3. Nec quicquàm contrà faciunt objectiones Adversariorum. Nam sive illis demus Exod. 24. *testamentum* sumi eò quò supponunt sensu, sive pro *pactò* & fœdere qui verus sensus est, negant sanguinem ibi proprie *testamentum* seu *fœdus* dici ex ipsis Adversarijs, Rossensis, Salmero & Jansenius capite undecimò citati. Rossensis juvabit verba describere: m *Quis ita insaniat ut Moseos poculum aut crateram quam ipse plenam sanguine manu tenuit verus testamentum opinetur &c? Palam est sermonem hunc eclipsim pati, verboque carere quod ratificationem exprimat.* Salmero similiter: n *Supplenda est vocula aliqua que confirmationem innuat, nempè confirmator*: Hoc est, sanguinem dici *fœdus* seu sanguinem fœderis quia fœderis sit symbolum confirmativum, ac proinde figuratam ibi esse appellationem. Nec rursùm ad rem est locus ex epistolâ ad Galatas. Nam dicere, verba *testamenti* figurate esse sumenda, non est testamentum annihilare, aut ei aliquid addere. Nec Optatus & Augustinus de sacramentò loquuntur, sed de Euangelio, in quo negari non potest innumera reperiri figuratis verbis enuntiata. Nec leges Imperatoriæ simpliciter & in universum prohibent a significatione verborũ recedere, sed tantùm prohibent recedere, nisi *manifestum sit aliud sensisse testatorem.* Permittunt igitur, si ostendi possit aliam fuisse testatoris sententiam. Imò eadem lex citata hæc quoque habet: *non enim in causâ testamentorum ad definitionem* (hoc est secundum glossam, *ad strictam sivè propriam verborum significationem*) *utique descendendum est, cùm plerunque abusive loquantur nec proprijs vocabulis ac nominibus semper utantur testatores.* Ex alibi: o *optimum, Padius ait, non propriam verborum significationem scrutari, sed in primis quid testator demonstrare voluerit, deindè in quâ præsumptione fuit, qui in quaque regione commoratur.* Quin & Adversarij ipsi, saltem illorum plurimi, fatentur hæc Domini verba quę pro minori substituunt, *hic calix est novum testamentum*, figurata esse metonymiâ duplici, quemadmodum capite undecimo prolixe ostensum est, & tamen obijcere audent verba testamentaria propria esse debere.

g *De sacram. cap.* n. 73.

h *In Psalm. 21.*

i *L. 5. contr. Parmen.*

k *Genes. 49.*

l *Hinc hic, & in 25. Gen. disp. 8.*

m *Contr. Lutter. captiv. Babyl. c. 5. num. 8.*

n *Tom. 9. tract. 15.*

o *ff. l. 33. l. cum de legationis. §. assiduam ff. de instructo vel instrumento legato.*

Quis non deploret vertiginem? Deindè, male oppositionem instituunt inter verba *clarissima* & verba *figurata* cùm ipsimet ob-

servent

servent quasdam esse figuratas locutiones *clarissimas*, ideoque nihilque obstare verba testamentaria simul esse figurata, & plana ac perspicua. Nec valet alia instantia Bellarmini, Suares & [a] Becani, *si testator legavisset tibi domum, intelligeres procul dubio domum propriè dictam legatam esse, non autem imaginem aut figuram domûs.* Respondeo enim, hæc verba, *relinquo domum, & hoc est corpus meum, hic est sanguis meus*, esse valde dissimilia. Nam per hæc postrema verba sacramentum instituitur secundùm Adversarios, aut verius sacramenti natura seu conditio designatur. Ut ergò similitudo sit, proponendum est, testatorem oblatâ picturâ domus quam testamentô legare intendit, dicere *Hæc est domus quam tibi relinquo*, sicut ostensô pane seu Sacramentô corporis dixit, *hoc est corpus meum*, quis adeò stipes erit ut velit illa verba proprie esse intelligenda? Tertiò, ad minorem dico, *testamentum* in locis Matthæi & Lucæ non sumi pro ultimâ testatoris voluntate, sed pro *fœdere* ac pactô, calicemque ibi dici *testamentum* seu *fœdus* esse non proprie, sed figurate, quoniam novi fœderis *signum* sit, ut suprà a nobis est observatum in capite undecimô.

[a] *De sacram. in spec. c. 17. §. 5.*

Denique ad hæc omnia argumenta ducta a legibus, fœderibus, testamentis, pactis, respondet pro nobis eloquentiæ Latinæ parens in oratione pro Cæcinnâ: *Quæ lex*, [b] inquit, *quod senatusconsultum, quod Magistratûs edictum, quod fœdus aut pactio, quod testamentum, quæ judicia aut stipulationes, aut pacti & conventi formula, non infirmari aut convelli potest, si ad verborum detorsiones velimus, consilium autem eorum qui scripserunt & rationem & auctoritatem reliquamus?* Quid Clarius?

[b] *circa medium.*

Quarta Classis argumentorum concernit personas quibus loquebatur Dominus, vid. Discipulos, ex quorum consideratione aliquot argumenta colligunt Adversarij.

Primum sic proponit Suares: *sermo metaphoricus usurpari consuevit, vel gratiâ occultandi sermonem, vel amplificandi, aut delectandi, non autem in familiari sermone, ubi simpliciter inter amicos de rebus agitur, vel inter Magistrum & discipulos, vel quando aliquis vult alios instruere, & intelligi cupit. At hîc Dominus familiariter agebat cum Discipulis, & eos instituebat, &c; loquebatur ergo simpliciter & propriè.* Respondeo postremam partem majoris propositionis esse falsam. Nam verum quidem est figuratam locutionem usurpari, quandoque ad obscurandum, quandoque etiam ad amplificandum & delectandum: sed oblitus est Suares dicere, figuras interdum adhiberi in familiari sermone ad illustrandum sensum. Testes sunt Rhetores a nobis suprà citati qui tropos appellant *orationis lumina*. Addo Salvianum dicentem, [c] *sermonem divinum quandoque tropos adhibere ad inficuandum plenius nobis verum scripturarum intelligentiam.* Et sanè, non video quî negari possit, Dominum familiariter instruxisse Discipulos, cùm illis diceret, *Semen est verbum Dei*, Lucæ 8. 11. *Ego sum vitis vera & Pater meus agricola est*, Joan. 15. & quando dicebat, *Ego sum panis vitæ, qui venit ad me non esuriet*, &c, Joan. 6. 15. & alia innumera, quæ figuratè esse dicta Adversarij ipsi fatentur. Apagè igitur ficulneum aut stramineum ejusmodi argumentum.

[c] *De gubernat. Dei l. 1.*

Secundum argumentum Alani, Maldonati, Salmeronis, Bellarmini, Mæratij, Ysamberti, Estij & [d] Gerhardi, est: *Dominus etsi Pharisæis multa obscurè dicebat, tamen Apostolis qui rudes ac simplices erant omnia vel clarissimè exponebat, vel obscurius dicta continuò explicabat. At non explicuit in casu tropum: Ergò.* Respondeo primò, Adversarios semper importunè componere *figuratum* cum *obscurô*, quasi figurata omnia essent obscura, quod tamen ipsi nobiscum negant, quemadmodum suprà ex ipsorum confessione ostendidimus. Secundò falsa est major. Non enim omnia figuratè dicta Dominum Discipulis exposuisse, patet, tum ex Gregoriô de Valentiâ qui in hoc ipsô argumentô, ait, [e] *ad quos ferè Christus clarè loquebatur*, tum ex innumeris locis qui notari possent. Ubi enim illis expositum esse legitur quod ajebat Mat. 5. *vos estis sal terræ, vos estis lux mundi*, &c? Et Marci 9. *Si pes tuus te scandalizat, amputa illum: omnis igne salietur, & omnis victima sale salietur?* Hæc, inquam, & plurima alia quæ fastidiosum esset referre, illis exposita fuisse nullum in Euangelijs exstat vestigium, sivè quod Dominus judicaverit non conveniens esse, sivè etiam quod non fuerit simpliciter necessarium, cum quædam clara sint. Nec juvat quod subjungitur, *illos valdè rudes fuisse.* Nam, licet simplices fuerint quoad intelligentiam variarum rerum, rudes tamen non erant in intelligentia troporum familiarium & communium. Tropos enim multos esse familiares & nativos, fatetur præter multos alios Adversariorum suprà nominatos, Salmero inquiens: [f] *Familiari sermone dicimus de astutô, hic est vulpes; de forti, hic est leo; de voraci, hic est lupus*, &c. Et antè Salmeronem Augustinus ad quæstionem nostram propius accedens: [g] *Penè omnes tropi qui liberali dicuntur arte cognosci, etiam in eorum reperiuntur loquelis qui nullos Grammaticos audierunt, & eô quo vulgus utitur sermone contenti sunt.* Inter cæteras autem linguas Hebraicam (ac proindè Syram ejus dialectum, in quâ Dominus loquebatur) tropis abundare, observat Vasques: *Palæstinus*, [h] inquit, *figurata locutio admodum familiaris, usus item parabolarum ac similitudinum, atque id circò scriptura tam crebrò hoc modo loquendi usa est.* Ruditas igitur Apostolorum non obstat quominus illis

[d] *Num. 74.*

[e] *Vbi supr. p. 895.*

[f] *Tom. 9. tr. 20. §. quarto.*

[g] *De doctr. christ. l. 3. c. 29.*

[h] *In 1. Thom. tom. 1. q. 1. art. 9.*

illis figurate Dominus loqui potuerit, si modò figura familiaris fuerit, ut illam pluries diximus esse. Imo, ruditatem atque tarditatem audientium aliquandò postulare, ut *similitudinibus cum illis agatur*, disertè notat i Augustinus. Denique, respondeo falsam esse minorem argumenti. Tropum enim illum qui jacet in verbis *hoc est corpus meum*, licet familiarissimum & ex se figuræ suæ indicativum, Dominum ipsum exposuisse addendo, *hoc facite in mei commemorationem*, jam multoties diximus.

i *De Catechizand. rud. c. 9.*

Tertium argumentum Alani, Salmeronis, Maldonati, de Valentiâ, Suares, Estij, Mæratij & Ysamberti, est; *Solebant Apostoli, quando non intelligebant sermonem figuratum, magistro dicere*, edissere nobis parabolam istam: *hic autem nihil interrogant, nihil dubitant: vnde* (concludit Suares) *vehemens conjectura est illos intellexisse hæc verba propriè.* At ego potius contrarium sequi dixerim. Nam, cùm verba *hoc est corpus meum*, propriè & simpliciter accepta, contineant juxta Adversarios mysterium *pene incredibile*, ac multis difficultatibus, contradictionumque saltem apparentijs involutum, si illa Apostoli sic accepissent, proculdubio quæsivissent a Dominô, quomodò hæc fieri possent, ut solebant in alijs multò minoris momenti, magisque verisimilibus. Atqui nihil dubitant, nihil interrogant: vehementissima ergò conjectura est, si non signum certissimum, illos verba hæc accepisse tanquàm figuratè dicta. Erant enim assueti figuratis locutionibus, & præsertim ijs per quas signum appellatur rei significatæ nomine, qualem statuimus esse in verbis, *hoc est corpus meum*. Nam ipsimet novissimè Domino dixerant hac ipsâ loquendi formulâ, a *ubi vis tibi paremus edere pascha?* pascha, id est, *transitum*, pro agnô *transitus signo* sumentes. Imô, dubium esse non debet Dominum similiter esse locutum in azymorum manducatione. Docent enim Hebræi in ritualibus suis, quod etiam ex illis notant b Barradius, c Justinianus, d a Lapidè, & Cossetellus, patrem familias in azymorum manducatione solitum esse *panem frangere* in varias particulas, ac distribuendo dicere, *hic est panis miseriæ quem Patres nostri manducaverunt in Ægyptô, si quis esurit, accedat & paschatizet*: ubi manifestè locutio metonymica est. Nam panis qui offerebatur non erat in atomô panis ille quem Patres ederant in Ægyptô, sed tantum illius commemoratio & repræsentatio. Cùm ergò certum videatur, Dominum non omisisse hanc ordinariam gentis suæ ceremoniam, verbaque hæc protulerit perspicua & cuivis obvia licet figurata; ac deindè, eodem pane assumptô, gratiarum actione consecratô & ordinatô ad repræsentandum, non *miseriam* Patrum in Ægyptô, sed *corpus*

a *Matth. 26. 17.*

b *Tom. 4.*
c *In 1. Cor. 11.*
d *De sacram. c. 7.*

suum pro nobis ad mortem *tradendum*, dixerit similiter, *hoc est corpus meum quod pro vobis frangitur*: quis non judicabit hæc verba ab Apostolis accepta fuisse, sicut illa præcedentia, cùm sit eadem omninò phrasis, ideoque nihil dubitasse, nihil a Dominô quæsivisse, ut in re familiari & clarâ fieri solet, sed acquievisse tantò facilius, quantò clariorem ipse reddebat locutionem, adjungendo, *hoc facite in mei memoriam?*

Quinta Classis concernit locum & tempus institutionis hujus sacramenti.

Primum autem argumentum sic proponit Bellarminus: *Dominus loquebatur eo loco & tempore quo minimè oportebat obscurè loqui, nimirum, cùm Apostoli essent primi participes tanti sacramenti futuri. Nam ut cum debitâ reverentiâ sacramentum susciperent, necesse erat ut planè intelligerent quid eis daretur.* Respondeo, concedi totum argumentum. Verba enim illa, *hoc est corpus meum*, non habuisse obscurum sensum respectu Apostolorum, modò diximus.

Secundum argumentum Gregorij de Valentiâ & Mæratij: *Tempus fuit vitæ Christi pene postremum, in quo certè conveniebat sermonem Christi ad Apostolos esse apertissimum & planissimum.* Gerhardus autem paulo aliter: e *Morti vicinus hoc testamentum suum condidit. Verba hujus cœnæ sunt verba testamenti, non nudi hominis sed ipsius filij Dei, quod in eâ nocte quâ traditus est de negotio omnium gravissimo affectibus, verbis & gestibus maximè scrijs condidit. Jam verò notum est quàm graviter, quàm præmeditatè viri pij & prudentes loqui soleant quandò in confinio mortis existunt.*

e *Vbi supr. num. 74.*

Tertium argumentum Alani, de Valentiâ, Mæratij: *Locus fuit secretus & remotus a turbis, quibus aliàs Christus in parabolis loquebatur: Ergò illis loquebatur sincerè, simpliciter, apertè.* De testamentô & de re gravissimâ, per quam Gerhardus intelligit præcipuum fidei articulum, suprà respondimus. His igitur demptis, concedimus utrunque argumentum; nisi fortè per *simpliciter* Adversarij *propriè* intelligant. Fatemur enim Dominum *sincerè, prudenter, graviter & planissimè* esse locutum: sed *figuratè* nihilominus locutum esse dicimus, verbaque ejus licet *sincera, plana & aperta*, figuræ tamen esse, & vicissim, licet *figurata*, perspicua simul esse, si absque præjudiciô legantur.

Quartum argumentum ducitur, inquit f Stapletonus, *a tempore quo Dominus loquitur, videlicet, instante morte, & volens omnibus figuris finem imponere, unde probatur litteralis eorum sensus* (id est propriæ locutionis) *expressa necessitas.* Panigarola paulò aliter Oecolampadium oppugnans: g *Cur in eadem cœnâ, quam eâ præcipuâ de causâ dabat ut figuras vitaret, censes, tu, fatue, ab eo figuras institui?* Respondeo, per *figuras* Adversarios intelligere, vel *figuras rerum* vel *figuras verborum* ac

f *Amsld. in Matth. 26.*

g *Locon 15. part. 2.*

locutionum. Si prius : verum quidem eſt Dominum, ſivè vivendo, ſivè præcipuè moriendo terminaſſe veteres figuras quæ de illô præceſſerant: at novam non inſtituiſſe in Euchariſtiâ, fatuum eſſe oportet qui negaverit, non qui dixerit: *prima ſacramenta*, inquit [h] Auguſtinus, *quæ obſervabantur & celebrabantur ex lege prænuntiativa erant Chriſti venturi, quæ cùm ſuo adventu Chriſtus implevisſet ablata ſunt, & ideò ablata quia impleta &c, & alia ſunt inſtituta virtute majora, utilitate meliora, actu faciliora, numero pauciora.* Tu ipſemet Panigarola paulò poſt idem aſſeris cum Oecolampadiô, idque verbotim: *Et verè*, inquis, *quis poteſt negare ſpecies eſſe figuras corporis, quandoquidem id oſtendit ſacramenti definitio? Sacramentum enim eſt ſacræ rei ſignum.* Si poſterius: falſum eſt Dominum impoſuiſſe aut imponere debuiſſe finem figuris verborum ac locutionum. Figuratas enim locutiones uſurpavit in totô vitæ curriculô frequentiſſimas, etiam in Euchariſtiâ ipſâ, ut demonſtravimus ex Adverſariorum confeſſione, imò etiam, & [i] poſt cœnam, & poſt paſſionem & [k] reſurrectionem ſuam, ut Maldonatus, Brugenſis, & alij rectè obſervant. Ad hoc enim non venerat ut troporum Rhetoricorum uſum aboleret, ſed ut legalis figuras adimpleret & terminaret.

Sexta claſſis ducitur a regulâ interpretandi ſcripturas, *quæ eſt*, inquit Mæratius cum innumeris alijs, *verba ſcripturæ eſſe in proprio ſenſu exponenda, quando hæc explicatio nihil alteri ejuſdem ſcripturæ loco, nihil fidei, nihil moribus, nihil rationi contrarium continet.* At inquiunt Adverſarij omnes, *talis eſt explicatio verborum*, hoc eſt corpus meum, *proprie acceptorum. Ergò* &c. Reſpondeo primò propoſitionem non eſſe omninò certam, negarique poſſe. Nam exempli gratiâ, verba hæc in teſtamento Jacobi de Juda dicta, [l] *Lavabit in vino ſtolam ſuam & in ſanguine uvæ pallium ſuum*; poſt aliquot ex Patribus multi Adverſariorum, [m] Toſtatus, Brugenſis, Carthuſianus, [n] Naclantus, contendunt ſecundùm litteralem ſenſum non dici in tribum Juda, ſed intelligi debere allegoricè de Meſſiâ: nihilominus propria illorum acceptio de Judâ *nihil alteri ſcripturæ loco, nihil fidei, aut moribus aut rationi contrarium continet.* Similiter illa Deuteronomij 25. 4. *non alligabis os bovi trituranti*, proprie accipere poterant Judæi ſinè ullo præjudicio, aut alterius ſcripturæ, aut fidei, aut morum, aut rationis; Apoſtolus tamen 1. Cor. 9. 9. illa figuratè exponit. Denique, nè nimius ſim, locum Matth. 5. 25. *Eſto conſentiens adverſario tuo cito dum es in viâ cum eo*, &c, [o] Cajetanus, [p] Bellarminus & alij multi allegoricè exponunt de purgatorio ſuo, cùm tamen propriè intelligi poſſit, ut illum Chryſoſtomus exponit, & nos cum illo, ſalvâ ſcripturæ ac fidei authoritate, morumque integritate, ac rationis judicio. Nihilominùs de regulâ contendere non valdè ſolliciti, datâ inpræſentiarum majori propoſitione, minorem negamus. Repugnat enim propria acceptio horum verborum, tum prædicationi diſparatorum quæ in eis eſt: tum ſcripturæ quæ dicit Chriſtum *reliquiſſe mundum* ſecundum corpus & illud in cœlos elevaſſe, non igitur reliquiſſe in terrâ; tum fidei, quæ docet Chriſti corpus eſſe *de Virgine natum*, non *de pane factum*; tum bonis moribus qui anthropophagiam ut horrendam abominantur; denique rectę rationi quę judicat, tum non eſſe corpus humanum quod plures ſenſus rectè diſpoſiti uniformiter & in omnibus, & re ſtudioſe ſpectatâ prepetuò dictant *panem* eſſe, tum *inſani eſſe & fatui Deum appellare & pro Deo venerari quod editur*, ut non tantum [a] Cicero & [b] Averroes, verum etiam [c] Theodoretus obſervavit.

Alterum argumentum ducit ſuprà nominatus [d] Panigarola, ex eô quod *ubicunque figura aliqua venit intelligenda, adjungitur ſemper aliqua circumſtantia quæ illam tollat, ut patet variis exemplis* &c. Idem notat [e] Gerhardus. *At nulla circumſtantia additur verbis*, hoc eſt corpus meum, *quæ in illis figuram eſſe deſignet.* Reſpondeo primò, majorem eſſe falſiſſimam. Conſtat enim ex plurimis, imò penè innumeris ſcripturarum locis figuratæ locutioni non ſemper adjungi circumſtantiam explicantem. Verbi gratiâ Geneſ. 3. 15. figurata locutione dicitur, *ſemen mulieris contereret caput ſerpentis*: Joannis 10. 11. de Chriſtô, *ego ſum Paſtor bonus*, & verſ. 15. *vitam meam pono pro ovibus meis*; Et Matth. 5. 13. de Apoſtolis, *vos eſtis ſal terræ*; & ibid. 30. *ſi manus tua dextra ſcandalizat te, amputa eam*; & Joan. 3. 3. *niſi quis renatus fuerit denuò, non poteſt intrare in regnum Dei*; & infinita ejuſmodi, quæ nulla adjectâ circunſtantiâ illuſtrantur, locutione ipſâ in pleriſque ſeipſam ſatis exponente. Reſpondeo quoque ſecundò negando minorem. Nam hæc circunſtantia immediatè a Dominô adjecta, *Hoc facite in meam commemorationem*, apertiſſimè indicat figuram locutionis, dominumque dixiſſe, *hoc eſt corpus meum*, quià daret ſignum ac commemorationem corporis ſui.

Septima & ultima claſſis ducitur ex conſenſu interpretum, *quorum nullus* (inquit Bellarminus) *tropicè hunc locum intelligendum eſſe dixit.* At, quam hoc falſò affirmetur, Deô dante, oſtendemus libro ſecundo ad quem lectores remittimus pleniſſimè informandos. Interim tamen illis hîc proponemus Tertullianum dicentem: [f] *Acceptum panem & diſtributum Diſcipulis, corpus ſuum illum fecit*, Hoc eſt corpus meum, *dicendo, id eſt, figura corporis mei.* Et Auguſtinum;

g non

h *Contr. Fauſt. l. 19. cap. 13.*

i *Brugenſ. in Matth. 26. 31. Collatus cum §. 29. Item Maldonat. in Matth. 26. 39. collat. cum eodem in 20. 22. Brugenſ. tum in Luc. 23. 46.*

k *Maldon in Luc. 24. 49.*

l *Gen 49. 11.*

m *Apud Petrum ibid.*

n *Medull. ſcriptur. in 3. atteſt.*

o *In hunc locum.*

p *De purgat. l. 1. cap. 7.*

a *De natur. Deor. lib. 3.*

b *In 12. metaphyſ.*

c *In Geneſ. q. 55. & in lev. q. 11.*

d *Lecon. 15. part. 1.*

e *Num. 75.*

f *Contr. Marcion. lib. 4.*

g *Contr. Adimant. c. 12.*

g *non dubitavit Dominus dicere*, Hoc est corpus meum, *cum daret signum corporis sui.*

CAPUT XVI.

Utrum verba Hoc est corpus meum, *efficiant ac designent desitionem seu mutationem substantialem panis & vini.*

Varia Adversariorum sententia proponuntur ac expenduntur, earumque fundamenta solvuntur.

POSTQUAM expendimus quis sit secundùm nos verborum sacramentalium sensus, deinceps inquirenda est sententia Adversariorum ex parte Pontificiâ, ac penitiùs inspicienda. Duo autem illi docent. Unum est, desitionem seu mutationem substantialem panis & vini remanentibus accidentibus effici ac designari per illa verba: Alterum, præsentiam corporis & sanguinis Christi sub illis accidentibus. Cujus præsentiæ rationem concilium Tridentinum ait, h *verbis exprimi vix posse*, cùm tamen asserat id fieri per conversionem, i *qua convenienter, propriè, & aptissimè ab ecclesiâ transubstantiatio est appellata*: in quo an sibi constet, lectores judicent. Quià autem Adversarij non admodùm sibi confidunt de probatione prioris adversùs nos articuli, adeò ut propemodum nobis derelictis, adversùs consubstantiatores tela sua contorqueant, idcircò discussionem quæstionis de conversione postponi volunt examini præsentiæ, aitque Perronius, k *illos pervertere disputationis ordinem qui realis præsentiæ articulo indiscusso de transsubstantiatione agunt*: hac ratione ductus, *quod quæstio de præsentiâ sit generalior, quandoquidem omnes qui de transsubstantiatione consentiunt, de præsentiâ quoque conveniunt, non autem contrà.* Nos autem dicimus ordinem hunc esse præposterum & soli Adversariorum impotentiæ accommodatum. Fatentur enim ipsimet corpus & sanguinem Christi non esse in Eucharistiâ nisi per substantialem panis & vini conversionem. In omni autem conversione duo termini sunt, a quo, & ad quem. Cum ergò secundum naturæ ordinem desinat terminus a quo, priusquàm ponatur terminus ad quem, profectò expendendum est an desinant panis & vinum, priusquàm examinetur an eorum locum subeant corpus & sanguis Domini. Deindè, quamvis præsentiam hanc evicissent, superesset adhuc probandum id per transubstantiationem fieri. Contrà, existimant ipsi transubstantiatione probatâ præsentiam extorqueri. Ne igitur fluctus agitare in simpulo, aëremque frustrà velint illi diverberare, de conversione litem totam dirempturâ prius inquirere debent, secuturâ loco suo quæstione de præsentia, ex abundantiâ (si ita est) juris sui.

h *Sess. 13. c. 1.*

i *cap. 4. & can. 2.*

k *Replic. ad Reg. de in grand. Britann. l. 4. c. 19.*

Quæritur ergo, *an panis & vinum desinant esse per transubstantiationem sui?* Adversarij concordiam perpetuo mentientes, in hac quæstione sicut & in præcedentibus inter se dissentiunt.

Prima sententia est Ruperti Abbatis Tuitiensis, &, ut m aliqui etiam volunt, Valerani, *panem ma ere, & esse ac dici Christi corpus, quià Hypostatice assumatur a Verbo, eo prorsus modo quo natura humana ab eodem Verbo assumpta est.* At hæc opinio cum authoribus suis mortua, ab omnibus jã exploditur.

l *Lib. 6. in Ioan.*

m *Vasq. disp. 180. cap. 1.*

Secunda opinio est cujusdam Joannis Parisiensis, *qui*, inquit n Bellarminus, *ut refert Thomas Waldensis tom. 2. de Sacram. cap. 65. oppugnavit hæresim præcedentem & aliam excogitavit. Docuit enim panem assumi a Verbo, sed mediante corpore Christi ut corpus accipitur pro parte hominis, non ut accipitur pro toto homine.* Sed hæc opinio ab omnibus hodiè rejicitur ac refellitur. Videantur Bellarminus de Euchar. l. 3. c. 16. & Durandus in 4. dist. 10. q. 1.

n *De Euc. l. 3. c. 11.*

Tertia est, *materiam panis mutari in corpus Christi, sed formam substantialem panis manere eandem.* Refert hanc opinionem sinè nomine Authoris Thomas part. 3. q. 75. art. 6. & refellit.

Quarta priori contraria est Durandi, qui docet, a *formam panis converti, materiam autem illius manere informatam Christi animâ.* Quæ sententia hodiè rejicitur, quià directe pugnat cum Conciliô Tridentinô, refutaturque ab alijs hoc inter cætera argumentô: quià, *vel hæc materia accedit reliquo corpori Christi & in eo manet, vel accedit sed non manet, vel non accedit. Si accedit & manet; ergò quotidie augetur & crescit corpus Domini, & jam in immensam molem excrevit. Si accedit & postea recedit: ergò quotidiè crescit & decrescit; quod sanè quis ferat? Si non accedit: ergò sunt tria Christi corpora reipsâ distincta, unum de Virgine sumptum, alterum conflatum ex materiâ panis & animâ Christi, tertium ex materiâ vini & forma sanguinis.* Ita b Bellarminus.

a *In 4. dist. 11. q. 3.*

b *De Euch. l. 3. c. 13.*

Quinta opinio triplex est. Prima docet *manere post consecrationem substantiam panis destructâ integrâ naturâ ejus.* Ita Godofredus quodlib. 8. q. 16. relatus a Paludano dist. 12. q. 3. Secunda est, *manere existentiam panis, ut per eam accidentia panis & vini existant*: quam sententiam c Suares & d Mæratius tribuunt Dominico Bannes. Tertia negat, *manere aliquid substantia panis sub eadem specificâ differentiâ sub quâ antea erat*, affirmat tamen, *hanc individuam entitatem vel substantiam quæ antea erat panis per conversionem fieri*

c *Disp. 49. sect. 4.*

d *Disp. 9. sect. 3.*

ted by Google

corpus Chriſti, & ita manere. Quæ ſententia vulgò tribuitur Cajetano : & licet de *e* Valentia & *f* Vaſques contendant id illi falſò imputari, tamen *g* Soto & Suares id illum intinuare & vere habere q. 75. art. 3. circà ſolutionem ad 3. & art. 4. contendunt. Refutantur communiter duæ priores opinio-ones, tum ex Concilio Tridentino, tum ex principijs metaphyſicis. Nam *pereunte aliquâ naturâ, perire conſequenter proprios hujus naturæ modos neceſſarium eſt : ſubſiſtentia autem eſt modus ſubſtantiæ.* Rurſus, *pereunte ſubſtantiâ manere exiſtentiam ejus impoſſibile eſt, cùm nihil ſit aliud perire quàm amittere eſſe exiſtentiæ : nam eſſe eſſentiæ immutabile eſt, niſi ratione exiſtentiæ.* Tertia ſimiliter refutatur, *quia implicat, entitatem panis manere, & converti.*

e Tom. 4. p. 1044.
f Diſp. 181. c. 10.
g In 4. diſt. 9. q. 2. art. 4.

Sexta opinio eſt, *panem & vinum* quoad ſubſtantiam *annihilari, & illorum locum corpus & ſanguinem Chriſti ſubire* : quam ſententiam *b* Suares & *i* Vaſques tribuunt Scoto, Gabrieli, Occam, Majori, Angelo, quamquàm omnes non abſolutè id ſtatuere videntur, ſed tantùm prout vocabulum *annihilationis* laxè & generaliter ſumitur. Communiter autem refutatur ab alijs, tum ex principio quodam Auguſtini, *Deum non eſſe cauſam tendendi in nihilum*, tum ex eo quod *ſacramentalia verba efficiunt quod ſignificant : annihilationem autem nullo modo ſignificant.*

h Diſp. 50. ſect. 7.
i Diſp. 183.

Septima opinio eſt, *panem & vinum non annihilari, ſed ſubſtantialiter mutari in corpus & ſanguinem Chriſti.* Quæ ſententia communis eſt apud Adverſarios hodiernos : in eâ tamen explicandâ quoad partem poſteriorem, inter ſe acriter dimicant, alijs *productionem* corporis Chriſti, alijs *adductionem*, alijs denique *conſervationem* exponentibus. Fatetur de Valentia : *magna eſt*, *k* inquit, *apud Doctores (ſicut eſt res jamè difficilis) varietas ſententiarum & argumentorum ; quæ multiformia, inquit Cajetanus hîc art. 1. & implicantia etiam mentes eruditorum circa hoc ſiunt.*

k Ubi ſupr. p. 1038.

Tres autem poſteriores in hoc ſaltem conveniunt, quod negent panem & vinum manere quoad ſubſtantiam. Videndum quibus ex ſcriptura argumentis, quæ ſane futiliſſima ſunt.

Primum argumentum poſt *l* Vaſques, *m* Suares, & infinitos alios ſic proponit Gamachæus : *n Chriſtus in nocte cœnæ accepit verum panem & dando Diſcipulis affirmavit eſſe ſuum corpus, verè, absque tropo, absque figura, ut ſuperiùs oſtenſum fuit, nec potuit mentiri ; Ergo vere panem illum transmutavit. Probatur. Non enim vere fuiſſet Chriſti corpus ſi panis ſemper remanſiſſet, vel ſi præbuiſſet panem : ergo neceſſarium fuit realiter tranſmutari.* Reſpondent primo generatim plurimi ipſorum Adverſariorum verba, *hoc eſt corpus meum*, ad tranſſubſtantiationem recipiendam non cogere, nimirùm, quià (ut puto) exiſtimant nonnulli illa poſſe *in metaphorico ſenſu verificari*, ut *o* Cajetanum ſuprà loquentem audivimus. Occam : *p hoc non poteſt probari naturali ratione vel auctoritate Bibliæ, ſed per dicta Sanctorum & determinationem eccleſiæ*, &c. *q Communis tamen opinio eſt Theologorum quam teneo propter determinationem Eccleſiæ, & non propter aliquam rationem.* Quamquàm quod ait, tranſſubſtantiationem probari, tum *per dicta Sanctorum*, tum *per determinationem Eccleſiæ*, nec ab ipſis Adverſarijs omnibus ſimpliciter probatur. Alphonſus enim de caſtró de indulgentijs loquens, ait : *r neque hac occaſione ſunt contemnenda quod earum uſus in Eccleſiâ videatur ſerò receptus, quoniam multa ſunt poſteritatibus nota, quæ vetuſtis illi ſcriptores prorſus ignoraverunt. Nam de tranſubſtantiatione panis in corpus Chriſti rara eſt in antiquis ſcriptoribus mentio.* Cuſanus quoquè : *ſ ſi quis intelligeret panem non tranſſubſtantiari, ſed ſuperveſtiri nobiliori ſubſtantiâ, quemadmodum nos expectamus lumine gloriæ ſuperveſtiri ſalvâ ſubſtantiâ noſtrâ, prout quidam Veteres Theologi intellexiſſe reperiuntur, qui dicebant non ſolum panem, ſed & corpus Chriſti eſſe in ſacramento, ille habet ad vim vocabuli attendere.* Et de Alliacô : *t licet ita eſſe non ſequatur evidenter ex ſcripturâ, nec etiam (videre meò) ex determinatione Eccleſiæ, quià tamen magis favet ei, & communi opinioni Sanctorum & Doctorum, ideo teneo eam.* Sed pergamus ad confeſſionem de Scripturis. Biel : *u id non invenitur expreſſum in canone Bibliæ*, &c. *ſed de ſacramentis tenendum eſt, ſicut tenet Romana Eccleſia, nunc autem ipſa tenet & determinavit panem tranſubſtantiari in corpus Chriſti.* Scotus : *x tenendum eſt eſſe de ſubſtantiâ fidei, & hoc poſt iſtam declarationem ſolemnem factam in eccleſiâ* ; ſcilicet, in ſymbolo edito ab Innocentio 3. in Concilio Lateranenſi. Baſſolis : *teneo me cum determinatione Eccleſiæ.* Cajetanus : *y alterum quod Euangelium non explicavit expreſſè, ab eccleſiâ accipimus*, ſcilicet, *converſionem panis in corpus Chriſti.* Bellarminus : *z Scotus dicit, non exſtare locum ullum ſcripturæ tam expreſſum ut ſinè eccleſiæ declaratione evidenter cogat tranſſubſtantiationem admittere. Atqui id non eſt omnino improbabile. Nam etſi ſcriptura nobis videatur tam clara ut poſſit cogere hominem non protervum, tamen, an ita ſit, merito dubitari poteſt, cum homines doctiſſimi & acutiſſimi, qualis in primis Scotus fuit, contrarium ſentiant.* Quam Cardinalis confeſſionem diſſimulato ac tacito nomine Vaſques inſimulat *claudicationis in utramque partem.* Suares : *b dico ſacramentum Eccleſiæ confici per veram converſionem panis & vini in corpus & ſanguinem Chriſti. hæc aſſertio eſt de fide. Nam licet ſub his verbis non habeatur in ſcripturâ, ea tamen docet eccleſia ab Apoſtolis edocta.*

l Diſp. 180. cap. 4.
m Diſp. 49. ſect. 2.
n q. 75. c. 3.
o Ad q. 75. art. 1.
p quod l. 4. q. 34. & de corp. Chriſti c. 3. & 5.
q Ibid. q. 35.
r Vocabul. Indulgentia.
ſ Excitat. l. 6. ex 40. ſerm. ſuper, Una oblatione conſummatæ.
t In 4 q. 6. art. 2.
u Lect. 40. in Can.
x In 4. diſt. 11. q. 3. § Ad arg.
y Q. 75. art. 1.
z De Euch. l. 3. c. 23.
a Diſp. 180. c. 5.
b Diſp. 50. ſect. 1.

Car-

Cardinalis Contarenus : c *non proditum in ſacris litteris.* Canus Epiſcopus Canarienſis demonſtrare volens, a *non omnia quæ ad Chriſtianam doctrinam pertinent eſſe etiamnum in ſacris litteris expreſſa*, inter cætera notat, *converſionem panis & vini in corpus & ſanguinem Chriſti.* Becanus de ſupramemoratô argumentô, prout a Gamachæô urgetur : b *puto, moraliter, non metaphyſicè efficax eſſe argumentum.* Denique Perronius non modò idem quod Becanus fatetur, videlicet, c *metaphyſicè conſequentiam non eſſe neceſſariam*, ſed & addit, d *credero ſe ſubſtantiam panis non manere cum corpore Chriſti in Euchariſtia* &c, *ſed virtute verborum Chriſti expoſitorum juxtà intelligentiam quæ per traditionem ſemper conſervata fuit ab Apoſtolis ad nos uſq; in eccleſiâ.* Sed & rurſus Adverſariorum nonnulli, etiam ſuprà nominatorum negant argumentum ductum a verbis, *hoc eſt corpus meum*, logicè efficax eſſe ad probationem tranſubſtantiationis, etiamſi verba illa propriè ſumerentur. Sic enim Scotus : e *Dico, quod bene ſuæſet Deo poſſibile inſtituiſſe quod corpus Chriſti vere eſſet præſens ſubſtantiâ panis remanente* &c ; *& tunc ibi ſuiſſet veritas Euchariſtiæ.* Item paulò poſt: *verba ſcripturæ poſſent ſalvari ſecundum intellectum facilem & veriorem ſecundum apparentiam.* Quod etiam poſt illum, & penè ijſdem verbis aſſerunt f Durandus & Paludanus. Similiter, de Alliacô : g *patet, quod ille modus* (ſcil. panem remanente) *eſt poſſibilis, nec repugnat rationi, nec Authoritati bibliæ, imò eſt facilior ad intelligendum & rationabilior quam aliquis aliorum.* Occam : h *Hæc opinio eſſet multum rationabilis, niſi eccleſia determinatio eſſet in contrarium*, &c, *nec contrarium illius haberetur in canone Bibliæ, nec includit aliquam contradictionem.* Et Baſſolis : i *Adducitur ab aliis illa authoritas Chriſti* (nempe, *hoc eſt corpus meum*) *ſed non cogit, quia dato quod maneret ſubſtantia panis, ita bene verificaretur iſta, quia hoc non demonſtrat panem.* Verùm demus, iſtos omnes falli: negamus Dominum dando panem affirmaſſe, eſſe ſuum corpus, *abſque tropo & figurâ.* Mera petitio principij eſt. Contrarium potiùs ſequi videtur ex argumento ab Adverſarijs propoſitô. Nam ſi *Dominus accepit verum panem & dando Diſcipulis affirmavit eſſe ſuum corpus*, non video quî negari poſſit illum de verô pane corpus ſuum affirmaſſe. At ſuprà illos audivimus unanimiter affirmantes, k *abſque tropo & figurâ falſum eſſe dicere, panem corpus Chriſti.* Cum igitur argumentum ſupponat Dominum propriô ſenſu id affirmaſſe, vanum eſſe neceſſe eſt.

Secundum argumentum non valde diſſimile primo, a Gregoriô de Valentiâ proponitur in hunc modum : l *Quicquid ſubſtantia continebatur ſub accidentibus panis & vini, finita prolatione illorum Chriſti verborum, & quicquid nunc etiam ibi continetur, quandò a ſacerdote prolata ſunt eadem verba, id totum vere & propriè tunc fuit & nunc etiam eſt corpus & ſanguis Chriſti. Sed nihil ſubſtantiæ panis & vini tunc fuit aut nunc eſt vere & propriè corpus & ſanguis Chriſti, cùm finitur illa prolatio verborum. Ergò nihil ſubſtantiæ panis & vini continebatur tunc, aut nunc continetur ſub ſpeciebus panis & vini. Quod ſi nihil ibi ſubſtantiæ panis aut vini continetur, cum tamen ſubſtantia panis & vini antè ibi fuerit, conſequitur panem eſſe converſum in Chriſti corpus, remanentibus ſolis accidentibus, & ſimiliter vinum in ſanguinem.* Reſpondeo, majorem argumenti tria falſa ſimul ponere. Primum eſt, verba *hoc eſt corpus meum, hic eſt ſanguis meus*, vera tantùm eſſe in ultimô inſtanti prolationis illorum. Contrà enim ex ipſis Adverſariis Chriſtophorus de Capite fontium jam ſuprà citatus : *Notandum eſt*, m inquit, *propoſitionem hanc*, hoc eſt corpus meum, *fuiſſe veram antè primum inſtans ſuæ prolationis* (nimirum, in mente Chriſti) *& non poſt ultimum inſtans ſuæ prolationis, ut ineptè quidam Scholaſtici cavillantur.* Secundum eſt, verba illa conſecrationem efficere. Tertium deniquè Dominum de ſubſtantiâ contentâ ſub accidentibus panis & vini *propriè* affirmaſſe illam eſſe corpus & ſanguinem ſuum, hæc omnia probanda ſunt, non turpiter ſupponenda.

Tertium argumentum Perronij ſic ſe habet : n *attributum ſubſtantiale non poteſt de ſubjectô aliquô de quô antèà non prædicabatur, ſubſtantialiter affirmari, niſi aut ſubjectum ſit ſubſtantialiter mutatum, aut ſubſtantiam aliquam ſibi hypoſtaticè univerit. Atqui in verbis* hoc eſt corpus meum, *attributum ſubſtantiale affirmatur ſubſtantialiter de ſubjecto de quô antèà non prædicabatur. Ergò, aut ſubjectum illud eſt ſubſtantialiter mutatum, aut aliquam ſubſtantiam ſibi hypoſtaticè univit. At hoc poſterius falſum eſt, omnium confeſſione : igitur prius verum eſſe neceſſe eſt.* Minor probatur : *quia verba illa ſunt propoſitio litteralis. In propoſitionibus autem litteralibus attributum ſubſtantiale de ſubjecto cui per verbum ſubſtantivum jungitur, ſubſtantialiter dicitur.* Verùm ab illô quæro, quodnam illud ſubjectum ſit de quô in propoſitione, *hoc eſt corpus meum*, attributum ſubſtantiale, videlicet, Chriſti corpus prædicatur, cum anteà non prædicaretur. Profectò aliud aſſignari non poteſt legitimè & convenienter præter panem. At hoc poſitô, non modò falſum eſt corpus Chriſti de illo ſubſtantialiter affirmari, ſed etiam impoſſibile, cum diſparatum de diſparato nequeat propriè affirmari, *ne per potentiam Dei quidem*, ut docent ipſi Adverſarij capite decimo tertio citati. Undè & ſecundò falſum eſt, verba *hoc eſt corpus meum*, eſſe *propoſitionem litteralem*, hoc eſt, ſecundum litteram & abſque tropo intelligendam. Quantâ enim facilitate id ab eo affirmatur a nobis negatur.

c De ſacrâ. lib. 2. c. 3.
a Locor. comm. l. 3. c. 3. fundam. 2.
b De ſacrâ. in ſpec. cap. 13. q. 2. §. Nona concluſio.
c De Euchar. lib. 2. Anth. 61. cap. 3.
d Ib. Anth. 59. c. 3. ad 4.
e In 4. diſt. 11. q. 3 §. ad argum.
f Ibid.
g In 4. q. 6. art. cap. 2.
h Quodlib. 4. q. 35.
i In 4. diſt. 11. q. 3 §. quantum ad 2. artic.
k ſupr. Cap. 13.
l Vbi. ſupr. p. 1000.
m De neceſſar. correſp. Theol. ſcholaſt. l. 1 fol. 95.
n Repliq. au Roy de la grand. Bretaigne edit. 1. p. 867.

Quartum argumentum eſt Yſamberti qui ait: o *Chriſtus Dominus conſecrans verè dixit loquendo practice*, hoc eſt corpus meum, & hic eſt ſanguis meus; *ergo vere effecit ut ibi ſolum eſſet ejus corpus, ſolus ejus ſanguis, & ut non remaneret ſubſtantia panis & vini. Antecedens probatur, quia Chriſtus Dominus non poteſt mentiri, & hæc ejus oratio eſt practica. Conſequentia probatur: ut aliqua propoſitio conſtans pronomine ſubſtantiam ſub accidentibus ſenſibilibus latentem demonſtrante per externa ſigna humanis ſenſibus expoſita ſit vera; debet ejus pronomen demonſtrare omnem & quamlibet ſubſtantiam ſic demonſtrabilem ibi contentam; & quando eſt vera practice, tunc ad ſalvandam ejus veritatem, ſi qua ibi erat ſubſtantia deliteſcens non demonſtrata talis pronomine removetur per ejuſmodi propoſitionem. Sed iſta Chriſti Domini propoſitio*, hoc eſt corpus meum, & hic eſt ſanguis meus, *eſt vera practice, ut patet ex dictis, & conſtat pronomine* hoc & hic, *demonſtrante per externa ſigna humanis ſenſibus expoſita ſubſtantiam latentem ſub accidentibus ſenſibilibus panis & vini; & præterea, licet ſubſtantia panis & vini ſecundum ſe ſpectata ſit demonſtrabilis per ſua accidentia, ut docet experientia, non tamen demonſtratur in hac Chriſti Domini propoſitione per pronomen* hoc & hic, *ſed ſola ſubſtantia corporis & ſanguinis ejus: ergo ibi tantum continetur ſubſtantia ejus corporis & ſanguinis, & ex conſequenti non remanet ſubſtantia panis & vini, ſed removetur. Major probatur ex communi conſenſu hominum*, &c. *Minor verò propoſitio ejuſdem ſyllogiſmi patet ſatis quoad duas priores partes: quoad tertiam verò ſcilicet, pronomen* hoc *in propoſitione Chriſti Domini tantum demonſtrare corpus ejus, probatur facilè, ex eo quod ibi ſit adjectivum, ut oſtendemus agendo de acceptione verborum formæ*, &c. Sed plurima falſa ſupponit. Primò enim enthymematis illius antecedens quod eſt totius ipſius diſputationis fundamentum, in eâ parte quâ ſtatuit Dominum cum dicere, *hoc eſt corpus meum, hic eſt ſanguis meus*, practicè locutum eſſe, falſiſſimum eſt, & ineptè ſuppoſitum. Verba enim illa nullomodò practica ſunt, ſed declarativa tantum. Hoc autem ſublato, cætera omnia quæ ſuperſtruuntur corruunt. Secundò, quamvis daremus Dominum in illis verbis practicè eſſe locutum, quod fieri certè non poteſt quin verbum *eſt* acceperit pro *ſit*, aut *ſit*, inuſitatè prorſus & contrà verbi hujus genium, falſum eſſe nihilominus conſequens quod indè deducit, videlicet, corpus & ſanguinem Chriſti ibi eſſe poſitum, & panis ac vini ſubſtantiam hinc remotam. Poſſunt enim panis & vinum fieri corpus & ſanguis Chriſti abſque eo quod eorum removeatur ſubſtantia, figuratè videlicet & ſignificativè. Nam *fieri*, ut rectè monet a Cyrillus, *non ſemper natura mutationem ſignificat*. Tertiò, ad probationem antecedentis, diço, certum quidem eſſe Dominum non poſſe mentiri; ſed falſum eſſe, hanc ejus orationem practicam fuiſſe, ſupponique pueriliter pro certo quod in quæſtione eſt. Quartò, in probatione conſequentiæ, falſum eſt totum contentum minoris propoſitionis. Nam iſta propoſitio, *hoc eſt corpus meum*, & ea *hic eſt ſanguis meus*, practicè vera non eſt, ſed ſpeculativè tantum; nec in eâ pronomina *hoc* & *hic* ſubſtantiam ſolam demonſtrant ſub accidentibus ſenſibilibus panis & vini latentem, nec corpus & ſanguinem Chriſti, ſed totum complexum panis & vini, id eſt, ſubſtantiam panis & vini cum accidentibus ſuis, ſeu, totum hoc ſenſibile & viſibile. Nec obſtat quod objicit pronomen *hoc* adjective ſumi. Nam ſivè ſubſtantivè, ſivè adjective ſumatur, ſemper eo panem & vinum deſignari, ſuprà capite decimô prolixe oſtendimus adverſus omnes Adverſariorum argutias.

Quintum argumentum ejuſdem Yſamberti eſt: *Si ſubſtantia panis remaneat in ſacramentô Euchariſtiæ, & ex conſequenti ſignificetur, ſubjectô prædictæ propoſitionis Chriſti Domini* hoc, *jam hæc propoſitio*, panis eſt corpus Chriſti Domini *erit vera, & corpus Chriſti Domini prædicabitur de pane. Atqui talis prædicatio eſt falſa: ergo ſubſtantia panis non remanet in ſacramento Euchariſtiæ.* Reſpondeo, conceſſa majore minorem negari. Illam autem conatur probare hoc argumento: *ea omnis prædicatio cujus ſubjectum & attributum ſunt duo diſparata, eſt omninò falſa, quia omnis prædicatio fundatur in aliquâ identitate attributi cum ſubjecto, ex communi regulâ dialecticorum: quæ autem ſunt diſparata, ut ſic, non habent aliquam identitatem. ſed ſubſtantia panis & corpus Chriſti Domini ſunt diſparata, ut per ſe conſtat: ergo non poſſunt de ſe invicem prædicari.* Verum, rurſus reſpondeo falſam eſſe propoſitionem. Nam etſi *diſparata de ſe invicem non* poſſint proprie *prædicari*, figurate tamen poſſunt, idque veriſſime. Et mirum eſt virum doctum cæſpitare in re tam clarâ. Quis enim negare poſſit in his propoſitionibus, b *ſemen eſt verbum Dei*, c *petra erat Chriſtus*, & innumeris ejuſmodi, diſparatum de diſparato prædicari, nec tamen falſo, ſed vere, figurate tamen? In confirmatione autem falſo pariter ſupponit, *omnem prædicationem fundari in aliquâ identitate attributi cum ſubjecto.* Id enim tantum verum eſt ex Dialecticorum regula in prædicationibus propriis. Nam alioqui notitia quæ ſubeſt vocabulo *affirmationis*, eſt, non tantum identitas prædicati & ſubjecti, ſaltem ſecundum ſuppoſitum, ſi non etiam ſecundum formam, ſed etiam ſignificatio prædicati per ſubjectum tanquam per ſymbolum aut ſimilitudinem aliquam.

o *Ad q. 75. diſp. 6. art. 1.*

eſſert 20. Τὸ γοητικὸν, & μάστακα φύσαι καμήλου μεταβολήν.

a *Theſaur.*

b *Luc 8. 11.*

c *1. Cor. 10. 4.*

aliquam. Illa prædicationes facit proprias, hæc figuratas: utraſque nihilominus ſuo modo veras. Propoſitio autem ſuprà memorata Domini ex earum genere eſt, quæ figurate veræ ſunt.

Sextum argumentum quod idem qui ſuprà [d] Gregorius de Valentiâ urgere ſe dicit poſt Sanderum & Sanctesium, *ducitur*, inquit, *ex fine quodam Euchariſtiæ, atque etiam ex duabus ejus figuris principalibus, in quibus extitit admirabilis quoque mutatio ſubſtantiæ, videlicet, manna & petra.* Caute autem Adverſarius nobis argumentum in formam redigendum, contrà morem ſuum relinquit, ut cavillari poſſit. Sic autem formandum videtur: *Si mutatio mirabilis ſubſtantiæ contigit in figuris Euchariſtiæ manna & petræ, multo magis illa contingere debet in Euchariſtiâ quæ inſtituta eſt ut eſſet quaſi memoria mirabilium Dei. Atqui mutatio ſubſtantiæ admirabilis contigit in figuris Euchariſtiæ, mannâ & petrâ: Ergo.* Verum in hoc argumento nihil propemodum ſani eſt. Nam primò ſupponit *manna* & *petram* figuras fuiſſe panis & vini Euchariſtiæ: quod licet late loquendo utcunque dari poſſit, quatenus ſigna præcedentia poſſunt dici quodammodò ſubſequentium & quæ in eorum locum ſubrogata ſunt figuras aliquas fuiſſe, tamen accurate loquendo falſum eſt. *Manna* enim & *petra* figuræ Chriſti fuerunt directe & proprie, ut Chriſtus [e] ipſe & [f] Apoſtolus teſtantur, non verò *panis & vini* Euchariſtici. Secundò, male ducitur ab illis argumentum ad Euchariſtiam. Nam manna & petra ſigna fuerunt extraordinaria & miraculoſa; Euchariſtia non item, ut ſuprà ex [g] Auguſtino a nobis eſt obſervatum. Tertio, non bene dicitur indeterminatè, *Euchariſtiam eſſe quaſi memoriam mirabilium Dei.* Non enim eſt indefinite *monumentum mirabilium Dei*, ſed determinate *commemoratio* corporis Chriſti ad mortem pro nobis traditi, & ſanguinis ejus in cruce effuſi. Quarto, minime valet conſequentia; Euchariſtia eſt *memoria mirabilium Dei*; ergo *habet admirabilem ſubſtantiæ ſuæ mutationem.* Non enim quicquid inſtituitur in *memoriam rei mirabilis* aut *miraculoſæ*, itidem *mirabile* eſſe debet, aut mutationem miraculoſam ſuſtinere. Denique, falſum eſt, mutationem interveniſſe in petra & manna, mutationem intelligendo de ſubſtantiæ mutatione proprie ſic appellatâ. Nam, ut demus verum eſſe quod Adverſarius refert ex libro [h] Sapientiæ, de mannâ ſe accommodanti guſtantium voluntati ac deſiderio, non erat hæc ſubſtantiæ, ſed qualitatis mutatio, ſaporis videlicet: ſi tamen mutatio fiebat in ipſo mannâ, non autem in guſtu veſcentium. Nec rurſus, quando apud Davidem dicitur, [i] *Deus convertit petram in ſtagna aquarum & rupem in fontes aquarum*; ſenſus eſt, *petram deſiiſſe*; ſed hoc de illâ dicitur quiâ juſſu Dei aquas abundanter effudit, ſivè tum immediate a Deo creatas, ſivè antè in rupe contentas nec erumpere valentes, quæ [k] Toſtati ſententia eſt.

Septimum argumentum ducit Salmero ex illo Luc. 22. 18. *Dico vobis quod non bibam de generatione vitis donec regnum Dei veniat.* Quod, [l] inquit, *ſi dictum eſt de poculo legali, quando ergo dixit*, hic eſt ſanguis meus, *vinum commune non erat: alias contrà promiſſionem ſuam egiſſet.* Reſpondeo primò, poſſe concedi totum argumentum prout conceptum eſt. Non enim de *vino communi*, ſed de *vino conſecrato*, ac nihilominus ſubſtantialiter vino, dixit Dominus, *hic eſt ſanguis meus.* Secundò dico, argumentum ſolvi ab ipſomet [a] Salmerone exponentè hæc Lucæ verba cum Auguſtino de calice Euchariſtiæ. Nam in ſtatu mortali vinum non ampliùs bibit poſt hanc ſumptionem Dominus. Denique, etiamſi locus hic intelligeretur de poculò legali, nihil inde pro delitione vini in Euchariſtiâ concludi poſſet. Verba enim Domini accipienda ſunt more conſueto hominum qui diſceſſuri amicis dicunt, *non bibemus amplius ſimul uſque ad reditum*, non quod in hoc convivio non amplius bibituri ſint, ſed quod poſt illud non amplius ſint compotaturi.

Octavum argumentum ejuſdem, ſic ſe habet: [b] *Vox Domini eſt apud Ioannem*, panis quem ego dabo caro mea eſt pro mundi vitâ; *vbi non alium panem deſignat ſe daturum, quàm illum qui ſit ejus caro; ideò ſubdit*, niſi manducaveritis carnem filij hominis, &c, caro enim mea vere eſt cibus, & ſanguis meus vere eſt potus. *Cum ergò tantâ aſſeveratione & inculcatione carnem ſuam, panem & verum cibum, & ſubinde ſanguinem ſuum verum potum nominaverit, profectò omnem aliam ſubſtantiam panis & vini excluſit, qua conſtat ſatis cibi & potus habere rationem.* Sed affirmativam ſimplicem in excluſivam non minùs male tranſmutat, quàm panem & vinum in corpus & ſanguinem vult tranſmutari. Nam Dominus ait quidem ſe carnem ſuam *daturum pro mundi vitâ*, carnemque ſuam eſſe *verè cibum*, ſanguinem *verè potum*; ſed ſe panem & vinum daturum non negat: alioquin eadem ratione concludi poſſet ipſum non fuiſſe quoque daturum accidentia panis & vini, cum ibi non magis illorum meminerit quàm panis & vini. Deinde, etiam reſpondeo, Dominum ibi non loqui proprie de eô quod eſſet daturus in Euchariſtiâ, ſed de eo quod *daturus eſſet* in cruce *pro vitâ* ac redemptione *mundi*, quemadmodum loco ſuo prolixius oſtendetur.

Atque hæc ſunt omnia Adverſariorum ex ſcripturis argumenta. Subjungit Salmero decem rationes, ſed pleraſque adeò propudioſas

d *Vbi ſuprà p. 10 11.*

e *Ioan. 6.*

f *1. Cor. 10.*

g *De Trinit. l. 3. c. 10.*

h *Sapient. c. 16.*

i *Pſalm. 113. 8.*

k *In Numer. 20. q. 4.*

l *Tom. 9. tract. 16*

a *Tract. 15.*

b *Tract. 18.*

diosas ut mentis non satis compos fuerit cum illas describeret.

Prima, inquit, *est ex verbo communionis, quæ ideò dicitur quià eodem numero pane communicant sumentes, juxta illud*; quoniam vnus panis, vnum corpus multi sumus, omnes qui de uno pane & de uno calice participamus 1. *Cor.* 11. *non esset autem unus panis numero si maneret substantia panis, quià essent diversi panes.* Respondeo, Apostolum in loco citato alludere ad morem sui temporis in quo propter paucitatem communicantium, unus numero panis sufficiebat omnibus per particulas confractus. Tunc enim de eodem numero pane omnes communicabant, unoquoque illius particulam accipiente. Deinde, & omnes illæ ejusdem numero panis particulæ, *panis unus* etiam dicuntur & sunt in ratione sacramenti. Unde Chrysostomus: c *fruimur omnes ijsdem sacramentis ejusdem spiritalis alimonia.* Quod & fateri coguntur illi ex Adversarijs qui panem *de accidentibus* interpretantur, ut Cajetanus. Diversa enim accidentia, dici unus panis non possunt nisi tatione mysticâ.

c *In alia hom. 40. τὸν ἄνωθεν μυστικὸν τοῦτον ἀπολαμβάνομεν τροφὴν ἀπολαύοντες.*

Secunda ratio sit, inquit, *ex adoratione: quia cùm adoremus id quod delitescit sub speciebus, substantiam panis (si ibi adesset) adoraremus.* Respondeo, verissimum esse vos εἰδωλατρεῖν, & incidere in absurdum de quo Theodoretus: d *extremæ dementiæ est adorare id quod editur.*

d *In Genes. q. 55.*

Tertia ratio, inquit, *ex sacrificio desumitur: id enim sacrificatur quod latet sub speciebus panis & vini, & si lateret panis, ille etiam sacrificaretur, quod valdè derogaret nobilitati ac dignitati novi testamenti: majora enim & nobiliora Patres olim, quàm nos, Deo obtulissent.* Respondeo, primò, propriè & strictè loquendo Eucharistiam non esse *sacrificium* (nisi *gratiarum actionis*) sed *sacramentum*, nec nos ampliùs *sacrificare* nisi *pura prece*, ut loquitur Tertullianus. Secundò, ut detur quodammodò dici posse *oblationem* in Eucharistia fieri Deo, ut aliquandò Patres loquuntur suo loco exponendi, *oblationem* illam non esse proprij corporis & sanguinis Domini, sed panis & vini. Sic enim Fulgentius: f *Christo nunc cum Patre & Spiritu Sancto.* &c, *sacrificium panis & vini in fide & charitate sanctæ Ecclesiæ Catholicæ per universum orbem terra offerre non cessat.* Sic autem loquitur, quià panis & vinum, antequàm distribuerentur, solerent Deo per preces offerri, ut videre est in liturgijs.

e *Ad Scapulam. Cap. 2.*

f *De fid. ad Petrum.*

Quarta: *quia in Novo testamento non esset unica hostia, contra Paulum, sed essent tot hostiæ, quod sunt substantiæ panum diversorum.* Respondeo, hostiam unam de quâ Paulus esse Christum pro nobis ad mortem traditum, Eucharistiam autem non esse propriè illam hostiam, sed tantùm illius *commemorationem*: *solo vero sacrificio*, inquit g Augustinus, *pro nobis Christi sanguis effusus est.* Item: h *hujus sacrificij caro & sanguis antè adventum Christi per victimas similitudinum promittebatur, in passione Christi per ipsam veritatem reddebatur, post ascensum Christi per sacramentum memoriæ celebratur.*

g *Contr. Adversus leg. l. 1. c. 18.*

h *Contr. faust. l. 20. c. 21.*

Quinta quià videtur quod substantia panis debeat cedere Deo advenienti, quemadmodum idolum i Dagon cessit arcæ Domini. Respondeo, hunc adventum esse fictitium. Non enim venturus est Dominus, nisi quandò judicaturus est vivos & mortuos, qui sicut visibiliter ascendit, ita visibiliter est adventurus, ut k & scriptura docet.

i 1. *Reg.* 5.

k *Act.* 1. 11.

Sexta, *quoniam si esset substantia panis in Eucharistiâ, panis esset communis: & sic non esset panis purè spiritualis refectio, sed corporea, & sic non diceretur panis supersubstantialis.* Sed primò negatur, etsi substantia panis in Eucharistiâ maneat, eam esse *panem communem*: panis enim consecratus, licet substantialiter panis sit, *panis* tamen *communis* non est. Secundò negatur, panem Eucharistiæ debere tantùmmodò esse *refectionem spiritualem.* Id enim nè verum quidem est juxta Adversarios ipsos quorum plerique sentiunt accidentia panis & vini nutrire. Dico ergò panem & vinum Eucharistiæ secundum materiam suam *nutrire & augere corpora nostra sanguinemque nostrum*, ut l Irenæus loquitur: secundùm verò formam suam sacramentalem quæ in ijs potissimum spectanda est, illa ad animæ spirituque refectionem esse ordinata, ut *sacramentum religionis*, eoque sensu *panem supersubstantialem* dici posse. Sic enim Augustinus: m *in accipiendo novimus quid cogitemus, modicum accipimus & in corde saginamur.*

l *Libr.* 5.

m *De verb. Dom. serm.* 33.

Septima, *species non immediatè deducerent ad Christum, sed ad substantiam panis; & non posset una hostia sumi post aliam, quia solveretur per primam natura jejunium, quod ex reverentia debetur sacramento: cùmque Augustinus tradat, hunc panem Eucharistiæ non descendere in ventrem, nec per secessum emitti, si panis substantia remaneret, dictum Augustini falsum esset.* Respondeo ad primum consectarium, si quid ea ratio valet, statuendam esse transsubstantiationem in mannâ & petrâ, & in baptismatis aquâ, quoniam alioquin ad Christum immediatè non deduxissent ac deducerent, sed ad substantias suas: aut, si eo non obstante quod ad suas substantias primitùs & immediatè, deduxerint & deducant, ad Christum tamen deduxerunt ac deducunt, idem de pane & vinò, aut ut loquitur Adversarius, *de speciebus* dici posse. Quamquàm & addi potest, panem & vinum quatenùs signa sunt divinitùs instituta ad Christum immediatè deducere, non ad se. Christi enim, quatenùs talia, non sui, signa sunt. Ad secundum, dico primò

primò jejunium non requiri ad Euchariſtiam ſumendam jure divinò, ſed tantùm jure eccleſiaſticò, quod diſpenſabile eſſe in confeſſò eſt. Secundo, dici poſſet cum [a] Gotfredò & Joanne Pariſienſi non ſolvi jejunium per cibum qui non ſumitur ad uſum nutritionis corporalis, in quem finem certum eſt Euchariſtiam non accipi. Sed & addo tertiò, facilè concedi non modò per repetitam Euchariſtiæ ſumptionem, ſed etiam per ſimplicem ſumptionem ſolvi jejunium, quod etiam videtur docuiſſe Tertullianus in librò de oratione ad finem. Quid indè incommodi? nihil planè. Nec enim ulla neceſſitas eſt bis immediatè totam Euchariſtiam ſumendi. Ad tertium denique reſpondeo, locum citatum non eſſe Auguſtini, ſed rhapſodiam eſſe ex libris ſacramentorum Ambroſio malè tributis conflatam, nec in eò panem de pane Euchariſtico dici, ſed de Chriſtò, ac proindè ad rem non eſſe.

[a] *Vid. Vaſquez diſp. 211. c. 3.*

Octava, eò quod non eſſet myſterium fidei Euchariſtia, ſicut eſt, ablatâ ſubſtantiâ: quia eâ poſitâ, multa miracula de mediò tollerentur, in quibus credendis viva exercetur fides. At contrà primò, loquendò propriè, ſenſus ſunt qui verſantur circà miracula, non autem fides, licet per illa ingeneretur aut confirmetur. Rectè enim [b] Auguſtinus, quem etiam [c] Thomas ſequitur: *ad aliquid divinitus annuntiandum noſtris ſenſibus admoventur quæ propriè miracula & ſigna dicuntur*, Vndè patet, *miracula* quæ Adverſarius dicit in Euchariſtiâ fieri prorſus eſſe fictitia, quià in illâ [d] *nihil arduum aut inſolitum ſuprà ſpem vel facultatem miranti apparet*; quæ miraculorum juxtà Auguſtinum nota eſt. Secundò, tantum abeſt ut ſublatâ panis ſubſtantiâ Euchariſtia ſit *myſterium fidei*, quin potiùs hoc poſitô *myſterium* deceptionis ſit: *deceptio* enim *eſt*, inquit [e] Chryſoſtomus, *quandò aliquid non apparet quod eſt, ſed apparet quod non eſt.*

[b] *De Trinit. l. 3. c. 10.*
[c] *Part. 1. q. 105. art. 7.*
[d] *De Vtilit. credend. c. 16.*
[e] *In epiſt. ad Epheſ. hom. 13.*

Nona: in Euchariſtiâ eſt præſens corpus Chriſti ubi antè non erat, & non per mutationem Chriſti, quià idem remanet in cœlò, nec per mutationem ſpecierum, cum eadem remaneant, ut ſenſus docet: ergò per mutationem ipſius ſubſtantiæ quæ in Chriſtum convertitur. Sed falſum eſt, in Euchariſtiâ corpus Chriſti eſſe præſens. Chriſtus enim *carne abſens eſt*; ut totidem verbis docent Cyrillus hierololymitanus, Chryſoſtomus, Auguſtinus, Fulgentius, Leo, Gelaſius & multi alij librò ſecundò citandi.

Decima: negantes tranſſubſtantiationem pejores ſunt Dæmone qui dicebat, dic ut lapides iſti panes fiant, & magis Pharaonis qui viderunt aquas converti in ſanguinem & virgas in ſerpentes, & Architriclinò qui guſtavit aquam vinum factum. Verùm, hæc ratio non eſt, ſed hominis bilioſi maleſanique convitium. Tranſubſtantiatio fiat, quemadmodum virgæ & aquarum converſio, ſenſibiliter & viſibiliter: tum ſanè pejores ſuprà nominatis dicamur, ſi finem denegaverimus. At creduli nimis eſſemus, ſi, quod non eſt, crederemus.

CAPUT XVII.

Panem & vinum non mutari quoad ſubſtantiam, ſed manere, probatur ex verbò Dei, & rationibus in illò fundatis.

EXPLOSIS Adverſariorum argumentis pro *mutatione ſubſtantiali* panis & vini, vera ſententia ex abundantiâ juris proponenda ac probanda eſt, quò lectores quamvis moroſi aſſenſum præbere cogantur. Ea autem eſt: *panem & vinum hoc ipſò quod fiunt ſacramentum corporis & ſanguinis Chriſti, non converti aut mutari ſubſtantialiter, ſed verum panem ac vinum remanere.* Quod varijs argumentorum generibus demonſtramus. Incipiendum autem nobis eſt a ſcripturis, tanquâm a claſſe primâ.

Primum igitur argumentum ducitur è verbis, *hoc eſt corpus meum*; undè ſic argumentamur: omnis propoſitio affirmativâ in quâ (mediante copulâ *eſt*) attributum prædicatur de aliquo ſubjecto, neceſſariò requirit ſubjectum illud eſſe & manere; alioqui vana foret attributio. Atqui verba, *hoc eſt corpus meum*, ſunt ejuſmodi propoſitio, nimirum, in quâ (mediante copula *eſt*) attributum prædicatur de aliquo ſubjecto, videlicet, corpus Chriſti de pane: Ergò requirit neceſſario ſubjectum, id eſt, panem, eſſe & manere. Major per ſe patet, & admittitur ab Adverſarijs, non ſolùm in theſi, ſed etiam in hypotheſi. Sic enim Roſſenſis: [f] *ſi maneat ſubſtantia panis, quanquam tunc aliter Chriſtus dixiſſe debuerat, tamen per unius adjectionem vocula potuiſſet totam hanc diſcordiam ſuſtuliſſe. Nam ſi dixiſſet*, hic panis eſt corpus meum, hoc vinum eſt ſanguis meus, *omnis omninò ſublata fuiſſet controverſia.* Vaſques ſimiliter: [g] *ſi pronomen* hoc *in illis verbis* hoc eſt corpus meum, *demonſtraret panem, fatemur etiam fore ut nulla converſio virtute illorum fieri poſſit, quia panis de quò enuntiantur manere deberet.* Minor ſuprà probata eſt, vel ex ipſis Adverſarijs affirmantibus: [h] *liquidum eſt Chriſtum in cœnâ ſuâ de pane potius quàm de corpore ſuò aliquid affirmaſſe.* Concluſio ergo ex neceſſitate ſequitur.

[f] *Contr. Lutther. captiv. Babylon. c. 4. num. 12.*
[g] *Diſp. 180. c. 2. n. 21.*
[h] *Salmeron. tom. 9. tract. 19.*

Secundum argumentum ducitur ex eo quod Apoſtolus Euchariſtiam poſt conſecrationem multoties *panem* appellet: *panis*, inquit, *quem frangimus*, 1. Cor. 10. 16. Et, *quotieſcunque manducaveritis panem hunc*; & *quicunque manducaverit panem hunc*, &c 1. Cor. 11. 26. 27. Unde manifeſtò liquet panem

nem manere. Si enim in aliquem panem alterius generis, hoc est metaphoricè sic dictum commutaretur, non diceret relativè ad panem quem Dominum accepisse narraverat, *hunc panem*, sed illum appellaret, aut *panem vivum*, aut *panem de cœlo descendentem*, aut *panem vitæ*, sicut Joannis 6. ubi sic sumitur. Hic autem Adversarij in omnes se versant partes, ut elabi possint.

Primo enim respondent *i* Alanus, *k* Salmero, *l* Gamacharus, *m* a lapide, Eucharistiam non vocari, *panem* simpliciter, sed cum additione, *panem hunc*, *panem quem frangimus*. Sed frivola responsio est; Primò, quia hæc additio nullomodò disparat panem de quo Apostolus loquitur, a pane sic propriè dicto, nam de pane vero ac naturali convenientissimè dici potest, *hic panis*, &, *panis quem frangimus*. Secundò, quià articulus ille, *hunc*, cùm sit relativus, evidenter ostendit panem intelligi de quo in antecedentibus dixerat, *accepisse Dominum panem & gratys actis fregisse & distribuisse*. Constructionis enim ordo id requirit. Nam quandò in sermone aliquo duo antecedentia sunt ad quæ relativum subsequens referri potest, ad illud antecedentium proculdubio referri debet quod cum illo repetitur. Atqui repetitur vocabulum *panis* cum relativo pronomine & articulo: igitur ad *panem* in antecedentibus nominatum refertur. Panem autem propriè dictum Dominus acceperat: panem ergò propriè dictum, ac proindè non substantialiter mutatum, intelligit. Nec juvaret excipere, Apostolum loqui de pane consecrato. Id enim sanè verum est: sed panem consecratum non esse substantialiter panem, quicunque affirmat, pariter dicere poterit cum omnium ludibrio, aquam consecratam non esse amplius aquam quoad substantiam. Consecratio siquidem ex communi sanctum facit, non autem abolet illius quod sanctificatur substantiam.

Secundò respondent cum supranominatis, *a* Rossensis, *b* Tapperus, *c* Castro, *d* Maldonatus, Jansenius, Stapletonus, *e* de Valentia, *f* Vasques, *g* Suares, *h* Becanus, *i* Justinianus, *Eucharistiam vocari panem per tropum, quià facta est ex pane, sivè quia fuit panis; quomodò Eva dicitur os Adami Genes. 3. Et Draco virga Exod. 7. & aqua in vinum versa, aqua, Ioannis 2. & cæci videre dicuntur, & claudi ambulare Matth. 11. & publicani & meretrices præcedere in regnum cælorum Matth. 21.* At de hac responsione Bellarminus: *k ea non videtur solidissima, possent enim Adversarij dicere, non ideò, quià alicubi res denominatur ab eô, unde facta est, ubique ita esse accipienda vocabula.* Sed, quicquid sit de ipsius ratione, solutio illa rectè ab eo est improbata. Primò enim Adversarij per Eucharistiam intelligunt, aut accidentia panis, aut corpus Christi, aut utrumque simul. Si accidentia panis: falsum est illa, aut panem unquam fuisse, aut ex pane mutato facta, ut cuivis patet. Si corpus Christi: magis adhuc falsum est, illud aut panem fuisse, aut ex pane factum fuisse. Prius illud per se patet. Posterius similiter: Nam si ex pane factum fuit; ergò quod corpus Christi est, aliquandò panis fuit: quod etiam ipsimet Adversarij negant. Biel: *l omnes illæ propositiones sunt falsæ & impossibiles*, &c, *corpus Christi fuit panis, panis fit corpus Christi, panis factus est aut fiet corpus Christi.* Alanus: *m nec illa facile admittenda quæ sic concipiuntur, hoc esse, vel, illud esse nunc corpus, quod antè fuit panis.* Suares: *n falsa sententia est, quod eadem res vel substantia quæ prius erat panis sit postea corpus Christi.* Angles: *o panis fuit*, aut *est corpus Christi*, aut *fit corpus Christi*, aut *potest esse corpus Christi*, aut *mutatur in corpus Christi*, *est falsa*, conclusio, scilicet. Si accidentia panis & corpus Christi simul; falsissimum id pariter est: neque enim compositum illud panis unquàm fuit, aut ex pane factum. Undè patet quàm apposite tanquàm similia adducant exempla suprà propotita, cùm omnino dissimilia sint. Nam eadem res seu materia quæ prius fuit *os Adami*, postea facta est Eva, eadem quæ prius erat *virga* facta est Draco, & sic de cæteris. Quod si regerant Adversarij, *corpus Christi esse ex pane factum, non per productionem tanquàm ex materiâ, sed per adductionem, sive tanquàm ex termino a quo, quomodò ex nihilo factum est cœlum, ex die fit nox, ut Bellarminus aiolatur; non ideo evadent.* Nam sequetur panem non mutari in corpus, sed corpus creari cùm non esset, sicut *nihil*, non mutatum est in cœlum, propriè loquendo, sed cœlum, cùm non esset, est creatum; aut corpus tanquàm formam accidentariam succedere in locum formæ panis, sicut quando ex die fit nox qualitas aut privatio succedit loco qualitatis in eodem subjecto, vid. aëre: quorum utrumque absurdissimum est. Deindè etsi comparatio rectè instituta foret, esset tamen inutilis. Nam licet ex nihilo factum sit cœlum, & ex die fiat nox, tamen nemo nisi ridiculè & ineptè cœlum *nihil* vocaret, & nocteum *diem*: Similiter ergo non posset corpus Christi dici *panis*, quamvis pani successisset. Secundo dico, suprà allata illa exempla omnia, *ossis*, *Draconum*, *Virga*, *aqua*, *cæcorum*, &c, nullomodo quadrare proposito. Nam *vinum* illud quod ex aquâ Dominus fecerat, non simpliciter vocatur *aqua*, sed *p aqua vinum facta*. At Eucharistia vocatur simpliciter *panis*. Draco etiam ex virgâ factus, potuit adhuc dici *virga*, quià ultimo in virgam erat reversurus, ad momentum tantùm Draco; *ideoque* (ut notat *q* Augustinus) *hoc vocari debebat quod principaliter erat*. At corpus Christi, nec unquàm panis

i *De Euchar. l. 1. c. 31.*
k *Tom. 9. tract. 16.*
l *Ad q. 75. a. 2.*
m *In 1. Cor. 10.*
n *Vbi supr. c. 4.*
o *art. 14.*
p *Verb. Eucharistia; harm. 5*
q *In 26. Matth.*
a *Vbi supr. p. 10. 13.*
b *Disp. 180. cap. 9.*
c *Disp. 49. sect. 2.*
d *Vbi supr. c. 17. q. 2.*
e *In 1. Cor. 11.*
f *De Euch. l. 1. c. 14.*
g *Disp. 58. sect. 7.*
h *In 4. q. 5. de Concurs. diffic. 3.*
i *Lect. 49. in Can.*
k *De Euch. l. 1. c. 35.*
l *Loco. 2. De*
m *In Exod. q. 21.*

ſubſtantia, illa panis ſubſtantia non magis ſunt aut dici poſſunt, quam accidentia panis cui ſubſtantia panis ampliùs non ſubeſt. Differentia quidem inter ipſa in eo eſt, quod alia inhærent, alia non: ſed neutra *panis* ſunt, nec ab ullo unquàm præterquam ab adverſarijs nomine panis ſunt indigetata. Deinde Apoſtolus ait de pane de quo loquitur: *vnuſquiſque probet ſeipſum & ſic de hoc pane edat*; eo ipſo indicans ſe de hoc pane tanquàm de cibo loqui. At accidentia cibum non eſſe, res ipſa clamat, & nos infrà probabimus capite decimo nono. Non etiam poſterius. Nam Angeli appellati ſunt *viri*, & ſerpens æneus *ſerpens*, & boves ænei, *boves*, & malogranata aurea *malogranata* propter ſimilitudinem cum veris ratione formæ. At corpus Chriſti nullam ratione formæ externæ cum pane ſimilitudinem habet: & viciſſim panis, ut obſervat [b] Epiphanius, *nihil æquale habet; nihil ſimile imagini incarnatæ*, &c, *aut lineamentis membrorum*. Panis ergò dici non poteſt propter ſimilitudinem, ſicut in exemplis allatis.

[b] *In Antherato.*

Quartò reſpondent Cajetanus, Alanus, de Valentiâ, Juſtinianus, Gamachæus, *Apoſtolum per* panem *non intelligere panem terrenum, ſed panem cœleſtem ac ſpiritualem ut Ioan. 6. videlicet, Chriſti proprium corpus quod metaphoricè panis dicitur, quià reficit animas, ſicut panis reficit corpus.* At contrà primò, jam ſuprà notavi Apoſtolum loqui de pane, de quo in antecedentibus dixerat, *Dominum accepiſſe panem ac gratijs actis fregiſſe* & diſtribuiſſe relativumque pronomen illi additum, & articulum, id evidenter innuere. Acceperat autem panem *terrenum*, non *cœleſtem*. Deindè ſcriptura *corpus Domini*, aut Dominum ipſum nunquàm ſimpliciter & ſolitarie *panem* vocat, ſed ſemper cum additione, aut *panem vivum* aut *panem vitæ*, aut *panem qui de cœlo deſcendit*. At Apoſtolus hîc panem ſimpliciter vocat. Tertiò, quandò Apoſtolus ait, *panis quem frangimus*, teſtatur ſe loqui de pane viſibili qui in particulas ad diſtributionem frangeretur. At corpus Chriſti in Euchariſtiâ inviſibile eſt, ex ipſorũ Adverſariorum confeſſione, nec in particulas frangi ac dividi poteſt, cùm impaſſibile & indiviſibile ſecundùm ipſos ſit. At joculare prorſus eſt dicere ſenſum Apoſtoli eſſe, *panis quem frangimus*, id eſt, *corpus Chriſti quod non frangimus*. Per fractionem enim Apoſtolum intelligere non ſolam diſtributionem, ſed & fractionem illam antecedentem, patet, tum ex eo quod evidenter alludit ad id quod Evangeliſtæ narrant Dominum *accepiſſe panem ac fregiſſe*, tum ex eo quod fractio pro diſtributione non ſumatur niſi includendo ac ſupponendo diviſionem aliquam quæ contigerit ac contingat in re quæ diſtribuitur. Quartò, Apoſtolus loquitur de ejuſmodi pane qui *ad judicium* & mortem edi poteſt: non igitur de propriô Domini corpore. Dominus enim expreſſè ait: [c] *qui manducat carnem meam habet vitam æternam, & ego excitabo eum in ultimô die.* Quintò, id patet ex ipſius ſcopo. Nam quando dicit, *probet quiſque ſeipſum & ſic de pane iſto edat*; evidenter vult extollere dignitatem ſacramenti, probationem ſui ad illud edendum unicuique imperando. At, ſi panis non fuiſſet quoad ſubſtantiam, ſed caro ipſamet propria Domini, debuiſſet profectò dicere, *probet quiſque ſeipſum & ſic de corpore edat* & rurſùm, *quotieſcunque ederitis corpus hoc*; corporis nomenclaturam quâ illum docuerat a Chriſtô fuiſſe appellatum, è propiori revocando. Sic enim ingeneraſſet majorem reverentiam quàm paneun ſimpliciter nominando. At panem illum ſimpliciter indigetat: Ergò illum intelligit ſubſtantialiter panem fuiſſe, licet repræſentativè Chriſti corpus. Sextò, ut iterùm urgeamus locum 1. Cor. 10. Apoſtolus ait: *panis quem frangimus nonnè communio corporis Chriſti eſt?* At ridiculum eſſet dicere, *corpus Chriſti eſt communio corporis Chriſti*: per *panem* ergò non intelligit Chriſti corpus. Denique, dicit *panem* eſſe *communionem corporis Chriſti*, quomodò in ſequentibus intelligit, *Dæmonijs immolata* eſſe *participationem Dæmonum*. At per *Dæmonijs immolata* intelligit cibos realiter & ſubſtantialiter a Dæmonijs diſtinctos: Ergo & ſimiliter per panem cibum realiter & ſubſtantialiter a corpore Chriſti diſtinctum, hoc eſt, verum panem; ac proindè per conſecrationem ſubſtantialiter non mutatum.

[c] *Ioan. 6. 54.*

Quartò reſpondent Alanus, Maldonatus, Bellarminus, Suares, Becanus, *corpus Chriſti dici panem, quià eſt cibus ſolidus, præcipuus, ſubſtantialis.* At hæc ſolutio frivola eſt. Nam præter quàm quod nullum ſcripturæ locum proferre poſſunt vbi panis abſolutè poſitus ſic ſumatur, multò minus probare in locis quæ urgemus corpus Chriſti panem eâ ratione nominari; ſolutio hæc evertitur ijſdem quâ præcedens argumentis.

Sexto reſpondent [d] Carthuſianus & [e] Bayonenſis, *corpus Chriſti dici panem, quià ſub accidentalibus formis panis continetur & latet.* Sed reſponſio hæc abſurdiſſima eſt. Nam eâ ratione dici poſſet, *gladium* eſſe *vaginam* quià continetur in vaginâ, & animam *corpus* quia in corpore continetur, & anguem *herbam* quià *latet in herba*; & infinita ejuſmodi.

[d] *In 1. Cor. 11. 27.*
[e] *De ſacrament. c. 4. ſect. 8.*

Septimo reſpondent Roſſenſis, Alanus, de Caſtrô, Salmero, Bellarminus, Juſtinianus, a Lapide, [f] Yſambertus, *corpus Domini dici panem tropô hebraeô quô omne quod edi poteſt panis nuncupatur, ut mel 1. Reg. 14. & manna Ioan. 6. & alibi.* Verùm, ut præteream quæ jam ſuprà objecimus, dico ſolutionem

[f] *Ad q. 75. diſp. 1. art. 18.*

Ingeldum, Hamletum, Fengonem, Amlethum, Horwendillum, Gerutham, Feng, Amleth, Horwendill, Geruth, Hamlet, Ingeld, Fengon, Amlethus, Horwendillus, Gerutha, Hamletus, Ingeldus, Fengo, Amlethum, Horwendillum, Gerutham, Hamletum, Ingeldum, Fengonem, Amlethi, Horwendilli, Gerutha, Hamleti, Ingeldi, Fengonis, Amletho, Horwendillo, Gerutha, Hamleto, Ingeldo, Fengoni, Amletho, Horwendillo, Gerutha, Hamleto, Ingeldo, Fengone, Amlethi, Horwendilli, Gerutha, Hamleti, Ingeldi, Fengonis, Amlethorum, Horwendillorum, Gerutharum, Hamletorum, Ingeldorum, Fengonum, Amlethis, Horwendillis, Gerutharum, Hamletis, Ingeldis, Fengonibus, Amlethos, Horwendillos, Gerutharum, Hamletos, Ingeldos, Fengones, Amlethi, Horwendilli, Gerutha, Hamleti, Ingeldi, Fengones, Amletho, Horwendillo, Gerutha, Hamleto, Ingeldo, Fengone, Amlethi, Horwendilli, Gerutha, Hamleti, Ingeldi, Fengonis, Amlethis, Horwendillis, Gerutharum, Hamletis, Ingeldis, Fengonibus, Amlethos, Horwendillos, Gerutharum, Hamletos, Ingeldos, Fengones.

Ingeldus, Hamletus, Fengo

tiarum actionem Deo: sed & de more similiter erat post comestos panes separatim gratias agere super poculô his verbis; *Benedictus sis tu Domine Deus noster, Rex seculi, qui creasti fructum vitis.* Vnde, cùm verisimile omninò sit Dominum patriæ consuetudini se accommodasse, probabilissimum sanè est si non certum, B. Lucam agere de illo Legali poculo quemadmodum notant Maldonatus & alij suprà citati. Ut præteream, Jansenium & Vasques supponere poculum illud legale fuisse commune & simplex quid, cùm tamen sacrum fuerit, quemadmodum & panes azymi, apud Judæos. Secunda ratio est: quia, inquit Vasques, *verba illa quæ habet B. Lucas pertinent secundum Matthæum & Marcum ad calicem consecratum, seu Eucharisticum: Ergo Lucas agit de calice Eucharisticô.* Sed facilis est responsio, potuisse Dominum eadem verba usurpare de utroque calice loquentem, cum in utroque esset verus *fructus vitis.*

Quô pactô rectè inter se Evangelistæ conveniunt. Ablegatâ igitur hac illorum opinione tam levibus fundamentis nixâ, de Matthæô & Marcô videndum est, utrum de calice Eucharisticô loquantur. Id autem contrà Maldonatum & alios suprà nominatos rectè probant Jansenius, Vasques & Gamachæus. Primò: *quia hæc verba Domini* non bibam amodò de hoc genimine vitis, *referunt immediate post consecratum calicem Eucharisticum, cujus solius meminerunt: nullius autem alius calix intelligi potest ab illis per ea verba demonstratus, quàm cujus mentionem fecerunt.* Secundo, *quia Ecclesia quoque utitur his verbis ut probet vinum esse materiam consecrationis calicis: Ergò intelligit Christum etiam hæc verba dixisse de calice Eucharisticô.* Tertio, *quia Patres sic interpretantur*, i *Origenes*, k *Cyprianus*, l *Chrysostomus*, m *Augustinus*, n *Euthymius.* Addo ego o Clementem Alexandrinum, p Athanasium, q Epiphanium, r Iuvencum, s Hilarium, t Basilium, u Nyssenium k, Victorem Antiochenum, Concilium 6. in Trullô Chrysostomum citans, Bedam Germanum Constantinopolitanum, Theodorum Studitem; & ex ipsis Adversarijs *b* Paschasium, *c* Innocentium 3. *d* Thomam, *e* Rossensem, *f* Salmeronem, *g* Turrinum, *h* Tapperum, & innumeros *i* alios quorum superflua foret enumeratio: denique omnes interpretes seu veteres qui ex hoc locò collegerunt Dominum Eucharistiam participasse. Itaque si *genimen vitis* intelligitur de verô vino, ut fatentur Adversarij supra nominati, & rursum de vino consecrato, ut probamus; vinum ergò consecratum verum vinum esse necesse est.

Nec quicquam contrà faciunt tres illæ Maldonati & aliorum objectiones supra citatæ. Nam *secundum B. Lucam Dominus dixit prædicta verba de calice legali.* Sanè. At secundùm Matthæum & Marcum illa quoque dixit de calice Eucharisticô. Utrumque verum. Matthæus & Marcus non observaverant Dominum ita locutum fuisse in distributione poculi prioris. Id notat post illos Lucas. Vicissim ille reticet Dominum hæc ipsa dixisse de poculô Evangelico: id illi observaverant *a* ante ipsum scribentes *nec ideò contrarium videri potest*, inquit *b* Augustinus, *quod vel hic dicit quæ ille prætermittit, vel ille commemorat quæ iste non dixit.* Non etiam secunda: quid enim prohibet Dominum, de calice quoque Eucharistico loquentem, dixisse, quod homines qui longè sunt discessuri amicis dicere solent, *non amplius simul convivium hoc sumus inter nos celebraturi?* Nihil sanè: quod & *c* Menochius observat. De Tertiâ, ducta ex eo quod illa Domini verba, *donec illud bibam novum in regno Patris mei*, non intelligi possint nisi de cœlô; tantum abest ut hic litem moveamus, cum concludat in præcedentibus illis *non bibam amodo de hoc genimine vitis*, genimen illud vitis intelligendum esse de vero vino, non autem de Christi sanguine; quin potius illam velimus etiam confirmari. Nam certum est Dominum dicendo, *non bibam amodò de hoc genimine vitis quousque illud bibam vobiscum novum in regno Patris mei*, insinuare se posteà bibiturum; quod & patet ex Lucæ 22. 30. Verùm non convenit inter omnes, utrum id in cœlô se facturum intelligat, an verò in terrâ. Nam illi veterum qui sub Chiliastarum nomine infamati sunt, Papias, Irenæus, Tertullianus, Victorinus Pictaviensis, Severus, Nepos, & alij, censent Dominum ad verificationem horum verborum vinum corporale in terra esse bibiturum cum nonnullis suorum antè alios resuscitatis, per mille annos, ut *d* Hieronymus observat. Rursum & Chrysostomus, *e* Severus, *f* Victor Antiochenus, Theophylactus, Euthymius, Beda, & ex Adversarijs ipsis, Cajetanus, Salmero, Barradius, *g* Vasques & Gamachæus, intelligentes per *regnum Dei*, spacium illud quadraginta dierum quô Christus a mortuis suscitatus inter Discipulos versatus est, dicunt tum fuisse completum id quod dixerat. Nam tunc cùm Apostolis eum bibisse constat ex Act. c. 10. 14. Imò & ajunt Adversariorum aliqui, *probabile esse Dominum consecrasse ex Luc 24. 30. ubi licet tantummodò panis mentio fiat, vero simile tamen vinum est sub intelligendum.* Verior tamen in hoc videtur Maldonati & sequacium sententia. Primo enim, ut missam faciam illam *mille annorum fabulam*, quomodo eam Hieronymus suprà citatus indigetat, in priori Actorum

a *August. de consens. Evangel. l. 1. c. 2.*
b *ibid. lib. 2. c. 5. & 6.*
c *In Matth. 26.*
d *Vid ad hebdib. q. 2. & Cajet. in Pap. & in 36. Ezech. præf. l. 18. in Esa. & præfat. victor. in Apocal.*
e *Caten. in Luc. 22.*
f *In Marc. 14. cæteri in Matth.*
g *Vbi supr.*

§ *In Matth. tract. 30*
k *Lib 2. epist. 3.*
l *In Matth. hom. 82.*
m *quæst. Evang. l. 1. q. 43*
n *In Matth. 26.*
o *Pædag. l. 2. c. 2.*
p *In synopsi.*
q *Nazar. 47.*
r *Lib. 4.*
s *In Matth. can. 30.*
t *Contr. Eunom. lib. 2. vide. in Marc.*
u *Contr. Eunom. l. 5.*
x *Can. 32. & in illum Zonar. & Balsam.*
y *In Matth. 26.*
z *In Theoria rerum Eccles.*
a *Categet. serm. 66.*
b *De corpore dom.*
c *De mysteri. missæ l. 4. c. 27.*
d *Ad q. 78. art. 1.*
e *Contr. Occolampad. l. 5.*
f *Tom. 9. tract. 15. Pro epist. pontific.*
g *art. 14.*
h *Vid. Barrad. tom. 4. l. 3. c. 5. Estrum. 50. Menochium. Tirinum in Matth. 26.*
i

ferre, ut ea, quæ ad Cæsarem scripsisset, ne ad quemquam alium perferrentur. Ipse, ut ad Cæsarem proficisceretur, ad Ariovistum legatos mittit, qui ad eum ex itinere colloquium postulent. Id ei ante hoc tempus saepe denegatum a Cæsare et tum non probatum mittit. Ille, ut vacuum sibi locum armis ad occupandum putat, ita legatos ad Cæsarem mittit: quod ipse prius, quam Cæsar, occupasset Bibracte, quod abesset inde milia passuum octoginta, magnopere sibi praemandum existimaret, ne quod ab eo bellum inferretur, timeret, neque se sine causa occupaturum confideret, quod tanta familiaritate uteretur, quam ad diem copias sibi frumentumque comportatum velit. Quibus rebus Cæsar cognitis, quod neque illum ab incepto consilio progredi aequum neque suum esse videbat, ut, dum ille Bibracte frumentum commeatumque nanciscatur, itinere subsistat, milites cohortatus, quanta cum animi contentione magnitudine hostium pugnatum sit, priusquam ille se castris contineat, priusquam nostri omnes copias conducant, ipse cum omnibus equitibus ab hostium castris non longius passibus DC abest, ut, si pugnare velint, non facultas eripiatur, ad Vesontionem proficiscitur. Cognito Cæsaris itinere hostes legatos mittunt, non minus ad hoc petendum idonei, quod in eis Divitiacus Haeduus magnum apud Ariovistum gratiam inierat hospitio, quod civitas Haedua Germanos agros ac sedes occupare coepisse videbatur. Hos Cæsar ita adloquitur, se non minus studio Haeduorum de illis rebus, quas ab eis proposuerint, cognovisse, quod ipse ad eos de Ariovisti adventu scripserit, quod ipse ad eos de Ariovisti adventu scripserit, quod ipse ad eos de Ariovisti adventu scripserit

Nam per Euchariſtiam *genimen vitis* appellatam, Adverſarij intelligunt, aut accidentia vini, aut ſanguinem Chriſti ſeu potius totum corpus ejus ex eorum hypotheſi ſub illis latens. At neutrum dici poteſt. Non accidentia. Primò enim non poſſunt niſi abſurdiſſime dici *fructus* ſeu *genimen vitis*; ſicut ineptiſſime diceretur albedinem aut rubedinem eſſe *genimen mulieris, aut fructum ventris.* Nam quemadmodum ſ fructus ventris & genimen mulieris dicitur de liberis illius, non de accidentibus liberorum, ita genimen vitis de vino, non ſimpliciter de accidentibus vini. Nec contra facit quod objicit Perronius, *Græcos radium ſolis* γέννημα ἡλίου *appellare, & ſymptomata quæ in morbis accidunt* ἐπιγεννήματα. Nam ad radium ſolis quod attinet, rectè poteſt ſic appellari (quamvis ita appellari Cardinalis tantum aſſerat, non probet) quia eſt integra & adæquata ſolis productio & genitura. At ita quoque ſe res habere debet in ijs rebus quæ ſubſtantiale aliquid producunt, ut per earum genituram pariter deſignetur tota illorum productio. Cum igitur vitis aliquid ſubſtantiale producat per ejus genimen verum vinum ac ſubſtantiale eſt intelligendum. Quod ad ſymptomata verò, vix capio, quomodò Perronius non adverterit ineptiam inſtantiæ ſuæ. Quid enim ἐπιγεννήματα illa ſunt nè accidentia ſine ſubjecto? Secundò, Dominus innuit ſe de hoc genimine vitis bibiſſe. Accidentia autem non ſunt materia potus, ſed ſubſtantiæ. Nec viciſſim dici poteſt, Dominum per genimen vitis ſanguinem ſuum, imo totum corpus ſuum ſub accidentibus panis latens, deſignare. Primò enim æquè ridiculum eſt aſſerere, ſanguinem Domini appellari *genimen vitis*, quia eſt ſub ſpecie externa quæ a vite originem habet, ac ſi quis hominem *genimen bovis appellaret*, eo quod indutus eſſet ſpecie externa quæ a bove originem habet. Secundò nihil unquam ſubſtantiale & corporeum genimen alicujus rei ſubſtantialis pariter & corporea nuncupatur, niſi materia aliqua rei generantis tranſeat in rem generatam, & in ea reapſe ſit. At in ſanguine Domini nulla eſt materia vitis, ut Adverſarij ipſi fatentur. Ergò non poteſt genimen vitis appellari. Nec ad rem ullo modò eſt exemplum aquæ Canæ quæ in vinum converſa, adhuc aqua nominatur. Nam *quando Dominus aquam ſubſtantialiter in vinum mutavit, id contigit per tranſitionem materiæ aquæ ſub formam ſubſtantialem vini*, ut a Perronius agnoſcit: Itaque eo reſpectu potuit (ſi forte) quodammodò aqua nominari. Sed Adverſarij nolunt materiam vini tranſire ſub formam ſubſtantialem ſanguinis Chriſti: non igitur eadem ratione genimen vitis nominari poteſt. Sed & aqua in vinum converſa non dicitur ſimpliciter aqua Joan. 2. ſed aqua vinum facta. At Dominus ſimpliciter vitis genimen appellat quod eſt in calice: quamobrem igitur vinum ſanguinem effectum per genimen vitis deſignaret? Tertio Dominus innuens ſe bibiſſe de genimine vitis, clariſſimè oſtendit ſe loqui de liquore potabili. At ſanguis Domini in Euchariſtia, utpotè non effuſus extra venas, ſed in corpore contentus, non eſt materia potabilis; corpus enim humanum, ut ſolidum quid non eſt res potabilis. Quartò, ſi Dominus per genimen vitis ſanguinem ſuum, imo ſe totum & integrum concomitanter deſignaret, ſeipſum deglutiſſet ac ſumpſiſſet. Id verò falſiſſimum eſt, quia nulla res; ut rectè obſervat b Cyrillus, *ſeipſam participat: nam ſi vere idem eſt quod participat & quod participatur, quid opus participatione eſt?* Deniquè, fatiliſſima eſt expoſitio de ſanguine veræ vitis, quia quotieſcunque Dominus de ſeipſo loqui ſub metaphorico nomine vitis intendit, ſemper adjungit aliquid per quod diſparetur a vite propriè ſic appellata, ſicut Joannis 15. 1, vocat ſe vitem veram ἀληθινὴν, videlicet c *ab effectu*, non autem a proprietate vitis; quaſi ſic propriè diceretur. At in loco de quo agimus vitem ſine additamento nominat. Ergo per vitem, vitem propriè ſic appellatum, & per geninnen illius proprium ipſius fructum, videlicet vinum: proindè per conſecrationem nullo modò tranſſubſtantiatum.

ſPſ. 127. 3. & 133. 11.

a *Vbi ſupr. num. 60.*

b *In Ioan. Lib. 9. vide infra in Cyrillo.*

c *Maldon. in 15. Ioa. 1.*

At objicit Tapperus: d *Lucas teſtatur Chriſtum in cœna agni paſchalis dixiſſe*, non bibam de generatione vitis: *Cumque Matthæus, quod etiam illi volunt, aſſumat Chriſtum poſtea bibiſſe, cum ſuum corpus & ſanguinem Diſcipulis porrigebat*; (*ſubjungit enim*, non bibam poſthac de hoc genimine vitis) *conſequens eſt, ut jam non ſit vitis naturalis fructus quem bibebat & de quo Matthæus loquitur, ſed verus ſanguis, licet eodem nomine ſecundum ſcripturæ morem appelletur: alioqui mendax Chriſtus, quod abſit.* Verum reſpondet pro nobis Janſenius Gandavenſis e *argumentum hoc eſſe infirmum*; ut ſanè eſt. Nam quandò Dominus apud B: Lucam de poculo legali dicit, *non bibam de generatione vitis donec regnum Dei venerit*, loquitur more conſueto hominum qui peregrinaturi & amicos ſuos ad epulandum convocantes, illis, etiam ſub ipſum convivij initium propinare ſolent, his verbis; *bibamus: neque enim amplius ſimul bibemus uſque ad reditum meum.* Sic enim loquuntur, non ad deſignandum ſe in hoc epulo non amplius bibituros, ſed ſimpliciter ad innuendum ſe ultra id convivium non eſſe compotaturos. Poculum autem legale, calicemque Euchariſticum deguſtata eſſe a Domino, in eadem quaſi cœna continuata, patet ex Euangeliſtis, & omnium confeſſione. Ergô li-

d *Artic. 14.*

e *Concord. c. 131. ad fin.*

by Google

cet & in calice Eucharistico vinum biberit, quemadmodum in legali, mendax non ideò fuit, ut Tapperus malè colligit. Rursum objicit idem Tapperus, & cum eo Panigarola: *Sanctus Lucas de Veteri Testamento sic refert Salvatorem dixisse*, non bibam de hoc genimine vitis, *absolutè. Matthæus autem ut id quod in novo bibebat plurimum differre ostendat, aliter locutum attestatur, sic nimirum*, non bibam de hoc genimine vitis. *Est enim hoc genimen non cujuslibet vitis, sed verè illius inquam, ut Origines interpretatur, qua dicit, Ego sum vitis vera.* Sed respondet pro nobis idem qui supra Jansenius: *Hæc annotatio non est magni ponderis, cum Marcus post calicem non habeat* de hoc genimine, *sed tantum* de genimine, *sicut Lucas.* Et concludit, occasione utriusque objectionis: *Exincertis, & quæ facilè ac magis probabiliter rejici possunt, nullum dogma stabiliri potest, quin potius hæreticis occasio detur pertinacius retinendi suum errorem, cum videant tam infirma argumenta contra se proferri.*

Succedunt argumentis è scripeura petitis rationes in illa fundatæ.

Prima est; si Domino dicente, *Hoc est corpus meum*, rectè concluditur panis substantiam desijsse & conversam fuisse in corpus Christi, similiter Apostolo Corinthijs dicente, *Panis ille quem frangimus, communicatio corporis Christi est*, pariter colligerem substantiam Corinthiorum desijsse & in corpus Christi conversam fuisse. Nulla enim est ratio, cur illud potius dicendum sit, quam hoc, cum utrobiquè sit idem verbum substantivum ex cujus vi infertur necessitas desitionis & conversionis panis. Atqui consequens falsum & absurdum est: ergò & antecedens. Nec juvaret respondere, non esse eamdem rationem utriusque locutionis, cum per verba *hoc est corpus meum*, instituatur sacramentum, per alia non item.

f 1. Cor. 11. 27.

Nam, ut præteream falsum esse verba, *Hoc est corpus meum*, esse instituiva, id est, operativa sacramenti, cum illius tantum consecrati declarativa sint, ut antè suo loco exposuimus; ipsa sacramenti consecratio non modò non infirmat, quin potius confirmat vim rationis nostræ. Nam cum sacramentum signum sit, soleant autem signa rerum quas significant nominibus appellari, quis non dicat verisimillimum saltem esse in hisce verbis locutionem illam communissimam locum habere?

Secunda ratio est: si vis ac veritas verborum, *Hoc est corpus meum*, exigit ex necessitate ut id super quod proferuntur mutetur & conuertatur in Christi corpus; Ergo non sola panis substantia sed & accidentia illius mutantur & convertuntur in Christi corpus. At posterius falsum est secundum Adversarios: Ergo & prius. Probatur consequentia. Nam Dominus protulit hæc verba non minus super accidentia, quam super substantiam. Si quidem accepit totum complexum, totum hoc sensibile, videlicet panem: nec dixit, *Hujus quod teneo pars aliqua est corpus meum*, sed de toto sine ulla restrictione, *Hoc est corpus meum.* Favet ex ipsis Adversarijs Gamachæus, inquiens: [a] *Verba consecrationis debent accipi moraliter, sicut alia res morales. Atqui pronomen demonstrativum* Hoc *absolutè positum, non solet demonstrare partem rei ostensæ, sed tantum id quod ostenditur, quod est in tali loco præcisè.* Addit quidem, *vel quod est sub talibus externis accidentibus*: sed ex præjudicio tantum. Nam pronomen *hoc* non ita usurpatur ut substantiam designet absque accidentibus suis. Deindè etiam inutiliter. Illud enim quod in Eucharistia erat sub externis panis accidentibus cum proferretur, *hoc* erat substantia panis: Ergo de substantia panis prædicaretur corpus Christi. At hoc quoque transsubstantiationem evertit. Nam *si pronomen* hoc *demonstraret panem, fatemur etiam*, inquit [b] Vasquez, *fore ut nulla conversio virtute illorum fieri posset, quia panis de quo enuntiantur manere deberet.*

[a] Q. 75. conc. 3.

[b] Disp. 180. c. 5. n. 94.

Tertia ratio fundatur in verbis Apostoli 1. Cor. 10. ubi deterrere volens Corinthios ab esu ciborum idolis consecratorum, ait non convenire, ut cum participes sint panis & calicis illius qui communio sint corporis & sanguinis Christi, simul sint participes, Dæmoniorum, quod fit per esum ciborum illis dicatorum. Verba ejus sunt; *calix benedictionis cui benedicimus, nonnè communio sanguinis Christi est?* Et, *panis quem frangimus nonnè communio corporis Christi est*, &c? *Quid ergò dico? Idolum aliquid esse, aut idolo immolatum aliquid esse? Sed quod ea quæ immolant Gentes Dæmonijs immolant, & non Deo: Nolo autem vos participes Dæmoniorum fieri. Non potestis calicem Domini bibere, & calicem Dæmoniorum, non potestis mensæ Dominicæ participes esse, & mensæ Dæmoniorum.* Indè autem sic argumentamur: Sicut cibi idolis consecrati sunt participatio Dæmoniorum, ita & panis quem frangimus, & calix cui benedicimus communio sunt corporis & sanguinis Christi. At cibi idolis consecrati sunt participatio Dæmoniorum absque eo quod substantialiter in Dæmonia convertantur: Ergo panis quem frangimus & calix cui benedicimus communio sunt corporis & sanguinis Christi absque eo quod substantialiter in corpus & sanguinem Christi convertantur. Major patet ex Apostolo, & disertè ponitur a Pelagio, Theodoreto, Primasio & Sedulio, in hujus loci commentarione. Minor probatione non eget. Ergo. Nec juvaret respondere, per panem & calicem non intelligi panem & vinum, sed corpus & sanguinem Christi. Nam hoc effugium supra a

à nobis confutatum eſt: atque rurſum hic refellitur eo argumento, quod videlicet Apoſtolus antitheſin faciat inter panem & calicem menſæ Dominicæ & cibos idolis ſeu Dæmonibus dicatos, ac aſſerat per illos haberi communionem corporis & ſanguinis Chriſti, per hoc vero Dæmoniorum. Sicut ergo intelligit diſtinctionem eſſe inter cibos Dæmonibus dicatos, & Dæmonas ipſos, & quidem ſubſtantialem, ita & mens ipſius eſt inter panem & calicem Dominicæ menſæ, & corpus & ſanguinem Domini quorum per illos communionem habemus, diſtinctionem quoque eſſe, & quidem ſubſtantialem. Alioqui ejus comparatio abſurda foret & inepta prorſus: quod abſit, dicamus.

CAPUT XVIII.

In quo probatur panem ac vinum manere ex teſtimonio ſenſuum.

SECUNDA claſſis argumentorum quibus probamus panem ac vinum poſt conſecrationem quoad ſubſtantiam manere, ducitur ex teſtimonio ſenſuum, qui duo nobis argumenta ſuppeditant.

Prius ſic ſe habet: Quod plures ſenſus in ſe bene diſpoſiti, ac alijs omnibus ad agendum requiſitis inſtructi, uniformiter, & in omnibus, & perpetuò teſtantur, id verum eſſe neceſſe eſt. Atqui plures ſenſus, viſus, tactus, guſtus, odoratus, in ſe benè diſpoſiti, ac alijs omnibus ad agendum requiſitis inſtructi, uniformiter, & in omnibus, & perpetuò teſtantur Euchariſtiam poſt conſecrationem eſſe verè ac propriè panem & vinum: Ergo id verum eſſe neceſſè eſt. Minor per ſe clara eſt, nec probatione eget. Majorem primò confirmat Ariſtoteles, inquiens; c *rationem quærere exploſis ſenſibus eſſe infirmitatem ſeu morbum mentis*: & d *rationibus credendum ſi conſentientia iis quæ videntur oſtendant*. Et Averroes: e *opinionem quamlibet cui ſenſus contradicunt non valere, præſertim quando uniforme eſt omnium ſenſuum teſtimonium*. Secundò probatur ratione. Nam abſurdiſſimum eſt dicere ſenſus omnes omnium hominum bene diſpoſitios, ac medio ſimiliter rectè ordinato falli in re familiariſſima, qualis eſt dignotio panis & vini: alioqui de nulla re unquam certi eſſe poterimus, & damnanda erit cum Academicis, atque Heraclito, Diocle & Empedocle ſenſuum fides. At hoc delirium & ex ratione & ex ſcripturis potenter adeo refutat Tertullianus (allato etiam exemplo unguenti quod mulier effudit in caput Domini, & vini Euchariſtici, ex quorum odore ac ſapore præjudicari vult de ſubſtantia) ut nihil elegantius & ſolidius proferri queat. Verba ipſius ſunt: f *Quid agis procaciſſime Academice? Totum vitæ ſtatum evertis, omnem naturæ ordinem turbas, ipſius Dei providentiam excæcas, qui cunctis ſuis operibus intelligendis, incolendis, diſpenſandis, fruendiſque fallaces & mendaces dominos præfecerit ſenſus. An non iſtis univerſa conditio ſubminiſtratur? An non per iſtas ſecunda quoque mundo inſtructio acceſſit, tot artes, tot ingenia, tot ſtudia, negotia, officia, commercia, remedia, conſilia, ſolatia, victus, cultus, ornatuſque, omnia, totum vita ſaporem condierunt, dum per hos ſenſus ſolus omnium homo animal rationale dignoſcitur intelligentiæ & ſcientiæ capax, & ipſius Academiæ, &c? Non licet nobis in dubium ſenſus iſtos revocare, ne & in Chriſto de fide eorum deliberetur; ne forte dicatur quod falſo Sathanam proſpectarit de cælo præcipitatum, aut falſo vocem Patris audierit de ipſo teſtificatam, aut deceptus ſit cum Petri ſocrum tetigit, aut alium poſtea ſenſerit unguenti Spiritum quod in ſepulturam ſuam acceptavit, alium poſtea vini ſaporem quod in ſanguinis ſui memoriam conſecravit. Sic enim & Marcion phantaſma eum maluit credere totius corporis in illo dedignatus veritatem. Atqui ne in Apoſtolis quidem ejus ludificata eſt natura: fidelis fuit & viſus & auditus in mente: fidelis & guſtus vini illius, licet aquæ ante, in nuptiis Galilææ: fidelis & tactus exinde credulo Thomæ. Recita Ioannis teſtationem: quod vidimus, inquit, quod audivimus, oculis noſtris vidimus, & manus noſtræ contrectaverunt de ſermone vitæ. Falſa utique teſtatio, ſi oculorum & aurium & manuum ſenſus natura mentitur.* Hæc Tertullianus, planè in ſententiam noſtram: ubi & obiter notandum quod ait, Dominum in Euchariſtia vinum in ſanguinis ſui memoriam conſecraſſe; quæ loquendi formula nunquam poteſt ſignificare, vinum deſinere ac ſubſtantialiter commutari in ſanguinem Domini, ſed tantum, vinum ex communi ſacrum fieri, ut nobis ſit memoria ſanguinis Chriſti.

f De anim. c. 17. alias 7.

Ad hoc argumentum (licet illud ita formatum & confirmatum ſibi non proponant) Adverſarij reſpondent variè. Primò enim Gregorius de Valentia videtur reſtringere majorem. Ait enim: a *ex ſenſu recte aliquid tunc probari, cum revelatio fidei cui potius credendum eſt, non corrigit ſenſum aliud docendo intellectum. Hic autem prorſus aliud docet. Ideoque veteres* (addunt b Maldonatus c & Bellarminus) *negant hic eſſe ſtandum judicio ſenſuum qui ſæpe falluntur.* Sed frivola reſtrictio eſt. Primò enim falſiſſimum eſt revelationem fidei nos unquam cogere ad quid credendum contra judicium ſenſuum, licet quandoque aliquid credere jubeat ſupra apprehenſionem ſenſuum. Fatetur Thomas: d *fides non eſt contra ſenſum, ſed eſt de eo ad quod ſenſus non attingit.* Secundo, non minus falſum eſt, revelationem fidei docere contra

a *T m* 4. *p.* 1020.

b *In* 26. *Matth.*

c *De Euch. l.* 3 *c.* 14.

d *P.* 3. *q.* 75 *art.* 5. *ad* 3.

c *Phyſic. l.* 8. *c.* 3. Ζητεῖν λόγον αἴφνης τὸν αἰσθητὸν ἀφιστᾶσι τὴν διάνοιαν.

d *De generat. animal. l.* 3. *c.* 10. πιστότερον εἶ τοῖς λόγοις ἢ τοῖς ὁμολογουμένοις ἀναιρεῖσθαι τοῖς ὁρωμένοις.

e *In* 8. *phyſic.*

...ut ...ut ...ut

adeo licebit eas recognoſci. Nam, ut in aqua remus inflexus vel infractus apparens, aqua in cauſa eſt. Similiter dici poteſt de magnitudine ſtellarum ſenſus non rectè judicare propter immenſam & incommenſurabilem diſtantiam, intervallique conditionem. *Quod ſi cauſæ fallunt ſenſus*, inquit, *jam non in ſenſibus conſtituenda fallacia eſt.* Imo potius hinc comprobatur ſenſuum fides & certitudo. Nam *cauſa antecedente*, ait [b] Auguſtinus, *quærè ita videretur, ſi demerſus unda remus rectus appareret, magis oculos meos falſæ renuntiationis arguerem non enim viderent quod talibus exiſtentibus cauſis videndum fuit.* Sed eſto: fallantur interdum ſenſus in objecto communi, ut [c] alicubi monet Philoſophus. Non litigamus. hic agitur de proprio, in quo idem [d] Author aſſerit & cum eo Nemeſius, *ſenſus ſemper eſſe veros.* Panis enim & vinum ſunt proprium objectum viſus quâ colorata, guſtus quâ ſapida, odoratus quâ odorata, tactus qua ſolida. Si igitur ſenſus non falluntur in propriis objectis, quando organum & medium rectè ſunt diſpoſita, quandoquidem ſenſus plurimi, ſeu ratio potius ſenſibus velut manu ducta, judicant in Euchariſtia eſſe verum panem viſibilem, ſapidum, odoratum, ſolidum, vinumque ſimiliter, ita quoque ſe rem habere neceſſario fatendum erit. Verum, evadere Bellarminus nititur, & reſpondet quarto, axioma Philoſophi *verum eſſe de objecto proprio in generali: nam in particulari videtur poſſe contingere error, etiam organo & medio rectè diſpoſitis*, &c. *Nam in iride judicant oculi veriſſimos eſſe colores, qui tamen non ſunt niſi lumen reflexum.* Potuiſſet adducere Philoſophum ipſum qui ait: [e] *Senſus proprietum objectorum verus eſt, aut quam minimum habet falſitatis, ſecundò autem ſenſus eſt ejus cui hæc accidunt, atque hic jam poteſt eſſe falſus. Nam quod album ſit non fallitur, ſed utrum album ſit hoc an aliud quidpiam fallitur.* Reſponderi primo poſſit ex ipſis Adverſariis nonnullos aſſerere, *ridiculum eſſe dicere, colores iridis non eſſe verò colores, ſed apparentes tantum.* Sic enim Renatus Carteſius. Sed demus Bellarmino quod contendit: exemplum illud ab ipſo allatum ineptiſſimum eſt. Nam ſecundum ipſum in Iride non ſunt veri colores, ſed tantum apparent eſſe, in Euchariſtia autem veros colores eſſe, veram albedinem veram rubedinem fatetur: ubi ergo ſimilitudo? Deinde, reflexio luminis in Iride color apparet, diſtantia viſum obnubilante. At in Euchariſtia liber viſus eſt ab omni impedimento, & rem qualis eſt, perſpicit: ubi rurſus convenientia eſt? Secundo, verum quidem eſt aliquomodo dici poſſe, ſenſum interdum decipi, ſeu potius, ut rectè notant Ariſtoteles & Nemeſius, mentem & imaginationem, in objecto proprio individue conſiderato. Sed hoc nihil ad propoſitum Adverſariorum. Mens enim illorum non eſt, objectum illud quod tanquam album ſenſus apprehendit, non eſſe ſubſtantiam album: hoc enim ſenſu affirmant, *ſenſum ſemper eſſe verum*; ſed illud tantum volunt, ſenſum aliquando falli ac pariter phantaſiam, rem unam pro alia ſumendo, ſive quod incognita ſit, ſive quod præcipitato nec ſatis [f] *diligenter* conſideretur, ſive quod [g] *mens alio vagetur.* At non ita ſe res habet in materia dequa contendimus. In ea enim agitur de re familiariſſima ac notiſſima, qualis eſt panis ac vinum. Ea rurſum quantumvis attente & exacte conſideretur, & ab organis rectè diſpoſitis, ſemper judicatur eſſe verus panis ac verum vinum: in ea igitur nec ſenſus nec opinio decipi poſſunt. Imo potius dicendum eſt, in illis eſſe certitudinem ac veritatem ſummam, cum ſuppoſitis omnibus ad judicandum requiſitis tanta ſemper uniformitate ſtatuant verum panem ac vinum eſſe.

Secundum noſtrum argumentum tale eſt: Quod videtur & tangitur eſt vera ac ſolida corporis ſubſtantia. Atqui panis Euchariſtiæ poſt conſecrationem videtur & tangitur, ſicut ante conſecrationem, abſque ulla prorſus differentia. Ergo eſt vera ac ſolida corporis ſubſtantia, ſicut antè conſecrationem. Major fundatur primo in verbis Domini, qui, ut probaret ſe verè eſſe ſubſtantiam corporalem, non autem phantaſma, aut quid immateriale, ajebat, [h] *palpate & videte, quia ſpiritus carnem & oſſa non habet, ſicut me videtis habere.* Secundo, confirmatur ex Patribus: Tertullianus: [i] *manus ei injectas animadvertens, neceſſe habeo jam de ſubſtantia ejus corporali deſumere, quod non poſſit phantaſma credi, qui contactum*, &c. *admiſerit.* Et rurſus ex Lucretio: *tangere ſeu tangi niſi corpus nulla poteſt res.* Ambroſius: [k] *quod videtur corpus eſt, quod palpatur corpus eſt.* Chryſoſtomus: *quod ſenſui exponitur corpus eſt.* Gaudentius: [m] *ne, non in carne vera eſſe, ſed in phantaſmate putaretur,* (Chriſtus) *manus ſuas ceteraque membra Thomæ Apoſtolo contrectanda ingerit dubitanti. Similiter & in Evangelio B. Lucæ ſimul Diſcipulis omnibus conteſtatur ingreſſus, palpate & videte.* Leo I. [n] *dicebat Dominus palpate & videte, ut agnoſceretur in eo proprietas divinæ humanæque naturæ individua permanere.* Theodoretus: [o] *Quandoquidem Dominus ait, palpate & videte*, &c., *remanſit igitur poſt reſurrectionem corporis natura, & in alteram naturam non eſt commutata.* Et rurſum: [p] *quod videtur corpus eſt.* Et ex Platone: [q] *viſibile exiſtens etiam palpabile eſt, & palpabilis exiſtens corpus habet.* Et Vigilius: [r] *Dominus, poſt reſurrectionem ad demonſtrandam ſui corporis veritatem, & comedit & bibit, & contrectandum ſe Diſcipulis obtulit, dicens, palpate & videte*, &c. Tertiò majorem admittunt ipſimet

[b] *Contr. Academic. l. 3. c. 11.*

[c] *De anim. l. 3. & 4.*

[d] *Ibid. cap. 6. ubi ait.*

[e] *De anim. l. 3. c. 4.*

[f] *Ariſt. ubi ſupr. text. 7.*

[g] *Nemeſ. περὶ τῆς ἀνθρ. φύσ. ubi ſupra.*

[h] *Luc. 24. 38.*

[i] *Contr. Marcion. l. 4. c. 7.*

[k] *In Luc. 24.*

[l] *In Joan. hom. 21.*

[m] *Trin. l. 9.*

[n] *Epiſt ad S. Flavian. c.*

[o] *Dialog. 2.*

[p] *Ibid.*

[q] *Therapeutis. lib. 4.*

[r] *Contr. Eutych. l. 2.*

Primus Liber Euclidis Elementorum de Geometria.

Definitiones.

1. Punctum est cujus pars non est.

2. Linea est longitudo latitudine carens.

3. Extremitates autem lineæ sunt puncta.

4. Recta linea est quæ ex punctis sibi æqualiter positis æqualiter jacet.

5. Superficies est quæ longitudinem et latitudinem tantum habet.

6. Superficiei autem extremitates sunt lineæ.

7. Superficies plana est quæ ex lineis rectis æqualiter jacentibus æqualiter jacet.

8. Angulus autem planus est duarum linearum in plano se tangentium et non in directum positarum alterius ad alteram inclinatio.

9. Quod si lineæ angulum continentes rectæ fuerint, rectilineus angulus vocatur.

10. Cum autem recta linea super rectam lineam stans angulos deinceps æquales fecerit, rectus erit uterque æqualium angulorum, et recta linea stans perpendicularis vocatur ad eam super quam stat.

11. Angulus autem obtusus est qui recto major est.

12. Acutus autem qui recto minor est.

13. Terminus est quod alicujus extremum est.

14. Figura est quæ sub aliquo vel aliquibus terminis continetur.

15. Circulus est figura plana una linea contenta quæ circumferentia vocatur, ad quam omnes rectæ lineæ ex uno punctorum quæ intra figuram posita sunt cadentes æquales inter se sunt.

16. Et punctum illud centrum circuli vocatur.

17. Diameter autem circuli est recta quædam linea per centrum ducta et utrinque ad circumferentiam terminata, quæ circulum in duo media secat.

18. Semicirculus est figura quæ sub diametro et ea parte circumferentiæ quam diameter abscindit continetur.

19. Rectilineæ figuræ sunt quæ sub rectis lineis continentur.

20. Trilaterarum autem figurarum æquilaterum triangulum est quod tres æquales habet latera.

21. Isosceles autem quod duo tantum habet latera æqualia.

22. Scalenum autem quod tria inæqualia habet latera.

23. Rursus autem triangulorum rectangulum est quod rectum habet angulum.

24. Amblygonium autem quod obtusum habet angulum.

25. Oxygonium autem quod tres habet acutos angulos.

26. Quadrilaterarum autem figurarum quadratum est quod æquilaterum est et rectangulum.

27. Oblongum autem quod rectangulum est sed non æquilaterum.

28. Rhombus autem quod æquilaterum est sed non rectangulum.

29. Rhomboides autem quod et latera et angulos oppositos habet æqualia, sed neque æquilaterum est neque rectangulum.

30. Quadrilatera autem præter has dicantur trapezia.

31. Parallelæ rectæ lineæ sunt quæ in eodem plano positæ et ex utraque parte in infinitum productæ in neutra parte sibi occurrunt.

Postulata.

1. Postuletur a quovis punctum ad quodvis punctum rectam lineam ducere.

2. Et terminatam rectam lineam in directum producere.

3. Et quovis centro et intervallo circulum describere.

4. Et omnes rectos angulos inter se æquales esse.

5. Et si in duas rectas lineas recta linea incidens interiores et ad eandem partes angulos duobus rectis minores fecerit, rectas lineas in infinitum productas ad eam partem concurrere in qua sunt anguli duobus rectis minores.

Communes animi conceptiones.

1. Quæ eidem æqualia sunt et inter se æqualia sunt.

2. Et si æqualibus æqualia addantur, tota æqualia sunt.

3. Et si ab æqualibus æqualia auferantur, quæ relinquuntur æqualia sunt.

4. Et si inæqualibus æqualia addantur, tota inæqualia sunt.

5. Et si ab inæqualibus æqualia auferantur, quæ relinquuntur inæqualia sunt.

6. Et quæ eidem sunt duplicia inter se æqualia sunt.

7. Et quæ ejusdem sunt dimidia inter se æqualia sunt.

8. Et quæ sibi mutuo congruunt inter se æqualia sunt.

9. Et totum majus est sua parte.

10. Et duæ rectæ lineæ spatium non comprehendunt.

11. Omnes anguli recti inter se æquales sunt.

12. Et duæ rectæ lineæ quæ cum tertia in eodem plano ita positæ sunt ut anguli interiores ad eandem partes duobus rectis minores faciant, in infinitum productæ ad eam partem concurrunt in qua sunt anguli duobus rectis minores.

13. Et duæ rectæ lineæ spatium non comprehendunt.

14. Omnes anguli recti inter se æquales sunt.

15. Et duæ rectæ lineæ quæ cum tertia in eodem plano ita positæ sunt ut anguli interiores ad eandem partes duobus rectis minores faciant, in infinitum productæ ad eam partem concurrunt in qua sunt anguli duobus rectis minores.

fit a corpore Christi. Bellarminus similiter: k *in Eucharistia non sumimus cibum corporalem, ut caro inde nutriatur & pinguescat, sed solum gratia significanda interna refectionis.* At si tollerentur ex Eucharistia substantiæ panis & vini remanentibus solis accidentibus, talis interna refectio significari non posset. Accidentia enim sola prorsus inepta sunt ad nutritionem corporum. Nam nutritio fit per conversionem ciborum in substantiam aliti: ridiculum autem est dicere, accidentia converti in substantiam: ut ergo significetur vera nutritio animarum per similitudinem virtutis sacramenti cum rei significatæ virtute & efficacia, dicendum est necessariò manere debere substantias panis & vini, ut potè solas verè aptas ad nutritionem corporum. Nec obstat quod respondet Bellarminus, *ad fidem confirmandam rerum invisibilium satis esse si externum signum verè percipiatur, etiamsi non signetur effectus hujus signi, ut est res naturalis.* Nam necesse quidem non est simpliciter signi effectum signi, ut res est naturalis, quia per indispositionem subjecti recipientis aliquandò impediri potest: sed tamen oportet illud posse hoc præstare, ut per similitudinem designet rei hujus quam significat spiritualem efficaciam. Eam autem designare per similitudinem non potest, nisi vim habeat corporaliter alendi, sicut caro Christi spiritualiter nutriendi. Accidentia autem sola virtutem illam non habent ut supra diximus, & infra latius ex ipsismet Adversarijs contra Bellarmini hac in parte delirium sumus ostensuri: ludicrum enim est & joculare quod ait: *species sacramenti nutrient, si in magna copia sumerentur.*

k *De Euch. l. 3. c. 23.*

Tertiò, præter repræsentationem internæ refectionis Eucharistia significat mysterium unitatis fidelium inter se. Declarat id Apostolus, inquiens: l *unus panis unum corpus multi sumus; omnes enim ex uno pane participamus.* In quæ verba Augustinus: m *intelligite & gaudete, unitas, pietas, veritas, charitas, unus panis unum corpus multi sumus. Recolite enim quia panis non fit de uno grano, sed de multis, &c. quod videtis. & accipite quod estis. Hoc Apostolus de pane dixit, jam de calice quid intelligeremus, etiam hoc dictum satis ostendit. Sicut enim ut fit species visibilis panis multa grana in unum conspergunter, tanquam illud fiat quod de fidelibus aut scriptura Sancta: erit illis anima & cor unum ad Deum; sic & de vino, fratres, recolite unde fit unum. Grana multa pendent ad botrum, sed liquor granorum in unitate confunditur. Ita Dominus Iesus Christus nos significavit, nos ad se pertinere voluit, mysterium pacis & unitatis nostræ in mensa sua consecravit.* Et rursus: n *commendat vobis in isto pane quodammodò unitatem amare. Nunquid enim panis ille de uno grano factus est? Nonne multa erant tritici grana? Sed antequam ad panem venirent, separata erant, &c. Et ideò unitas quodammodò significatur.* At si tollerentur substantiæ panis & vini, tolleretur hæc repræsentatio: Ergò illas remanere necesse est. Respondet cum Bellarmino Gregorius de Valentia, a *constare illam unitatis significationem sine remanenti substantia panis & vini*, nempè, per accidentia & proprietates quæ remanent, *quia illa unitas corporis Ecclesiæ mystici non significatur per hoc sacramentum, nisi quatenus panis quidem ex multis granis ante fuit factus: & de hoc ipsa accidentia quæ substantiam illam prateriti panis repræsentant, nos admonent.* Sed frivola responsio est. Primò enim asserere sola accidentia repræsentare absque substantia sua, *perinde est*, inquit b Philosophus, *ac si quis serræ & instrumentorum cuique causam eorum quæ fiunt, tribuat.* Accidentia enim sunt instrumenta substantiæ quæ sine illa agere nullomodò possunt. Secundò, falsissimum est unitatem corporis mystici non significari per panem nisi quatenus panis ex multis granis antè fuit factus. Nam panis spectatus quatenus ex multis granis ante factus fuit, id est pro tempore illo quo ex multis granis factus est, potentiam quidem habet remotam ad hanc significationem, sed actum seu formam non habet significationis illius quæ per consecrationem tantum illi advenit. Si ergò unitatem illam significat, oportet ut illam significet pro ipso tempore quo per sanctificationem ad eam significandam divinitus est ordinatum: ac proindè, si significat ratione variorum granorum inter se adunatorum, necesse est in illo quatenus per consecrationem ad id ordinato esse varia grana inter se unita, quæ repræsentationis hujus per similitudinem fundamentum sint. At accidentia panis & vini non sunt multa grana per unitatem confusa. Affectionis tantum sunt granorum sic adunatorum: Ergò per illa non repræsentaretur unitas corporis mystici. Itaque cum repræsentetur, necesse est remanere ipsas eorum substantias unitatem hanc designantes.

l 1. Cor. 10. 17.

m *Serm. ad infant. apud Fulgent. de baptismo lib. c. ult.*

n *De diversis serm. 83.*

a *Ubi supra.*

b *De generat. & corrupt. lib. 2. c. 9.* [illegible]

Quinta classis probationum ducitur ex varijs Eucharistiæ effectis, quæ certò judicant substantias panis & vini manere.

Primum est, nutritio corporalis, ex qua sic argumentamur: quicquid vere nutrit aut nutriri potest corpus, necessariò substantia est, & non accidens simpliciter. At panis Eucharistiæ post consecrationem verè nutrit aut nutrire potest corpus: ergò necessariò substantia est, & non accidens simpliciter. Minorem olim negarunt c Algerus, Guitmundus & d Waldensis; Sed *horum opinio*, inquit e Suares, *antiquata jam est & ut improbabilis omninò sacris scholis rejecta, quia omninò præter rationem est experientias negare.* Et antè Suares Thomas: f *Id ad sensum patet esse falsum. Homo enim diu sustentari posset, si hostias*

c *Vasq. lib. 2.*
d *Tom. 2. de sacram. c. 26.*
e *Disput. 57. sect. 3.*
f *q. 77. art. 6.*

LOCAL PRIVATE ACTS, 1 & 2 GEO. V. c. 101.

Short title.

Interpretation.

Power to borrow.

Power to raise money by mortgage.

Power to raise money by debentures.

Power to raise money by temporary loans.

Power to apply money raised for capital purposes.

Power to invest sinking fund.

Power to apply sinking fund.

Power to apply surplus revenue.

Power to make contributions to sinking fund.

Power to make contributions to sinking fund.

Power to make contributions to sinking fund

non eſt materia corporis Chriſti: Ergò eſt materia panis quæ immutata remanſit. *Locus difficillimus & vix explicabilis*, inquit a Contarenus. Item: *omnia hæc mira, omnia ſupra captum hominis ſunt.* Ideoque reſpondent Adverſarij perplexè & variè.

a *De ſacram. l. 2. c. 3.*

Primò enim Thomas, Ferrarienſis. Henricus, Ægidius & alij, reſpondent, b *quantitatem dimenſivam panis & vim retinentem naturam propriam accipere miraculoſe vim & proprietatem materiæ & ideo poſſe tranſire in ſubſtantiam vermium.* At hanc ſolutionem improbant Scotus, Soto, Vaſques, Suares, Becanus, Mæratius, Gamachæus, Yſambertus & de Lugo, eamque refutat ſequentibus argumentis. Primo enim forma ſubſtantialis eſt actus materiæ primæ: Ergo impoſſibile eſt eam in quantitate tanquam in proprio ſubjecto recipi. Neque dici poteſt, quantitatem ad id elevari virtute divina: nihil enim elevari poteſt ad recipiendam formam quam ſuapte natura recipere nequit, ſicut nec ad tribuendum effectum formalem, quem ex ſe tribuere non poteſt. Secundo, impoſſibile eſt quantitatem elevari ut formaliter ſuppleat vicem formæ ſubſtantialis & ſubſtantialiter aliquid componat: alioqui eſſet compoſitum ſubſtantiale ſine ſubſtantia, quod implicat contradictionem. Ergo ſimiliter eſt impoſſibile ut elevetur ad proprium munus materiæ & ſubſtantialem cauſalitatem ejus. Tertio ſi ita foret tunc ejuſmodi compoſitum eſſet ens per accidens, non per ſe, ſiquidem eſſentialiter conſtaret eſſentia & accidente, non autem vera materia & forma ſubſtantiali, ſic ut phyſicus ordo poſtulat. At certum eſt vermes eſſe verum compoſitum naturale ex materia & forma. Quarto, perpetuum indè ſequeretur & inutile miraculum, ut forma ſubſtantialis corporea ſubſiſteret abſque materia. Imo hæc nova forma ſubſtantiali pereunte, eique altera ſuccedente, & ſic in infinitum, eſſet infinitus miraculorum numerus: quod niſi abſurdiſſimè defendi non poteſt. Ergo dicendum non eſt ex quantitate dimenſiva panis per corruptionem vermes naſci, & omnino ponenda eſt materia ex qua id fiat.

b *Apud Suarez & Vaſquez ubi ſupra.*

Secundo reſpondent aliqui apud c Algerum, *neceſſariam quidem eſſe materiam ad generationem illam autem non deeſſe: materiam enim illam quæ prius in pane realiter fuerat, in corpore Chriſti manere & in ſubſtantialem ejus compoſitionem tranſire, & ex illa educi formam ſubſtantialem vermis.* At præterquam quod hæc ſolutio repugnat concilio Tridentino definienti, d *converſionem fieri totius ſubſtantiæ panis*, eam etiam Gamachæus refellit hoc inter cætera argumento, *quia ſequeretur corpus Chriſti eſſe paſſibile, cum ejus materia tranſiret ab aliis formis ad alias ſubſtantiales formas, variſque etiam qualitatibus afficeretur quas ſucceſſivè realiter indueret. At falſum conſequens.*

c *Libr. 2. & apud Gamachæum.*

d *Seſſ. 13. c. 4.*

Tertio, reſpondent nonnulli, *materiam decerpi ex aere circumſtante.* Sed hanc primo refellunt Thomas & Yſambertus, quia *quædam corruptio & alteratio fit in eo ex quo aliquid generatur: ſed quandò ejuſmodi generatio fit, nulla alteratio vel corruptio fit in aere circumſtante, ut patet experientia. Igitur hæc generatio non fit ex aere circumſtante.* Secundo, illam quoquè refutat Gamachæus, *quia ſequeretur maximam partem aeris diminutam eſſe poſt tot ſpecies conſecratas & corruptas & multò minorem eſſe hodie ejus ſphæram quam tempore Chriſti.*

Quarto reſpondet Gregorius de Valentia, e *in puncto generationis fieri converſionem quantitatis in rei genitæ materiam.* At primo, *ut accidens in ſubſtantiæ naturam tranſeat, fieri nullomodò poteſt*, inquit f Boëtius. Nam quæ non ſunt unius generis non poſſunt ex ſe invicem fieri, puta g ex albedine linea. At quantitas utpotè accidens, & materia ut potè ſubſtantia, ſunt diverſi generis: ergò ex ſe invicem fieri non poſſunt. Secundò, intelligit quantitatem illam deſinentem in materiam per vim Dei converſivam, nihilominus remanere, aut non remanere. Prius illud ſanè dici non poteſt. *Nam in vera converſione terminus a quo debet* deſinere, ut rectè contra eumdem Gregorium notat Yſambertus. Nec etiam poſterius: quia ſi quantitas illa per converſionem, & ex ea in materiam converſa educeretur forma ſubſtantialis vermium, ſequeretur illos quantitate carere; quod ſenſus falſum eſſe docet. Denique ab eo quæro undè illi conſtet, quantitatem panis per vim Dei converſivam in puncto generationis deſinere in materiam? *Creditur*, inquit. At undè creditur, inquam, niſi ex præjudicio & imaginatione mera? Ubi enim probatio? *Hæc*, inquit h Tertullianus, *erit perverſitas fidei, probata non credere, non probata præſumere.*

e *Diſp. 6. q. 5. de Accidentib. remanent. puncto 4. 5. Quod ad ſecundum. Item §. Atque hæc cauſa eſt.*

f *In prædicabil.*

g *Vid. Simplic. in 1. phyſic. textu 39. comm. 37.*

h *In ſcorpiac. contr. Gnoſtic. cap. 11.*

Quintò reſpondent i Innocentius tertius, k Bonaventura, l Alexander, *ſubſtantiam panis ac vini redire ex qua generatio fiat.* At hanc ſolutionem refellunt, Thomas, m Scotus, Suares, Vaſques, & Gamachæus, ſequentibus inter cætera argumentis. Primò, ad talem generationem impertinens eſt quod redeat forma panis, cum potius illam corrumpi neceſſè ſit. Secundò, vel ſubſtantia panis & vini redit permanentibus accidentibus quæ fuerunt conſecrata, vel eis corruptis. Sic eis permanentibus, ſequitur ſimul eſſe ſubſtantiam panis & vini cum corpore & ſanguine Chriſti: quia quamdiu manent ſpecies conſecratæ manet ſub eis corpus & ſanguis Chriſti. Conſequens autem falſum eſt. Si autem corruptis, ſequitur tunc eſſe ſubſtantiam panis & vini ſine proprijs accidentibus. Tum etiam ſequitur ex illa ſubſtantia nihil generari, quia gene-

i *De myſter. Miſſ. l. 4. c. 11.*

k *In 4. diſt. 12. p. 1. art. 2.*

l *Part. 4. q. 10. memb. 7. art. 2. §. 2.*

m *In 4. diſt. 12.*

ratio

neratio novæ formæ aut ſubſtantiæ ſimul eſt cum corruptione ſpecierum. Quarè in eo inſtanti corruptionis non eſſet ſubſtantia panis & vini, ſed alia genita, ac proindè ex ſubſtantia panis & vini non poſſet illa nova ſubſtantia generari.

Sextò reſpondent nonnulli, *novam quamdam materiam a Deo produci ex qua generatio illa fiat* Ea autem ſententia duplex eſt. Nam alij volunt ex hac materia a Deo creata *naturaliter educi formam ſubſtantialem rerum quæ generantur.* Scotus verò, [n] Durandus & [o] Vaſques ajunt, ſubſtantiam quæ poſt immutationem ſpecierum producitur & ex illis fieri videtur, non ex ipſis tanquam ex materia fieri, ſed *Deum materiam illam creare, & ipſum quoque ſolum introducere formam ſubſtantiæ in materiam illam ſubito creatam, diſpoſitionibus quæ in quantitate ſpecierum præceſſerunt nullomodò ad ipſam naturaliter concurrentibus, ſed eam ſolum poſtulantibus, ut myſterium lateat.* At hanc opinionem impugnat Gamachæus hoc argumẽto, quia ſequeretur *materiam ſublunarem hodie eſſe aliam numero quam olim fuit in prima mundi creatione, ſaltem quoad illas partes ac ferè innumerabiles quæ tot ſpeciebus corruptis jam ei advenerint diverſis locis & temporibus, nec ab initio mundi olim creatæ fuerunt, ſed ſolum a paſſione Chriſti ad nos ſpatio annorum mille ſexcentorum.* Deinde & illam Mæratius quoque refellit ex duobus principijs philoſophicis. *Unum ex illis eſt*, inquit, *in generatione non fieri reſolutionem uſque ad materiam primam. Alterum, idem numero accidens, quod naturaliter ex aliquo ſingulari ſubjecto educi poteſt, in eoque recipi, non poſſe naturaliter ex & in alio. Ex primò enim ſequitur eamdem numero quantitatem quæ ſpecierum fuit, dum hæ corrumpuntur, non perire, ſed permanere, & inhærere illi materiæ quæ in inſtanti corruptionis earum, & generationis alterius ſubſtantiæ producitur. Ex ſecundò ſequitur, eamdem quantitatem non poſſe naturaliter educi ex alia materia, aut in alia recipi quam ea quæ in Chriſti corpus converſa fuit, cum ex ea fuiſſet procul dubio naturaliter educta, in eademque recepta naturaliter eo tempore quo illi inhærebat. Quarè, ſi non hæc materia reproducitur, ſed alia primò producitur, ex qua quantitas hæc ſupernaturaliter educatur, novum miraculum admittitur: quod minus probabiliter admittitur, quam negatur, dum res de qua agitur æquè facile & bene explicari poteſt, nullo novo admiſſo miraculo, atque aliquo admiſſo.* Sed & ego ſpeciatim addo contra poſteriorem ſententiam illam geminare miracula. At primò miracula nunquam ponenda ſunt, niſi certò & evidenter de illis conſtet. Hic autem duo miracula fieri, unum creationis novæ materiæ, alterum ſupernaturalis eductionis formæ ſubſtantialis ex hac materia naturaliter indiſpoſita. Adverſarij quidem dicunt & fingunt, ſed pro voluntate tantum. Id enim probare nullomodò poſſunt. Deindè, & miracula non ponenda ſunt, niſi ex magna neceſſitate, aut evidenti utilitate, quarum neutra hic occurrit. Non neceſſitas. Incuria enim hominum ſpecies conſecratas diutius quam par eſt conſervantium, aut humido loco reponentium, non eſt motivum ſufficiens quod impellat Deum ad novæ creationis & ſupernaturalis eductionis miraculoſam operationem. Imò, quamvis daremus, talem negligentiam divinum aliquod ſupplementum neceſſariò requirere, dicendum potius eſſet Deum vim ſuam exerere in ſacramenti reliquijs a corruptione vindicandis, quod tamen non facit, quam in novis individuis geminato miraculo formandis. Hoc enim multò convenientius fieret, & ad ſtupendum quid perſuadendum multò aptius, cum Adverſarij nè ſuis quidem alia illa miracula perſuadere valeant. Senſus enim moveret, & per ſenſus intellectum. Verum fatentur, & experientia docet, reliquias Euchariſtię per miraculum a corruptione non vindicari: Ullum ergò aliud miraculum hic intervenire nulla cum probabilitate dici poteſt. Rurſus, nullam eſſe utilitatem miraculorum illorum manifeſte patet. Quid enim utilitatis redundat in hominum genus, ſi vilia animacula, qualia vermes ſunt, non per viam ordinariam, ſed per miraculum a divina potentia ex materia recens creata producantur? At teſtor conſcientiam veſtram, Viri eruditi? Quid hoc facit, aut ad ſacramenti præſtantiam extollendam, aut ad fidem noſtram firmandam ac promovendam? Si autem nulla ſit ejuſce miraculoſæ productionis aut neceſſitas, aut utilitas, productionem potius naturalem eſſe cenſendum eſt, ac proindè ex materia panis remanente, nec immutata.

Septimò deniquè reſpondent Suarez, Mæratius, Gamachæus, de [p] Lugo, & Yſambertus, *eandem numero materiam quæ fuerat panis & vini antè illorum converſionem, a Deo miraculoſè reproduci ac redire, & inde generationem naturaliter fieri.* Sed primò quæro ab illis undè id probent? Non enim tantæ ſunt apud nos authoritatis ut ipſorum ſomnia pro oraculis accipiamus. En demonſtrationem quam afferunt: *Probamus*, inquit Gamachæus, *ex confutatione ſuperiorum ſententiarum, quia nil aliud reſtat quod convenienter poſſit reſponderi, & divina eſt providentia tunc ſupplere defectum cauſarum ſecundarum, & naturalem rerum ordinem ſervare.* Sed hæc jocularia ſunt. Nec enim ſequitur ex eo quod ſuperiores ſententiæ falſæ ſint, hanc eſſe veram, cum perindè ac præcedentes falſa eſſe queat: nec verum eſt nihil reſtare quod convenienter poſſit reſponderi, cum multò convenientius reſponderi queat, generationem fieri ex panis & vini ſubſtantia non mutata per conſecrationem, & ex ejus corruptione,

[n] *In 4. q. 2.*
[o] *Diſp. 195. c. 3.*
[p] *De ſacram. Euch. Diſput. 19. ſect. 2.*

ſecundum naturalem rerum ordinem: Nec niſi temerè hic affirmatur, Dei providentiæ munus eſſe, ſupplere incuriam aut defectum cauſarum ſecundarum. Nam penes nos foret, quandò liberet, Deum adigere ad patranda miracula, reliquias nempe conſecrati panis diutius aſſervando aut in locis humidis reponendo, undè corrumpantur: quod falſum & abſurdum eſt. Secundo, ſententiam hanc refellit Thomas, & *dare*, inquit [a] Gregorius de Valentia, argumento illo ſcilicet quod ſupra attulimus de nutritione agentes. Addo ego & aliud. Nam hæc materia reproducitur ac redit ante corrupta accidentia panis & vini, aut poſt. Si ante: ergò ſimul erunt materia panis & vini, & materia ac forma corporis & ſanguinis Chriſti. At *hoc eſſet gratis multiplicare miracula*, quod præcedentibus opinionibus Gamachæus ipſe objiciebat, cum hæc ſine miraculo ſubſiſtere ſimul non poſſint. Si poſt: ea reproducitur ac redit aliquibus accidentibus (ut quantitate & alijs ejuſmodi) affecta, aut nullis. Si nullis: ergò & hic fingendum erit rurſus miraculum, quia *impoſſibile eſt materiam eſſe ſine magnitudine*, ut obſervat [b] Philoſophus, ſaltem naturaliter, ex ſententia ipſorum Adverſariorum; nec unquam abſque illa creata eſt. Si aliquibus; ergò primum in eodem loco erunt duæ magnitudines, quia accidentia priora licet corrupta, non ſunt annihilata, quantitaſque actu remanet licet ejus figura mutetur. At ibidem Philoſophus ait, [c] *hoc eſſe ſalvandum*; & Adverſarij ipſi non niſi per miraculum contingere poſſe fatentur. Fingendum igitur erit & alterum gratis miraculum. Deindè, hæc materia duplicem habebit quantitatem, priorem nimirum quæ remanſit poſt converſionem, & novam illam reproductam, & ſic duplo major erit quam antea: quod non modò falſum eſt, ſed & prorſus inutile foret. Deniquè, in eductione formæ ſubſtantialis ex hac materia reproducta, quando exempli gratia generatur vermis, aut quantitatis cum materia reproducta figura mutaretur, quemadmodum & primigeniæ illius, aut non mutaretur. Prius illud dici non poteſt: non enim alterata eſt & ad mutationem diſpoſita, ſicut illa prior per humidi ſuperflui adjectionem. Nequè etiam poſterius, quia vermis hoc pacto haberet duplicem figuram, alteram vermis, alteram panis, quod tamen poſterius ad ſenſum evidenter falſum eſt. Itaquè, ut reſumam argumentum, cum in confeſſo ſit, ex corruptis Euchariſtiæ reliquijs vermiculos naſci, nec hi niſi ex materia generari queant, cum generatio propriè fiat ex materia aliqua de prædicamento ſubſtantiæ, ex cujus potentia educatur forma ſubſtantialis; nec dici poſſit aut materiam aliquam novam a Deo produci, aut veterem panis & vini reproduci, ex qua id fiat: ſupereſt dicendum panis & vini ſubſtantias etiam poſt conſecrationem in Euchariſtia manere, ex quarum corruptione ſine ullo miraculo animalcula interdum generentur.

Tertium effectum Euchariſtiæ ex quo probatur panis ac vini ſubſtantiam poſt conſecrationem manere, eſt merè accidentale, ſed tamen maximi momenti. Narrant enim Hiſtoriæ, Euchariſtiam veneno infectam fuiſſe ad delendum Victorem hujus nominis ſecundum Romanum Epiſcopum: ac Victorem quoque tertium, Henricum Imperatorem hujus nominis ſeptimum, & Henricum Archiepiſcopum Eboracenſem accepta Euchariſtia veneno imbuta *toxicatos* perijſſe. Undè ſic argumentamur: Aut veneno imbutus erat ſanguis Chriſti ex hypotheſi Adverſariorū in Euchariſtia exiſtens, aut accidentia vini, aut ſubſtantia illius. Non ſanguis Chriſti: tum quia eſt incorruptibilis, tum quia blaſphemum foret dicere, illum venenatum fuiſſe & poſſe fieri. Non accidentia vini ſine vini ſubſtantia: tum quia ineptum eſt dicere, lineas & ſuperficies & rubedines eſſe venenatas, cum venenatum eſſe ſit proprium ſubſtantiæ, non accidentis; tum quia oporteret ſubſtantiam venenatam in calicem infuſam mixtam eſſe cum illis accidentibus, quod abſurdum eſt, cum *non poſſibile ſit*, inquit [d] Philoſophus, *corpus & albedinem aut alias omnino affectiones & habitus rebus miſceri*; tum denique, quia ineſſet illis accidentibus, quod rurſus abſurdiſſimum eſt, cum *accidentis ſit ineſſe ſubſtantiæ*, non ſubſtantiæ ineſſe accidenti. Ergò ſola reſtat vini ſubſtantia quæ venenata dici poteſt tum fuiſſe, ac bibentes peremiſſe: non igitur vi conſecrationis in ſanguinem ſubſtantialiter converſa. Argumentum ſanè Adverſarijs permoleſtum: ideoque variè reſpondent.

Primò enim elevare tentant Hiſtoriarum fidem. Bellarminus timidè: *quicquid ſit*, [a] inquit, *de veritate Hiſtoriarum; neque enim deſunt qui has hiſtorias falſas eſſe contendant*. Gardinerus audaciſſime, [b] *Mendacium eſſe ac fabulam*. Undè manifeſtò patet quam verè dictum ſit, deſperationem audaces facere: alioquin Adverſarij nunquam eò devenirent, ut rem tot teſtimonijs ſuorum fultam & confirmatam ſubleſtæ fidei eſſe adeo inverecunde dicere ſuſtinerent. De Victore enim ſecundo id diſertè narrant [c] Compilatio Chronologica, Bertoldus Conſtantienſis, & Lambertus Schafnaburgenſis, quorum illum [d] Bellarminus *fideliſſimum Hiſtoricum*, alterum *inſignem ac veracem* indigetat. De Victore tertio id referunt Magnum [e] Chronicum Belgicum ex Helinando, [f] Martinus Polonus, [g] Malmeſburienſis, [h] Faſciculus temporum, [i] Sabellicus, [k] Bergomas, & alij. De Henrico ſeptimo [l] Ptolomæus Lucenſis,

[a] Pag. 1101

[b] *De gener. & corrupt. l. 1. cap. 5. ἀδύνατον δὲ μεγέθους εἶναι χωρὶς ὕλης.*

[c] *Ibid. καὶ ζητεῖν &c. μᾶλλον δὲ τοῦτ' ἀνάγκη ποιεῖν.*

[d] *De gener. & corrupt. l. 1. c. 10. ἀλλ' τὸ σῶμα, καὶ τὸ λευκὸν, ἀδ' ὅλως τι πάθος ἐνδέχεται μεμίχθαι τοῖς πράγμασι, τὰς ἕξεις εἶναι μεμιχθαι τοῖς πράγμασι. ἀνάγκη γὰρ ὑπάρχειν.*

[a] *De Euch. l. 3. c. 24.*
[b] *Ad object. 67.*
[c] *Ad ann. 1054. omnes.*
[d] *De ſcriptor. Eccleſiaſt.*
[e] *Ad ann. 1086.*
[f] *In Victor. 3.*
[g] *In Willielmo primo. l. 3.*
[h] *Ad ann. 1084.*
[i] *Ennead. 9. l. 3*
[k] *Ad ann. 1082.*
[l] *Apud. lang. ann. 1313.*

censis, author horum temporum, *omnia ferè Chronica*, m *Fasti, annales, acta*, n Compilatio Chronologica, o Albertus Argentinensis, Continuatores Steronis, Rebdorfus, p Blondus, q Crantzius, r Naucle-rus, s Aventinus, t Collenutius, u Mutius & plures alij. Deniquè, de Henrico Eboracensi x Matthæus Parisiensis. At tot & tantos Authores Gardinerus omnes pro fabulatoribus & mendacibus habet & mavult sibi inuri Ciceronianum illud, *y qui verecundiæ fines semel transierit, eum benè & naviter oportet esse impudentem*, quam *fidem* scilicet *de mysterio Catholicam* illorum suffragijs *infirmari*.

m *Apud Augustin. l. 7.*
n *Ann. 1313*
o *In chron.*
p *Decad 2. lib. 9.*
q *Saxon. l. 9. c. 7.*
r *Germ. 44.*
s *Lib. 7.*
t *Histor. Neapol. l. 5.*
x *In Stephano ad fin.*
y *Epist fam. l. 5. Lucio.*

Secundò respondent Bellarminus & a Perronius, *objectionem nullam esse. Cum enim venenorum alia inficiant per solam virtutem ac qualitatem, alia per propriæ substantiæ introductionem, nihil obstat alterutram speciebus sacramentalibus misceri.* At per venenum Adversarij intelligunt, aut qualitatem sine ullo subjecto subsistentem, aut substantiam hac qualitate affectam. Prius dici non potest. Nam qualitates, cum accidentia sint, non subsistunt naturaliter sine subjecto, ipsis fatentibus. Non etiam posterius. Nam aut illa substantia se solam communicaret speciebus sacramentalibus absq; qualitate sua venefica, aut solam qualitatem suam, aut utramque. At nihil horum dici potest. Non primum: quia species illæ non essent venenatæ, contra hypothesin. Non rursus secundum: Nam qualitas alicujus subjecti non potest alteri sine subjecto suo communicari: alioquin accidentia migrarent de subjecto in subjectum. At id fieri naturaliter non posse, omnes agnoscunt. Miraculum autem in gratiam venefici ad homines perimendos supernaturaliter a Deo fieri, quis dicere ausit? Deindè, accidens accidenti accideret, & dici posset lineas & superficies, & albedines esse venenatas, quod absurdum est: *accidens* enim, ut rectè notat a Philosophus, *accidenti non accidit, nisi in quantum ambo eidem subjecto accidunt.* Aut ergò falsum est qualitatem venefica se communicare speciebus sacramentalibus, aut necessariò manere debet substantia panis & vini quæ sit ambarum commune subjectum. Non deniquè tertium: Nam si substantia venenata cum qualitate sua lethali communicaret se speciebus sacramentalibus, & eæ species sacramentales tantummodò accidentia essent, sequeretur primò substantiam inesse accidentibus, quod absurdissimum est: *commune enim est omni substantiæ*, ait b Philosophus, *subjecto non inesse.* Deindè & sequeretur accidentia panis & vini misceri cum illa substantia venenata, quod supra observavimus ex eodem Philosopho, *esse impossibile.* Regerit quidem Suares, c *non obstare quod secundum Aristotelem, accidens non possit misceri substantiæ, quia tunc non miscetur quantitas per modum accidentis, sed per modum substantiæ tanquam per se existens.* Sed mirum est viro Docto hæc excidere potuisse. Nam, ut taceam quantitatem non magis existere posse per modum substantiæ quam substantiam per modum accidentis, Philosophus docet proprium substantiarum esse rebus misceri, de accidentibus verò id esse impossibile. At quantitas, etiam ex hac falsa hypothesi per se existens, nihilominus accidens est: igitur rebus non potest misceri. Itaque, cum species sacramentales misceri possint & aliquando re vera mixtæ fuerint cum venenata substantia, necessarium omninò est ut aliud sint præter accidentia panis & vini, nimirum substantia panis & vini post consecrationem remanens.

a *Metaph. lib. 4. cap. 4. & lib. 5. c. 7. supr. citat.*
b *Categor. c. 3.*
c *Disp. 57. sect. 4 §. omissis.*

z *De Euch. l. 3. c. 20.*

CAPUT XX.

In quo probatur substantias panis ac vini manere eo quod accidentia non possint esse sine subjecto.

SEXTA classis argumentorum quibus probamus substantias panis & vini in Eucharistia post consecrationem manere, ducitur ex eo quod nisi ita foret, accidentia essent sine subjecto. Id autem absurdum, impossibile, & a veritate omninò est alienum.

Primò autem id probatur Authoritate Philosophorum: *Philosophi* enim *definiunt*, inquit d Isidorus Pelusiota, *substantiam qualitatis esse vehiculum, & ea non existente qualitatem minimè existere posse asserunt.* Id autem intelligendum est de omnibus Philosophis, tam Ethnicis & Judæis, quam Christianis. Sic enim Architas apud Simplicium: e *omnis substantia secundum se est, coexistentia autem & accidentia, aut in illa, aut non sine illa.* Plotinus: f *Si substantia sensibilis non potest esse sine quantitate & qualitate, quomodò etiam accidentia separaremus?* Porphyrius: g *accidens semper est in subjecto existens.* Aristoteles innumeris in locis: h *accidens in subjecto est*, &c, *in subjecto autem dico quod in aliquo non est ut pars, nec possibile est existere sine eo in quo est.* Item: i *affectiones sunt inseparabiles*, &c, *& absurdus mens est impossibilia quærens, siquidem vult secernere quod fieri nullomodò potest.* Rursus & propositiones quasdam impugnans, illas exagitat hoc absurdo quod videlicet sequeretur, k *accidentia posse separari a substantijs.* Deniquè loquens de quantitatibus, qualitatibus, passionibus & alijs ejusmodi, ait: l *nullum horum aut per seipsum est, aut à substantia potest separari.* Simplicius ejus interpres: m *Accidentia, verbi gratia, colores & habitus, insepa-*

d *L. 2 ep. 72.* ἐχόμενα γάρ ἐστιν τῆς ποιότητος ἀδύνατον
e *In Categ.* τὴν οὐσίαν εἶναι τὴν δὲ συμβεβηκότα ἢ συμπεπλεγμένα ἢ οὐ συμπεπλεγμένα, ἢ ἄνευ αὐτῆς.
f *Ennead. 6. l. 3. cap. 1.* ἀλλ' ἡ αἰσθητὴ οὐσία πῶς ἂν χωρισθείη ποσοῦ καὶ ποιοῦ;
g *De accid. c. 5.* καὶ ἐπὶ τοῦ συμβεβηκότος ἀφωρισμένως.
h *Categ. c. 2. & 1. Phys. cap. 5.*
k *De gener. & corrup. lib. 1. c. 3.*

l *Metaphys. l. 7. c. 1.* m *In 1. Phys. text. 39.* τὰ συμβεβηκότα οὐκ ἀχώριστα τῆς οὐσίας, οὐδὲ τὰ χωριστὰ τῆς οὐσίας. μεμιγμένοις γὰρ τοῖς οὖσι καὶ τοῖς συμβεβηκόσιν, ὥστε διαφθεῖρεσθαι ἅμα τὸ συμβεβηκὸς ὅταν ἐν τῷ συμβεβηκότι ᾖ, ἀλλ' οὐδὲ ἁπλῶς, ἐπεὶ οὐδὲ τὰ ἀχώριστα τῆς οὐσίας ἐστίν.

...ut ...ut ...ut

machæus: h *hanc non esse veram accidentis definitionem, sed solum descriptionem. Summa enim genera proprie non definiuntur, & accidens est quid summo genere superius, quia de novem accidentium categoriis prædicatur.* At hæc solutio nihili est. Nam licet summa genera proprissime fortè non definiantur quia eorum rationes non exactè scimus, tamen definiri solent a nobis prout illa comprehendere valemus. Ita enim substantia, quamvis summum quoque genus sit, nihilominus definitur, *ens per se subsistens*, nec alia exactior definitio dari aut excogitari potest. Ad hunc ergò modum definitur & accidens, *ens alteri inhærens.* Ac velut in definitione substantiæ *ens* ponitur loco generis, *per se subsistens* loco differentiæ, similiter in definitione accidentis *ens* est pro genere, *alteri inhærens* pro differentia. Hoc tantum interest, quod substantia, cum sit primariò ac simpliciter ens, per se etiam ac *primario simpliciterque* definitur, ut docet i Philosophus: accidens autem cum sit tantum k *quodammodo Ens*, & *vicinum quid non entis*, non potest definiri nisi l *ex additione*, differentia petita ab inhæsione ad subjectum sine quo non poteest esse, sicut definitio sine differentia quæ illius pars essentialis est. Confirmatur amplius. Nam duo sunt accidentium genera secundum Philosophos. Alterum est eorum quæ m *secundum se & non secundum accidens* subjecto insunt, ut similitas naso, par aut impar numero, masculinum aut femininum animali, &c. Alterum eorum quæ ex accidenti insunt, hoc est, quæ ex se non habent necessariam connexionem cum aliquo particulari subjecto, sed indifferenter pluribus convenire possunt, ut albedo homini & lapidi. At neutrum horum potest definiri sine subjecto. Non prius: *impossibile enim est*, inquit n Aristoteles, *dicere simum absque re cujus est passio secundum se* &c. *Nec potest ostendi sine illa.* Simplicius similiter: o *in definitionibus eorum quæ semper* (hoc est per se) *accidunt, assumitur subjectum, ut in simitatis definitione nasus.* Non etiam posterius: quia quæ ratio est accidentium prioris generis respectu quorumdam subjectorum determinatorum quibus per se insunt, eadem est accidentium posterioris generis respectu subjecti indeterminatè considerati. In hoc enim solo differunt quod illa sint affectiones certo alicui subjecto nec alteri unquam convenientes, hæc autem generatim spectata ad hoc vel ad illud indifferenter se habeant; neutris intereà sine vel expressa subjecti nominatione, vel saltem connotatione definiri valentibus, ac proindè nec esse. Deindè, non tantum agitur inter nos & Adversarios de accidentibus in genere, sed speciatim de accidentibus panis & vini in Eucharistia, puta, de albedine ac rubedine illorum. At albedo illa & rubedo particularis panis & vini nullomodò definiri potest absque connotatione inhæsionis pani & vino, hoc est, actualis illorum qualificationis. Neque enim definiri potest per aptitudinem aut proclivitatem ad afficiendum, hoc pacto: *hæc albedo & hæc rubedo* (connotata albedine ac rubedine a pane & vino ex suppositione separata) *est color qui aptitudinem habet ad afficiendum panem & vinum.* Nam primò definitio debet constare ex genere & differentia. Atqui differentia non est potentia, sed actus. Secundò, aptitudo ad accidendum id tantum præstat ut aliquid accidens esse possit, non verò ut accidens sit. Nam *quonam pacto*, ait ex ipsis Adversariis p Baronius, *vocis convenit proprietati, ut id accidens dici possit quod non est in subjecto? Si accidens, cui accidit? Si non accidit, neque in subjecto est, quomodo propriè accidens dici potest?* At albedo & rubedo accidentia propriè sunt. Deniquè, hæc albedo & rubedo aptitudinem & proclivitatem illam habebunt, aut ad certum & particulare subjectum a quo separatæ finguntur, aut indifferenter ad alia. Posterius dici non potest, tùm quia particularis alicujus subjecti color propensionem habere non potest nisi ad particulare subjectum suum, tùm quia hac ratione non distinguerentur ab albedine & rubedine genericè consideratis quorum est se indifferenter habere ad hoc & illud subjectum. Non etiam prius: quia cum substantiæ panis & vini jam verè nihil sint, ex ipsorum Adversariorum confessione, nulla sanè potest esse inclinatio entis ad non ens simpliciter, nec possibile est relationem realem esse sinè termino reali. Nec juvaret excipere, inclinationem quidem entis ad non ens simpliciter naturalem esse non posse, supernaturalem tamen esse posse. Nam nihil quod est supra naturam pertinet ad essentiam alicujus naturæ particularis. Ergo aptitudo & proclivitas illa non pertinebit ad essentiam hujus rubedinis & albedinis, nec proindè erit differentia earum constitutiva, nec definitionis pars.

Tertiò, id cujus existere est inhærere, si non inhæret, non existit. Atqui cujuslibet accidentis existere est inhærere. Ergo. Major clara est. Minor probatur. Sic enim Porphyrius: b *accidens naturam habet in ineſſendo constitutam.* Aristoteles: c *accidentia, entia dicuntur quia sunt illius quod verè ens est qualitates*, &c. Deniquè notum est vulgatum axioma, *accidentis esse est ineſſe.* Respondet Gamachæus post multos alios, axioma illud esse intelligendum, d *non de inhærentia actuali, sed solum de aptitudine ac potentia inhærendi.* At contra primò, nec non denominantur propriè ab eo quod esse possunt, sed ab eo quod sunt. Alioqui diceretur lapides esse filios Abrahæ quia possunt fieri filij Abrahæ,

h *Ad quæst. 77. c. 2.*

i *Metaphys. l. 7. c. 1. 4. 5.* πρώτως τὸ ὂν καὶ ὂν ἁπλῶς τὸ οὐσία.

k *Ibid. c. 3.* τοῦτο. *Et l. 6. c. 2.* ἐγγὺς τοῦ μὴ ὄντος.

l *Ibid. l. 7. cap. 5.* οὐκ ἀποδώσομεν.

m *Ibid.* τὰ μὲν καθ' αὑτὰ καὶ ἃ ὑπάρχει συμβεβηκότα.

n *Ibid.* ἀδύνατον γὰρ ἄνευ ὑποστάσεως τοιαύτης εἶναι τὸ πρᾶγμα ἐν ᾧ ἐστι τὸ καθ' αὑτό. *Et paulò antè:* τὰ μὲν ἀεὶ ἐνδέχεται λαμβάνειν χωρίς.

o *In 1. Phys. comm. 24.* ἐν μέντοι τοῖς ἀεὶ συμβεβηκόσι ὅρος ὑποκειμένου ἀφαιρεθέντος τὸ ὑποκείμενον, οἷον ἐν τῷ τῆς σιμότητος ἐστί.

p *Ad ann. 496. num. 15.*

b *Isag. c. 10.* ἐστι συμβεβηκὸς φύσιν ἔχον.

c *Metaphys. l. 7. cap. 1.* λέγεται ὅτι τοῦ τὸ ὄντως ὄντος τὰ μὲν κατηγορίας, &c.

d *Ad q. 77. cap. 2.*

ut Dominus ait; aut pauperem esse divitem, quia dives esse potest ac vehementer exoptat, quæ absurdissima esse nemo non videt: *qualitatem* enim *dico*, inquit Philosophus, *secundum quam quales quidam esse dicuntur*, non verò, secundum quam quales esse possunt. Deindè, actus quamvis supponat potentiam nunquam tamen formaliter dicit potentiam, nec pro illa ponitur: aliud enim est potentia, aliud actus, sicut aliud est risibilitas, aliud ridere. Atqui accidere & inesse actus est, seu actum dicit formaliter, sicut & ridere: Ergò non dicit simpliciter potentiam & aptitudinem inhærendi, sed inhærentiam actualem.

Quartò, modus essendi substantiæ qui est existere per se & sine subjecto, non minus alienus est ab accidente, quam modus esse accidentis qui est inhærere subjecto, a substantia. At nullo pacto fieri potest ut modus essendi accidentis conveniat substantiæ: Ergò similiter nullo pacto fieri potest ut modus substantiæ conveniat accidenti. Major probatur: quia tam repugnat accidens terminari per modum substantiæ proprium, quam substantiam per modum accidenti proprium. Sunt enim disparatorum, imo & oppositorum entium disparati modi. Minorem fatentur Adversarij. Suares: [f] *substantia non potest ulla ratione poni in alio per modum inhærentis, quia hoc pugnat cum natura substantiæ, quæ omnino est incapax talis modi essendi.* Gamachæus: [g] *substantia omnino repugnat subjectivè inhærere.* Imo & Bellarminus totum argumentum videtur admittere: *sicut substantia*, [h] inquit, *nullomodò potest inhærere, ita accidens nullo modo potest substistere per se*, &c. *Ratio*, &c. *in promptu est quia non potest effectus formalis separari a causa sua, a qua intrinsecè pendet*, &c. *Porro inhærere est effectus formalis accidentis, sicut substistere substantiæ, indè ergò non potest ullo modo illa res inhærere quæ non est accidens, neque illa substistere quæ non est substantia.* Directè, contra Catechismum Concilij Tridentini qui ait; [i] *mira quadam ac inexplicabili ratione* accidentia panis & vini in Eucharistia *per seipsa constant, & ipsa se sustentant*; & Henrici, Cajetani & Tapperi qui docent, [k] *quantitatem in Eucharistia habere talem modum & virtutem substantiæ communicatam, ut ea sola sine subjecto non minus naturaliter per se existat quam ipsa substantia.* Sic præclarè inter se consentiunt. Vim tamen argumenti nostri conatur Bellarminus effugere in eo quod ibidem addit, *accidentia panis & vini in Eucharistia non per se substistere more substantiæ, sed a Deo sustentari modo supernaturali.* Sed frustra. Nam, ut rectè notat Gamachæus, [l] *duo isti modi*, per se, & in alio, *sunt immediatè opposita, & quicquid non est actu in alio, debet esse actu per se, atque e converso*, &c. *nec medium ullum actuale recipiunt.* Ergò, accidentia illa ex hypothesi separata, aut in Deo sustentante sunt, aut per se subsistunt. At in Deo esse, nisi falsò & absurdè dici non potest. Rursum, per se substistere, negat Bellarminus: ac proindè necesse est ut inhærere dicantur propriæ suæ substantiæ, ac propterea non transmutatæ.

Quintò, ut se habet quælibet substantia actu existens ad modum suum qui est subsistentia seu existentia per se, ita & accidens ad suum qui est inhærentia. Atqui substantia actu existens nullomodò potest, ne per miraculum quidem, esse sine actuali subsistentia seu existentia per se: Ergo nec accidens sine actuali inhærentia. Respondet Gamachæus, *majorem simpliciter falsam esse. Etenim*, inquit, *substantia potest substistere actu duobus modis, nempè, aut in se, aut in alio, per suam aut per alienam hypostasin: è contrario verò accidens uno tantum modo inhærere potest, nimirum existendo in altero.* Imò [a] Maldonatus, [b] Bellarminus, & alij sic retorquent argumentum: *si substantia potest separari a substantia, eodem jure accidens ab inhæsione. At verum prius, ut patet in humana Christi natura, quæ non subsistit, id est non per se existit, sed a Verbo sustentatur: Ergò & posterius.* Sed mirum est viros Doctos adeò graviter hallucinari. Confundunt enim subsistentiam quatenus est modus substantiam determinans in esse personæ & suppositalitatem seu personalitatem designat, cum subsistentia quatenus est modus Determinativus entis in esse substantiæ, & opponitur inhærentiæ. Hæc tamen valdè distinguenda sunt, cum inter se propemodum differant ut persona & substantia: indeque liquido patet quam firmum sit nostrum argumentum, & quam frivola solutio ac retortio Adversariorum. Nam quandò dicimus, accidens se habere ad inhærentiam, ut substantia se habet ad subsistentiam, per *subsistentiam* non intelligimus *personalitatem*, sed modum illum substantialem per quem substantia formaliter distinguitur ab accidente, & vulgo appellatur *existentia per se*. Ita autem accepto substistentiæ vocabulo major argumenti nostri firmissima est, nec potest negari. Nam hoc sensu, sicut accidens uno tantum modo inhærere potest, nimirum, existendo in altero, ita etiam substantia uno tantum modo existere potest, nempe per se existendo, & non in alio ut accidens. Nec obstat, quod objicitur de humana natura Christi. Nam verum quidem est illam carere personalitate creata & hypostatice terminari a Verbo: sed verissimum quoque est, illam *existere per se* secluså etiam Verbi consideratione. Si enim non substisteret per se, non esset vera ac propriè dicta substantia: substantia quippè est ens per se subsistens. At vera est substantia, etiam seorsim à Verbo spectata. Ab illo

f *In 3. Thom. 2. disp. 14. sect. 7.*

g *Ubi supra.*

h *De Euch. l. 3. c. 24.*

i *Edit. Paris. 15. 68. ex typogr. Iammitliana fol. 122. p. 2. & fol. 128. p. 2.*

k *Apud Vasquez disp. 194. c. 2. num. 14.*

l *Ad q. 77. c. 1. in respons. ad 5. objct.*

a *De Euch. p. 186.*

b *De Euch. l. 3. c. 24.*

illo enim non habet formaliter esse substantiæ, ut liquet, quia esse substantiæ, (quemadmodum supra rectè Bellarminus observabat) *intrinsecè pendet a causa sua.* At si substantia existit actu per se, eo sensu non existit in alio, cum duo isti modi immediate sint oppositi, ut supra quoque ex ipso Gamachæo notavimus. Itaque, ut resumam argumentum, quandoquidem eadem est ratio accidentis ad inhærendum quam subsistentiæ ad existendum per se, cum unicus sit utrique actu existendi modus, substantia autem non possit existere nisi actu per se subsistendo; similiter & accidens non potest existere nisi actu inhærendo. Majore autem sic probata minorem concedit ipse Gamachæus qui de *subsistentia & existentia respectu substantiæ completæ* loquens ait: [e] *nequeunt divelli a suis rebus.* Hanc tamen videtur negare Maldonatus, inquiens: [d] *essentiam substantiæ non esse actu per se subsistere, sed esse naturam ejusmodi ut per se possit subsistere; & ita essentiam accidentis non esse actu inhærere in subjecto, sed esse ejusmodi ens ut natura sua sit aptum ad hærendum & existendum in subjecto.* Verum nescit quid dicat. Quid enim intelligit per *essentiam substantiæ* de qua loquitur? An entitatem substantiæ abstracte & tanquam universale quid spectatæ? hoc enim sensu dari potest essentiam substantiæ illius esse naturam ejusmodi quæ per se possit subsistere, non tamen actu in se subsistat. Sed id prorsus ἀνυπόστατον est. Non enim hîc agimus de substantia sic considerata, sed de singulari qualibet substantia actu existente, & de ea quærimus, utrum actu esse possit absque eo quod *per se subsistat.* Quod si velit Maldonatus, essentiam substantiæ sic spectatæ non esse, *actu per se subsistere*, sed tantum, *posse subsistere per se*, stupenda erit ipsius supinitas. Nam per se subsistere est differentia formalis substantiæ constitutiva, ut patet ex definitione. Forma autem rem in esse constituens, actus est, non potentia. Aut igitur non est substantia actu existens, aut si est actu existens, per se necessario actu existens est: ac proinde cum non possit actu unquam existere nisi actu per se subsistendo, eademque sit ratio accidentis ad modum suum, accidens pariter actu existere nequit nisi actualiter existendo in alio.

[e] *Vbi supr. in resp. ad 2. ob. §. secundò respondemus.*
[d] *Vbi supra.*

Sextò, si accidens posset separari a subjecto per se subsisteret, quia actu existeret independenter a subjecto inhæsionis, & *sic esset ens per se subsistens, id est, substantia, & non amplius accidens*, ut recte supra observabat Simplicius. Respondent Adversarij variè, prout solent inter se esse dissentientes.

Primo enim ait Bellarminus, *accidentia illa esse in se, & non subsistere, quia sunt in se negative, non positive: nam ideo dicuntur esse in se, quia non sunt in aliquo supposito, & tamen revera non subsistunt per actum positivum, qualis manat ex naturis substantialibus*, &c. At hoc commentum refellunt [e] Suares, [f] Vasques & Lugo primo ex proportione ad subsistentiam substantiæ. Est enim illa realis modus positivus quo natura substantialis terminatur ut per se sit. Cum ergo quantitas separetur ut per se sit, verisimile prorsus est dari illi realem modum proportionatum: nam per se esse, non dicit tantum privationem aut negationem essendi in alio, sed positivum aliquid. Secundo, quia in modis qui sunt termini illius rei quam afficiunt, semper ablato uno datur aut resultat alius ne res sine termino maneat. Ita enim quantitas non potest privari una figura, quin aliam recipiat, quia figura est quasi terminus quantitatis. Tertio, quia negari non potest, modum illum quo quantitas in Eucharistia existit perfectiorem esse inhærentia. Ergo non est simplex negatio inhæsionis, quæ minus perfectionis dicit quam inhærentia quæ est modus positivus & affirmativus. Addo ego ex Gamachæo duos istos modos per se & in alio esse immediatè oppositos ut quicquid non est actu in alio debeat esse actu per se, atque è converso. Si igitur accidentia illa non sunt in alio, necessario actu per se sunt, ac proindè substantia sunt, non accidentia ut concludebam.

[e] *Disp. 57. sect. 2.*
[f] *Disp. 194. c. 2. Lugo de sacram. Euchar. disputatione 10. sect. 1.*

Secundo respondent [g] Cajetanus & Tapperus, *quantitatem in Eucharistia accipere novum subsistendi modum realiter a priori distinctum per quem sine subjecto non minus naturaliter existat per se quam ipsa substantia.* At hanc opinionem improbant [h] Bassolis, Suares, Vasques & Gamachæus, duobus argumentis. Primo enim hic modus, cum sit entitas & per se dicatur afferre propriam realitatem distinctam a cæteris, necessario debet esse, aut substantialis, aut accidentalis. Si substantialis est, erit vera substantia, quod secundum fidem dici non potest, quia in speciebus consecratis, inquiunt, nulla est substantia præter Christum. Si accidentalis: erit vera accidentalis forma, proindè potius illa indigebit subjecto sustentante quam possit sustentare quantitatem, redibitque de illa quæstio, & sic procedetur in infinitum. Secundo, entitas illa, cum materialis sit, debet esse extensa & corpoream molem habere: ergo necesse est ut per quantitatem illam habeat. Ergo oportet, ut vel quantitas illi inhæreat, quod omnino falsum est, vel illa inhæreat quantitati, quod huic positioni repugnat.

[g] *Q. 77. art. 1. Tapperus art. 14.*
[h] *In 4. disp. 12. q. 1. de art. 2.*

Tertio respondet Vasques quem sequuntur [i] Becanus & Gamachæus, *quantitatem in hoc sacramento ita mutari, ut non cum sola mutatione subjecti, sed cum modo positivo quem vocare possumus per se existendi, non quidem propriæ substantiæ, sed simili in hoc sacramento supernaturaliter*

[i] *De sacram. in spec. c. 20.*

[illegible] of the altar, is the sacrifice. For the victim cannot be offered at the altar, unless it be present. Now Christ is present on the altar, not by the change of the substance of the bread into the substance of His body, but by the change of the bread into the sacrament of His body. Therefore the sacrifice of the altar is not the sacrifice of Christ's body, but the sacrament of the sacrifice of His body.

Further, Augustine says (Ep. ad Bonif. clxxiii): "Christ was offered once in Himself, and yet He is offered every day in the sacrament."

actum simul naturali oppositum, quod absurdissimum est. Quartò, discordia Adversariorum Babylonica clarissimè ostendit eos non esse securos, & incertum ac commentitium esse quicquid hîc de existentia quantitatis ariolantur. Nam Scotus, Bassolis, Bellarminus & alij negant eam existere *per modum positivum*. Contra Cajetanus, Tapperus, Vasques, Suares, Becanus, Gamachæus, de Lugo, id affirmant. Rursum, Cajetanus, Tapperus & alij, statuunt quantitatem hoc modo accepto *naturaliter per se existere*: contra Vasques, Gamachæus, Becanus *supernaturaliter*. Becanus vult modum hunc esse *accidentalem*: Gamachæus autem esse *substantialem secundum quid analogicè*, imo & Baronius, d *substantiam* posse nominari, *quamvis haud propriè in omnibus*. Cajetanus Suares & alij docent esse *novum accidens realiter a quantitate distinctum*. At id negant Becanus & Gamachæus. Cajetanus item, e statuum quantitatis ut sic esse, *velut violentum*, Vasques *violentum*, Gamachæus autem *non esse simpliciter absolutè violentum*, & *quamvis sit supra naturam, non tamen esse contra naturam, & quamvis sit aliquo modo impropriè secundum quid contra naturam singularem istorum accidentium, non tamen contra universalem & rectum naturæ ordinem*. En præclaram fidei unionem, aut potius Andabatarum pugnam. Denique supponunt illi omnes quantitatem realiter distingui a materia, quod tamen Adversariorum plurimi negant, ut Occam, Gabriel, Major & alij, & rectè, ut puto. Probationem enim requiro. Et quidem fatetur Lugo: f *non ita facile probatur*: Suares verò ad Eucharistiam recurrit, hoc est, principium petit: *quamquam*, g inquit, *non possit ratione naturali sufficienter demonstrari, tamen ex principijs Theologiæ convincitur esse vera, maxime propter mysterium Eucharistiæ*. Septimò, si accidentia possent subsistere sine subjecto, recipere per se possent in abstracto prædicationem concretam, & color posset dici coloratus, quantitas quanta, alba, nigra, sapida, insapida, calida, frigida, dura, mollis, humida, sicca, dulcis, acida, &c. At consequens ineptum est, & prorsus ἀφιλόσοφον. Primò enim *accidens accidenti non accidit, nisi in quantum ambo eidem subjecto accidunt*, inquit a Philosophus. Ejusmodi ergo prædicationes incongruæ sunt, & necessario subjectum supponendum est, de quo hæc & ejusmodi affirmentur. Secundo, sequeretur quantitatem & alia accidentia susceptiva esse contrariorum: accidentia enim alba nigra fieri possent & calida frigida. At contra Philosophus: b *maxime proprium substantia videtur esse, cum idem & unum numero sit, contraria suscipere posse, cujusmodi in alijs quæ non sunt substantiæ nihil possit quis proferre, quod cum unum numero sit contraria suscipere queat, ut color unus idemque numero, albus idem ac niger, &c: substantia verò cum unum ac idem numero sit contraria suscipere potest, ut quidam homo, cum unus & idem sit, interdum niger sit, nec non calidus ac frigidus, & improbus ac probus. In nulla autem alia re tale quidpiam videtur.*

Ultimò, si accidentia possent esse sine subjecto, dari posset figura sine magnitudine, curvitas sine linea, concentus sine numeris, scientia sine intellectu, compositio sine composito, relatio sine termino, sanitas sine animali, motus sine mobili, dolor sine corpore, futurum sine tempore, præsentia sine ubi, & innumera ejusmodi quæ absurdissima & impossibilia & intelligibilia esse nemo nisi præoccupatus non videt.

Objiciunt tamen primò c Bellarminus & d Perronius e Basilium & f Gregorium Nazianzenum docere, *lucem solis creatam fuisse primo die & mansisse absque vehiculo tribus diebus*: accidentia ergò ex illorum sententia sine subjecto posse existere. Verum non constat illos existimasse lucem hanc fuisse accidens: imo si utriusque idem sensus est procul dubio existimarunt illam fuisse formam substantialem. Nazianzenus enim ait, g *formam prolatam fuisse antè materiam, lucemque esse formam solis*. Nec obstat quod urget Bellarminus, *Basilium se explicare & dicere, aliud esse albedinem, aliud corpus quod per eam sit album; & eodem modo, aliud esse lucem, aliud corpus lucidum*. Hoc enim posterius Basilius non dicit, sed, h *aliud quid esse splendorem qui a luce est, aliud quid corpus luci subjectum*. Imo paulò antè de ipsa luce loquens, ait, naturam lucis & solē illius vehiculum differre; *ut ignem & lucernam*. At ignis & lucerna differunt ut substantia & substantia, non ut accidens & substantia. Sed quamvis daremus Basilium censuisse, lucem nihil esse nisi accidens ac aliquantum sine subjecto subsistisse, id sanè illi excidisset minus attento, & contra *communem ferè*, ut notat k Pererius, *Patrum tam Græcorum quam Latinorum & propè omnium Theologorum sententiam, lucem illam fuisse corporalem & sensibilem*. Nam alibi ait: l *Si ratiocinatione figuram a corpore discreveris, natura tamen discriminationem non admittit, sed conjunctim alterum cum altero intelligitur*. Imo in opere objecto ait: m *Si nigredinem, si frigiditatem, si gravitatem, si densitatem, si denique qualitates eas quæ secundum gustum terræ insunt & alias quæ in illa spectantur sustuleris, nullum relinquetur subjectum*. Et tamen subjectum non pendet ab accidentibus, quemadmodum accidentia a subjecto: quantò ergò potius censendus est intellexisse, sublato subjecto accidentia non permanere?

Objicit secundò Bellarminus, *Aristotelem docere apertè inhærentiam non esse de essentia accidentis*. Duo autem loca ex eo profert. Prior locus est 3. de anima, ubi ait: *aliud est magnitudo*,

d *Ad num.* 496. n. 15.

e *Ad q.* 77. *art.* 1.

f *De sacram. Euchar. disp.* 10 *sect.* 3.

g *In metaphys. disp.* 40. *sect.* 2. *num.* 8.

a *Metaphys. l.* 4. *c.* 4. *& lib.* 5. *c.* 7.

b *Categor. c.* 5.

c *De Euch. l.* 3. *c.* 24.

d *De Euch. l.* 3 *c.* 26.

e *In hexaemer. hom.* 26 & 6.

f *Orat.* 43.

g τὸ μὲν εἶδος τῆς ὕλης προτετύπωται. ἡ δὲ ὕλη τῷ εἴδει ὑπεκείμενον.

h ἄλλο μέν τι τὸ φῶς τὸ λαμπρότητος, ἄλλο δέ τι τὸ ὑποκείμενον τῷ φωτὶ σῶμα.

i οἷς ἄλλο τὸ πῦρ τῆς ἄλλο ὁ λύχνος.

k *in Gen. l. vers.* 3.

l *Epist.* 45.

m *Hom.* 8. ἐπὶ δὲ τοῦτον τὸ μέλαν, τὸ ψυχρὸν, τὸ βαρὺ, τὸ πυκνὸν, καὶ τὰς φύσει συμπεφυκυίας αὐτῇ τῆς γῆς ποιότητας, ἢ εἰ τινας ἄλλας ἐπὶ αὐτὴν θεωρήσεις, ἀφεὶς ἅπαν τὸ ὑποκείμενον,

capitulo obtinuerunt. Et Gratianus ordinem illum quem a veteribus Canonibus acceperat, in Decreto suo posuit. Quod ordinem illum Gratianus a veteribus Canonibus acceperit, ex Concilio Agathensi, quod Gratianus in Decreto suo citat, manifestum est. Nam Concilium Agathense, quod Gratianus citat, ordinem illum, quem Gratianus in Decreto suo posuit, habet. Concilium Agathense, quod Gratianus citat, habetur in Concilio Agathensi, quod habetur in Concilio Agathensi, quod habetur in Concilio Agathensi, quod

excluditur ſubſtantia corporea quæ non poteſt non habere latitudinem & profunditatem. Definitio autem declarat rei naturam. Ergò de natura accidentis non eſt eſſe in ſubjecto. Sed primò contra ſeipſum imprudenter pugnat. Nam in hac definitione æquè excluditur aptitudo inhærendi ad ſubjectum, ac inhærentia ſubjecto. Pariter ergò concludam aptitudinem illam non eſſe de natura accidentis, quæ tamen Maldonati ipſius ſententia eſt. Secundò & directè reſpondeo antecedens negari. In hac enim definitione, ſubjectum quamvis non exprimatur formaliter, tamen connotatur. Nam cum longitudo ſit affectio corporis longi, qui dicit lineam eſſe longitudinem, eo ipſo connotat ſubjectum ſine quo longitudo non poteſt eſſe. Simplicius: [t] *in definitionibus accidentium ſubjectum ſemper comprehenditur.* Quod & notat quoque [u] Ariſtoteles.

[t] In 1. phyſ. text. 26. 27. comment. 24.
[u] Metaphyſ. lib. 7. c. 5.

Septimò ſic diſputat Gamachæus: *Quotieſcumque duo aliqua inter ſe realiter differunt majori diſtinctione ſicut res a re, tunc etiam poteſt utrumlibet eorum viciſſim ab altero virtute divina ſeparari, & ſeorſim conſervari. Atqui accidens & ſubſtantia ſunt hujuſmodi*, &c. Ergò. Reſpondeo primò majorem infirmari ab ipſo Gamachæo qui ait, *propria in quarto modo habent quoque naturam & exiſtentiam realiter a ſuis ſubjectis diſtinctam*; & tamen non poſſunt ſeparari a ſubjectis ſuis & ſine eis exiſtere. *Reciprocantur* enim, inquiunt [a] Porphyrius & [b] Ariſtoteles, *cum ſubjectis ſuis*, ſeu *rebus*, & [c] *inſeparabilia ſunt: nec ſine riſibilitate conſiſtit homo, nec ſinè nigrore exiſteret Æthiops.* Ait quidem Gamachæus, *propria illa poſſe ſeparari, quia non habent majorem nec arctiorem unionem cum ſubjecto, quam quantitas cum materia*, &c, *quatamen non obſtante ſumma hac unione ſeparatur nihilominus ab omni materia in ſacramento Euchariſtiæ*: Sed hoc probatione opus haberet, meraque principij petitio eſt. Nam falſiſſimum eſt quantitatem in Euchariſtia eſſe ſine materia, cum a materia juxta Philoſophum [d] *inſeparabilis ſit*; & juxta veriorem fortè ſententiam ipſamet realiter materia ſit, nec ab ea diſtinguatur niſi formaliter. Secundò etiam poteſt negari minor. Nam accidentia ſecundum Philoſophum non diſtinguuntur a ſubſtantia ut res a re, ſed ut affectiones rei a re, cum ſint *entis entia*.

[a] Iſag. c. 4.
[b] Ariſt. topic. l. 1. c. 5.
[c] Porphy. c. 6. & 17.
[d] De gener. & corrupt. lib. 1. c. 5.

Denique multi ſic argumentantur cum Gamachæo: *Quicquid Deus facit cum cauſis ſecundis, illud ſeipſo ſolo poteſt active. Atqui ſuſtentat accidentia & illa conſervat cum cauſis ſecundis, videlicet, ſubjectis illorum*: Ergo &c. Verum negamus majorem. Nequè enim Deus poteſt facere album ſine ſubjecto, nec riſibile ſine homine. Dices, propoſitionem eſſe intelligendam de eo quod Deus facit per cauſas ſecundas extrinſecas, puta, efficientem & finalem, non autem per intrinſecas, puta, materiam & formam. *Sed iſta ratio, ut mihi videtur, non valet*, inquit [a] Paludanus, *quia ſic Deus poſſet facere relationem ſine ſubjecto & termino*: quod falſum eſt. Et hinc quoque negatur minor: nam conſervat Deus & ſuſtentat accidentia per ſubjectum tanquam per cauſam materialem & paſſivam, hoc eſt intrinſecam, non extrinſecam, cujuſque cauſalitatem ſupplere non poteſt, prout antè explicuimus.

[a] In 4. diſt. 12. q. 2.

CAPUT XXI.

In quo refutatur Tranſſubſtantiatio ex eo quod quantitas panis & vini poſt conſecrationem in Euchariſtia maneat, quantitas autem eadem realiter ſit cum materia.

SEPTIMA claſſis argumentorum Adverſus tranſſubſtantiationem ducitur ex eo quod quantitas panis & vini in Euchariſtia poſt conſecrationem remaneat, non modò autem *non poſſit naturali ratione ſufficienter demonſtrari*, (ut fatetur [f] Suares) quantitatem non eſſe idem realiter cum materia, ſed contra potius oſtendi poſſe videatur, illam cum materia unum realiter eſſe. Nam licet vulgò dicatur accidens eſſe a materia diſtinctum, aut realitate majori, quæ communis eſt Adverſariorum opinio, aut realitate minori ſeu modaliter; tamen longè veriſimilius eſt, eam unum cum materia realiter eſſe, & ab ea tantum diſtingui formaliter, ſeu ex ratione ratiocinata: ut eadem entitas vocetur materia quatenus eſt ſubſtantiale ſubjectum, quantitas verò quatenus habet partes extra partes, quod etiam ſenſerunt ex ipſis Adverſarijs illi qui *Nominales* vocantur, ut Occam, Gabriel, Major, & alij. Quamquam & hi non loquuntur conſequenter, ut rectè Suares obſervat, cum ſentiant corpus Chriſti in Euchariſtia ſine quantitate eſſe: quaratione dicendum foret illud ibi immateriale eſſe, quod falſum & abſurdum eſt.

[f] Metaphyſ. diſp. 40. ſect. 2. num. 8.

Id autem ita ſe habere, ut diximus, indè colligitur, quia rerum diſtinctio introducenda vel aſſerenda non eſt, ſine ratione aut neceſſitate cogente: hìc autem nulla eſt ratio vel neceſſitas, cum nihil aſſignari poſſit quod materiæ neceſſario a quantitate tanquam accidente realiter a ſe diſtincto ſit mutuandum. Nam ſi a quantitate aliquid ex neceſſitate deberet mutuari, illud eſſet, aut partes, aut partium diſtinctio, aut earum extenſio. Nullum autem horum dici poteſt. Non primum: quod & probat [a] Suares contra Capreolum & Soncinatem. Primo, quia unaquæque res ſimplex ſicut per ſeipſam eſt ens, ita per ſeipſam eſt una tranſcendentaliter: Ergo per ſeipſam eſt in ſe indiviſa & diſtincta a qualibet alia. Secundo, quia

[a] Diſput. ſect. 4.

res eſſe

apud Hibernos celebrandi, quo nos ad publicas congratulationes, Reipublicæ Literariæ nomine, invitasti. Quod ut facerem, non solum tua, quæ mihi semper sanctissima fuit, auctoritas, sed et ipsa rei natura, quæ tam præclara est, ut nullum non hominem ad se alliciat, me impulit. Nam quis non gaudeat, quis non lætetur, cum tot tantisque Principibus, Regibus, Imperatoribus, Pontificibus, Ecclesiæ Patribus, Doctoribus, Martyribus, Virginibus, Confessoribus, Sanctis omnibus, Angelis denique ipsis, Deo Optimo Maximo, Patri, Filio, Spiritui Sancto, Trinitati Sanctissimæ, Unitati Deitatis, Majestati Divinæ, Omnipotentiæ, Sapientiæ, Misericordiæ, Bonitati, Veritati, Justitiæ, Pietati, Gratiæ, Gloriæ, Æternitati, Immensitati, Cœlo, Terræ, Mari, Fluminibus, Fontibus, Montibus, Vallibus, Nemoribus, Arvis, Pratis, Floribus, Herbis, Arboribus, Animalibus, Avibus, Piscibus, Reptilibus, Insectis, Vermiculis, Cunctis denique Creaturis, Universo Mundo, Orbi Terrarum, Omnibus Gentibus, Populis, Tribubus, Linguis, Nationibus, Civitatibus, Urbibus, Oppidis, Pagis, Vicis, Castellis, Domibus, Templis, Ædificiis, Turribus, Muris, Portis, Viis, Plateis, Hortis, Vineis, Agris, Campis, Rebus omnibus, Omnibus omnium rerum generibus, Omnibus omnium rerum speciebus, Omnibus omnium rerum individuis, Omnibus omnium rerum partibus, Omnibus omnium rerum partium partibus, Omnibus omnium rerum partium partium partibus, Omnibus omnium rerum partium partium partium partibus, Omnibus omnium rerum partium partium partium partium partibus, Omnibus omnium rerum partium partium partium partium partium partibus, Omnibus omnium rerum partium partium partium partium partium partium partibus, Omnibus omnium rerum partium partium partium partium partium partium partium partibus, Omnibus omnium rerum partium partium partium partium partium partium partium partium partibus, Omnibus omnium rerum partium partium partium partium partium partium partium partium partium partibus, Omnibus omnium rerum partium partium partium partium partium partium partium partium partium partium partibus, Omnibus omnium rerum partium partium partium partium partium partium partium partium partium partium partium partibus, Omnibus omnium rerum partium partium partium partium partium partium partium partium partium partium partium partium partibus, Omnibus omnium rerum partium partium partium partium partium partium partium partium partium partium partium partium partium partibus, Omnibus omnium rerum partium partium partium partium partium partium partium partium partium partium partium partium partium partium partibus, Omnibus omnium rerum partium partium partium partium partium partium partium partium partium partium partium partium partium partium partium partibus, Omnibus omnium rerum partium partium partium partium partium partium partium partium partium partium partium partium partium partium partium partium partibus, Omnibus omnium rerum partium partium partium partium partium partium partium partium partium partium partium partium partium partium partium partium partium partibus, Omnibus omnium rerum partium partium partium partium partium partium partium partium partium partium partium partium partium partium partium partium partium partium partibus, Omnibus omnium rerum partibus, Omnibus omnium rerum partibus, Omnibus omnium rerum partibus, Omnibus omnium rerum partibus, Omnibus omnium rerum partibus, Omnibus omnium rerum partibus, Omnibus omnium rerum partibus, Omnibus omnium rerum partibus, Omnibus omnium rerum partibus, Omnibus omnium rerum partibus, Omnibus omnium rerum partibus, Omnibus omnium rerum partibus, Omnibus omnium rerum partibus, Omnibus omnium rerum partibus, Omnibus omnium rerum partibus, Omnibus omnium rerum partibus, Omnibus omnium rerum partibus, Omnibus omnium rerum partibus, Omnibus omnium rerum partibus, Omnibus omnium rerum partibus, Omnibus omnium rerum partibus, Omnibus omnium rerum partibus, Omnibus omnium rerum partibus, Omnibus omnium rerum partibus, Omnibus omnium rerum partibus, Omnibus omnium rerum partibus, Omnibus omnium rerum partibus, Omnibus omnium rerum partium partium partium partium partium partium partium partium partium partium partium partium partium partium partium partium partium partium partium

94 Καὶ παντὶ τετραπλεύρῳ παραλληλόγραμμον συστήσασθαι ἴσον ἐν τῇ δοθείσῃ γωνίᾳ εὐθυγράμμῳ.

95 Καὶ παντὸς τετραπλεύρου τὰ περὶ τὴν διάμετρον αὐτοῦ παραλληλόγραμμα τῶν ἐπὶ τῆς αὐτῆς βάσεως ὄντων καὶ ἐν ταῖς αὐταῖς παραλλήλοις ἴσα ἀλλήλοις εἶναι.

96 Καὶ παντὶ τετραπλεύρῳ παραλληλόγραμμον παραβαλεῖν ἴσον ἐν τῇ δοθείσῃ γωνίᾳ εὐθυγράμμῳ, ἐν τῇ δοθείσῃ εὐθείᾳ.

97 Καὶ παντὸς τετραπλεύρου τὰ περὶ τὴν διάμετρον αὐτοῦ παραλληλόγραμμα τῶν ἐπὶ τῆς αὐτῆς βάσεως ὄντων καὶ ἐν ταῖς αὐταῖς παραλλήλοις ἴσα ἀλλήλοις εἶναι.

98 Καὶ παντὶ τετραπλεύρῳ παραλληλόγραμμον συστήσασθαι ἴσον ἐν τῇ δοθείσῃ γωνίᾳ εὐθυγράμμῳ.

99 Καὶ παντὸς τετραπλεύρου τὰ περὶ τὴν διάμετρον αὐτοῦ παραλληλόγραμμα τῶν ἐπὶ τῆς αὐτῆς βάσεως ὄντων καὶ ἐν ταῖς αὐταῖς παραλλήλοις ἴσα ἀλλήλοις εἶναι.

100 Καὶ παντὶ τετραπλεύρῳ παραλληλόγραμμον παραβαλεῖν ἴσον ἐν τῇ δοθείσῃ γωνίᾳ εὐθυγράμμῳ, ἐν τῇ δοθείσῃ εὐθείᾳ.

Digitized by Google

Secunda ſententia eſt [c] Henriques, & quorundam aliorum, *transſubſtantiationem eſſe actionem qua Chriſti Corpus aut ſanguis accidentia panis aut vini ſeparat a pane aut vino, extraque omne ſubjectum conſervat, & ſub illis eſt uſque quodammodo unitur, & ſic in panis & vini ſubſtantias converti dici poteſt.* At hãc ſententiam proponit & refutat [d] Mæratius hoc inter cætera argumento, quia hac ratione ſequeretur dici poſſe aliquid in Deum converti, quod veræ Theologię repugnat. Tam enim poteſt Deus actione aliqua propria alicujus ſubſtantiæ accidentia ſeparare ab ipſa & ſeparata conſervare, quam Chriſti corpus, & hæc actio eſſe tam formalis unio horum accidentium cum Deo quam accidentium panis & vini cum Chriſti corpore. Nec obſtat quod reſpondent, *etſi id a Deo fieri poſſit non eſſe tamen conſequens poſſe aliquid in Deum converti, quia nimirum, id in quod converſio fit debeat eſſe contentum ſubſtantiale ſub illis accidentibus: tale autem contentum eſſe Deus minimè poſſit, quia nullis accidentibus contineri poteſt, ut pote qui non eo tantum in ſpatio eſt in quo ipſa accidentia, ſed extra vbique per immenſitatem ſuam.* Nam ad rationem contenti ſubſtantialis ſub aliquibus accidentibus ſufficit, ut pronomine demonſtrativo ſub ijs demonſtrari poſſit, etiamſi alibi exiſtat: ſicut patet de ipſo Chriſti corpore quod ſub panis ſpeciebus verè demonſtratur, dicendo, *hoc eſt Chriſti corpus*; & tamen alibi ſimul eſt, in cœlo ſcilicet, & ſub alij hoſtijs.

Tertia opinio eſt, *tranſubſtantiationem eſſe actionem per quam Chriſti corpus adducitur ſub ſpeciebus panis*, &c: quam tuentur poſt Scotum & multos Veterum Scholaſticorum, [e] Alanus, [f] Bellarminus, [g] Becanus, & plures alij. Verum hæc ſententia quatenus excludit omnem ſubſtantiæ ſeu ſubſtantialis termini productionem, improbatur a Suares, [h] Coninck, [i] Gamachæo & [k] Yſamberto, ſequentibus argumentis. Primò [l] enim nulla eſt ratio cur magis neceſſarium ſit ad veram converſionem ut terminus a quo deſinat, quam ut terminus ad quem incipiat aliquomodò de novo eſſe. Atqui illud eſt abſolutè neceſſarium: Ergò & hoc. Secundò, id patet inductione. Nam in omni vera converſione ſubſtantiali, ſivè naturali ſive ſupernaturali, terminus in quem deſinit ſemper aliquomodò realiter eſſe incipit, ſeu producitur, & eſt ſubſtantia vel ſubſtantialis modus. Alioqui non eſſet mutatio ſubſtantialis, ſed tantum mutatio accidentalis ſubſtantiæ: quæ duo ſunt diligenter diſtinguenda. Atqui tranſſubſtantiatio eſt vera converſio ſubſtantialis. Ergò. Nec valet quod regerunt Bellarminus & alij, *cibum vere converti in ſubſtantiam hominis qui eo veſcitur, cum tamen anima ejus prius exiſtat ſecundum omne eſſe quod poſtea habet.* Nam dici nili ineptè non poteſt cibum converti in animam. Propriè enim & accurratè loquendo convertitur in ſanguinem qui de novo ſubſtantialiter producitur, & carni adjungitur & in eam tranſit & incipit eſſe talis ſubſtantia. Idem ergo in Euchariſtia contingere dicendum eſt. Nec rurſum juvaret reſpondere cum Alano & alijs, *tranſubſtantiationem licet ſit ſubſtantialis converſio, non tamen in hoc ſe habere, ſicut ſe habent alia converſiones ſubſtantiales.* Nam, ut rectè regerit Coninck, non debemus ſignificationem hujus vocis inquirere ex re dubia & controverſa, qualis eſt modus quo Chriſtus hic fit præſens in venerabili ſacramento, ſed ex ijs de quibus inter omnes conſtat. Cum igitur in omnibus alijs converſionibus quas omnes fatemur eſſe tales, conſtet hoc fieri cur non potius ex ijs concludamus hoc abſolutè requiri (nempè, ut terminus de novo eſſe incipiat) quam ex re dubia concludamus hoc non requiri? Tertio, actio importans per ſe & primo converſionem totius ſubſtantiæ panis & vini in corpus & ſanguinem Domini, non eſt, ſumpta præciſè & formaliter, adductiva: quia adductio alicujus ſubſtantiæ poteſt intelligi ſine vera alicujus ſubſtantiæ in illam converſione. Sed tranſubſtantiatio eſt talis actio &c. Ergo. Probatur poſterior pars propoſitionis. Nam terminus formalis tranſſubſtantiationis eſt id quod primo & per ſe ſignificatur verbis conſecratorijs. Sed præſentia corporis Chriſti Domini ſub accidentibus panis & vini non primo per ſe ſignificatur verbis conſecratorijs: Ergo. Major per ſe clara eſt. Minor probatur: quia alioqui ad hujus myſterij veritatem ſufficeret hoc modo conſecrare, *hic eſt corpus meum.* Nam præſentia Chriſti corporis tali adverbio loci aptiſſimè demonſtraretur. At hoc non ſufficit ad hujus myſterij veritatem. Deindè, propoſitio probatur quia appoſita ſententia deſtruit tranſſubſtantiationem. Hæc enim actio debet eſſe talis quæ pro ſuo formali termino habeat ſubſtantiam. Atqui hæc actio adductiva non habet pro termino formali ſubſtantiam corporis Chriſti ſanguiniſque ejus, ſed præciſe illorum præſentiam quæ juxta [a] Scotum eſt tantum *reſpectus quidam extrinſecus adveniens*, quem revocat ad categoriam *ubi*. Nec ſatisfacit argumento, quod quidam reſpondent, *actionem hanc dici ſubſtantialem a ſuo termino a quo qui eſt ſubſtantia panis quæ deſinit.* Nam primo actiones & mutationes ſpecificantur potiſſimum a termino *ad quem*, vt animadvertimus ex Philoſophis. Deindè, actio debet denominari ab eo quod intendit primo & per ſe, non autem ab eo quod tantum ex ea ſequitur. At tranſſubſtantiatio primo & per ſe intendit ponere corpus & ſanguinem Chriſti Domini ſub ſpecibus panis & vini, & ab hoc ſic intento

[c] *De Euch. l. 8. c. 22. & 25.*

[d] *Diſput. 13. ſect. 1.*

[e] *De Euch. l. 1 c. 35.*
[f] *De Euch. l. 3. c. 18.*
[g] *De ſacram. in ſpec. c. 18. § 4.*
[h] *Ad q. 75. art. 4. dub. 4.*
[i] *Ibid. cap. 5.*
[k] *Ibid. diſp 8. art. 2.*

[a] *In 4. diſt. 11. q. 3.*

tento, deſtructio ſubſtantiæ panis & vini conſequitur, &c. Deniquè, ex illa ſententia ſequeretur, vocari poſſe adhuc actionem aut mutationem ſubſtantialem, quamvis terminus a quo ſimpliciter in nihilum redigeretur, & nihil omnino ei ſuccederet, modo res deſinens eſſet aliquid de categoria ſubſtantiæ: ſaltem poſſemus vocare ſubſtantialem convertionem, vbi Deus per miraculum converteret ſubſtantiam in merum accidens, quia terminus a quo ſemper eſſet ſubſtantialis. At hoc nullomodo probabile eſt & ab omnibus refellitur. Nequè eidem argumento ſatisfacit, quod alij reſpondent, *actionem hanc dici* ſubſtantialem, *non ratione formalis termini, ſed tantum ratione inadæquati termini qui eſt ſanguis ac corpus Chriſti, vt præſentia.* Nam actio ſemper ſpecificatur a formali termino, & nunquam præciſe a ſubſtantia quæ tantum afficitur formali termino actionis. Alias, omnes motus & mutationes eſſent ſubſtantiales, quia in *quanto, quali, & ubicato*, ſubſtantia includitur, eo modo quo Chriſti Domini corpus & ejus ſanguis includuntur in ſua reali præſentia. Atqui mutationes iſtæ & motus non ideo dicuntur ſubſtantiales, ſed accidentales tantum, ut patet de augmentatione, alteratione & latione. Nec deniquè eidem argumento ſatisfacit quod adhuc alij excipiunt, *actionem hanc* indiviſibiliter *per ſe primò terminari ad corpus & ſanguinem Domini & illorum præſentiam, ita vt producantur per illam quatenus ſunt ſub illa præſentia; & proindè dici ſubſtantialem, quia corpus & ſanguis Chriſti Domini, loquendo propriè, ſunt ſubſtantiæ.* Nunquam enim ex ſubſtantia & ejus accidentibus fit vnus *formalis terminus* primò & per ſe productus per actionem, vt patebit facta inductione per omnes actiones; ſed primario terminatur ad vnum, & ſecundario ad aliud. Ergo neque terminus primo & per ſe productus Euchariſticæ tranſſubſtantiationis quæ propriè eſt actio, erit Chriſti Domini corpus & ſanguis ſimul cum ſua præſentia. Quarto, hæc ſententia explicat obſcurum per obſcurius. Etenim ad huc quæri poteſt, quid ſit illa adductio ſeu actio adductiva, & an corpus Chriſti è cœlo adducatur ad altare, tranſeundo per totum medium, vel non tranſeundo, aut an adducatur aliundè. Poſterius autem dici non poteſt: quia non alibi quam in cœlo eſt. Non etiam prius. nam abſurdum eſt primò talem tranſitum fingere per omnes cœlos & totum aerem vſquè ad altare, cum Chriſti corpus nullibi eſſe debeat niſi in cœlo & in altaribus. Deindè, per conſecrationem verè non deſinit eſſe in cœlo vbi antea erat: hinc ergo propriè non adducitur, nec tranſit per medium. Optima confecutio, ſiquidem adduci vel per medium tranſire eſt a loco in locum migrare & relicto priori alterum acquirere. Nec dici poteſt, illud adduci, nec tamen aliundè adduci, aut moveri è loco in locum. Nihil enim adducitur ad locum in quo non erat, niſi ex aliquo ubi. Nec rurſum quid adduci poteſt ſine motu aliquo: at *non aliter*, inquit [b] Nyſſenus, *motum fieri contingit, niſi quod tranſmigrat, eum locum in quo erat relinquat, & alium aſſumat.*

Quarta opinio eſt, *actionem quam formaliter dicit Euchariſtica tranſubſtantiatio in eo conſiſtere quod ita ſit efficax vt poſſit producere corpus & ſanguinem Chriſti Domini, ſi jam non exiſterent, quæ tamen de facto non producit quia jam exiſtunt; & conſequenter, terminum formalem tranſubſtantiationis eſſe Chriſti Domini corpus & ſanguinem prout produci poſſunt per iſtam actionem, nec tamen de facto producuntur, quia jam ſunt producta.* Ita [c] Dominicus a Soto. At hanc ſententiam improbant ac refellunt Suares, Vaſques, de Valentia, Gamachæus & [d] Yſambertus. Nam primò, omnis actio qua præciſè eſt actio conſiſtit non in ſola aptitudine ad agendum, ſed in actuali fluxu & emanatione proprij ſui termini, nec aliquod agere ſeu facere poteſt dari ſine aliquo fieri ſeu agi etiam per divinam potentiam. Implicat enim dicere loquendo de actione, eam eſſe aptam ad influendum in aliquem terminum, & non actu influere, quia actio non dicit actum primum, ſed ſecundum, nec poſſe agere, ſed agere. Atqui tranſſubſtantiatio eſt quædam actio verè & propriè dicta, vt probatum eſt. Ergò formaliter & præciſè ſumpta non conſiſtit in eo quod de ſe ſit efficax ad producendum corpus & ſanguinē Domini, ſed in eo quod reipſa & de facto producat illa, vel aliud aliquid illis ſubſtantiale. Secundò, eſſe tantum efficax in actu primo, ſumptum præciſè prout importat ſolam virtutem producendi, eſt eorum quæ ſunt in categoria qualitatis, vt patet in qualitatibus actionis, potentijs habitibus & id genus cæteris. At tranſſubſtantiatio ſumpta formaliter & præciſè, de genere ſeu categoria actionis eſt: Ergò aliud importat præter virtutem producendi productionem videlicet termini ſui. Deniquè, ſi tranſſubſtantiatio eſſet actio ſolum aptitudine efficax ad producendum corpus Chriſti Domini & ejus ſanguinem, nec de facto illa produceret, verba formæ non ponerent de facto per tranſſubſtantiationem Chriſti corpus & ſanguinem ſub ſpeciebus panis & vini, ſed tantum illa ſub ijs eſſe poſſe dicerent. At hoc eſt falſum: quia verba formæ hujus ſacramenti ſignificant corpus & ſanguinem Chriſti realiter eſſe præſentia, cum efficiant quod ſignificant, ſicut verba formæ aliorum ſacramentorum.

Quinta opinio eſt Suares, Coninck, Gamachæi, Yſamberti & multorum aliorum aſſerentium, tranſſubſtantiationem *eſſe actionem realem per quam reipſa producatur*, aut

b *Contr. Eunom. orat. 12. alibi 11.* εἰ δὲ μὴ ἐνδέχεται ἐπί τινος ἄλλου νοῆσαι τὴν κίνησιν, μὴ τῆς μεταστάσεως μόνον οὕτω λαμβανομένης· τὸ γὰρ ἀπολιμπάνειν καὶ μεταλαμβάνειν τόπους.

c *In 4. ſentent. diſt. 12. q. 2. art. 4.*

d *Vbi ſupra art. 6.*

aut reproducatur corpus Chriſti ſub panis ſpeciebus. At opinionem hanc *ineptam & omnino falſam* indigetat de [a] Valentia & quidem merito, licet Gamachæus queratur de injuria, eamdemque cum illo refutant etiam Mæratius & de Lugo nonnullis argumentis quæ nos longe fortius proponemus multis additis, ac deinde vindicabimus ab exceptionibus Doctorum ſupranominatorum. Primo enim hæc productio impoſſibilis eſt & contradictionem implicat. Nam quicquid producitur (in tempore, ſcilicet) antequam produceretur non erat. At corpus Chriſti eſt actu antè conſecrationem: Ergò per illam nec producitur, nec produci poteſt. Majorem uno ore ponunt Philoſophi omnes, tum Ethnici, tum Chriſtiani, tum Orthodoxi, tum Hæretici. Sic enim Ariſtoteles: [b] *fit quod non eſt.* Simplicius: [c] *quod fit & quod corrumpitur antequam fiat non eſt.* Sic Athenagoras: [d] *quod eſt non fit, ſed quod non eſt.* Tertullianus: [e] *nihil quod fieri habet ſine initio eſt, quin initium ſit illi dum incipit fieri.* Origenes: [f] *non fieret niſi quod non erat.* Cui & ſimilia Author Dialogi tertij contra Marcionem inter ipſius opera. Hilarius: [g] *omne quod fit antequam fiat non fuit.* Athanaſius: [h] *creaturarum & operum proprium eſt ut dicantur ex non entibus extitiſſe, neque fuiſſe antequam fierent.* Phœbadius Agennenſis: [i] *ſi factus eſt non fuit.* Gregorius Nyſſenus: [k] *Si fecit quod non erat omninò ferit.* Ambroſius: [l] *quod fit, incipit:* cui & concinit & penè ijſdem verbis [m] Chryſoſtomus. Theodorus Mopſueſtenus: [n] *quæ facta ſunt, prius non erant, ſed neque facta fuiſſent ſi fuſſent.* Et rurſum: *quis neſcit id quod aliquandò non fuit initium eſſendi accepiſſe cum fieret?* Auguſtinus: [o] *facere eſt quod omnino non erat.* Author quæſtionum inter Juſtini opera: [p] *omne quod producitur, vel quoad præſentiam producitur ſecundum tranſlationem ex loco in locum, vel quoad ſubſtantiam per effectionem ab inexiſtentia ad exiſtentiam adducentem.* Cyrillius: [q] *non jam quod eſt ad eſſe adducitur, ſed quod non eſt.* Caſſianus. [r] *quæ orta jam fuerint, redire in id rurſum non queant ut nova creatione generentur.* Vigilius: [s] *fieri, ejus ſoleat proprium eſſe qui nunquam antè ſubſtiterat.* Neſtorianus apud Maxentium: [t] *illud fieri dicitur quod nondum extare videatur.* Et rurſum: *nulla res naſci ſecundò ſubſtantialiter queat.* Et ibidem Maxentius: *Valet argumentum a te prolatum ad eum qui aliquid quod eſt, aut naſci ſecundò contendit aut fieri.* Deindè, ipſum productionis vocabulum id evincit. Productio enim eſt adductio a non eſſe ad eſſe. Rurſus, de ratione productionis eſt ut per eam producens det & communicet effectui eſſe: quomodò autem dabit eſſe ei rei quæ jam anteà eſſe habebat? Deniquè, de ratione productionis eſt, ut ſit prior natura quam res producta. At quomodò erit prior natura re quæ tempore etiam fuit antè illam, quale corpus Domini eſt antè tranſſubſtantiationem? Sanè, id non modò non eſſe, ſed nec vel concipi poteſt abſque repugnantia. Reſpondere tamen conantur Adverſarij, quamquam non ad hæc omnia.

Primò enim Gamachæus excipit, *per tranſubſtantiationem corpus Chriſti non produci abſolute ſimpliciter, quia jam eſt actu in rerum natura, ſed produci cum adjuncto determinatè hîc & nunc, ſub his vel illis ſpeciebus ubi antea eſſe non habebat.* Verum, non attendit quid dicat. Nam ſi corpus Chriſti non poteſt produci abſolutè ſimpliciter, quia jam actu eſt eſt in rerum natura, neceſſariò quoque ſequitur non poſſe produci ſecundum ſe hoc aut illo loco. Firma enim eſt illa conſequentia, hæc res non poteſt produci ſecundum ſe ſimpliciter, ergò non poteſt produci ſecundum ſe in hoc loco vel in hoc tempore. Eſt ſi quidem conſequentia negativa a propoſitione negativa de ſecundo adjacente ad negationem de tertio ex ipſo dependente: quæ eſt ratio conſequentiæ validiſſima. Confirmatur amplius, Nam cum fatente ipſo Gamachæo [x] *non detur motus nec actio ad relationes ut docetur 5. Phyſic. nec relationes per ſe proprie producantur, ſed potius reſultent ſuppoſitis fundamentis & terminis*, ſi corpus Chriſti, utpotè quod actu eſt, non poteſt produci ſecundum ſe ſimpliciter, multò minus adhuc produci determinate hîc & nunc. Tunc enim non modò daretur motus & actio directe ad relationem, ſed & quod abſurdiſſimum eſt, daretur & concederetur poſſibilis relationis poſitio cum impoſſibilitate poſitionis termini, ex cujus tamen poſitione, non aliter, reſultare debet ipſa relationis poſitio. Denique, ſi tranſſubſtantiatio eſt productio corporis Chriſti, non ſecundum ſe abſolutè ſimpliciter, ſed cum adjuncto *hîc & nunc*; ergò illud hic, id eſt, præſentia in hoc loco, eſt formalis terminus converſionis: ac proindè illa non eſt tranſſubſtantiatio, quia non formaliter terminatur ad ſubſtantiam, ſed ad præſentiam *hîc*, quæ *relatio eſt ſolum accidentaria*, pertinetque ad categoriam *ubi* juxta ipſum Gamachæum. Et tamen ibidem ait: *non ſufficit recurrere ad relationem præſentiæ quaſi tranſſubſtantiatio producat ſolam iſtam relationem.* Sic diruit quod ædificat, & ædificat quod diruit.

Yſambertus autem alia quærit effugia. Cum enim ſibi objeciſſet, omnem productionem rei creatæ eſſe natura priorem re cujus eſt productio, quod unum eſt de quatuor quæ ſuprà urgebamus, reſpondet, [u] *id verum eſſe de prima ac ſimplici productione*, [n] *non autem de ea quæ tantum propriè eſt reproductio rei jam longè antea & adhuc exiſtentis.* Sed primò, reproductionis vocabulo ſophiſticè abutitur in ſignificatione nova ac prorſus aliena. Nam licet audacter admodum pronuntiet,

[a] Tom. 4. edit. Pariſ. p. 1051. & 1052.

[b] Phyſic. l. 5. c. 2. γίνεται τὸ μὴ ὄν.

[c] In 1. phyſic. c. 3.

[d] τὸ δὲ ἀγένητον, ἀλλὰ τὸ μὴ ὄν.

[e] Contr. Hermog. c. 19.

[f] Exod. hom. 6.

[g] De Trinit. l. 12. & in Pſalm. 138.

[h] Contr. Arrian. orat. 3. ad init. Διαφέρει τὸ ποιεῖσθαι τοῦ ἴδιον τὸ λέγεσθαι, ἢ μὴ ὄντων, μὴ εἰς τὸ εἶναι παραχθῆναι.

[i] Contr. Arrianos.

[k] Contr. Eunom. lib. 9. alias 8. εἰ ἔκτισεν, τὸ μὴ ὂν ποιήσας ἔκτισεν.

[l] De incarnat. cap. 3.

[m] De Nativitate.

[n] Caten. in Joan. l. 1. γεγένηται προσώπου οὐκ ἦν, ἀλλ' ἐδημιουργήθη εἰσπραξις. Item: τὸ μὲν ἄλλο εἶναι οὐδὲν ποτὲ μᾶλλον ἐγένετο τοῦ ἐκ τοῦ εἶναι τὸ γενέσθαι ἔλαβεν.

[o] De morib. Manich. c. 7. & contra adverſar. leg. l. 1. c. 23.

[p] Ad Græcos q. 3.

[q] In Theſauro aſſert. 20.

[r] De Incarnat. lib. 7. c. 2.

[s] Contr. Eutych. l. 3.

[t] Dialog. 1. ad finem.

[x] Ibid. probat. 3.

[u] V. ſupr. diſp. 11. ad 5.

[illegible] [illegible] [illegible] [

ejuſmodi habitudinem non poſſe tribui corpori Chriſti reſpectu accidentium panis. Tertiò, etiamſi daretur talem ejuſmodi quem fingit modum produci in corpore Chriſti, is ſubſtantialis eſſe non poſſet, ſed accidentalis tantum: & ita non faceret converſionem ſubſtantialem. Probatur antecedens: quia quicumque modus de novo advenit ſubſtantiæ in ratione ſubſtantiæ, ultra ſubſiſtentiam quæ eſt modus illius eſſentialis & entitativus, neceſſariò eſt accidens, aut aliquid accidentale. Vnius enim ſubſtantiæ, quâ ſubſtantia eſt, non poteſt eſſe niſi vnius ſubſtantialis modus, quia per ſuum modum eſt, quod eſt. Confirmatur rurſum: quia hic modus corpori Chriſti ſupperadditus, aut corpus Chriſti complet & perficit ſubſtantialiter, aut non. Si prius: ergò antè illum ſubſtantialiter incompletum & imperfectum erat; quod falſiſſimum eſt. Si poſterius; ergò eſt tantum accidentalis. Quartò ex hac opinione ſequeretur, non modò in genere ſubſtantiam tam frequenter ſubſtantialiter mutari, quam mutatur accidentaliter; verum etiam corpus Chriſti toties ſubſtantialiter mutari, quoties incipit & deſinit eſſe in ſacramento, per acquiſitionem aut amiſſionem habitudinis illius ſubſtantialis: imò non eſſe idem ſubſtantialiter cum ſeipſo, ut eſt in cœlo, vbi non habet eam habitudinem: quæ omnia abſurdiſſima ſunt. Nec obſtat quod reſpondet Gregorius, *licet ſubſtantia per hanc habitudinem aliquo modo varietur, tamen non propriè per illam ſubſtantialiter mutari, ſed ſolum accidentaliter per formas accidentales quas per hujuſmodi habitudinem ſuſcipit.* Primò enim, quemadmodum mutatur accidentaliter dum entitatem accidentalem qua antea carebat recipit, ita ſubſtantialiter mutabitur dum habitudinem ſubſtantialem novam ad formam illam accidentalem accipiet, aut antiquam ad alias amittet. Secundò, aut corpus Chriſti mutatur per illam habitudinem ſubſtantialem quæ in eo producitur, aut per ſuſceptionem formæ accidentalis panis. Non poſterius, quia corpus Chriſti non recipit formam accidentalem panis: alioqui forma accidentalis panis illi inhæreret, quod falſum eſt; aut, ſi illi non inhæreret, per illam non mutaretur, contra hypotheſin Gregorij. Si prius: ergò mutatur ſubſtantialiter, ut dicebamus. Nam entitas realis ſubſtantialis non poteſt acquiri aut amitti ſine ſubſtantiali mutatione. At abſurdiſſimum eſt corpus Chriſti infinities ſubſtantialiter mutari: non enim idem eſſet ſubſtantialiter, ſi quotidiè ſubſtantialiter mutaretur. Si autem non mutatur ſubſtantialiter: ergò in illo non producitur nova entitas realis ſubſtantialis per quam ſuccedat pani in habitudine ſubſtantiali ad accidentia illius; ac de conſequenti panis non verè convertitur ſubſtantialiter in illud, quia hæc ſubſtitutio ſecundum Gregorium eſt formalis ratio converſionis ſubſtantialis. Denique, etſi daremus illi hoc commentum, nihil promoveret. Nam illa habitudo ſupponit præſentiam corporis Chriſti ſub accidentibus panis. At ſemper recurrit quæſtio, undè habeat ut ſub illis ſit præſens, & confugiendum illi erit, aut ad adductionem, aut ad productionem, quarum utramque ſupra falſam eſſe oſtendimus.

Octava opinio eſt eſt de Lugo, quæ convenit cum ſententia Vaſques & de Valentia [a] *in eo quod non intervenat aliqua productio vel conſervatio nova corporis Chriſti, imo nec ulla etiam productio alicujus termini ſubſtantialis, ſed ſolum introductio nova corporis Chriſti ſub his ſpeciebus: quæ quidem actio non debet appellari actio adductiva, tum quia adductio ſolum terminatur ad præſentiam localem quæ non ſufficit ad converſionem iſtam quæ fit in ordine ad ſubſtandum accidentibus, tum etiam quia adductio ſonat, corpus Chriſti venire per motum localem ſucceſſivum tranſeundo per medium, quod falſum eſt, & ideò merito diſp licet communiter ſententia quæ tranſſubſtantiationem vocat actionem adductivam: Melius ergò dicitur actio conſtitutiva corporis Chriſti ſub ſpeciebus, connotando etiam deſitionem ſubſtantialem panis: nec enim unitio ſecundum ſe, nec deſitio ſecundum ſe eſt adæquatè converſio, ſed utraquè ſimul componit converſionem conſtantem ex utraque mutatione, ex deſitione & unitione, a qua converſione panis denominatur converſus, & corpus Chriſti denominatur ſuccedens pani, ſeu id in quod ſubſtantialiter convertitur panis.* Idem cum illo ſentire videntur [b] Moncæus & Mæratius, quadamtenus ſaltem, cum dicant, *tranſſubſtantiationem eſſe actionem per quam Chriſti corpori & ſanguini modus quidam realis, accidentalis & intrinſecus tribuitur, quo ſpeciebus panis & vini in ratione contenti ſubſtantialis ſub illis formaliter unitur, ſeu, vi cujus modi Chriſti corporis & ſanguinis ſubſtantia ſub his accidentibus eſt, ſicut antea ſubſtantia panis & vini ijſdem ſuberat, & qualibet alia ſubſtantia ſubeſt ſuis proprijs accidentibus vi informationis ſeu inhæſionis eorum:* deniquè, *qui modus eſt formaliter unio corporis & ſanguinis Chriſti ſub ſpeciebus.* At hanc opinionem improbant [c] Suares & [d] Vaſques, & latiſſime [e] Yſambertus varijs argumentis quorum nonnulla contrahemus & urgebimus. Primò enim ludicra eſt ſubſtitutio quam de Lugo facit actionis conſtitutivæ & vnitivæ, loco productionis aut adductionis. Nam nulla actio poteſt eſſe conſtitutiva alicujus ſubjecti in loco in quo antè non erat, niſi aut per ipſius in eo loco productionem, aut per ipſius ad eum adductionem ex aliquo ubi in quo erat. At utrumque rejicit Adverſarius tanquam falſum & abſurdum: Ergo falſum pariter eſt, tranſſubſtantiationem eſſe actionem conſti-

[a] Diſput. 13 ſect. 6.

[b] apud Mæratium diſput. 16. ſect. 2.

[c] Diſp. 55. ſect. 4.

[d] Vbi ſupr.

[e] Vbi ſupra art. 3.

conſtitutivam corporis Chriſti in eo loco ubi non erat antè. Deindè, actio unitiva corporis Chriſti cum accidentibus panis neceſſariò quoque ſupponit aut illius ſub his productionem, aut adductionem. Nam quandocunque res aliqua unitur alteri in loco in quo prius non erat, oportet ut vel ibi fiat denuò & producatur, vel ut aliundè illuc adducatur. Unio enim prærequirit ac præſupponit exiſtentiam ſeu præſentiam uniendorum, natura ſaltem, ſi non etiam tempore: quia actio unitiva ut ſic non facit illam. Undè rurſus eadem redit conſequentia. Tertiò, actio unitiva (quod eſt contra Moncæum & Mæratium) eſt omnino diſtincta ab actione converſiva, quia in illa priori extrema manent ſalva & integra quoad ſuam entitatem & membra unienda ſupponuntur ibi exiſtere, vbi ſibi invicem vniuntur: in poſteriori vero vnum deſinit omnino eſſe, & alterum non ſupponitur ibi entitativè exiſtere, ſed acquirit eſſe, ut patet in converſionibus naturalibus. Atqui tranſſubſtantiatio eſt actio converſiva, ut patet ex concilio Tridentino: Ergo non eſt propriè tantum unitiva corporis & ſanguinis Chriſti Domini cum ſpeciebus, & neceſſe eſt aliud aliquid aſſignare pro formali ejus termino. Quartò, falſum prorſus eſt, corpus Chriſti formaliter uniri cum ſpeciebus panis in ratione contenti ſubſtantialis. Nam ſi ita foret, accidentia illi inhærerent cum nulla alia ſit intrinſeca unio ſubjecti cum forma accidentali, quam per inhærentiam. Dicere enim, uniri corpus Chriſti accidentibus eodem modo quo ſubſtantia panis, excluſa inhærentia, apertam implicat contradictionem: quia ille modus conſiſtebat in hoc quod ſubſtantia uniatur accidentibus per modum ſubjecti & in genere cauſæ materialis, non in ullo alio. Repugnat igitur auferri hoc genus cauſalitatis, & remanere eumdem modum unionis. Quod & rurſum patet ex eo quod volunt, corpus Chriſti ſubeſſe illis accidentibus in ratione contenti ſubſtantialis? Nihil enim, propriè & philoſophicè loquendo poteſt dici contineri ſub aliquibus accidentibus *in ratione præciſa contenti ſubſtantialis*, quod non illorum ſubjectum ſit. Nam ſi Deus, verbi gratia, conſervaret materialia quædam accidentia modo extenſivo extra quodlibet ſubjectum inhæſionis, & in illis includeret aliquam ſubſtantiam longè aliam a propria illorū ſubſtantia, tunc hæc ſubſtantia non diceretur contineri ſub iſtis accidentibus per modum ſubſtantiæ, quia hæc accidentia haberent ſe merè per accidens ad illam in ratione contenti ſubſtantialis. Quinto, tranſſubſtantiationis terminus formalis ad quem, ſicut & terminus a quo debet eſſe ſubſtantialis. Atqui ſupradictus modus ab Adverſarijs ſuppoſitus eſt accidentalis ex ipſorum confeſſione: Ergo non eſt formalis terminus tranſſubſtantiationis. Probatur major: quia ſicut transformatio denotat tranſitum ab una forma in aliam, ita & tranſſubſtantiatio debet denotare tranſitum vnius ſubſtantiæ in aliam. Id enim habet incluſum in ſe præpoſitio *trans*, nempè, ab uno in aliud ejuſdem rationis. Deniquè ſecundum hanc ſententiam, tranſſubſtantiatio non terminatur immediatè ad corpus & ſanguinem Chriſti, ſed ad prædictum modum unionis: cum tamen concilium Tridentinum dicat, a *fieri converſionem totius ſubſtantiæ panis in ſubſtantiam corporis Chriſti Domini noſtri, & totius ſubſtantiæ vini in ſubſtantiam ſanguinis ejus, quæ converſio convenienter & propriè a ſancta Catholica Eccleſia tranſſubſtantiatio eſt appellata.* a Seſſion. 13. c. 4.

Nec Mæratium juvat effugium quod hic adhibet, inquiens; *tranſſubſtantiationem ſpectari, vel ut eſt productio & ita ad ſolum illum modum terminari immediatè, vel ut eſt converſio & ſic ad ſolum Chriſti corpus immediatè terminari.* Primo enim tranſſubſtantiatio, cum ſit converſio ſimplex & incompoſita, non poteſt habere duos immediatos terminos. Secundo, in tranſſubſtantiatione converſio & productio termini ad quem reapſe idem ſunt, quemadmodum in ſupernaturalibus & ſimplicibus ſubſtantialibus mutationibus; & de conſequenti habere non poſſunt terminos immediatos realiter differentes. Tertiò, in ſimplici qualibet cõverſione terminus qui immediatè producitur ſemper idem eſt cum eo in quem immediatè fit converſio. Si igitur terminus qui immediatè producitur eſt ſupradictus modus accidentalis, idem modus pariter erit immediatus terminus converſionis, & ita tranſſubſtantiatio nõ erit converſio in corpus, ſed converſio in modum accidentalem, id eſt, tranſaccidentatio. Nec contra quicquam facit inſtantia ducta ab exemplo generationis hominis, *cujus*, inquit, *formalis terminus ad quem ut præciſe productio eſt, eſt unio animæ cum corpore, quia per illam hæc immediatè producitur, ejuſdem autem ut præciſe converſio ſive ſucceſſio eſt, formalis terminus ad quem ipſa anima eſt.* In hoc enim exemplo nihil eſt quod illi faveat. Nam primò generatio non eſt actio ſimplex, ſed multiplex & compoſita: comprehendit enim converſionem ſeminis in corpus, creationem aut productionem animæ, & unionem amborum tanquam materiæ & formæ ex qua reſultat compoſitum. At tranſſubſtantiatio eſt converſio ſimplex: Secundò, falſum eſt terminum generationis ut præciſe converſio eſt, eſſe animam: nullus enim propriè loquẽdo terminus eſt qui convertatur in animam, cum anima non ſit niſi per creationem & productionem ex nihilo. Deniquè, ut prętermittam Mæratium malè confundere converſionem cum ſucceſſione, quæ tamen longè differunt, generatio hominis ſpectari poteſt, vel reſpectu corporis quod formatur, vel

reſpectu

reſpectu animæ quæ creatur, vel reſpectu unionis amborum. Si reſpectu corporis, idem eſt omnino terminus immediatus, ſivè qui producitur ex ſemine, ſivè in quem fit converſio, videlicet, corpus organicum: & ita exemplum pro nobis ſtat. Si reſpectu animæ, exemplum ἀνεξοδίαστον eſt, quia nullus eſt terminus a quo qui in illam convertatur per ſui deſitionem, ut in Euchariſtia fit juxta Mæratium ipſum. Si deniquè reſpectu unionis amborum, non eſt propriè converſio, ſed unitio formæ cum materia; aut, ſi velit Mæratius illam eſſe converſionem, idem erit formalis terminus converſionis & productionis, videlicet, hæc unio animæ cum corpore: & ita exemplum, aut ad rem non erit, quia tranſſubſtantiatio eſt proprie converſio, aut ſi ad rem erit, idem erit in tranſſubſtantiatione, ſivè qua productio, ſivè qua converſio, formalis terminus, modus nempè ſupradictus accidentalis, & ſic converſio fiet (ut ſupra concludebamus) non in corpus Chriſti, ſed in modum accidentalem, ac proindè non erit tranſſubſtantiatio, ſed tranſaccidentatio.

Igitur, ut concludamus hanc quæſtionem, quandoquidem neceſſè eſt ex Adverſariorum ſententia, ſi panis tranſſubſtantiatur in corpus Chriſti, corpus Chriſti eſſe in Euchariſtia, vel per conſervationem, vel per adductionem, vel per productionem vel per conſtitutionem; nullo autem horum modorum in illa eſſe poſſit, ut ex ipſiſmet probamus, invictè & neceſſariò ſequitur, falſum eſſe, panem in illud tranſſubſtantiari.

CAPUT XXIV.

In quo refutatur ex verbo Dei præſentia realis corporis & ſanguinis Chriſti, ſive in pane & vino, ſivè ſub accidentibus panis & vini.

ABSOLUTA quæſtione de uno verborum ſacramentalium effectu ſecundum Tranſſubſtantiatores, videlicet, deſtione ſubſtantiali panis & vini quam tranſſubſtantiationem appellant, ſequitur altera de præſentia reali, quam vocant: quæ quamvis expuncta quoque ſit (ut Tertullianus loquitur) ex præſcriptione prioris, tamen tractanda eſt directè & per ſe, tum eorum reſpectu ad victoriæ cumulum, tum ratione illorum ex Proteſtantibus qui licet tranſſubſtantiationem nobiſcum negantes, præſentiam illam realẽ corporis & ſanguinis Chriſti in pane & vino intœliciter tuentur. Non autem quęritur, utrum corpus & ſanguis Chriſti fidei noſtræ præſentia ſint: id enim fatemur & nos. Nam quamvis Dominus ſecundum corporis ſui ſubſtantiam non minus diſtet à pane & vino quam cœlum a terra, tamen & in ipſa Euchariſtiæ celebratione, ſicut & extra illam, fidei noſtræ præſentem eſſe nullomodò dubitamus, cum objecti ſpiritualis reſpectu facultatis ſpiritualis præſentia non dijudicetur ex propinquitate locali, ſed ex poteſtate apprehenſionis, ac veritate illius. Sicut enim ſol viſibilis magno licet intervallo a nobis diſſitus oculis noſtris nihilominus præſens eſt, quia illum videre poſſunt ac re vera vident, ita & Dominus, quamvis juxta humanitatem ſuam toto & aeris & cœlorum in quos aſcendit interſtitio ſit a nobis ſeparatus, præſtò tamen fidei noſtræ eſt, quia illum poteſt apprehendere & re vera apprehendit, ſecundum hanc veriſſimam Auguſtini ſententiam[a] *fidem mitte, & tenuiſti.* Quamquam propriè loquendo, in Euchariſtia fidei non proponitur directè quâ in cœlo eſt, ſed qua patiens in cruce. Quæſtio igitur eſt, utrum Domini corpus & ſanguis juxta ſubſtantiam ſuam in Euchariſtia ſint, ſivè ſub accidentibus panis & vini, ſivè in pane & vino. Affirmant, tum Tranſſubſtantiatores, tum Conſubſtantiatores, quorum hac de cauſa foret id probare nobis negantibus. Quam verò ad id impotentes ſint, non obſcurè fatetur unus ex illis, Joannes Fiſcherus Epiſcopus Roffenſis, inquiens: [b] *Niſi ritus Eccleſiæ tot ſeculorum uſu, pariter & Patrum (ſcilicet) aſſertionibus eſſet comprobatus, nec Lutherus, nec alius quiſquam ex Euangelij nudis verbis adverſus protervientem evinceret corporis Chriſti præſentiam in ſacramento fieri per cujuſvis ſacerdotis conſecrationem.* Et ruſſus: [c] *Deceamus, quod citra Patrum interpretationem & uſum nobis ab eiſdem traditum, nemo probabit ex ipſis nudis Euangelij verbis ſacerdotem quempiam his temporibus veram Chriſti carnem & ſanguinem conſecrare. Non quod res hæc jam ambigua ſit, ſed quod ejus certitudo non tam habeatur ex verbis Euangelij, quam ex Patrum (ut diximus) interpretatione, ſimul & uſu tanti temporis quem illis poſteris reliquerunt.* Et poſt citata ex Matthæo Euchariſticæ inſtitutionis hiſtoria: *neque illum hîc verbum*, inquit, *poſitum eſt quo probetur in noſtra miſſa veram fieri carnis & ſanguinis Chriſti præſentiam.* Nihilominus tot & tam firmæ ſunt negationis noſtræ rationes, ac fundamenta, ut, non obſtantibus reſpondentium prærogativis, probantium partes libenter ſuſcipiamus, & exequamur. Argumenta autem noſtra ob illorum varietatem ac multiplicitatem in plures claſſes diſtinguemus.

Prima autem claſſis ducetur ex hiſtoria inſtitutionis, ex qua tria habemus argumenta præter ea quæ ſupra urſimus in particulari ac generali verborum ſacramentalium diſcuſſione.

Primò enim ſi Dominus ſecundum humanitatem ſuam realiter eſſet in Euchariſtia præſens; neceſſariò oporteret corpus ejus

[a] *In Ioan. tract. 50.*

[b] *Contr. captiv. Babylon. c. 9. num. 2.*

[c] *Ibid. cap. 10. num. 3.*

quâ mortuum, & ſanguinem ejus quâ effuſum extra venas, ibidem eſſe. At conſequens falſum eſt, etiam ipſorum Adverſariorum judicio: *neque enim Deus facit*, inquit [d] Bellarminus, *nec facturus eſt in æternum, ut Chriſti corpus alicubi reperiatur mortuum.* Ergò & Antecedens. Probatur conſequentia primò ex ipſis verbis ſacramentalibus. Dominus enim non ſimpliciter dicit, *hoc eſt corpus meum, hic eſt ſanguis meus*: multo minus adhuc ait, *hoc eſt corpus meum glorioſum*, &c; Sed, *hoc eſt corpus meum pro vobis datum*, aut *fractum* juxta Apoſtolum, *hic eſt ſanguis meus novi teſtamenti pro multis effuſus*: expreſſè declarans ſe loqui de corpore ſuo quâ pro nobis ad mortem tradito, & de ſanguine quâ extra venas per vim poſito & in peccatorum noſtrorum remiſſionem in cruce effuſo. Confirmatur ſecundò, quia corpus & ſanguis Chriſti, ſi in Euchariſtia ſunt, in ea ſunt qualia ſignificantur a ſacramentalibus ſignis. At ſigna ſacramentalia deſignant corpus quâ fractum & mortuum, & ſanguinem qua realiter effuſum. Corpus autem & ſanguis ut ſic non ſunt realiter præſentia in Euchariſtia, fatentibus Adverſarijs, ſed tantùm ſignificantur. Ergò. Quid autem ad hæc argumenta reſpondent? Nugas gerras. Bellarminus enim nobiſcum agnoſcit per *corpus* intelligendum eſſe in Domini verbis, corpus ipſius mortuum: & probat, quia *Euchariſtia eſt repræſentatio mortis Domini, & proinde ſub ſpecie panis repræſentatur corpus a ſanguine ſeparatum, & ſub ſpecie vini ſanguis ſeparatus a corpore*; ac indè concludit, *quod eſt ſub ſpecie panis, vi ſacramentalium verborum non eſſe niſi corpus*, &c. Sed confugit ad concomitantiam, & ait corpus Domini non poſſe jam actu eſſe ſine ſanguine & anima & divinitate, nec ſanguinem viciſſim ſine corpore, anima, & divinitate, ac proindè in Euchariſtia actu a ſe invicem hæc non eſſe ſeparata. Verum, concedimus quidem corpus Domini non poſſe actu jam ſeparari a ſanguine & anima, nec ſanguinem reciprocè à corpore & anima, ſi tamen & hodie ſanguinem habeat, de quo alibi diximus: Sed ex eo concludimus illa in Euchariſtia actu non eſſe præſentia. Nam cum Dominus in his verbis, *hoc eſt corpus meum pro vobis datum, hic eſt ſanguis meus pro multis effuſus*, loquatur de corpore ſuo quâ mortuo, ac de ſanguine quâ effuſo & extra venas poſito; ſi ſenſus illorum verborum foret, *hoc*, id eſt, *ſub his ſpeciebus panis*, aut, *ſub hoc pane eſt corpus meum*, & *hic*, id eſt, *ſub his ſpeciebus vini*, aut, *ſub hoc vino eſt ſanguis meus*, ſenſus harum duarum propoſitionum integer foret, *ſub his ſpeciebus panis*, aut, *ſub hoc pane eſt corpus meum mortuum*, &, *ſub his accidentibus vini*, aut *ſub hoc vino eſt ſanguis meus extra venas fuſus.* At impoſſibile jam eſt & omnino falſum ex Adverſariorum ipſorum confeſſione corpus & ſanguinem Domini ſic in Euchariſtia eſſe: pariter ergò falſum eſt ea in Euchariſtia eſſe. Nec juvat excipere, vim quidem verborum illa ſic conſtituere, per concomitantiam verò aliter ſe habere. Nam, aut corpus & ſanguis Domini talia ibi actu ſunt qualia deſignantur per illa verba, aut verba ſacramentalia non efficiunt quod ſignificant: quod eſt contra alteram eorum hypotheſin. Deindè, ſi ex vi verborum, *hoc eſt corpus meum, pro vobis datum*, nonniſi corpus a ſanguine ſeparatum, hoc eſt, mortuum, præſens eſt ſub pane aut accidentibus panis, ex vi verborum, *hic eſt ſanguis meus pro multis effuſus*, nonniſi ſanguis extra venas fuſus & paſſibilis; ex vi autem concomitantiæ corpus ſtatuitur ibi vivum & animatum, & ſanguis incorporatus ac vivus pariter & animatus: Ergò concomitantiæ vis verborum vim planè deſtruit, & contrarium illorum ſtatuit. Senſus enim hujuſce propoſitionis, hoc eſt corpus meum pro vobis datum, ex vi verborum & concomitantiæ ſimul copulatorum foret, *ſub hoc pane*, aut *ſub his ſpeciebus panis, eſt corpus meum mortuum exangue & inanimatum, per concomitantiam tamen vivum, ſanguineum & animatum*, & de altera ſimiliter: & ſic eſſet oppoſitum in appoſito, quam abſurditatem Adverſarios miror non advertiſſe.

Secundò, Dominus ipſe ait Lucæ 22. 19. *Hoc facite in meam commemorationem.* Undè [a] Gamachæus poſt multos alios nos ſic facit argumentantes: *Memoria eſt tantum rerum abſentium, ac præteritarum, non præſentium. Ergo ſi Euchariſtia eſt commemoratio Chriſti, ſequitur Chriſtum non eſſe in illa realiter.* Rectè. Antecedens probatur. Sic enim Ariſtoteles: [b] *præſentium memoria non eſt.* Cicero: [c] *Memoria eſt per quam animus repetit illa quæ fuerunt.* Auguſtinus: [d] *Nemo recordatur niſi quod in præſentia non eſt poſitum.* Janſenius: [e] *Memoria eſt tantum rei abſentis.* Quod etiam concedunt [f] Bellarminus, [g] Stapletonus & [h] Mæratius. Videamus jam quid reſpondeatur ad hoc argumentum. Nonnulli igitur Adverſariorum antecedens licet ita confirmatum negant, alij limitant, allatis varijs inſtantijs & incommodis præter directam reſponſionem: atque inter illos potiſſimum ex Conſubſtantiatorum parte Doctor Gerhardus qui plurima hic excipit. Primò enim ait: [i] *ſi fides omnia ſunt præſentia, & memoria non eſt niſi abſentium (utrumque affirmantibus Adverſarijs) conſequens fuerit, fidem de memoria & memoriam de fide eſſe nullam, ac fidelibus nullum dari poſſe memoriale.* Sed doleo virum Doctum tam trivola effutire, ac conſequentias adeò ludicras nectere. Eatenus enim objecta, licet abſentia, fidei noſtræ præſentia eſſe dicuntur, non quod abſentia non ſint ſi locorum intercapedines ſpectentur, ſed quia illa poteſt apprehendere non obſtante locorum

[d] *De Euch. l. 4. c. 11.*

[a] *Ad q. 75. a. 1.*

[b] *De memor. & reminiſ. c. 1.*

[c] *De invent. l. 2.*

[d] *In Pſalm. 37.*

[e] *Concord. Evang. c. 131.*

[f] *De Euch. l. 1. c. 11.*

[g] *In 1. Cor. 11.*

[h] *De Euch. diſp. 6. ſect. 5.*

[i] *De ſacra. Cœna num. 116.*

13 Ut ergo. Ne videar ab ipsis quæ dicta sunt recedere, ostendam quomodo ex his quæ dicta sunt, ea quæ dicenda sunt, consequantur. Dixi enim, quod ad hoc ut aliquid sit, necesse est ut sit aliquid quod sit. Et ad hoc ut aliquid sit, necesse est ut sit aliquid quod non sit. Et ad hoc ut aliquid sit, necesse est ut sit aliquid quod sit et non sit. Et ad hoc ut aliquid sit, necesse est ut sit aliquid quod sit et non sit,

præſentium: *memoria*, inquit, *præſentis non eſt ſed ſenſus.* Et rurſum: *præſentis qua præſens eſt*, &c, *nemo ſe dixerit meminiſſe.* Denique, *præſentis in tempore præſenti memoria non eſt, ſicut prius dictum eſt, ſed præſentis eſt ſenſus.* Secundo, quod ſubjungit, rerum abſentium ſpecies præſentes eſſe intellectui, hoc ipſum confirmat quod dicimus. Nam ſpecies illæ non ſunt res ipſæ præſentes quarum ſpecies ſunt, ſed ut ibidem notat Philoſophus, *illarum imago & monimentum tantum.* Tertio, quod ſubjungit, *clauſis oculis poſſum recordari hominis præſentis*, æque falſum & abſurdum eſt ac præcedentia. Poſſum enim clauſis oculis recordari me hominē qui præſens ſit vidiſſe, ac eum ſcire eſſe præſentem & de illo cogitare, ſed illius tanquam præſentis recordari non poſſum; idque negat ibidem Philoſopus: *Illius quod præſens eſt*, inquit, *quâ præſens eſt, ut hoc album, cum cernitur oculis, nemo meminiſſe ſe dixerit, neque illius etiam* (nota) *quod qui contemplatur, ſpeculans & animo verſans, ſed tantum alterum ſe ſentire dicit, alterum ſcire.* Et rurſus ejuſdem libri capite ſecundo: *meminiſſe per ſe non poſſumus, ante quam tempus aliquod elapſum ſit. Meminit enim quis nunc ejus rei quam vidit aut paſſus eſt, non verò illius quod nunc patitur, nunc meminit.* Nono ait: *Verba Chriſti*, hoc facite in meam commemorationem, *exprimunt ſalutarem cœna fructum, & ſic exponuntur ab Apoſtolo 1. Cor. 11. 26.* quotieſcumque manducabitis panem hunc & ex hoc calice bibetis, mortem Domini annunciabitis donec veniat. *Ergò non debent opponi vera præſentia corporis qua ad eſſentiam S. cœnæ pertinet.* Sed poſtrema hæc inſtantia omnium leviſſima eſt. Nam commemoratio Chriſti propriè & accuratè loquendo, non eſt ſacræ cœnæ fructus, ſed potius finis & ſcopus propter quem inſtituta eſt: & falſum eſt præterea præſentiam ſubſtantialem corporis Chriſti ſub pane, ad cœnæ eſſentiam pertinere. Principium id petere eſt, non vero, ut par eſt, argumentari. Decimo, reſpondet [a] Yſambertus, *Calvinum ipſum docere:* [b] Ad hoc ut ſignum aliquod memoriale detur, ſeu, ut aliquid ſit memoria & commemoratio alterius, non nequeri ut illud ipſum cujus eſt memoria & commemoratio, ſit abſolutè & ſimpliciter abſens, ſed ſatis eſſe ut ſit abſens ſecundum eam rationem qua ejus memoria & commemoratio datur: *ſicut ad rationem ſigni non requiritur ut ſit rei ſimpliciter & abſolutè abſentis, ſed tantum latentis nos, quamvis alias ſit de facto ſubſtantialiter præſens*, &c. Sed Calvini verbis & mente abutitur. Dico primo verbis. Nam verba Calvini, quorum loco ſua ponit, hæc ſunt: *qualem ſui memoriam voluerit Chriſtus in cœna recoli, mox audiemus. Quod autem hinc nonnulli colligunt, abeſſe igitur a cœna Chriſtum, quoniam memoria nonniſi rei abſentis ſit, prompta eſt reſponſio, ſecundum hanc rationem qua cœna eſt recordatio, Chriſtum ab illa abeſſe: neque enim adeſt Chriſtus viſibiliter, neque oculis cernitur, ſicuti ſymbola quæ ipſum figurando memoriam noſtram excitant, denique locum non mutat ut nobis adſit, ſed de cœlo præſentem in nos carnis ſuæ virtutem tranſmittit.* Secundò quoque & ſenſu. Nam clarum eſt, ipſum Calvinum ſupponere memoriam non eſſe niſi abſentium, & ea ratione Euchariſtiam eſſe commemorationē corporis Chriſti quod in cœlis tantummodò eſt, nec locum hunc mutat ut ſe in cœna nobis præſens reddat; ſed inſuper ait, Chriſtum licet ſecundum corpus verè & propriè abſentem, non omnino tamen abeſſe, tum quia fidei noſtræ præſens ſit quæ in actione cœnæ illum juxta corpus in cœlo reſidentem amplectitur, tum quia hic nobis virtute ſua præſens eſt; quo reſpectu cœna non eſt ipſius commemoratio. Stat ergo propoſitio hæc, *memoriam non eſſe niſi rerum abſentium*, contra omnes Adverſariorum impetus. Cæteri reſpondent ad id quod aſſumimus, *Euchariſtiam eſſe commemorationem Chriſti*, per negationem: & ajunt, illam commemorationem, *non Chriſti*, ſed *paſſionis ejus eſſe*, quemadmodum Apoſtolus ait, *quotieſcunquè manducabitis*, &c, *mortem Domini annunciabitis donec veniat.* Sed ſolutio inanis eſt. Nam verum quidem eſt Euchariſtiam eſſe commemorationem mortis & paſſionis Domini, prout Apoſtolus docet: ſed pariter quoque certum eſt illam eſſe commemorationem Chriſti, quandoquidem ipſe Chriſtus id expreſsè affirmat. Directe enim eſt commemoratio Domini qui ſe ipſum in ara crucis in ſacrificium pro nobis obtulit: & inſuper, illius commemoratio *donec veniat*, ut Apoſtolus loquitur, proinde igitur abſentis. Sic Auguſtinus: [c] *Hujus ſacrificij caro & ſanguis* (nota, *caro & ſanguis*) *ante adventum Chriſti per victimas ſimilitudinum promittebatur, in paſſione Chriſti per ipſam veritatem reddebatur, poſt aſcenſum Chriſti per ſacramentum memoriæ celebratur.* Similiter & Pelagius inter Hieronymi opera: [d] *Paſſurus ultimam nobis commemorationem, ſivè memoriam dereliquit, quemadmodum ſi quis peregre proficiſcens aliquod pignus ei quem diligit, derelinquat, ut quotieſcunque viderit poſſit ejus beneficia & amicitias memorari: quod ille, ſi perfectè dilexit, ſine ingenti deſiderio videre non poteſt, vel fletu.* Et ex Pelagio, Primaſius & Sedulius, ille priorem tantum hujus loci periodum referens, hic locum integrum. Argumentum ergo noſtrum ſic fortius proponendum eſt: Quod quis proxime abiturus nobis relinquit, ut poſt diſceſſum nobis ſit in ſui commemorationem, non eſt ipſemet: quia ſimul abiret & maneret, abſens eſſet & præſens, quod contradictionem implicat. Atqui Dominus

[a] *Ad q. 75. diſp. 1. art. 16.*
[b] *In 1. cor. 24.*
[c] *Cont. Fauſt. l. 20. c. 21.*
[d] *In 1. Cor. 11.*
[e] *Ibid.*

Hippocrates Coi, de aere, aquis, et locis. Et Galenus eiusdem libri commentarios scripsit. Item Rufus Ephesius, Soranus Ephesius, Philumenus, Philagrius, Heliodorus, Aretæus Cappadox, Archigenes Apamenus, Athenæus Attalensis, Cassius Iatrosophista, Antyllus, Alexander Philadelphus, Alexander Laodicenus, Dioscorides Anazarbeus, Pedacius Dioscorides, Nicander Colophonius, Andromachus Cretensis, Damocrates, Diodotus, Philotimus, Thessalus Tralles, Lycus Myndius, Sabinus, Heraclides Tarentinus, Philippus Acarnan, Posidonius, Leonides Alexandrinus, Lucius Apuleius Platonicus, Scribonius Largus, Marcellus Empiricus, Vindicianus Afer, Quintus Serenus, Gargilius Martialis, Sextius Niger, Cornelius Celsus, Pomponius Mela, Plinius Secundus, Fabianus, Moderatus Gaditanus, Columella, Florentinus, Cornelius Valerianus, Cornelius Bocchus, Cornelius Labeo, Sammonicus Serenus, Rabirius, Fannius Strabo, Vectius Valens, Gratidius Rufus, Sextius Pythagoreus, Quintilius Varus, Pactumeius Clymenus, Curtius Nicias, Domitius Marsus, Aemilius Macer, Aemilius Flaccus, Octavius Horatianus, Rufinus, Thessalus Tarentinus, Petronius Diphilus, Petronius Asclepiades, Petronius Antiochus, Petronius Sura, Petronius Dionysius, Petronius Menogenes, Petronius Athenæus, Petronius Archimedes, Petronius Philippus, Petronius Heraclides, Petronius Stratonicus, Petronius Posidonius, Petronius Zopyrus, Petronius Hermias, Petronius Dorotheus, Petronius Timotheus, Petronius Ammonius, Petronius Ptolemæus, Petronius Epaphroditus, Petronius Hephæstion, Petronius Apollonius, Petronius Dioscorides, Petronius Pamphilus, Petronius Aristo, Petronius Nicomedes, Petronius Nicander, Petronius Andromachus, Petronius Demetrius, Petronius Heliodorus, Petronius Philagrius, Petronius Philumenus, Petronius Soranus, Petronius Rufus, Petronius Hippocrates, Petronius Galenus, Petronius Aretæus, Petronius Archigenes, Petronius Athenæus, Petronius Cassius, Petronius Antyllus, Petronius Alexander, Petronius Dioscorides, Petronius Nicander, Petronius Andromachus, Petronius Damocrates, Petronius Diodotus, Petronius Philotimus, Petronius Thessalus, Petronius Lycus, Petronius Sabinus, Petronius Heraclides, Petronius Philippus, Petronius Posidonius, Petronius Leonides, Petronius Apuleius, Petronius Scribonius, Petronius Marcellus, Petronius Vindicianus, Petronius Serenus, Petronius Gargilius, Petronius Sextius, Petronius Celsus, Petronius Mela, Petronius Plinius, Petronius Fabianus, Petronius Moderatus, Petronius Columella, Petronius Florentinus, Petronius Valerianus, Petronius Bocchus, Petronius Labeo, Petronius Serenus, Petronius Rabirius, Petronius Strabo, Petronius Valens, Petronius Rufus, Petronius Sextius, Petronius Varus, Petronius Clymenus, Petronius Nicias, Petronius Marsus, Petronius Macer, Petronius Flaccus, Petronius Horatianus, Petronius Rufinus, Petronius

ne nec mercenarius aliquis ecclesiae, nec servus ecclesiae, nec [illegible] ecclesiae, nec [illegible] ecclesiae, nec [illegible]

Thus
Ex
Ex
Ex

ut ipse dicit, ex præcepto Domini, et ideo non
est ibi peccatum. Et ideo dicit Augustinus,
quod si aliquis ex necessitate sumat sanguinem
non consecratum, non peccat. Et hoc ideo
quia, ut dictum est, in hoc sacramento non
sumitur sanguis ad refectionem corporalem,
sed ad refectionem spiritualem, quæ fit per
fidem et charitatem. Et ideo quamvis sanguis
non consecratus non habeat virtutem sacra-
menti, habet tamen virtutem fidei et charitatis,
quæ est virtus hujus sacramenti. Et ideo
non peccat, si ex necessitate sumat sanguinem
non consecratum.

Ad tertium dicendum, quod sicut dictum est,
in hoc sacramento sumitur sanguis ad refectionem
spiritualem, quæ fit per fidem et charitatem.
Et ideo quamvis sanguis non consecratus
non habeat virtutem sacramenti, habet tamen
virtutem fidei et charitatis, quæ est virtus hujus
sacramenti. Et ideo non peccat, si ex necessitate
sumat sanguinem non consecratum.

Ad quartum dicendum, quod sicut dictum est,
in hoc sacramento sumitur sanguis ad refectionem
spiritualem, quæ fit per fidem et charitatem.
Et ideo quamvis sanguis non consecratus
non habeat virtutem sacramenti, habet tamen
virtutem fidei et charitatis, quæ est virtus hujus
sacramenti. Et ideo non peccat, si ex necessitate
sumat sanguinem non consecratum.

Ad quintum dicendum, quod sicut dictum est,
in hoc sacramento sumitur sanguis ad refectionem
spiritualem, quæ fit per fidem et charitatem.
Et ideo quamvis sanguis non consecratus
non habeat virtutem sacramenti, habet tamen
virtutem fidei et charitatis, quæ est virtus hujus
sacramenti. Et ideo non peccat, si ex necessitate
sumat sanguinem non consecratum.

Ad sextum dicendum, quod sicut dictum est,
in hoc sacramento sumitur sanguis ad refectionem
spiritualem, quæ fit per fidem et charitatem.
Et ideo quamvis sanguis non consecratus
non habeat virtutem sacramenti, habet tamen
virtutem fidei et charitatis, quæ est virtus hujus
sacramenti. Et ideo non peccat, si ex necessitate
sumat sanguinem non consecratum.

Ad septimum dicendum, quod sicut dictum est,
in hoc sacramento sumitur sanguis ad refectionem
spiritualem, quæ fit per fidem et charitatem.
Et ideo quamvis sanguis non consecratus
non habeat virtutem sacramenti, habet tamen
virtutem fidei et charitatis, quæ est virtus hujus
sacramenti. Et ideo non peccat, si ex necessitate
sumat sanguinem non consecratum.

Ad octavum dicendum, quod sicut dictum est,
in hoc sacramento sumitur sanguis ad refectionem
spiritualem, quæ fit per fidem et charitatem.
Et ideo quamvis sanguis non consecratus
non habeat virtutem sacramenti, habet tamen
virtutem fidei et charitatis, quæ est virtus hujus
sacramenti. Et ideo non peccat, si ex necessitate
sumat sanguinem non consecratum.

Ad nonum dicendum, quod sicut dictum est,
in hoc sacramento sumitur sanguis ad refectionem
spiritualem, quæ fit per fidem et charitatem.
Et ideo quamvis sanguis non consecratus
non habeat virtutem sacramenti, habet tamen
virtutem fidei et charitatis, quæ est virtus hujus
sacramenti. Et ideo non peccat, si ex necessitate
sumat sanguinem non consecratum.

Ad decimum dicendum, quod sicut dictum est,
in hoc sacramento sumitur sanguis ad refectionem
spiritualem, quæ fit per fidem et charitatem.
Et ideo quamvis sanguis non consecratus
non habeat virtutem sacramenti, habet tamen
virtutem fidei et charitatis, quæ est virtus hujus
sacramenti. Et ideo non peccat, si ex necessitate
sumat sanguinem non consecratum.

Ad undecimum dicendum, quod sicut dictum est,
in hoc sacramento sumitur sanguis ad refectionem
spiritualem, quæ fit per fidem et charitatem.
Et ideo quamvis sanguis non consecratus
non habeat virtutem sacramenti, habet tamen
virtutem fidei et charitatis, quæ est virtus hujus
sacramenti. Et ideo non peccat, si ex necessitate
sumat sanguinem non consecratum.

Ad duodecimum dicendum, quod sicut dictum est,
in hoc sacramento sumitur sanguis ad refectionem
spiritualem, quæ fit per fidem et charitatem.
Et ideo quamvis sanguis non consecratus
non habeat virtutem sacramenti, habet tamen
virtutem fidei et charitatis, quæ est virtus hujus
sacramenti. Et ideo non peccat, si ex necessitate
sumat sanguinem non consecratum.

[illegible] [illegible] [illegible] [

e *Act. 1.*

At *ſurſum* illud *ubi Chriſtus eſt*, locus eſt, *cœlum* videlicet in quod eſt *aſſumptus*, ut e ſcriptura loquitur: Ergò ſermo illi eſt de rebus *quæ ſurſum ſunt* etiam ratione loci. Addit, *quærite quæ ſurſum ſunt ubi Chriſtus eſt ad dexteram Dei ſedens.* At ubinam Chriſtus eſt ad dexteram Dei ſedens niſi in cœlis, ratione ſitus terræ tanquam infimæ oppoſitis? Teſtatur Apoſtolus: f *Deus collocavit eum ad dextram ſuam in cœlis.* Et rurſum: g *Sedit ad dextram throni majeſtatis in cœlis.* Loquitur ergo de rebus etiam ſupernis quoad locum ipſum, ubi ſunt ſpectatis. Deindè verſu ſequenti apertè oſtendit quænam illa ſuperna ſint, de quibus agit. Nam poſtquam dixiſſet, *cogitate, vel curate quæ ſurſum ſunt, non quæ ſupra terram*, immediate ſubjungit: *Nam mortui eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo, quando Chriſtus vita noſtra patefactus fuerit, tum & vos cum eo patefietis in gloria.* Palam ergo per ea *quæ ſurſum ſunt* deſignat vitam & gloriam nobis in cœlis aſſervatam ac in apparitione Domini manifeſtandam, quam ſperare, de qua cogitare, & ad quam perpetuò aſpirare debemus. Ita quoquè Veteres. Sic enim Tertullianus in hunc ipſum locum: a *ſi reſurrexiſtis, inquit, cum Chriſto, ea quæ ſurſum ſunt quærite, ubi eſt Chriſtus in dextera Dei reſidens, ea quæ ſurſum ſunt ſapite, non quæ deorſum. Ita animo oſtendit reſurgere, quo ſolo adhuc poſſumus cœleſtia attingere, qua non quæreremus, nec ſaperemus ſi poſſideremus*, &c. *Adeo contemplatio eſt ſpei in hoc ſpatio per fidem, non præſentatio: nec poſſeſſio, ſed expectatio.* Et Hilarius Diaconus inter Ambroſij opera: *Supernorum cœlorum qui æterni ſunt, habitacula nos petere exhortatur, ab his autem omnibus quæ in firmamento & ſub firmamento ſunt diſſimulandum.* Et quadantenus ex ipſis Adverſarijs Eſtius; & quamquam ἐκὼν εἰκόντι γε θυμῷ: *reſpondeo*, c inquit, *loqui Apoſtolum de cogitatione ac ſtudio rerum quibus homo evehitur ad ſupernam gloriam, per accidens autē quia Chriſtus Dominus ſecundum humanitatem in cœlis eſt, etiam ad locum reſpexiſſe.* Et Juſtinianus: *hæc ſpiritualia, non dignitate ſolum & excellentia ſurſum eſſe dicuntur, ſed quia re vera aditum ad cœleſtem patriam parant, in qua Chriſtus ad dexteram Dei ſedet. Dum enim hæc ſectamur mente & cogitatione, (quandoquidem corpore nondum licet) in cœlo una cum Chriſto verſamur.* Denique, ne nimis prolixus ſim in re clara, idem notant Thomas, Dionyſius Carthuſianus, Cajetanus, Cornelius a Lapide, Menochius, Ferinus, & innumeri alij. Nec aliud ſenſit Auguſtinus in loco objecto. Mens enim ipſius non eſt per ſpiritualia de quibus Apoſtolus loquitur, non eſſe prorſus intelligenda illa quæ locis & partibus mundi *ſurſum* ſunt; ſed tantummodo vult, ſpiritualia illa eſſe exponenda, non ſimpliciter & ſolum de ijs quæ in locis & partibus mundi ſurſum ſunt, verum de ijs quæ quoque & ſimul ſurſum ſunt merito excellentiæ ſuæ. Sic enim ipſe ſe explicat varijs in locis a nobis alibi citandis. Unus & alter impræſentiarum ſufficiet: d *Dominus Ieſus Chriſtus aſcendit in cœlum, aſcendat cum illo & cor noſtrum. Audiamus Apoſtolum dicentem*, ſi conſurrexiſtis cum Chriſto, &c. *Sicut enim ille aſcendit, nec receſſit a nobis* (ſcil. in quantum Deus eſt) *ſic & nos cum illo jam ſumus quamuis nondum in corpore noſtro factum ſit quod promittitur nobis.* Et rurſus in expreſſo ad recens baptizatos de Euchariſtia ſermone, eos de hujus myſterij natura inſtruens: *tenetis*, e inquit, *ſacramentum ordine ſuo. Primò poſt orationem admonemini habere ſurſum cor. hoc docentur membra Chriſti. Si enim membra Chriſti facti eſtis, caput veſtrum ubi eſt? Membra habent caput. Si caput non præceſſit, membra non ſequerentur. Quo ivit caput veſtrum? Quid reddidiſtis in ſymbolo? Tertio die reſurrexit a mortuis, aſcendit ad cœlum, ſedet ad dexteram Patris. Ergo in cœlo eſt caput noſtrum. Ideo, cum dicitur, Surſum cor, reſpondetis, habemus ad Dominū.* Conſtat ergo Apoſtolum loqui de rebus quæ dicuntur ſurſum eſſe, tum ratione loci, iſque opponere res quę ſuper terram pariter eſſe dicuntur, ſive ratione utilitatis aut malitiæ, ſive etiam ratione loci; docereque, illas eſſe quærendas ubi ſunt, has ubi ſunt non quęrendas & ſtudioſe curandas. Ac proinde, cum inter illas diſerte Chriſtum reponat, illum excludit ex rebus quæ ſuper terram ſunt, (conſequenter quoque ex Euchariſtia quæ ſupra terram eſt) ſi non ratione dignitatis & excellentiæ, ſaltem loci ratione. Unde rectè Ambroſius jam a nobis ſupra citatus: *Ergo*, inquit Dominum ipſum alloquens, *non ſupra terram, nec in terra, nec ſecundum carnem quærere te debemus, ſi volumus invenire.* Quærat jam ab eo Gerhardus qua fronte id aſſerere auſit? Nec ullius momenti ſunt quæ in contrarium vel excipit, vel objicit. Nam per ea quæ *ſurſum ſunt*, ut jam diximus, Dominus non intelligit ea ſolum quæ *ſurſum eſſe* dici poſſunt propter excellentiam ſuam, quo ſenſu *novus homo, agnitio Dei*, & alia enumerata, aliquatenus ſic appellari poſſunt, magis autem proprie *deſurſum* eſſe dicuntur; ſed illa etiam quæ ſurſum ſunt conſideratione loci, quo ſenſu *novus homo, agnitio Dei*, ſurſum non ſunt, ſed tantummodo aliquando erunt poſt termini ſui complementum & perfectionem in cœlis; quaſque hîc quoque Apoſtolus non recenſet inter res ſupernas, per quas vitam & gloriam ſignificat, ſed longe poſt, inter media ad has ſupernas obtinendas ordinata, ut bene monet Cornelius à Lapide. Nec rurſus illum juvat ſuppoſititius ille Gelaſij Cyziceni canon Nicænus: non enim intelligit Chriſtum aliter eſſe in Euchariſtica menſa quam mortuum, ac proinde repræſentative tantum, ut loco ſuo docebitur. Nec Chryſoſtomi locus, vel quod ex eo concludit. Quis enim,

f *Epheſ. 1. 20.*

g *Heb. 8. 1.*

a *De reſurrectio. c. 43.*

b *In Coloſſ. 32.*

c *Vid. l. 2. in Auguſtino c. 2. in loco 4.*

enim, ſui compos dicat, philoſophica argumenta diſertis Chriſti verbis eſse opponenda? Iniuriam certe nobis facit & quidem graviſſimam, cum id nobis imponit. Scimus enim verba Chriſti Philoſophicis omnibus argumẽtis eſſe præponenda, ſi quid illis contrarium concludant ac ſtatuant. At nil vetat id quod falſum eſt, & Philoſophicis, & Theologicis è ſcriptura ductis, argumentis refellere. Id autem eſt quod facimus. Nec denique ullius momenti eſt, quod objiciunt Bellarminus & Eſtius, *magos quæſiviſſe Chriſtum in præſepi, Virginem matrem in templo, Magdalenam in Sepulchro, & tamen nullum eſſe adeo inſanum qui dicat, id faciendo, non quæ ſurſum ſunt ſed quæ ſupra terram contra Apoſtoli præceptum quæſiviſſe aut ſapuiſſe.* Cum enim Dominus tunc eſset in terra, cor procul dubio habebant ad illum ſpiritualiter elevatum qui illum quærebant in terra, ac ibi quærendo rectè faciebant: Nam id Paſtores & Magos jubebant Angeli, ſupponentes in terra eſſe; tuncque illum non *ſurſum* quâ hominem in cœlis quærebant, quia fruſtra quæſiviſſent, vbi non erat. At poſtquam è terra diſceſſit, jubet nos ſcriptura illum quærere, non ſupra terram; ſed ſurſum in cœlis ad dexteram Dei. Supponit igitur illum non amplius eſſe in terra: adeo, ut quemadmodum Angeli mulieres increparunt Dominum in ſepulchro quærentes, *Vivum inter mortuos*, ita graviſſima merito cenſura notandi ſint, qui poſt Apoſtoli præceptum Dominum ad dextram Patris ſupra cœlos elevatum in terra quærunt. Ambroſium jam audivimus id nobiſcum concludentem. Addamus & Origenem id ex Apoſtoli verbis ſimiliter colligentem, ut in ore duorum ſtet hoc verbum:

[f] *In Leviticum hom. 10. vid. & apud Chryſoſt. de pœnitentia Tom. 6.*

Apoſtolus, [f] inquit, *abſtrahere nos volens ab his viſibilibus & terrenis, & erigere animos ſenſuſque noſtros ad cœleſtia, clamat & dicit*, Si reſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt quærite, non quæ ſuper terram. *Nonne aperte tibi dicit, noli quærere in terris Ieruſalem, nec obſervantias legis, nec jejunium Iudeorum, ſed jejunium Chriſti. Jejunans enim debes adire Pontificem tuum Chriſtum, qui utique non in terris requirendus eſt, ſed in cœlis.*

Quinto occurrunt hæc ſcripturæ loca quæ docent nos longe abeſſe a Domino. Ita 2. Cor. 5. 6. *dum ſumus in corpore, peregrinamur a Domino*: & v. 8. *magis optamus peregrinari a corpore, & præſentes eſſe apud Dominum.* & Philipp. 1. 3. *cupio diſſolvi & eſſe cum Chriſto.* Nam quomodô poſſunt ſubſiſtere ſimul hæc duo, *nos abeſſe a Domini humanitate & cupere eſſe cum illa*, & *eandem nobiſcum eſſe ac in ſtomachis noſtris præſentiam ſubſtantialem habere.* Hæc plane antiphatica ſunt.

[g] *Philipp. 3. 20.*

Sextò, Apoſtolus ait: [g] *Converſatio noſtra in Cœlis eſt, unde etiam Salvatorem expectamus.* At ſi illum expectamus ad nos venturum; Ergò uſque ad adventum nobiſcum non eſt. Nec obſtat quod reſpondet Bellarminus, *expectare jubemur ut veniat cum gloria reformaturus corpora noſtra, mundum judicaturus, &c, cum qua expectatione non pugnat inviſibilis præſentia ad nos interim reficiendos.* Nam contra id pugnare dico. Sicut enim diſcedere ab aliquo loco, &, in eodem manere, contradictionem implicat, ita & aliquò venire, &, ibi antè adventum jam eſſe, pariter involvit. Nam motus localis eſt tendentia ad terminum qui antè non habebatur, ut rectè monet [h] Nyſſenus.

[h] *De fato.*

Septimò proferimus ea ſcripturæ teſtimonia in quibus Dominus pollicebatur, ſe, poſtquam diſceſſiſſet, miſſurum in locum ſuum Spiritum conſolatorem, præſentiæ ſuæ defectum compenſaturum. Joan. 14. 16. *rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit vobis, ut maneat vobiſcum in æternum*: Et v. 25. & 26. *Hæc locutus ſum vobis apud vos manens, paracletus autem Spiritus Sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia*: & cap. 16. 7. *Expedit vobis ut abeam: Si enim non abiero, Paracletus non veniet ad vos; ſi autem abiero, mittam eum ad vos.* Clara verba. Nam indè ſequitur, aut Spiritum Sanctum, nondum veniſſe: quod evidenter falſum eſt, & contra ſcripturam; aut, ſi venit, Salvatorem hîc non amplius eſſe per humanitatem ſuam, ſed tantum per Vicarium ſuum (ut illum Tertullianus appellat) Spiritum Sanctum. Reſpondet Bellarminus: [b] *Argumentum de adventu Spiritus Sancti, aut ego nihil video, aut juvat cauſam noſtram.* Quod ſanè mirum eſt tam confidenter pronuntiari, adeo parum veriſimile eſt. Quomodo autem? *Nam Spiritus Sanctus*, inquit, *non promittebatur ut ſupleret omnem Chriſti præſentiam; ipſe enim ibidem dicit*, non relinquam vos orphanos, veniam ad vos, *& Matthæi ultimo*, vobiſcum ſum uſque ad mundi conſummationem: *ſolum ergò ſupplere debuit præſentiam Chriſti inter homines humano more converſantis. Quia enim Apoſtoli carituri erant conſpectu Chriſti, & concionibus atque exemplis ejus, egebant majori gratia interna, qua ſuppleret externam illam conſolationem & auxilia: atque hoc eſt quod Chriſtus illis promiſit, cum alium Paracletum promiſit. Quod certè nihil facit contra præſentiam Chriſti in Euchariſtia: ſic enim ibi præſens eſt Chriſtus, ut eum nec videamus, nec audiamus, neque nobiſcum humano more converſetur.* Verum rectè dixit, ſe nihil videre. Nam, quaſi colligeremus per adventum Spiritus Sancti ſupplendum fuiſſe defectum præſentiæ Chriſti, etiam quâ Dei, objicit illum dixiſſe, *ego vobiſcum ſum uſque ad conſummationem mundi*; quod ſane de Chriſto, ut Deo, accipiendum eſſe veteres unanimiter affirmant; ſicuti & quando dicit, *veniam ad vos*, aut de ſe rurſus tanquam Deo ἀνθρωποπαθῶς loquitur, aut, ſi etiam de ſe tanquam homine, intelligit id ſe facturum

[a] *De veland. virginibus cap. 1.*

[b] *ubi ſupra.*

eſse, non per ſe, ſed per vicarium illum ſuum conſolatorem. At non ita procedit noſtrum argumentum. Hoc eſt quod dicimus: Dominum polliceri, ſe poſtquam humanitatem ſuam intuliſset cœlo, miſsurum Spiritum ſuum qui ejus vice nobiſcum eſset; unde invicte ſequitur, eam non amplius nobiſcum eſſe, nec viſibiliter, nec inviſibiliter. Probatur primo: quia alicunde proprie diſcedere, non eſt ibi inviſibiliter remanere, ſed inde abire & inde prorſus abeſse ſecundum id quod diſcedit. At Dominus juxta humanitatis ſuæ ſubſtantiam proprie è terra diſceſſit: Igitur è terra prorſus abeſt, nec in ea inviſibiliter eſt. Secundo, quia Spiritum S. nec videmus pariter, nec audimus, neque nobiſcum humano more converſatur, nec ea de cauſa ullo modò ſupplet præſentiam Chriſti ea ſimpliciter ratione ſpectatam. Igitur dicendum eſt ipſum illius præſentiam quà hominis ut in univerſum & ſubſtantialiter abſentis, præſtare. Tertiò, quia quicumque, poſtquam abiit, propriè loquendo, mittit vicarium qui locum ſuum teneat, eo ipſo teſtatur ſe præſentia ſubſtantiali prorſus & ſimpliciter abeſſe: alioquin id quod alicujus vice eſt, cum ipſo eſset cujus vice eſt. At Dominus, poſtquam abijt propriè loquendo juxta humanitatem ſuam, miſit vicarium qui locum ſuum teneat in terra, videlicet, Spiritum Sanctum: ergò eo ipſo teſtatur ſe ſecundum humanitatem ſuam præſentia ſubſtantiali a terra prorſus & ſimpliciter abeſse. Deniquè, quia dominus ait; *rogabo Patrem & dabit vobis alium Paracletum ut maneat vobiſcum in æternum*: quibus verbis innuit ſe non remanſurum nobiſcum, ſed alium ipſi ſuccedentem, vid. Spiritum veritatis. At remanere inviſibiliter, remanere eſt: alioqui Spiritus Sanctus non diceretur manere nobiſcum, quia nobiſcum inviſibiliter manet, quod abſurdum eſt. Ergò non remanet inviſibiliter nobiſcum. Ut & ſanè, ſi remaneat nobiſcum inviſibiliter, nulla de cauſa diceret ſe alium eſse miſsurum qui & ipſe inviſibiliter nobiſcum maneret, cum perindè foret, aut hunc, aut illum habere. Agedum, dicat Bellarminus: *argumentum de adventu Spiritus Sancti juvat cauſam noſtram.* Nè tamen id injuria pronunciaſse videatur, probare contendit adverſus Calvinum, præclaro hoc argumento: Nam *ſicut Spiritus Sanctus*, inquit, *verè deſcendit, & tamen in cœlo etiam manſit, ita vere Chriſtus aſcendit, & tamen vere etiam manſit nobiſcum, non ſolum ut Deus, (quomodo ubique eſt) ſed etiam ut homo in Euchariſtia, ſed modo Spirituali & inviſibili.* Sed longè diſpar eſt ratio. Nam primò Spiritus Sanctus propriè loquendo non dicitur deſcendere, ſed metaphorice tantum, cum ſcilicet aliquò advenit per gratiam: Chriſtus autem quatenus homo, vere ac proprie dicto motu locali receſſit à terra & aſcendit in cœlum. Secundò, Spiritus Sanctus cum ſit immenſus & infinitus poteſt eſſe & re vera eſt ſimul in cœlo & in terra: humanitas autem Domini cum ſit finita & circumſcripta, *nunc quia in cœlo eſt*, ait [c] Vigilius, *non eſt utique in terra.* Abſurde igitur inter res adeò diſpares comparationem inſtituit.

[c] *Contr. Eutych. lib. 4.*

Octavò urgemus locum Apoſtoli Hebr. 8. 4. ubi de Domino loquens ait: *ſi eſſet in terra, nè ſacerdos quidem eſſet, manentibus illis ſacerdotibus qui ſecundum legem offerunt dona.* Ergo, inquam, ex mente Apoſtoli non eſt amplius in terra: proinde nec in Euchariſtia. Reſpondet Gerhardus, [d] ſenſum Apoſtoli eſſe, Chriſtum *non eſſe terrenum ſacerdotem, ut ſacerdotes Levitici erant, quos vocat terrenos quia exemplari & umbræ deſervierunt, hoc eſt, in tabernaculo manufacto terrena ſacrificia tractarunt, ſed cœleſtem ſacerdotem quia ſeipſum obtulit victimam Deo & in tabernaculum οὐρανοποίητον eſt ingreſſus ut cap. ſeq. v. 11. & 12. explicatio additur.* Probat *primò, quia alioqui ſequeretur Chriſtum non fuiſſe Pontificem, cum in ara crucis ſe offerret Deo in odorem ſuavitatis: Secundò, quia adhuc ſequeretur, Chriſtum ne quidem ſecundum divinam naturam in terris præſentem eſſe, quod tamen Adverſarij aſſerunt.* Sed hæc nullo negotio refelluntur. Nam, verum quidem eſt Apoſtolum his verbis innuere Chriſtum non eſſe ſacerdotem, quales olim Levitici erant in tabernaculo manufacto victimas & donaria offerentes, ut ex antecedentium & ſequentium verborum collatione conſtat, ſed aliud ſignificat per hæc verba, *ſi in terra eſſet, ne ſacerdos quidem eſſet*, &c; nempè, non modo eum non eſſe ejuſmodi ſacerdotem quales illi erant, ſed etiam impræſentiarum non fore, ſi adhuc in terra eſſet: eo ipſo apertè indicans, illum jam in terra non eſſe. Nam quemadmodum cum Martha illi diceret, [e] *Domine, ſi fuiſſes hîc, frater meus non occubuiſſet*, evidenter ſupponebat Dominum, cum Lazarus moreretur, ibi non fuiſſe; ita & quandò Apoſtolus ait, *ſi in terra eſſet, ſacerdos non eſſet*, pro certo ſupponit eum jam in terra non eſſe. Nec hæc loquendi formula, aut ei ſimiles aliter unquam ſumuntur aut ſumi poſſunt. Quod & rurſum ex eo patet, quia ſi is foret Apoſtoli ſenſus, *ſi in terra eſſet*, id eſt, *ſi ſacerdos terrenus foret, nè ſacerdos quidem eſſet* &c, falſus & abſurdus foret: terrenus enim ſacerdos nōnè ſacerdos eſt, & terrena ſacrificia ac donaria offerre debet? Propoſitum ergò ejus eſt; Chriſtum ſi adhuc in terra foret, non fore ſacerdotem qualis illi quondam in veteri tabernaculo victimas irrationales offerentes. Sic enim & Chryſoſtomus: [a] *ſi ſacerdos eſt, ſicut certè eſt, oportet ipſum quærere alium locum. Super terram enim exiſtens, non jam eſſet ſacerdos.* Et Haymo, ſeu potius Remigius, [b] *Si ergò eſſet ſuper terram, ſubaudi, ſacerdos terrenus ſecundum ordinem Aaron, nec eſſet ſacerdos ſecundum ordinem Melchiſedech;*

[d] *Ubi ſupra num. 114.*

[e] *Joan. 11. 21.*

[a] *In epiſt. ad Hebr. hom. 14.*

[b] *In comment.*

alios ei ſimiles ſi qui fortaſſe fuerunt prædictionis hujus partem aliquam feciſſe, ac eam in ipſis aliquatenus inchoatam fuiſſe; Sed non propterea recte concludi poterit, illam habuiſſe in eis complementum ſuum: idque duplici de cauſa. Una eſt, quia poſtquam Dominus de hiſce deceptoribus nobis cavendum eſſe monuiſſet, immediate ſubjungit: *Statim autem poſt tribulationem dierum illorum ſol obſcurabitur & luna non dabit lumen ſuum, & ſtellæ cadent de cœlo, & virtutes cœlorum commovebuntur, & tunc parebit ſignum filij hominis in cœlo, & tunc plangent omnes tribus terræ & videbunt filium hominis venientem in nubibus cœli cum virtute multa & majeſtate.* Quibus verbis planè indicat, ſe maxime loqui de eis qui tempore noviſſimo & paulò antè adventum ſuum eſſent orituri. Notat id expreſſe idem qui ſupra Hieronymus quaſi ex profeſſo retractans quod antè dixerat de factioſis principibus: *Melius*, inquit, *de conſummatione mundi intelligitur*; id eſt, de illis qui circa mundi finem erunt. Idem pariter obſervant Chryſoſtomus & Theophylactus, ac ex ipſis Adverſarijs Dionyſius Carthuſianus, Janſenius, Barradius, Emmanuel Sa, Menochius, & Tirinus. Altera, quam ſupra nominati Barradij verbis exprimam, eſt quia *tempore illo quo everſa eſt Ieruſalem a nullo Scriptore memoriæ proditum eſt Pſeudo-prophetas miracula patraſſe talia ac prodigia, quæ poſſent in errorem ducere etiam electos: Imo nulla prodigia ediderunt.* Ac proinde in alijs neceſſariò requirendus eſt prædictionis hujus eventus. Secundo, verum quidem eſt Dominum his verbis innuere, ſe verum eſſe Chriſtum promiſſum, nec alium recipiendum licet pro Chriſto ſe venditaret: ſed verum quoque eſt illum his verbis docere, non eſſe credendum ijs qui Chriſtum poſtquam abijſſet in deſerto nihilominus, aut in penetralibus domorum, aut penuarijs eſculentorum exiſtere affirmaverint. Tertio, Pſeudo-Chriſtos illos ſicut & Pſeudoprophetas illorum miracula patraturos aſſerit Dominus: ſed illos omnes concionaturos non affirmat. Et, ſi fortè id generatim non modo de Pſeudo-prophetis ſed & de Pſeudo-Chriſtis diceret, id indefinite de illis qui varij & plures eſſe poſſunt, non neceſſario de ſingulis intelligeret: quemadmodum etſi demus quoſdam Pſeudo-Chriſtos fore viſibiles, non ſequitur continuo omnes fore conſpicuos, & quidem ſemper, non magis certe quam ſemper miracula patraturos. Nam cum Dominus moneat Pſeudo-prophetas dicturos, Chriſtus eſt, tum in deſerto, tum in penuarijs, innuere potius videtur, Chriſtum illum de quo talia tabulaturi ſunt fore Chriſtum quendam latitantem & occultum, ſicut ſolent deliteſcere & inconſpicui eſſe qui aut in deſerto, aut in locis ſecretis ſunt ab oculis hominum remoti, cuique propterea opponit futuram ſuam in majeſtate & ſplendore præſentiam. Quamquam, etſi dicere vellet, illum interdum conſpicuum fore miraculaque patrantem, id utiquè rectè quadraret in eum quem Adverſarij in Euchariſtia eſſe dejerant, ſi ipſimet vera narrant. Nonne enim dicunt [a] Chriſtum nonnunquam inibi manifeſte apparuiſſe in forma infantis luce gloriæ coruſcantis? Imò, annon etiam varia recenſent ab ipſo in hoc ſacramento edita ſigna & miracula? Ut taceam, præſentiam illā localem & inviſibilem quam ei cum polytopia tam affirmate tribuunt, prodigium maximum eſſe. Nec obſtat, quod objiciunt Chriſtum illum ſuum *non eſſe in deſerto, ſed in medijs urbibus & frequentiſſimis templis.* Nam quamvis illum non dicerent in deſerto eſſe, ſufficeret quod eum dicant in promptuarijs eſſe. Edicit enim Dominus neutrum horum eſſe credendum. Sed profecto utrumq; dicunt, ſi quę fides ipſorum eſt. [b] Barradius enim deſertum interpretatur de *locis publicis.* At nunquid eum ajunt in locis publicis eſſe quando per plateas, per compita, per agros & campos nonnunquam circumgeſtatur? Verum, jam ſupra monui, ſenſum Dominicum eſſe, Chriſtum illum pſeudo-prohetarum inconſpicuum & occultum fore, ac, ut Hieronymus notat, *in loco parvo & abſcondito.* Poſtremo ratio ipſa propter quam Dominus ait non illis eſſe credendum qui ipſum aut in deſerto aut in promptuarijs fore affirmaturi ſunt, validiſſime evincit eum juxta corpus minime jam eſſe præſentem: *ſicut enim fulgor*, inquit, *exit ab Oriente & patet uſque in Occidentem, ita erit & adventus filij hominis.* Nam primo confictæ illi ab hiſce deceptoribus, ſive in penetralibus ac penuarijs, ſive in deſerto præſentiæ ſuæ, opponit adventum ſuum in orbis conſummatione. Supponit enim his verbis, ſe hinc brevi migraturum, & in cœlos aſcenſurum, nec hûc ante mundi finem eſſe rediturum. Vana autem prorſus fuiſſet adventus hujus futuri contra illos oppoſitio, niſi ſubintellexiſſet ſe antè reditum ſuum in terris omninò non fore, ac proinde nec in deſerto nec in promptuarijs quę in terra ſunt. Alioqui facillime ei regeſſiſſent futurū adventum illū in mundi conſumptione, nullomodò prohibere quominus interea ſit in deſerto & penuarijs: quemadmodum Adverſarii perpetuo nobis occinunt, illum, licet adventaturum ad ſeculi finem, eſſe tamen hîc & illic in Euchariſtia, varijſq; Ciborijs. Itaque, prorſus neceſſe eſt, ut oppoſitio valeat, mentē ejus eſſe, ſe ante adventum ſuum nullomodo fore præſentē. Qui enim diſcedit alicundè, ibi nō eſt, donec illuc redierit. At, inquit, non rediturus, ſum ante mundi finem; Ergò ante mundi finem hic non ero. Secundò, vocabulum Græcum quod redditur per *adventum*, illud ipſum vocabulum eſt quod præſentiam ſignificat, videlicet

a *Bellarm. de Euchariſt. l. 3. c. 8. Baron. ad. ann. 1192. Coccius in theſauro. & innumeri alij*

b *Tom. 3. l. 9. c. 9.*

videlicet παρουσία: nempe quoniam adventus illius qui diceſſerit, & ipſius præſentia reapſe idem ſunt. Intelligit ergo falſo prædicatum iri, ſe aut in deſerto aut promptuarijs fore, quia antè mundi finem præſens hic non ſit futurus. Deniquè, comparatio quam inſtituit fulguris cum præſentia & apparitione ſua, aperte excludit præſentiam neſcio quã occultam & inviſibilem. Nam ſi fulgur eſt, apparet: &, ſi non apparet, non eſt. Ita, inquit, ſi hic eſſem, apparerem procul dubio, neque vel in promptuarijs, vel in deſerto latitarem. At appariturus non ſum niſi quando advenero in ſplendore & gloria: antè tempus igitur illud me fore præſentem nullomodo credendum eſt. En ſinceram & genuinam rationis ejus analyſin, alioqui prorſus infirmam & evanidam.

CAPUT XXV.

In quo refutatur præſentia realis corporis Chriſti ſub pane aut accidentibus panis ex duabus veri ſolidiquè corporis proprietatibus, ſcilicet viſibilitate & palpabilitate.

TERTIA claſſis argumentorum contra realem (quam vocant) præſentiam, ducitur è duabus veri ac ſolidi corporis proprietatibus, nempè, viſibilitate & palpabilitate.

E priori ſic argumentamur: Nullum verum ac ſolidum corpus inviſibile eſt. At corpus illud Domini quod in Euchariſtia realiter præſens eſſe dicitur, inviſibile eſt; Ait enim Cotonus, e *corpus Chriſti actu habere in Euchariſtia inviſibilitatem illam quæ Spiritibus connaturalis eſt.* Ergo non eſt verum ac ſolidum corpus. Fides tamen docet, corpus Chriſti eſſe verum ac ſolidum corpus: in Euchariſtia igitur non eſt. Majorem probat univerſa antiquitas, poſt philoſophum. Sic enim Philoſophus: d *mutuo ſe conſequuntur color & magnitudo.* e *Neceſſarium autem eſt colorem videri in lumine.* Tertullianus: f *corpus hominis non aliud intelligam quam omnem iſtam ſtruem carnis*, &c. *quod videtur, quod tenetur, quod denique ab hominibus occiditur. Sic & parietis corpus non aliud admittam quam camenta, quam ſaxa, quam lateres; ſi quis arcanum aliquod corpus inducit, oſtendat, revelet*, &c. Methodius: g *Deus eſt incorporeus, ac proinde inviſibilis.* Lactantius Epicuri, Democriti & Leucippi atomos impugnans: *quæ ſi ſint corpuſcula*, h inquit, *& quidem ſolida, ut dicunt, ſub oculos certè venire poſſunt.* Euſtathius Antiochenus: i *ſi inviſibilis erat incorporeus erat.* Titus Boſtrenſis: k *Omne quod ſub aſpectum cadit cum ſit corpus, natura oppoſitum eſt inaſpectabili & incorporeo, cujus opus eſſe poteſt, & quidem opus valdè mirabile, ſimilitudinem verò naturæ nullam habere poteſt.* Didymus: l *ſi quid inviſibile eſt, confeſtim ſequitur eſſe incorporeum.* Gregorius Nazianzenus: m *Si Deus foret corpus, quomodò eſſet inviſibilis? Id nè convenit corporibus?* Gregorius Nyſſenus de terra loquens: n *ſi inviſibilis eſſet, colore careret. Quod autem ſine colore eſt, figura vacat ac proinde corpus non eſt.* Auguſtinus: o *Niſi (Dominus) corporaliter abiret* (id eſt, abiiſſet) *a nobis ſemper ejus corpus carnaliter videremus.* Cyrillus, aut Author tractatus de Trinitate inter ipſius opera: *quomodo fieri poſſet, ut quod ſine figura eſt nec tangi & videri poteſt, ſit corpus?* Vigilius, de ipſomet Chriſti corpore loquens: p *Neceſſe erit, ut caro, ſicut & Verbum, ſi unius cum eo eſt naturæ, increata ſit & inviſibilis*, &c. *Sed carnem his conditionibus ſubjacere impoſſibile eſt.* Ephræm quoque Antiochenus de Domino pariter loquens, q *nemo mentem habens dicere poteſt eamdem naturam eſſe viſibilis & inviſibilis.* Denique Damaſcenus: r *quomodò id quod inviſibile eſt, corpus eſt?* Quid clarius? Reſpondere tamen conantur Adverſarij.

Primo enim Gerhardus ex conſubſtantiatorum parte reſpondet: s *nè quidem in corpore merè naturali perpetuæ veritatis eſt quod ſemper actu videatur. Actu videre vel non videri eſt externum corporis accidens, nequaquam verò interna & eſſentialis ejuſdem proprietas. Corpora ſubtilia qualia ſunt aer & ignis, viſum noſtrum effugiunt. Scaliger exercitat.* 9. quæ in verubus aſſantur, ab eo quem videmus igni non tanguntur, ſed ab eo quem non videmus adeo vere tanguntur ut etiam crementur. *Diſtinguendum igitur inter potentiam & actum, ſive inter actum primum & ſecundum. Quodlibet corpus naturale eſt viſibile potentia, ſed non ſemper actu. Scaliger exercit.* 125. *ſect.* 4. Color ſua natura viſibilis eſt, etiamſi nunquam videretur, quandoquidem potentia non tollitur per objectorum ablationem, nequè è contrario deletur objectum per amotionem poteſtatum. *Quod ſi in corpore merè naturali non eſt perpetua veritatis quod ſemper actu videatur, quantò minus de corporibus glorificatis aſſeri poterit quod neceſſarium ſit oculis hominum nondum glorificatorum actu ea ſemper videri, ſi ſint præſentia? Imo vero cum Domino Geſnero ſtatuimus tantum abeſſe ut corpora glorificata ab oculis nondum glorificatis actu ſemper videantur, ut nec poſſint videri, niſi peculiaris œconomia ac diſpenſatio divina acceſſerit, ſi quidem corpora glorificata ſunt* πνευματικὰ propter πνευματικὰς. 1. Cor. 15. v. 44. *ſunt lucidiſſima & fulgidiſſima inſtar lucis ſolaris* Matth. 13. 43. *ſunt tenuiſſima & ſubtiliſſima* Matth. 22. 30. *Quomodò igitur a carnalibus obſcuris & craſſis oculis hominum nondum glorificatorum abſque peculiari diſpenſatione divina actu viderentur, vel etiam videri poſſent? Inter objectum & organum viſus certa requiritur proportio & συμμετρία docente Philoſopho* 2. *de anima cap.* 9. *At qua analogia inter corpus* πνευματικὸν

a *Inſtit. l.* 1. *c.* 5. *& Genevæ plagiaire depravat.* 15 *& confirmat.* 83.
d *De anima l.* 3. *c.* 1. ἅμα τὸ ἀναπνεῖσθαι καὶ τὸ ὁρᾶσθαι ἅμα ἄμφω πρὸς ἀέρα.
e *Ibid. l.* 2. *c.* 7. τὸ χρῶμα ἀναγκαῖον εἰς φανερὸν ἐρᾶσθαι.
f *De reſurrect. c.* 35.
g *Apud Phot. bibliothec. cod.* 234
h *Lib.* 3 *cap.* 17.
i *De Engaſtrimytho.*
k *Contr. Manich. l.* 2.
l *Caten. in Joan. c.* 4. 24.

& oculum ψυχικὸν? Matth. 27. v. 53. de Sanctis cum Christo resuscitatis commemoratur, quod apparuerint multis, *quo ipso innuatur quod non quibusvis obvijs ex naturali corporis constitutione, sed aliquibus duntaxat ex peculiari dispensatione apparuerint. At si in corpore glorificato non est perpetua veritatis quod ab oculis nondum glorificatis semper actu videatur, quantò minus in corpore Christi in hypostasin filij Dei assumpto, & ad dexteram Dei erecto locum habebit?* Hæc illè: sed facilè refellitur. Primò enim ἀνεγκεφάλωτον omninò est quod affert de aëre & de igne illo quo ea quæ in verubus sunt assantur. Nam, ut taceam non esse propriè loquendo substantiam ipsam ignis quo illa quæ in verubus sunt assantur, sed potius aëre calore ignis affectum; tum aer, tum ignis ille, corpora sunt tenuia, non solida: argumentum nostrum a corporibus solidis procedit, inter quæ & tenuia illa maximum discrimen est, cum solida colorata sint, tenuia verò illa minimè. Secundò, distinctio illa inter actum & potentiam tantummodò locum habet in ijs rebus in quibus actus & potentia differunt realiter. At nonnullæ sunt in quibus illæ eædem sunt realiter, ut lux & lucere, motus & movere, vita & vivere, &c. Ita autem se prorsus habet visibile esse & videri, si modò adsit facultas videndi capax & inter eam objectumq; nullum interficiatur impedimentum. Quod ipsum & innuit locus ex illustriss. Scaligero citatus. Ait enim, colorem natura sua esse visibilem. Et quandò addit, *etiam si nunquam videretur*, sensus est ut sequentia docent, *etiamsi nulla esset facultas videndi capax illum inuens.* Semper enim in se visibilis esset, quamvis nulla esset potentia illum actu videns. Nam licet visibilitas non constituat essentiam veri ac solidi corporis, tamen est consequens illius essentiale & inseparabile, ut patet ex testimoniis veterum supra citatis. Tertiò, imperitè admodum dicit, corpora glorificata non modo non videri actu necessariò etiamsi præsentia sint, sed nec videri quidem posse absque peculiari dispensatione divina. Corpora enim glorificata, per glorificationem corpora non desinunt esse, ac proindè colorata sunt & ex consequenti per se visibilia. Imo si *sint luculentissima & fulgidissima instar lucis solis*, ut ipse Gerhardus agnoscit, quomodò, si præsentia sint negat ea posse videri, nisi ex dispensatione? Minimè enim opus est peculiari dispensatione ad intuitionem objecti fulgidissimi: contra potius opus est peculiari œconomia ad impediendam ejus visionem. Nec contra quicquam faciunt quæ objicit in contrarium. Nam per *corpus Spirituale* Apostolus non intelligit, *corpus qualitatibus Spiritualibus*, id est, invisibilitate *præditum*, ut supponit: id enim falsissimum est; sed, ut notat Augustinus, d *eo quod nutu modo ad omnem facilitatem & incorruptionem Spiritui subdatur, & sinè ulla indigentia corporalium alimentorum solo vivificetur spiritu.* Nec Matthæi 22. 30. dicitur, *corpora glorificata fore tenuissima & subtilissima*; sed tantum, *in resurrectione neque uxores ducunt, neque nuptum dantur, sed sunt velut Angeli Dei in cœlo*; hoc est, nullus erit in corporibus glorificatis conjugij usus. Quod mirum est a Viro Docto ad invisibilitatem per tenuitatem ac subtilitatem detorqueri. Nec verum est, nullam esse proportionem inter corpus glorificatum & oculum nostrum animalem, id est, carnalem ab anima vivificatum. Nam cum corpus glorificatum verum ac solidum coloratumque corpus sit, imo & fulgidissimum, quis negare possit inter illud & oculum nostrum proportionem intercedere? Longè enim aliud est dicere, illud propter nimium fulgorem vix intentis oculis attentè conspici posse: aliud, invisibile esse & a nobis videri non posse: quod posterius falsum esse nemo non videt. Denique quod de Sanctis cum Christo resuscitatis commemoratur, quod *apparuerint multis*, non ideò dicitur, ut innuatur eos ex glorificati corporis conditione invisibiles esse factos, nec videri potuisse (etjamsi præsentes alicubi fuissent) ex natura illa sua nisi ex peculiari dispensatione, ut conjectat Adversarius; sed tantummodò, ut doceatur illos ad fidem resurrectionis suæ a nonnullis quibus se præsentes sistere voluerunt fuisse conspectos. Quid autem hoc ad invisibilitatem Spiritibus connaturalem?

Secundò e Maldonatus, f Bellarminus, Cotonus & g Gamachæus varia recensent impedimenta quæ corpus licet visibile sit, videri tamen prohibeant. Primum est, *si tectum sit alio corpore.* Quod sanè verum est: sed Eucharistiæ non potest accommodari ad mentem Adversariorum. Nam corpus Domini quod in Eucharistia esse statuunt nullo corpore tegitur, quia accidentia panis non sunt corpus, sed tenuissimæ corporis apparentiæ corporis glorioli radijs ac fulgori facilè penetrabiles. Deindè, etsi daremus corpus Dominicum sub ipsis latitare posse, fractis ergò speciebus tegumentoque revoluto videretur, quod tamen non fit: undè manifestò patet falsum esse quod dicunt illud ibi delitescere. Secundum est, *quandò Deus impedit ne corpus species visibiles ad sensus transmittat.* At rursus hoc dici nequit de corpore Domini in Eucharistia, secundum Gamachæum a. Ipse enim cum b Suares c & multis aliis existimat Christum sub modo quo est in sacramento species visibiles effundere non posse, *ne quidem per absolutam Dei potentiam.* A Deo ergò non prohibetur. Quoad cæteros verò qui negant id esse impossibile, atque hoc impedimentum objectant, respondemus illos pro arbitrio fingere actionem illam Dei impeditivam ex mera suppositione

d *De Genes. ad litter. l. 12. cap. 7. & in Enchirid. c. 91.*

e *In Luc. 4. & Ioan 8.*
f *De Euch. l. 1. c. 13.*
g *Ad q. 75. c. 2.*

a *Ad q. 76. c. 5.*
b. *Ad. q. 76. sect. 4. disp. 53.*
c *Paludan. in 4 dist. 10. q. 4. art. 1. Capreolus ibid. Marat. disp. 26. sect. 2.*

tione præſentiæ corporis Chriſti. Probent autem æquè liquido corpus Chriſti inibi eſſe, ac nos manifeſtè probamus illud ibi non videri, tum facilè illis dabimus Deum cohibere diffuſionem ſpecierum ſenſibilium. Quod ſi non fecerint, ut certè facere non poſſunt, negaſſe illorum commentum, erit refutaſſe. Tertium, ac *præcipuum obſtaculum quod prohibet Chriſti corpus in Euchariſtia videri, eſt*, inquiunt, *quia illic non habet extenſionem & commenſurationem partium in ordine ad locum, ſed ibi exiſtit more Spirituum indiviſibiliter.* At contra primò quamvis ita foret corpus Chriſti, nihilominus in Euchariſtia poſſet videri fractis involucris, ſi in illa eſſet. Nam ibi coloratum eſt, fatentibus Adverſarijs. At *neceſſe eſt*, inquiebat ſupra Philoſophus, *colorem videri in lumine.* Nec obſtat quod regerit Gamachæus, d *Coloratum eſſe, non ſufficere ad viſionem, niſi & localiter extenſum fuerit.* Nam contra Vaſques: e *non obſtat indiviſibilitas. Hæc enim non eſt modus aliquis poſitivus qui videri debeat, ſed eſt privatio extenſionis ad locum, ex qua privatione ſequitur ut color Chriſti qui eſt objectum viſus ſit totus in tota quantitate ſpecierum, & totus in quavis parte. Quamvis igitur ipſa indiviſibilitas, quæ eſt privatio, non videatur, poterit videri color ſine extenſione in loco, ac proinde totus in tota quantitate ſacramenti, & totus in quavis parte illius, eo ipſo quod videatur ſine extenſione in loco.* Deinde, merum eſt figmentum Adverſariorum, aliquid eſſe coloratum, & non eſſe extenſum: nec poteſt exemplum ullum ab ijs proferri præter hoc commentitium de quo inter nos controvertitur. Æquum autem non eſt rem dubiam (ſaltem) ac incertam pro fundamento ponere, & ignotum per æque ignotum fulcire velle. Denique ſuppoſititium quoque eſt quod ajunt, corpus Domini in Euchariſtia indiviſibiliter eſſe more Spirituum. Tam enim alienus eſt modus eſſendi Spirituum a corporibus, quam modus eſſendi corporum a Spiritibus, ut capite ſequenti fuſius docebitur.

d Adq. 76. cap. 5.
e Diſp. 195. c. 2. n. 13.

Verum ſupracitati omnes varia nobis objiciunt inviſibilitatis exempla, ſive in alijs corporibus, ſivè in ipſomet Chriſti corpore. Primo enim Gamachæus affert, *apertiſſimum locum* (ſic enim loquitur) ex libro quarto Regum 6. *ubi milites Regis Syriæ miſſi cum curribus & equis ad comprehendendum Helizæum, cum jam ad ipſum veniſſent, eumque alloquerentur, non tamen eum videbant: tunc enim ſequitur Helizæum, fuiſſe inviſibilem. Nota etiam hiſtoria Sodomitarum qui januam domus Loth invenire nunquam potuerunt, etiamſi diligentiſſime quærerent, aliaque omnia præter oſtium viderent &c.* Sed negatur hinc confici, aut Prophetam Helizæum, aut januam domus Loth tum inviſibiles fuiſſe. Inviſibilitas, ſi qua erat, erat in oculis militum Regis Syriæ, & Sodomitarum *cæcitate percuſſis* (ut ſcriptura ubique loquitur) non quidem abſolutè & quoad privationem omnius actus videndi, ſed quoad actum indicandi, ut videlicet videndo non diſcernerent Elizæum, & januam domus, quia ſpecies alia oculis objiciebatur quam eſſet vera forma Helizæi aut januæ domus. Sic enim poſt *f* Auguſtinum loca hæc duo, & recte exponunt ex ipſis Adverſarijs *g* Dionyſius Carthuſianus, Cajetanus, Eſtius, Sa, Mariana, Menochius & Tirinus. Secundo objiciunt omnes, *Chriſtum Dominum in diebus carnis ſuæ ſe inviſibilem reddidiſſe Judæis in ipſum conjuratis, cum dicitur Luc.* 4 30. tranſivit per medium illorum & abiit: *Et Ioan* 8. 59. Occultavit ſe, ex templo tranſiens per medium eorum: *Et Luca* 24. 31. *poſt reſurrectionem ſuam in convivio Emaumico ἄφαντος ἐγένετο ἀπ' αὐτῶν; deniq; per quadraginta dies a reſurrectione ſua habuit verißimum corpus, nec tamen ab omnibus paſſim videbatur, ſed ſolum prout illi placebat.* Verum, jam olim illis locis, teſte Leontio, abutebantur Manichæi, ut probarent non vere factam fuiſſe incarnationem Chriſti, ſed ſecundum apparentiam: *hinc de apparentia opinioni*, *h* inquit, *fidem adſtruebant ex quibuſdam dictis quæ in Euangelijs habentur, ex quibus ajunt quod in monte transformatus, & inaſpectabilis factus eſt, & rurſus quod multa turba circunſtante declinavit.* Ut videant Adverſarij quos duces ſequantur. Negamus autem hinc ſequi Dominum inviſibilem factum fuiſſe. Nam ad priora duo loca quod attinet, ſciendum primò eſt, hæc verba, *tranſivit per medium eorum*, Joannis 8. non legi apud Chryſoſtomum & Auguſtinum, nec in multis græcis exemplaribus, quod etiam Toletus obſervat, ut omninò videantur irrepſiſſe ex Lucæ 4. Secundò, ut id omittamus, facilè perſpicere eſt, non indè colligi poſſe Dominum factum fuiſſe inviſibilem Judæis, nedum in ſe inviſibilem: nempè, inquit *i* Tirinus, *vel oculos eorum aut phantaſiam divertebat, vel manus eorum obſtupefaciebat & quaſi ligatas tenebat, inquit Chryſoſtomus, Ambroſius, Euthymius.* Idem habet Eſtius, quamquam & alternativè aliquid de inviſibilitate hariolatus: qui etiam in loco Joannis, *abſcondit ſe*, exponit, per *ſubduxit ſe, quia nondum venerat hora paſſionis.* Guilliandus ſimiliter: *clanculum templum egreſſus eſt.* Et Janſenius Yprenſis: *ipſe autem tranſiens per medium Diſcipulorum ita ut eum videntes tenere non poſſent. Nec ſe inviſibilem hic Chriſtus reddidit ſicut putatur feciſſe apud Ioannem quandò abſcondit ſe & exivit de templo. Variis autem modis id fieri potuit, ſivè reſolvendo manus eorum quibus tenebatur, ſivè mutata ſubito, ſivè obſtupefacta furentium mente, ut ſentit Ambroſius.* Nec video, qua ratione Maldonatus ex hocce Joannis loco inviſibilitatem Chriſti adeò ſecurè colligat, cum in Lucæ quartum ubi eadem verba ſunt ipſemet aſſerat: *quale miraculum*

f in Geneſ. q. 43. & de civit. Dei l. 22. cap. 19.
g In Ioan. & alij in Geneſ. & 4. Reg.
h De ſectis act. 3. Vide & in collectaneis contra Severum Manichæum idem obcientem.
i Ioa. Luca.

fuerit, incertum. Sed demus inviſibilitatem aliquam hîc interfuiſſe, ſicuti ſentire videntur k Theodorus Heracleotes, Theophylactus & Euthymius, quî probant Adverſarij illam potius fuiſſe intrinſece in corpore Chriſti, quam extrinſece in ipſis Judæorum oculis? Certè poſteriorem ſenſum indicat Dionyſius Carthuſianus, quem & Salmero ſequitur: *abſcondit ſe*, inquit, *id eſt, divina poteſtate præbuit ſe inviſibilem Iudæis, non Diſcipulis ſuis, quia ſecuti ſunt eum. Poteſt autem abſconſio iſta dupliciter intelligi. Primò quod percuſſit eos cæcitate quæ dicitur aoraſia qua aliquid non videtur cum alia videantur, vel ſic videtur, non tamen cognoſcitur*, &c. *Secundo, quod Ieſus divina virtute fecit, nè color corporis ſui immutatet viſum Iudæorum*, &c. In quem ſenſum exponi poteſt Theodorus Heracleotes. Fruſtra ergò Adverſarij nobis obijciunt duo illa ſcripturæ loca. De tertio, facilè quoque eſt reſpondere. Nam vocabulum ἄφαντος frequentiſſimè uſurpatur, non ad deſignandum rem prius in ſe viſibilem fieri inviſibilem, ſed tantum ad ſignificandum illam non amplius videri, ſivè propter impedimentum poſitum inter objectum & potentiam intuitivam, ſivè propter ligationem ipſius poteſtatis intuitivæ ad tempus, ſivè ob ſubitam tranſmigrationem aut tranſlationem rei. Hoc enim poſteriori ſenſu hirundo apud a Anacreontem dicitur hyeme adventante fieri ἄφαντος: & Bubulcus apud b Theocritum ob diſceſſum repentinum in aliam regionem: & Ariadne apud c Diodorum Siculum. Ita quoque Leontius reſpondens Manichæis hunc locum pro inviſibilitate corporis Chriſti urgentibus, ait: d *Philippus Eunuchus* ἀφαντώθη *quandò è regione montana ſubito Aſotum comportatus eſt.* Et Gregorius Secundus Leonem Iſaurum accuſans quod imagines è templis ſuſtuliſſet, illas queritur e ἀφάνιστος γενέσθαι. In hac autem ſignificatione dici Chriſtum ἄφαντον factum fuiſſe, licet rem eſſe abſurdam ac meritò ridendam prætoris decidat Maldonatus, nobiſcum tamen obſervant, tum interpres Syrus qui habet vertente Boderiano, *& ablatus eſt ab eis*, tum Ambroſius qui legit, *ipſe ſe repentè ſubtraxit*, Et Auguſtinus qui ait, f *poſteaquam cognitus eſt, nuſquam comparuit, abſceſſit ab eis corpore dum tenebatur fide*; tum ex ipſis Adverſarijs Carthuſianus, Gorranus, Salmero, Stella, Janſenius, Lucas Brugenſis & Tirinus qui exponunt ἄφαντος ἐγένετο, *ſubduxit ſe, ſubtraxit ſe per dotem ſubtilitatis & agilitatis*, obſervantes hoc vocabulo denotari illum repente & quaſi imperceptibiliter & velociſſimè ab illorum conſpectu aliò tranſmigraſſe: ut omninò ſtupenda ſit Maldonati audacia pronuntiantis: *nec quiſquam aliter author non hæreticus intellexit*, Chriſtum videlicet, *inviſibilem factum fuiſſe*. Deniquè, verum quidem eſt Dominum poſt reſurrectionem corpus verum habuiſſe, nec tamen ab omnibus viſum fuiſſe: id tamen non contingebat ex eo quod corpus ejus inviſibile tum in ſe eſset, ſed quod uno tantum loco ſimul eſset, nec præſens illud ſiſteret niſi quibus & quandò liberet.

Poſterior veri ſolidique corporis proprietas, eſt *palpabilitas*, ex qua pariter ſic argumentamur: ubicumquè eſt verum ac ſolidum corpus, ibi ſublatis impedimentis palpabile eſt. At corpus Domini quod eſt verum ac ſolidum corpus ſublatis impedimentis in Euchariſtia palpabile non eſt: Ergò in Euchariſtia non eſt. Major fundatur in verbis ipſius qui ut probaret ſe verum corpus habere, ajebat diſcipulis, g *palpate, videte, Spiritus carnem & oſſa non habet ſicut, me videtis habere.* Ad hoc argumentum, licet non ita conceptum, reſpondent h Bellarminus & Gamachæus, *aliud eſſe affirmativè colligere*, hoc palpatur, ergò corpus eſt; *aliud negativè*, hoc non palpatur, ergò corpus non eſt. *Prior conſequentia optima eſt, quam Dominus facit: poſterior, quam non facit, mala eſt. Omnes enim ſciunt argumentum a poſteriori ad prius valere affirmativè*, eſt homo, ergò eſt animal, *non autem valere negativè*, non eſt homo, ergò non eſt animal: *poteſt enim eſſe brutum quamvis non ſit homo. Ergò a pari hoc dicendum de corpore quia ratio corporis prior eſt quam contactus, nec contactus naturaliter poſſibilis, niſi ſuppoſito corpore quantitate prædito.* Reſpondeo, utramque conſequentiam optimam eſſe. De priore fatentur Adverſarij. De poſteriore probatur primò ex Veteribus. Tertullianus ſupra citatus: i *Corpus hominis non aliud intelligam quam* &c, *quod tenetur.* Cyrillus aut Author libri de Trinitate inter ipſius opera: Quomodò fieri poſſet, ut quod ſine figura eſt, nec tangi & videri poteſt, ſit corpus? Et antè Cyrillum Gregorius Nazianzenus: k *quomodo corpus*, &c, *quod impalpabile eſt*, &c? *Non enim hæc eſt natura corporum, neque id corpus eſt. Minime.* Vigilius ſeu potius Gelaſius eamdem nobiſcum theſin de Chriſti corpore contra Eutychianos propugnans: l *Neceſſe erit, ut & caro, ſicut & verbum, ſi unus cum eo natura ſit, increata ſit & inviſibilis atque incontrectabilis*, &c. *Sed carnem his conditionibus ſubjacere impoſſibile eſt.* Ephræm Antiochenus: m *Nemo mentem habens dicere poteſt eamdem naturam eſſe palpabilis & impalpabilis, viſibilis & inviſibilis.* Deniquè Damaſcenus: n *quomodo corpus poteſt eſſe*, &c, *quod eſt impalpabile & inviſibile?* Secundo idem probatur inductione. Nam cum nullum poſſit dari exemplum cujuſpiam ſolidi quod non ſit palpabile, evidentiſſimè patet ſolidum & palpabile inter ſe reciprocari, ac proindè palpabilitatem eſſe proprietatem ſolidi inſeparabilem. Undè, ſicut hæc conſequentia, *non eſt viſibile, ergo non*

a *Ode* 33.
b *Idyll.* 4.
c *Lib.* 5
d *Vbi ſupr.*
e *Apud Baron. ad ann.* 726.
f *De tempore ſerm.* 140.
g *Luc.* 24. 39.
h *Vbi ſupra.*
i *De reſurr.*
k *De theolog. orat.* 2. *ſeu orat.* 34.
l *Contr. Eutych. lib.* 4.
m *Apud Phot. cod.* 229.
n *De fide l.* 1. *c.* 4.

ΕΥΚΛΕΙΔΟΥ Ε

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ΙΑ.

Ἐὰν ἐπιπέδου ἐπίπεδον τέμνῃ, καὶ ἐν τῷ τεμνομένῳ ἐπιπέδῳ ἐπὶ τὴν τομὴν ὀρθὴ ἐπιπέδῳ τινὶ ὀρθὴ ἐπιπέδῳ τινὶ ὀρθὴ ἐπιπέδῳ τινὶ

Cod. Just. 4, 30, 14, 1 (a. 531)

Cod. Just. 4, 30, 14, 2

Cod. Just. 4, 30, 14, 3

Cod. Just. 4, 30, 14, 4

Cod. Just. 4, 30, 14, 5

Ad Dei laudem, & Ecclesiæ Christi ædificationem, Ecclesiam Dei, quæ est Corinthi, cum omnibus sanctis, qui sunt in tota Achaia. Gratia vobis & pax a Deo Patre nostro, & Domino Jesu Christo. Benedictus Deus & Pater Domini nostri Jesu Christi, Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra, ut possimus & ipsi consolari eos, qui in omni pressura sunt, per exhortationem, qua exhortamur & ipsi a Deo. Quoniam sicut abundant passiones Christi in nobis, ita & per Christum abundat consolatio nostra. Sive autem tribulamur pro vestra exhortatione & salute, sive consolamur pro vestra consolatione, quæ operatur tolerantiam earumdem passionum, quas & nos patimur, sive consolamur pro vestra consolatione & salute, scientes quia sicut socii passionum estis, ita eritis & consolationis. Non enim volumus vos ignorare, fratres, de tribulatione nostra, quæ facta est in Asia, quoniam supra modum gravati sumus supra virtutem, ita ut taderet nos etiam vivere. Sed ipsi in nobismetipsis responsum mortis habuimus, ut non simus fidentes in nobismetipsis, sed in Deo, qui suscitat mortuos, qui de tantis periculis nos eripuit, & eripiet, in quem speramus, quia & adhuc liberabit, adjuvantibus & vobis in obsecratione pro nobis, ut ex multorum personis, quæ in nobis sunt donationes, per multos gratiæ agantur pro nobis. Nam gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ, quia in simplicitate cordis, & sinceritate Dei, & non in sapientia carnali, conversati sumus in hoc mundo, abundantius autem ad vos. Non enim alia scribimus vobis, quam quæ legitis, & cognoscitis, spero autem quod & usque in finem cognoscetis, sicut & cognovistis nos ex parte, quia gloria vestra sumus, sicut & vos nostra, in die Domini nostri Jesu Christi. Et hac fiducia volui prius venire ad vos, ut secundam gratiam habeatis, & per vos transire in Macedoniam, & a Macedonia iterum venire ad vos, & a vobis deduci in Judæam. Cum ergo hoc voluissem, numquid levitate usus sum? Aut quæ cogito secundum carnem cogito, ut sit apud me est, et non? Fidelis autem Deus, quia sermo noster, qui fuit apud vos, non fuit in illo est, et non. Dei enim Filius Jesus Christus, qui in vobis per nos prædicatus est, per me, & Silvanum, & Timotheum, non fuit in illo est, et non, sed est in illo fuit. Quotquot enim promissiones Dei sunt, in illo est, ideo & per ipsum Amen Deo ad gloriam per nos. Qui autem confirmat nos vobiscum in Christo, & qui unxit nos Deus, qui & signavit nos, & dedit pignus Spiritus in cordibus nostris. Ego autem testem Deum invoco in animam meam, quia parcens vobis non veni amplius Corinthum. Non quod dominemur fidei vestræ, sed adjutores sumus gaudii vestri, fide enim statis. Decrevi autem hoc ipsum apud me, ne iterum in tristitia venirem ad vos. Si enim ego contristo vos, & quis est qui me lætificet, nisi qui contristatur ex me? Et hoc ipsum scripsi, ne cum venero tristitiam habeam super eos, a quibus oportebat me gaudere, confidens in omnibus vobis, quod meum gaudium omnium vestrum sit. Nam ex multa tribulatione & angustia cordis scripsi vobis per multas lacrymas, non ut contristemini, sed ut dilectionem, quam habeo abundantius in vos cognoscatis. Si quis autem contristavit, non me contristavit, sed ex parte, ut non onerem omnes. Sufficit illi qui hujusmodi est increpatio hæc, quæ fit a pluribus, ita ut e contrario magis donare & consolari oporteat, ne forte qui hujusmodi est abundantiori tristitia absorbeatur. Propter quod obsecro vos confirmare in illum charitatem. Ideo enim & scripsi, ut cognoscam experimentum vestrum, an in omnibus obedientes sitis. Cui autem aliquid donastis, & ego. Nam & ego quod donavi, si quid donavi propter vos, in persona Christi, ut non circumveniamur a Satana, non enim ejus cogitationes ignoramus. Venio autem in Troadem ad Evangelium Christi, & ostium mihi apertum est in Domino. Non habui requiem spiritui meo, eo quod non invenerim Titum fratrem meum, sed valedicens eis profectus sum in Macedoniam. Deo autem gratias, qui semper triumphat nos in Christo Jesu, & odorem notitiæ suæ manifestat per nos in omni loco. Christi bonus odor sumus Deo in iis, qui salvi fiunt, & in iis, qui pereunt. Aliis quidem odor mortis in mortem, aliis autem odor vitæ in vitam. Et ad hæc quis idoneus? Non sumus enim sicut plerique adulterantes verbum Dei, sed ex sinceritate, sed sicut ex Deo coram Deo in Christo loquimur. Incipimus iterum nosmetipsos commendare? Aut numquid indigemus, sicut quidam, commendatitiis epistolis ad vos, aut ex vobis? Epistola nostra vos estis, scripta in cordibus nostris, quæ scitur & legitur a nobis, manifestati quod epistola sitis Christi ministrata a nobis, & scripta non atramento, sed Spiritu Dei vivi, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Fiducia autem talem habemus per Christum ad Deum, non quod sufficientes simus cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est, qui & idoneos nos fecit ministros novi Testamenti, non litteræ, sed Spiritus, littera enim occidit, Spiritus autem vivificat. Si autem ministratio mortis litteris deformata in lapidibus fuit in gloria, ita ut non possent intendere filii Israel in faciem Moysi propter gloriam vultus ejus, quæ evacuatur, quomodo non magis ministratio Spiritus erit in gloria? Nam si ministratio damnationis gloria est, multo magis abundat ministerium justitiæ gloria. Nam nec glorificatum est quod glorificatum est in hac parte propter excellentem gloriam. Si enim quod evacuatur per gloriam est, multo magis quod manet in gloria est. Habentes igitur talem spem, multa fiducia utimur, non sicut Moyses ponebat velamen super faciem suam, ut non intenderent filii Israel in faciem ejus ad finem eius quod evacuatur. Sed obtusi sunt sensus eorum. Usque in hodiernum enim diem idipsum velamen in lectione veteris Testamenti manet non revelatum, quoniam in Christo evacuatur. Sed usque hodie cum legitur Moyses velamen positum est super cor eorum. Cum autem conversus fuerit ad Dominum, auferetur velamen. Dominus autem Spiritus est, ubi autem Spiritus Domini, ibi libertas. Nos autem omnes revelata facie gloriam Domini speculantes, in eamdem imaginem transformamur a claritate in claritatem, tamquam a Domini Spiritu. Propterea habentes ministerium hoc sicut misericordiam consecuti sumus non deficimus, sed abdicamus occulta dedecoris non ambulantes in astutia, neque adulterantes verbum Dei, sed in manifestatione veritatis commendantes nosmetipsos ad omnem conscientiam hominum coram Deo. Quod si & velatum est evangelium nostrum, in iis qui pereunt velatum est, in quibus Deus hujus sæculi excæcavit mentes infidelium, ut non fulgeat illuminatio evangelii gloriæ Christi, qui est imago Dei. Non enim nosmetipsos prædicamus, sed Jesum Christum Dominum nostrum, nos autem servos vestros per Jesum. Quoniam Deus qui dixit de tenebris lucem splendescere, qui illuxit in cordibus nostris ad illuminationem scientiæ claritatis Dei in facie Christi Jesu. Habemus autem thesaurum istum in vasis fictilibus, ut sublimitas sit virtutis Dei, & non ex nobis. In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur, aporiamur, sed non destituimur, persecutionem patimur, sed non derelinquimur, deturbamur, sed non perimus, semper mortificationem Jesu in corpore nostro circumferentes, ut & vita Jesu manifestetur in corporibus nostris. Semper enim nos qui vivimus in mortem tradimur propter Jesum, ut & vita Jesu manifestetur in carne nostra mortali. Ergo mors in nobis operatur, vita autem in vobis. Habentes autem eumdem spiritum fidei, sicut scriptum est, credidi propter quod locutus sum, & nos credimus propter quod & loquimur, scientes quoniam qui suscitavit Dominum Jesum, & nos cum Jesu suscitabit, & constituet vobiscum. Omnia enim propter vos, ut gratia abundans per plurimorum gratiarum actiones in gloriam Dei redundet. Propter quod non deficimus, sed licet is qui foris est noster homo corrumpatur, tamen is qui intus est renovatur de die in diem. Id enim quod in præsenti est momentaneum & leve tribulationis nostræ supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis, non contemplantibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur. Quæ enim videntur temporalia sunt, quæ autem non videntur æterna sunt. Scimus enim quod si terrestris domus nostra hujus habitationis dissolvatur, quod ædificationem habemus ex Deo domum non manufactam æternam in cælis. Nam & in hoc ingemiscimus habitationem nostram, quæ de cælo est superindui cupientes, si tamen vestiti non nudi inveniamur. Nam & qui sumus in hoc tabernaculo ingemiscimus gravati, eo quod nolumus expoliari, sed supervestiri, ut absorbeatur quod mortale est a vita. Qui autem efficit nos in hoc ipsum Deus, qui dedit nobis pignus Spiritus. Audentes igitur semper scientes quoniam dum sumus in corpore peregrinamur a Domino, per fidem enim ambulamus, & non per speciem. Audemus autem & bonam voluntatem habemus magis peregrinari a corpore, & præsentes esse ad Dominum. Et ideo contendimus sive absentes, sive præsentes placere illi. Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis prout gessit sive bonum sive malum. Scientes ergo timorem Domini hominibus suademus, Deo autem manifesti sumus, spero autem & in conscientiis vestris manifestos nos esse. Non iterum commendamus nos vobis, sed occasionem damus vobis gloriandi pro nobis, ut habeatis adversus eos qui in facie gloriantur, & non in corde. Sive enim mente excedimus Deo, sive sobrii sumus vobis. Charitas enim Christi urget nos, æstimantes hoc, quoniam si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt, & pro omnibus mortuus est Christus, ut & qui vivunt jam non sibi vivant, sed ei qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit. Itaque nos neminem novimus secundum carnem, & si cognovimus secundum carnem Christum, sed nunc jam non novimus. Si quis ergo in Christo nova creatura, vetera transierunt, ecce facta sunt omnia nova. Omnia autem ex Deo, qui reconciliavit nos sibi per Christum, & dedit nobis ministerium reconciliationis, quoniam quidem Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi, non reputans illis delicta ipsorum, & posuit in nobis verbum reconciliationis. Pro Christo ergo legatione fungimur tamquam Deo exhortante per nos, obsecramus pro Christo reconciliamini Deo. Eum qui non noverat peccatum pro nobis peccatum fecit, ut nos efficeremur justitia Dei in ipso. Adjuvantes autem & exhortamur ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. Ait enim: Tempore accepto exaudivi te, & in die salutis adjuvi te. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Nemini dantes ullam offensionem, ut non vituperetur ministerium nostrum, sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros, in patientia multa, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in vigiliis, in jejuniis, in castitate, in scientia, in longanimitate, in suavitate, in Spiritu sancto, in charitate non ficta, in verbo veritatis, in virtute Dei, per arma justitiæ a dextris & a sinistris, per gloriam & ignobilitatem, per infamiam & bonam famam, ut seductores & veraces, sicut qui ignoti & cognoscentes, quasi morientes & ecce vivimus, ut castigati & non mortificati, quasi tristes semper autem gaudentes, sicut egentes multos autem locupletantes, tamquam nihil habentes & omnia possidentes. Os nostrum patet ad vos, Corinthii, cor nostrum dilatatum est, non angustiamini autem in nobis, angustiamini autem in visceribus vestris. Eamdem autem habentes remunerationem tamquam filiis dico, dilatamini & vos. Nolite jugum ducere cum infidelibus. Quæ enim participatio justitiæ cum iniquitate? Aut quæ societas lucis ad tenebras? Quæ autem conventio Christi ad Belial? Aut quæ pars fideli cum infideli? Qui autem consensus templo Dei cum idolis? Vos enim templum Dei vivi estis, sicut dicit Deus: Quoniam inhabitabo in illis & inambulabo inter eos, & ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi populus. Propter quod exite de medio eorum & separamini, dicit Dominus, & immundum ne tetigeritis, & ego recipiam vos, & ero vobis in patrem, & vos eritis mihi in filios & filias, dicit Dominus omnipotens. Has igitur habentes promissiones, dilectissimi, mundemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus, perficientes sanctificationem in timore Dei. Capite nos. Neminem læsimus, neminem corrupimus, neminem circumvenimus. Non ad condemnationem vestram dico, prædixi enim quod estis in cordibus nostris ad commoriendum & ad convivendum. Multa mihi fiducia apud vos, multa mihi gloriatio pro vobis, repletus sum consolatione, superabundo gaudio in omni tribulatione nostra. Nam & cum venissemus in Macedoniam nullam requiem habuit caro nostra, sed omnem tribulationem passi sumus, foris pugnæ, intus timores. Sed qui consolatur humiles consolatus est nos Deus in adventu Titi, non solum autem in adventu ejus, sed & in consolatione qua consolatus est in vobis, referens nobis vestrum desiderium, vestrum fletum, vestram æmulationem pro me, ita ut magis gaudeam. Quoniam si & contristavi vos in epistola, non me pœnitet, etsi pœnitebat, videns quoniam epistola illa vos contristavit ad horam. Nunc gaudeo, non quia contristati estis, sed quia contristati estis ad pœnitentiam. Contristati enim estis secundum Deum, ut in nullo detrimentum patiamini ex nobis. Quæ enim secundum Deum tristitia pœnitentiam in salutem stabilem operatur, sæculi autem tristitia mortem operatur. Ecce enim hoc ipsum secundum Deum contristari vos quantam in vobis operatur solicitudinem, sed defensionem, sed indignationem, sed timorem, sed desiderium, sed æmulationem, sed vindictam. In omnibus exhibuistis vos incontaminatos esse negotio. Igitur etsi scripsi vobis, non propter eum qui fecit injuriam, neque propter eum qui passus est injuriam, sed propter manifestationem solicitudinis nostræ, quæ est pro vobis coram Deo. Ideo consolati sumus. In consolatione autem nostra abundantius magis gavisi sumus super gaudio Titi, quia requiem dedit spiritui ejus omnes vestri. Quoniam si quid apud illum de vobis gloriatus sum, non confusus sum, sed sicut omnia vobis in veritate locuti sumus, ita & gloriatio nostra quæ fuit apud Titum veritas facta est. Et viscera ejus abundantius in vobis sunt, recordantis omnium vestrum obedientiam, quomodo cum timore & tremore excepistis illum. Gaudeo quod in omnibus confidam in vobis. Notam autem vobis facimus, fratres, gratiam Dei quæ data est in ecclesiis Macedoniæ, quod in multa tribulationis probatione abundavit gaudium illorum, & secundum altitudinem paupertas eorum abundavit in divitias simplicitatis eorum. Quia secundum virtutem testimonium illis perhibeo, & supra virtutem voluntarii fuerunt, cum multa deprecatione obsecrantes nos gratiam & communionem ministerii, quod fiebat in sanctos. Et non sicut speravimus sed semetipsos dederunt primum Domino, & nobis per voluntatem Dei. Ita ut rogaremus Titum ut quemadmodum cœpit, ita & perficiat in vobis & hanc gratiam. Sed sicut in omnibus abundatis fide & sermone & scientia & omni solicitudine & ea quæ ex nobis est in vobis charitate, ut & in hac gratia abundetis. Non quasi imperans dico, sed per aliorum solicitudinem & vestræ charitatis ingenium comprobans. Scitis enim gratiam Domini nostri Jesu Christi, quoniam propter vos egenus factus est cum esset dives, ut illius inopia vos divites essetis. Et consilium in hoc do, hoc enim vobis utile est, qui non solum facere cœpistis, sed & velle ab anno priore. Nunc autem & perficite, ut quemadmodum promptus animus voluntatis ita sit & perficiendi ex eo quod habetis. Si enim voluntas prompta est secundum id quod habet accepta est non secundum id quod non habet. Non enim ut aliis sit remissio, vobis autem tribulatio, sed ex æqualitate. In præsenti tempore vestra abundantia illorum inopiam sublevet, ut & illorum abundantia vestræ inopiæ sit subsidium, ut fiat æqualitas, sicut scriptum est: Qui multum non abundavit, & qui modicum non minoravit. Gratia autem Deo qui dedit eamdem solicitudinem pro vobis in corde Titi, quoniam exhortationem quidem suscepit, sed cum solicitudine sua valde profectus ad vos. Misimus autem cum illo fratrem cujus laus est in evangelio per omnes ecclesias, non solum autem, sed & ordinatus est ab ecclesiis comes peregrinationis nostræ cum hac gratia, quæ ministratur a nobis ad Dei ipsius gloriam & destinatam voluntatem vestram, devitantes hoc ne quis nos vituperet in hac plenitudine quæ ministratur a nobis, providentes bona non solum coram Deo sed & coram hominibus. Misimus autem cum illis & fratrem nostrum, quem multoties experti sumus in multis solicitum esse, nunc autem multo solicitiorem, confidentia multa in vos, sive pro Tito, socius meus & in vos adjutor, sive fratres nostri, apostoli ecclesiarum, gloria Christi. Ostensionem ergo dilectionis vestræ & nostræ gloriationis pro vobis in illos ostendite in faciem ecclesiarum. De ministratione enim quidem quæ in sanctos est, supervacuum est mihi scribere vobis. Scio enim promptum animum vestrum, pro quo de vobis gloriationem apud Macedones, quia Achaia parata est ab anno præterito, & vestra æmulatio provocavit plurimos. Misi autem fratres, ne gloriatio nostra quæ de vobis est evacuetur in hac parte, ut quemadmodum dixi parati sitis, ne forte si venerint mecum Macedones & invenerint vos imparatos, confundamur nos, ut non dicamus vos in hac substantia gloriationis. Necessarium ergo existimavi rogare fratres ut prævenirent ad vos & præparent benedictionem vestram hanc paratam esse sicut benedictionem & non sicut avaritiam. Hoc autem dico, qui parce seminat parce & metet, & qui seminat in benedictionibus de benedictionibus & metet. Unusquisque prout destinavit in corde suo non ex tristitia aut ex necessitate, hilarem enim datorem diligit Deus. Potens autem est Deus omnem gratiam abundare facere in vobis, ut in omnibus semper omnem sufficientiam habentes abundetis in omne opus bonum, sicut scriptum est: Dispersit, dedit pauperibus, justitia ejus manet in sæculum sæculi. Qui autem administrat semen seminanti & panem ad manducandum præstabit & multiplicabit semen vestrum & augebit incrementa frugum justitiæ vestræ, ut in omnibus locupletati in omnem simplicitatem, quæ operatur per nos gratiarum actionem Deo. Quoniam administratio officii hujus non solum supplet ea quæ desunt sanctorum, sed & exuberat per multas gratiarum actiones in Deo, per probationem ministerii hujus clarificantes Deum in obedientia confessionis vestræ in Evangelium Christi & in simplicitate communionis in illos & in omnes, & in ipsorum obsecratione pro vobis desiderantium vos propter eminentem gratiam Dei in vobis. Gratias Deo super inenarrabili dono ejus. Ipse autem Paulus obsecro vos per mansuetudinem & modestiam Christi, qui in facie quidem humilis sum inter vos, absens autem confido in vobis. Rogo autem vos non præsens audere in ea confidentia qua existimo audere me in quosdam qui arbitrantur nos tamquam secundum carnem ambulemus. In carne enim ambulantes non secundum carnem militamus, arma enim militiæ nostræ non carnalia sunt, sed potentia Deo ad destructionem munitionum, consilia destruentes & omnem altitudinem extollentem se adversus scientiam Dei, & in captivitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi, & in promptu habentes ultionem omnis inobedientiæ, cum impleta fuerit vestra obedientia. Quæ secundum faciem intuemini? Si quis confidit sibi Christi se esse, hoc cogitet apud se, quia sicut ipse Christi, ita & nos. Nam & si amplius aliquid gloriatus fuero de potestate nostra, quam dedit Dominus ad ædificationem & non ad destructionem vestram, non erubescam. Ut autem non videar tamquam terrere vos per epistolas. Quoniam quidem epistolæ graves & fortes sunt, præsentia autem corporis infirma & sermo contemptibilis. Hoc cogitet qui ejusmodi est, quia quales sumus verbo per epistolas absentes, tales & præsentes in facto. Non enim audemus inserere aut comparare nosmetipsos quibusdam qui commendant semetipsos, sed ipsi in semetipsis mensurantes & comparantes semetipsos sibi non intelligunt. Nos autem non in immensum gloriabimur, sed secundum mensuram regulæ quam mensus est nobis Deus mensuræ pervenire usque & ad vos. Non enim quasi non pertingentes ad vos extendimus nosmetipsos, usque enim & ad vos prævenimus in evangelio Christi, non in immensum gloriantes in alienis laboribus, spem autem habentes crescentis fidei vestræ in vobis magnificari secundum regulam nostram in abundantia vestra, & in illa quæ ultra vos est evangelizare non in aliena regula in iis quæ præparata sunt gloriari. Qui autem gloriatur in Domino gloriatur. Non enim qui seipsum commendat ille probatus est, sed quem Deus commendat. Utinam sustineretis modicum quid insipientiæ meæ, sed & supportate me. Æmulor enim vos Dei æmulatione, despondi enim vos uni viro virginem castam exhibere Christo. Timeo autem ne sicut serpens Hevam seduxit astutia sua, ita corrumpantur sensus vestri a castitate quæ est in Christo Jesu. Nam si is qui venit alium Jesum prædicat quem non prædicavimus, aut spiritum alium accipitis quem non accepistis, aut evangelium aliud quod non recepistis, recte patiebamini. Existimo enim nihil me minus fecisse a magnis apostolis. Nam etsi imperitus sermone, sed non scientia, sed in omnibus manifestati sumus in omnibus vobis. Aut numquid peccatum feci ipse me humilians ut vos exaltemini, quia gratis Dei evangelium evangelizavi vobis? Alias ecclesias spoliavi accipiens stipendium ad ministrationem vestram, & cum essem apud vos & egerem nulli onerosus fui, nam quod mihi defuit supplevit frater qui venit a Macedonia, & in omnibus sine onere me vobis servavi & servabo. Veritas Christi est in me, quia hæc gloriatio non infringetur in me in regionibus Achaiæ. Quare? Quia non diligo vos? Deus scit. Quod autem facio & faciam, ut amputem occasionem eorum qui volunt occasionem, ut in quo gloriantur inveniantur & nos sicut & illi. Nam hujusmodi pseudoapostoli sunt operarii dolosi transfigurantes se in apostolos Christi, & non mirum ipse enim Satanas transfigurat se in angelum lucis. Non est magnum ergo si ministri ejus transfigurent se tamquam ministri justitiæ, quorum finis erit secundum opera ipsorum. Iterum dico ne quis me putet insipientem esse, alioquin vel tamquam insipientem accipite me, ut & ego modicum quid gloriem. Quod loquor non loquor secundum Deum, sed quasi in insipientia in hac confidentiæ gloriationis. Quoniam multi gloriantur secundum carnem & ego gloriabor. Libenter enim suffertis insipientes cum sitis ipsi sapientes. Sustinetis enim si quis vos in servitutem redigit, si quis devorat, si quis accipit, si quis extollitur, si quis in faciem vos cædit. Secundum ignobilitatem dico quasi nos infirmi fuerimus. In quo quis audet, in insipientia dico, audeo & ego. Hebræi sunt, & ego, Israelitæ sunt, & ego, semen Abrahæ sunt, & ego, ministri Christi sunt, minus sapiens dico plus ego, in laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in plagis supra modum, in mortibus frequenter. A Judæis quinquies quadragenas una minus accepi, ter virgis cæsus sum, semel lapidatus sum, ter naufragium feci, nocte & die in profundo maris fui, in itinere sæpe, periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in civitate, periculis in solitudine, periculis in mari, periculis in falsis fratribus, in labore & ærumna, in vigiliis multis, in fame & sitis, in jejuniis multis, in frigore & nuditate, præter illa quæ extrinsecus sunt, instantia mea quotidiana, solicitudo omnium ecclesiarum. Quis infirmatur & ego non infirmor? Quis scandalizatur & ego non uror? Si gloriari oportet, quæ infirmitatis meæ sunt gloriabor. Deus & Pater Domini nostri Jesu Christi, qui est benedictus in sæcula, scit quod non mentior. Damascenus ethnarcha regis Aretæ custodiebat civitatem Damascenorum ut me comprehenderet, & per sportam dimissus sum per fenestram in muro, & effugi manus ejus. Gloriari non expedit mihi, venio autem ad visiones & revelationes Domini. Scio hominem in Christo ante annos quatuordecim, sive in corpore nescio, sive extra corpus nescio, Deus scit, raptum hujusmodi usque ad tertium cælum. Et scio hujusmodi hominem, sive in corpore sive extra corpus nescio, Deus scit, quoniam raptus est in paradisum, & audivit arcana verba quæ non licet homini loqui. Pro hujusmodi gloriabor, pro me autem nihil gloriabor nisi in infirmitatibus meis. Nam & si voluero gloriari non ero insipiens, veritatem enim dicam, parco autem ne quis me existimet supra quod videt in me aut aliquid audit ex me. Et magnitudo revelationum ne extollar datus est mihi stimulus carnis meæ angelus Satanæ qui me colaphizet. Propter quod ter Dominum rogavi ut discederet a me, & dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur. Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis ut inhabitet in me virtus Christi. Propter quod placeo mihi in infirmitatibus meis, in contumeliis, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustiis pro Christo, cum enim infirmor tunc potens sum. Factus sum insipiens, vos me coegistis, ego enim debui a vobis commendari, nihil enim minus fui a magnis apostolis, etsi nihil sum. Signa quidem apostolatus mei facta sunt super vos in omni patientia, signis & prodigiis & virtutibus. Quid enim habuistis minus a ceteris ecclesiis nisi quod ego non gravavi vos? Donate mihi hanc injuriam. Ecce tertio hoc paratus sum venire ad vos, & non gravabo vos, non enim quæro quæ vestra sunt, sed vos. Nec debent filii parentibus thesaurizare, sed parentes filiis. Ego autem libentissime impendam & superimpendar ipse pro animabus vestris, licet plus vos diligens minus diligar. Sit autem ita, ego non gravavi vos, sed cum essem astutus dolo vos cepi. Numquid circumvenit vos per aliquem eorum quem misi ad vos? Rogavi Titum & misi cum illo fratrem, numquid circumvenit vos Titus? Nonne eodem spiritu ambulavimus? Nonne eisdem vestigiis? Olim existimatis quod excusemus nos apud vos? Coram Deo in Christo loquimur, omnia autem, dilectissimi, propter vestram ædificationem. Timeo enim ne forte cum venero non quales volo inveniam vos, & ego inveniar a vobis qualem non vultis, ne forte contentiones, æmulationes, animositates, dissensiones, detractiones, susurrationes, inflationes, seditiones sint apud vos, ne iterum cum venero humiliet me apud vos Deus meus, & lugeam multos ex his qui ante peccaverunt & non egerunt pœnitentiam super immunditia & fornicatione & luxuria quam gesserunt. Hoc tertio venio ad vos, in ore duorum testium & trium stabit omne verbum. Prædixi & prædico sicut præsens secundo & absens nunc scribo iis qui ante peccaverunt & cæteris omnibus, quoniam si venero iterum non parcam. Quoniam experimentum quæritis eius qui in me loquitur Christi, qui in vobis non infirmatur, sed potens est in vobis. Nam & crucifixus est ex infirmitate, sed vivit ex virtute Dei. Nam & nos infirmi sumus in illo, sed vivemus cum illo ex virtute Dei in vobis. Semetipsos tentate si estis in fide, semetipsos probate, aut non cognoscitis vosmetipsos quia Jesus Christus in vobis est, nisi forte reprobi estis. Spero autem quoniam cognoscetis quia nos non reprobi sumus. Optamus autem a Deo ne quid mali faciatis, non ut nos probati videamur, sed ut vos quod honestum est faciatis, nos autem tamquam reprobi simus. Non enim possumus quidquam adversus veritatem, sed pro veritate. Gaudemus autem cum infirmi fuerimus, vos autem fortes sitis, hoc autem & optamus vestram consummationem. Propter hoc absens hæc scribo, ut præsens non secundum præsentiam utar potestate, quam Dominus dedit mihi in ædificationem & non in destructionem. Cætera, fratres, gaudete, consummamini, consolamini, idipsum sapite, pacem habete, & Deus pacis & dilectionis erit vobiscum. Salutate invicem in osculo sancto. Salutant vos omnes sancti. Gratia Domini nostri Jesu Christi, & charitas Dei, & communicatio Sancti Spiritus sit cum omnibus vobis. Amen.

Ad Galatas incipit.

Paulus apostolus non ab hominibus neque per hominem, sed per Jesum Christum, & Deum Patrem, qui suscitavit eum a mortuis, & qui mecum sunt omnes fratres, ecclesiis Galatiæ. Gratia vobis & pax a Deo Patre, & Domino nostro Jesu Christo, qui dedit semetipsum pro peccatis nostris, ut eriperet nos de præsenti sæculo nequam secundum voluntatem Dei & Patris nostri, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen. Miror quod sic tam cito transferamini ab eo qui vocavit vos in gratiam Christi in aliud evangelium, quod non est aliud, nisi sunt aliqui qui vos conturbant, & volunt convertere evangelium Christi. Sed licet nos aut angelus de cælo evangelizet vobis præterquam quod evangelizavimus vobis, anathema sit. Sicut prædiximus & nunc iterum dico, si quis vobis evangelizaverit præterquam quod accepistis, anathema sit. Modo enim hominibus suadeo an Deo? Aut quæro hominibus placere? Si adhuc hominibus placerem Christi servus non essem. Notum enim vobis facio, fratres, evangelium quod evangelizatum est a me, quia non est secundum hominem, neque enim ego ab homine accepi illud neque didici, sed per revelationem Jesu Christi. Audistis enim conversationem meam aliquando in Judaismo, quoniam supra modum persequebar ecclesiam Dei & expugnabam illam, & proficiebam in Judaismo supra multos coætaneos meos in genere meo, abundantius æmulator existens paternarum mearum traditionum. Cum autem placuit ei qui segregavit me de utero matris meæ & vocavit per gratiam suam, ut revelaret filium suum in me, ut evangelizarem illum in gentibus, continuo non acquievi carni & sanguini, neque veni Jerosolymam ad antecessores meos apostolos, sed abii in Arabiam & iterum reversus sum Damascum. Deinde post annos tres veni Jerosolymam videre Petrum, & mansi apud eum diebus quindecim, alium autem apostolorum vidi neminem nisi Jacobum fratrem Domini. Quæ autem scribo vobis ecce coram Deo quia non mentior. Deinde veni in partes Syriæ & Ciliciæ. Eram autem ignotus facie ecclesiis Judææ quæ erant in Christo, tantummodo autem auditum habebant quia qui persequebatur nos aliquando nunc evangelizat fidem quam aliquando expugnabat, & in me magnificabant Deum. Deinde post annos quatuordecim iterum ascendi Jerosolymam cum Barnaba, assumpto & Tito, ascendi autem secundum revelationem, & contuli cum illis evangelium quod prædico in gentibus, seorsum autem iis qui videbantur aliquid esse, ne forte in vacuum curram aut cucurrerim. Sed neque Titus qui mecum erat, cum esset Græcus, compulsus est circumcidi, propter subintroductos autem falsos fratres qui subintraverunt explorare libertatem nostram quam habemus in Christo Jesu, ut nos in servitutem redigerent, quibus neque ad horam cessimus subjectione, ut veritas evangelii permaneat apud vos. A præsumentibus autem esse aliquid, quales aliquando fuerint nihil mea refert, personam hominis Deus non accipit, mihi enim qui videbantur aliquid esse nihil contulerunt, sed e contrario cum vidissent quod creditum est mihi evangelium præputii sicut Petro circumcisionis, qui enim operatus est Petro in apostolatum circumcisionis operatus est & mihi inter gentes, & cognitis gratia quæ data est mihi Jacobus & Cephas & Joannes qui videbantur columnæ esse dextras dederunt mihi & Barnabæ societatis, ut nos in gentes ipsi autem in circumcisionem, tantum ut pauperum memores essemus, quod & solicitus fui hoc ipsum facere. Cum autem venisset Petrus Antiochiam in faciem ei restiti, quia reprehensibilis erat, antequam enim venirent quidam a Jacobo cum gentibus edebat, cum autem venissent subtrahebat & segregabat se timens eos qui ex circumcisione erant. Et simulationi ejus consentiebant cæteri Judæi, ita ut & Barnabas duceretur illorum simulatione. Sed cum vidissem quod non recte ambularent ad veritatem evangelii dixi Petro coram omnibus: Si tu cum Judæus sis gentiliter vivis & non Judaice, quomodo gentes cogis Judaizare? Nos natura Judæi & non ex gentibus peccatores, scientes autem quia non justificatur homo ex operibus legis nisi per fidem Jesu Christi, & nos in Christo Jesu credidimus ut justificemur ex fide Christi & non ex operibus legis, quia ex operibus legis non justificabitur omnis caro. Quod si quærentes justificari in Christo inventi sumus & ipsi peccatores, numquid Christus peccati minister? Absit. Si enim quæ destruxi hæc iterum ædificio, prævaricatorem me constituo. Ego enim per legem legi mortuus sum ut Deo vivam, Christo confixus sum cruci, vivo autem jam non ego, vivit vero in me Christus, quod autem nunc vivo in carne, in fide vivo Filii Dei qui dilexit me & tradidit semetipsum pro me. Non abjicio gratiam Dei, si enim per legem justitia, ergo Christus gratis mortuus est. O insensati Galatæ quis vos fascinavit non obedire veritati, ante quorum oculos Jesus Christus proscriptus est crucifixus in vobis? Hoc solum a vobis volo discere, ex operibus legis Spiritum accepistis an ex auditu fidei? Sic stulti estis, cum spiritu cœperitis nunc carne consummamini? Tanta passi estis sine causa si tamen sine causa? Qui ergo tribuit vobis Spiritum & operatur virtutes in vobis ex operibus legis an ex auditu fidei? Sicut Abraham credidit Deo & reputatum est ei ad justitiam. Cognoscite ergo quia qui ex fide sunt hi filii sunt Abrahæ. Providens autem Scriptura quia ex fide justificat gentes Deus, præevangelizavit Abrahæ quia benedicentur in te omnes gentes. Igitur qui ex fide sunt benedicentur cum fideli Abraham. Quicumque enim ex operibus legis sunt sub maledicto sunt, scriptum est enim: Maledictus omnis qui non permanet in omnibus quæ scripta sunt in libro legis ut faciat ea. Quoniam autem in lege nemo justificatur apud Deum manifestum est, quia justus ex fide vivit. Lex autem non est ex fide, sed qui fecerit ea vivet in illis. Christus nos redemit de maledicto legis factus pro nobis maledictum, quia scriptum est: Maledictus omnis qui pendet in ligno. Ut benedictio Abrahæ fieret in gentibus in Christo Jesu, ut promissionem Spiritus accipiamus per fidem. Fratres secundum hominem dico, tamen hominis confirmatum testamentum nemo spernit aut superordinat. Abrahæ dictæ sunt promissiones & semini ejus, non dicit: Et seminibus quasi in multis, sed quasi in uno: Et semini tuo, qui est Christus. Hoc autem dico testamentum confirmatum a Deo, quæ post quadringentos & triginta annos facta est lex non irritum facit ad evacuandam promissionem. Si enim ex lege hæreditas jam non ex promissione, Abrahæ autem per repromissionem donavit Deus. Quid ergo lex? Propter transgressiones posita est donec veniret semen cui promisit ordinata per angelos in manu mediatoris. Mediator autem unius non est, Deus autem unus est. Lex ergo adversus promissa Dei? Absit. Si enim data esset lex quæ posset vivificare vere ex lege esset justitia. Sed conclusit Scriptura omnia sub peccato ut promissio ex fide Jesu Christi daretur credentibus. Antequam autem veniret fides sub lege custodiebamur conclusi in eam fidem quæ revelanda erat. Itaque lex pædagogus noster fuit in Christo ut ex fide justificemur. Postquam autem venit fides jam non sumus sub pædagogo. Omnes enim filii Dei estis per fidem in Christo Jesu, quicumque enim in Christo baptizati estis Christum induistis. Non est Judæus neque Græcus, non est servus neque liber, non est masculus neque femina, omnes enim vos unus estis in Christo Jesu. Si autem vos Christi, ergo Abrahæ semen estis, secundum promissionem hæredes. Dico autem quamdiu hæres parvulus est nihil differt a servo dominus omnium cum sit, sed sub tutoribus est & actoribus usque ad præfinitum tempus a patre. Ita & nos cum essemus parvuli sub elementis mundi eramus servientes. Sed postquam venit plenitudo temporis misit Deus Filium suum factum ex mulier factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret, ut adoptionem filiorum reciperemus. Quia autem estis filii misit Deus Spiritum Filii sui in corda vestra clamantem Abba Pater. Itaque jam non est servus sed fil

Regia Divina scientia, quæ est ars artium, & scientia scientiarum, omnibus artibus & scientiis imperat, & omnes artes & scientias regit, & legibus suis subjugat.

CAPUT XXI.

Quæ sit Regia Divina scientia, quæ est ars artium, & scientia scientiarum, omnibus artibus & scientiis imperat, & omnes artes & scientias regit, & legibus suis subjugat.

Regia Divina scientia, quæ est ars artium, & scientia scientiarum, omnibus artibus & scientiis imperat, & omnes artes & scientias regit, & legibus suis subjugat, est illa, quæ docet, quomodo homo debeat se habere circa Deum, & circa omnia quæ sunt Deus, & quæ non sunt Deus, ut perveniat ad finem, propter quem factus est. Et hæc scientia est Theologia, quæ dividitur in Theologiam naturalem, & Theologiam supernaturalem, quæ dicitur Sacra Scriptura. Et Theologia naturalis dividitur in Theologiam naturalem, quæ est Deus, & Theologiam naturalem, quæ non est Deus. Et Theologia naturalis, quæ non est Deus, dividitur in Theologiam naturalem, quæ est creatura spiritualis, & Theologiam naturalem, quæ est creatura corporalis. Et Theologia naturalis, quæ est creatura corporalis, dividitur in Theologiam naturalem, quæ est homo, & Theologiam naturalem, quæ non est homo. Et Theologia naturalis, quæ non est homo, dividitur in Theologiam naturalem, quæ est creatura corporalis, quæ est in cœlo, & Theologiam naturalem, quæ est creatura corporalis, quæ est in terra. Et Theologia naturalis, quæ est creatura corporalis, quæ est in terra, dividitur in Theologiam naturalem, quæ est creatura corporalis, quæ est in aqua, & Theologiam naturalem, quæ est creatura corporalis, quæ est in aere. Et Theologia naturalis, quæ est creatura corporalis, quæ est in aere, dividitur in Theologiam naturalem, quæ est creatura corporalis, quæ est in igne

Ita Iudicium fieri consuevisse, Tacitus testatur, quum ait, Ut quisque insignis reo, ita accusator exsistebat. Ita Cicero, Quum ille ad accusandum Verrem, quasi ad aliquod bellum, cum omnibus suis copiis advolasset. Ita Plinius, Quum ad accusandum Marium Priscum, quasi ad bellum, cum omnibus suis copiis advolasset

bus, & ſanguis meus verè eſt potus. *Vtrobique ergo loquitur de eadem re, & quam uno in loco inſtituit, in altero promiſit.* Reſpondeo, ſi mens Adverſariorum foret corpus illud & ſanguinem de quibus Dominus dicit in inſtitutione Euchariſtiæ, *corpus meum quod pro vobis datur, ſanguis meus qui pro multis effunditur*, eſſe rem eamdem cum carne & ſanguine de quibus Joannis 6. id nos libenter concedere, tanquam veriſſimum. Sin autem intelligant, res per pronomina *hoc & hic* in verbis inſtitutionis præciſè deſignatas, quaſque Dominus corporis & ſanguinis ſui appellatione honoravit, (ut Theodoretus loquitur) hoc eſt, panem & vinum, idem eſſe cum carne & ſanguine de quibus loquitur apud Ioannem, id, ut falſiſſimum, negamus. Nec ad id probandum quidquam facit ſimilitudo cibi & potus: *non enim quod alteri ſimile eſt, idem eſt cum ipſo cujus ſimilitudinem gerit*, ut rectè obſervat [d] Athanaſius. Alioqui, ex eo quod Matth. 26. jubentur Apoſtoli de calice bibere, & eodem capite Dominus ait, *Pater, ſi poſſibile eſt tranſeat a me calix iſte ut non bibam eum*; pariter colligeretur utrobique de re eadem agi: quod tamen falſum eſt. Imo, ex eo quod in ipſo ſexto Ioannis capite ubi Dominus dicit, *panis quem ego dabo caro mea eſt, quam dabo pro mundi vita*, Adverſarij volunt illum loqui de manducatione orali, ſimiliter concluderetur quando eodem capite ait, *Pater meus dat vobis panem de cœlo verum, panis enim verus eſt qui de cœlo deſcendit & vitam dat mundo*; ibi quoque agi de vita communicata per manducationem oralem illius panis: quod tamen ipſimet negant. Et ſanè audiatur Vaſques argumenti ſui infirmitatem non obſcurè agnoſcens, *fateor*, [e] inquit, *ſi poſtea Chriſtus nullum inſtituiſſet ſacramentum corporis & ſanguinis ſui in cibum & potum ſpiritualem animarum, foret ut alia ratione predicta verba interpretaremur, & ad ejus mortem & fidem ipſius quoquomodo ea accommodare.* Ergo, inquam, abſolute loquendo nihil repugnat ea omnia accommodari ad manducationem illam quæ fide & ſpiritu fit: quod certè nobis ſufficit.

Atquè hæc ſunt argumenta, ſeu potius præludia argumentorum quibus Adverſarij quaſi velitantes oſtendere conabantur de Euchariſtia tractari capite ſexto Ioannis. Sequuntur jam haſtati milites, antepilani ſimul, & triarij qui (ſpes eſt) fœlicius pugnabunt, & non modò evincent ibi de Euchariſtia agi, ſed & de manducatione ac participatione orali hæc omnia intelligenda propriè atque directè, non autem de ſpirituali, ſaltem ſola, & directè: unde neceſſario ſequetur præſentia realis.

Primum ergò argumentum Salmero, Stapletonus, Toletus, Mæratius, & alij, ducunt ex regula interpretandi ſcripturam, *quæ eſt, ut ſcriptura verba in proprio ſenſu accipiantur, quando ſic accepta nihil continent, aut alteri ſcripturæ loco, aut divinæ fidei, aut bonis moribus, aut rationi repugnant. At verba illa capitis ſexti*, inquiunt, *ejuſmodi ſunt ut ſi de reali corporalique ſumptione intelligantur, nihil contineant, aut alteri ſcripturæ loco, aut divinæ fidei, aut bonis moribus, aut rationi repugnant. Ergo* &c. Reſpondeo majore impræſentiarum data (quamvis univerſaliter ſumpta vera non ſit, ut capite decimo quinto obſervavimus) negari minorem: cujus negationis rationes, & jam reddidimus per totam controverſiam, & poſt loco ſuo, Deo dante, proferemus.

Secundum argumentum ducitur è verbis: *& panis quem ego dabo, caro mea eſt quam ego dabo pro mundi vita*: unde multipliciter argumentantur.

Primò quidem Mæratius in hunc modum: *his verbis*, inquit, *promittit Chriſtus ſe daturum in cibum illam ipſam carnem, quam daturus erat pro mundi vita, ſeu redemptione generis humani in ſacrificium cruentum. At veram ſuam carnem dedit in hoc ſacrificium, non autem ſolam ſuæ carnis figuram.* Reſpondeo, nihil ſequi ex hoc argumento, niſi Chriſtum daturum in cibum, non ſolam carnis ſuæ figuram, ſed etiam ipſammet carnem: quod ſane verum eſt, & reipſa Chriſtus præſtitit & præſtat. Mæratio probandum erat, Chriſtum promittere ſe illam eſſe daturum in oralem cibum: id enim controverſiæ caput eſt, quod non attingit.

Secundò, inquit Becanus, *expreſsè caro Chriſti vocatur panis Euchariſticus, hoc autem proprie non figuratè intelligendum*, &c. Verum, falſo ſupponit per panem in hoc loco panem Euchariſticum intelligi: panis enim ibi deſignat rem a pane Euchariſtico ſignificatam, videlicet, panem myſticum ac ſpiritualem, id eſt, propriam Domini carnem.

Tertio ſic argumentatur Yſambertus: *quicquid Chriſtus Dominus promiſit ſe daturum ſuæ Eccleſiæ tanquam medium vitæ æternæ obtinendæ in nova lege, illud ipſum opere & facto implevit, quia eſt fidelis in ſuis promiſſionibus. Atqui Chriſtus Dominus hoc loco & quando ait*, caro mea eſt vere cibus &c, *promiſit ſe daturum Eccleſiæ ſuæ ſuum ſubſtantiale & reale corpus ore corporis manducandum in cibum* &c. *Ergo implevit iſtud promiſſum. Sed Chriſtus non invenitur impleviſſe iſtud aliter, quam in hoc ſacramento Euchariſtiæ*, &c, *quia in toto Evangelio vel etiam aliis ſcripturis novi teſtamenti non poteſt aliquid reperiri in quo oſtendatur id impleviſſe, præterquam in inſtitutione hujus ſacramenti*, &c, *Ergo*. Reſpondeo, negari tum minorem iſtius argumenti, tum etiam id quod ſecundò ſumit Adverſarius. Nam cum Dominus

[d] *Contr. Hypocrit. Διόλου, τὸ μὲν ὁμοιον ἕτερον ἑτέρου ἐστὶν ἀλλὰ δεῖνος ὁ ὁμοιωθείς.*

[e] *Diſp. 179. c. 4.*

Dominus carnem ſuam pro nobis ad mortem dederit, ac eam nobis proponat in variis Euangelij locis tanquam medium vitæ æternæ fide amplectendam, & ita (quoad ſe) nobis illam det, id ipſum opere & facto implet quod promiſit. Minorem tamen probare conatur Yſambertus aliquot rationibus. Prima eſt: *quia quotieſcunque Deus pollicetur ſe daturum hominibus aliquid unde vita æterna pendeat, & quo ex ſingulari ejus præcepto homines tenantur aliquando uti, tunc verba quibus id promittit debent ſumi ſimpliciter, ut ſonant, abſque tropo vel myſtico ſenſu, quando ab ipſo Deo vel ejus Euangeliſtis talem promiſſionem referentibus non exponuntur aliter.* Atqui ita ſe res habet de hoc loco. Ergò. Reſpondeo primo, propoſitionem univerſaliter ſumptam eſſe falſiſſimam. Nam Dominus in hoc ipſo capite, fatente [a] Yſamberto, dicit ſe ſecundum divinitatem eſſe panem verum ad vitam æternam manducandum, huncque panem [b] pollicetur ſe daturum, nec explicat quonam ſenſu verum panem ſe nominet: itaque ex ratione Adverſarij, ſequitur illa ipſius verba debere ſimpliciter ſumi, ut ſonant, & abſque tropo: quod tamen falſum eſſe nemo non videt. Neque enim Dominus juxta divinitatem ſuam aliter quam tropicè panis dicitur, nec aliter quam figuratè ac ſpiritualiter manducari dici poteſt. Deindè etiam negatur minor. Nam & natura rei, & loci circunſtantiæ, ut poſt patebit, docent ea de manducatione verba figuratè eſſe accipienda, non propriè. Secunda ratio Yſamberti eſt, *quia* [c] *Auguſtinus docet*, in ſermone divino id omne pertinere ad ſenſum litteralem & non figuratum, *ſeu debere accipi litteraliter, ut ipſa verba ſonant, & non figuratè*, quod poteſt referri ad morum honeſtatem, vel fidei veritatem, & locutionem illam quæ jubet utilitatem vel beneficentiam, eſſe propriam, non figuratam. *At hæc promiſſio Domini eſt talis.* Sed aſſumptionem diſertè negat Auguſtinus eo ipſo loco quem notat Adverſarius: *Si præceptiva locutio eſt*, inquit, *aut flagitium aut facinus vetans, aut utilitatem aut beneficentiam jubens, non eſt figurata. Si autem flagitium aut facinus videtur jubere, aut utilitatem aut beneficentiam vetare, figurata eſt*: niſi manducaveritis, *inquit*, carnem filij hominis & ſanguinem biberitis, non habebitis vitam in vobis; *facinus vel flagitium videtur jubere.* Figura *ergo eſt præcipiens paſſioni Domini eſſe communicandum, & ſuaviter atque utiliter recondendum in memoria quod pro nobis caro ejus crucifixa & vulnerata ſit.* Tertia ratio ducitur ex conditione legis & præcepti. Sed quia illa recurret in quarto argumento, eam illuc remittimus, quemadmodum & cæteras ad alia loca directè pertinentes.

Quarto, inquit [d] Roſſenſis, *Dominus per ſecundum illud* dabo *ſignificat traditionem corporis ſui in cruce pro ſalute* noſtra: per *prius ergo ſignificatur inſtitutio & traditio futura corporis Dominici in ſacramento facta in ultima cœna.* At primò non deſunt ex ipſiſmet Adverſarijs qui utrumque illud *dabo* ad crucem referant. Sic enim Palatios: [e] *probabile eſt per utrumque verbum*, dabo, *idem voluiſſe carnis ſuæ ſacrificium ſubintelligere; verum expreſſionis majoris gratia geminavit verbum*, dabo, *ut ex geminatione hac doceamur ſpontaneum ſe obtuliſſe morti pro totius mundi vita. Prædixerat ergo ſe eſſe panem vitæ: jam nunc oſtendit quanam ratione ipſe ſit panis vivus, nempe immolandus pro hominibus.* Deinde, etiam dato antecedente negatur conſequentia. Poteſt enim per prius dabo intelligi traditio corporis Domini in cibum ſpiritualem, etiam extra Euchariſtiam. Quod & notavit Janſenius: [f] *Dominus*, inquit, *bis dicit* dabo, *ut habent Græca. Vel ob id fecit ut primò* dabo *ſignificaret ſe daturum carnem ſuam in cibum quando per Spiritum ſuum docturus eſſet ſe nos immolatione carnis ſuæ redemiſſe, altero vero* dabo *ſignificaret ſe daturum carnem ſuam in mortem pro mundi vita; vel ideo repetit verbum* dabo, *ut explicaret quomodo dixiſſet ſe daturum panem pro mundi vita, ut ſit ſenſus, panis quem ego dabo caro mea eſt, quam ego, inquam, dabo & in cibum & in mortem pro mundi vita.*

Quintò, inquit Stapletonus, *duplicem hîc donationem Chriſtus ponit: alteram nobis*, panis quem ego dabo, *de quo prius dixerat*, quem filius hominis daturus eſt vobis; *alteram pro nobis*, caro eſt mea pro mundi vita. *Hæc poſterior eſt corporalis, ergo & prior: ideo enim poſterior adjecta eſt, ut priorem exponeret.* At contrà Maldonatus: *ex eoipſo quod bis dicit dare, indicat ſe de diverſis dandi modis loqui. Nec enim poſterius prioris, ut quidam putant, explicatio eſt, ſed potius probatio. Docet quippè carnem ſuam panem eſſe vitæ quem ſe daturum dixerat, quia eadem illa caro pro vita totius mundi in cruce quaſi frumentum molenda, quaſi panis pinſenda erat. Indè habet caro illa quæ in ſacramento ſumitur, ut nos vivificare poſſit quod ipſa pro nobis in cruce mortua ſit.* Ad argumentum igitur reſpondeo negari conſequentiam. Contrarium potius ſequitur. Teſtatur enim Dominus carnem ſuam nobis eſſe manducandam ut corporaliter datam pro mundi vita: Ergò, inquam, ſpiritualiter. Nam quâ mortua non poteſt aliter edi, cum jam mortua non ſit.

Sextò, inquiunt Roſſenſis, Alanus, Salmero, Bellarminus, Stapletonus, Toletus, Becanus, Gamachæus, Yſambertus, *Dominus promittit aliquam eſcam novam & nondum hominibus a Deo conceſſam. At Chriſtus Dominus per fidem apprehenſus non erat ipſis Iudæis novus aliquis cibus: communis enim Patribus fuerat ſub veteri teſtamento. Ergò non eſt id quod promittit:*

[a] *Vbi ſupr. art. 7. num. 8.*

[b] *Verſ. 32. 33.*

[c] *De doctr. Chriſt. l. 3. c. 10. & 16.*

[d] *Contr. Oecolamp. l. 5.*

[e] *In hunc locum.*

[f] *Concord. c. 58.*

Do Sacramento do Christo.

Sacramento, diz Santo Agostinho, não é mais do que uma palavra, que se diz

mitti credenti, id eſt, illum præciſè manducanti, aut prius eſſe credere quam manducare, aut aliud credere, aliud manducare, cum hic fidei actus manducatio ſit.

g In 6. Ioan. Nonò, inquiunt ijdem, & cum illis g Tirinus, *fides non in carnem, ſed in totum Chriſtum eſt: divinitas enim & tota Chriſti humanitas fidei objectum eſt, fideque percipitur. Nulla igitur cauſa eſſet, cur ſolam ſuam carnem cibum hunc Dominus eſſe diceret, niſi de carnis proprietate & proprio manducationis officio loqueretur.* Sed falſum eſt, Dominum dicere, ſolam ſuam carnem hunc cibum eſſe. Proinde rectè Janſenius: *cum dixiſſet*, ego ſum panis vivus, & ſi quis manducaverit ex hoc pane, vivet in æternum, *ſubjicit*, & panis quem ego dabo caro mea eſt, *&c*, *quæ ſubjectio non indicat eum jam de alio pane loqui, ſed explicatius velle oſtendere, quomodo & quid ipſe, qui hactenus ſe panem vocavit, ſit vitam hominibus largiens. Itaque, quoniam hactenus dixit ſe panem vitæ, qui de cælo deſcendit, & credentibus in ſe promiſit vitam æternam, ne intelligeremus ſufficere eam fidem qua crederetur è cælo deſcendiſſe, & verus eſſe Deus, infert ſermonem de carne & ſanguine ſuo, ut intelligeremus neceſſariam eſſe fidem in ipſius humanitatem pro nobis in cruce traditam & paſſam. Hæc eſt enim fides qua manducamus panem vitæ, nimirum, qua credimus Chriſtum & verum eſſe Deum, & ſe hominem tradidiſſe pro nobis carnem ſuam & ſanguinem. Nec Chriſtus in toto hoc capite ſe panem vitæ vocat, niſi ratione utriuſque ſimul, ſcilicet, divinitatis & humanitatis in contracta. Sicut enim non potuiſſet eſſe ſalvator humani generis, niſi ſimul & Deus fuiſſet, & homo pro hominibus paſſus, ita non vocat ſe peculiariter a Patre & ſpiritu S.; panem vitæ, niſi quatenus Deus exiſtens per humanitatem in cruce paſſam credentes vivificat.* Idem quoque autè Janſenium reſponderat Cajetanus, licet aliis verbis.

Tertium principale argumentum, Salmero, Maldonatus, Bellarminus, Toletus, Suares, Vaſques, Mæratius, Gamachæus, Yſambertus, Tirinus, ducunt è Iudæis de quibus dicitur verſic. ſequenti: *litigabant ergo Iudæi ad invicem dicentes, quomodò poteſt hic nobis dare carnem ſuam ad manducandum?* Undè varie argumentantur: & quidem plurimi in hunc ferè modum: *quomodò Iudæi intelligebant verba Domini de manducatione carnis ſuæ, ita & ipſe Dominus eadem intelligebat, non de manducatione ſpirituali de qua murmurandi occaſionem non habuiſſent, ſed de corporali quæ murmuri & ſcandalo eorum locum dabat: Ergò & pariter Dominus. Major probatur: quia niſi fuiſſet utrorumque idem ſenſus, Dominus non illum confirmaſſet, ſicut facit verſu ſequenti dicendo*, niſi manducaveritis carnem filij hominis & biberitis ejus ſanguinem, non habebitis vitam in vobis, *ſed potius correxiſſet illorum ſenſum, ac explicuiſſet ſe de manducatione ſpirituali agere, & ita ſedaſſet eorum murmur, cum ipſa nihil habeat difficultatis.* Reſpondeo, majorem eſſe falſiſſimam, idque ex doctrina ipſorummet etiam Adverſariorum evinci poſſe. Omnes enim docent, Judæos Domini verba carnaliter intellexiſſe, quaſi carnem ſuam particulatim lacerandam & edendam daturus eſſet more communium carnium. At quis dicat eamdem Domini fuiſſe de manducatione carnis ſuæ ſententiam? Ad confirmationem majoris, dico primò Dominum addendo, *niſi manducaveritis carnem filij hominis*, &c, non confirmare carnalem Judæorum ſenſum, ſed ſuum, nempe, quod dixerat de carne ſua in cruce danda pro mundi vita, & exinde in ſpiritualem ac vivificum animæ cibum. Id enim confirmat aſſerendo, vitam ſpiritualem nullomodò haberi poſſe abſque hac eſca. Secundò dico, potuiſſe quidem Dominum, ſi voluiſſet, mentem ſuam illis diſtinctius explicare, & murmur eorum ſedare; ſed addo, non ſemper eum efficere voluiſſe, quod facere potuit. Dixerat Joan. 3. *niſi quis natus fuerit denuò, non poteſt videre regnum Dei.* Turbabatur Nicodemus, & quærebat, *quomodò poteſt homo renaſci, cum ſit ſenex? nunquid poteſt in ventrem matris iterato introire & renaſci.* Confirmabat Dominus dictum ſuum ſuperaddendo, *niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu non poteſt introire in regnum Dei.* Et rurſum dubitabat Nicodemus & reſpondebat, *quomodò poſſunt hæc fieri?* Mentem tamen illi ſuam noluit Dominus explicatius aperire. Similiter Joan. 4. dixerat Samaritanæ, aquam illi dare quodammodò recuſanti, *ſi ſcires donum Dei, & quis eſt qui dicit tibi, da mihi bibere, forſitan petiſſes ab eo, & dediſſet tibi aquam vivam*, &c. Illa verò errans exiſtimabat Dominum loqui de aqua materiali, & reſpondebat, *Domine, da mihi hanc aquam, ut non ſitiam, neque veniam huc haurire.* Ille tamen ei non explicuit de qua vitæ aqua locutus erat, nec ipſius correxit errorem. Porrò, ſi ſic egit cum eis, ſincere licet & placidè illum interrogantibus: quantò meliori jure cum Capernaitis heluonibus, incredulis, murmuratoribus? Debuerant illi, eo quod divinam Domini virtutem ex miraculis percepiſſent, etiam non intellectum ſermonem ejus libenter & humiliter ſuſcipere, &, ſi quæ difficilia videbantur, eorum ſolutionem humiliter expectare, aut etiam ſtudioſè a Domino quærere. Contra verò, quia carnales erant, & ſuperbi, & maligni, nihil quærunt a Domino, ſed inter ſe altercantes rejiciunt tanquam abſurdum, aut falſum & impoſſibile quod dixerat; ideoque nihil mirum quod carnalem illorum mentem non emendaret Dominus, nec ſuam illis exponeret.

Tertio,

Digitized by Google

Tertio, respondet Palatios: *Dominus clarè docebat non esse carnem suam comedendam visibiliter morsibus dentium, sed fide & amore*; huc usque rectè. Et Jansenius: *debuissent usque ex verbis Domini intellexisse quomodo ejus caro edi posset, nempe, per fidem, eo quod supra satis significaverat, credere in se esse manducare se.* Denique ex eo ipso Adversariorum argumento, concludi similiter posset contra manducationem oralem corporis Christi quam hinc volunt exculpere. Nam si Dominus hæc intelligebat de manducatione corporali carnis suę integræ & absque læsione sub accidentibus panis, cur unico verbo eorum murmur & scandalum non sedabat, id illis aperiendo? Cum ergo hoc illis non explicet, sequitur de ejusmodi carnis suæ manducatione ibi non esse locutum. Argumentum sanè in hanc partem æquè validum, ac illud prius Adversariorum contra sententiam nostram. Sed rursus illorum [a] aliqui aliter hoc modo disputant: *ex Judæorum murmure colligetur illos putasse, Christum aliquid novum ac mirandum promittere. Christus autem non correxit illorum opinionem, sed potius confirmavit, dicens*, nisi manducaveritis, &c. *At nihil mirandum & novum fuisset, si tantum voluisset significare quod oporteret credere in Christum; nam etiam in Veteri testamento hoc facere oportuit.* Respondeo primò novum illud, nec tamen tam mirandum quam absurdum, quod existimabant Judæi Dominum promittere, id tantum fuisse, nempè Dominum carnem suam membratim dilaceraturum & edendam porrecturum: *hoc autem*, inquit [b] Augustinus, *exhorruerunt, hoc ad se multum esse dixerunt, hoc non fieri posse putaverunt. Nam cum animales essent*, subjungit [c] Cyrillus, *spiritalia intelligere non poterant*; ideoque *perturbabantur*, ait [d] Chrysostomus, *potius stultitia sua, quam dictorum ambiguitate.* Respondeo quoque secundò, ut antea, Dominum verbis sequentibus, non confirmasse carnalem eorum sensum, sed suum, videlicet, necessitatem manducationis carnis suæ ad vitæ adeptionem.

a *Maldon. & Becanus.*

b *In Ioa. tract.* 26.

c *In Ioan. l.* 4. c. 13.

d *In Ioan hom.* 46. *in Græc.* τῆς σαυτοῦ ἀσθενείας ἐκπίπτουσι τῇ τῶν λεγομένων ὑπερβολῇ.

Quartum argumentum ducitur è vers. 53. ubi Dominus ait: *Amen, amen, dico vobis, nisi manducaveritis carnem filij hominis & biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Ex quibus verbis, sicut ex præcedentibus, Adversarij variè argumentantur.

Primò enim Bellarminus urget has voculas, *Amen, Amen.* Nam *absurdum esset*, inquit, *Dominum non semel, sed sæpius juramento confirmasse, oportere manducari ipsius carnem, si hoc nonnisi figurate faciendum esset: neque enim juramento confirmare licet nisi sententias apertissimas & certissimas, & quæ non possint in alium sensum torqueri, nè detur occasio perjurij.* Verum in hoc argumento nihil est sani. Nam primò, *Amen*, non est juramentum, sed tantum asseveratio firma: *amen, amen*, inquit [e] Mariana, *id est verissime. Geminatio aliquando supplet vicem superlativi, quo Hebræi carent.* Deinde ambiguitas est in adverbio, *figurate.* Nam si intelligat Bellarminus manducationem de qua hic agitur, secundum nos *figurate*, id est, in signo & figura esse faciendam, longè fallitur. Sin autem sensus sit, manducationem hanc esse faciendam, *non proprie*, hoc est, ore corporis, sed *figurate*, hoc est, spiritualiter & ore animæ; id quidem verissimum est: sed negatur absurdum esse in necessitate ejusmodi actionis exprimenda, asseveratione uti. Multoties enim Dominus figuratè loquens tali confirmatione usus est. Sic enim Matth. 18. 18. *Amen dico vobis, quæcunque alligaveritis super terram, erunt ligata in cœlo, & quæcunque solveritis super terram, soluta erunt in cœlo.* Et Lucæ 12. 37. *beati servi illi quos cum venerit Dominus invenerit vigilantes. Amen dico vobis quod præcinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis.* Et, ne prolixus sim in re familiarissima, Ioan. 3. 3. *Amen, amen, dico tibi, nisi quis renatus fuerit denuo, nō potest videre regnum Dei.* Quæro enim, an hæc renascentia propriè sit intelligenda de reiterata generatione, nativitateq; corporali, an vero de spirituali renovatione ac regeneratione? Sanè posteriorē omnes intelligunt, nemo priorem: cur non ergò similiter manducatio carnis de qua Dominus loquitur, erit accipienda, non de manducatione propriè sic appellata, id est, de corporali & orali, sed de manducatione metaphorice sic dicta, hoc est, de spirituali & mentali? Nec ideò dicendum est, locutionem ejusmodi eo sensu fore obscurissimam, aut occasionem perjurij daturam. Nam nemo nescit, tropum illum per quem actiones membrorum corporis ad animæ facultates transferuntur, usitatissimum esse, ac de consequenti clarum & intelligibilem. Nec locum perjurio dat, qui non ita clare loquitur ut ab omnibus etiam stupidissimis intelligatur, sed qui contra veritatem ac mentem suam loquitur, aut loqui docet.

e *In 3 Ioan. cap. vers. 3.*

Secundò, inquit Mæratius, *his verbis datur præceptum de manducanda Christi carne & bibendo ejus sanguine, & quidem tam stricte obligans, ut aut implendum sit, aut in æternum moriendum. Talis autem præcepti verba esse debent clara* (addit Ysambertus, *& sumi ut sonant ad sensum communem litteralem, & non ad tropicum*) *ut sciat is cui præceptum imponitur, quid facere debeat. Obscurissima nihilominus essent in sensu figurato & improprio, si manducandi videlicet atque bibendi vocabulis, non realis & corporea, sed spiritalis per fidem similemve modum manducatio & potatio intelligenda est.* Respondeo, his verbis contineri quidem

Digitized by Google

dem præceptum per comminationis formam expreſſum; ſed, aut præceptum dari non poſſe verbis figuratis, aut figurata verba ita ſimpliciter velut obſcuriſſima a præceptis ablegare, & in ſe falſum & abſurdum eſt, & ipſorum etiam Adverſariorum placitis contrarium. Nam ad prius quod attinet, nonnè verba illa, *niſi quis renatus fuerit denuò, non poteſt videre regnum Dei*, præceptum ſunt per comminationis formam expreſſum, perindè ac illa, *niſi manducaveritis carnem filij hominis & biberitis ejus ſanguinem, non habebitis vitam in vobis*? Et tamen verba illa figurata eſſe omnes agnoſcunt: quid ergo prohibet hæc quoque eſſe figurata? Bellarminus quoque hanc limitationem apponit propoſitioni illi generali de præceptis figurato ſermone non exprimendis: *notandum eſt, cum dicimus præcepta debere propriis verbis efferri, ſic eſſe intelligendum, ut vel tantum propriis verbis efferantur, vel ſi in uno loco tropicis, in alio propriis: nihil enim prohibet, quod habetur expreſſe & proprie in uno loco, alibi obſcurius haberi.* At hoc etiam rurſus ſufficit ad retundendum argumentum. Nam quod hic Dominus figuratis verbis ait, manducandam eſſe carnem bibendumque ſanguinem ſuum ad vitam habendam, illud antè expreſſerat propriis verbis, inquiens: *qui venit ad me non eſuriet, & qui credit in me non ſitiet in æternum*, verſ. 35. Ita Joannes de Raguſio in concilio Baſileenſi: a *manducare carnem Chriſti & bibere ſanguinem ipſius, nihil aliud eſt quam credere in Chriſtum, & eidem per charitatem adhærere. Quod etiam ipſe Dominus eodem capitulo apertiſſime declarat, cum ait*, Ego ſum panis vitæ, qui venit ad me non eſuriet, & qui credit in me non ſitiet unquam. *Manifeſtum eſt autem quod ad non eſurire & non ſitire perveniatur, per manducare & bibere, & per conſequens credere in Chriſtum & venire ad Chriſtum, quod fit per fidem & charitatem, idem ſunt quod manducare & bibere. Vndè eodem capitulo ait ipſe Dominus*: qui credit in me habet vitam æternam. *Et poſt*: ſi quis manducaverit ex hoc pane, vivet in æternum; *manifeſte oſtendens idem eſſe* qui credit in me, *&*, ſi quis manducaverit, *&c*, *& per conſequens quod idem ſit credere & manducare. Quod autem manducare hunc panem, ſit idem quod manducare carnem ejus, & ipſius ſanguinem bibere, ut omnis tolleretur ambiguitas, & ne fieret vis in verbis, ſimiliter ipſe Dominus declarat, inquiens*, & panis quem ego dabo caro mea eſt pro mundi vita. *De quo caro litigantibus Judæis & dicentibus*, quomodò poteſt nobis hic dare carnem ſuam ad manducandum? *ſubjungit*, Amen, amen, dico vobis, niſi manducaveritis, *&c*, *manifeſte oſtendens, idem eſſe manducare panem hunc, & manducare carnem ſuam, & ſuum ſanguinem bibere, & per conſequens ut ſiat proceſſus de primo ad ultimum, idem quod credere in ipſum & eidem per charitatem adhærere.* Idem, & totidem pene verbis habet b Gabriel Biel. Quin & Janſenius Yprenſis licet in alia ſententia ſit quoad verba, *niſi manducaveritis*, ſimiliter tamen cum Raguſio & Gabriele explicat verba illa, c *qui venit ad me non eſuriet, & qui credit in me non ſitiet unquam.* Ad poſterius autem quod ſpectat, primò Mæratius ipſe, parum memor ſui, alibi ait: d *figuratæ locutionis ſenſus* (aliquandò, ſcilicet) *æquè clarus ac cuique obvius eſt, ac ſi propria eſſet.* Quomodò igitur ait, verba illa, *niſi manducaveritis carnem filij hominis*, &c, fore obſcuriſſima, ſi per illa ſpiritualis manducatio eſſet intelligenda? Figuratum enim ex ipſius hypotheſi non eſt neceſſariò obſcurum, ſi interdum clarum & obvium ſit. Itaque, ſi obſcuriſſima ſunt, id eis contingere debet non ex ratione generali figurati, ſed ex ſpeciali quodam, ut ita dicam, figuræ quam in illis aſſignamus genio. Hoc autem dici non poteſt. Figura enim illa per quam functiones animæ corporalium actionum ſimilitudine exprimuntur, frequentiſſima eſt, tum in communi uſu loquendi apud Judæos etiam dd hodiernos, tum etiam in ſcripturis ipſis, ac proindè non obſcuriſſima, ſed potius clara & nota. Sic Pſal. 42. dicitur, *ſitivit anima mea ad Deum fontem & vivum*; & Matth. 5. *beati qui eſuriunt & ſitiunt juſtitiam, quoniam ſaturabuntur*; *& variis alijs in locis.* Baſilius quoque ul obſervat: *ſæpè notavimus*, e inquit, *facultates animæ iiſdem nominibus exprimi quibus externa membra vocantur.* Loquitur autem de guſtu animæ tributo Pſalm. 33. 9. *guſtate & videte, quoniam ſuavis eſt Dominus.* Secundò, quamvis hæc locutio aliquid obſcuritatis haberet, tamen uſurpari potuit ſecundum regulam a Bellarmino poſitam, ut jam ſupra notavi, quia id præceptum jamantè proprie & clare traditum fuerat per ipſum Dominum dicentem, *qui venit ad me non eſuriet, & qui credit in me, non ſitiet in æternum.*

Tertiò, inquiunt Maldonatus, Bellarminus, Yſambertus, Tirinus, *iſta diſtinctio tam frequens carnis & ſanguinis, cibi & potus* (*habetur enim multoties verſiculis ſequentibus*) *aperte indicat Chriſtum loqui de communione ſub ſpeciebus panis & vini. Alioqui, quorſum iſta diſtinctio toties præſertim repetita? Spiritualis enim perceptio Chriſti per fidem non eget iſta diſtinctione, cum uno modo fiat: idem enim eſt manducare & bibere in ſumptione per ſolam fidem.* Verum ad hanc objectionem pro nobis reſpondent f Cajetanus, Palatios, & Janſenius cujus ſufficiet verba producere: *Nec concludet quiſquam argumentum eorum qui volunt neceſſario de manducatione ſacramentali intelligendum hunc locum, eo quod duo præcipiat Dominus, nempe manducare carnem & bibere*

a *De commun. ſub utraque ſpec.*

b *In Can. lect. 36.*

c *In 6. Ioan.*

d *De Euch. diſp. 6. ſect. 5. n. 7.*

dd *Vid. Maſſem Bea Majimon, in more Nevochim part. 3. c. 30. & alios.*

e *In Pſalm. 33.*

ee *Artic. 7. ubi ſupra.*

f *In 6. Ioan. omnes.*

[illegible] [illegible] [illegible] [

est sagittarius: & apud Chrysologum de Sanctis, l *verè portant lucernas suas, verè fomentis operum, verè misericordiæ unguento inflammant lampades suas*: & apud Leonem de Davide & Christo, m *vere David in Christo est passus, quia verè David in Iesu carne est crucifixus*: & apud Hesychium de virtute prædito, n *hic filius Aaron vere dicitur*; & de peccato, *vere nicus, vere lepra*: Et apud Isidorum de Christo, o *vere sol justitiæ est*. Et apud Theophylactum de Christo, o *vere est pastor*: & apud Etherium & Beatum de sacra scriptura, p *vere corpus Christi & sanguis ejus sermo scripturarum est, doctrina divina est*: & sic varijs alijs in locis libro secundo in Hesychio recensendis, in quibus palam est adverbium græcum ἀληθῶς, aut latinum vere, tropum omnem non excludere. Sed præstat audire ipsosmet Adversarios. Sic enim Cajetanus: q *Dominus non dicit, est cibus corporis ne arctaret cibum ad cibum corporis: unde sufficit ad verificandum hunc textum quod sit cibus anima. Transfertur enim cibi nomen & ratio a cibo corporis ad cibum animæ: cibus autem nomen est officij cibandi significans proportionem rei quæ manducatur ad cibandum manducantem*, &c. *Ad significandum itaque quod caro sua non falsò, non opinione, sed secundum veritatem cibat animam*, dicit vere est cibus, &c. *Et sanguis meus naturalis qui effundetur pro mundi vita*, verè est potus, *non venenum: est enim non falsò, non opinative officium habens potus animæ. Est namque vivificans animam, sicut potus corporeus vivificat corpus*. Præiverat Gabriel: r *sensus est, caro mea verè, id est, indubitanter est cibus reficiens seu refectivus, & sanguis meus vere, id est, indubitanter est potus potans vel inebrians spiritualiter*. Similiter & Palatios in commentario: f *Spiritualia verius esse habent quam temporalia, illa enim sunt permanentiora, quia æterna, hæc vero labilia quia corruptioni obnoxia. Ideo Christi caro & Christi sanguis, quia mentem spirituali refectione reficiunt atque roborant, ideo verè sunt cibus & potus &c. Ea igitur ratione caro Christi vere dicendus est cibus, & sanguis ejus vere est potus: non quod sint cibus vel potus materiales vel naturales qui secundum proprietatem sermonis propriè & vere sunt cibus & potus, sed quod ad veram cibatos & potatos transferunt vitam*. Imo quod mirandum est, Maldonatus: *rationis vis in hoc versatur, quod propria cibi & potus natura sit, vitam manducantibus & bibentibus dare. Itaque quicquid manducatum & bibitum vere vitam tribuit, id vere cibus & potus est, & contra quicquid vere cibus & potus est, verè vitam tribuit. Notarunt hoc & explicarunt Augustinus & Beda. Illud ergò ἀληθῶς vere, aut ut Apollinarius in catena græca, & textus ipse catena legunt, itemque Leontius in textu & in commentarijs* (Addo ego, s Origenem, u Eusebium, x Chrysostomum, y Basilium, z Nonnum, a Procopium) ἀληθὴς, *verus est cibus, & verus est potus, non naturam significat, sed effectum. Nam tametsi caro & sanguis Christi vere a nobis in sacramento sumitur, tamen non vocatur verus cibus quod verè manducetur, & vere potus quod vere bibatur*, &c. *Verum igitur cibum, & verum potum vocat, quia vere animas nutrit, & vitam æternam illis præbet, sicut vers. 32. vocavit se panem verum, non utique natura (nec enim vere ac proprie si naturam spectes, panis est) sed effectu, quia vere præstat quod panis præstare solet, cum ad id fiat ut vere homines vivant: Et cap. 15. 1. vocat vitem veram, non quod vera sit vitis, sed quod id quod vitis facit, ut sarmenta sua nutriat atq; sustentet, multò ipse verius facit.*

Sextum argumentum ducit Stapletonus e versu 57. ubi Dominus ait, *sicut misit me vivens Pater, & ego vivo propter Patrem, & qui manducat me vivet propter me.* Quæ verba, b inquit ille, *sacramentalem corporis Christi manducationem fortissime docent.* Quomodò autem? Argumentum tale videtur esse: *sicut Christus vivit propter Patrem viventem; ita & nos propter Christum manducatum vivemus. Atqui Christus vivit propter Patrem, nempe, quia illi unitus est etiam ratione humanitatis suæ per realem ac naturalem unionem: Ergò vivemus propter Christum manducatum, quia nobis unitus est per realem ac naturalem unionem.* Respondeo ad majorem, comparationem illam a Domino institutam non esse intelligendam universaliter, sed tantum secundum quid, nec efficaciam vitæ ab illo colligi ex modo unionis, sed ex unione generaliter. Quod ex ipsis Adversarijs nonnulli viderunt & observarunt. Sic enim Palatios: *cum hæc similitudo sit analogica, non æqualitatis est vivere fideles propter Christum, & vivere Christum propter Patrem.* Et Toletus: *non ex qualitate unionis, sed ex unione sola colligit eundem effectum Dominus.* Idem & antè utrumque, licet alijs verbis, notaverat Cajetanus. Alioquin unitas foret similis: & sicut Christus secundum quod Deus est unitus Patri per naturam, & secundum humanitatem suam divinitati hypostaticè est unitus, ita & nos per naturam & hypostatice Christo hac manducatione adunaremur; quod absurdum est. Comparatio igitur ab unione generatim considerata utrobique ducitur, ut quemadmodum Christus vivit propter Patrem quia illi unitus est, ita quoque nos victuri simus propter Christum manducatum, quia per manducationem illi, qui vita est, unimur. Qualis autem sit hæc unio, spiritalis an corporalis, mystica an localis, totidem verbis non exprimit: effectus tamen quem illi tribuit apertissimè indicat eam esse spiritualem, non localem & corporalem. Nam loquitur de unione per quam habituri simus vitam æternam. At non habituri sumus vitam æternam per

l *De verbo vigile serm. 24.*
m *De passione serm. 6.*
n *In Levit. l. 1.*
o *In l. Ind c. 8.*
o *In Ioan. 10.*
p *Contr. Elipand. lib. 1.*
q *In hunc locum.*
r *In Canon. dist. 86.*
f *In Comment.*
t *In Num. hom. 7.*
u *contr. Marcell. l. 3. c. 12.*
x *Hom. 47. in Ioa. in græc.*
y *In cap. 3. Esa.*
z *In paraphr.*
a *In Esai. c. 3.*
b *Antidot. in hunc loc.*

Regis Caroli ad Parliamentum suum apud Westmonasterium tertio die Junii anno regni sui primo tenendum, et ibidem inchoatum et tentum, usque quartum diem Julii proximo sequentem, et tunc ibidem prorogatum, et ab eodem quarto die Julii usque octavum diem Augusti proximo sequentem, et tunc ibidem prorogatum, et ab eodem octavo die Augusti usque primum diem Novembris proximo sequentem, et tunc ibidem prorogatum, et ab eodem primo die Novembris usque primum diem Februarii proximo sequentem, et tunc ibidem prorogatum, et ab eodem primo die Februarii usque octavum diem Maii proximo sequentem, et tunc ibidem prorogatum, et ab eodem octavo die Maii usque primum diem Julii proximo sequentem, et tunc ibidem prorogatum, et ab eodem primo die Julii usque primum diem Augusti proximo sequentem, et tunc ibidem prorogatum, et ab eodem prim

[illegible] Sacramentum Eucharistiæ, quod [illegible] Sacramentum Eucharistiæ, quod [illegible] Sacramentum Eucharistiæ, quod [

moratur novum teſtamentum ſanguine Chriſti confirmatum. Quis ergo non videt quantum Stapletonus abſit a ſcopo? Secunda ejus ratio, quæ & aliquatenus Gerhardi eſt: *Vetus fœdus percutiebatur aſperſo populum ſanguine, & omnia fœdera externis notis & ritibus ob oculos poſitis percutiuntur. Sic hic externa ſanguinis Chriſti exhibitione & intima per bibendum aſperſione novum fœdus conditum & ſanctitum eſt. Nam illa verba*, qui pro vobis effundetur, *in præſenti tempore legenda ſunt juxta omnes Euangeliſtas cum textu Græco, & ſenſus eſt, qui pro vobis nunc diſtribuitur, & reali participatione ſingulis veſtris intime effunditur & aſpergitur, ut veritas reſponderet figuræ: Quam cum Moyſes adminiſtraret, l accipiens ſanguinem vitulorum & hircorum cum aqua, & lana coccinea & hyſſopo: ipſum quoque librum & populum omnem aſperſit, dicens, hic ſanguis teſtamenti quod mandavit ad vos Deus.* Reſpondeo, hanc rationem inſtar præcedentis multa falſa ſupponere. Nam primo falſum eſt, ut jam ſupra dixi, Dominum in Euchariſtia condidiſſe novum fœdus. Tantum in ipſa inſtituit novum ſignum novi fœderis, quod Euangelio promulgatum propediem erat pretioſi ſanguinis ſui effuſione confirmaturus. Secundò, falſum eſt ſanguinem hunc in Euchariſtia propriè loquendo effuſum fuiſſe, cum tunc extra venas realiter non funderetur, ut omnes agnoſcunt: unde manifeſte patet illum apud Euangeliſtas dici effundi, tempore præſenti pro futuro proximè inſtanti ab ijs poſito, ſicut rectè vertit vulgatæ verſionis Author legens, *effundetur*, ad ſenſum potius quam ad verba reſpiciens. Tertio quoque falſum eſt veterem illam Moſis figuram, id eſt, effuſionem ſanguinis vitulorum & hircorum, completam fuiſſe in Euchariſtia, in qua ſanguis Chriſti, ut dixi, realiter effuſus non eſt. Apoſtolus in epiſtola ad Hebræos docet illam in cruce fuiſſe completam ac conſummatam: ibi enim ſanguis ejus realiter effuſus eſt. Ut autem huic figuræ aſperſionis ſuper veterem populum veritas aliqua reſpondeat, neceſſarium quidem ſane eſt ſanguinem Domini aſpergi ſuper nos qui novus Iſrael ſumus: ſed falſum eſt, hanc aſperſionem ad Euchariſtiam eſſe reſtringendam, cum etiam extra illam fiat a Spiritu S. per obedientiam fidei, ut teſtatur S. Petrus. 1. Petr. 1. 2. Denique, falſiſſimum eſt ad aſperſionem illam neceſſariam eſſe externam, realem ac corporalem effuſionem ac receptionem, qualis illa fuit a Moſe celebrata, tum quia ſanguis Domini hoc pacto realiter extra venas effunderetur in Euchariſtia, ac viſibiliter eſſet aſpergendus, ut vetus ille a Moſe effuſus fuit realiter & viſibiliter, quod abſurdum & blaſphemum eſt; tum quia hæc aſperſio ſanguinis Chriſti, ut demus etiam in Euchariſtia ſuper credentes fieri, in baptiſmo quoque fiat. Id enim ſcriptura innuit, cum ait: a *quicunque baptizati ſumus in Chriſto Ieſu in mortem ipſius baptizati ſumus*: & Nazianzenus quando de baptiſmo loquens ait, b *nos ungi per illum ſicut olim Iſrael unctus eſt ſanguine nocturno, & pretioſo ſanguine protegi*: & Hieronymus Dominum inducens dicentem; c *baptizemini in ſanguine meo per lavacrum regenerationis*; & de Eunucho per Philippum baptizato, d *baptizatus eſt in ſanguine agni quem legebat*: & Auguſtinus, e *rubet baptiſmus ſanguine Chriſti conſecratus*: & Proſper, f *baptiſmo ſanguine Chriſti tinguntur*; &, g *per mare rubrum baptiſmum ſacratum ſanguine Chriſti liberantur*: &, ſive Cæſarius, ſive quis alius, h *ingreditur anima vitales undas velut rubras ſanguine Chriſti conſecratas*. Iſidorus: i *ingreditur mare rubrum baptiſmum ſcilicet Chriſti cruore ſignatum*. Denique k Claudius Turinenſis: *Rubet & mare Rubrum, baptiſmum utique Chriſti ſanguine conſecratum*. Quod & ipſum docent ex Adverſarijs, k Waldenſis, l Carthuſianus, Folengius, m Thomas, Juſtinianus, a Lapide, hanc veterem aſperſionem in baptiſmo veritatem ſuam habere confitentes, & in illo Chriſti ſanguinem adminiſtrari populo. At quis dicat ſanguinem Chriſti in hoc ſacramento aſpergi per externam & realem & corporalem aſperſionem? Quis aliter id intelligat, quam ſpiritualiter fieri? Tertia denique ratio Stapletoni eſt: *cum verba Chriſti de pane*, accepit, fregit ac dedit, *item de calice*, accipiens gratias egit ac dedit, *externam Chriſti actionem evidenter exponant, neceſſarium eſt ut alia verba Chriſti hinc dependentia & ex illis conſequentia*, accipite, comedite, bibite, *externam quoque acceptionem ac potationem rei datæ exprimant. Sicut enim externe accepit & dedit, ita a ſuis externe accipi, & bibi voluit. Eſt igitur neceſſaria corporis & ſanguinis Chriſti externa acceptio, manducatio, bibitio, ad fœdus & teſtamentum novum in Chriſti corpore & ſanguine ſanciendum.* Reſpondeo, conceſſo antecedente conſequentiam negari. In ea enim ſupponit Adverſarius illud, quod Dominus accepit, fregit ac dedit, edereque juſſit ac bibere, fuiſſe proprie corpus & ſanguinem ſuum: quod falſiſſimum eſt, cum id dixerit de pane & vino quæ corpus & ſanguinem ſuum vocat, *non quod proprie corpus ejus ſit panis, aut poculum ſanguis*, inquit n Facundus, *ſed quod in ſe myſterium corporis ejus ſanguinisque contineant.*

Vndecimum argumentum ducunt Adverſarii ex 1. Cor. 10. 16. ubi Apoſtolus ait: *calix benedictionis cui benedicimus nonnè communio ſanguinis Chriſti eſt? Et panis quem frangimus nonne communio corporis Chriſti eſt?* unde varia colligunt.

Primò enim Gerhardus ex parte con-

k *Vbi ſupr. n.* 234.

l *Hebr.* 9. *Exod.* 24. 8.

a *Rom* 3. 6.

b *Orat.* 40. & 41.

c *In Eſa.* 1.

d *In Eſai.* 53.

e *In Ioan. tract.* 11.

f *De promiſſ. part.* 2. *c.* 2.

g *In pſalm.* 106.

h *De paſch. homil.* 5.

i *De vocat. Gentium. c.* 24.

k *In.* 1. *Cor.* 10.

k *Tom.* 2. *c.* 88.

l *In Exod.* 24.

m *In* 9. *ad Hebr. omnes.*

n *Lib.* 9. *c. ultimo.*

Digitized by Google

ſubſtantiatorum, objicit: o *de externis ſymbolis rei cœleſtis communicatio prædicatur. Panis enim fracto & diſtributo tribuitur quod ſit communicatio corporis Chriſti, vino benedicto & diſtributo tribuitur quod ſit communicatio ſanguinis Chriſti. Loquitur ergo non de ſpirituali corporis & ſanguinis Chriſti communicatione quæ ſit mediante fide, ſed de ſacramentali eorumdem participatione quæ ſit mediante panis fracti manducatione & vini benedicti bibitione.* Reſpondeo, verba Apoſtoli dupliciter accipi poſſe. Nam primo ſic exponi poſſunt, ut panis dicatur eſſe κοινωνία *corporis & calix ſanguinis*, id eſt, ſignum ac ſigillum communionis ſpiritualis quã habemus corporis & ſanguinis quemadmodum Dominus juxta Tertullianum dixit, p *hoc eſt corpus meum, id eſt, figura corporis mei.* Conſtat enim communionem noſtram ſpiritualem cum corpore Chriſti, tum naturali, tum myſtico, per Euchariſtiam ſignificari: *quando Dominus corpus ſuum panem vocat,* q inquit Cyprianus, *de multorum granorum adunatione congeſtum, populũ noſtrum quem portabat indicat adunatum, & quando ſanguinem ſuum vinum appellat de botris atque acinis plurimis expreſſum atque in vnum coactum gregem item noſtrũ ſignificat commixtione adunata multitudinis copulatum.* Et rurſum: r *quo & ipſo ſacramento populus noſter oſtenditur adunatus, ut quemadmodum grana multa in unum collecta, & commolita, & commixta panem vnum faciunt, ſic in Chriſto qui eſt panis cœleſtis unum ſciamus eſſe corpus cui conjunctus ſit numerus noſter & adunatus.* Et poſt illum Auguſtinus. s *propterea quippe, ſicut etiam ante nos hoc intellexerunt Sancti homines Dei, Dominus noſter Ieſus Chriſtus corpus & ſanguinem ſuum in eis rebus commendavit quæ ad aliquid unum rediguntur ex multis.* Et rurſus, t hanc unanimitatem doceri *ſignificatione ſacramentorum.* Et in ſermone ad Infantes: u *ſicut, ut ſpecies viſibilis panis multa grana in unum conſpergumtur, tanquam illud fiat quod de fidelibus ait ſcriptura, erat illis anima & cor unum ad Deum; ſic & de vino recolite, fratres, unde ſit unum, grana multa pendent ad botrum, ſed liquor granorum in unitate confunditur. Ita Dominus Ieſus Chriſtus nos ſignificavit, nos ad ſe pertinere voluit, miſterium pacis & unitatis noſtræ in menſa ſua conſecravit.* Imo & ipſe Gerhardus paulò poſt: *Nec abſurde ſtatuitur, quamvis panis Euchariſticus ſit tam* μετοχὴ *quam* κοινωνία *corporis Chriſti, Apoſtolum tamen voce* κοινωνίας *quam* μετοχῆς *vti maluiſſe, quia præter ſacramentalem corporis & ſanguinis Chriſti participationem ſimul exprimere voluit ſpiritualem illam vnionem cum Chriſto & reliquis vere Eccleſiæ membris, cujus medium & ſigillum in credentibus eſt ſacramentalis illa* κοινωνία *ac participatio.* Unde patet quam parvi momenti ſit quod contra hanc expoſitionem idem Gerhardus in ſequentibus objicit, inquiens: *quidam* κοινωνίαν *exponunt* per ſignum & ſigillum κοινωνίας. *Atqui aliud eſt* κοινωνία, *aliud* κοινωνίας *tantummodo ſignum. Et qua tandem emerget verborum paraphraſis, panis eſt ſignum communicationis ſigni corporis? Nam vocem corporis pro ſigno corporis in verbis cœnæ exponendam eſſe diſputant.* Si enim κοινωνία non poteſt recte exponi de ſigno communionis, cur tu ipſe paulo ante eam ſic interpretabare? Quaſi vero inuſitatum ſit, & non potius frequentiſſimum illud, quod ſignificat nomine ejus rei quam ſignificat appellari. Paraphraſis autem quæ emerget horum verborum ex ea interpretatione, non illa eſt quam confingit, ſed ejuſmodi eſt: *panis quem frangimus*, id eſt, panis fracti & accepti κοινωνία eſt, id eſt, ſignum communionis corporis quam habemus. Quod enim ſubjungit de vocis *corpus* in verbis cœnæ acceptione, aliud eſt, & a nobis loco ſuo expoſitum. Quid autem obſtat κοινωνίαν illam corporis Chriſti, cujus κοινωνία panis Euchariſtici, ſignum ac ſigillum eſt, ſpiritualem eſſe? Secundo, neceſſe non eſt vocem κοινωνία qua utitur Apoſtolus reddere per *Communicationem*, quaſi per id vocabulũ tribuere vellet efficientiam quamdam panis quem frangimus in communicando Chriſti corpore; ſed poteſt reddi ſimpliciter per *communionem*, quæ ſignificatio ejus magis propria eſt: ut ſenſus ſit, nos panis illius fracti communionem habentes, corporis quoque Dominici per ipſum ſignificati communionem habere. Quid autem rurſus eo ſenſu communionem hanc prohibebit eſſe ſpiritualem? Nonne enim Macarius, quaſi ex profeſſo Apoſtoli locum exponens, ait: *in Eccleſia offertur panis & vinum antitypum carnis ejus (Chriſti) & ſanguinis, & qui participant ex eo viſibili pane carnem Domini ſpiritualiter manducant?* Verum demus κοινωνίαν ververtendam eſſe per *Communicationem*, ut illã vertit vetus a interpres Irenæi, & vulgata verſio Potificiorum, activeque ſumendam, ut panis & vinum dicantur eſſe communicatio corporis & ſanguinis Domini, non tantum quia communionis illorum ſignificativa ſint, ac in illorum communione habeamus quoque corporis & ſanguinis Dominici participationem, ſed etiam quia communionis illius operativa & effectiva ſint, videlicet, in genere cauſæ moralis, non vero phyſicæ; quiditerum obſtabit quominus communio illa corporis & ſanguinis Chriſti ſpiritualis ſit? Imo, illam ſpiritualem eſſe probatur tribus argumentis ex ipſo Apoſtolo petitis. Nam primo apertè indicat participationem panis & calicis nobis eſſe κοινωνίαν corporis & ſanguinis Chriſti, quomodo

o *Vbi ſupr. n. 101.*

p *Contr. Marcion. l. 4.*

q *Lib. 1. epiſt. 6.*

r *Lib. 2. epiſt. 3.*

s *In Ioan. tract. 26.*

t *De bapt. ſm. contr. Donatiſt. l. 7. c. 50.*

u *Apud fulgent. de bapt. ſm. arbitr. c. ult.*

a *Lib. 5. c. 2.*

[illegible] [illegible] [illegible] [

Nam deſcribit quidem Apoſtolus his verbis officium, finem & effectum panis & calicis Euchariſtici, ſed in legitimè utentibus id eſt, in ijs qui *ſe probant*, prout explicat capite ſequenti. Cum igitur hypocritæ & impij ſe non probent, illis panis quem frangimus, & calix, cui benedicimus, corporis & ſanguinis Chriſti communicatio non ſunt.

b *De Euch. l. 1. c. 12.*

Quinto, inquit b Bellarminus, *ſenſus proprius & litteralis ſemper ſequendus eſt, niſi evidenter probetur contrarium.* Cur ergò, tu c Bellarmine, panē hoc loco exponis de corpore Chriſti? corpus enim Chriſti proprio ſenſu panis non eſt, ſed tantum tropicè. Nec probare tamen potes panem ibi ſic eſſe ſumendum, quandoquidem ſenſus inde ſequeretur abſurdiſſimus, corpus Chriſti eſſe communionem corporis Chriſti. Nos autem ſupra oſtendimus, communionem illam, de qua Apoſtolus agit, eſſe merè ſpiritualem.

c *Ibid. cap. 11. §. Illud etiam.*

Sexto ait, *ſic expoſuerunt Veteres Sancti, ac præſertim Chryſoſtomus quem alij ſequuntur.* Verum de ſenſu Veterum prolixè libro ſecundo, Deo dante, tractabimus. Interim tamen negamus illos docuiſſe communionem oralem corporis & ſanguinis Chriſti quam Adverſarij ſtatuunt. Nec obſtat quod illorum aliqui dicant per Euchariſtiam nos conjungi Chriſto, *non tantum per fidem, ſed realiter*, ut Chryſoſtomus, vel etiam *naturaliter*, ut Hilarius. Nam hoc tantum volunt, unionem illam quam cum Domino habemus per Euchariſtiam, eſſe quid ſubſiſtens deſinente etiam mentis operatione: quod ſane verum eſt, quamvis illa exponatur de communione ſpirituali. Quod & vidit Palatios. Sic enim loquitur: d *Ex verbis*, qui manducat carnem meam & bibit ſanguinem meum, manet in me & ego in illo, *Hilarius colligit eſſe naturalem unitatem inter manducantes Euchariſtiam & Chriſtum*; *id quod, ut præ ſe fert, eſt falſum, quia unitas eſt per gratiam, non per naturam. Sed Hilarius voluit dicere, realem eſſe unitatem corporis Chriſti cum communicantibus*, &c: *& modus loquendi Hilary eſt conſuetus nobis. Quæ affirmare enim volumus eſſe & realiter verè, dicimus naturaliter ita eſſe.* At quis dicat, *uniri ſpiritualiter*, non eſſe verè & realiter uniri? Palatios certè in ſequentibus male ait, unitatem illam *eſſe realem, non myſticam*, cum juxta ipſum-met, e *ſpiritualia verius eſſe habeant quam temporalia.* Nam & alioqui quando Apoſtolus ait, *nos in uno ſpiritu in unum corpus* baptizari, corpus unum verè & realiter non eſſemus, ſed tantum imaginariè: quod falſum & abſurdum eſt.

d *In Ioan. 6. 56.*

e *In Ioan. 6. 55.*

Denique, inquit Bellarminus, *idem probatur ex intentione & propoſito Apoſtoli, quod erat avocare Corinthios a ſacrificijs Gentilium & ab eſu carnium immolatarum, ut patet ex toto contextu. Averſit autem illos, oſtendendo meum ſanguinem & ſacrificium longè præſtantius quo frui poſſunt. Illuſtrat autem rem totam Chryſoſtomus inſigni ſimilitudine. Sicut enim amans quiſpiam cum videt perſonam a ſe amatam deſiderare veſtes, aut aliud aliquid alicujus alterius, continuo offert ipſe ſua illis meliora & præſtantiora, ita etiam Apoſtolus, cum videret Corinthios deſiderare ſanguinem ſacrificiorum & eſum carnium immolatarum, ut eos revocaret oſtendit illis menſam Domini, in qua ſanguinem & carnem habent ſine dubitatione præſtantiorem. Sed ſi vera eſſet ſententia Adverſariorum, nihil Apoſtolus obtinuiſſet. Si enim vera caro & verus ſanguis non eſt in altari, ſed tantum figura & ſignum, non magis movebit ratio Apoſtoli, quam moveret qui perſona amatæ offerret veſtem ſericam depictam, ut eam averteret a veſte ſerica vera concupiſcenda.* At ego contra dico, ſive communio accipiatur pro ſigno communionis, ſive pro communicatione, prout ſupra explicuimus, utramq; expoſitionem optimè quadrare Apoſtoli ſcopo, videlicet avocandis ab Idolothytorum manducatione Corinthijs. Nam juxta priorem ſenſum talc argumentum erit: quicumque participes ſunt benedicti illius panis & calicis, qui communicantibus ſigna ac ſigilla ſunt ſpiritualis carnis & ſanguinis Chriſti communionis, illi nullomodo debent manducare de cibis illis ſuper quos invocatum eſt Dæmonum nomen, quique participantibus ſymbola ac teſſeræ ſunt impiæ conſœderationis cum Dæmonibus initæ. Atqui vos, ô Corinthij, participes eſtis, &c: Ergò. Juxta verò poſteriorem, rurſus argumentum erit: quicumque participes ſunt panis & calicis per quos obtinetur ſpiritualis communio corporis & ſanguinis Chriſti, ij nefas ducere debent cibos eos participare per quos contrahitur communio Dæmoniorum. Atqui vos, ô Corinthij, participes eſtis panis & calicis &c: Ergò. Quid autem eſt, aut infirmum in his argumentis, aut a propoſito Apoſtoli alienum? Itaquè, dico Bellarminum, & alios Adverſariorum idem cum illo conſectarium urgentes, falſò ſupponere, Apoſtolum comparare corpus & ſanguinem Domini cum carnibus ſacrificiorum idolis dicatorum, & præſentiam illorum in menſa Euchariſtica cum horum in menſa Dæmoniorum præſentia. Oppoſitio enim quam inſtituit corporis & ſanguinis Chriſti non eſt cum idolothytis, ſed cum Dæmonijs, nec ratione præſentiæ in utraque menſa, ſed ratione communionis, &, ut ita dicam, conſœderationis incundæ cum his vel illo. Illud autem quod directè idolothytis opponit, eſt panis & calix Euchariſtiæ, ſuppoſita utrorumque præſentia in utraque menſa exotica & Chriſtiana, & quidem ratione ſignificationis vel effectus illorum: quo pacto intentum, ut ſupra expoſuimus, fortiſſimè*

fortiſſimè aſſequitur. Inſulſum autem prorſus eſt, nè dicam blaſphemum, quod in contrarium objicitur. Nam poteſtnè dici ſine blaſphemia panem & calicem divini numinis invocatione benedictum & conſecratum eſſe inſtar veſtis ſericæ depictæ, reliquias autem ciborum Dæmonijs conſecratorum eſſe inſtar veræ ſericæ veſtis? Pudeat Adverſarios tam inſanæ comparationis.

Duodecimum argumentum Gerhardi eſt, in hunc modum: *f Quicumque percipiunt integrum ſacramentum Euchariſticum, illi non ſolum panem & vinum, ſed etiam corpus & ſanguinem Chriſti percipiunt. Ratio eſt, quia ſacramentum cœnæ conſtat non ſolum pane & vino, ſed etiam corpore & ſanguine Chriſti, ita ut ſacramentalis unio intercedat pani & vino corpori & ſanguini Chriſti, ſive ut Irenæus loquitur l. 4. c. 34.* Euchariſtia conſtat (*non una, ſed*) *duabus rebus terrena & cœleſti, quæ de re ſuo loco uberius actum fuit. Iam vero indigni percipiunt integrum ſacramentum Euchariſticum. Ergò.* Reſpondeo, negari majorem, illiuſque probationem, prout jam ſupra diximus ad argumentum nonum. Sed probat rurſum Gerhardus, indignos recipere corpus & ſanguinem Domini, non tantum panem & vinum, quoniam alioqui ſequeretur eos *contrahere reatum æterni judicij ſolius elementaris panis manducatione: quod abſurdum eſt.* Sed falſum eſt, abſurdum eſſe per indignam ſigni ſacramentalis manducationem æternæ damnationis reatum contrahi, ut infra prolixius docebitur.

f *Vbi ſupra n.* 234.

Decimum tertium argumentum ejuſdem Gerhardi, eſt: *Iudas proditor una cum reliquis Apoſtolis interfuit adminiſtrationi primæ cœnæ, nec minus quam reliqui benedictum panem accepit, & ex benedicto poculo bibit. Iam verò Chriſtus non inſtituit vel adminiſtravit aliam cœnam Iudæ proditori, ſed omnibus Apoſtolis, inter quos tum etiam erat Iudas proditor, eandem ſacram cœnam adminiſtravit, atque omnibus dixit*, Accipite, edite, hoc eſt corpus meum, bibite, hoc eſt ſanguis meus. *Ergo Iudas non minus quam reliqui Apoſtoli mediante benedicto pane Chriſti corpus accepit, & mediante benedicto vino Chriſti ſanguinem bibit, interim non ad ſalutem, ſed ad judicium.* Reſpondeo, dato antecedente, licet non omnino certum ſit, conſequentiam negari, tum quia falſo ſupponit unionem localem ſupra memoratam inter panem & vinum, & corpus ac ſanguinem Chriſti, tum quia Dominus ipſe Joannis ſexto negat carnem ſuam edi poſſe ſanguinemque bibi ad judicium: *qui edit carnem meam*, inquit, *& bibit ſanguinem meum, habet vitam æternam, & ego excitabo eum in ultimo die.*

a num. 236.
b Tom 4. p. 897.

Decimum quartum ſumunt a Gerhardus, b de Valentia, Salmero, Stapletonus, c Bellarminus, Eſtius, Juſtinianus, & innumeri alij ex verbis Apoſtoli 1. Cor. 11. v. 27. *qui manducaverit panem hunc, vel biberit calicem Domini indigne, reus erit corporis & ſanguinis Domini*: & v. 29. *qui manducat & bibit indigne, judicium ſibi manducat & bibit, non dijudicans corpus Domini*: & v. 30. *ideo inter vos multi infirmi & imbecilles & dormiunt multi*: & verſ. 31. *quod ſi noſmetipſos judicaremus, non utique judicaremur*, &c. Undè variè argumentantur.

c *De Euchar l. 1. c 13. reliqui commentant in hunc locum.*

Primò enim Gerhardus ſic *plenè*, ut loquitur, effert argumentum: *qui manducando & bibendo rei ſunt corporis & ſanguinis & ſibi ipſis judicium manducant & bibunt, indè & ideo quia in illa manducatione & bibitione non dijudicant corpus Domini, illi certè manducant & bibunt corpus & ſanguinem Domini. Sed de indignis teſtatur Apoſtolus quod manducando ac bibendo rei ſiant corporis & ſanguinis Domini, ac ſibi ipſis judicium manducent & bibant, inde & ideò quia in illa manducatione non dijudicant corpus & ſanguinem Domini: Ergò indigni manducant & bibunt corpus & ſanguinem Domini.* Reſpondeo, majorem eſſe falſiſſimam. Ad reatum enim judiciumque ſufficit ſigna corporis ac ſanguinis indignè ſumpſiſſe. Nam *ſi qui Regum imaginem injuria afficit, perinde judicatur ac ſi in Regem ipſum peccaſſet*, ut d Baſilius, e Ambroſius, f Severianus, g Cyrillus, & alij veterum libro ſecundo citandi obſervant, imo & Maldonatus propemodum nobis manus dans; quanto magis reus non dijudicati, id eſt, violati corporis & ſanguinis Domini eſt, qui illorum ſacramenta irreligioſe & abſque ſui probatione manducat & bibit? Sacramenta enim non ſunt ex eo bonorum numero *quæ media ſunt ex genere ſuo & indifferentia*, ut temere in hunc locum notat Salmero. Id dici poteſt de imaginibus communibus: ſacramenta verò ex inſtitutione ſua bona ſunt, & ſacra, & religioſa, & *quorum*, inquit h Auguſtinus, *inenarrabiliter valet plurimum* ad homines in nomen religionis coagulandos. Itaque Hieronymus occaſione panum propoſitionis (quæ ſigna tantummodò erant) pollutorum a Sacerdotibus, de ſacramentis in genere loquens, ait: i *dum ſacramenta violantur, ipſe cujus ſunt ſacramenta violatur.* Et Chryſoſtomus in locum de quo agimus: *quid dicis? menſa hæc quæ tot bonorum cauſa eſt, & vita ſcatens, ſit ne judicium? non ex natura ſua, inquit, ſed ex electione ad eam accedente. Nam ſicut præſentia Chriſti quæ magna illa & ineffabilia bona nobis attulit, magis condemnavit illos qui eam non acceperunt; ita & ſacramenta* (nota, illum opponere ſacramenta Chriſto præſenti) *ad majorem punitionem ducunt ea indigne participantes.* Et Author commentariorum in priorem ad Corinthios inter Hieronymi opera, *Reus erit*, inquit,

d *In cap. Eſa. 13. 18*
e *In pſ. 118. ſerm. 10.*
f *De ſigillis apud Chryſoſt. tom. 6.*
g *In Ioan. cap. 5. 23. vid. Maldonat. in 26. Matth. verſ. 26. 2. loco Pauli 1. Cor. 27.*
h *Contr. fauſt. l. 19. c. 11.*
i *In Malach. cap. 1.*

Google

inquit, *corporis & ſanguinis Domini, quia tanti myſterij ſacramentum pro vili deſpexerit.* Denique Auguſtinus notat, illos non dijudicare corpus Domini dictos fuiſſe, k *qui ſacramentum non diſcernebant a cæteris cibis* (nempe communibus) *veneratione ſingulariter debita.* Nam de more eſſe, tum ſcripturæ, tum Veterum, exaggerare crimen eorum qui non modò Euchariſtiam, ſed & templa Deo dicata & notitiam veritatis, & baptiſmum profanant, tanquam ſi Dominum ipſum reapſe crucifigerent & attingerent; patet ex Apoſtolo qui ait; l *eos qui guſtaverunt bonum Dei verbum & prolapſi ſunt, crucifigere Dominum, filium Dei conculcare, & ſanguinem Domini pollutum ducere:* & ex Theodoreto aſſerente, m *eos qui templis Deo ſæpius conſecratis nefarias manus inferunt, ut ea vel deforment, vel deſtruant, licet in ligna duntaxat & lapides ſæviant, perinde recipere punitionem, ac ſi in Deum ipſum audaciam extendiſſent:* & ex Authore conſtitutionum affirmante, n *illos qui jam initiatos iterum baptizare tentant, Chriſtum rurſus crucifigere*, &c, *& ſanguinem ſanctum ut communem parvipendere:* & ex Auguſtino ſcribente, o *eum qui indigne baptiſma accipit judicium accipere*; cum tamen in nulla harum actionum Chriſtus per ſe attingatur: deniquè ex Authore Commentariorum in epiſtolam ad Corinthios inter Ambroſij opera, clamante, p *eum qui menſa Dæmoniorum communicat*, &c, *Domini corpus crucifigere.* Quod pariter ait q Claudius Taurinenſis. Nam quis dicat Domini corpus ſumi & participari in Dæmoniorum menſa? Patet ergo quam frivolum ſit argumentum Adverſariorum.

k *Epiſt.* 118.

l *Hebr.* 6. & 10.

m *Libello malè Athanaſ. adſcript. adverſus eos qui quærunt qualem pœnam Judæi daturiſunt, &c. Is autem eſt* 18. *libr.* 27. *Theodoreti apud Photium bibliotb. Cod.* 46.

n *Lib.* 6. *c.* 15.

o *Contr. Fulgent Donatiſtam c.* 6.

p *In* 1. *Cor.* 10.

q *In* 1. *Cor.* 10.

Inſtant tamen illi contra reſponſionem noſtram quibuſdam ratiunculis quæ breviter ſunt expendendæ.

Prima eſt Bellarmini adverſus id quod diximus de majeſtate Regia per contumeliam imagini factam violata. Ait enim, *mirandam eſſe inconſtantiam* noſtram: *in cauſa enim imaginum*, inquit, *non putant ſe peccare in Chriſtum & Sanctos, cum eorum imagines demoliuntur, & vident Catholicos, cum illis objiciunt, honorem & contumelias imaginum referri ad exemplar; nunc autem ſummum ſacrilegium eſſe volunt indigne ſumere figuram corporis Chriſti, quod ea injuria in Chriſtum ipſum redundet*, &c. *Præterea, non cenſetur fieri injuria imagini, niſi quando eo animo quis imaginem violat, ut illi injuriam faciat: ſi enim alia de cauſa imago diſcerpatur, conculcetur, maculetur, ut ſæpiſſime uſu venit in imaginibus, vel humi depictis, vel in vaſis, veſtibus, aliiſque ejuſmodi rebus exiſtentibus, nemo dicit violatum eſſe eum cujus illæ imagines ſunt. At qui ſacramentum Euchariſtiæ percipiunt cum conſcientia peccati lethalis rei fiunt corporis Domini, & judicium ſibi manducant, etiamſi non acceſſerint animo Euchariſtiam violandi: non igitur illa cauſa eſt hujus peccati. Ad hæc, ſi ideo peccarent, qui indigne ſumunt Euchariſtiam, quia illa Chriſtum repræſentat, non liceret homini peccatori aſpicere, vel tractare imaginem Chriſti depictam, neque verbum Dei audire. Nam iſta etiam Chriſtum repræſentant, & offerunt: imò opinione Adverſariorum, melius Dei verbi prædicatio Chriſtum nobis ſignificat, & offert quam ullum ſacramentum.* Ad primum reſpondeo, nos non inconſtantia loqui. Nam quandò dicimus injuriam imaginis in archetypum redundare, id intelligimus de imagine vel ſtatua ab ipſo Rege, vel illius juſſu aut ſaltem approbatione ad memoriam aut honorem erecta & conſtituta. At nulla eſt imago Chriſti ab ipſomet conſtituta præter unicam Euchariſtiam, ut rectè obſervant Patres ſeptimi Concilij Conſtantinopolitani: In illa igitur (non verò in alijs pro voluntate hominum fictis) contumelia aut honore affecta, honorē vel injuriam eum accipere poſſe, conſequenter affirmamus. Ad ſecundum dico, inſtantiam falſam eſſe. Nequè enim a Bethſamitæ infenſo animo tetigerunt arcam quæ, Dei ſymbolum erat, ac introſpexerunt; nec b Uſa malevola mente illam de caſu periclitantem ſuſtentare aggreſſus eſt: & tamen, & hic, & illi, Dei majeſtatis violatæ reputati ſunt ac ſeveriſſimè puniti. Cur non ergò ſimiliter rei peragentur violati corporis Chriſti, qui ad ſacramentum ejus licet non animo injuriam inferendi, indigne nihilominus contra mandatum acceſſerint? Ad tertium deniquè dico, inſtantiam ductam ab imagine Chriſti depicta, eſſe omninò frivolam; tum quia nullum habemus de ejuſmodi imagine religioſa tractanda vel inſpicienda mandatum, cum de ſacramento religioſè ſumendo diſertum nobis datum ſit; tum quia illa abſtractè a veneratione & injuria cum indifferentia ſine peccato videri tractarique poteſt, ſacramentum vero *quicunque indifferenter accipit, ad præſumptionis ſuæ judicium illud accipit, quia immundus præſumpſit ad Chriſti accedere ſacramenta, quæ aliquis non digne ſumit niſi qui mundus eſt*, ut c Proſper & Auguſtinus obſervant. Ad verbum autem Dei quod attinet, fatemur quidem, illud melius Chriſtum ſignificare quam ſacramenta abſq; verbo, ſine quo tamen nunquam ſunt in novo teſtamento: At conſequenter etjam dicimus illum graviſſimè peccare qui verbum Dei indigne audit, id eſt, negligenter & animo non pœnitenti, & in d *corde bono illud non retinet*, nec ex eo concipit, & *fructum affert in patientia.* Atteſtatur Apoſtolus jam ſupra citatus quandò ait, eos qui guſtaverunt bonum Dei verbum & prolabuntur Chriſtum crucifigere, filium Dei conculcare, & ſanguinem teſtamenti profanum

a 1. *Samuel.* 6.

b 2. *Samuel.* 6.

c *Sentent.* 339. *Auguſt. in Ioan. tract.* 26.

d *Luc.* 8.

fanum ducere. Et Origenes inquiens : e *Nostis, qui divinis mysteriis interesse consuevistis, quomodò cum susceptis corpus Domini* (nempè *typicum & symbolicum*, ut illud alibi nominat, id est, sacramentum) *cum omni cautela & veneratione servatis, nè ex eo parum quid decedat, nè consecrati muneris aliquid dilabatur. Reos enim vos creditis, & rectè creditis, si quid inde per negligentiam decedat. Quod si circa corpus ejus conservandum tanta utimini cautela, & merito utimini, quomodò minoris esse putatis piaculi verbum Dei neglexisse quam corpus ejus?* Et Author homiliæ 26. ex 30. apud Augustinum quam *f* Bellarminus ipse Augustino tribuit: g *Quid vobis plus esse videtur, verbum Dei, an corpus Christi?* (symbolicum videlic. non proprium) *Si verum vultis respondere, hoc utique dicere debetis, quod non sit minus verbum Dei quam corpus Christi: Et ideò, quanta sollicitudine observamus, quando corpus Christi nobis ministratur, ut nihil ex ipso de nostris manibus in terram cadat, tanta sollicitudine observemus, ne verbum Dei quod nobis erogatur, dum aliquid cogitamus aut loquimur de corde nostro pereat: quia non minus reus erit, qui verbum Dei negligenter audierit, quam ille qui corpus Christi in terram cadere negligentia sua permiserit.*

e *In Exod. hom.* 13.

f *De Euch. l.* 2. *c.* 24.

g *Tom.* 9.

Secunda instantia ejusdem Bellarmini est hoc modo: *Cur, quæso, manna & aquam de petra sumebant promiscuè boni & mali, digni & indigni, & tamen non dicebantur ullis rei corporis Domini, neque judicium sibi manducabant, licet illa etiam Christum repræsentarent, & offerrent eo modo quo Eucharistia, Adversariorum sententia?* Verum primo consequentiam ab Adversario subintellectam negamus. Nam etsi de nullo sacramentorum Veterum, sive latè, sive stricte sic appellatorum, tale quid aut formaliter aut æquivalenter pronuntiatum foret, sufficeret de verbo & alijs similibus a nobis supra relatis dictum fuisse. Fatetur enim ex Adversarijs Justinianus, *illud Apostoli de verbo Dei loquentis non male huc referri.* Deinde, & antecedens quoque negatur. Nam id de omnibus fere signis & sacramentis, si non verbis prorsus ijsdem, saltem æquivalentibus scriptum est. Siquidem *bene monet Hieronymus*, inquit idem Justinianus, *huc referenda esse quæ scripta sunt in lege Mosis: omnis mundus manducabit, & anima quæ immunda manducaverit exterminabitur è populo suo.* Et fatetur ipse Bellarminus in sequentibus, dictum esse Levit. 7. de carnibus sacrificij: *anima polluta quæ ederit de carnibus hostiæ pacificorum quæ oblata est Domino, peribit de populis suis.* At quid aliud est perire, quam in judicium condemnationemque venire? Rursus, nonne de Sabbatho dictum est, h *custodite illud, sanctum enim est vobis: qui polluerit illud, morte morietur?* Et de manna, nunquid Apostolus dicit 1. Cor. 10. Israelitas qui illud manducaverant, (indigne scilicet) *in deserto prostratos fuisse?* Et Dominus eodem sensu Judæis loquens: i *Patres vestri in deserto manducaverunt manna & mortui sunt?* Ita enim verba hæc sumit Augustinus: *quare manducaverunt & mortui sunt? Quia quod videbant credebant, quod non videbant, intelligebant*, id est, ut paulo infra exponit, quia non fecerunt ut Moses & Phinees, *qui visibilem cibum spiritaliter intellexerunt, spiritaliter esurierunt, spiritaliter gustaverunt, ut spiritaliter satiarentur.* Et Isidorus: k *Illi* (sc. Judæi) *veterem figuram carnaliter accipientes mortui sunt.* Nec juvat quod regerit Bellarminus, id dictum fuisse de veteribus illis typis, id est, de sacrificijs & de panibus propositionis, quia erant typi quidam & figuræ sacramenti Eucharistiæ. Nam primò id dubium est, & fortasse falsum, quia propriè typi non erant & figuræ Eucharistiæ, sed potius Christi. Et secundò, quamvis ita foret, nonnè supra audivimus Augustinum, de baptismo, quem nemo dixerit Eucharistiæ figuram esse, eodem modo loquentem, *qui accipit indignè baptisma, judicium accipit?* Denique ajo, quamvis nihil ejusmodi de manna vel aqua de petra fluente dictum esse reperiretur, consequentiam inde ad Eucharistiam deductam non ideò validam fore, quoniam Judæi nullum ex parte Dei habebant verbum, quo illis innotesceret & manna & aquam Christi typos & figuras esse, quemadmodum de Eucharistia illud habemus; ac proindè manna & aquam indigne edere & bibere poterant absque eo quod rei essent violati & profanati in symbolis illis suis corporis & sanguinis Dominici; licet alioquin in ea indigna sumptione & bibitione graviter peccarent.

h *Exod.* 31. 14.

i *Ioan.* 6.

k *In Exod. cap.* 23.

Tertia instantia Stapletoni est, adversus id quod diximus ex epistola ad Hebræos, illum quasi reum peragi crucifixionis Domini, conculcatique ejus sanguinis qui post degustatum Dei verbum prolabatur. Ait enim; *hæc a Paulo non proprio sermone, sed per exaggerationem dicta esse nemo nisi pertinax aliquis hæreticus negare potest. Atqui in Pauli verbis quæ tractamus nulla exaggeratio apparet, nulla amplificatio locum habet, quum de sacramento notissimo loquens, nonnisi verbis usitatis & a Christo acceptis* (manducate & bibite) *usus, nonnisi proprie locutus cuiquam videri debet.* Sed mira est hujus hominis, aut excitas aut protervia. Quis enim præter illum dicturus sit, absque figura loquendi judicium dici edi & bibi? Judicium, est nè aliquid quod propriè & sine tropo edatur aut bibatur? Exaggeratio ergò est per figuram Rhetoricam. Et illam fatentur Adversarij ipsi. Nam fere omnes exponunt reatum de quo Apostolus ait, *reus erit corporis & sanguinis Domini*,

Digitized by Google

ni, de reatu intelligi quem Judæi incurrerunt Dominum crucifigentes, ut & Chryſoſtomus. At nihilominus monent Thomas & Carthuſianus id non eſſe accipiendum *ſecundum æqualitatem*, *ſed ſecundum ſimilitudinem*: a Lapide, *per proportionem quemdam*. Nunquid ergo exaggeratio eſt?

Quarta eſt Gerhardi in hunc modum: *in quo objecto peccat actio, in eo ipſam actionem verſari neceſſe eſt: Iam vero reatus corporis & ſanguinis Chriſti contrahitur non quomodocunque ſed indigne manducando & bibendo: conſequens ergo eſt, ipſum Chriſti corpus & ſanguinem ab indignis in uſu ſacræ cœnæ percipi.* Verum, condonata viro Docto vitioſa hujus argumenti conſtructione, dico, propoſitionem quidem veram eſſe de eo objecto circa quod actio vitioſa immediatè peccat, ſed falſam eſſe de eo circa quod mediatè tantum, ut videre eſt in exemplis illis ſupra a nobis allatis. Nam, verbi gratia, quandò quis conſpuit imaginem Regis, licet abſentis, actio illa peccat contra Regem, ſed nihilominus indè non ſequitur, eam in ipſo verſari & eum immediate attingere. Idem ergò hic contingit. Deindè quandò in aſſumptione dicit, *jam vero reatus corporis & ſanguinis Chriſti contrahitur non quomodocunque, ſed indigne manducando & bibendo*, quæro *quid nam* intelligat manducari ac bibi? Si corpus & ſanguinem Chriſti, principij petitio eſt: id enim probandum foret, non ita ſupponendum. Si panem & vinum, id ſane veriſſimum eſt: ſed addo indignam illorum perceptionem, cum corporis ac ſanguinis Dominici ſacramenta ſint, ad reatum corporis ejus & ſanguinis ſufficere, etiamſi actio illa circa corpus & ſanguinem non immediate verſetur, ſed tantum, ut ita dicam, relative & reflexive, velut in exemplo ſupra allato.

Quinta denique inſtantia ipſius & cæterorum eſt, *hanc aſſertionem de manducatione & bibitione indignorum, teſtimonijs Veterum confirmari.* Verum de hac aſſertione non jam locus eſt inquirendi: ſpectat id ad librum ſequentem, in quo, Deo dante, contrarium oſtendemus.

Secundò ex his ipſis Apoſtoli verbis, *quiſquis ederit panem hunc aut biberit poculum Domini* &c, Salmero & Eſtius, *eo quod diſjunctivè dicit*, aut biberit, *non leve duci argumentum pro communione ſub una ſpecie* dicunt. *Non enim*, inquiunt, *ſic loqueretur ſi non ſentiret unam ſpeciem ſine altera ſumi poſſe.* Addit adhuc Eſtius, inde colligi *ſub una ſpecie utrumque ſumi, corpus & ſanguinem. Cum enim disjunctivè dixiſſet Apoſtolus*, ederit aut biberit indigne, *non tamen infert reum fore corporis aut ſanguinis Domini, ſed conjunctim utriuſque: tanquam qui, vel edens, vel bibens, utrumque ſumpſerit.* Verum de priori rectè præfatus eſt Salmero illud *minutum* eſſe. Hilo enim minutius eſt, & reapſe nihil. Negatur enim conſequentia, tum quia particula ἢ *aut*, licet plerunque diſjunctiva, nihilominus pro copulativa ſumi poſſit, ut interdum ſolet, / ac re vera ita ſumatur ſi fides ſit Veteribus, qui vel disjunctivam non habent, ſed tantum copulativam ut a Athanaſius & Author commentariorum Hieronymo tributorum, vel utramque alternatim ut b Cyprianus & c Auguſtinus; tum quia etſi disjunctiva in nativo ſenſu ſuo ac magis proprio retineatur, hoc pacto explicari queat, ut ſenſus ſit, non, *unam ſpeciem ſine altera ſumi licite poſſe*, ſed eum qui utramque ſumendo, alterutram indigne recipit (quod fieri poteſt irrepente inter utriuſque ſumptionem peſſima cogitatione aut propoſito malo) reum eſſe corporis ac ſanguinis Domini. Quod & ipſe Eſtius notat: *non enim negari poteſt*, inquit, *eum qui vel edit vel bibit indigne, judicium ſibi ſumere.* Poſterius conſectarium pariter quoq; negamus. Supponit enim Eſtius, quod falſiſſimum eſt, aliquem ſcilicet, dici corporis & ſanguinis Dominici reum, quod ipſummet corpus Domini, ſeu in edendo, ſeu in bibendo, ſumpſerit. At vult tantum per hanc (ſi tamen eſt) disjunctivam Apoſtolus, eum qui panem indigne manducaverit, vel calicem biberit, reum eſſe corporis & ſanguinis, id eſt, quaſi corpus & ſanguinem ejus per mortem quodammodò ſeparaſſet, inſtar Judæorum qui illum crucifixerunt: ſenſu ab Eſtij ſomnijs prorſus alieno.

l *Lev.17.16 ubi Eman. Sa. Vel pro utrumque enim levandum. vide & Roman. 4 13.*
a *In paſſion. & crucem,*
b *Vid. de lapſis in edit Colon. apud Quentel an. 1544 ubi habet, & ; cum tamen epiſt. l. 3. ep. 14. & 15. habeat*, aut.
c *Contr. Fulgent. c. 6. & contr. Creſcon. l. 1. c. 25. in edit in 8. lugd. & edit. Pariſ an. 1635. & de tempor. ſerm. 1. 127. & 244. ubi legit, &.*

Decimum quintum argumentum ſumunt Adverſarij ex conceſſis. Nam Calvinus ſcribit, nos verè communionem habere corporis Chriſti in Euchariſtia, & Chriſtum ſecundum ſubſtantiam nobis verè uniri, ex eo ſic argumentantur d de Valentia, e Becanus, & alij multi Adverſariorum. *Si in hoc ſacramento, Chriſto non tantum ſecundum effectum, ſed etiam ſecundum ſubſtantiam vere unimur, conſequenter fatendum neceſſario eſt corpus & ſanguinem Chriſti realiter contineri in ipſa Euchariſtia, ita ut corporis ore etiam ſumi poſſit. Sed verum prius: ergo & poſterius. Probatur major. Cum enim corpus Chriſti non uniatur corpori aut animo noſtro unitate aliqua ſubſtantiali alicujus naturæ vel perſonæ, neceſſe eſt ut uniatur ſecundum indiſtantiam localem utriuſque ſubſtantiæ: non alia ulla conjunctio ſubſtantiarum concipi poteſt.* Reſpondeo negari conſequens majoris & illius probationem. Nam præter uhionem hypoſtaticam & unionem localem alia eſt unio, videlicet, ſpiritualis ac moralis per quam Chriſto conjungimur ut membra capiti. Teſtatur Apoſtolus varijs in locis: *membra* f inquit, *ſumus de corporibus ejus, de carne ejus & de oſſibus ejus.* Item: g unus panis vnũ corpus

d *Tom. 4. p. 916.*
e *Becan. ubi ſupr. q. 10.*
f *Epheſ. 5. 30.*
g *1. Cor. 10. 17.*

Digitized by Google

pus multi ſumus omnes qui de pane uno participamus. Et rurſum: h *ſicut corpus unum eſt & multa habet membra, omnia autem membra corporis cum ſint multa, unum tamen corpus ſunt, ita & Chriſtus. Etenim in uno Spiritu omnes nos in unum corpus baptizati ſumus, ſive Judæi, ſive Græci, ſive ſervi, ſive liberi, & omnes in unum ſpiritum potati ſumus.* Denique, *nunc autem multa quidem membra, unum autem corpus: vos eſtis corpus Chriſti, & membrum de membro.* Quis autem negare poſſit fideles qui ſunt in cœlo & eos qui ſunt in terra vere eſſe membra corporis Chriſti, ac proinde illi vere uniri ut membra capiti, etiamſi ſpectata diſtantia locali longe alij ab alijs abſint?

h 1. Cor. 12. 12. 13. 20. 27.

At contra inſtat primò de Valentia, a *hanc unionem noſtri cum Chriſto tanquam membrorum cum capite dici tantum improprie & per ſimilitudinem & ſecundum effectum, videlicet, virtutis ſpiritualis influxum inſtar capitis & membrorum.* Reſpondeo, verum quidem eſſe conjunctionem illam dici per ſimilitudinem & impropriè reſpectu ſeu comparatè ad conjunctionem localem aut unionem hypoſtaticam, ſed negari propterea non eſſe realem, aut tantum ſecundum effectum Nam ſicut ratio membrorum natura ſaltem prior eſt quam influxus vitæ in illa, ita & naturæ ordine prius conjunguntur cum Chriſto tanquam membra cum capite, quam ab illo virtutem ſpiritualem hauriamus.

a P. 917. & 941.

Inſtat ſecundò idem de Valentia, *conſequens fore ut nullum in Euchariſtiæ uſu myſterium agnoſcere debeamus quod ſit maxima admiratione dignum.* Reſpondeo negando hanc conſequentiam. Nam ibi fieri ſpiritualem unionem fidelium cum Chriſto capite, & inter ſe, nonne magnum myſterium eſt? *At*, inquit, *hoc myſterium, licet magnum ſit, non eſt proprium Euchariſtiæ: nam etiam extra uſum Euchariſtiæ ea unio ſpiritualis ſit cum Chriſto capite. At agnoſcendum eſt aliquod myſterium admiratione dignum Euchariſtiæ proprium.* Reſpondeo, unionem illam quam vult Adverſarius ex Euchariſtiæ uſu haberi tanquam propriam, intelligi vel eſſe ſpecie differentem ab ea quam habemus cum Chriſto per baptiſmum & fidem, vel gradu. Si prius: negamus hoc ſenſu aliquam eſſe unionem Euchariſtiæ propriam. Nam eamdem haberi per baptiſmum & Euchariſtiam, teſtatur Apoſtolus loco citato, inquiens; *in uno ſpiritu omnes nos in unum corpus baptizati ſumus, & omnes in unum ſpiritum potati ſumus.* Si poſterius: concedimus aliquam unionem ea ratione Euchariſtiæ eſſe propriam. Nam unio ſpiritualis noſtri cum Chriſto per baptiſmum & fidem inchoata, in uſu Euchariſtiæ quotidiè fit arctior, ac firmitatis gradibus augetur & amplificatur.

Tertiò quærit idem de Valentia, *quis ſit nexus hujus unionis.* Et quia reſpondet Calvinus, vinculum hujus conjunctionis eſſe Spiritum Sanctum, cujus nexu copulamur, ſicut declarat Apoſtolus, quandò ait: b *qui Spiritu Dei aguntur, Dei filij ſunt*: &, c *templum Dei eſtis & Spiritus Dei habitat in vobis*; & loco tam ſæpè citato, *in unum Spiritum potati ſumus*; regerit Adverſarius, ſe *non inquirere, quæ ſit cauſa efficiens illam conjunctionem & ejus nexum; ſed quærere, quid ſit illud quo proximè & formaliter Chriſtus & anima communicantis nectuntur. Hoc autem*, inquit, *minimè expedit cum ajunt, nexum hujus communionis eſſe Spiritum Sanctum.* Quarè autem? *quia, vel Spiritus Sanctus eſt nexus hujus conjunctionis, ſolum quâ eſt Spiritus Sanctus, vel qua aliquid in anima communicantis facit, Chriſto etiam operante. Prius dici non poteſt. Nam cum Spiritus Sanctus perpetuo immobilis exiſtat, fieret tunc ut diſſoluta etiam illa conjunctione ob hominis videlicet peccatum mortale, vel infidelitatem, nexus tamen illius duraret, & ſic etiam ipſa: quod eſt ἄτοπον καὶ ἀδύνατον. Si poſterius: Ergò non ipſe Spiritus ſecundum ſe eſt proximus & formalis (ut in ſcholis loquuntur) nexus, ſed potius ille effectus Spiritus Sancti & Chriſti θεανθρώπου. Quod ſi ita eſt, ergò non niſi ſecundum effectum ſuum conjungitur Chriſtus cum anima communicantis.* Reſpondeò, quamvis non poſſemus adeò diſtinctè deſignare quiſnam ſit proximus ac formalis nexus hujus unionis, non ideò tamen rectè concluſum iri illam non eſſe realem. Cum enim Apoſtolus teſtetur de unione illa Chriſti & Eccleſiæ, d *myſterium hoc magnum eſt, dico autem de Chriſto & Eccleſia*; apertiſſimè innuit in ea aliquid eſſe quod non adeò facilè accurateque explicari poſſit. Hæc enim eſt ratio magnorum myſteriorum ſpiritualium. Et mirum eſt Adverſarium non vidiſſe, ſimilem quæſtionem ſibi poſſe reciprocari, idque dupliciter. Primò enim, cum negari non poſſit per manducationem ſpiritualem nos uniri Chriſto, quandoquidem Apoſtolus docet, e *Chriſtum per fidem inhabitare cordibus noſtris, & nos unum corpus cum ipſo eſſe*; edifferat nobis quis ſit proximus ac formalis terminus hujus unionis, & reſponſionem ſuam quæſtioni ſuæ applicet. Secundò, quæro ab illo quiſnam ſit proximus ac formalis nexus hujus unionis quam inter corpus & animam noſtram, & Chriſtum in Euchariſtia intervenire exiſtimat? Reſpondet ille: *hujus unionis nexum dicimus eſſe ipſam rationem indiſtantiæ ac præſentiæ localis.* At hoc dico falſum & incomprehenſibile eſſe. Nam ad unionem non ſufficit conjunctio ſeu propinquitas localis, aut etiam contactus immediatus. Teſtatur Nemelius: f *unum dici non poſſunt qua appoſitione uni-us ad alterum coagmentata ſunt, ut lignum & ferrum.*

b Rom. 8 14. c 1. Cor. 3. 16.

d Epheſ. 5. 32.

e Epheſ. 3. 17.

f De natur. Corpor. & anim. c. 3.

ferrum. Et ex ipsis Adversarijs Valques: g *Vt ex duobus unum quid*, &c, *fieri dicatur*, *non satis est conjunctio duorum, seu propinquitas secundum locum seu substantiam, nisi aliqua ratione connecti dicantur. Nam quod lignum ligno per solam propinquitatem conjungitur, non satis est ut ex duobus unum*, &c, *fieri dicatur.* Deindè, quamvis contactus sufficeret, corpus Christi ex hypothesi oraliter manducatum neque corpus neque animam illud manducantis propriè aut etiam immediatè contingit: tum quia *tangere se dicuntur quorum extrema simul sunt*, ut docet h Philosophus, inter corpus Christi autem & hominem manducantem intercedunt species panis; tum quia *proprius contactus*, ut notat i Suares, *solum est inter res extensas in ordine ad locum, quarum extrema sunt simul, & hoc modo non potest esse in hoc sacramento verus ac proprius contactus circa Christi corpus, quin potius neque ipsa species ipsum propriè tangunt, ut rectè dixit Henricus, Richardus & Capreolus, & insinuavit Altisiodorensis, dicens, quod species assistunt tantum corpori Christi, & velant ipsum.* Quid ad hæc Gregorius? En hominem cui aqua hæret: *quo tandem modo*, k inquit, *a nobis in sacramento non distet localiter, cum in sacramento* (Christus, scilicet) *circumscriptus & aspectabilis non sit, non satis in specie comprehendimus.* Qua ergò ratione urget, ut quomodò nobis per spiritualem manducationem uniatur, in specie explicemus? Cur nobis imponis jugum illud quod tu recusas? Nihilominus respondeo nexum illum unionis nostri cum Christo proximum & quasi formalem, esse ex parte nostra fidem per quam Chrysostomus ait, a nos illi consubstantiari, ex parte ipsius Spiritum Sanctum, quem b *in corda nostra mittit*, quique cum ipsius sit, per hanc inhabitationem quodammodo etiam noster efficitur. Hac enim ratione contingit, ut quemadmodum ea quæ se tangunt in uno tertio indivisibili, se invicem quoque tangunt, ita per communionem ejusdem Spiritus inter nos etiam unimur. Et ita per communes saltem vocabulorum notiones mysterium hoc exponimus, ut Adversarius faciendum esse monet.

Denique, nonnullos audivi sic argumentantes: *quodcunque nutrit animam quomodo panis & vinum nutriunt corpus, debet sua substantia contingere substantiam animæ, aut ad eam accedere ut panis & vinum ad corpus. Atqui corpus & sanguis Christi nutriunt animam, quomodò panis & vinum nutriunt corpus. Ergò* &c. *Minor patet ex 6. Ioannis, ubi Dominus se panem vocat similitudine ducta ab effectu panis erga corpus.* Respondeo primo adverbium illud comparationis *quomodo*, designare, vel veritatem nutritionis, vel rationem & modum ejus obtinendæ. Priori sensu concluditur minor, posteriori negatur. Nam, ut hoc tantum dicam, panis & vinum corpus nutriunt per substantialem sui vi caloris nostri naturalis mutationem: Volunt ne Adversarij carni Dominicæ idem contingere respectu animæ nostræ? Verum & addo secundò, negari quoque majorem. Nam Joannis sexto ab Adversarijs citato, Dominus se panem vocat etiam respectu manducationis spiritualis, puta, in ijs versiculis qui quinquagesimam præcedunt, ut ipsimet confitentur: Ergone in ea spirituali manducatione quæ etiam extra Eucharistiam fit, debet substantia sua animæ nostræ substantiam immediate contingere, alioquin illam non nutriturus? Nè ipsi quidem id dixerint. Quid quod Apostolus ait, nos in baptismate c *Christum ipsum induere?* Ergo nè & in baptismate substantiâ corporis sui nos immediatè contingit, aut ad nos proxime accedit? falso & absurdè.

f Disp. 204. c. 3. n. 27.

h Physic. l. 5. c. 5. & de generat. & corrupt. l. 1. c. 6.

i Disp. 47. sect. 4. §. Secundum. exemplum.

k Pag. 1045.

a In epist. ad Hebr. hom. 6.

b Galat. 4. 6.

c Galat. 3. 27.

CAPUT XXXII.

In quo ostenditur Ioannis cap. 6. agi de sola manducatione Spirituali, etiam alicubi ad oralis rejectionem.

POST repulsas omnes Adversariorum copias a pugnæ labore supersedere possemus, cum eorum tela confregisse, vicisse sit. Nam si nihil obtinuerint momento rationum suarum, eo ipso censendi sunt apud æquos æstimatores causa prorsus cedidisse, ut pote qui actores sint & affirmantium partes teneant: *Lutheram enim & Calvinista*, inquit cc Ysambertus, sic Euangelicos omnes infamans, *unanimi consensu negant in aliqua parte capitis sexti Sancti Ioannis agi de sacramento Eucharistiæ, & de manducatione sacramentali orali, sed contendunt agi de sola Spirituali.* Verum quia *decet veritatem*, ut monet d Tertullianus, *totis viribus uti finis, non ut laborantem*, decretum est etiam in illos impetum facere, eorumque acies confertissimas perrumpere, atque ipsissimis armis e sexto capite Joannis quibus tantum ad pompam usi sunt; in illos cæsim ac punctim reciprocatis, victoriæ laudem ac lauream reportare. Duo autem ostendemus, videlicet, Joannis sexto tantummodò agi de spirituali corporis Dominici manducatione sanguinisque perceptione, & simul, excludi, rejici atque negari quamlibet Dominicæ carnis oralem participationem qualem, tum Transubstantiatores, tum Consubstantiatores admittunt.

Primum ergo argumentum quo probare contendimus cum multis Adversariorum nobis hac in parte consentientium superadicto Joannis capite non agi de sacramento

cc Ad q. 67. disp. 1. art. 7.

d Contr. Marcion. l. 3.

mento Euchariſtiæ, aut orali participatione ca. nis & ſanguinis Chriſti in illo, ſed de manducatione ac ſumptione ſpirituali generaliter conſiderata, & prout includit omnem rationem & modum quo quis olim potuit ſub vetere teſtamento, & modò poteſt ſub novo Chriſto incorporari, rectè urget e Janſ. nius Gandavenſis poſt Cajetanum ex eo quod Dominus in poſtrema parte verſiculi quinquageſimi primi & in ſequentibus alijs agat de eodem pane & cum eadem ſumentibus promiſſione de quo tractatum fuerat verſiculo quinquageſimo & præcedentibus. Nam cum ante dixiſſet verſic. 35. *Ego ſum panis vitæ, qui venit ad me non eſuriet, & qui credit in me non ſitiet in æternum*; & 50. *hic eſt panis de cœlo deſcendens, ut ſi quis ex ipſo manducaverit, non moriatur*; & priori parte verſ. 51. *Ego ſum panis vivus qui de cœlo deſcendi, ſi quis ederit ex hoc pane vivet in æternum*; ſubjungit illico: *& panis ille quem ego dabo caro mea eſt quam ego dabo pro mundi vita*, &c; *quæ ſubjectio*, inquit ille, *non indicat eum jam de alio pane loqui, ſed explicatius velle oſtendere, quomodò & per quid ipſe qui ſe hactenus panem vitæ vocavit, ſit panis vitam hominibus largiens*, &c. nimirum, *ratione utriuſque ſimul, ſcilicet & divinitatis, & humanitatis in cruce traditæ*: Sed manducationis ſpeciem mutari & aliam indicari nè tenuiſſima quidem conjectura eſt, & gratis omninò fingitur. Cum ergò in priori parte verſiculi illius 51. ſicut & in antecedentibus fateantur Adverſarij Dominum eſſe locutum de manducatione ſpirituali, non de orali & ſacramentali, ſimiliter dicendum eſt in poſteriori parte verſiculi hujus, atque etiam in ſequentibus, tantummodò quoque agi de manducatione ſpirituali, non de orali & ſacramentali. Nec juvaret reſpondere, Dominum in illis de ſe tanquam Deo eſſe locutum, in his autem de ſe tanquam homine mentione carnis facta. Nam fatetur Maldonatus, licet in hac quæſtione nobis contrarius, Dominum utrobique de ſe tanquam Deo & homine eſſe locutum, quamquam de ſe tanquam homine clarius & explicatius in poſteriori concionis ſuæ parte: *clarius*, inquit, f *dicit, quod antè dixerat obſcurius. Superius ſe panem frequenter appellaverat; Cur ſe panem vocaverit, exponit, propter carnem ſuam quam nobis edendam ad modum panis daturus erat, quæque in cruce commolita veluti frumentum, vitam, quantum in ipſa eſſet, omnibus hominibus datura erat, quod proprium eſt panis. Sic intelligendum quod Euthymius dicere videtur, prius Chriſtum de ſua divinitate locutum: nunc de ſua loqui humanitate. Non enim ſignificat prius non egiſſe de carne ſua, cum ſe panem appellavit; ſed cum dixit deſcendiſſe de cœlo, de divinitate locutum fuiſſe, ſecundum quam diceretur de cœlo deſcendiſſe; nunc autem explicare, quomodò ſit panis, nempe, quia homo, quia caro eſt. Panis enim eſt quatenus homo; vita, id eſt, vivificans, quatenus Deus eſt. Nam propter conjunctionem hypoſtaticam cum divinitate, ut ait Cyrillus, caro Chriſti habet vim vivificandi.* Janſenius Yprenſis ſimiliter: g *huc uſque fidem in ſe tanquam Deum & hominem commendavit.* Et facilè id probatu eſt: quia Dominus non aliter de cœlo deſcendiſſe dicitur, quam ratione incarnationis. Cum igitur in antecedentibus dicat, ſe panem eſſe qui dè cœlo deſcendit, evidentiſſime innuit ſe de manducatione ſui etiam quatenus hominis ibidem egiſſe.

Secundum argumentum a Joannis de Raguſio, b Cajetani & c Tapperi, quodque primi illius verbis exprimere ſufficiet, ejuſmodi eſt: *Manifeſtiſſimum ſignum*, inquit, *quod non de ſacramentali manducatione loquatur, eſt, quia in prædicto præcepto*, &c, (nempe, *niſi manducaveritis*) *nullam facit mentionem de ſpeciebus panis ſcilicet aut vini, imo quod plus eſt, quotieſcunque loquitur Joannis 6. de corpore aut ſanguine ſuo, nullam unquam facit mentionem de ſpeciebus, ad oſtendendum, non de ſpecifica ſeu ſacramentali ſumptione intelligenda fore verba ipſius, ſed de ſpirituali.* Nam qua ratione dici poteſt de ea re agi, de qua ne vel tenuiſſima quidem mentio fit? Reſpondet primò, Catharinus: d *quod nullam de ſpeciebus ſacramentis factas mentionem, confidenter negito. Quamobrem enim toties vocaret ſe panem, niſi ad ſpecies illas reſpiceret, ſub quibus vobis ſeſe daturum pollicebatur?* Sed confidentia illa, temeraria prorſus eſt. Panem enim illum de quo ibi mentio fit, Dominus ipſe explicat, tum de divinitate ſua per aſſumptionem carnis de cœlo deſcendente, quandò ait, *ego ſum panis vivus qui de cœlo deſcendi*; tum etiam de humanitate ſua quatenus per incarnationem divinitati unita & ad mortem tradita, quando ſubjungit, *panis quem ego dabo caro mea eſt quam ego dabo pro mundi vita.* At ſpecies ſacramenti, hoc eſt, accidentia panis Euchariſtici, neque ſunt divinitas Chriſti per aſſumptionem carnis de cœlo deſcendens, nec ipſamet humanitas aſſumpta & pro nobis paſſa: per panem igitur Dominus ibi non intelligit ſpecies ſacramenti. Secundò reſpondet Salmero, e *verum eſſe, non fieri mentionem hujus vocis, ſpecies ſacramenti, vel ſpecies panis & vini: quod quia nec alibi ſit in novo teſtamento, evinceretur hoc argumento nullibi Chriſtum tractaſſe de Euchariſtia. Si autem per ſpecies intelligunt hæc voces, panem & vinum, ſive calicem; quantum attinet ad nomen vini, nullibi etiam in novo teſtamento reperitur, bene autem calicis*, &c. *Si de nomine panis, eſt hoc quidem ſermo multus. Et ſicut frequenter alibi Euchariſtia per id deſignatur, ut cum dicitur, fractio panis, ita etiam hîc, cum ait;*

e *Concord. c. 59. Cajetan. ad q. 80. art. 12. q. 1.*

g *In Joan. 6. 51. 52.*

a *Vbi ſupr.*
b *In 3. Thom. q. 80. art. 12. q. 1.*
c *Tapper. art. 15.*

d *Adamus in Cajetan. l. 3. de ſacram. Euchariſt.*

f *In Joan. 6. 51.*

e *Tom. 8. tract. 25. p. 214.*

& panis quem ego dabo, &c. Verum, omissa illa quæstione de nomine specierum panis & vini, de quibus Adversarij inter se pro libito disceptent, respondeo in Eucharistiæ institutione nominari satis apertè panem & vinum. De pane fatentur omnes. De vino pariter constat ex hisce Domini verbis: [f] *non abibam a modò ex hoc genimine vitis usque in diem illum cum ipsum bibam vobiscum novum in regno Patris mei.* In quæ verba optime Chrysostomus: *ex fructu vitis*, inquit, *vitis autem vinum, non aquam gignit.* Hic autem panis illius cujus in Eucharistia mentio nullomodo loqui Dominum, sed de carne sua testantur ea ipsius verba a Salmerone citata, *panis quem ego dabo, caro mea est*, non autem, species seu accidentia panis. Quem & [h] Salmero ipse alibi disertè sibi contradicens: *Dominus consulto omisit illa verba panis & calicis, quibus juxta tres priores Evangelistas & B. Paulũ, Eucharistia in duplici specie significatur, & tantum dixit*, nisi manducaveritis carnem & biberitis sanguinem, *quod videret per illa necessitatem induci utriusq; speciei cum fide viva sumendæ.* Tertiò, respondet idem Salmero: *in prædictionibus etiam sine promissionibus quæ de aliqua re fiunt, non est necesse ut modus & species declaretur; satis est ipsam rei substantiam verbis idoneis exprimi. Quandò enim Christus promisit adventum Spiritus Sancti, non prædixit quod fieret repentè de cœlo sonus, aut quod apparerent dispertita lingua, tanquam ignis. Ad hæc, cum non semel ducat Dominus*, ego resuscitabo eum in novissimo die, *nunquid quia speciem & modum non expressit, ideò de vera corporum resurrectione non egit?* Verum hæc solutio, licet præcedente speciosior, nihilominus non satisfacit. Exempla enim objecta proposito non conveniunt. Nam in illis est tantum simplex propositio & prædictio de dando spiritu, & de resurrectione futura: Adversarij autem volunt hoc sexto Joannis capite esse propositionem specialem de carne Domini sacramentaliter danda. Imò vult ipse Salmero sensum [g] *univocum* verborum, *nisi manducaveritis carnem filij hominis*, &c, esse, *nisi spiritu fidei vivæ dicta cibantis & potantis Spiritum, Eucharistiam sumpserutis*: quod etiam cæteri vehementius affirmant, asserentes, aut hoc loco, aut non alibi exstare præceptum de Eucharistia sumenda. Constat autem Eucharistia, saltem ex ipsorum Adversariorum hypothesi, & signo & re signata. Qua ergò probabilitate affirmari potest eo loco dari præceptum de Eucharistia participanda directè & formaliter, in quo nulla signi sacramentalis & Eucharistici mentio prorsus sit? Sane, nemo unquam nisi causæ suæ præjudicio abreptus id asseruerit.

Tertium argumentum sumitur è versiculis 53. & 54. *Nisi manducaveritis carnem filij hominis & sanguinem biberitis, non habebitis vitam in vobis*: Et, *qui manducat carnem meam & bibit sanguinem meum habet vitam æternam, & ego excitabo eum in ultimo die.* Ex quibus verbis multipliciter argumentamur.

Primo enim disputamus in hunc modum: verba illa scripturæ quæ generalitatem sonant, & aliquid implicite jubent sub conditione præmij, si fiat, pœnæ, si non fiat, juxta sensum illum quem habere possunt generaliorem ac humaniorem minusque durum, atque etiam intellectu factuque faciliorem semper accipienda sunt. Atqui talia sunt illa Domini verba: ergo. Sensum autem illa habere generaliorem ac humaniorem minusq; durum, atque etiam intellectu factuque faciliorem, si abstracte a sacramento de spirituali manducatione intelligãtur, quam si vel de spirituali vel de orali in sacramento, per partes probatur. De generalitate primò respectu manducationis oralis. Nam si de manducatione orali intelligantur, multas necessario patientur restrictiones: Accipienda enim erunt tantummodò de hominibus sub novo testamento post Eucharistiæ institutionem viventibus, item de adultis solis, & de sumptione non actu simpliciter, sed interdum in voto, ac etiam de manducatione digna, non autem de indigna: cum ea de spirituali manducatione abstractè a sacramento intellecta, ab hisce limitationibus absoluta sint. Respectu pariter manducationis spiritualis relate ad sacramentum. Nam hæc quoque manducatio restringenda erit ad fideles novi testamenti, & quod actum ad adultos. Quod & fatetur Salmero: *sensus*, [h] inquit, *iste non tam generalis, quam est ille de manducatione pure spirituali abstrahenti si sacramento, qua ea complectitur omnes, tam parvulos quam adultos, qui unquam in Dei gratia, aut fuerunt, aut sunt, aut erunt.* Cum igitur ex ipsiusmet rursum confessione [a] *sensus alijs omnibus universalior ac generalior cæteris sit anteponendus*; talisque sit sensus de manducatione pure spirituali abstractè a sacramento, is sensui de manducatione spirituali in sacramento necessariò est anteponendus. Nec obstat quod excipit, sensum hunc de manducatione spirituali in sacramento esse tam generalem, *quam status novi testamenti requirat, & quam ipsius Christi de Eucharistia, & Christianis loquentis proposito conveniat.* Nam probandũ foret Dominum loqui de ea carnis suæ manducatione quæ a Christianis tantum fieri debeat, ut falsò supponit Adversarius: imo quamvis id probaret, quod illi prorsus impossibile est, nihil adhuc promoveret, quia sensus de manducatione pure spirituali abstrahenti a sacramento semper generalior est. Secundo, diximus sensum illum esse præferendum qui sit humanior ac minus durus. Quod & agnoscit Salmero:

[f] *Matth. 26. 29.*

[h] *Vbi supr. pag. 199.*

[g] *Tom. 8 tr. 24. p. 198. & 9.*

[h] *Vbi supr. pag. 200.*

[a] *Ibid. p. 199.*

Salmero· *quærimus*, b inquit, *illum qui sit germanior suaviorque.* Sensum autem de spirituali manducatione carnis Domini, qualem statuimus, multò esse humaniorem suavioremque, ac minus durum quam sensum de manducatione corporali & orali, sole clarius est. Nam in manducatione spirituali nihil est durum, nihil naturæ repugnans ac humanitati. At manducatio oralis carnis humanę, quamvis integræ & illæsæ, naturæ ipsi humanæ horrori est, quasi esset homo homini lupus aut lucius. Tertiò, sensum hunc de manducatione abstracta spirituali intellectu esse faciliorem, quam hunc posteriorem de manducatione spirituali vel orali relate ad Eucharistiam, Adversariorum ipsorum nonnulli fatentur, & facile est probare. Salmero: c *hæc expositio de spirituali manducatione in sacramento aliqua dubia continet.* Thomas de verbis, *nisi manducaveritis carnem filij hominis* &c: d *notandum est quod hæc sententia potest referri, vel ad manducationem spiritualem vel ad sacramentalem. Sed si referatur ad spiritualem nullam dubitationem habet, si vero referatur ad sacramentalem, dubium habet quod dicitur.* Similiter & Palatios in verba, *qui manducat carnem meam*, &c: *si de manducatione spirituali locum hunc audiamus, lucidior est sensus.* Confirmatur. Nam impossibile erat auditoribus concipere Dominum agere de carne sua sub sacramento indivisibiliter & oraliter manducanda: sed poterant concipere manducationem illius abstractè spiritualem de qua jam antè dixerat, *qui venit ad me non esuriet & qui credit in me non sitiet in æternum.* Denique ejusmodi manducatio spiritualis factu multo facilior est, quam oralis in sacramento. Posset enim contingere, ut fideles impediti necessaria aliqua causa, verbi gratia, vel distantia a locis in quibus sacramentum celebraretur, vel infirmitate gravi quæ eos aliquid prohiberet accipere, seu solidi, seu liquidi, carnem Dominicam oraliter in sacramento (suppositio quod ibi sit) actu manducare non possent, ac ideo solo voto & desiderio id exequendi, contenti esse deberent. At non ita se res habet de manducatione spirituali abstractè a sacramento, ut diximus, considerata. Nam, nec loci distantia, nec corporis ægritudo prohibere potest, quin carnem Domini ac ejus sanguinem fide ac corde spiritualiter edamus & bibamus. Cum igitur sensus iste sit generalior & suavior, ac minus durus, atque etiam intellectu operatuque faciliorem carnis Dominicæ participationem importet, quam reliqui alij, evidenter consequitur eum cæteris omnibus merito esse anteponendum.

Secundo, inquit supra nominatus Joannes de Ragusio in Concilio Basileensi, *cum ex propriis effectibus deveniatur ad cognitionem propriarum causarum, utique si ex verbis Christi volumus sine errore venire notitiam de qua manducatione in hoc loco Christus intelligat, necesse est conferamus effectus harum manducationum ad ipsas manducationes tanquam ad proprias causas. Quia ergo in isto toto processu hujus capituli manducationi Christus tribuit vitam, quæ est proprius effectus hujus spiritualis manducationis, utique ex proprio effectu ex necessitate concluditur, quod Christus loquitur hîc de spirituali manducatione. Et sicut ex sensibili nunquam possemus venire in cognitionem hominis, in quantum homo, nisi per aliquod additum ad sensibile, licet etiam ipsum sensibile conveniat homini, ita quantumcumque vita sequatur ad manducationem sacramentalem, ex quo non est sibi necessario nec tanquam proprium annexa, ex ipso vita non potest inferri aut argui manducatio sacramentalis. Oportet igitur quod sicut ex sensibili infertur animalis, sic ex vita in loco præsenti inferatur manducatio spiritualis.* Similia quoq; habent e Biel & f Cajetanus, quorum propterea verba referre inutile foret. Sed ego ultra progredior, ac ex supra citatis illis Domini verbis contra manducationem oralem carnis Dominicæ, ejusque in Eucharistia præsentiam sic disputo: quicunque propriam Domini carnem propriumque sanguinem bibit, habet vitam æternam. At quicunque manducat & bibit Eucharistiam non habet vitam æternam: multi enim illam, teste Apostolo in priori ad Corinthios Epistola, ad judicium & condemnationem manducant & bibunt. Ergò quicumque Eucharistiam manducant & bibunt, non manducant propriam Domini carnem nec proprium sanguinem bibunt: unde necessariò sequitur Eucharistiam non esse propriam Domini carnem propriumque sanguinem. Respondet primò Maldonatus retorquendo prius argumentum. Ait enim, g *eodem argumento probari posse, non esse de manducatione, qua per fidem fit intelligendum.* Qua vero de causa? *quia*, inquit, *per fidem multi carnem Christi manducant & pereunt*, videlicet, *quando quis catholicus hæreticus fit.* Sed homonymia fidei lectoribus suis illudit. Nam si fidem intelligat de vera sanaque doctrina, concedimus sanè aliquem hanc fidem habentem, sanamque doctrinam profitentem, hæreticum posse fieri, sicque perire. Sed hoc est ἀπροσδιόνυσον, cum nec ejusmodi fides sit illa de qua Dominus in hoc capitulo ait, *qui credit in me non sitiet in æternum*, nec homines illam habentes, aut vere fideles in scripturis appellentur, aut hoc solo Christi carnem manducent, ac sanguinem bibant. Si vero fidem accipiat de vera illa fide qua in Christum creditur, quæque vulgò justificans in scriptura nominatur, & qua carnem Christi manducari asserimus sanguinemque bibi, negamus quemquam hanc fidem habentem ab ea finaliter prorsus excidere, & sic perire. Te-

b *Ibid. p. 191. col. 1.*

c *Ibid p. 217*

d *Lect. 7. in 6. Ioan.*

e *In canon. Missæ lect. 36.*

f *In Ioan. 6.*

g *In Ioan. 6. 53. & 54.*

Digitized by Google

ſtatur ipſe Dominus contrarium: *qui credit in eum qui miſit me*, h inquit, *habet vitam æternam, & in judicium non venit, ſed tranſivit a morte ad vitam.* Et Apoſtolus ſimiliter: i *Deus confirmabit vos uſque ad finem ſine crimine in die Domini noſtri Jeſu Chriſti.* Reſpondent ſecundo idem Maldonatus, Bellarminus, Toletus, Scapletonus, Yſambertus, & innumeri alij, *omnes hujuſmodi propoſitiones univerſales, quæ conjunctas promiſſiones habent, duabus modis eſſe intelligendas. Primum, ut non tam effectus quam vis & natura rei cui annexa eſt promiſſio ſignificetur*: qui crediderit & baptizatus fuerit, ſalvus erit, *quantum in natura fidei & baptiſmi eſt*: quicunque invocaverit nomen Domini ſalvus erit, *id eſt, invocatio Dei eum ſalvum faciet natura ſua, niſi aliquid aliud impediat. Sic, quicunque manducaverit carnem Domini & biberit ejus ſanguinem, vitam habebit, ſi vim & naturam carnis ſanguinisque conſideres: tamen, ſi quid aliud obſtiterit, non habebit. Deinde, intelligenda ſemper eſt aliqua commutatio, quæ aliquando, ſi non eodem loco, alibi tamen explicatur*: omnis quicunque invocaverit nomen Domini, ſalvus erit *Ioel. 2. 32.* & omnis qui petit accipit. *Matth. 7. 8. ſi ita invocaverit, ita petierit, ut debet. Id Jacobus expoſuit cap. 4. 3.* Petitis, & non accipitis eo quod male petitis, ut in concupiſcentijs veſtris inſumatis. *Ex his igitur exemplis in quibus conditio hæc uno loco prætermiſſa alibi exprimitur, intelligere debemus, etiam cum nullibi exprimitur, intelligendum. Sic huc loco*, qui manducat carnem meam & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam, *intelligendum, ſi manducaverit & biberit ut debet* (ſc. *digne*, ut Yſambertus notat) *&, ſi poſtquam vitam æternam, id eſt, jus ad vitam æternam in manducando bibendoque acquiſierit, non perdiderit ſuo aliquo novo peccato.* Verum hæ ſolutiones minimè ſatisfaciunt. Non prior. Non enim Dominus poterat verbis expreſſioribus uti ad deſignandum effectum manducationis de qua tractat, quam loquendo ut facit. Si dixiſſet, *caro mea eſt vita æterna*, aut, *caro mea dat vitam æternam*, locum fortaſſe dediſſet Adverſariorum effugio: Sed cum dicat, *qui manducat carnem meam & bibit ſanguinem meum, habet vitam æternam*, id eſt, certo habebit, futurum infallibile per tempus præſens exprimens, carnis effectum deſignat in ſubjecto participante, non ſolam ejus vim ac naturam. Quemadmodum & quando paulo ante ait: *qui manducat hunc panem, vivet in æternum*; non vim tantummodo naturamque hujus panis per ea verba denotat, ſed & effectum qui ſequitur ad ejus manducationem. Deinde, id confirmatur ex verſiculo præcedenti, in quo ait: *niſi manducaveritis carnem filij hominis & biberitis ejus ſanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Nam negari effectum vitæ in ijs qui non manducant carnem, nec ſanguinem bibunt, non autem in carne vim ac potentiam vivificandi, res ipſa clamat, & Adverſarij ipſi fatentur. Ergo ſimiliter, quando Dominus è contrario dicit, qui manducat carnem meam & bibit ſanguinem meum, habet vitam æternam, carnis & ſanguinis effectum in participante deſignat, non autem ſolam carnis & ſanguinis ad vivificandum potentiam & naturam. Denique, exempla ab Adverſarijs allata id ipſum docent. Nam hæc verba, *ſalvus erit*, & *accipit*, evidentiſſime effectum dicunt apud omnes ratione intelligentiaque præditos. Quod & ipſi Adverſarij aperte fatentur. Addunt enim, ſententias illas, *qui invocaverit nomen Domini, ſalvus erit*, & *, qui petit accipit*, ita eſſe intelligendas, *ſi ita invocaverit, ſi ita petierit ut debet.* At qui petit ut debet, accipit: Ergo effectum deſignant, non tantum vim ac naturam rei cui annexa eſt promiſſio. Rurſum, poſterior ſolutio non magis valere poteſt. Primo enim, ut recte regerit Cajetanus, *Dominus non dixit, qui manducat digne carnem meam & bibit digne ſanguinem meum, ſed qui manducat & bibit, ut intelligamus quod de ipſo manducare & bibere loquitur, quod non eget modificatione digne, quod non eſt commune ad digne vel ad indigne.* Secundo, *ſi intelligendum ſit, ſi quis digne manducaverit* (inquit) *antenius) jam non conſtabit differentia inter manna & panem vitæ. Nam & illud digne manducantes non ſunt mortui, ſecundum Auguſtinum*, ſed vitam æternã habuerunt. Tertiò, concedimus quidem eſſe in ſcripturis propoſitiones quaſdam univerſales, quæ reſtrictione opus habeant, ideoque etiam, ſi non eo loco, ſaltem in alio limitationem accipiant, ut illæ ab Adverſarijs allatæ: Sed hoc eos nullomodo juvat, cum ea de qua agimus non ſit de illarum genere. Neque enim apud Scripturas reperitur uſquã duplex *manducationis propriæ Chriſti carnis* genus, ut *invocationis & petitionis.* Nullibi legimus verum ac proprium Domini corpus & ſanguinem ab aliquibus ut debet, ab alijs ut non debet, ab illis probè & dignè, ab his indigne & lethaliter, edi & bibi. De pane & vino ſignis corporis & ſanguinis ita quidem Apoſtolus loquitur: *qui manducaverit panem hunc & biberit calicem Domini indigne*: ſed de vero corpore & ſanguine nihil tale ſcriptura aſſerit. Quartò, hoc effugium præcluditur per illa verba præcedentia, *niſi manducaveritis carnem filij hominis & biberitis ejus ſanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Nam præcepta illa quæ terminis negativis in ſcripturis concepta ſunt, & comminationes continent, ſimpliciter & abſolute intelligi ſolent. At idem prorſus præceptum eſt, quod terminis promiſſivis & affirmativis concipitur, cum illo quod negativis & comminatorijs datur: igitur

h *Ioan. 5. 24.*

i *1. Cor. 1. 8.*

Digitized by Google

tur eodem modo eſt intelligendum. Denique, ſimilitudo ſumma quæ intercedit inter illa verſic. 50. & 51. *hic eſt panis de cœlo deſcendens, ut ſi quis manducaverit ex ipſo non moriatur*, & *ſi quis manducaverit ex hoc pane vivet in æternum*; cum his verſiculi 54. *qui manducat carnem meam & bibit ſanguinem meum, habet vitam æternam*, & hiſce alijs verſiculi 58. *qui ederit hunc panem, vivet in æternum*; manifeſtiſſimè oſtendit utrorumque eumdem prorſus eſſe ſenſum. At ſententias illas præcedentes ipſi Adverſarij ſine limitatione intelligunt, cum admittant in ijs agi de manducatione ſpirituali: Ergò ſimiliter & has accipere debent, eaſque intelligere de manducatione ſpirituali abſque illa reſtrictione per *digne*, vel *indigne*.

Tertiò, ſi his locis ageretur de ſacramento Euchariſtiæ, ſequeretur neceſſitas utramque ſpeciem participandi. Ita Janſenius: *quod peculiariter pertinet ad Catholicos locum hunc de ſacramentali manducatione intelligentes, difficile eſt bene hun. locum explicare ſic, ne tamen non ſignificetur neceſſitas ſumendi utramque ſpeciem.* Nam Dominus expreſſe ait, *niſi manducaveritis carnem filij hominis & biberitis ejus ſanguinem, non habebitis vitam in vobis.* At falſum eſt conſequens ſecundum Adverſarios: igitur & antecedens. *Patet ſequela*, inquit Cajetanus, *ex eo quod præceptum cogens ad ſacramentum, formaliter loquendo cogit primò & directè ad ſacramentalem perceptionem, ut patet in baptiſmo.* Atqui ſacramentalis perceptio, eſt perceptio ſpecierum ſacramentalium. Ergò. Adverſarij varie admodum hic ſe torquent.

Reſpondet enim primò Maldonatus retorquendo argumentum, idque dupliciter. Primò in hunc modum: *ſi ageretur hîc de manducatione per fidem, manducatio per fidem eſſet omnibus neceſſaria. At non omnibus eſt neceſſaria: non enim infantibus. Igitur de manducatione per fidem non agitur.* Secundo: *ſi de manducatione per fidem agitur, ergo qui totum Chriſtum pro nobis crucifixum fide apprehendit, non ſatisfacit, nec ſalvus erit, niſi ſigillatim carnem & ſanguinem ejus apprehendat: quod nemo, credo, bene ſanus dixerit.* Verum, ad prius argumentum primo reſpondent [a] Cajetanus, Salmero, [b] Bellarminus & [c] Janſenius: *Dicendum, hoc præceptum tantum pertinere ad adultos rationis compotes, ſicut & præceptum quo exigitur actualis fides, hoc eſt, credere, a baptizandis. Nam etiamſi intelligatur hic locus de manducatione ſacramentali, non poteſt tamen de alia intelligi quam ea quæ ſpiritualem conjunctam habet, hoc eſt, quæ ſit cum fide, per quam ſupra Dominus dixit ſe manducari. Ad illos ergo tantum pertinet hoc præceptum, ad quos pertinet actualiter credere in Chriſtum & venire ad Chriſtum.* Favere poteſt huic reſponſioni, quod Dominus paulo poſt ſubjungit, *ſed ſunt in vobis quidam qui non credunt.* Indè enim non improbabiliter concludi poſſe videtur, Dominum de omnibus loqui, verum fidei capacibus, id eſt, de adultis. Secundò, reſpondet quoque Toletus, [d] *ſententiam hanc parvulos etiam comprehendere: verba enim, ait, generalia ſunt, & neceſſitatem ſingulis & omnibus imponunt.* Quid contra? At, inquit, Maldonatus, *nullum fidei actum exerere poſſunt; proindè nec manducare.* Sed reſpondeo, manducationem ſumi, vel active pro actione manducandi, vel paſſive pro participatione cibi: ac utroque ſenſu illam adultis neceſſariam eſſe & ab ijs requiri, poſteriori verò tantum infantibus, quos carnis & ſanguinis Chriſti ad ſalutem conſequendâ participes eſſe neceſſe eſt. Undè & Contarenus & [ee] Cenſores Belgici diſerte notant, [e] *infantes per baptiſmum carnem Chriſti manducare*, quia videlicet per baptiſmum Chriſto incorporantur. Ad poſterius autem argumentum facilis eſt reſponſio, neminem fide amplecti Chriſtum quaſi crucifixum, qui non per eumdem actum Chriſtum tanquam vulneratum & ſanguinem profundentem ſimul apprehendat. Reſpondent ſecundo Doctores aliqui Salmanticenſes, quos ſequuntur [f] Bellarminus, Maldonatus, [f] Vaſques & [g] Mæratius, *præcipi quidem locis illis communionem ſub utraque ſpecie; ſed prout ſub utraque ſpecie eſt, præceptum hoc non imponi ſingulis hominibus de Eccleſia, ſed toti Eccleſiæ, nec implendum ab omnibus, ſed a quibuſdam, videlicet, a ſacerdotibus quemadmodum præceptum illud Geneſ.* creſcite & multiplicamini, *toti hominum communitati impoſitum eſt, non ſingulis hominibus.* At hanc ſolutionem improbant [h] Salmero Eſtius & [i] Suares. *Primo enim ſecundum hanc ſententiam Chriſtus ad eccleſiam loqueretur, cum tamen textus plane dicat, eum hæc dixiſſe Iudæis Capharnaitis, vel, ut eccleſia interpretatur, Diſcipulis ſuis & turbis Iudæorum: Nam & Diſcipuli retro abierunt, tanquam ad ſe etiam hunc ſermonem dictum intelligentes. Non ergo ad Eccleſiam juxta litteram dictus eſt iſte ſermo. Et quamquam admitti poſſit, Dominum Eccleſiæ locutum in adſtantibus, tanquam in typis eccleſiæ, oportet tamen ita ad eccleſiam extendi hunc ſermonem, ut impleatur in præſentibus. Non videtur autem aliquo pacto verum, quod niſi aliqui ex Capharnaitis ſumerent utramque ſpeciem, ſalvi fieri non poſſent: potuiſſent namque illi omnes Chriſtum fide ſuſcipere, & lauti permanere poterant, & communicantes tantum ſub altera ſpecie ſervari. Deinde, ex textu ipſo videtur, quod impleta illa ſententia Domini, ſalus illis ad quos loquebatur contingeret. Dicitur enim:* qui manducat carnem meam & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam. *Sed juxta hunc ſenſum hoc ſtare non poteſt. Non enim ob id quod aliqui in Eccleſia utramque ſpeciem ſumunt,*

[a] *In hunc locum*
[b] *De Euch. l. 1. c. 7. ad tert. argum.*
[c] *In hunc locum. verba citata ipſius ſunt.*

[d] *In Ioan. 6. annot. 28.*
[ee] *In indic. expurg. ad tom. 7. Auguſtini*
[e] *De ſacram. l. 2. c. 1.*
[f] *De Euch. l. 4. c. 25.*
[g] *Diſp. 216. c. 5.*
[h] *Tract. 24. Eſt. in 4. d. 11. § 8.*
[i] *Diſp. 71. ſect. 2.*

Digitized by Google

munt, omnes Chriſtiani propterea ſalvantur, cum ex ipſis ſacerdotibus qui ſub utraque ſumunt, multi damnentur, ſicut etiam ex laicis plurimi damnantur. Tertio, quia nec ipſis ſacerdotibus videtur neceſſitas indicta utramque ſpeciem percipiendi: quoniam interdum licite vnam ſpeciem ſumunt, vt cum egrotant, aut cum non conficientes communicant. Imo etiam aliquando accidere poſſet, vt per totam vitam a celebranda miſſa abſtinerent: vt ſi quis ad ſacerdotium promotus, aut oculis privaretur, aut dextra illi amputaretur aut aliqua alia cauſa incidenti, facultate ſacrificium celebrandi deſtitueretur; & ita ad legem communicandi ſub duobus ſymbolis non arctaretur. Quartò, ſi hæc licentia tribuitur, vniverſales ſententias ſcripturæ paſſim reſtringendi ad paucos, imo ad paucißimos, multa fidei catholicæ dogmata aboleremur. Dici enim poſſet, non omnes cogi ad baptiſmi legem, interpretando illam Domini ſententiam, niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu, *&c, & dicendo ad paucos pertinere: & cum dicitur*, niſi pœnitentiam habueritis, omnes ſimiliter peribitis, *non omnes, ſed quoſdam tantum peccatores obligari ad pœnitentiam: nec omnes ad humilitatem adſtringerentur ex illa ſententia*, niſi converſi fueritis, & efficiamini ſicut parvuli, non intrabitis in regnum cœlorum: *neque rurſus ad fidem ſuſcipiendam ex illo*, niſi credideritis, non permanebitis, ſive non intelligetis: *iterum*, ſi non credideritis quia ego ſum, moriemini in peccato veſtro *&c.* Quinto, quia, *cætera hujus loci ſententiæ ad ſingulos pertinent: Item: ſic dicitur*, niſi manducaveritis, *&c, ſicut*, niſi quis renatus fuerit ex aqua, *&c, & perinde eſt ac ſi diceretur, niſi quis manducaverit*, &c. Nec contra facit quod objicitur ex 1. Geneſeos. Dico enim cum Pererio & Mercero verba hæc, *creſcite & multiplicamini*, non tam continere præceptum, quam benedictionem ad propagationem: alioqui ſequeretur datum quoque eſſe præceptum avibus & piſcibus, cum id illis pariter dicatur, quod abſurdum eſt.

Reſpondet tertiò Cardinalis Cuſanus, (licet, ut ſupra obſervavimus verba hæc tandem interpretetur de ſpirituali manducatione) indici quidem neceſſitatem communionis ſub utraque ſpecie, ſed horum verborum ſenſum qui olim præceptum ſonabat, nunc mutatum eſſe per contrariam praxin Eccleſiæ, & non amplius præceptum eſſe: *praxis* enim *eccleſiæ*, ſi inquit, *uno tempore interpretatur ſcripturam uno modo, & alio tempore alio modo. Nam intellectus currit cum praxi.* Verum, improbat Salmero hanc reſponſionem: *hic ſenſus*, inquit, *minus verus videtur; tum quia falſum eſt quod illa Domini verba unquam intellecta fuerint tanquam præceptum omnes ſub utraque ſpecie communicandi adſtringens*, &c; *tum etiam quia ſine revelatione non videtur quod eccleſia noverit voluntatem Dei eſſe, quodam tempore aliquem ſcripturæ ſenſum accipi, & in praxim adduci, & quod pro alio tempore velit illum ſenſum ſcripturæ abrogare. Cum igitur non conſtet quod eccleſia de hac re revelationem habuerit, videtur gratis aſſeri illa ſenſus mutatio, & dari occaſio pro libito veros & antiquos ſcripturæ ſenſus abrogandi, & novellos introducendi, quod periculoſum eſt: nam ex eo principio periret ſcripturæ authoritas.*

Reſpondent quartò Maldonatus, Bellarminus, Becanus, & alij multi, *vim præcepti non conſiſtere in modo ſumendi, ſed in ipſa re quæ ſumenda eſt: verba quidem præcepti ſonare ut ſumatur caro ſub ſpecie panis per modum cibi, & ſanguinis ſub ſpecie vini per modum potus; tamen mentem legiſlatoris non eſſe obligare ad res ipſas ſumendas. Quod patet, tum quia fructus ejus perceptionis oritur ex ipſis rebus perceptis, non ex modo ſumendi; tum quia ibidem Chriſtus ait*, qui manducat me vivet propter me, *ubi indicat idem eſſe manducare carnem & bibere ſanguinem quod Chriſtum totum manducare. Iam vero caro & ſanguis tam ſumitur integre ſub una ſpecie, quam ſub duabus.* At contra primò Salmero: [a] *quod dicitur, non modos ſumendi, ſed res ipſas ſub ſacramento contentas, ſanctificationem operari, omninò falſum eſt. Nam Iudas proditor, & quicumque peccator ſacramentum accipiendo nullum fructum percipit, & tamen Chriſtum ipſum & carnem ejus ac ſanguinem accepit. Contra verò in baptiſmo, etiamſi in aqua non ſit Chriſtus, ut ſub ſpeciebus panis & vini, regenerationem tamen & ſanctificationem in his qui bene diſpoſiti ſunt, operatur. Non igitur ex ipſis rebus contentis, ſed potius ex modo pendet ſanctificatio. Vnde Dominus manducanti carnem & bibenti ſanguinem promittit vitam æternam.* Imo Bellarminus ipſe alibi: [b] *illa expreſſio*, caro mea eſt verè cibus, & ſanguis meus verè eſt potus, *ſignificat diverſum modum ſumendi carnem & ſanguinem Chriſti, qui plane periit ſi tollas ſpecies ſacramentales.* Atqui jubetur edi caro, bibi ſanguis: ergò jubetur modus ſumendi juxta Bellarminum ipſum. Secundò, eamdem reſponſionem refutant, [c] Innocentius Tertius, Salmero, Janſenius & Vaſques, tum, *quia non eſt commoda explicatio per manducare intelligere ſumere, cum hoc ſit ſuperius ad illud*, &c, *quemadmodum explicatio hominis bona non eſt, ſi quis dicat illum eſſe animal tantum, non habens ullam differentiam ſpeciei; tum quia non facile apparet quomodo aperte exterior illa ſumptio* (ſc. ſub ſpecie panis per modum cibi) *poſſit dici bibitio. Manducatio enim rectè dicitur, quia ſumitur ibi aliquid per modum cibi: ſed quomodò bibitio cum nihil bibatur per modum potus? Non enim diceremus eum & manducare & bibere qui panem tinctum vino ſumeret, quamvis id ſumat quod & famem tollit, & ſitim. Nam manducare & bibere, ſi proprie uſurpentur, non cuivis ſpeciei convenire poſſunt.* Verba autem illa volunt

[a] *Vbi ſupr. p. 197.*

[b] *De Euch. l. 1. c. 5.*

[c] *De myſter. Miſſ. l. 4. c. 21. reliqui ubi ſupr Salmer. pag. 196. Vaſq. diſp. 216. c. 5.*

[k] *De commun. ad Bohemos epiſt. 7.*

lunt propriè ſumi Maldonatus & Bellarminus. Bellarminum ſupra audivimus. Eccè jam Maldonatum: *Cur Dominus carnem & ſanguinem, cur eſum & potum diſtinxit, niſi quia de carne ac ſanguine ſui & ad modum cibi & potus ſub panis & vini ſpecie dandis loquebatur?* Et rurſum: *caro Chriſti maximè propriè editur.* Jubet ergo, inquam, Dominus, ex hoc hypotheſi, & carnem ad modum cibi ſub ſpecie panis, & ſanguinem ad modum potus ſub ſpecie vini, diſtinctè edere & bibere. Nec obſtat quod objicit Becanus, d *manducationem & bibitionem ſæpè pro eodem ſumi, ut quandò Paulus* 1. Cor 3. 2. *ait*; lac vobis potum dedi, & *poſtea c. 9. 7. dicit*, quis paſcit gregem & de lacte gregis non manducat? *Si ergò juxta Paulum idem eſt lac bibere & manducare, cur non idem ſit Chriſtum bibere & manducare? Nec deſunt alia exempla. Annon Regius Propheta dixit, Pſalm. 68. 22.* dederunt in eſcam meam fel? *quod tamen alio vocabulo, ſed eodem ſenſu interpretatus eſt Euangeliſta Matth. 27. 34.* dederunt ei vinum bibere cum felle mixtum. *Ecce fel bibitur & manducatur, & hoc capiunt Adverſarij. Cur non capiunt, cum dicimus, Chriſtum ſub una ſpecie bibi & manducari?* Nam hæc facile refelluntur. Neque enim exempla ſimilia ſunt: tum quia in unoquoque locorum objectorum mentio tantum ſit, aut edendi, aut bibendi, non vero utriuſque ſimul, ut in ſententia de qua agimus; tum quia in illis eidem rei tribuitur manducatio & potatio, non diverſis, quales hic ſunt caro & ſanguis Domini; tum quia priora illa duo loca metaphoricè non propriè ab Apoſtolo uſurpantur, ſicut & tertius locus apud Davidem, ſi e Bellarmino fides eſt illum ſic interpretanti; tum denique quia etiamſi conſiderentur extra metaphoram, lac ſumatur in priori pro lacte liquido, in poſteriori pro coagulato, aut rebus ſolidis mixto, quorum illud proprie bibitur, hoc verò editur, & apud Prophetam de felle agatur, *quod erat*, inquit Lyranus referente Muyſio, *natura ſua magis edibile quam potabile, ideoque ipſum eſcam nominat*, nec niſi liquatum ex arte & induſtria Domino una cum vino fuerit propinatum. Nihil ergò loca illa allata faciunt pro confuſione manducationis & bibitionis. Nec magis ad rem eſt quod alij ſupra objectabant Dominum in ſequentibus dicere, *qui manducat me vivet propter me*, quaſi indicaret idem eſſe carnem manducare & ſanguinem bibere, quod Chriſtum totum manducare. Nam verum quidem eſt Dominum id aliquatenus indicare, ſed tamen ſenſu ab Adverſariorum mente prorſus alieno, nempè quia loqueretur de ſpirituali ſui tanquam ad mortem pro mundi vita dati participatione, in qua manducare & bibere reapſe idem ſunt, licet ratione diſtinguantur relate ad corpus & ſanguinem. Non enim ita locutus foret, ſi de manducatione orali directè egiſſet, in qua manducare & bibere reipſa inter ſe diſtincta ſunt.

Reſpondent quintò g Bellarminus, f Toletus, Stapletonus, g Perronius, h Eſtius & b Yſambertus, nec improbantibus Vaſques & Mæratio, *particulam*, &, *in his verbis*, niſi manducaveritis carnem filij hominis & biberitis ejus ſanguinem, *habere vim disjunctivam, ut ſæpe alibi.* Exempla afferunt ex Joan. 3. ubi dicitur, *niſi quis regeneratus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto*, pro, ex aqua vel Spiritu Sancto; & 21. Exod. ubi eſt in hebræo, *qui percuſſerit Patrem & matrem morte moriatur*, id eſt, qui percuſſerit patrem vel matrem; & Job. 31. *ſi declinavit greſſus meus de via, & ſi in manibus meis adhæſit macula, ſi deceptum eſt cor meum ſuper muliere, & ſi ad oſtium amici mei inſidiatus ſum*; Et Exechiel. 18. *ſi in montibus comederit, & uxorem proximi ſui polluerit, & egenum & pauperem oppreſſerit, & rapinam rapuerit*, &c, *morte morietur.* Et Act. 3. *argentum & aurum non eſt mihi*, & infinita alia, ubi, *&*, ſumitur manifeſtè pro, *aut.* Sic igitur & in illis verbis, *niſi manducaveritis carnem filij hominis & biberitis ejus ſanguinem*, ut qui alterum horum præſtiterit, præcepto ſatisfecerit. Amplificat ſolutionem Suares, quem ſequitur & de i Lugo, inquiens: k *negationem includam in particula*, niſi, *in principio talis propoſitionis copulativa poſita, utramque partem negare, ut ſenſus ſit*, ſi non manducaveritis carnem filij hominis, & ſi non biberitis ſanguinem ejus non habebitis vitam in vobis: *juxta quem ſenſum ſalus ille non habebit vitam, qui neque carnem Domini manducaverit, neque ſanguinem biberit; unde rectè ſequitur alia propoſitio affirmativa de disjuncto extremo*, qui comederit carnem vel biberit ſanguinem Domini habiturum vitam, *quia prior comminatio ſolum cadit in eum qui utrumque omittit.* At contra Janſenius Yprenſis: a *Senſus hujus propoſitionis compoſitæ non eſt disjunctivus, quaſi ſenſus eſſet, ſi vel non manducaveritis, vel non biberitis*, &c. *ſed ſenſus eſt copulativus univerſalis, etiam ſecundum rigorem Dialecticum. Nam illud* niſi, *includit negationem, idem valens quod*, ſi non, *& repeti debet etiam in ſecunda parte propoſitionis compoſitæ, quaſi diceretur hoc modo*: ſi non manducaveritis carnem filij hominis, & non biberitis ejus ſanguinem, *&c*, *hoc eſt*, *ſi nec manducaveritis carnem, nec biberitis ſanguinem*, non habebitis vitam, *ſupple* æternam, *ut ipſe Chriſtus exponit.* Quod ſane miror ab eo dictum, cum ejuſdem cum Janſenio Gandavenſi, & nobiſcum ſententiæ non ſit circa hujus loci ſenſum, ſed contrariæ. Verum ea vis eſt veritatis ut ſui confeſſionem etiam ab

d *De comm. ſub utraque ſpec. cap. 10. in epiſcul.*

e *In comment. ſicut & Lyran. & Muyſius infra.*

g *De Eut h l. 4 c. 25.. f In hunc locum.*

h *Repliq. au traitté de la commun. ſonet les deux eſpeces.*

i *In 4. diſt. 11. § 8.*

k *Adq 80. diſp. 7. art. 7.*

i *Diſput. 16. ſect. 1.*

k *Diſput. 69.*

a *In 6. Ioan.*

ab invitis aliquandò extorqueat. At verò quod attinet ad responsionem Adversariorum, dico primo, exempla ab ipsis allata eorum causam jugulare. Nam in hisce Domini apud Joannem verbis, *nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto*, quomodocunque sumantur, nonne Adversarij ipsi statuunt utriusque, id est, aquæ & spiritus necessitatem illis indicari? Si enim tantum alterutrius: ergo aut Spiritus non erit necessarius, aut aqua baptismalis. Prius illud dici non potest absque blasphemia. Neque etiam posterius: quia baptismus aquæ necessarius est aut necessitate medij, aut saltem necessitate præcepti. Utriusque ergò necessitas stabilitur. Cum igitur verba illa simillima sint illis, *nisi manducaveritis carnem filij hominis & biberitis ejus sanguinem non habebitis vitam* in vobis, ut volunt ipsi b Adversarij, collationem illorum urgentes, pariter quoque sequitur, tum distincte carnis edendæ, tum etiam bibendi sanguinis in omnibus necessitas. Sic & in alijs locis, sivè particula Hebraica, atque Græca conjunctive, sivè disjunctivè sumatur, omnia quæ ibi vel narrantur, vel jubentur, vel prohibentur, ex æquo necessaria sunt. Nam non minus prohibetur tangere patrem quam matrem, non minus jubetur idololatriam fugere, quam adulterium, furtum ac rapinam: nec debet declinare gressus a semita justitiæ, nec oculus, nec manus, nec cor. Denique Apostolus affirmans, *aurum & argentum non habeo*, evidenter asserit se neutrum habere. Si igitur verba Domini in eodem sensu sunt accipienda, non minus bibendi sanguinis quam carnis edendæ necessitas indicitur. Hæc enim vis est & emphasis particulæ, *nisi*, ut quoties duo connectit per particulam, *&*, in mandatis potissimum comminatorijs, quæ præstanda sint, conditionis necessitatem utriq; communem faciat: quemadmodum quando dicitur Matth. 5. *nisi abundaverit justitia vestra plusquam Scribarum & Pharizæorum non intrabitis in regnum cælorum*; & varijs alijs in locis, præter illa ipsa quæ Adversarij adduxerunt. Secundo particulam, *&*, in verbis de quibus contendimus, copulativam esse, non disjunctivam, & æquè importare necessitatem bibendi sanguinis ac manducandæ carnis, probatur ex analogia vitæ corporalis & spiritualis. Ideo enim Dominus de corpore & sanguine suo tanquam de cibo & potu loquitur ad vitam spiritualem necessario, quia ad vitam corporalem necessarius est cibus & potus corporalis, non autem alteruter illorum tantum. A simili igitur intelligit ad vitam spiritualem non modo necessarium esse carnem suam manducare per modum cibi, sed etiam sanguinem suum sumere per modum potus. Nec juvat quod excipit de Lugo; c *ad vitam materialem nec cibus determinatè necessarius est in rigore loquendo; sunt enim cibi aliqui ita humidi ut pro cibo & potu suppleri possint, sicut è contra sunt aliqua potiones tales, ut sine alio cibo possint per longum tempus vitam alere.* Nam Dominus comparationem suam ducit ex eo quod communiter fit ad vitam materialem, non autem ex raro & extraordinario. Rarissimè enim contingit ut quis vivat absque cibo & potu simul: communissima autem vivendi ratio est per cibum ac potum, adeo ut uterquè necessariò assumatur, non solum alter illorum. Tertiò, constat ex serie sermonis, Dominum hæc verba non modò ad Judæos Capharnaitas direxisse, sed etiam ad Discipulos suos; adduntque Adversarij mandatum hîc datum relationem habere ad Eucharistiam post instituendam & in ea impleri debuisse, ex intentione Domini. Sic enim Jansenius Yprensis post innumeros alios: *Dominus hac ipsa carnis & sanguinis differentia insinuat, se sacrosanctum quoddam convivium, non solum carnis, sed & sanguinis instituturum, ad quam institutionem adhuc futuram cum respiciat, verba nonnisi post illud tempus obligationem manducandi & bibendi adferebant.* Atqui in Eucharistiæ convivio Dominus ipse Discipulis suis explicat se illis sanguinis bibendi, perindè ac edendæ carnis necessitatem æque imponere. Ait enim illis, *bibite ex hoc omnes.* Igitur & in his verbis, *nisi manducaveritis carnem filij hominis & biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis*, si de Eucharistia intelligantur, utriusque speciei necessitas statuetur, non tantum alterutrius. At hæc verba, *nisi manducaveritis carnem filij hominis & biberitis ejus sanguinem*, non ad Apostolos tantum, sed ad omnes promiscuè fideles pertinent: ergo & pariter sanguinis per modum potus sub specie vini bibendi obligatio & necessitas ipsos spectabit. Dicere enim, verba illa respectu Apostolorum & nonnullorum aliorum copulativè esse sumenda, cæterorum vero respectu disjunctivè tantummodò, ariolari est, & quidvis pro voluntate ac libito confingere, cum nihil sit in illis verbis quod tantillum diversitatis inter alterutros hoc respectu innuat. Denique, expositio hæc Adversariorum adeò novitia est, ut ne vel unicum quidem ex Veteribus adducere queant, qui illa Domini verba de quorum sensu contendimus disjunctivè acceperit, aut asseruerit accipienda. Notent id lectores, nec se decipi patiantur.

Supereſt ex Adversarijs Salmero, adversus quem speciatim aliquid dicendum est. Is enim vult quidem cum cæteris Dominum in verbis supra memoratis de Eucharistia agere, ac præterea concedit eum præciperè

b *Bellarm. de Eucharist. l. 1. c. 5. §. octavum. & alij ferè omnes.*

c *De sacram. Euch. disp. 16. sect. 1. n. 15.*

Digitized by Google

præcipere conjunctivè, tum manducationem carnis, tum bibitionem sanguinis, omnesque & singulos ad utrumque obligare; sed addit, eum non intelligere sumptionem oralem Eucharistiæ, sed [d] *Spiritualem manducationem & potationem per vivam fidem restrictam & ordinatam ad sacramentum Eucharistiæ actu sivè voto perceptum, & indistinctè, sive sub una sive sub duabus speciebus ab ecclesia dispensetur, & a populo participetur.* Verum, nec hac ratione effugere potest vim consequentiæ nostræ de necessitate participationis oralis utriusque speciei in Eucharistia. Nam, ut rectè notat Cajetanus, [e] *formaliter loquendo si manducare & bibere spiritualiter sacramentum Eucharistiæ, necessarium est ad vitam, sequitur quod sacramentaliter manducare & bibere idem sacramentum, est necessarium ad vitam. Et patet sequela, ex eo quod præceptum cogens ad sacramentum, formaliter loquendo cogit primo & directe ad sacramentalem perceptionem, ut patet in præcepto baptismi, ad spiritualem autem perceptionem (qua consistit in voto) cogit tanquam ad initium sacramenti. Unde, dicere quod hîc præcipitur spiritualis perceptio Eucharistiæ, & non sacramentalis, formaliter loquendo est contraria implicare.* Sed & hanc responsionem aliter quoque refellit Vasques: *quod aliqui,* [a] inquit, *prædictum locum Ioannis intelligunt de spirituali manducatione & potatione per vivam fidem relatam ad sacramentum, actu sivè voto susceptum, sivè sub una, sivè sub duabus speciebus, non opus est refellere, quia statim manifeste apparet minimè quadrare contextui, cum eisdem verbis, quibus significatur manducatio & potatio hujus sacramenti, tribuatur spiritualis manducatio & potatio simul; sacramentalis autem & corporalis manducatio, & potatio, simul non item; sed aut utraque, aut altera tantum sub disjunctione: quam diversitatem sub eisdem verbis contineri, impossibile est.* Sed & ex hac consideratione pariter rursum præscribo adversus cæteros supra nominatos qui verba illa Domini de sacramentali manducatione & potatione exponentes, ea tamen disjunctivè accipienda esse dicunt, ipso etiam Vasques approbante. Nam volunt verba illa Domini intelligi, vel de ea sacramenti manducatione quæ simpliciter oralis est, vel conjunctim de ea quoque quæ spiritualiter ac per fidem vivam fit. Prius illud dici non potest. Dominus enim expresse dicit, *qui manducat carnem meam & bibit sanguinem meum, habet vitam æternam.* At qui simpliciter carnem Christi manducat & sanguinem ejus bibit oraliter, non habet vitam æternam. Si posterius, quod fatetur Ysambertus, inquiens, [b] *verba illa intelligi de sacramentali simul & fructuosa* (quam paulo post *dignam receptionem* appellat) *corporis Christi Domini, ut patet satis ex verbis textus:* ergò, inquam, aut non præcipitur manducatio & potatio spiritualis, sed alterutra tantum, quod falsum & absurdum esse res ipsa clamat; aut si utraque præcipitur, præcipitur similiter manducatio & potatio sacramentalis & oralis, non alterutra solummodò; aut denique præcipitur spiritualis tum manducatio, tum bibitio conjunctim, sacramentalis autē & oralis sub disjunctione tantum: *quam diversitatem sub eisdem verbis contineri,* fatebatur supra Vasques, esse *impossibile.*

Itaque, ut resumamus argumentum, quandoquidem, si de communione orali carnis & sanguinis Christi in Eucharistia hîc agere tur, sequeretur necessitas communionis sub utraque sacramenti specie, ut probatum est; falsum autem sit consequens secundum Adversarios, antecedens etiam falsum esse necessè est: ac proinde dicendum est Dominum hîc loqui de spirituali carnis suæ manducatione sanguinisque potatione, abstractè, ut dixi, atque generatim, absque ulla præcisa ad Eucharistiæ sacramentum restrictione & determinatione.

Quartum argumentum nostrum ducimus è versiculo 56. ubi rursum Dominus ait: *qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum; in me manet & ego in eo.* Ex quibus pariter variè argumentamur.

Primò enim Dominus loquitur de ejusmodi manducatione quæ fieri poterat tum cum loqueretur ab ijs ad quos sermonem suum dirigebat. Ait enim in præsenti, *qui manducat.* At manducatio oralis tum fieri non poterat, cum sacramentū non instituerat, sed sola spiritualis. Ergò. Ita olim Æneas Sylvius, postea Papa Pius secundus contra Bohemos: [c] *Vis apertè cognoscere quoniam de spirituali manducatione quæ fit per fidem, loquitur Euangelista? Adverte quod dicit Dominus,* qui manducat & bibit. *Instantis, non futuri temporis sunt verba. Erant igitur dum sic loqueretur Dominus qui manducabant* (Adderem ego, aut *qui manducare poterant*) *& qui bibebant eum. Nondum passus Dominus erat, nec adhuc institutum fuit sacramentum. Quomodò ergò manducabant bibebantque Christum nisi spiritualiter per fidem & Charitatem, credentes in eum & facientes opera ejus. Nam & prius dixerat,* ego sum panis vitæ, qui venit ad me non esuriet, & qui credit in me non sitiet unquam. *Qui credebant in eum & opera sectabantur ejus, si carnem edebant ejus, hi potabant sanguinem. Atquè hic verior est Euangely sensus, quia aliter edi caro aut bibi Christi sanguis non poterat.* Nec juvat quod respondent Salmero & alij, [d] *Dominum, etsi dixerit de præsenti, intellexisse tamen de futuro, postquam sacramentum instituisset, sicut paulò antè dixerat,* panis quem ego dabo caro mea est, *&c.* Nam verisimile nullomodò est, Dominum multoties ac ferè semper in hoc capite de manducatione

[d] Tom. 8. tract. 24. pag. 198.

[e] In Tom. 6. 53.

[a] Disp. 216. c. 5. n. 54.

[b] Ad q. 75. disp. 1. art. 2.

[c] Dialog. contr. Iaboris.

[d] Tom. 8. tract. 25.

tione sui tempore præsenti fuisse locuturum, nisi intellexisset manducationem illam tunc fieri jam potuisse cum loqueretur. Tempus enim Eucharistiæ institutionis longe adhuc abesat, nec ulla causa erat cur toties præsens pro futuro remoto usurparet. Deindè, alloquebatur Judæos quibus immediatè ante dixerat, *Nisi manducaveritis carnem filij hominis & biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Præceptum autem hoc comminatorium, illusorium prorsus fuisset, nisi tum illi potuissent carnem ejus manducare & sanguinem bibere. Fieri enim poterat ut illorum quamplurimi, antequam Eucharistiam instituisset, obirent: imò etiam ex vi comminationis hujus vita privarentur ob manducationis illius defectum, quod iniquum prorsus foret. Quin & ipsemet Salmero sibi contradicens alibi ait: e *quamquam admitti possit Dominum Ecclesia locutum in adstantibus tanquam in typis ecclesiæ, oportet tamen ita ad ecclesiam extendi hunc sermonem, ut impleatur in præsentibus.* At quomodò in Judæis præsentibus, nisi illi potuissent Domini carnem tunc manducare & sanguinem bibere? Contingere enim poterat, ut dixi, eos interire antequam Dominus sacramentum institueret. Ergò etiam & de præsenti verba illa sumenda erant, licet de futuro quoque simul forent accipienda, ac proinde necessario de manducatione spirituali, non de orali. Nec obstat, quod rursum observat idem Salmero, horum verborum sensum genuinum esse, f *nisi jam nunc assenseritis mihi, ut nidigne* (puto legendum, *digne*) *tunc edatis carnem meam quandò ego illam dedero, non habebitis vitam in vobis: nam qui manducat carnem meam* (*nunc per fidem expectationemque doni mei, tunc autem quando illam dabo, re ipsa*) *habet vitam æternam.* Primò enim quæro ab illo, undenam deducat illud, *nisi jam nunc assenseritis?* An, ex illo, nisi manducaveritis? Ergò assentire & manducare idem erunt, & sensus horum verborum, *nisi manducaveritis carnem filij hominis*, genuinus erit, *nisi assenseritis dictis filij hominis*; sicque manducatio de qua ibi Dominus agit, mere erit allegorica, tum ratione sui, tum etiam ratione objecti, nec feretur eo pacto in propriam Domini carnem, sed in verba ejus: de quo Salmero viderit, ac cum suis transegerit. Rursum, si quandò dicitur, *qui manducat carnem meam*, sensus est, *qui illam manducat per fidem*; ergo manducatio eo loci intelligitur de illa quæ tum fieret, &, si de ea quæ tum fieret, cur non, quæso, carnis potius tunc etiam præsentis, quam carnis in Eucharistiæ sacramento post futuræ? Denique, quæ mens illius est quando carnis Dominicæ manducationem distinguit inter eam quæ fit per fidem, & illam quæ re ipsa fit, & veram illarum existimat intelligi in illis Domini verbis? Nam manducare *per fidem*, & manducare *re ipsa*, minimè sunt opposita, cum manducatio per fidem realis quoque sit, teste Augustino qui ait, a *corpus Domini, quod in sacramento visibiliter sumitur, in ipsa veritate spiritualiter manducari.* Tum, si per manducationem quam *reipsa* fieri dicit, intelligit manducationem sacramentalem & oralem, aut illam vult esse de qua Dominus hîc ait, *qui manducat carnem meam*; aut non. Si prius: sibi contradicit. Supra enim affirmabat Dominum non loqui de manducatione orali, sed de *spirituali per fidem vivam restricta & ordinata ad sacramentum Eucharistiæ actu sive voto perceptum.* Si vero posterius; ergò manducatio alia a corporali & sacramentali, realis manducatio est, ac proinde malè opponit manducationem *reipsa* manducationi *per fidem.* Sic Vertumnus iste diruit quod ædificat, aut potius certè, *Vertumnis, quotquot sunt, natus iniquis*, ut alicubi b Poëta dicit, cogitationes suas regere non potest.

Secundò, qualis est mansio illa per quam in Christo manemus & Christus in nobis, talis est manducatio carnis & potatio sanguinis ejus: mansio enim illa ad manducationem & potationem sequitur, ut effectus immediatus ad causam proximam suam. Atqui mansio illa non est corporalis, sed spiritualis: Ergo manducatio carnis & potatio sanguinis non est corporalis & oralis, sed spiritualis. Probatur minor. Dominus enim mansionem hanc reciprocam facit, & ait, *qui manducat carnem meam & bibit sanguinem meum, in me manet & ego in eo.* Atqui non manemus in eo corporaliter: nec igitur ipse in nobis.

Tertiò, valde notandum est *manendi* verbum, quod non tantum aliquam conjunctionem momentaneam designat, sed aliquem quasi permanentiæ habitum durabilem & diuturnum: ut quando dicitur cap. 1. 32. 33. *Spiritum S. mansisse super Iesum*; & cap. 3. 36. *iram Dei manere super eum qui non credit*; & cap. 5. 38. de Iudæis persecutoribus, eos *verbum Dei non habere in ipsis manens.* Neque enim dici potest, illum, qui per tres aut quatuor horas alicubi est, ibi manere. Hæc loquendi forma constantem ac diuturnam inhabitationem designat. Atqui hoc beneficium non obtinetur per manducationem oralem, sed per spiritualem: loquitur ergo Dominus de manducatione spirituali, non de orali. Ita Jansenius: *hîc jam manifestum evadit, non omnes hoc loco dici manducare carnem Domini & bibere ejus sanguinem, qui sacramenta corporis & sanguinis Domini sumunt, cum non omnes tales Christum habeant in se manentem.* Nec juvaret respondere, hunc quoque effectum haberi ex orali manducatione,

e *Tract. 24. p. 193.*

f *Tract. 25. p. 204.*

a *De verb. Apostol. serm. 2.*

b *Horat. serm. l. 1.*

ducatione, quando dignè fit, ac de ejuſmodi Dominum hic loqui. Quæro enim quid ſit Chriſti carnem digne manducare? Aliud dici non poteſt quam manducare digne, eſſe manducare per fidem vivam. At primo ſi ita eſt, confunditur manducatio ſpiritualis cum orali, quæ tamen ſpecie differunt. Nam ſi manducatio digna, eſt manducatio per fidem ſeu ſpiritualis, ergo manducatio oralis præciſe & per ſe nulla digna eſt; manducatio enim oralis, quâ oralis, per fidem non fit, ſed per os & dentes, nec qua talis moralem ullam dignitatem habet: ſecundo manducatio per fidem quæ orali longè præſtantior & nobilior eſt, eſſet tanquam præambula ſeu prævia diſpoſitio ad oralem infinito inferiorem & viliorem; quod abſurdum eſt: denique, ſi effectus hic obtinetur per manducationem dignam, ergo per manducationem fidei ſeu ſpiritualem; nam per manducationem oralem quà talis eſt non obtinetur ut patet in omnibus illis qui corporaliter tantum Euchariſtiam recipiunt.

Quarto, qui manducat carnem Chriſti & bibit ipſius ſanguinem, in Chriſto manet & Chriſtus in illo. At impij omnes, Euchariſtiam licet percipientes, non manent in Chriſto, nec Chriſtus in eis: Ergo omnes impij, Euchariſtiam licet percipientes, nec carnem Chriſti manducant, nec ſanguinem bibunt. Probatur minor: primo, quia impij ſunt membra Diaboli, at membra diaboli non manent in Chriſto, nec Chriſtus in eis: ſecundo, quia Chriſtus in ijs ſolũ manet qui charitatem habent ſicut teſtatur Joannes: *Deus charitas eſt, & qui manet in charitate, in Deo manet & Deus in eo*; impij autem charitatem non habent: tertio, quia ſi impij manerent in Chriſto, aut Chriſtus in eis, vitam haberent, quemadmodum Joannes docet, d *qui habet filium, habet vitam, & qui non habet filium, non habet vitam*; At impij vitam non habent: denique, quia Apoſtolus ait, e *quæ participatio juſtitiæ cum injuſtitia? quæ communio lucis & tenebrarum? quæ concordia Chriſti cum Belial? quæ pars fidelis cum infideli*, &c. At impij injuſtitia ſunt, ac tenebræ, &c. Major eſt ipſius Domini: Ergo. Ad hoc argumentum nihil habent Adverſarij quod reſpondeant, præter coccyſmum illum ſuam, *Dominum*, ſcilicet, *loqui de eo qui dignè manducat*: ſed inutiliter prorſus. Id enim verum quidem eſt, ſi ſenſus ſit manducationem de qua loquitur Dominus digne ac probè fieri: ſed quatenus vocem hanc addunt, quaſi diſtinguentem manducationem illam velut dignam, ab alia carnis ejus manducatione quæ indigne fiat & indigna ſit; hoc falſiſſimum eſt. Nam contra oppono Cajetanum jam a nobis ſupra citatum, expreſſè notantem: f *conſtat quod manducare & bibere ſacramentum non eſt hoc manducare & bibere, quoniam manducare & bibere ſacramentum commune eſt ad digne & indigne manducare & bibere, ut Apoſtolus clare docuit 1. Cor. 11. hoc autem de quo textus loquitur, non eſt commune ad digne & indignè, quia eſt* habere vitam æternam, *ut textus dicit: non enim dicit*, qui manducat digne carnem meam & bibit digne ſanguinem meum, *ſed* qui manducat & bibit, *ut intelligamus quia de ipſo manducare & bibere loquitur quod non eget modificatione, digne, quod non eſt commune ad digne vel indigne.* Probent igitur Adverſarij propriam Domini carnem indignè poſſe manducari, ſanguinemque indigne bibi, aut aquam ſibi hærere fateantur.

c 1. Joan. 4. 6.

d 1. Joan. 5. 12.

e 2. Cor. 6. 14. 15.

f In 6 Joan.

Quintum argumentum ducitur è verſic. 63. ubi Dominus: *Spiritus eſt qui vivificat, caro non prodeſt quicquam, verba quæ ego locutus ſum vobis Spiritus & vita ſunt*: de quorum verborum ſenſu quia variant interpretes, ideò paulò exactius inquirendum eſt, & præcipuæ ſaltem expoſitiones expendendæ.

Prima igitur expoſitio eſt, per Spiritum deſignari *animam*, & per carnem *corpus* Domini, & ſenſum eſſe carnem anima ac vita privatam non prodeſſe ad vitam aut vivificare poſſe, idque contra Capernaitas qui exiſtimabant Dominum loqui de carne mortua ac particulatim diſſecta. Ita g Raconiſus. Sed abſurdiſſimè: primo, quia loquitur Dominus de Spiritu homines vivificante in vitam æternam. At ſcriptura id nunquam tribuit animæ Chriſti, niſi forte per animam vitam intelligendo, ſed ſemper, aut corpori & ſanguini ipſius tanquam cauſæ materiali & meritoriæ, aut Spiritui ipſius æterno tanquam efficienti: ſecundò, quia falſiſſimum eſt, carnem Chriſti vita privatam non prodeſſe ad vitam aut vivificare poſſe. Contra enim, quâ talis propriè ad vitam prodeſt, quemadmodum notat Nyſſenus jam a ſupra a nobis citatus de ipſa Dominica carne, dicens: b *victima corpus ad edendum ineptum eſt, ſi animatum ſit*: quod & pariter obſervat Heſychius. Quæro enim, an ſi quis carnem Dominicam in cruce mortuam per fidem vivam manducaſſet, ex ea vitam non hauſiſſet? Nemo ſane mentis compos id negaverit.

g *Confrenc. avec quelq ministres.*

a *Vid. cap. 12.*

b *In reſurrect. orat 1.*

Secunda eſt, *carnem* ſumi pro carnali hominis ingenio, & *ſpiritum* pro ſpirituali & a Deo per fidem illuminato, & ſenſum eſſe, ſpiritus eſt qui vivificat, id eſt, fides eſt, quæ hominis ingenium ex carnali ſpirituale reddens, efficit ut percipiat quæ ſunt Dei: hoc eſt vivificare. Caro non prodeſt quicquam, id eſt, carnale ingenium, humana ratio nihil juvat, ſed potius impedit ad percipienda divina myſteria. Ita c Dedehus, d Renatus Benedictus, e Bellarminus, f Michael, & alij *graves Authores*, quorum ſententiam

c *Diſcurſ. 16*
d *In panoplia.*
e *De Euchar l. 1. c. 14.*
f *In dialog.*

Digitized by Google

tentiam *quia maximè displiceat hæreticis*, teſtatur Maldonatus, *diu* ſibi *placuiſſe*. Fundamentum autem illorum eſt, quia quotieſcunque in ſcriptura caro & ſpiritus opponuntur, *caro*, non pro carne, ſed pro homine aut ingenio & natura carnali hominis, & *Spiritus* non pro ſpiritu, ſed pro homine ſpirituali, aut ſpirituali hominis ingenio ſumitur: ut Matth. 16. 17. & 26. 41. & Ioan. 3. 6. & Rom. 8. 1. & Galat. 4. 29. Verum hanc interpretationem *video*, inquit Maldonatus, *nonnullis poſtea catholicis diſpliciſſe*, &c, qui & addit eam ſibi quoque *nunus quam ſolebat* placere: & quidem merito. Primo enim falſo fundamento nititur. Nam Apoſtolus ad Rom 1. 3. & 4. de Domino loquens: *qui factus eſt*, inquit, *ex ſemine David ſecundum carnem & prædeſtinatus eſt filius Dei in virtute ſecundum ſpiritum ſanctificationis*. Et B. Petrus prioris epiſt. c. 3. 18. de eodem: *mortificatus carne, vivificatus autẽ ſpiritu*. Ubi licet ſpiritus opponatur carni, caro tamen accipitur pro carnis ſubſtantia, non pro carnali ingenio. Secundo, hæc ſententia ita generaliter expoſita applicari poſſet cuilibet dogmati fidei Chriſtianæ male intellecto, & nihil faceret ad leniendam duritiem illam quam ex ſermone Domini & Judæi Capernitæ, & Diſcipulorum aliqui male conceperant. At palam fit ex contextu totiuſque ſermonis ſerie, Dominum hæc eſſe locutum ad præcedentium dictorũ elucidationem, & emendationem pravæ illorũ imaginationis. Denique, verba ipſa id confutant. Poſtquam enim Dominus dixiſſet, *Spiritus eſt qui vivificat, caro non prodeſt quicquam*; ſe explicans addit: *verba quæ ego locutus ſum vobis Spiritus & vita ſunt*. Per Spiritum ergo non deſignat generatim ingenium illuminatum & Spirituale per fidem factum, ſed verba quæ locutus erat de manducatione carnis & participatione ſanguinis ſui, relatè ad intelligentiam ſpiritualis communionis, quemadmodum ſupra expoſuimus.

Tertia expoſitio eſt, per *Spiritum* intelligi divinitatem, & per *carnem* naturam carnis, ſenſumque eſſe, *carnem ex ſe & ſolam non prodeſſe, nec eſſe vivificantem abſque Spiritu*. Ita *g* Athanaſius, *h* Auguſtinus interdum, *i* Ithacius Clarus, & *k* Cyrillus Alexandrinus, & ex Adverſarijs *l* Stapletonus, Toletus, *m* Vaſques & multi alij. A qua ſententia *non diſtat, niſi modico diſcrimine* (ut rectè notat Maldonatus) quod Athanaſius rurſum & *n* Ammonius aiunt, Dominum per *Spiritum* carnem ſuam intelligere, non quidem per ſe ſpectatam, ſed *carnem quatenus vivificat ſpiritus virtute plenam*. Verum, inquit idem Maldonatus, in ea ſententia (quam tamen amplectitur) *quo ad interpretationem loci deſideravi poſſet ut magis eſſet ad id de quo agebatur accommodata*. Optime profecto. Nam ſi generatim tantum conſideretur, quid illa ad emolliendum quod in ſermone Domini non modo Judæi, ſed etiam aliqui Diſcipulorum durum & intolerandum exiſtimabant? Neque enim facile concipere poterant per Spiritum intelligi divinitatem Chriſti loquentis quem Deum eſſe ignorabant minimeque credebant, aut Spiritum Sanctum. Et, ſi forte concepiſſent carnem ejus quoquomodò divinitus poſſe vivificam reddi, eſum tamen humanæ carnis ut horrendum averſabantur, & neceſſitatem ejus ac quoad omnes ſufficientiam ut plane impoſſibilem repudiabant. Igitur, aut dicendum eſt Dominum non amoviſſe occaſionem ſcandali, nec valde curaſſe de Diſcipulis inſtituendis, aut fatendum, illum non hoc tantum voluiſſe, videlicet, carnem ſuam per ſe & abſque Spiritu nihil prodeſſe, ſed inſuper intellexiſſe, illam manducatam prout ipſi conceperant, nulli utilitati fore. Conceperant autem manducationem oralem. Secundum hunc ergò ſenſum, (ut materiæ ſubjectæ quodammodò poſſit aptari) dicendum foret, Dominum id voluiſſe, nihil eſſe in verbis ſuis tanquam durum refugiendum, ſeu reſpectu manducationis, ſeu reſpectu neceſſitatis & ſufficientiæ rei manducatæ. Reſpectu manducationis; nempè, quia non intelligeret craſſam ac oralem carnis ſuæ manducationem per quam illa in os & ab ore in ventriculum aliarum more carnium eſſet traducenda: carnem enim ſic acceptam nihil proficere poſſe ad vitam ſpiritualem. Reſpectu quoque ſufficientiæ & efficaciæ: quia non loqueretur de carne ſimplici quæ nihil prodeſſe poteſt ad vitam animæ, ſed de carne divinitati unita a qua accipiat vivificandi potentiam. Verum hæc interpretatio partim coincidit cum ſequente, & paulò intricatior eſſe videtur.

Quarta igitur expoſitio eſt, per *carnem* hîc deſignari carnem ipſam Domini manducatam, non quidem per ſe ſimpliciter, ſed prout illam manducandam exiſtimabant Judæi & Diſcipulorum aliqui, ſeu, quod eodem redit, carnalem illorum intelligentiam de manducatione carnis Domini, & per *Spiritum* Spiritualem intelligentiam de illius communione. Ita *o* Athanaſius, Cyrillus *p* Hieroſolymitanus, *q* Theodorus Heracleotes, *r* Chryſoſtomus, *ſ* Gaudentius, *t* Auguſtinus, *u* Beda, Theophylactus, Euthymius: & ex Adverſarijs Bellarminus, *x* de Valentia, *y* Suares, Becanus, & alij quamplurimi, fateturque Suares, *hanc interpretationem litteræ magis eſſe conſentaneam*, Bellarminus, *verum & litteralem eſſe ſenſum*, de Valentia, *maxime congruere*; quibus ego libens ſubſcribo. Sed quæritur, quænam illa ſit ſpiritualis intelligentia. De carnali

g *Twiſſus, quicumque ſit verſus in contra ſinum hom.*
h *In Ioan. tract. 27. & alibi.*
i *De unita Deitat. Trinit. malè tribut. Athanaſ. ad Ithac. contr. Varimad.*
k *In hunc locum.*
l *In Ioan. c. 6.*
m *Diſp. 179. c. 5. n. 74.*
n *Caten. in Ioan. 6.*
o *Vbi ſupr.*
p *Catechet. illum. 16.*
q *Caten. in Ioan. 6.*
r *In Ioan. hom. 46. 19. l.*
ſ *In Exod. tract. 2.*
t *De verb. Apoſt. ſerm. 2. & in Pſalm 98.*
u *In Ioan. omnes & rurſus. Beda in Pſalm. 33.*
x *Tom. 4. p. 963.*
y *Diſp. 46. ſect. 2.*
z *De ſacram. in ſpec. c. 17. q. 4 § Tertio object.*

carnali enim id quidem conſtat, videlicet, tum Judæos, tum Diſcipulos exiſtimaſſe, carnem fore particulatim fruſtatimque conſcindendam ac oraliter edendam. Non, cum Patribus ſupra citatis, ac multis ipſorum Adverſariorum quos cap. 30 nominatim protulimus, dicimus intelligentiam ſpiritualem eam eſſe quæ manducationem carnis Dominicæ ſanguiniſque ipſius bibitionem de communione eorum ſpirituali ſeu quæ per fidem & cor fiat, accipiendam eſſe docet. Hoc enim ſenſu, verba quæ locutus erat Dominus de manducatione carnis & potatione ſanguinis ſui vere *Spiritus ſunt*, id eſt, *ſpiritualia* ac conſequenter vivifica; *tum ex parte rei manducandæ & bibendæ*, inquit Cajetanus, *quia caro mea & ſanguis meus habent rationem cibi & potus ex ſpiritu & vita, ex ſpiritu quidem Deitatis meæ & charitatis meæ, ex vita vero ſimiliter divina & ſpirituali in me exiſtente; tum ex parte actus manducandi & bibendi quia manducare & bibere non ſunt actus carnales, ſed ſpirituales, & veram vitam ſecum ferentes; tum ex parte manducantium, quia non ſecundum carnalem partem, ſed ſecundum eam partem hominis quæ ſpiritus eſt, & ad quam ſpectat vita vel mors æterna, exercenda eſt manducatio carnis meæ & bibitio ſanguinis mei; tum ex parte effectus, quia non ſervatur per hoc manducare & bibere* (directè ſcil.) *caro, ſed ſpiritus, & confertur non vita opinata aut ſecundū quid, ſed vita qua vera & vita æterna eſt. Omn ergo ex parte qua dixi ſunt Spiritus & vita. Vbi prudens lector conſidera, quod cum duo in hoc :. dixerit, ſcilicet, manducare & bibere, & vitam æternam habere manducando & bibendo, primum declarat eſſe ſpiritum, hoc eſt, ſpirituale, alterum autē confirmat eſſe ut dixerat: ac per hoc inſtruit eos quod verba ſua ſpiritualiter intellecta (hoc eſt, de ſpirituali cibo, de ſpirituali potu, de ſpirituali manducare & bibere) habent ſecum vitam æternam, ut prius dixerat. Et quia tota ratio ſcandali erat ratione manducationis & bibitionis carnalis, ideo ſufficientiſſime ſublata eſt.*

Alij autem Adverſariorum exiſtimant ſpiritualem intelligentiam eam eſſe quę manducationem & bibitionem exponit de manducatione & potatione orali carnis & ſanguinis Chriſti inviſibiliter, indiviſibiliter & abſque ulla læſione ſub panis & vini ſpeciebus. Verum, refelluntur primò ex antitheſi carnis & Spiritus. Nam cum opponantur caro & Spiritus, id eſt, carnalis intelligentia & intelligentia ſpiritualis, omnino oportet illas diverſi generis eſſe, aut ejuſdē generis ſpecies oppoſitas & diverſas. Si ergò carnalis intelligentia deſignat manducationem oralem, ſpiritualis intelligentia non oralē neceſſario deſignabit, ac proinde ſpiritualem. Refelluntur etiam ſecundò ex voce *Spiritus*. Nam cum ipſi fateantur Spiritū hîc ſumi pro ſpirituali intelligentia, quis dixerit manducationem quæ fit ore & faucibus, organiſque meré carnalibus, eſſe ſpiritualem manducationis de qua Dominus loquitur intelligentiam? Nihil enim in ejuſmodi manducatione ſpirituale eſt, ac nihil proinde in ipſa ſpirituale intelligi poteſt. Cajetanus quidem [a] alibi, [b] Toletus & nonnulli alij, manducationem oralem *ſpiritualem* appellari poſſe contendunt, corpuſque Domini oraliter licet manducatum, tamen *non edi corporaliter, ſed ſpiritualiter, quia manducatio oralis non maſticat illud, quamvis conterat ſacramentales ſpecies corporis Chriſti ſub quibus continetur veraca-ro Chriſti*: Imo & aliqui, ut [c] Theologi Colonienſes, [d] Salmero, [e] Bellarminus, [f] Vaſques, ajunt, corpus Chriſti hoc ſenſu dici, *figuratè & impropriè manducari*. Sed hac cavillatione pugnant cum Patribus & fratribus ſuis; ac inſuper abſurda dicunt. Repugnare ſuis oſtendo. Concilium enim Romanum ſub Nicolao ſecundo in confeſſione Berengario præſcripta, ait, *panem & vinum quæ in altari ponuntur, poſt conſecrationem non ſolum ſacramentum, ſed etiam verum corpus & ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti eſſe, & ſenſualiter non ſolum in ſacramento, ſed in veritate manibus ſacerdotum tractari, frangi & fidelium dentibus atteri.* Et ejus defenſor Guitmundus Archiepiſcopus Averſanus: *quare*, [g] inquit, *non ſit fas Chriſtum dentibus atteri?* Et Maldonatus: [h] *caro Chriſti maxime proprie editur.* Rurſus, ſolutionem abſurdam eſſe probatur, quia ſi carnem Domini oraliter percipere, ſit eam ſpiritualiter edere ac manducare eo quod non maſticetur, dicendum pariter erit piſcem illum magnum qui Jonam vivum abſorpſit, illum ſpiritualiter manducaſſe, & caſſiæ bolos ac alias ejuſmodi medicinales pilulas quæ ſub auri foliolis vel tenuiſſimo panis cruſtulo deglutiuntur, ſpiritualiter manducari; denique ſerpentes illos prodigioſę magnitudinis qui Cervos ac Tauros *ſolidos hauriunt*, ut, [i] Ariſtoteles & [k] Plinius referunt, ſpiritualiter illos edere: quod ineptiſſimum eſſe nemo non videt. Refelluntur ultimò, quia ejuſmodi intelligentia manducationis carnis Dominicæ non amoviſſet ſcandalum quod ex ejus verbis auditores conceperant. Neque enim ullomodo ex voce *Spiritus* concipere poterant, etiamſi Oedipi fuiſſent, Chriſtum totum ac integrum abſque comminutione oraliter eſſe deglutiendum; neque, quamvis id potuiſſent imaginatione aſſequi, minus turbati fuiſſent, cum nec multipræſentiam Dominicæ carnis concipere poſſent & ipſa antropophagia naturæ humanæ per ſe horrenda ſit. Nam non minus horrendum eſt hominem vivum deglutire (ſi quidem id de homine homini poſſibile foret) quam corporis ejus mortui particulas devorare prout Cannibales, penè bruti homines, ſolent.

[a] *Opuſcul. tom. 2. tr. 2. c. 5.*
[b] *In 6. Ioan. annot. 33.*
[c] *Cenſur. in dial. 9. Monbem.*
[d] *Tom. 8. tr. 24.*
[e] *De Euch. lib. 1. c. 7.*
[f] *Diſp. 193. num. 11.*
[g] *De verit. Euchar. l. 1.*
[h] *In 6. Ioan. 51.*
[i] *Hiſtor. animal. l. 8. c. 28.*
[k] *Lib. 8. c. 14.*

Digitized by Google

At fatentur [1] Adverſarij, Dominum his verbis, *Spiritus eſt qui vivificat*, &c, amoviſſe offendiculum quod Auditores patiebantur: fateri ergo pariter debent Dominum non loqui de manducatione & bibitione orali carnis & ſanguinis ſui, ac proinde de ſpirituali, de qua jam ante locutus erat, quæque *ſufficentiſſime*, ut ſupra Cajetanus obſervabat, totam ſcandali rationem murmurantibus auferebat. Nec obſtat quod contra Bellarminus objicit, *verba illa ſequentia*, ſed ſunt quidam in vobis qui non credunt, *verſ. 64*, *nullomodo cohærere cum illa explicatione*, caro non prodeſt quicquam; *id eſt, non prodeſt carnem manducare in ſacramento: Quæ enim eſt illa connexio, non prodeſt carnem manducare in ſacramento, ſed ſunt ex vobis qui non credunt?* Nam ſi per manducare Chriſti carnem in ſacramento, intelligat Chriſti carnem oraliter manducare, optime cohærent duæ illæ ſententiæ juxta cum quem tuemur ſenſum. Perinde enim eſt, ac ſi Dominus dixiſſet: *vos ſermonem meum durum & intolerandum dicitis, nempe, quia exiſtimatis me de craſſa ac orali manducatione carnis meæ loqui. Sed longe fallimini. Caro enim mea ſic manducata nihil proficeret ad vitam ſpiritualem æternamque obtinendam. Spiritualis manducatio illa eſt quæ vivificat. Sed non mirandum eſt eam vos nec intelligere nec etiam exercere poſſe, cum fide ſint, ſint autem ex vobis qui fidem non habeant.* Hæc, inquam, inter ſe apriſſimè connectuntur de manducatione ſpirituali expoſita.

[1] *Toletus, Suarez. & alij.*

Jam verò Dominum his etiam verbis excludere omnem carnis & ſanguinis ſui oralem perceptionem, facilè eſt oſtendere. Nam quæ manducatio carnis Chriſti per ſe non prodeſt nec vivificat, ea tanquam inutilis & ſuperflua cenſenda eſt. At manducatio oralis carnis Chriſti per ſe non prodeſt, nec vivificat. Ergo. Major per ſe patet: minor probatur, tum ex eo quod oſtendimus Dominum dixiſſe de manducatione orali, *caro non prodeſt quicquam*; tum ex eo quod canes & mures, & multi homines impij carnem Chriſti ore comedant ſecundum Adverſarios, nec tamen iis ullomodò ad vitam æternam profit; tum denique, quia nullæ poſſint aſſignari utilitates manducationis oralis per ſe ſpectatæ ad ſalutis adeptionem. Hic autem mirum in modum laborant Adverſarij in eis utilitatibus inquirendis ac explicandis.

Pro magna enim aſſignant omnes, tum Tranſubſtantiationis, tum [a] Conſubſtantiationis defenſores, realem conjunctionem ſeu unionem carnis Chriſti cum carne noſtra: ſed, ſi tantillum urgeantur, illicò in partes eunt. Primò enim Petrus Martinus Doctor Complutenſis ait, [b] *per manducationem oralem carnis Chriſti fieri unionem realem & ſubſtantialem carnis Chriſti cum carne noſtra, quatandiu ſolum perſeveret, quandiu corpus Chriſti re vera ſub ſpeciebus in ſtomacho manet.* Eadem fere habet Gerhardus. Verum hanc opinionem meritò impugnat Vaſquez. Nam primò hæc unio nihil eſt præter conjunctionem quæ oritur ex propinquitate locali carnis Chriſti manducatæ cum homine manducante. At, inquit, *ut ex duobus unum quid, aut unum alterum fieri dicatur, non ſatis eſt conjunctio duorum, ſeu propinquitas ſecundum locum ſeu ſubſtantiam, niſi aliqua ratione inter ſe connexis dicantur: Nam quod lignum ligno per ſolam propinquitatem conjungatur, non ſatis eſt ut ex duobus unum, vel unum alterum fieri dicatur.* Et ex veteribus Nemeſius: [c] *unum dici non poſſunt quæ appoſitione unum ad alterum coagmentata ſunt, ut lignum & ferrum.* Secundò, ait [d] Suarez, *non placet hanc unionem vocari ſubſtantialem, quia inter ſubſtantias poteſt eſſe unio accidentalis, & quia valde improprie dicitur eſſe unionem ſubſtantialem inter Chriſtum & eccleſiam, vel inter virum & uxorem.* Addo ego tertio, nullam hanc eſſe utilitatem ex ſe ſimpliciter, cum ejuſmodi conjunctio poſſit contingere non modo impijs omnibus, ſed etiam muribus & id genus animalculis corpus Chriſti ex hypotheſi oraliter edentibus. Nam quis dicat id illis eſſe utile? Imo *ſequeretur*, addit [e] Vaſquez, *quod mus aut aliud animal edens ſacramentum fieret una caro cum Chriſto quod eſt abſurdum.*

[a] *Gerhard. num 108. poſt Clemmit.*

[b] *Apud Vaſquez diſp. 204. c. 1.*

[c] *De junct. corpor. & anim. cap. 3.*

[d] *Diſp. 64. ſect. 3.*

[e] *Vbi ſupr. num. 37.*

Secundò, *Cardinalis Mendoza* fertur docuiſſe, inquit [f] Suarez, *Chriſtum ſacramentaliter manducatum, non ſolum fieri realiter præſentem in loco quem ſpecies ſacramentales naturaliter poſſent occupare, ſed quodammodo diffundi per totum corpus hominis, ut toti illi & omnibus partibus ejus realiter uniatur, ſeque illi immiſceat.* Verum, *hæc cogitatio non ſolum improbabilis & abſurda eſt, ſed etiam pluſquam temeraria: quia, vel dicendum eſſet Chriſtum ex vi communionis hujus ſacramenti eſſe realiter præſentem, etiam ubi non ſunt præſentes ſpecies ſacramentales, & hoc eſt contra receptam & ſanam doctrinam, qua docemur Chriſtum ita contineri ſub ſpeciebus ut eas comitetur, & per illas ſuo modo in loco conſtituatur, & ſacramentaliter duret quamdiu illæ duraverint; vel oportebit dicere, ipſas ſpecies diffundi per totum corpus hominis, & penetrari cum omnibus partibus ejus, quo nihil abſurdius poteſt excogitari, magiſque alienum a ſenſu communi omnium Theologorum & totius eccleſiæ; & eſt fingere miraculum inutile & ſine fundamento. Nam de hoc ſacramento ſcriptum eſt, manducandum eſſe & bibendum, quod fit per determinatas vias & partes corporis: illa verò diffuſio & penetratio aliena eſt a veritate manducationis. Non eſt ergo neceſſaria ad effectum ſeu unionem, quam efficit hoc ſacramentum.*

[f] *Vbi ſupra ſect. 3.*

Tertiò, *multi Catholici*, ait idem Suarez,

in

in odium hæresis negantis veram præsentiam Christi in hoc sacramento, simpliciter docent in sumptione hujus sacramenti fieri unionem inter corpus Christi & suscipientis, quam realem, naturalem, substantialem atque etiam corporalem interdum vocant. Et citat Guitmundum, Algerum, Waldensem, Rossensem, Hostium, Turrianum, Alanum, Jansenium, Bellarminum, Toletum, & alios quosdam recentiores. Verum, *nihilominus*, inquit, *hæc sententia multis Theologis visa est improbabilis & aliena a majestate hujus sacramenti, quod non propter conjunctionem corporalem, sed propter spiritualem institutum est, dicente Christo, quando hoc sacramentum promisit, verba quæ ego locutus sum vobis Spiritus & vita sunt.* Confirmatur, *quia non potest intelligi unio realis & physica, nisi vel formalis seu per modum compositionis, vel effectiva per influxum alicujus effectus. Neutra autem potest in præsenti habere locum. De priori patet, quia neque ex corpore Christi & nostro fit unum corpus vera & reali unitate, quia neque uniuntur ad componendam unam naturam, neque unam personam, neque habent realem modum unius ad alterum, nec denique fit aliqua corporalis transmutatio alterius in alterum, quæ omnia sunt per se evidentia, nec sine temeritate negari possunt: nulla ergo excogitari potest physica unio formalis. De posteriori vero seu effectiva, est in primis argumentum, quia probabile est quod S. Thomas indicat, hoc sacramentum nihil directe influere in corpus. Deinde etiamsi demus directe agere in corpus, non quilibet effectus sufficit ad unionem effectivam: Nam licet sol illuminet aerem, non propterea dicitur illi unire. Oportet ergo ut effectus talis sit, ut per eam una res aliam ad se trahat, & sibi præsentem vel conjunctam habeat. Hoc autem sacramentum non habet ejusmodi actionem in corpus nostrum, sed si quid agit, id solum pertinet ad diminutionem fomitis, aut quid simile, &c. Rursus, si aliqua est hic corporalis unio, vel illa durat solum quamdiu Christi præsentia durat sub speciebus, vel etiam postea. Hoc posterius dici non potest: qualis enim corporalis unio fingi potest inter me & Christum existentem in cœlo? Aut quæ alia manere potest post communionem & sacramentalem Christi præsentiam transactam, quæ antea non esset si erat eadem fides & charitas in Christum? Si autem dicatur primum, id est contra mentem Sanctorum quos hæc opinio sequitur. Illi enim dicunt, unionem quæ inter nos & Christum fit per susceptionem hujus sacramenti, esse illam, qua totum Ecclesiæ corpus Christo ut capiti conjungitur, & quatenus efficimur membra ejus; quin etiam dicunt hanc unionem non solum persistere inter nos & Christum, sed etiam inter nosmet ipsos, qui sumus membra ejus, quatenus inter nos conjungimur & unimur, &c. Deinde potest confirmari hac sententia, quia si sit corporalis unio inter corpus nostrum & hoc sacramentum, distincta ab ipsa susceptione & quantitativo contactu, vel illa fit cum tota corpore & omnibus partibus hominis communicantis, vel tantum cum illa parte ad quam sacramentales species perveniunt. Neutrum horum dici potest probabiliter. Non quidem primum: quia realis & corporalis unio supponit mutuam præsentiam realem seu propinquitatem & distantiam eorum quæ unienda sunt. Non etiam secundum: tum quia non est major ratio de illa parte quam de alia, præsertim de illis quas sacramentum tangit, cum manducatur, & maxime cum probabile sit effectum sacramenti dari in ipsomet motu manducationis, cum primum deglutiuntur species; tum etiam, quia illa unio non potest fingi per modum continuationis quantitatis, nec per efficientiam sacramentalem circa illam partem corporis, magis quam circa alias.* Hæc ille, concludens: *unionem hanc posse vocari corporalem, quia est inter corpora, non omnino probatur, quia inter Christum & Joannem, verbi gratia, vel alios justos qui fuerunt ante hoc sacramentum, est aliqua unio, quæ tantum est spiritualis, licet non tantum sit inter animas, sed etiam inter corpora. Sicut enim possunt corpora spiritu informari, ita & spirituali nexu seu affectu uniri.*

Quarto idem Suares,[a] Vasques & Martatius ajunt,[b] *acquiri quidem per manducationem oralem carnis Christi unionem realem, quæ aliquomodo* naturalis & substantialis *appellari possit, ut excludantur sola signa & figuræ, & unio quæ est per solam apprehensionem fidei & affectus, &* corporalis, *quia quodammodo fundatur in corporali commixtione; maxime tamen* spiritualis sit, & proprie mystica seu moralis *sit appellanda, eo modo quo post consummatum inter conjuges matrimonium, utriusque conjugis caro moraliter est, non affectu tantum, sicut antè consummatum erat, sed de facto & reipsa.* Addunt: *moralem hanc carnis nostræ cum carne Christi unitatem non consurgere præcisè ex reali & intima ejus in nobis præsentia; alioqui peccator indignè sumens Eucharistiam, imo etiam brutum animal eam comedens illam cum Christo unitatem consequeretur, quod absurdissimum est; sed ex ea ut originem habente ex amore mutuo quo nos Christum & Christus nos diligit per hanc intimam carnis cum carne conjunctionem tanquam per effectum consummato.* Denique, *inter nos & Christum spirituale matrimonium existere, cujus sponsalia per fidem præcedant, quod per charitatem contrahatur, & per Eucharistiæ sumptionem consummetur: unde resultet moralis unitas quæ non tantum duret eo tempore quo durat præsentia realis carnis Christi sub speciebus, sed tamdiu quamdiu duramus in statu sanctificantis gratiæ.* Hæc illi. Sed primo, quis non illos miretur, corporalem unionem carnis nostræ cum carne Christi tam importunè personantes, eo tandem devenire ut illam confiteantur esse maximè spiritualem & propriè loquendo moralem? Sic aliud loquuntur, aliud re vera sentiunt.

[a] Disp. 204. c. 3. 4. 5.
[b] Disp. 34. sect. 2.

Digitized by Google

Quodnam enim appellationis portentum vnionem illam corporalem indigetare, quam maximè ſpiritualem & proprie moralem eſſe explicent? Secundò, ſi hæc unio ſpiritualis & moralis eſt, nullomodò neceſſe eſt illam procedere ex conjunctione carnis noſtræ cum carne Chriſti per manducationem oralem & indiſtantiam localem. Nam poteſt haberi & reapſe quoque habetur ex conjunctione ſpirituali. Apoſtolus enim ait, c *omnes nos in vnum corpus baptiſatos eſſe, & eſſe corpus Chriſti & membrum de membro*: & tamen nemo dixerit, in baptiſmo carnem noſtram conjungi carni Chriſti per localem propinquitatem. Tertiò, verum quidem eſt inter nos & Chriſtū velut quoddam matrimonium intercedere. Sed ſi hoc matrimonium mere pure ſpirituale eſt, & non corporale, quod Adverſarij ipſi concedunt, quomodo conſummatio ejus corporalis eſſe poteſt? Quis unquā ſanus dixerit conjugium mere ſpirituale conſummari per effectum mere pureque carnalem, qualis eſt contactus ſeu conjunctio carnis cum carne per loci indiſtantiam? Quarto hac ratione dicendum erit, conjugium Domini cum veteribus juſtis qui ante Euchariſtiæ inſtitutionem obierunt, contractum quidem fuiſſe, ſed conſummatum non fuiſſe, ac proinde ipſos Chriſti ſponſam non fuiſſe, nec vnitatem cum illo habuiſſe, cujus contrarium ſupra Suares ipſe affirmabat. Quintò, ſecum turpiter pugnant. Nam quemadmodum corporale matrimonium inter virum ut uxorem conſummatur per corporalem eorum contactum, abſque quo non diceretur corporaliter conſummatum; ſic & neceſſe eſt ad conſummationem matrimonij inter nos & Chriſtum contactum aliquem intercedere, & quidem corporalem ſi vnitas ex eo reſultans *quodammodo fundatur in corporali commixtione*, ut ipſi loquuntur. At ipſimet negant contactum vllum corporalem intercedere inter carnem Chriſti & noſtram per oralem carnis ipſius manducationem: *proprius contactus*, inquit d Suares, *ſolum eſt inter res extenſas in ordine ad locum, quarum extrema ſunt ſimul, & hoc modo non poteſt eſſe in hoc ſacramento verus ac proprius contactus circa Chriſti corpus, quin potius neque ipſa ſpecies eum proprie tangunt.* Denique hæc vnitas ſpiritualis & moralis, quam & corporalem appellari poſſe dicunt, aut præciſe conſurgit ex reali carnis Chriſti in ſtomacho noſtro juxta illos præſentia, aut ex fide, & amore quo nos Chriſtus diligit, & nosipſum. Non prius, quia ſequeretur impium carnem Chriſti oreſumentem, imo etiam murem moralem illam vnitatem cum Chriſto conſequi, quod falſum & abſurdum eſt. Si poſterius: ergo non fundatur in corporali commixtione, ſed tantum in ſpirituali; nec conſummatur per indiſtantiam localem, ſed ex apprehenſione fidei & charitatis affectu directe & per ſe conſurgit; ac proinde ad eam habendam ſupervacanea prorſus eſt oralis manducatio, quod intendebamus probare. Nec juvaret objicere, nos quoque docere per Euchariſtiæ acceptionem vnitatem illam haberi, ideoque ſimili ratione nos vrgeri poſſe, videlicet, inutilem eſſe ſignorum ſacramentalium & Euchariſticorum communionem, cum hæc moralis unitas ex manducatione ſpirituali carnis Domini per ſe directeque procedat, non autem ex corporali ſignorum perceptione. Non enim eadem ratio eſt. Nam non aſſerimus vnitatem illam cauſari & conſummari per ſignorum manducationem, hoc eſt, per illa produci effectivè ſi antea non erat, ſed tantum dicimus ſignificari, & ſi jam antea erat firmitatis gradibus in eorum participatione legitima rumari & augeri. Signa ergo utilia ſunt, quia deſignant quod efficitur in recto illorum uſu: corporalis autem manducatio carnis Chriſti nil omnino prodeſt, cum nec ſignificet unitatem illam moralem inter nos & Chriſtum, nec per ſe illam efficiat.

c 1. Cor. 12.

d Diſp. 47. ſect. 4

Secundam utilitatem manducationis oralis Perronius aſſignat, *unionem realem & ſubſtantialem* cum Deo. Ait enim, a *gratias alias omnes quas hoc vitæ ſtatu Spiritus S. in nobis operatur, nullam veram realem vnitatem inter Deum & homines conſtituere, quia quicquid in Deo eſt, ſubſtantia eſt, quicquid autem Spiritus S. animabus noſtris hîc communicat, qualitas eſt & accidens, quod proinde nullam habet unitatem realem & univocam cum Deo: unde fit ut proprie loquendo nullus alius ſuperſit gratiæ modus, per quem homines poſſint hîc realiter conjungi Deo, quam humanitas Chriſti, quæ cum vere in Deo reſideat per beneficium incarnationis, & in nobis per Euchariſtiam, nos per certa quædam momenta cum ipſo Deo realiter & ſubſtantialiter conjungit & vnit, efficiens eamdem ſubſtantiam ſpecie & numero, nimirum, corpus & ſanguinem Chriſti, in Deo & nobis ſimul inveniri.* Sed mirum eſt, virum acuminis non exigui tam craſſa & aperte falſa ſine pudore fundere. Nam per vnitatem illam realem, ſubſtantialem & univocam cum Deo, intelligit, vel ſubſtantialem Dei in nobis præſentiam, vel unitatem ejuſmodi, per quam ex Deo & nobis componatur una natura, vel una perſona, ſeu, per quā cum Deo ſubſtantialiter identificemur, vel denique unitatem tantum ſpiritualem & moralem, ſimilem illi de qua ſupra ſumus locuti. Si poſtremam: ea nec eſt unitas ſubſtantialis & univoca cum Deo, nec ad eam qualiſcumque ſit obtinendam orali Dominicæ carnis manducatione opus eſt, cum haberi poſſit ex promiſſionum Euangelicarum apprehenſione

a De Euch. l. 2. c. 11.

Digitized by Google

henſione & ſanctificationis ſtudio, ut Beatus Petrus docet poſterioris epiſtolæ c. 1. 4. *maxima & pretioſa promiſſa donata ſunt, ut per ea efficiamini divinæ participes naturæ, elapſi ex corruptione quæ in mundo eſt per concupiſcentiam.* Si primam: nec illa rurſum eſt vnitas ſubſtantialis & univoca cum Deo, nec fructus eſt manducationis oralis carnis Domini, cum omnino abſque vllo ad Euchariſtiam reſpectu Deus ſubſtantia ſua in omnibus creaturis præſens ſit. Si ſecundam, refellitur primo ab alijs Adverſariorum: *indigna eſt*, inquit [b] Toletus, *doctrina hæc, ex Chriſto ſumpto & ſumente fieri vnum eis naturale.* Palatios: [c] *id, ut præſe fert, eſt falſum, quia vnitas eſt per gratiam, non per naturam*; & ſupra docebat Suares, *id ſine temeritate non poſſe affirmari.* Si de Chriſto, quanto magis de Deo? unitas enim ſubſtantialis, univoca & propriè dicta eſt unitas naturæ, quam ſi haberemus cum Deo communem, Deus eſſemus. Deindè, etſi daremus humanitatem Domini in nobis ſubſtantialiter eſſe, quemadmodum ea in Deo eſſe creditur, non ideo ſequeretur indè conſurgere unitatem noſtri cum Deo ſubſtantialem: humanitas enim Domini dici poteſt realiter & ſubſtantialiter in Deo eſſe, quia illi copulata eſt perſonali vnione, non quod facta ſit ejuſdem ſubſtantiæ; At quamvis illa in nobis foret, non eamdem tamen haberemus cum Deo unionem. Denique, ſupponendo Dominicam carnem per manducationem ſacramentalem in nobis eſſe, ſi ex eo conſequitur, per certa momenta nos cũ ipſo Deo realiter, ſubſtantialiter & univocè uniri, ſimiliter quoque ſequetur, præſepe in quo jacuit per certa momenta cum Deo realiter, ſubſtantialiter & univocè fuiſſe vnitum, & veſtem qua induebatur & intra quam ſubſtantialiter erat, & impios qui carnem ejus corporaliter manducant & in ſe aliquantum habent, imo & canes & mures interdum illum eſitantes, veram & ſubſtantialem atque etiam univocam cum Deo habuiſſe & habere vnitatem, ac proinde Deum vere, realiter, ſubſtantialiter, atque univocè eſſe: quo nihil falſius & ineptius cogitari poteſt.

[b] *In 6. Ioan. annot. 29. ad fin.* [c] *Ibid. verſic. 57.*

Tertium manducationis oralis fructum aſſignant, [d] Bellarminus, [e] Vaſques, & alij, *demonſtrationem amoris Chriſti erga ſponſam ſuam eccleſiam. Cum enim amor ille ſit infinitus, & potentia Chriſti infinita debuit hoc pignus ſupra modum eſſe mirabile, conjunctio corporalis amantis & amati.* Verum, figmentum hoc facillimè refellitur; tum quia rerum magnarum pignora non ſunt ſemper ſupra modum mirabilia; alioquin oporteret nulla ſacramenta eſſe niſi ſupra modum mirabilia & miraculoſa, quia rerum maximarum ſymbola ac pignora ſunt; tum quia, ut ſupra dictum eſt, indiſtantia localis proprie non dicit vnionem inter res duas, niſi inter ſe aliqua ratione connectantur; tum quia videri non poteſt, quomodò Dominus infinitum ſuum amorem erga eccleſiam teſtetur per illud beneficium, quod ei cum Diaboli membris, imo & cum ſoricibus ſæpè commune eſt, quale eſt oralis carnis ipſius manducatio; tum denique, quia plena amoris ejus conſummatio in cœlo fiet, ubi tamen nemo dixerit carnem Dominicam oraliter ab eccleſia manducatum iri: unde ſequeretur Dominum Eccleſiam ſuam in cœlos evectam minus quam in hoc ſeculo eſſe amaturum, nec ſpirituale conjugium hac intima ratione cum illa fore conſummaturum; quod falſum & abſurdum eſt.

[d] *De Euch. l. 3. c. 9.* [e] *Vbi ſupr.*

Quartam illius utilitatem [f] Perronius poſt alios innumeros ait eſſe, *augmentum gratiæ & charitatis, reſtitutionem vigoris & caloris naturalis quoad animã per peccata reliquias refrigeratam & debilitatam: hæc enim omnia facilius obtineri per receptionem hoſtiæ* (id eſt, carnis Chriſti) *in nobis, quia ex ejus contactu emanat virtus operativa, præter eam quam divinitas ex ſe exerit.* Sed huic hypotheſi falſum fundamentum ſubſternit, nempe, carnis Chriſti contactum a Suares ſupra rejectum. Deinde, ut demus hæc omnia beneficia per Euchariſtiæ ſumptionem contingere, tamen abſolute negamus illa contingere ex manducatione orali. Patet id ex innumeris carnem Chriſti juxta ſententiam Adverſariorum oraliter edentibus quibus nullum tamen adcreſcit ſpiritualis gratiæ robur. Quod ſi dicatur id illis infortunij contingere quia manducationi orali ſpiritualem non adjungunt; Ergò, inquam, robur illud & gratiæ vigor obtinetur per manducationem ſpiritualem, non per oralem. Nam ſi obtinentur interdum hæc omnia beneficia, quandò manducatio ſpiritualis exercetur, quamvis tunc oralis non fiat, ut Adverſarij ipſi fateri coguntur; non autem pariter habentur cum oralis manducatio ſit, ſi deſit ſpiritualis, ut ijdem rurſus concedunt; quis non videt illa ſpiritualis manducationis, non autem oralis, effecta & fructus eſſe?

[f] *De Euch. l. 1. c. 31.*

Quinto docent [g] Bellarminus, [h] Perronius, [i] Coffetellus, [k] Yſambertus & plurimi alij recentiorum, *manducationem oralem carnis Dominicæ eſſe cauſam & quaſi ſemen reſurrectionis glorioſæ, idque per contactum & conjunctionem glorioſi corporis Chriſti cum corporibus noſtris.* At de hoc effectu Vaſques: [l] *Ea qualitas in carnem noſtram derivata præparans eam ad immortalitatem ſinè fundamento omnino conficta videtur.* Suares autem multo vehementius: [a] *Hoc ſacramentum in corpore non efficit qualitates aliquas ſupernaturales per quas illud ad gloriam diſponat,*

[g] *Vbi ſupr.* [h] *De Euch. l. 2. contr. 23. c. 4. & alibi paſſim.* [i] *Merveill. de l Euchariſt. diſcours 6.* [k] *Ad q. 79. diſp. 1. art. 1.* [l] *Diſp. 204. c. 3. de Lugo diſp. 12. ſect. 5.* [a] *Diſp. 64. ſect. 1.*

ſponat, ſeu corpori Chriſti conforme efficiat. Hanc concluſionem exiſtimo ita certam, ut contraria opinio non probabilis, ſed nova temeritas judicanda ſit. Nam licet antiqui Theologi doctrinam hanc expreſſe non doceant, tamen cum harum qualitatum nullam mentionem fecerint, pro comperto habuerunt illas non dari, neque aliquo probabili fundamento fingi poſſe, quia neque ulla exſtat de hoc effectu promiſſio (neque enim in Euangelio Ioannis cap. 6. aut alibi eſt ſcripta, neque ab Eccleſia vel Patribus eſt tradita) neque etiam eſt ulla neceſſitas vel utilitas hujus effectus, quicquid ſit de poſſibilate ejus: hæc enim non eſt ſatis ut affirmemus abſque alio fundamento de facto conferri, quia non omnia quæ in homine ſupernaturaliter & miraculoſe fieri poſſunt, per hoc ſacramentum fiunt. Aſſumtum ita declaratur, quia illæ qualitates fingi poſſunt, vel immediatè in corpore ſeu materia, vel in potentijs animæ, quæ in corpore inhærent. Si priori modo ponantur, ut hæc opinio ſentire videtur, ſunt prorſus inutiles, quia neque in hac vita deſerviunt ad opera virtutis, quia non ſunt operativæ, neque ad pulchritudinem vel ornatum corporis, quia neque viſu neque alio corporis ſenſu percipi poſſunt. Rurſus, neque ad perfectionem vitæ futuræ quicquam conferre poſſunt, quia corrupto corpore per mortem ipſa etiam corrumpentur, in quo magna eſt differentia inter eas & gratiam quæ eſt in anima: nam hæc eſt perpetua, & ita eſt in hac vita ſemen vel pignus gloriæ, ut eadem perſeverans in beatitudine conſummetur, quod de his qualitatibus dici non poteſt, niſi quis fingat poſt mortem conſervari in cadavere, & in vermibus, & in quacunque re alia quæ ex illa materia generetur, quod per ſe ſatis abſurdum eſt, & incredibile. Vt autem hæ qualitates dicantur infundi in potentias animæ ſenſitivæ, oportet ut ſint aut ſpecies aliquæ, aut virtutes infuſæ. Et quod ad ſpecies attinet, ſi aliquæ infunderentur experientia cognoſci poſſent: & eadem ratione poſſet quis fingere imaginarias viſiones ſeu phantaſmata qua ratione hujus ſacramenti tribuerentur. Atque idem argumentum eſt de habitibus infuſis per accidens. Nam hi, ſi ſunt ſtudioſi, moderantur paſſiones, & excludunt vitiorum habitus, qui tamen non tolluntur per uſum hujus ſacramenti ſine exercitio virtutis. Denique, illa ratio his omnibus effectibus communis eſt, quod nimirum non infunduntur per accidens niſi miraculoſe, aut per modum gratiæ gratis datæ, & neuter modus agendi eſt attribuendus ſacramentis niſi de promiſſione conſtet. De virtutibus autem per ſe infuſis, ſi quæ fortaſſe ſunt in appetitu ſenſitivo, nihil eſt quod dicamus, quia hujuſmodi effectus non eſt a gratia gratum faciente diſtinctus, ſed ſub illa continetur. Hæc ille contra id figmentum. Addo ego primo, illud eſſe contra ſcripturam. Tribuit enim ſcriptura glorioſam corporum reſurrectionem, non qualitati alicui ex contactu corporali carnis Chriſti profluenti, ſed inhabitationi Spiritus ejus in nobis: *ſi Spiritus ejus* ; *ſ* inquit, *qui ſuſcitavit Ieſum ex mortuis habitat in vobis, qui ſuſcitavit Chriſtum ex mortuis vivificabit & mortalia corpora noſtra propter inhabitantem Spiritum ejus in vobis.* Nec juvaret objicere Dominū dicere Joan. 6. 54, *qui manducat carnem meam & bibit meum ſanguinem habet vitam æternam, & ego excitabo eū in ultimo die.* Nam, præterquam quod falſo ſupponitur Dominum ibi agere de manducatione orali carnis ſuæ, cum de ſpirituali loquatur, dicit quidem ſe excitaturum eum qui carnem ſuam manducaverit; ſed non dicit ſe id facturum vi qualitatis cujuſdam quaſi ſeminalis per contactum carnis ſuæ corporibus noſtris inditæ. Commentum illud merum eſt Adverſariorum: ſed id ſe præſtiturum intelligit, quia cum fidelis per manducationem ſpiritualem carnis ſuæ jam in ſe habeat æternæ vitæ principia per vitæ ſpiritualis in ſeipſo formationem, & jus ad conſummationem illius, beatitudo corporis ac proinde glorioſa ejus reſurrectio conſequatur ex natura rei beatitudinem animæ: cujus propriè ſemen eſt: ut jam ſupra obſervavimus, vivifica Spiritus gratia. Quo autem ſenſu veteres *reſurrectionis arram & pignus* Euchariſtiam vocaverint, quemadmodum & baptiſmum, loco ſuo docebitur. Secundò, Adverſarij ſupponunt qualitatem hanc ſeminalem reſurrectionis ad gloriam profluere ex contactu & conjunctione glorioſæ carnis Chriſti cum corporibus noſtris. At jam ſupra obſervavimus ex ipſorum confeſſione, corpus Chriſti nullonodo contingere corpora noſtra cum ſit modo indiviſibili & contactus incapax, ſeu activi, ſeu paſſivi. Sic conſequentia loquuntur. Tertio, qualitas hæc fingitur derivari in corpora, aut præciſe ex ipſo contactu corporis Chriſti ſimpliciter in ſe ſpectato, ut ex aliquo adjuncto. Si prius: ergo corpora impiorum, imo & brutorum quibus habere contigit contactum corporis Chriſti per manducationem ejus oralem, ad gloriam ſuſcitabuntur: quod tamen Authores hujus opinionis negant. Si poſterius: ergò hæc qualitas in corpora derivatur, non præciſe ex contactu corporali carnis Chriſti, ſed ex re alia. Quartò, aut hæc qualitas neceſſaria ſimpliciter eſt ad reſurrectionem gloriæ, aut tantummodo ad eam facilius obtinendam. Neutrum horum dici poteſt. Non hoc: quia reſurrectio illa fiet per divinam potentiam, cui omnia æque facilia ſunt. Non illud etiam: quia juſti & fideles Veteris teſtamenti non reſurgerent ad gloriam propter defectum hujus qualitatis, nec fideles etiam illi novi teſtamenti qui abſque Euchariſtiæ ſumptione obierint: quod tamen falſiſſimum eſt. Quintò, ſi hoc ſemen reſurrectionis imprimitur carni noſtræ

b Rom. 8. 11.

per

per contactum corporis Chriſti in Euchariſtiæ ſumptione, quæro, utrum ad id ſufficiat unica ſumptio, an vero plures requirantur. Si unica: ergò plures ſumptiones ad id ſunt ſupervacaneæ. Si plures: iterum quæro, quot nobis opus ſit. Valde enim intereſt ſcire, ne forte defectus unius aut alterius nobis damno & fraudi ſit. Rurſum: ſi una ſufficit, & tamen poſtea pluries Euchariſtia ſumatur, quid operabuntur repetiti illi carnis Dominicæ contactus? facilius ne reſurget ad gloriam immortalem qui bis Euchariſtiam ſumpſerit, quam ille qui ſemel, qui decies quam qui octo? Abſurdè. Tam facile enim hunc quam illum Chriſtus ſuſcitabit: imo tanta facilitate Patriarcham Abrahamum qui hoc contactu caruit quam quemlibet novi teſtamenti virum qui eo ſuperabundarit. Inutilis ergò ad hoc eſt repetita ac multiplicata Euchariſtiæ ſumptio. Denique, juvat percontari, utrum hoc ſemen glorioſæ reſurrectionis, poſtquam carni inditum eſt, ſit auferibile, nec ne. Si dicant, auferri non poſſe: quæro de eo qui acceperit, an non poſſit labi in mortale aliquod peccatum, imo & perire? Si affirment, ut certè negare non poſſunt, ergò eodem tempore in eodem ſubjecto erit qualitas præparans ad reſurrectionem gloriæ, & qualitas ordinans ad reſurrectionem ignominiæ: imò erit aliquandò in ipſis inferis qualitas ſupernaturalis ad gloriam diſpoſitiva cum ipſomet actu poſitivo damnationis, quo nihil abſurdius poſſet unquam excogitari. Si autem auferri poſſe dicant, ut ſanè ſentire videntur cum dicant, a *unitatem noſtram cum Chriſto, tamdiu durare, quamdiu duramus in ſtatu ſanctificantis gratiæ, ſimul autem atque mortaliter peccamus, illicò deſinere*; auferetur ergò per aliquam culpam lethalem. At pone, hominem in quo illud deperditum ſit ad ſanam mentem redire & pœnitentiam agere non tantum veram & ſinceram, ſed & in maximo gradu quo quis pœnitere poteſt, & maxima fide ad Dei gratiam & miſericordiam confugere, ac in eo ſtatu repentina morte ſubripi abſque repetita Euchariſtiæ ſumptione: ſcire velim, utrum ille ad honorem & gloriam ſit reſurrecturus, nec ne. Non eſſe reſurrecturum ad gloriam dici non poteſt, cum Dominus expreſſe dicat, b *nemo poteſt venire ad me niſi Pater qui me miſit traxerit eum, & ego ſuſcitabo eum in ultima die*; & rurſum, *qui credit in me habet vitam æternam.* Quod ſi non obſtante ſeminis ejus defectu glorioſe ſuſcitandus eſt, ergò commentitium eſt ſemen illud & velut cauſa glorioſæ reſurrectionis ex contactu carnis Chriſti per manducationem ejus corporalem acquiſitum, ac proinde manducatio oralis ad id inefficax. Nec obſtat quod ait de c Lugo dici poſſe per Euchariſtiam fieri, ut *major ſit gloria corporis reſurgentis.* Nam primò authores hujus opinionis non loquuntur de gradibus gloriæ in reſurrectione, ſed tantum in genere de diſpoſitione ad reſurrectionem gloriæ. Deindè, utrum ad majorem gloriam reſurrecturus ſit qui Euchariſtiam ſumpſerit, quam qui non ſumpſerit, de Lugo ſi forte, quam Abrahamus, quam Moſes, quam Samuel & alij Prophetarum, in ſcripturæ ſilentio non niſi temerariè affirmari poſſe videtur, nec id veriſimile eſt.

Sed hic rogo Adverſarios, ut relaxato tantiſper diſputationis fervore placide mecum attendant, quonam illos ducat ea quam tuentur de Euchariſtiæ myſterio ſententia. Docent enim illi innumera miracula in hoc ſacramento contingere, qualia ſunt mutatio non tantum formæ ſubſtantialis panis & vini, ſed & eorum materiæ, & quidem in rem jam ante actu exiſtentem, nempe, in corpus & ſanguinem Chriſti, abſque eo tamen quod ipſis aliquid accreſcat per hanc in illa converſionem, quam & fatentur, d *rem eſſe tam admirabilem, tamque difficilem ad intelligendum ut prope fidem excedere videatur*: Itidem accidentium panis & vini ſine ſubjecto ſubſiſtentia: corporis Chriſti ſub ipſis aut reproductio millies quotidiè repetita, aut adductio, ex nullo licet loco & abſque locali motu: ejuſdem corporis indiviſibilis in loco ſine ulla loci occupatione præſentia; ac rurſum illius in locis ſimul innumeris & diſſitis præſentia; & varia ejuſmodi in diſputatione a nobis commemorata. Porrò, cum veriſimile non ſit, Deum, quæ ſumma ejus ſapientia eſt, tot ardua & miranda, & pene incredibilia operari velle ſine gravi cauſa, ad ſalutis noſtræ neceſſitatem ordinata, omnium tamen illorum miraculorum finis eſt, ut caro Domini oraliter edi poſſit & in ſtomachum trajici. At nullam manducationis illius oralis abſolutam eſſe ad ſalutis complementum neceſſitatem ipſimet agnoſcunt. Fatentur enim, tum fideles veteris teſtamenti, tum etiam plurimos novi, abſque illa ſalvos fuiſſe & fore. Ac iterum, concedunt, e *ſola fide ſine reali præſentia corpus Domini apprehenſum prodeſſe, & contra ſolo corpore per realem præſentiam acceptum nihil prodeſſe.* Qua igitur probabilitate aſſerere poſſunt Dei potentiam ſapientiæ ſummæ directione regulatam, propter manducationem hanc nec præciſe neceſſariam, nec ſimpliciter per ſe utilem, tot ſtupenda & mirifica operari voluiſſe? Nè ipſi quidem homines ſapientia præditi, ſi miraculorum poteſtas penes eos eſſet, illam ſine neceſſitate exerere vellent: quantò minus Deus infinito ſapientior? Ac proinde, cum nulla prorſus eorum miraculorum neceſſitas appareat, nec ipſamet etiam fieri ſenſibus

a *Merat. diſp. 34. ſect. 2. Vaſquez diſp. 204. cap. 4. num. 39.*

b *Ioan. 6. 44. & 47.*

c *De ſacram. Euch. diſput. 12. ſect. 5. n. 107.*

d *Merati diſp 12. ſect. 1.*

e *Bellarm. de Euchar. l. 3. c. 9. § ad quartum.*

sensibus nostris videantur, quæ tamen ordinaria est miraculorum ratio; colligendum relinquitur illa non vere contingere, sed tantum fingi & supponi.

CAPUT XXXIII.

In quo rursum confutatur oralis manducatio & bibitio carnis & sanguinis Christi variis argumentis.

POSTQUAM ostendimus Joannis sexto non agi de manducatione orali carnis Christi, sed de spirituali, etiam alicubi ad necessariam oralis exclusionem, corollarij gratia propositum est addere aliquot alia argumenta quibus totam hanc controversiam ad gloriam veritatis tandem concludamus..

Primum tale esto: Non magis convenit animæ cibo ad ejus nutritionem per os corporis manducari & bibi, quam cibo corporis ad ipsius nutritionem per os animæ, videlicet fidem, sumi. At absurdum est dicere cibum corporis ad ipsius nutritionem per os animæ, videlicet fidem, sumi debere: Ergò pariter absurdum est dicere, cibum animæ ad ipsius nutritionem edi & bibi debere per os corporis: *nutritur enim Spiritus spiritualiter*, ut observabat olim Cyrillus, *f corpus autem secundum propriam naturam, id est, corporaliter.* Atqui Christi corpus & sanguinem cibum esse, non ad corporis, sed ad animæ vitam ordinatum fatentur omnes. Ergò &c. Ad hoc argumentum sic conceptum nullam vidi responsionem Adversariorum. g Gerhardus tamen, cui & similia habet *h* Ysambertus, sibi illud, sed non ita valide constructum proponit in hunc modum: *cibus spiritualis non potest* (addendum ei erat, *nec debet*) *percipi organo corporeo, ore scilicet corporis. Atqui caro Christi est cibus spiritualis, sanguis ejus est potus spiritualis Ioan. 6. vers. 55. & 58. Ergò non potest percipi organo corporeo, ore scilicet corporis, & per consequens corpus Christi spiritualiter tantum manducatur.* Respondet autem variè. Primò enim ait, *negatur major propositio. Spiritus Sanctus est essentia, ut ita loquar, spiritualissima, idem tamen in corpore nostro habitat, adeò ut corpus nostrum sit ipsius templum 1. Cor. 6. vers. 19. Verbum Dei est res spiritualis & tamen auribus percipitur. Regeneratio est res spiritualis, & tamen non tota anima, sed totus homo regeneratur. Baptismus est lavacrum spirituale, & tamen corpore percipitur. Iustitia originalis fuit res spiritualis, nèc tamen corpus primi hominis ejusdem planè expers fuit.* At ego contra pertendo majorem esse verissimam. Nam qualis est natura subjecti per cibum & potum aliquem nutriendi, ac qualis cibi & potus illius fames & sitis, talis quoque debet esse modus cibi & potus illius manducandi & bibendi. Atqui natura subjecti per corpus & sanguinem Christi nutriendi, non est natura corporalis, videlicet, corpus nostrum, sed natura spiritualis, nimirum, anima nostra; nec fames & sitis hujusce cibi & potus, est fames & sitis corporalis, sed fames & sitis spiritualis, animæ scilicet affectus & desiderium: Ergo modus corporis & sanguinis Christi manducandi & bibendi, non est corporalis, id est, qui ore corporis fiat, sed spiritualis, id est, qui ore animæ, fide videlicet, efficiatur. Nec contra quicquam faciunt instantiæ oppositæ. Primò enim nullomodo sunt ad propositum. Nam non quæritur in genere, vtrum res aliqua spiritualis recipi ac residere possit in re corporali aliqua: sed quæstio est, utrum cibus & potus ad animę solius nutritionem ordinatus ore alio quam animæ ore, id est, oris corporalis organo manducari ac bibi debeat: quod hæc exempla allata minimè attingunt. Deinde, nec ipsa in specie à viro pio & erudito, prout par erat, sunt considerata. Nam neque corpora nostra dicuntur ab Apostolo *Spiritus Sancti templa* esse, eo quod Spiritus Sanctus per essentiam suam in illis resideat, sicuti vult Adversarius corpus Domini essentialiter in nobis residere: (hac enim ratione nihil non foret Spiritus Sancti templum, cum nulla creatura sit in qua essentialiter Spiritus Sanctus non resideat) sed quia in nobis sit per gratiam & virtutem suam: *nos*, inquit [a] Elias Cretensis, *Dei templum existimemus, si improbam omnem cogitationem ex animo ejiciamus, si mentis sedem Diabolicis operationibus clausam atque inviam reddamus.* Neque verbum Dei propriè & accuratè loquendo aure corporali recipitur, sed sonus tantum seu aer percussus qui verbi quasi vehiculum est; ipsum autem verbum non aliter quam aure spirituali. Neque etiam regeneratio quæ hic fit propriè respicit corpus, sed animam & facultates ipsius. Nec baptismus, in quantum spirituale quid est, in corpore recipitur sed in anima: Nam aqua corpus quidem contingit, sed virtus sanctificans non nisi animam. Nec denique orginalis justitia in corpore primi hominis partim erat constituta, sed tota in anima ac facultatibus ejus quemadmodum satis expresse docet Apostolus Ephes. 4.24. & Coloss. 3.20. Patet ergo quam levis sit prima illa responsio. Secundo ait: *si major est apodicti ca, erit etiam reciproca: cibus spiritualis non potest percipi ore corporis, & res corporea non potest percipi ore spirituali, quia ut se habet obiectum spirituale ad os corporis, ita se habet obiectum corporeum ad os spirituale. Iam subsumimus, Christi corpus*

est

f De adorat. lib. 10. ἐφίστησι γὰρ ἡμῖν τὸν θεῖον νοῦν ἡ πνευματικὴ λατρεία, εἰ μὴ ἐν ἡμῖν ἐστὶ τὰ ἀπὸ τοῦ διαβόλου φάντα, τουτέστι σωματικά.

g Vbi supr. num. 184.

h Ad q 75. disp. 1. art. 5. §. secund. fundamentum.

a In orat. S. Greg. Naz.

Digitized by Google

eſt verum corpus, ergo non poteſt percipi ore ſpirituali, videlicet ore fidei. Ubi ergo manet tantopere depradicata manducatio ſpiritualis? quam nos loco ſuo non negamus, ſed ad fructum cœnæ referimus. Reſpondeo, majorem quidem eſſe reciprocam, ſed modò reciprocatio prout debet inſtituatur, & intelligatur: Nam vir Doctus Sophiſtice, abſit invidia dicto: illam inſtituit. Sic enim eſt inſtituenda, *Cibus ſpiritualis* (id eſt, ad ſpiritus nutritionem ſimpliciter & directe ordinatus) *non poteſt percipi ore corporis*, &, *cibus corporalis* (id eſt ad corporis nutritionem proprie ſpectans) *non poteſt percipi ore ſpirituali*, quia *ut ſe habet cibus ſpiritualis ad os corporis, ita ſe habet cibus corporis ad os ſpirituale.* Conſequenter, ſi ſubſumatur, *Atqui Chriſti corpus eſt verus cibus corporalis, id eſt cibus ad corporis nutritionem ordinatus*; id jam negabimus, ut falſiſſimum vel ex ipſius Gerhardi confeſſione. Nam licet Domini corpus verum corpus ſit, veraque materialis ſubſtantia, ſi ejus eſſentia & natura ſpectetur, non eſt tamen cibus ad carnis refectionem deſtinatus; imo nec eſt animæ cibus quatenus materiale eſt, cum nihil materiale, quâ tale, ſpiritus cibus eſſe queat; ſed quatenus vitæ noſtræ meritoria cauſa eſt & ſecundum virtutem ſuam vivificam ac ſpiritualem. Quâ igitur eſt animæ vere alimentum ac cibus, cum ſpirituale prorſus ſit, ore ſpirituali neceſſariò ſumendum eſt, non corporali & orali. Mirum autem eſt quod ſubjungit, ſe manducationem ſpiritualem non negare, ſed *ad fructum cœnæ* referre. Quaſi vero ſpiritualis manducationis oralis effectus & fructus eſſet, ac non ei potius prævia eſſe deberet (vel etiam ex corporalis præſentiæ hypotheſi) aut eam ſaltem concomitans ad impediendum nè male & indigne fieret. Illa enim ratione effectus eſſet infinitò cauſâ ſuâ nobilior ac præſtantior: quod, & falſum & abſurdum eſt. Tertio, inquit, *rem ipſam quod attinet, circa priorem propoſitionem monendum, quod Chriſti corpus & ſanguis ſint cibus & potus ſpiritualis, non ratione eſſentiæ, quaſi mutata ſint in ſpiritualem φύσιν, id enim pugnaret cum veritate humanæ naturæ, ſed quadruplici potiſſimum reſpectu. Primò, in oppoſitione ad cibum vulgarem & naturalem, quo corpus noſtrum alitur ad hanc vitam: Secundo, ratione qualitatum, quia corpus Chriſti non eſt ψυχικὸν, ſed πνευματικὸν & glorioſum: tertio, ratione effectûs, quia alit ad vitam ſpiritualem, & confert beneficia ſpiritualia & cœleſtia: quarto ratione modi perceptionis, qui non eſt terrenus & naturalis, ſed ſpiritualis & cœleſtis. Major igitur ſic intelligenda, quod cibus ſpiritualis non poſſit percipi ore corporis, ſcilicet, modo naturali terreno & vulgari, item, immediatè & abſolute. Iam vero corpus Chriſti non percipitur ore corporis modo naturali & terreno, ſed modo ſpirituali & cœleſti, & quidem mediante benedicto pane, cui eſt ſacramentaliter unitum.* Sed hæc levis momenti ſunt. Nam concedimus quidem corpus & ſanguinem Chriſti *ſpiritualem cibum ac potum*, & eſſe, & dici poſſe, ſive per oppoſitionem ad cibos vulgares quibus corpora noſtra aluntur, ſivè quia alunt ad vitam ſpiritualem & conferunt beneficia ſpiritualia ac cœleſtia, ſive quoque ratione modi perceptionis illorum qui ſpiritualis eſt, quatenus nimirum ſpiritualis ſeu per fidem eſt: de cæteris vero non item. Primo enim ambiguum eſt quod ait, corpus Chriſti poſſe dici *cibum ſpiritualem* ratione qualitatum, quia non eſt ψυχικὸν, ſed πνευματικὸν & glorioſum, ſanguinemque ſimiliter. Nam mens ipſius eſt, aut corpus & ſanguinem Domini jam in ſe eſſe πνευματικὰ & glorioſa, aut ea ſub hac ratione eſſe cibum & potum, ſeu manducationis & bibitionis noſtræ objectum. Si prius: id ſane de corpore veriſſimum eſt, de ſanguine autem dubium, cum incertum admodum ſit utrum corpora glorioſa ſanguinem habeant, ut alias obſervavimus. Si poſterius; ſuo loco ante reſpondimus hoc falſum eſſe quandoquidem corpus & ſanguinis Domini manducationis & bibitionis noſtræ objectum ſint, prout a ſymbolis & ſignis ſacramentalibus repræſentantur, videlicet, corpus quâ pro nobis datum, ſanguis quâ pro nobis extra venas fuſus: adeò, ut quamvis fides noſtra feratur in cœlum, ubi Dominus glorioſe ſedet ad Patris dexteram, & illum ſub hac ratione tanquam gloriæ noſtræ ſpem intueatur & amplectatur, nihilominus quatenus exerit actum quemdam ſpecialem manducationis & bibitionis circa corpus & ſanguinem ejus, velut potum & cibum ſpiritualem, actus ille corpus tanquam morti datum & ſanguinem ſub præciſa effuſionis ratione apprehendere debeat, juxta illud Domini ipſius de ſe monitum, b *ubi erit cadaver, ibi congregabuntur aquilæ.* Tertio, vir Doctus incaute admodum omittit vnam ex præcipuis cauſis propter quas Domini corpus & ſanguis ſpiritualis cibus & potus indigetantur, nempe quia Spirituum & mentium cibus ac potus ſint, non autem dentis & ventris. Quarto, non ſatis conſequenter dicit cibum ſpiritualem, prout illum explicuit, non poſſe quidem percipi ore corporis immediate & abſolute, mediate tamen poſſe. Quid enim prohibere poteſt, quo minus cibus ſpiritalis qui eſſentia vere caro eſt, immediatè & abſolute corporis ore percipiatur? Pilulæ certè medicinales immediatè non ſolent deglutiri, ſed bracteolis quibuſdam argenteis involutæ ne fortè per amaritudinem nauſeam ſumentibus pariant moleſtiamque faceſſant. Sed in cibo

b *Matth.* 24. 28.

ſpirituali,

ſpirituali, qualis eſt Domini corpus, quænam cauſa fingi poteſt, cur non immediate ſumatur? An horror carnis ſumendæ? Sane, horrorem hunc aliquantum minuere poteſt, quod non immediate ſumatur, ſi verum eſt ſumi: ſed non tamen omnis tollitur, cum ſemper animus intus ſibi repræſentet ſe carnem humanam deglutire. Deindè, hic horror ſumptionem quidem immediatam difficiliorem reddit, ſed non tamen impoſſibilem. At forſan ipſius corporis inviſibilitas quæ illud & manu ſumi & in os mitti prohibeat, & nonniſi caſu apprehendi & ſumi concedat Sed. probandum ante foret Dominum habere corpus illud inviſibile quale ipſi ſic affingitur quod impoſſibilo prorſus eſt. Nulla igitur eſt cauſa, cur Adverſarius dicat illud non percipi poſſe ore corporeo immediate & abſolute, niſi quod re vera non eſt ſubſtantia ſua præſens. Denique, quod addit, *cibum ſpiritualem non poſſe percipi ore corporis, modo naturali & terreno, poſſe tamen modo ſpirituali & cœleſti, atque, hoc poſteriori modo Dominum corpus ſuum vere præſens mediante pane benedicto manducandum, hoc eſt, ore ſumendum nobis porrigere*; trivolum quoque eſt, tum ob rationem in primæ reſponſionis confutatione a nobis ſupra redditam, tum quia etſi daremus (quod falliſſimum eſt) corpus Chriſti *modo arcano, cœleſti, ſupernaturali, meſſabili, nobiſque inexplicabili*, ut in ſequentibus loquitur, *præſens eſſe*, in ipſius manducatione nihil omninò occurreret magis ſpirituale & cœleſte, quam in medicinalium pilularum ſumptione quæ ſub alterius rei velamine deglutiuntur. Miraculum quidem foret in indiviſibili ac inviſibili illa corporis Domini in eũ & ſub pane benedicto conſtitutione: ſed in eo manducando & per os corporis in ſtomachum trajiciendo nihil prorſus eſſe ſpirituale & cœleſte, niſi quis dicere velit corporalem & oralem alicujus cibi ſub alia forma exteriori quam ſua & integri manducationem, ſpiritualem eſſe, ſupernaturalem & cœleſtem: quod abſurdum eſſe nemo non videat. Cum ergò Gerhardus fateatur, cibum ſpiritualem ore corporis percipi non poſſe modo terreno & naturali; corpuſque Domini ex ipſius ſententia indiviſibiliter & inviſibiliter in Euchariſtia præſens conſtitutum, nonniſi modo terreno, & naturali edi poſſit, videlicet, illud in ore recipiendo & ſub pane benedicto per meatus naturales in ſtomachum dejiciendo: neceſſario conſequitur, aut omninò falſum eſſe illud cibum ſpiritualem eſſe, aut, ſi cibus ſpiritualis ſit nullomodò verum eſſe, ipſum ore corporis ſumi.

Secundum argumentum tale eſt contra eumdem Gerhardum & alios conſubſtantiatores, quemadmodum illud ſibi objicit: a Si corpus Chriſti manducaretur (oraliter ſcilicet) mediante pane, & ſanguis ejus biberetur mediante vino, introduceretur ſeparatio corporis & ſanguinis Chriſti. Conſequens autem abſurdum eſt. Ergò. Graviſſimum ſane argumentum. Nam cum ipſi expreſſe doceant, b *cum pane corpus manducandum dari, cum vino ſanguinem bibendum dari, non contra*, negentque *corpus cum ſanguine in vino bibi, ſanguinemque in pane cum corpore edi*, neceſſariò ſane ſequitur corpus in pane a ſanguine eſſe realiter ſeparatum, ſanguinemque ſimiliter in vino eſſe ſine corpore. At ipſimet conſequens negant. Ajunt enim, c *corpus Chriſti non eſſe ſine ſanguine, idque pertinere ad unionem naturalem corporis & animæ*. Ergò & pariter antecedens negare debent. Quid igitur reſpondent? Audiamus Gerhardum: *Reſpondeo* 1. inquit, *Ergone anguſta rationis humanæ decempeda immenſos religionis noſtræ agros emetiri conabimur? Myſteria ideo ſunt, & dicuntur myſteria, quia captum humani ingenij excedunt.* 2. *nequaquam ſeparationem vel diviſionem aliquam corporis & ſanguinis Chriſti introducimus, ſed ex verbis inſtitutionis aſſerimus diſtinctè ſub pane corpus, ſub vino ſanguinem Chriſti dari, modum omnipotentiæ divinæ relinquimus*, &c. *Si corpus Chriſti phyſicè, naturaliter & localiter diſpenſaretur in ſacra cœna, per omnia procederet hæc collectio Adverſariorum. Quia vero præſentia, diſpenſatio & manducatio non eſt phyſica naturalis & localis pro ratione proprietatis corporis phyſici & naturalis, ſed myſtica, hoc eſt, quæ neque intelligitur, neque ſentitur, ſed ſupra naturæ regulas, quia corpus Dei eſt cum Verbo perſonaliter unitum, ideò ratio conſequentiæ vana eſt & nulla*, &c. Verum quid aliud hac reſponſione teſtatur, quam aquam ſibi hærere? Facete olim Cicero Balbum alloquens: d *ut Tragici poetæ, quam explicare argumenti exitum non poteſtis, ad Deum confugitis.* Idem hîc præſtat Gerhardus; ſed omnino inutiliter: quod facile eſt oſtendere. Deus enim nihil abſurdum unquam ſtatuit. Atqui abſurdum ſtatuiſſet, ſi verum eſt quod ſupponit in reſponſione ſua. Nam ſi ſub vino nonniſi Domini ſanguis diſpenſatur & bibitur, abſolute neceſſe eſt ut ſit a corpore ſeparatus. Probatur conſequentia: quia ſanguis in corpore incluſus dici quidem poteſt ſumi, ſi corpus in quo eſt ſumatur & manducetur, ſed diſtinctè bibi niſi extra venas poſitus & a corpore ſeparatus, nullomodò dici poteſt. Idque adeò clarum eſt; ut mirer Adverſarios, viros non acuminis exigui, hujuſce conſequentiæ neceſſitatem non advertere. At falſum & abſurdum eſt ipſiſmet confitentibus, ſeparationem fieri corporis & ſanguinis cum naturalis unio contrarium prorſus exigat: falſum ergò neceſſe eſt corpus diſtinctè ſub pane, ſanguinem

a *Vbi ſupr. num.* 185.

b *Gerhard. ubi ſupr. numer.* 51.

c *Gerhard. ibid. & n.* 185.

d *De natur. Deor. lib.* 1.

Digitized by

guinem ſub vino diſtinctè, oraliter edi & bibi. Nec obſtat quod nobis objicit Gerhardus: *ſi propterea corpus non poteſt diſtincte mediante benedicto pane dari ad manducandum & ſanguis non poteſt diſtincte mediante benedicto vino bibendus dari, quia inter corpus & ſanguinem intercedit unio naturalis, utique etiam divinitas manducato pane & corpore Chriſti manducabitur, quia inter divinitatem & corpus Chriſti intercedit unio perſonalis: Chriſto in carne patiente, patietur etiam divinitas, quia inter carnem & divinitatem eſt unio perſonalis.* Non enim eadem ratio eſt utriuſque conſequentiæ. Nam corpus Domini cum in ſe ſanguinem ſuum incluſum habeat, integrum ſumi non poteſt (oraliter, intelligo) quin ſanguis quque incluſus una cũ illo ſumatur, nec è contra ſanguis bibi diſtincte & per ſe niſi per ſe ſolus extra corpus conſtituatur. Atqui divinitas non ſe habet ut contentum reſpectu corporis Chriſti licet ei ſit unita, ut ſanguis reſpectu corporis. Deindè, cum corpus Domini juxta ſententiam noſtram nonniſi ſpiritualiter & per fidem manducetur, taliſque manducatio mentis opus ſit, non oris, quamvis Dominicam carnem in manducatione ſua fides a divinitate ſeparet, in illamque directè feratur tanquam in meritoriam vitæ ſuæ cauſam, ſpiritualeque alimentum, neutram tamen realiter a ſe invicem ſeparat, prout Advérſarij carnem a ſanguine per diſtinctam manducationem & bibitionem oralem neceſſario faciunt. Denique, ſi divinitas carni Dominicæ perſonaliter unita eſſet quoddam patibile corpus ejuſdem cum carne ipſa rationis & in illa localiter incluſum, ut ſanguis in corpore, dari facillime poſſet altera *tranſverberata*, quemadmodum alicubi loquitur Tertullianus, transfixa & patiente, alteram quoque paſſuram propter unionem: Verum, cum nec divinitas caro ſit, nec quid patibile, nec in ipſa carne Domini localiter incluſa, nullomodo conſequenter propter unionem ambarum carne patiente divinitatem etiam cum ipſa pati debere.

Tertium argumentum generale, quamquam magis ſpecialiter eat adverſus realis præſentiæ cum tranſubſtantiatione patronos, ſic ſe habet: ſi corpus Domini per os recipitur & in ventriculum deſcendit, fieri poterit ut glorioſum Domini corpus in uno eodemque ſubjecto cum Diabolo reſideat. In impium enim qui quidem eſt Satanæ membrum poteſt, Dæmon introire per propriam ſubſtantiam, & in illo prævalere non obſtante corpore Chriſti quod pariter in eo erit. At conſequens abſurdum eſt. Nam ſi Dagon non potuit ſubſiſtere coram arca, quantò minus Dæmon cum corpore glorioſo principis vitæ in eodem individuo manere & prædominari eſt exiſtimandus? Imo, quod priorem abſurditatem adhuc ſuperat, ſequeretur Diabolum in conditione potiori quam Chriſtum ibi eſſe. Nam poteſt Diabolus in peccatoris corpore ex hypotheſi conſtitutus naturaliter agere, facultateſque exercere, tum intellectus, tum voluntatis, tum etiam virtutis motivæ, & de conſequenti vomitum provocare & corpus Chriſti de loco illo expellere: corpus autem Chriſti è contrario, *prout ibidem exiſtit ſub accidentibus panis, nullam operationem vitalem ſenſus externi & interni, nullam appetitus ſentientis, nullam intellectus, nullam voluntatis actionem naturaliter exercere poſſe*, fatentur plurimi Adverſariorum a nobis [a] ſupra citati. Et non pudet Chriſtianos tam infrunita effutire? a Cap. 28.

Quartum argumentum: Idem Domini corpus in ventriculo contentum, aut ibi remanet etiam poſt corruptas ſpecies, aut non remanet. Reſpondent Adverſarij, non remanere. Ergo, inquam, falſo ponitur illud fuiſſe manducatum. Nam Dominus ipſe ait, [b] *qui manducat carnem meam*; &c, *in me manet & ego in eo*. Ubi per *manere* præſentiam continuam deſignari ſupra diximus.

Quintum argumentum: ſi his ſpeciebus permanentibus remaneret, ac pereuntibus deſineret eſſe præſens; ſequeretur arte humana præſentiam ejus in nobis reddi poſſe diuturniorem. Nam utendo pane bis terve cocto & ad digerendum multo difficiliori quam communis eſſe ſoleat, is tardius corrumpetur, & de conſequenti præſentia corporis Chriſti diutius habebitur. Quin, & ſequeretur conducibilius eſſe debilem habere ventriculum quam validum. Nam cum ventriculus debilis lentius concoquat manducatas ſpecies panis quam fortis & calidus, qui ejus infirmitate frigiditateque laborant, tanto glorioſæ præſentiæ Chriſti bono longiori tempore gauderent, quã ſani & benè valentes. At quis abſurditatem non videt?

Sextum: ſi Domini corpus ſumitur per os corporis & in corpus detruditur, nec ibi ſemper remanet, dicendum eſt, illud aut converti in corpus noſtrum vi caloris naturalis, aut abire in receſſum, aut annihilari, aut abire in cœlum, vel aliorſum. Nihil enim præterea excogitari poſſe videtur. At conſequens falſiſſimum eſt: igitur & antecedens. Conſequentia probatur. Nam fatentur ipſi Adverſarij, corpus Chriſti neque converti in corpora noſtra, neque in receſſum abire. Rurſus, in cœlum aut aliorſum abire, ſimiliter dici non poteſt: tum quia per motum ad cœlum ubi jam eſt ſibi propinquius fieret, & ſic ejuſdem ad ſeipſum daretur relatio realis, quod ut abſurdum & falſum philoſophia abhorret; tum quia motus ſemper fit ad terminum qui non habetur niſi potentia, cœlum autem jam

[illegible] [illegible] [illegible] [

DE
SACRAMENTO EUCHARISTIÆ

LIBER SECUNDUS.

POST abſolutam ſcripturæ authoritate, rationiſque pondere, controverſiam Euchariſticam, proximum eſt ut inquiramus quæ fuerit ea de re Veterum ſententia. Quæſtio enim facti ſubſequitur ordine recto quæſtionem juris. In hac autem inquiſitione afferemus & expendemus loca illorum omnia, ſeu directè, ſeu indirectè, hûc pertinentia, & quæ in utramque partem adduci, vel ſolent, vel poſſunt.

Examen ſuppoſititij Teſtimonij Diſcipulorum S. Andreæ.

RIDENTUR Adverſarij a libro paſſionis S. Andreæ, cujus quia ſubleſta poterat videri fides, illam ita Bellarminus ſtatuminare conatur: *Scriptus eſt*, inquit, *ab ejus Diſcipulis qui paſſioni interfuerunt, Ac legitimum eſſe ſatis conſtat, tùm quia nulli, quod ſciam, adhuc in quæſtionem ejus authoritatem vocarunt, tùm quia re vera nihil continet quod novitatem redoleat, tùm quia genus paſſionis S. Andreæ, & illa ejus verba*, Salve Sancta crux, *in tota eccleſia celeberrima, ex hoc libro ſine dubitatione ſumpta ſunt, tùm quia Petrus Damianus in ſermone 2. de S. Andreæ de hac Hiſtoria ſic loquitur*: Non immeritò in ſingularem authoritatis arcem ſuſcepta eſt, quam qui viderunt ſcripſerunt orbi, & miniſtri fuere ſermonis; *tùm denique quia Ioannes a Lovanio in ſua cenſura de paſſionibus Sanctorum quæ habetur in Martyrologio Molani hunc librum omnibus modis legendum cenſet, & idem judicavit vir graviſſimus Aloyſius Lipomanus qui ex probatis Authoribus vitas Sanctorum deſcripſit. Vt omittam quod in breviario Romano nuper recognito ac repurgato ſumm locum habet paſſio S. Andreæ ex hoc libro. In eo igitur libro habentur hæc verba Apoſtoli Andreæ*: Ego omnipotenti Deo agnum immaculatum quotidie ſacrifico. Et infra: qui cum ſit verè ſacrificatus, & verè a populo carnes ejus manducatæ, integer perſeverat & vivus. *In quibus verbis, illud* vere manducatæ *excludit manducationem in ſolo ſigno aut Spiritu. Ac paulò poſt, cum Ægeas miraretur, ac peteret ſibi explicari quomodo poſſet fieri ut Agnus vere manducatus integer & vivus maneret, & S. Andreas recuſaret homini Ethnico myſterium explicare: & ille inſtaret, ac per tormenta cogere vellet Apoſtolum, tandem*

a *Preſins de ſacrific. Vaſquez diſp 179 c. 3 Bellarm l. 2 c. 1. Poſſevin. in apparat. Baronius ad ann. 69. num 34.*

Pseudo-dionysius.

dem Apostolus subjunxit, fieri non posse ullomodò ut sine fide in Christum ad hujus mysterij notitiam perveniret. At certè, si nihil est in Eucharistia nisi panis significans Christum, non erat difficile etiam sine fide intelligere, quomodò Christus in signo manducatus integer perseveret & vivus. Nam si in pane imprimatur imago principis alicujus, certe sine ulla sui læsione comedi poterit Princeps ille in sua imagine: nec ulla difficultas est in hac re intelligenda. Ad hunc locum non ullam vidi responsionem Adversariorum. Verum, si tanti esset locus ille quanti illum faciunt Adversarij, facile esset respondere. Nam ad primam clausulam in qua fingitur Andreas dixisse, *Ego omnipotenti Deo agnum immaculatum quotidie sacrifico*, diceremus, illud *sacrifico* intelligendum esse, non de sacrificio in ipsa rei veritate; sed tùm dè sacrificio in mysterio, id est, in signo, quo sensu Isidorus Hispalensis ait, [a] *quotidiè nobis agnus occiditur & pascha quotidie celebratur*; tùm de interna commemoratione veri ac realis sacrificij in cruce peracti per mentis apprehensionem & intuitum. Sic enim Hesychius: [b] *intelligibilem agnum Domini traditionem immolantes mystice.* Et Gelasiana diatyposis: [c] *intelligamus fide agnum Dei qui tollit peccata mundi esse in hac mensa immolatum absque immolatione*, id est, repræsentative immolatum, & spirituali mentis actione taliter spectatum. Et Augustinus: [d] *semel immolatus est Christus in seipso, & tamen in sacramento, &c, omni die populis immolatur*, per similitudinem videlicet, ut post explicat. Interdum enim contingere ut idquod præteritum est, a spiritu nostro veluti præsens spectetur & apprehendatur, idem Augustinus alibi docet, inquiens: [e] *æstimantes nos præsentem videre Dominum in corpore constitutum, dicamus illi, Domine, si hoc tempore præsentaberis, & quandò regnum Israel?* Quod & in loco objecto indicassent ipsamet verba Apostolo tributa nisi Peresius & Bellarminus (quod hæreticorum proprium esse, jam olim notatum fuit) illa dolosè intertruncassent. Sic enim integre se habent: *Ego omnipotenti Deo agnum immaculatum quotidie in altari crucis sacrifico.* Quæ, nisi sumantur eo quo diximus sensu, nimirum, de operatione mentis Christum in cruce mortuum & immolatum contemplantis, falsissima & absurdissima esse necesse est. Ad secundam, negaremus illud, *vere manducata*, excludere manducationem in Spiritu. Quis enim dicere ausit, manducationem spiritualem non esse verè manducationem, si de actionis realitate quæstio sit? Tu ipsemet, Bellarmine, contrarium innuis. Ais enim: [f] *verè reficitur hoc cibo qui manducat corde.* At quî potest verè refici nisi veram manducationem exerceat? Ad tertiam denique in promptu esset respondere, manducationem illam de qua ibi agitur recte dici sine fide intelligi non posse. Talis enim ratio est manducationis spiritualis carnis Christi quæ sive in Eucharistia, sivè extra Eucharistiam sit. Ea sine fide nec fieri, nec etiam concipi potest. Pseudo-dionysius.

Sed tædet operam ludere in re dubia. Quis enim nos cautos reddet hunc librum cujus versionem tantum habere dicimur, a S. Andreæ Discipulis verè fuisse conscriptum? Nemo certe ante [g] nonum seculum hujusce meminit: imo, nec tam ejus libri, quam verborum objectorum. Ea enim recensentur primum, ut opinor, ab Etherio & Beato, & eo quem diximus sensu abillis sumi videntur. Utrum autem ex libello ab ejus Discipulis conscripto desumpta sint, nec ne, non dicunt. Nos autem haud facile credimus Damiano, Joanni de Lovanio, & Lipomano, vestris hominibus fabularum amantissimis, id affirmantibus. At *nulli, quod sciam*, inquis, *adhuc in quæstionem ejus authoritatem vocarunt.* Docebo ergò te, quod nescis. Whitus vester illam destruit:

> *Sed sit apocryphum*, [a] (inquit) *ut est absque controversia.*
>
> *Quod Divus Andreas locutus ad Patres*
> *Memoratur ante turbidum proconsulem:*
> *Ego, inquit, Ægea, Deo rerum optimo*
> *Omni die sacrifico.*

At *nihil continet*, ais, *quod novitatem redoleat.* Imo, faxo ut agnoscas ex temet ipso. Quis enim Author erroris de processione Spiritus Sancti a solo Patre? Audiat Bellarminus Bellarminum: [b] *primus Author hujus hæresis videtur fuisse Theodoretus.* At hic liber eamdem sententiam B. Andreæ tribuit. Inducit enim illum profitentem se credere *in Spiritum Sanctum a Patre procedentem, & in filio permanentem*: quæ ipsissima verba sunt recentiorum Græcorum. Undè liquet eum novitium esse; nec a Discipulis S. Andreæ profectum. Quin & ibidem narratur S. Andream, cum Ægeas illum è cruce deponi juberet ad petitionem, tùm fratris Stratoclis, tùm plebis universæ, non modò id recusasse, verum amplius Dominum enixe & vehementer orasse nè de cruce vivens in corpore deponi posset: quod fabellam magis redolet, quam Historiam. Suspicor fragmentum esse Actorum Andreæ a veteribus Hæreticis confictorum & interpolatorum, & cum multis additamentis a seculis sequentibus ad modum Epistolarem consarcinatorum.

Examen Testimoniorum Authoris vulgò dicti Dionysij Areopagitæ.

a *In Exod. cap. 17.*

b *In Levit. l. 6.*

c *Part. 3. c. 31.*

d *Epist. 23.*

e *Serm. 6. ex 17. a Parisius. addit.*

f *Lib. 1. de Eucharist. cap. 7.*

g *Etherius contra Elipand. l. 1.*

a *Diacos. Martyr. fol. 3.*

b *De Christo l. 2. c. 21.*

CAPUT I.

Pſeudo-dionyſius.

DIONYSIUM Areopagitam Apoſtolorum tempore vixiſſe conſtat ex Act. cap. 17. 34. Utrum autem libri qui ejus nomine circunferuntur genuini ſint, controvertitur. Nam quamvis illorum Author pro Dionyſio Arcopagita haberi velit, nihilominus ex Adverſarijs ipſis Viri quidam Doctiſſimi id incertum eſſe ajunt, [c] Rhodiginus, [d] Rhenanus, [e] Roſſenſis, [f] Cajetanus: alij ſimpliciter nobiſcum negant, [g] Faventinus, [h] Gaza, [i] Valla, [k] Eraſmus & apud Eraſmum Grocinus, [l] Caſſander, & noviſſime [m] Habertus, ac licet non ex profeſſo, ſatis apertè tamen [n] Sirmondus ac [o] Launæus, & denique [p] Petavius. Reliqui minus in Græcis verſati vehementer affirmant, [q] Baronius, [r] Poſſevinus, [ſ] Perronius, [t] Bellarminus qui tamen [u] vacillat, [x] Delrio, [y] Alloix, & alij nonnulli. Partis negantis argumenta plurima ſunt & ſolidiſſima, quorum aliqua tantum adducemus cætera relinquentes ijs qui veterum ſcriptorum cenſuram ex profeſſo ſuſcipiunt; affirmantis pauca & futiliſſima, ut patebit ex diſcuſſione.

Primò enim, nec Euſebius, nec Hieronymus, nec Sophronius, nec Gennadius qui veterum ſcripta diligentiſſime inquiliverunt, nec ullus eorum qui primis quinque ſeculis vixerunt, mentionem vel tenuiſſimam librorum illorum fecere: quod non modò Anaſtaſius [a] Bibliothecarius obſervat, ſed etiam agnoſcunt [b] Bellarminus & [b] Petavius. Anno demum quingenteſimo ſecundo in collatione Conſtantinopoli habita inter Catholicos & Severianos primò prodierunt, hæreticis hiſce aliquid ex Dionyſio Areopagita objicientibus, verum Catholicis illorum Authoritatem diſerte recuſantibus. Sic enim Hypatius Epiſcopus Epheſinus Catholicorum os in ea collatione: [c] *Illa teſtimonia quæ vos Dionyſij Areopagitæ dictis, unde poteſtis oſtendere vera eſſe, ſicut ſuſpicamini? Si enim ejus erant, non potuiſſent latere* B. *Cyrillum. Quid de* B. *Cyrillo dico? quando & B. Athanaſius, ſi pro certo ſciſſet ejus fuiſſe, ante omnia in Niceno concilio de conſubſtantiali Trinitate eadem teſtimonia protuliſſet? Si autem nullius ex antiquis recordatus eſt ea, unde nunc poteſtis oſtendere quod illius ſint, neſcio.* Ad hoc argumentum quinque priores ex Adverſarijs ſupra nominatis, reſpondere conantur. Accuſant primò Euſebium doli mali, eum videlicet *præterijſſe lucubrationes Dionyſij in gratiam Arrianorum*: Hieronymum excuſant a ſcribendi propoſito quo teſtatur ſe *Euſebium κατὰ πόδας ſequi velle.* Addit Poſſevinus: *non eſſe incredibile ut hominem latitantem in angulo mundi ſcripta Dionyſij latuerint quæ Arriani ubique diſperſi ſupprimebant.* Verum hæc leviſſima ſunt. Nam cum Euſebius recenſeat quamplurima Veterum ſcripta æquè Arrianis infenſa quam libri Dionyſij eſſe queant, cur hæc præteriret in gratiam Arrianorum? Ipſe Alloix Jeſuita hoc effugium improbat: *quod aliqui dicant*, ait, *Euſebium id fraude feciſſe, convitium puto.* De Hieronymi ſilentio quod ajunt, falſiſſimum eſt. Teſtatur enim Hieronymus ſe implere velle [d] hortationem Dextri. Dexter autem illum hortabatur, ut a paſſione Chriſti uſque ad decimum quartum Theodoſij Imperatoris annum, *omnes* qui de ſcripturis Sanctis aliquid prodiderant, breviter exponeret: quod & præſtitit. Nam recenſet ſcripta Hermæ, Juſti Tiberienſis, Agrippæ, & aliorum veteriſſimorum de quibus apud Euſebium nulla mentio. Nec ſemper in angulo mundi latitavit. Varia peragravit loca, ac multas luſtravit bibliothecas, in quarum nulla Dionyſij ſcripta reperta fuiſſe ſilentio ſuo docet. Et mirum eſt illa Arrianis innotuiſſe, (quod temere & ſine teſte a Poſſevino dicitur) Hieronymo autem & omnibus Catholicis incognita prorſus fuiſſe. Alias autem comminiſcitur hujus ſilentij cauſas Jeſuita Alloix: *non libuit*, inquit, *iis quibus noti fuerunt libri Dionyſij nominatim eorum meminiſſe.* Primò, *quia illos (quemadmodum ipſe Author optaverat & poſtulaverat) noluerunt vulgò eſſe notos, ſed tantum penes Pontifices reperiri*: Secundò, *quia ſcriptores antiqui præter ſcripturam ſacram vix ullos citabant nominatim Authores, aut ſi faciebant, id fere neceſſariò & ad revincendos hæreticos.* Sed hæc jocularia ſunt. Nam, neque verum eſt authorem poſtulaſſe nè libri ſui vulgo noti eſſent, (ipſe enim Alloix obſervat, illum hoc voluiſſe, *ne Timotheus cum Gentilibus & alijs nullo adhuc modo imbutis fidei noſtræ altiſſima myſteria communicaret, ſed cum ſolis Chriſtianis, & quidem illuſtratis, hoc eſt, baptizatis*) multo minus adhuc illum optaſſe nè ullus etiam Pontificum ſcriptorum ſuorum mentionem faceret, aut eorum catalogum contexeret; quod unicum Alloix effugio ſubſervire poſſet: Nec rurſus verum eſt, ſcriptores antiquos præter ſacram ſcripturam vix ullos citare nominatim Authores, aut ſi faciunt, id ferè neceſſariò & ad revincendos hæreticos. Nam, ut omittam id falſiſſimè dici de Euſebio, Hieronymo, Sophronio & Gennadio, qui ſcriptorum veterum catalogos ex profeſſo conſtruunt, & ex ijs multa referunt etiam ubi nulla neceſſitas vrget, de reliquis etiam ſimiliter falſum eſſe contendo. Frequenter enim admodum priorum ſcripta a poſterioribus citari ex-

Pſeudo-dionyſius.

c *antiq. lect. l. 2. c. 3.*
d *In Tertull. de coron. milit. & de cultu fœmin.*
e *Contr. Vetranum de Cœlib. 4.*
f *In Act. 17.*
g *Apud Iacob. Picamm. reſponſ. ad object. 3.*
Ant. Faventini.
h *Præf. probl. Alexandri.*
i *In Act. 17.*
k *Schol. in Hieron de Scriptor. & præf. in 1. Cor. & declarat. ad cenſur. Theolog. Pariſienſ. titul. 31.*
l *Præf. lib. de baptiſm. infant. & epiſt. 47.*
m *Ad ritum ordinat. ex lib. de Hierarch. Eccleſ. obſer. 1.*
n *De duob. Dionyſ. c. 8.*
o *Diſcuſſ diſcuſſ. c. 16.*
p *In indice tom. 3. dogmat. Eccleſiaſtic.*
q *Ad ann. 109.*
r *In apparat.*
ſ *De Euch. l. 2. Anth 12.*
t *De Euch. l. 2. c. 3. & alibi.*
u *De conſirm. l. 2. c. 7.*
x *In Dionyſ.*
y *Ibid. 7. In epiſt. ad Carol. Calvum.*

a *De ſcriptorib. Eccleſ.* b *De Angel. l. 2. c. 1. n. 12.* c *Concil. tom. 8 Ephræm quoque Antiochen. paulo poſt eorum meminit apud Phot. cod. 229.*

d *Præf. I. de ſcript Eccleſ.*

Pseudo-dionysius.

tari extrà absolutam necessitatis causam, & utilitatis ædificationisque solummodo gratia, ostendunt Epistolæ Clementis ad Corinthios, Barnabæ, Polycarpi, & multa ejusmodi a sequentibus scriptoribus commemorata & sæpissimè adducta: ut mirum sit Alloix contrarium ausum esse affirmare. Quamquam, & palam est ipsummet vix sentire quod asserit: quandoquidem ait, *id fere necessariò faciunt*. Omnes enim, puto, vident, quid portendat illud *fere*. Verum respondent secundo supranominati Adversarij, etsi Eusebium & Hieronymum Dionysij scripta latuerint, non omnes alios latuisse. Refert enim Perronius ex [a] Maximo Dionysij commentatore, *S. Dionysium Alexandrinum qui florebat*, inquit Cardinalis, *ante annos mille trecentos & quinquaginta, Areopagitam Dionysium illustrasse commentarijs, quæ hodie extant in bibliotheca nobilis cujusdam Veneti Lollino dicti*. At Baronius, licet narrationem Perronij probare videatur, cunctabundus tamen præfatur: *Athanasio notus tantum fuisse videtur liber qui tractationem continet de cœlesti hierarchia, quod est verum, si verum est quod scribit Maximus*. Addo egò, Maximum deceptum fuisse similitudine nominis, quod & [b] Turrianus notat. Cum enim vidisset commentarios Dionysij Alexandrini in Areopagitam, illos esse existimavit Veteris illius Episcopi qui sub Gallieno obijt. At e libri titulo sibi de fraude cavere poterat. Ait enim hunc Dionysium ibi *Rhetorem* dictum fuisse, ut & illum vocant [c] Anastasius Sinaita, & Nicetas [d] Choniates: quo titulo nunquam Vetustiores Patres Dionysium Alexandrinum Episcopum indigetarunt. Ut præteream, Eusebium, Athanasium, Hieronymum, & alios ipsius opera recensentes nusquam meminisse commentariorum in Areopagitam. Pergit Baronius & ait, *librum de cœlesti hierarchia ab Athanasio citari q. 8, ad Antiochum*. At larvatum hunc Athanasium & ψευδεπίγραφον rejiciunt [e] Sixtus Senensis, [f] Delrio, [g] Bellarminus & [h] Possevinus, & quidem jure merito cum in illo mentio fiat multorum Authorum vero Athanasio longe posteriorum. Et jam supra audivimus Hypatium Ephesinum diserte negantem opera Dionysij Areopagitæ Athanasio fuisse cognita. Subdit Perronius: *Gregorium Nazianzenum, postquam disseruisset in oratione secunda de paschate de triplici Seraphinorum acclamatione, adjungere*, quemadmodum alius quidam ante nos pulcherrimè & sublimissimè philosophatus est, *hoc est, si Budæo credimus, Dionysius Areopagita*. Verum, nec Budæus, quod sciam, Areopagitam nominat, tantummodo notans, Nazianzenum videri loqui *de hoc magno Authore Dionysio quicunque* ille sit; &, si nominaret, esset tantum ipsius conjectura. Commentator Nazianzeni Nicetas existimat eum subintelligere Athanasium: & quidem verisimilius. Nam Athanasius de ea re tractat, tum in dissertatione *de humana natura suscepta*, tum præcipuè in oratione super hæc verba Domini, *omnia mihi a Patre tradita sunt*, ubi de Seraphinorum acclamatione egregiè philosophatur: quod & agnoscit supramemoratus Alloix. Et quantus fuerit illius admirator Nazianzenus, patet ex oratione ejus funebri in Athanasium. Rursum objicit Perronius, & ex Perronio ad relationem Spondani Baronius, *Chrysostomum in celebri ac ultima oratione Constantinopoli habita antequam in exilium pelleretur, quam Græci Cygneam vocem nuncupant, Dionysium Areopagitam πτηνὸν ἀεροβάτην*, volucrem cœli, *appellare, ut observat Anastasius Bibliothecarius in Epistola ad Carolum Calvum*. Et addit, *se authenticum exemplar Græcum orationis hujus Venetijs vidisse in bibliotheca Nobilis supra nominati*. Verum, aut linguæ Græcæ inscitia, aut lectionis incuria, aut in legendo incogitantia, tum Anastasium, tum etiam Perronium fefellit. Nam si Græca attentè legissent, facile deprehendissent, quod [i] Fronto Ducæus rectè observavit, homiliam illam Chrysostomi esse non posse. Quippè præter maximam diversitatem, paulò ante locum hujus orationis (quæ jam Græcè edita est inter Chrysostomi opera) ab ipsis notatum, post enumeratos vetustiorum hæreticorum obitus, tandem, *ubi*, inquit, *est Nestorius, καὶ οἱ ναθιξῆς αἱρεσιάρχαι, & qui post fuerunt Hæresiarchæ, &c? Nonne omnes perierunt?* Sed mirum fortasse non est, Perronium cui solemne est solas Græcorũ Authorũ versiones legere, id in versione Latina hujus homiliæ non deprehendisse. Vossius enim qui illã è codicibus Vaticanis Latinitate donavit & Romę primò edidit, eã Chrysostomo adscribere volens, in locũ Nestorij (nè suo se sorex proderet indicio) dolo malo subsstituit Eunomiũ. Conatur quidem Alloix illum excusare, inquiens, Vossium melius & integrius exemplar Græcum nactum fuisse, quam sit illud quod Fronto dedit, & legendum, πρῶ ὁ Εὐνόμιος. Verum quis hoc illi dabit? Vtinam Romanos codices videre liceret. Nec juvant illum quatuor ratiunculę quas affert, ut probet hanc orationem esse Chrysostomi. Non prima, ducta *a zelo Authoris pro sacris libris*. Potuit enim alius quis a Chrysostomo eumdem zelum habere. Non secunda, ex eo petita quod Author proferens veterum Episcoporum nomina, *primo loco* vrbis Antiochiæ secundum Apostolum Petrum antistites *induxerit Euodium & Ignatium*. Potuit enim aliquis alius Orientalium eumdem ordinem sequi. Non tertia, ex eo ducta quod Author orationis, si non esset

Pseudo-dionysius.

a *In cap. 5. de cœlesti hierarch.*

b *De scriptis Dionysij Alexandr. ad fin. tom. 1. græcolat. biblios. Patr.*

c ὁδηγῶ c. 22.

d *Thesaur. l. 3. c. 15.*

e *In biblioth. & Disquisit. Mag. l. 2. q. 26. §. 6.*

f *De scriptorib. &c.*

g *In Apparat.*

h *In Apparat.*

i *Not. in tom. 6. Chrys.*

Pseudo-dionysius.

Chrysostomus; *non minus Chrysostomi meminisse quam Basilij & duorum Gregoriorum, cum non minus celebris fuerit.* Pari enim ratione dicerem, illum mentionem facere debuisse Gregorij Thaumaturgi, Dionysij Alexandrini, Irenæi, Epiphanij, & multorum aliorum qui non minus celebres fuerunt quam Basilius & duo Gregorij. Verum paucos nominatim recensuisse contentus, ut ipse testatur, cæteros generatim complectitur, inquiens: *ubi beatus Chorus Episcoporum & Doctorum qui tanquam luminaria in mundo resplenduerunt?* Et fortè pluris faciebat eos quos recenset, quam reliquos quos omittit: Ac notum est, multos Chrysostomo fuisse infensos. Non quarta denique, ex eo ducta *quod nullius hæresiarchæ mentionem faciat qui post Chrysostomum vixerit.* Id enim negatur, cum non modò Nestorium, ut diximus, Chrysostomo posteriorem nominet, sed & meminerit aliorũ hæresiarcharum qui post illum vixerunt: ϖᾶ οἱ καθ'ἡξῆς αἱρεσιάρχαι; adeo ut quamvis Eunomius Nestorij loco poneretur, Author nihilominus satis evidenter innuat se hæresiarchas Eunomio aliquanto saltem posteriores, ac de consequenti etiam Chrysostomo recentiores subintelligere. Eumdem cum Vossio fucum conatur facere, aut ex inadvertentia vel insciti facit Andreas Schottus in sua bibliothecæ Photij versione. Nam vbi, [a] Photius recensens epistolam quamdam Synodicam Sophronij Hierosolymitani, in qua mentio sit scriptorũ Dionysij Areopagitæ, ait illam missam fuisse Romam Honorio τῷ τῶν τῆς ἑσπέρας, id est, Honorio Episcopo Romano; Schottus vertit, *Imperatori Romano*, & eumdem errorem bis peccat, ansam lectoribus minus cautis dans existimandi, scripta hæc innotuisse ad finem quarti vel initium quinti seculi quibus imperabat Honorius: cum tamen hæc Sophronij Epistola missa fuerit ducentis & amplius annis post defunctum Honorium. Instat adhuc Baronius, [b] Liberatum testari Cyrillum Alexandrinum scripsisse libros adversus Diodorum & Theodorum, *in quibus continentur antiquorum Patrum incorrupta testimonia, id est, Felicis Papæ Romani, Dionysij Areopagitæ Corinthiorum Episcopi, & Gregorij mirabilis θαυματουργοῦ cognominati.* At, præterquam quod Binnius ad marginem notat locum esse corruptum, & *expungendum esse* vel *Areopagitæ*, vel *Corinthiorum*; Liberatus id tantum videtur referre ut illico destruat. Addit enim: *contra hos libros* (Cyrillo scilicet ab Acephalis tributos) *Catholici veritatis defensores sic Acephalis responderunt, illos libros non esse Cyrilli*, &c. Pergit idem Baronius: *Est & apud* [n] *Origenem sermo in quo Dionysius citatur.* Sed ibidem sibi ipsi respondet. Fatetur enim sermonem hunc non esse Origenis cum in eo mentio fiat Arrianorum: *antiqui tamen Authoris est*, inquit. Verum, quæ illius sit antiquitas, incertum est. Postremo, Bibliothecarius quidam Aulicus in virulento ac tenebricoso libellulo quem ad finem novæ editionis operum Pseudodionysij & ejus commentatorum sub magnifico titulo apponi curavit, *pro coronide disceptationis* objicit, *Iuvenalem Hierosolymitanum Episcopum opera Dionysij proferre in scriptis ad Marcianum Imperatorem & Pulcheriam Imperatricem datis, Nicephoro teste, apud quem scripta illa Iuvenalis exstabant, ut lib. 15. c. 14. & lib. 2. 23. testatum reperitur.* At inde liquido patet hunc antiquitatis promumcondum Nicephorum quem citat non legisse. Primò enim de scriptis Juvenalis Hierosolymitani ad Marcianum & Pulcheriam datis, apud Nicephorum nihil habetur. Figmentum est hominis, aut hallucinatio eorum qui hoc illi suggesserunt. Refert modò Nicephorus Juvenalem circa concilij Chalcedonensis tempus a Pulcheria accersitum & ab ea de B. Virginis transitu inquisitum narravisse quid de illa accepisset, sivè ex antiqua traditione, sive ex scriptis Dionysij Areopagitæ. Secundo, neutro horum locorum citatorum testatur Nicephorus se ulla Juvenalis scripta vidisse. Tantum enim ait libro secundo, *multos B. Virginis translationem diserte predicare, ac omnium precipuè Iuvenalem id ex antiqua traditione asseverare*: immediatè subjungens epitomen narrationis quam integram refert lib. 15. c. 14. Verum autem viderit Juvenalis scripta aliqua, an ea de Juvenale ex aliorum relatione acceperit, tacet. Tertio, qualis Author Nicephorus ut ejus affirmatio prævaleat Hypatij & tot aliorum Episcoporum supramemoratæ negationi? Græculus recentissimus qui vixit post annum Domini 1300. & fabulosissimus, quo nomine multoties Baronio vapulat, quique in hac narratione quam Juvenali affingit, aut illius esse nullo iudicio putavit, egregiè fabulatur. Tota enim propè consarcinata est ex apocrypho & mendacissimo libro *de transitu Virginis* Gelasij censura notato, & pseudodionysij figmentis, ac Juvenali Hierosolymitano seu per impostura seu per insciti tributa. Quam & altero figmento coronat subjungens, Juvenalem ad preces Marciani & Pulcheriæ monumentum B. Virginis Constantinopolim misisse, atque ab illis in templo Blachernarum juxta sacram mensam fuisse collocatũ. Nam id falsum esse docet, non modò silentium omnium illius temporis historicorum quires gestas a Marciano & Pulcheria conscripserunt, sed etiã Baronius, inquiens: [c] *qui nostris temporibus illùc* (Hierosolymam, scilicet) *peregrinati sunt, testantur sepulcrum Dei Genitricis in petra excisum esse & instar*

[a] Cod. 231.

[b] Breviar. cap. 10.

[n] In diverf. ferm. 2.

[c] Ad ann. 48. n. 19.

d by Google

Pseudo-dionysius.

instar sepulcri Dominici nativi lapidis cohærentia loco immobiliter inhærere. Meminis & Beda de locis Sanctis illud suis temporibus va cum cerni in dicto loco: Vnde & miramur quomodo illud Constantinopolim dicatur fuisse translatum. Æquè sanè verum narrationem supra memoratam Juvenalis esse, ac verum est sepulcrum Virginis ab illo Constantinopolim missum. En præclaram pro Dionysij scriptis probationum coronidem. Itaquè, ut conclusionem argumenti nostri resumamus, nullo-un modò dici potest libros qui circunferuntur sub Dionysij nomine, vere ejus esse post adeò diuturnum & vniversale seculorum quinque de illis silentium. De sequentibus nihil dicò. Cum enim scripti videantur post concilium Chalcedonense, ut ego quidem conjicio ex promiscua usurpatione harũ vocum ἀτρέπτως, ἀσυγχύτως, ἀχωρίστως, quibus vtitur hæc Synodus de naturarum unione in Christo loquens, id est exeunte seculo quinto vel sexto ineunte, nil mirum si deinceps innotescere cœperint, & abusive citari sub Dionysij nomine quod præferebant. Scio Baronium, Perronium, Schottum, Alloix & alios gloriari ex eo quod Photius referat, d *Theodorum quemdam Presbyterum commentarium scripsisse in quo solverentur objectiones negantium ea opera esse Dionysij Areopagitæ.* Sed levis est gloriatio. Neque enim Photius simpliciter dicit Theodorum illum solvisse eas objectiones. Longe debilius loquitur: *Has difficultates*, inquit, *solvere adlaborans, confirmat quantum in ipso est genuinum esse magni Dionysij partum.* Quæ verba potius portendunt conatum quam prosperum eventum. Regerit quidem Alloix conatum hunc Photio satisfecisse, quoniam e alibi librorum Dionysij mentionem facit honorificam sub ejus nomine. Verum id minime sequitur. Potuit enim Photius, usu prævalente ut hi libri sub Dionysij nomine producerentur, ibi populariter loqui, quemadmodum f Fronto Ducæus notat homilias varias sub nomine Chrysostomi etiam in conciliis laudari, nec adeò exacte an vere illius sint inquiri.

Secundò horum librorum Author citat, non modò g Apocalypsin seu revelationem quæ facta est S. Joanni cum esset exul in insula Patmo h *ad finem Domitiani imperij*, hoc est, anno ejus decimo quinto qui est Christi nonagesimus sextus, sed etiam i sententiam ex Epistola Ignatij ad Romanos scripta (ut quidem k Veteres putarunt) circa annum Traiani undecimum qui est Christi centesimus octavus. At Dionysius Areopagita obiit sub Domitiano. Quo anno nescitur: sed demus ultimo. Qui ergò citare potuit, aut tam citò Apocalypsin, aut tam serò epistolam Ignatij? Nec obstat quod respondet Baronius, *Dionysium non objisse sub Domitiano, sed longe post, quod colligere est ex epistola ejus decima, videlicet, vel ad finem imperij Traiani, ut habet Michael Syngellus, vel potius sub Adriano, ut docent Martyrologia Bedæ & Adonis.* Nam fides ejus epistolæ non minus suspecta est, quam reliquorum librorum. In Martyrologio autem Bedæ quid Bedæ sit vix sciri potest. Testatur enim a Ado Florum illud auxisse: addo ego, non tantum continuando, sed etiam sua interponendo, ut patet inter cætera ex eo quod ad 4. Junij mentionem facit martyrij Bonifacij Archiepiscopi Mogũtini, quem Historiæ obijsse testantur anno septingentesimo quinquagesimo quarto: quod a Beda, qui vivere desijt b anno septingentesimo trigesimo quinto, scribi non potuit. Utrùm igitur Bedæ, an Flori sit quod de Dionysio ibi narratur, dubium est: ac multò probabilius est Flori esse Adonis coætanei, & utrumque Dionysij vitam protendisse ad Adriani tempora, quo nodum hunc quem constringebat Ignatij citati aliter insolubilem dissecarent. Nam Usuardus Floro & Adone antiquior, quique verba ipsa Bedæ, sicut & Ado, descripsit, de Adriano prorsus tacet: sicut & antiqua Galliæ Martyrologia. Ex Græcis autem, Methodius Constantinopolitanus, & d Simeon Metaphrastes, quem e Baronius dicit *ex antiquioribus memoriis* Dionysij vitam descripsisse, & ex latinis f Hilduinus, g Hincmarus & h Ratbertus Corbejensis illum sub Domitiano passum esse ajunt. De quo si plura volet lector, consulat eruditas disputationes Sirmondi & Launæi. Verùm, quamvis daremus Baronio Dionysium sub Adriano esse passum, id illi nihil proficeret. Nam Epistolas quæ Ignatio tribuuntur, non ipsius esse, sed sat longè post ejus mortem conflictas & publicatas, Deo dante, post docebimus. Jam autem audiamus Alloix ad hoc argumentum aliter respondentem. Ait enim, verba Ignatij supra citata in illo Dionysij loco nequaquam a Dionysio ipso scripta esse, sed ab aliquo insciente & rerum ignaro impudenter & inepte in ipsum Dionysium intrusa: ac se id adeo evidenter probaturum esse pollicetur, ut nullus deinceps (æquus modò sit judex) dubitare possit. Præivit illi Maximus commentator, sed dubitanter: *forte*, inquit. Alloix verò confidenter prorsus, *intrusa sunt hæc verba.* Ut id autem probet quinque affert argumenta: sed profecto adhodum diluta, ut patebit ex examine. Primum est, Dionysij orationem non modò *bene cohærere sine illis Ignatij verbis, sed & multo melius quam cum illis.* Sed licet benè cohæreat sine illis, non ideò tamen sequitur illa fuisse intrusa. Quis enim nescit orationem in qua multa loca scripturæ aut exempla proferuntur, æquè

Pseudo-dionysius.

a *In prolog. Martyr.*

b *Vid. Malmesburiens.*

c *Apud Surium ad 9 Octob.*

d *In vita Dionys.*

e *Ann. 109. n. 45.*

f *In passion. Dionys.*

g *Apud Surium ubi supr.*

h *In vita S. Ruffin. & Valerij.*

d *Bibliothec. 1.*

e *Ibid. col. 211.*

f *Ad tom 6. Chrysost.*

g *De Eccles. hist. cap. 3.*

h *Irenæus l. 5 ad fin.*

i *De divin. nomin. c. 4.*

k *Hieron. de scriptor.*

Pseudo-dionysius.

æquè semper cohærere, quamvis unum aut alterum illorum auferatur? *Multo autem melius cohærere*, quomodò probat? *Quia cum Author*, inquit, *intendat ostendere primo & præcipuè ex scripturis nomen ἔρως seu amoris locum habere in rebus divinis, ac in hanc rem duo adducat scripturæ loca, credibile non est illum inter duo testimonia divina ponere voluisse humanum testimonium ex Ignatio decerptum. Nam prudens & alicujus ingenij & judicij scriptor volens aliquid probare è scripturis & è Patribus, nunquam sic sua disponet argumenta, ut primum è scriptura proferat, secundum ex aliquo S. Patrum, tertium rursus ex scriptura, &c: sed omnes scripturas simul & primo congeret, deinde S. Patrum aliorumve scriptorum authoritates adducet.* Hæc ille summatim: verbosam enim ejus argumentationem contraxi. Sed rem falsissimam supponit: videlicet, Authorem hunc inter duo scripturæ testimonia Ignatij testimonium ponere. Unicum enim nominatim adducit scripturæ locum, nempe ex Proverb. cap. 4. ad alia quæ de amore divino tractant generatim lectores amandans, ea scilicet ratione de qua prius monuerat, attendendo, non ad vocem aut sonum verborum, sed ad illorum vim. Ac demum affert humana duo testimonia, Ignatij & Authoris libri qui vulgò Sapientia Salomonis appellatur, & a nonnullis veterum Philonis esse existimatus est, ut testantur i Hieronymus & alij, eaque fortè de causa Ignatio ab ipso postpositus. Quod patet primò, quia authorem hujus libri sub eodem quo Ignatium nomine citat, hoc est, *Hierologi* seu tractatoris sacrorum, eorum scripta sub ἱερολογίας epitheto a scripturis quibus in periodo immediate præcedenti θεολογίαν tribuit, discriminans. Secundò, quia de illo sic loquitur: *& in præintroductionibus scripturarum repertes quendam dicentem de divina sapientia, amator factus sum pulchritudinis ejus.* Cur enim librum hunc præintroductionem scripturarum appellat? Rationem nos docebit Athanasius. Nam post enumeratos canonicos veteris testamenti libros, addit: k *Majoris diligentiæ causa addo & necessario scribo, præter eos libros alios esse, non canonicos quidem, sed a Patribus ad legendum propositos iis qui de novo adveniunt & sermone pietatis imbui volunt*, (hoc est, Catechumenis) *sapientia Salomonis, sapientia Syrach*, &c. Atque hunc ipsum Pseudo-Dionysij locum ita intellexerunt ex ipsis Pontificijs paraphrastæ aut commentatores illius, Abbas Vercellensis, Dionysius Carthusianus, Marsilius Ficinus, & Thomas Aquinas. Verba Thomæ juvat describere: *Philo*, inquit, *dicit in libro quem fecit introducentem ad sacra eloquia de divina sapientia, amator factus sum pulchritudinis ejus Sapient. 8. Ex quo patet quod liber Sapientiæ nondum habebatur inter canonicas scripturas*; Jesuitæ argumentum primum & quicquid in illo habet nota prima & secunda prorsus annihilans. Secundum illius argumentum est, hunc Authorem, si Ignatij testimonium usurpare voluisset non illud propositurum fuisse testimonio Hierothei quem pluris omnibus secundum Apostolos faciebat, aut saltem positurum post illa verba, *quid autem uno verbo sibi volunt Theologi* (videl. Apostoli & alij Authores sacri) *qui Deum modò amorem & Charitatem appellant, modò amabilem & dilectam?* Sed pluma levior est objectio. Affert enim Ignatij locum quo ostendat nomen amoris in bonam partem sumi ideoque non debuit illum post verba notata collocare, ubi manifeste aliud intendebat: eademque de causa Hierothei testimonium longè post posuit, quia in illo describitur quid sit amor & ejus natura, de quo non agebat cum Ignatium citaret. Tertium argumentum est, *Ignatij verba nullomodò ad id probandum quod Dionysius intendebat fuisse accommodata.* Qua verò de causa? *quia intendebat*, inquit, *ostendere nomen ἔρως a sacris scriptoribus in bonam partem accipi pro Charitate seu dilectione spirituali. At vero in epistola Ignatij nequaquam sic accipitur, sed pro concupiscentia & amore terrestri quem dicit in se esse crucifixum*, &c. *Quod ex integra patebit Ignatij sententia quæ sic se habet*: amor meus crucifixus est, nec est in me ignis ullius rei terrestris amans, sed aqua viva interius in me saliens mihi dicit, huc ad Patrem. *Ubi secundum membrum explicatio est prioris, ita ut idem diversis verbis bis dicatur, semel per affirmationem, semel per negationem.* At nomen *amoris* in Ignatij verbis pro amore divino & spirituali sumi posse, docent ex ipsis Adversarijs a Mæstreus, & consodalis Alloix b Lanselius: ac de consequenti ab Authore in hunc sensum adduci potuit. Imò, non modò Thomas Aquinas, sed & ab antiquo Origenes paulò post citandus locum hunc de Christo intellexerunt: ut mirum videri non debeat Pseudo-Dionysium illum quoque sic accepisse. Nec obstat quod contra objicit Alloix. Nam in citatis integris Ignatij verbis posterior clausula non est prioris explicativa, ut male supponit, sed tantum ex priore illativa. Cum enim in priori dixisset, amorem suum, nempè Christum, fuisse crucifixum, adjungit tanquam consequens ex hac hypothesi, in se non amplius esse rerum terrenarum ardorem. Nam id utique esse debere Christi crucis consectarium, diserte docet scriptura Rom. 6. 6. Galat 2. 19. & 5. 19. &. 6. 14. & 1. Petr. 4. 1. & 2. Ipse quoque Ignatius in eadem epistola idem, aliis licet verbis, innuit cum ait: *nunc incipio Christi* (sc. crucifixi) *esse Discipulus, cum eorum*

i *Præf. in libr. Salomon. vid & Basil. ep. 406. & Isidor. Orig. l. 6. c. 2.*

k *Epist. 39. & in Synopsi.*

a *In Ignat.*
b *In vers. Dionys. ad marg.*

Digitized by Google

Pſeudo-dionyſius.

zorum quæ videntur nihil emulor. Quartum argumentum tale eſt: *Ignatij ſententia ſimilis eſt illi ſententiæ Pauli ad Galat. 6. 14.* ἐμοὶ κόσμος ἐσταύρωται, mihi mundus crucifixus eſt, *id eſt, nihil mihi cum mundo. Ad illam igitur videtur reſpexiſſe Ignatius, & pro* κόσμος *poſuiſſe* ἔρως, *alio quidem verbo, ſed eodem ſenſu.* At falſum eſt has ſententias inter ſe eſſe ſimiles. Neque enim Ignatius ait, ἐμοὶ ἔρως ἐσταύρωται, ut Paulus ἐμοὶ κόσμος ἐσταύρωται; ſic enim ſimiles forent, ſed ὁ ἐμὸς ἔρως ἐσταύρωται, quod longe aliud ſonat, & multo propius accedit ad alteram Pauli ſententiam τὸ πάθημά μου ἐκεῖνο, de Chriſto pariter id intelligens. Quintum denique argumentum eſt: *Si S. Dionyſius legiſſet epiſtolam B. Ignatij ad Romanos & laudare ejus teſtimonium voluiſſet, feciſſet procul dubio quod in Hierotheo fecit atque integrum Ignatij locum laudaſſet, non verò eam partem omiſiſſet quæ pro ipſo maxime faciebat, & ubi verbum* ἐρῶ *ſive controverſia in bonam partem capitur atque ad Deum refertur. Nam totus locus ſic habet:* ζῶν γὰρ γράφω ὑμῖν ἐρῶν τῷ διὰ θελήσαι ἀποθανεῖν. ὁ ἐμὸς ἔρως ἐσταύρωται, &c. Sed frivola eſt illatio. Nam Origenes in eumdem cum Pſeudo-Dionyſio finem Ignatij teſtimonium uſurpaturus, ſola verba ab illo allata producere contentus fuit: *memini*, inquit, *Sanctorum aliquem Ignatium nomine dixiſſe de Chriſto, meum autem amor crucifixus eſt.* At ſi Origeni ſufficerint hæc ſola verba, quare non & Pſeudo-Dionyſio? Ratio autem cur hic & ille præcedentem periodum, in qua verbum ἐρῶ ad Deum refertur, omiſerint, in promptu eſt: nempè, quia potiſſimum agebatur de nomine amoris quod in hac ſententiola reperientes, altera ſibi non opus eſſe judicaverunt. Atque hæc ſunt argumenta quibus Alloix dejerabat ſe adeo clare probaturum hæc Ignatij verba apud Dionyſium fuiſſe intruſa, ut nullus dubitare deinceps poſſet. Æqui lectores judicent, an propoſitum ſit aſſecutus. Operæpretium autem eſt Origenis occaſione rem, ut ego quidem reor, conſideratione digniſſimam hîc proponere. Ea autem eſt, tantam eſſe convenientiam inter ea quæ hic Author & [d] Origenes de amore philoſophantur, ut penè neceſsè ſit confiteri, aut illum ab Origene eſſe mutuatum, aut abillo Origenem. Nam uterque notat apud ſacræ ſcripturæ Authores, amorem & Charitatem ſeu dilectionem cum ad Deum referuntur, ejuſdem eſſe virtutis & ſignificationis, ac perinde eſſe ſi quis hoc aut illo vocabulo utatur. Uterque obſervat, illos tamen cavere volentes, ne lapſus aliquis legentibus ob amoris nomen naſceretur, honeſtiori dilectionis vocabulo potius uſos eſſe. Uterque obſervat, illos nihilominus interdum amoris nomen uſurpaſſe, non quidem ſi vocem ſpectes, ſed ſi rem, nempè, verbum amandi unde amor derivatur. Uterque ad probationem unicum affert ſcripturæ locum ex 4. Proverb. Poſtremò uterque notat præter ſacræ ſcripturæ Authores, alios etiam divinorum tractatores amorem ſimiliter in bonam partem ſumpſiſſe, ac in hanc rem adducunt, tum Authorem libri Sapientiæ quem Dionyſius citat ſub nomine præintroductionis ad ſcripturas, & Origenes ſub titulo libelli qui dicitur, Sapientia Salomonis, quemq; in eodem libro Salomoni adimit, & [e] alibi extra canonem ponit, tum Ignatij locum ex Epiſtola ad Romanos. At verſimile nullomodo eſt Origenem ab illo eſſe mutuatum, idque tribus de cauſis. Prima eſt, quia Origenis diſceptatio de amoris nomine multo fuſior eſt, authoris hujus contractior, ut quædam illius epitome videri queat. Secunda, quia non ſolet Origenes a prædeceſſorum ſcriptis aliquid in ſua transferre, niſi illorum mentionem diſertè faciendo, ut videre eſt in illius operibus: nec unquam plagij a quoquam fuit inſimulatus, cum eſſet adeò feracis ingenij ut alijs potius Author quam cujuſcunque imitator, aut tranſcriptor foret. Tertia, quia æquè nominaſſet Dionyſium, ac Ignatium, multoque illuſtrior fuiſſet ejus probatio a duorum tantorum virorum teſtimoniis ducta. Atqui illum non nominat, ſed Ignatium ſolum. Conjectura ergò vehementiſſima eſt Authorem hunc ab Origene potius eſſe mutuatum, & de conſequenti vere eſſe ὑποβολιμαῖον.

Tertiò, larvatus hic Dionyſius librum ſuum de divinis nominibus in quo citat ſententiam ex Epiſtola Ignatij ad Romanos, Timotheo viventi dicat. At verò quandò Ignatius hanc Epiſtolam & alias ſcripſiſſe dicitur, jamdudum obierat Timotheus. Teſtatur enim [f] Metaphraſtes illum obijſſe ſub Domitiano: Martyrium ſimiliter Timothei apud [g] Photium. Et quamvis de tempore mortis non aſſentiatur Baronius, fatetur tamen *certum eſſe Timotheum ante Ignatium martyrio fuiſſe coronatum.* Neque enim id negari poteſt cum teſtetur Ignatius in ſuis ad Antiochenos, ad Heronem, & ad Epheſios Epiſtolis, Oneſimum Timothei ſucceſſorem, Epheſinum jam fuiſſe Epiſcopum cum illas ſcriberet. Quid ad hæc Baronius? *Ea verba Ignatij poſtea eſſe addita ab Authore cum recenſeret opera ſua poſt Timothei obitum.* Verum, quo teſte? Et quis unquam poterit falſi ſuppoſititium ſcriptum convincere, ſi liceat uti ejuſmodi ſubterfugijs? Subjungit ſummatim: *nihil compellere ut exiſtimemus Authorem ea ſcripſiſſe ad Timotheum Pauli Diſcipulum, Epiſcopum Epheſiorum: titulum quidem libri* habere

[a] 1. Cor. 5. 7.

[d] Prolog. in Cantica

[e] Apud Euſeb. Hiſt. l. 6. c. 25. & Græc. Chriſtophorſ. & Ioan.

[f] Ad 12. Ianuar.

[g] Cod. 254.

Pſeudo-dionyſius.

h *Exord. l. de Eccleſiaſt. Hier. & ad finem.*

habere, ſed eum eſſe librariorum: Authorem ipſum videri Timotheum quemdam juniorem deſignare, cum illum alicubi appellat [b] filium *contra morem inter Epiſcopos uſitatum: denique tunc temporis vixiſſe quemdam Timotheum Pudentis Romani Senatoris filium, eumdemque Pauli & Petri Diſcipulum de quo mentio in actis SS. Pudentianæ & Praxedis, nec non in Martyrologio Romano ad 20. Junij.* Sed hæc mera nugamenta ſunt. Nam quis illi dabit inſcriptionem operis librariorum eſſe? Profectò, non tantum Suidas, ſed quicunque ſivè antè ſive poſt illum hujus authoris lucubrationes recenſuere, [a] Maximus, Pachymeres, [b] Nicephorus, illas Timotheo Epheſino dicatas fuiſſe, nemine diſsentiente ſcribunt. Nec obſtat quod illum alicubi *filium* appellat. Nam id potuit ex compoſito quia forſan exiſtimabat Dionyſium ætate fuiſſe provectiorem Timotheo. Timotheum tamen Epheſinum intellexiſſe, non autem alium aliquem nobiſcum contra Baronium tuetur Alloix, & verè. Idque patet tum ex eo quod Timotheum alloquens, illum dicit, *cum ſe & Hierotheo communem præceptorem Paulum* habuiſſe: quod de Timotheo Epheſino evidenter intelligitur, tum ex eo quod illi ſupplicat, [d] *ſi quæ dixit non recta aut imperfecta, aut a veritate ex toto vel parte aliena, non ſponte errantem corrigere, ſcientiamque tradere roganti ut doceatur, & non ſatis roboris habenti ſubvenire, curareque agrotare nolentem*; non autem credibile ſit alij a Timotheo Epheſino tantum detuliſſe; tum deniq; ex eo narrat Timotheum illum, [e] *ſecum & cum Hierotheo & alijs fratribus, & Iacobo & Petro, convenisſe ad videndum corpus quod authorem vitæ Deumque recepiſſet*; id eſt, B. virginem mortuam. Cui enim id convenire poſſit quam magno illi Timotheo indivulſo Apoſtolorum comiti? Nam de Timotheo Pudentis filio hoc dici non poteſt. Ut enim demus (quod incertum & fortè falſum eſt) illum Hieroſolymam navigaſſe, obijt, ut colligit Baronius ex Pij I. ad Juſtum Viennenſem epiſtola prima, anno Domini centeſimo ſexageſimo ſexto: B. autem Virgo anno Domini 44. ut docet Nicephorus ex Euodio, vel 48. ut Euſebius in Chronico. At veriſimile non eſt illum minus quam triginta annos habentem, tamquam virum gravem & honoratum convenisſe cum Apoſtolis. Addantur ergò triginta annis quos tum habebat centum & octodecim qui ſuperſunt ad ejus obitum. Ita obierit annos natus 148 aut 150. Et rem tam miram Pius ipſe conticuiſset, & omnes alij. Quis credet? Sed & hic Dionyſij, Timothei & Apoſtolorum conventus ad Deiparæ funus, dupliciter adhuc arguit fucatum Dionyſium. Nam ſi B. virgo è vivis exceſſit anno Domini 48. quî fieri poteſt Dionyſium Areopagitam, fatente [f] ipſo Baronio, anno Chriſti tantum 52. ad fidem converſum, ad ejus exequias conveniſſe cum Apoſtolis & S. fratribus, jam converſum, jam Chriſtianum? Sed figmentum auget mentio Hierothei, præceptoris (ut illum appellat) ſui in veritatis cognitione. Nam quis ille Hierotheus? Vir, inquit, plane divinus, Apoſtolorum ſocius, divino numine afflatus ab ijs judicatus, ſcriptor elegantiſſimus variorum operum Theologicorum: cujus tamen, nec Lucas in Actis, nec Paulus in Epiſtolis, nec ullus omnino Veterum meminit, ne de nomine quidem, ac ſolo ſcriptoris hujus teſtimonio cogniti. Papæ! quam fœdam oblivionem, aut verius, quam inanem fabellam! Sed notandum præterea eſt, cum multa larvatus Author ex hoc Hierotheo proferat, illa adeo redolere tum ſtylum tum genium Pſeudo-Dionyſij, ut quivis facile agnoſcat ejus eſſe prorſus omnia quæ Hierotheo affingit.

Pſeudo-dionyſius.

f *Ad ann.* 48. n. 7.

Quartò meminit [g] Clementis Philoſophi, id eſt, Clementis Alexandrini Dionyſio longe poſterioris, & ad ejus verba alludit. Qui ergò poteſt eſſe Dionyſius Areopagita? Reſpondet ſummatim Baronius: *nihil eorum quæ refert inveniri apud Clementem Alexandrinum*, ac nos *manifeſta calumnia argui dum Chriſtiano homini de Ideis Platonis opinionem* impingimus: *Authorem plane demonſtrare ſe Ethnicum aliquem Philoſophum intelligere, cum eum ſimpliciter Philoſophum appellet, non autem divinum aut eximium, ut quandò de Ignatio & Hierotheo loquitur: Claruiſſe his temporibus Platonicum Philoſophum nomine Ælium Clementem, ad quem exſtat Plinij junioris epiſtola, qua eum hortatur ut inhæreat Epictati itidem Platonico Philoſopho omnium celeberrimo Romæ tunc agenti, ut ſtudiorum ſuorum ab illo extremam manum accipiat.* Addit: *ſe non audere tamen certo affirmare, fuerit ne hic Clemens a Dionyſio citatus.* Sed undequaque fallitur. Nam Author manifeſte alludit ad Clementis Alexandrini verba Stromat. l. 8. quæ ſic ſe habent in tractatu prolixo de cauſis: h *omnis cauſa quæ tamquam cauſa comprehendi poteſt cogitatione eſt alicujus, & verſatur in aliquo.* Et rurſum: *cauſa eſt ex iis quæ referuntur ad aliquid.* Nec forte calumniæ teneretur qui de ideis Platonicis opinionem Clementi Alexandrino impingeret. Teſtatur enim i Photius illum in libris hypotypoſeon quos vidit, *aſſeruiſſe materiam eſſe æternam, & exiſtimaſſe ideas velut certis decretis induci.* At fieri potuit Pſeudo-Dionyſium etiam hos libros vidiſſe, in quibus cum deprehenderet, multa falſa & *fabuloſa*, ſicut & Photius, non mirum ſi illum non appellaverit divinum aut eximium, ſed ſimpliciter Philoſophum. Neque enim erat ex viris Apoſtolicis: & planè in hoc de cauſis tractatu agebat Philoſophum. Quibus adhuc addo,

a *In prologo.*
b *Lib. 2. c. 22.*
c *Ad fin. c. 2. de divin. nominib.*
d *Ad finem libri.*
e *Ibid. c. 3.*
g *De divin. nominib. c. 5.* εἰ δὲ ὁ φιλόσοφος Διονύσιος καλεῖται, τίς μοι ἡ παράδοσις λεγέτω· εἰ δὲ μή, ἴσως ἐγκαλέσομεν, &c.
h τῶν μὲν ὄντων ἐστὶ πᾶσα αἰτία δυνατὴ λαμβάνειν, τυγχάνουσα ἐπ' ἐκείνοις ἐφ' οἷς ἐστὶ τοιαύτη. Item τὰ μὲν πρός τι ἐστὶ τοιαῦτα.
i *Bibliorth. cod. 109.*

Pseudo-dionysius.

addo, Stromateon libros ad quorum ultimum respicit Author, testibus *k* Eusebio, Photio, & *l* Clemente ipso olim sic inscriptos fuisse, *Gnosticarum commentationum secundum veram Philosophiam libri.* Unde consentanea prorsus Philosophi appellatio. Cur ergò tam anxie investigat Baronius alios Clementes qui ab hoc Authore citari potuerint? Præclarum profectò nobis obtrudit hominem qui nobili Philosophi appellatione tanquam vir celeberrimus honestari potuerit, quem ad Philosophum alterum, ut ab illo instituatur amandare Plinium docet.

k *Hist. l. 6. c. 13.*

l *Lib. 6. ad init.*

Quintò magnifice loquitur, tum de templis instar Hierosolymitani *adyta* habentibus adeò sacra ut *nefas esset* non plebi modò, sed & *Monachis eo ingredi*, tùm de Catechumenorum, energumenorum & pœnitentium ab jis exclusione; & extra fores collocatione dum Eucharistia celebraretur; tùm de mysterio olei quo baptizati ungebantur, quod falsò dicit a *præceptoribus suis*, id est, ab Apostolis appellari μύρα τελετὴν; nullibi enim de eo locuti sunt: tùm de Monachorum ordinatione & consecratione, ac varjis aljis ritibus a Dionysij ævo prorsus alienis, & Ecclesiam libertate paceque luxuriantem arguentibus. Nam antiquis illis ac Apostolicis temporibus fideles aggregabantur *q* in domibus, in cœnaculis, in cryptis, persecutionum metu: *nondum* enim *erant Ecclesiæ & templa*, inquiunt *r* Chrysostomus & *s* Isidorus Pelusiota. Quod & de tempore suo longe post fatentur *t* Minutius Fœlix & *u* Origenes. Monachorum similiter institutum habet *principes Paulos & Antonios, Iulianos, Hilarionem, Macarios*, ait *b* Hieronymus, *non Apostolos aut Apostolicos viros.* Nam quod regerit Baronius, *Essenos Philonis contemplativos Christianos fuisse, ac in iis vitam monasticam prodisse*; id quamvis putarit *c* Eusebius ex inadvertentia quadam, quam incaute Hieronymus *d* aliquando, & *e* Epiphanius secuti sunt, purum putum figmentum est (tantorum virorum pace dixerim) ex ipso Philone apertissime revincendum. Philo enim in ipso initio libri *de vita contemplativa* duas facit Essenorum classes: unam Practicorum de quibus ait se disseruisse, videlicet, libro præcedenti cui titulus, *quod omnis probus liber*; alteram Contemplativorum quorum vitam sibi proponit in hoc libro describere. Cum ergò Practici illi secta quædam Judaica fuerint, ut patet, tùm ex *f* Josepho, tùm ex ipso Philone referente, *diem septimum illis fuisse sacrum ac in illo ædes sacras quæ synagogæ vocantur eòs adire solitos*, quis non videt contemplativos ejusdem generis fuisse, Judæos videlicet, non Christianos? Sed eò quoque nos ducit Contemplativorum horum descriptio. Nam religiosa eorum exercitia recensens, seu privata, seu publica, nullum eis tribuit Christianæ professionis characterem, non adorationem Christi, non lectionem Euangelij aut epistolarum Apostolicarum, non Eucharistiæ celebrationem in diebus solemnibus aut aliud quid ejus generis: sed plurima mere Judaica, imo & aliqua falsa & absurda a communi Judæorum & Christianorum fide aliena. Illos enim appellat *Discipulos Mosis*, ac refert *habere in monasterijs suis leges & oracula divinitus data per Prophetas, hymnosque & alia quibus scientia & pietas augentur & perficiuntur.* Ait, *eos versantes sacra volumina Philosophiam patriam philosophari: habere quoque commentaria priscorum virorum qui hujus sectæ principes fuere: per sex dies quemque seorsum in monasterio suo philosophari, septimo vero* (sabbatho videlicet) *qui illis festus sacratusque est in cœtum communem convenire: post septem hebdomadas elapsas ex instituto Mosis solemnia convivia celebrare: in iis apponi panem fermentatum cum sale & hyssopo propter reverentiam sacræ mensæ in templi* (Hierosolymitani sc.) *vestibulo: vino tum illos non uti quod illud habeant pro veneno dementiam afferente, nec mancipijs in mensa existimantes possessionem mancipiorum esse præter naturam: Præsidem convivij cantillare inter cæteros hymnum, vel de novo a se compositum, vel vetustum aliquem antiquorum Poetarum qui plures reliquerunt vario genere versum, deinde reliquos post illum ordine decemi*: denique, *absoluto convivio choreas cantilenis mixtas ducere, primo viros cum viris, & mulieres cum mulieribus ad imitationem Mosis & Mariæ post submersos Ægyptios, postea viros & fœminas promiscue.* Sic illos depingit Philo, quos mirari satis non possum aliquibus videri posse Christianos, & Christianorum Monachos primigenios, cum nihil omninò præter Judaismum, & quidem depravatum, sapiant. Unde, nec ab jis ullum prorsus defumi potest pro scriptoris personati Monachis subsidium. Alia autem via effugere conatur Alloix; multaque verbose effutit quæ hûc redeunt: *Therapentas & Monachos, de quibus Dionysius agit, alios prorsus esse ab Eremitis aut Cœnobitis, quales Pauli Antonij-ve seculo fuerum: illos populi urbani partem fuisse, ac Monachos dictos, non quod soli habitarent, sed quod vitam singularem & curarum terrenarum expertem agitarent. Unde*, inquit, *fortissimum ducitur argumentum pro libris Dionysij, quod scilicet illorum meminerit Monachorum de quibus seculo tertio & post illud nulla deinceps facta sit mentio, nempe, quæ tantum primo & secundo viguit illud institutum.* Ego verò contra existimo inde validissimum deduci contra illos argumentum. Quales enim nobis Monachos describit? Homines urbanos quidem, Monachos dictos,

m *Epist. ad Demophil.*

n *Eccles. Hier. c. 3.*

o *Ibid. c. 4.*

p *Ibid. c. 6.*

q *Act. 1. 13. & 12. 12. & 20. 8.*

r *In Act. hom 43. ἐκκλησίαι.*

s *l. 2. ep. 247. ἐκκλησιαστήρια.*

t *In Dialogo.*

a *Constr. Clem. l. 8.*

b *Ad Paulin. de institut. Monach. vid. & Isid. Hisp. de offic. Eccles. l. 2. c. 15.*

c *Hist. l. 2. c. 16.*

d *De script. in philone. sed vide contr. Iovinian. l. 2.*

e *Hæres. 29.*

f *Antiq. l. 13. c. 8. & 18. c. 2. & de bello Iudaic. l. 2. c. 3.*

Pseudo-dionysius.

ctos, *quia omnibus rebus dividuis, non solum vitiis, sed & imaginationibus renunciarent*, id est, ut Maximus exponit, *conjugio, mercatura & negotiationi*, sed qui in hunc ordinem evcherentur per mysticam sacerdotis invocationem, signi crucis consignationem, capillorum detonsionem & veltis mutationem: ac, qui forent non simpliciter in Ecclesia Athenienſium, de qua Author nominatim non agit, sed communiter in Ecclesijs, ut liquet ex epistola ad Demophilum Monachum. Atqui, nulli prorsus Veterum quinque priorum seculorum præter hunc Authorem ejusmodi Monachorum ac eorum consecrationis mentionem vel tenuissimam fecere. Nemo primi aut secundi seculi Monachici ullius aut ordinis aut nominis meminit. Et falsissimum est quod notat,

g *De eccles. hier. c. 6.*

g *Sanctos præceptores nostros* (id est Apostolos) *eos appellasse, tum Therapentas, tum Monachos.* Nullibi enim illos ita indigetarunt, aut indigetasse a quoquam dicuntur: ut manifesto colligas fucatum Authorem genus Monachorum ab Eremitis & Cœnobitis qui suo tempore exstabant aliquomodo differens confinxisse, ut antiquitatem Apostolicam quam affectabat verisimilius mentiretur.

Ultimò, agens de ceremonijs quæ observantur in pædobaptismo, videl. abrenunciatione, ac fidei professione quas per os aliorum faciunt, &c: *de hoc*, h inquit,

h *Ad fin. Eccles. Hierarch.*

ea dicimus quæ divini nostri Pontifices πρὸς τῆς *ἀρχαίας μυηθέντες παραδόσεως ex antiqua traditione edocti ad nos usque produxerunt.* At si per Pontifices intelligit Apostolos, quomodò verum esse potest eos ex antiqua traditione ritus hos accepisse? Si alios ab Apostolis, quomodo hic Author potest esse Dionysius Apostolorum contemporaneus? Nec obstat effugium quod Lansselius, Alloix & Bibliothecarius aulicus quærunt in vocabulo *ἀρχαίας*, quasi mens Authoris esset, *ea dicimus quæ divini Pontifices nostri ab initiali traditione Christi edocti ad nos produxerunt.* Nam, ut taceam traditionis illius nec volam nec vestigium apparere in novo testamento, *ἀρχαῖα παράδοσις* apud Græcos Authores nunquàm nisi de traditione antiqua intelligitur. Et qui Græce callent, norunt vocabulum *ἀρχαῖος* non sumi pro primo & initiali, nisi quandò primus & initialis pro pristino simul ponuntur: idque docent, vel ipsa loca a scriptore aulico imprudenter contra se allata. Primò enim observat, *Dionysium ipsum vocabulum hoc per paraphrasin explicantem, dicere*, i *illud significare quod a principio exstat, ubi Deum eo designari notat velut a principio existentem.* Imo Author plus ait, nempè, Deum *in sacris mysticarum visionum apparitionibus παλαιὸν καὶ νεὸν fingi* (senem & juvenem) *priore vocabulo veterem & eum qui fuit ab initio ἀρχαῖον καὶ ὄντα ἀπ' ἀρχῆς significante*, ut nobiscum vertit Jesuita Corderius. Unde liquidò patet, quod paulò ante dicebamus, *ἀρχαῖον* pro veteri & antiquo sumi. Secundo, objicit, *Dionysium ex Hierotheo observare, Deum simul παλαιὸν & νεὸν appellari ut utroque vocabulo τὴν ἀρχαιότητα τὴν θείαν exprimat, quam utique vetustatem divinam redds nefas sit. Quin & subinde vocabuli νεὸς significationē adjiciens, ideo intelligi vult, ut τὸ ἀρχαιότερον Deus obtineat, quod majorem vetustatem perperam redderemus, quasi juvenis vetustum exprimeret, sed majorem principij rationem obtinere aptiori significatione reddendum est. Quem in sensum & alia dictio ἀρχηγικώτερος proxime sequitur ut origini propiora significet.* Quasi vero νεὸς magis exprimeret, *majorem principij rationem*, quam *vetustum*. Utrumque inepte. Sed vir parum in Græcis doctus, non vidit *ἀρχαιότητα, ἀρχαιότερον & ἀρχηγικώτερος*, præstantiam ibi designare, ut plerunque solet, non vetustatem quod in duobus posterioribus locis agnovit Corderius, & ita est interpretatus. Tertio, inquit, *sic & Latinum* antiqui *vocabulum velut ab adverbio antea derivatum, non aliud quam quod anterius est suipsius origine ac derivatione significat, eoque sensu contra modernum opponitur.* Verum contra se pugnat. Nam si antiquum moderno opponitur, necessario designat id quod longè antè fuit: quo sensu ipse Pseudo-Dionysius notat, k *Deum παλαιὸν antiquum dici, quia sit ante dies, ante ævum, ante tempus.* Quēadmodum & Antiquos nominamus illos qui longe ante nos vixerunt. Quarto, ait, *tantum abest ut ἀρχαίῳ vocabulo significari vetustatem oporteat, quin potius aliquando ad significandam simplicitatem ineptam & stoliditatem adhibetur, ac proinde eo ipso vetustatem significare non potest, utpote a stolida simplicitate remotiorem ætatem & magis alienam.* Sed quid ais, bone vir, *ἀρχαῖον* vetustatem significare non posse? Audi Hesychium, *ἀρχαῖον, παλαιὸν.* Audi Suidam: *ἀρχαιὸς, παλαιὸς.* Audi fictitium tuum Juvenalem ea de B. Virginis transitu apud Nicephorum referentem quæ *ἐξ ἀρχαίας παραδόσεως* acceperat, ubi manifeste *antiquam traditionem* intelligit. Nec contra facit observatiuncula tua. Nam *ἀρχαῖον*, tum in bonam, tum in malam partem sumi nemo nescit, sed significatione vetustatem seu antiquitatem perpetuo connotante. Quod si ignoras, consule Henricum Stephanum apologia pro Herodoto libro primo capite tertio. Aut, si malis alterum, audi Phavorinum dicentem: *ἀρχαίως, ἀντὶ τοῦ ἀνοήτως καὶ*

i *De divin. nom. c. 10.*

k *Vbi supra.*

ἀντὶ

Pseudo-dionysius.

Pseudo-dionysius.

ἀπὸ τῆς παλαιᾶς. Et quis nescit antiquam vivendi rationem, de vita simpliciori interdum intelligi? Deniquè objicit: *& cum antiquos vel Gallos, vel Romanos, vel Græcos nominamus, non eos utique ab ejusmodi appellatione secludimus qui juvenili ac florentiori ætate, ut Alexander & Cæsar obierunt: ut & cum antiquum auream ætatis seculum, vel antiquum etiam Saturni seculum dicimus, non aliud intelligimus quam primævum aut primum*, &c. Sed hæc, prout par est, intellecta confirmant quod dicimus. Nam antiquos eos nominamus qui longe nos præcesserunt, & antiquum Saturni seculum, non tantum quia primum fuit, sed quoniam a nostro per multorum interpositionem distat. Adeo, ut quandoquidem Pseudo-Dionysius dicat, se referre quæ præceptores sui περὶ τῆς ἀρχαίας παραδόσεως edocti tradiderunt, id de antiqua & vetusta traditione sic intelligendum: quod & agnovisse videtur Jesuita Corderius ea verba nobiscum sic interpretatus. Undè concluditur, quemadmodum supra diximus alium esse hunc Authorem a Dionysio Areopagita qui sic loqui minime potuit.

b *Epist. ad Lanssel. præfix. operib.*

At objicit cum Baronio [b] Lessius: *Quis talem ac tantum virum credat tam putide voluisse mentiri, & tam absurda hypocrisi falsa quadam specie antiquitatis & Apostolicæ consuetudinis mundo imposturam facere? Quo fine hæc omnia fecisset & finxisset se alium quam revera fuit? Poterat enim nomen suum & veritatem patefaciendo, maximam sibi gloriam toto orbe & omnibus seculis duraturam comparare, & maximis Doctoribus Ecclesiæ æquari vel etiam præferri*, &c: *quorsum per mendacia & improba facta, per hypocrisin & impostura indignissimas & inauditas voluisset se tanto bono privare, & nomen suum æternis tenebris involvere?* Sed facilis est responsio. Inconsultus religionis zelus quem vos aliquando *frandem piam* indigetatis facilè potuit virum Doctum & philosophum ad hanc factionem impellere. Verisimile enim est illum existimasse se tanti Viri (qualis fuit Dionysius) Apostolorum Discipuli authoritate, efficacius quam sua, tum Orthodoxos in fide confirmaturum, tum heterodoxos ad fidem revocaturum. Sic enim Authores constitutionum ac Recognitionum, Clementis Romani nomen assumpserunt, Presbyterq; quidam in Asia, ut refert [c] Tertullianus, sub Pauli nomine Theclæ gesta conscripsit, idque ut postea confessus est, *amore Pauli*, licet præpostero.

c *De baptismo.*

Hæc autem a nobis dicta existiment Adversarij solius amore veritatis. Nam nihil ab hoc authore nobis metuimus, ut jam sumus ostensuri. Certe, quisquis ille est, noster est, si rei substantiam spectemus.

CAPUT II.

Pseudo-dionysius.

ID patet ex libro de Ecclesiastica hierarchia. Ibi enim non tantum observat in genere, d *nos signis sensibilibus opus habere ad intelligibilium contemplationem*, sed & in specie panem & vinum Eucharistiæ appellat e *imagines ac symbola Christi*. Vnde consequitur illa non esse propriè corpus & sanguinem ipsius. Nam *imago alia est ab eo cujus imago est*, ut [f] Veteres vnanimiter testantur: sicut & pariter symbola, aliud omnino sunt a re cujus symbola sunt. Quod & Author ipse innuit cum ait; g *sensibilia sacramenta simulacra esse rerum intelligibilium, res vero intelligibiles sensibilium sacramentorum principium & scientiam*. Et Maximus ejus interpres cum symbolorum quæ sit ratio describens, notat: [h] *symbola hæc sunt & non veritas*. Nec valet effugium Perronij & Alloix, *per symbola & imagines Authorem intelligere accidentia panis & vini quæ certum est non esse corpus & sanguinem Christi*. Id enim Author ipse confutat, docens, *panem & vinum* esse symbola & imagines de quibus loquitur, non autem accidentia panis & vini. Nam ritus Eucharistiæ recensens, & quænam sint illa symbola nominatim enarrans, notat, i *panem coopertum in mensa poni solere ac calicem benedictionis*, deinde k *consecrari*, & tandem, l *panem coopertum retegi ac in multa dividi & vna cum calice distribui*. Ubi manifeste ostendit se de vero pane semper agere, sicut & de calice propriè sic appellato. Vt enim taceam, accidentia panis non magis panem esse quam color hominis homo sit; quam absurdum esset dicere; verus panis coopertus in mensa ponitur, post consecratur, & denique retegitur ac in partes frangitur & distribuitur; id est, non panis, sed accidentia panis reteguntur, franguntur & distribuuntur? Quis adeo cæcus ut non videat illa omnia de vno ac eodem substantialiter subjecto necessario esse intelligenda? Verum, adhuc addo, miraculosam illam accidentium panis sine subjecto subsistentiam, figmentum esse universæ antiquitati prorsus incognitum, nec vel unum proferri posse Veterum Authorum qui illius meminerit: undè manifeste patet accidentia illa non esse id quod Dominici corporis imaginem indigetant.

d *Cap. 3.*

e *c. 4. εἰκόνες, & σύμβολα.*

f *Vid. infr. in Clemens.*

g *cap. 2.*

h *In cap. 3. σύμβολα τῶν οὐ τὰληθινά.*

Adversarij nihilominus sibi magna de hoc Authore pro causa sua promittentes, locu aliquot ex illo urgent.

Primo enim Perronius objicit, illum, panem & poculum Eucharistiæ appellare m *venerabilia symbola per quæ Christus significatur & participatur*. Quibus verbis, inquit, *testatur se non loqui de symbolis simpliciter significantibus, sed de symbolis rem continentibus & tanquam præsentem demonstrantibus*. Sed absurda

i *ἐγκεκαλυμμένον μὲν ἱερέως ἄρτον ἀποτίθησι, καὶ τὸ τῆς εὐλογίας ποτήριον.*

k *paulo post: ἐκτεθειμένου τοῦ ἄρτου.*

l *ἐγκεκαλυμμένου τῷ διακρίτῳ αὐτὸν ἀναγκαίως κατὰ πολλὰ διαλύει τῷ ἱερεῖ τὸ τοῦτον πανάγιον σῶμα, &c*

m *Cap. 3. τῶν σεβασμίων συμβόλων δι' ὧν ὁ Χριστὸς σημαίνεται καὶ μετέχεται.*

Pſeudo-dionyſius.

furda eſt concluſio. Similiter enim dicerem cibos idolis conſecratos ſymbola eſſe Dæmonas ipſos continentia, quoniam teſtatur a Apoſtolus per illos *Dæmonia participari*. Dicerem rurſus, baptiſmum eſſe ſymbolum Chriſtum continens & eam ſubſtantialem præſentem demonſtrans, quandoquidem Cyrillus Alexandrinus b affirmat per eum *ovem intelligibilem* (id eſt, Chriſtum) *participari*; & Fulgentius, c *nos in illo corporis ſanguiſque Dominici participes fieri*. Deniquè dicerem, oleum quo baptizati ungebantur ſymbolum eſſe Chriſtum continens ac præſentem demonſtrans, quoniam Author noſter ait, d *illud eadem operari cum ſancto ſynaxeos ſacramento*. Nam ſi eadem operatur, operatur ſimiliter Chriſti participationem. Quæ tamen confectaria deridicula eſſe omnes vident, cum ejuſmodi verbis non deſignetur quæ ſit ſymbolorum ſubſtantia, aut quid contineant, ſed quid moraliter efficiant.

a 1. Cor. 10. 20.

b Glaphyr. in Exod. l. 2. μεθέχειν ἡμᾶς τοῦ ἁγίου πνεύματος διὰ τῆς ἱερᾶς σφαγῆς τοῦ ἀμνοῦ τοῦ νοητοῦ, ἤγουν Χριστοῦ.

c De baptiſ. Æthiop. c. ult.

d c. 4. τοῦτο ἔργον τῆς τῶν συναξίων ἱερᾶς τελετῆς.

Secundò objicit Perronius Authorem addere: e *Pontifex per ſummam rerum diſtributarum cum ſuſcipientibus unionem, illorum conſortes efficit eos qui communicant*. Quo, *nonne oſtendit*, inquit, *ſymbola de quibus agit eſſe ſimul, & media, & ſymbola, & communionis noſtræ objecta*? Sed primo Authoris mentem non eſt aſſecutus. Nequè enim ille vult, per unionem rerum diſtributarum cum illas ſuſcipientibus eos conſtitui earumdem participes, quod adeo abſurdum eſt ut mirum ſit Cardinalem id potuiſſe ſuſpicari; ſed, per unionem rerum diſtributarum, id eſt, participationem panis & poculi ſacramentalis communicantes conſortes fieri rerum ab ijs ſignificatarum, videlicet, carnis & ſanguinis Chriſti, ſeu communicare τῆς θεουργίας αὐτῷ, ut paulo ante loquìtur, vel illos *ad ejus & bonorum ejus participationem vocari, & vere tum Dei, tum rerum divinarum communionem adipſci, quemadmodum paulò poſt explicat*. Secundò, quænam hæc eſt conſequentia, ſymbola de quibus hic Author agit, ſimul ſunt & ſymbola, & media, & objecta communionis noſtræ cum Chriſto; Ergo ſunt ſymbola Chriſtum Dominum continentia & præſentem demonſtrantia? Eadem concluſio quæ præcedentis objectionis, ac æque falſa & frivola.

e τῇ τῶν διανεμηθέντων πρὸς τὸν εἰς ἕνωσιν πρὸς ἄνεσιν ἐνίσιν, κοινωνοὺς αὐτῶν ἀπεργάζεται τῶν μεταλαμβανόντων.

Tertio, objicit Bellarminus Authorem dicere: *Pontifex, quod hoſtiam ſalutarem, quæ ſupra ipſum eſt, loret, ſe excuſat ad ipſum* (Chriſtum) *clamans, tu dixiſti, hoc facite*, &c. At certè, inquit, *panis non ſupra nos eſt, neque eſſet opus ulla excuſatione ſi merum panem tractare deberemus, etiamſi is Chriſtum ſignificaret. Alioquin debuiſſent etiam Aaronici ſacerdotes ſe excuſare quod indigni eſſent qui tangerent oves & boves illos, quod ridiculum eſt*. Sed nugatur Cardinalis: Neque enim Author loquitur ſicut illum inducit loquentem. Verba ejus ſunt: f *Præſul poſt ſacras divinorum operum laudes de ſacra operatione* (ἱερουργίας) *quæ ſupra ipſum eſt, ſe excuſat, prius ſanctè ad ipſum* (Chriſtum) *clamans, Tu dixiſti, hoc facite in meam commemorationem, poſtulans deinde hac ſacra operatione Dei imitatrice ut dignus efficiatur qui ſecundum Chriſti ſimilitudinem divina celebret & omnino pure diſtribuat*. In quibus Præſul non ait hoſtiam ſalutarem, aut panem ſupra ſe eſſe, ſed *hanc hierurgiam* id eſt ſacramenti conſecrationem, ſeque hac actione Dei imitatione indignum eſſe. Et id quidem rectè; *quid* enim *tam magnificum*, inquit g Arnobius de ſacramentis in genere loquens, *quam ſacramenta divina conficere*? humilitatis ergo eſt ſe hac operatione indignum exiſtimare. Quo ſenſu liberè damus Sacerdotes Aaronicos debuiſſe ſimiliter ſe indignos exiſtimare qui ad altare Dei accederent, & in eo illi offerrent ſacrificia. At quid hoc facit ad probandum panem Euchariſtiæ eſſe non tantum ſignum ac ſymbolum Chriſti, ſed & Chriſtum ipſum?

Pſeudo-dionyſius.

f μετὰ τὰς ἱερὰς τῶν ἱερουργιῶν ὕμνους, ὑπὲρ ἃ ἐστὶν ἡ ἱερουργία ἀποδεχόμενος, πρὸς αὐτὸν ἀναβοᾷ, &c.

g 1a Pſ. 139

Quarto, Bellarminus, Perronius, & alij innumeri objicunt hæc verba: *ô divinissimum & ſacrum ſacramentum* (ſic enim vertunt Græcum τελετὴ) *circumjacentia tibi ſymbolice ænigmatum operimenta revelans; liquidò nobis manifeſteris, mentiſque noſtræ obtutus ſingulari & aperta luce adimplebo*: Vnde variè concludunt plerique omnes, *invocationem eſſe, quæ ſtultiſſime & impie referretur ad ſacramentum, ſi ſolum eſſet panis triticeus, non autem panis cœleſtis vivus & divinus*: Perronius & Alloix præterea, panem & poculum Euchariſtiæ *eſſe ſymbola Chriſtum continentia & involventia*. Sed facilis eſt reſponſio, quocumque ſenſu τελετὴν ſumi dixerimus. Nam licet daremus Adverſarijs illam de ſacramento eſſe intelligendam, hoc eſt de pane ſacramentali, Chriſti ſymbolo, non ſtatim concederemus ejus invocationem hiſce verbis contineri: Non enim ibi refertur quid loquatur Præſul Euchariſtiam conſecrans, aut manu tenens; Sed in promptu eſſet dicere meram eſſe exclamationem Authoris de hoc myſterio tractaturi, quæ citra invocationem vllam commodè exponi poſſit de oratoria apoſtrophe apud Authores etiam ſacros & Eccleſiaſticos vſitatiſſima, qua creaturę etiam inanimæ interdum compellantur, tanquam ſi animatæ forent. Sic enim Optatus ad aquam: h *O aqua quæ dulcis a Deo creata es*, &c. Sic Ambroſius: i *O aqua quæ ſacramentum Chriſti eſſe meruiſti, quæ lavas omnia, nec lavaris. Tu incipis prima, tu comples perfecta myſteria. A te principium, in te finis, vel potius tu facis ut finem neſciamus*. Sic Iolue ad ſolem: k *ſtille in Gabaone*. Sic Reges terræ ad montes & petras, l *abſcondite nos a conſpectu ejus qui ſedet throno*. Nam licet deprecativè loqui videantur, nemo tamen

h Lib. 6.

i In Luc. l. 10. c. 22.

k Joſue 10. 12.

l Apoc. 6. 16.

Digitized by Google

Ante. Ante, Prep. Before, in time, place, or order.

Antecedo. Antecedo, Verb. I go before.

Antecessor. Antecessor, Noun. A predecessor.

Antedico. Antedico, Verb. I foretell.

Antemeridianus. Antemeridianus, Adj. Before noon.

Antemitto. Antemitto, Verb. I send before.

Antenatus. Antenatus, Adj. Born before.

Antepono. Antepono, Verb. I prefer.

Anteverto. Anteverto, Verb. I prevent.

Antiquus. Antiquus, Adj. Ancient.

Aperio. Aperio, Verb. I open.

Apertus. Apertus, Adj. Open.

Appello. Appello, Verb. I call, name, or address.

Appropinquo. Appropinquo, Verb. I approach.

Aptus. Aptus, Adj. Fit, suitable.

Apud. Apud, Prep. At, near, with.

Aqua. Aqua, Noun. Water.

Arbitrium. Arbitrium, Noun. Will, judgment.

Arbor. Arbor, Noun. A tree.

Arcus. Arcus, Noun. A bow.

Ardeo. Ardeo, Verb. I burn.

Argentum. Argentum, Noun. Silver.

Arma. Arma, Noun. Arms, weapons.

Ars. Ars, Noun. Art, skill.

Artificium. Artificium, Noun. Craft, trade.

Asper. Asper, Adj. Rough.

Aspicio. Aspicio, Verb. I look at.

Assentior. Assentior, Verb. I agree.

Assum. Assum, Verb. I am present.

Astrum. Astrum, Noun. A star.

Atque. Atque, Conj. And.

Attingo. Attingo, Verb. I touch.

Auctor. Auctor, Noun. An author.

Audeo. Audeo, Verb. I dare.

Audio. Audio, Verb. I hear.

Augeo. Augeo, Verb. I increase.

Aurum. Aurum, Noun. Gold.

Aut. Aut, Conj. Or.

Autem. Autem, Conj. But, however.

Auxilium. Auxilium, Noun. Help, aid.

Avis. Avis, Noun. A bird.

Pseudo-dionysius.

bola illa Christi, non simplicia panis & vini accidentia. Sed profectò neutri favet. Nam qui probant hæc vestimenta, ἀμφιέσματα de physicis involucris propriè sic appellatis, & Christum reapse includentibus esse intelligenda? Certè, figuratè illa quandoque sumi docet egregius ille Psalmorum locus, ubi Deus dicitur d *autus* esse *lumine tanquam vestimento.* Neque enim, opinor, ullus est qui pertinaciter asserere sustineat lucem esse involucrum propriè Deum continens, &, ut Scholastici loquuntur, circum cernens. Respondere ergo possumus hic illa non designare Eucharistica symbola (ut supponunt Adversarij) quæcumque illa sunt, sed figurate pariter ab Authore usurpari, ad deligandam cognitionis nostræ de Christo, quamdiu in terris peregrinamur, obscuritatem: quod & ipse subindicat illa nuncupans, ἀμφιέσματα τῶν αἰνιγμάτων συμβολικῶς περικείμενα, *operimenta ænigmatum symbolicè circumposita.* Nam quamvis sub Euangelio lux Christi nobis affulgeat multò clarior, quam olim sub lege, nihilominus *ex parte* tantum *cognoscimus* (ut loquitur Apostolus) *& videmus per speculum in ænigmate.* Undè & e Maximus ejus interpres post f Methodium & g Ambrosium, veteri testamento *umbram* tribuit, novo *imaginem*, futuro statui *veritatem.* Nec obstat quod hæc *operimenta ænigmatum* ait *esse symbolice circumposita*: quasi per hoc adverbium eucharistica symbola connotaret. Sumit enim *symbolice* pro *mystice & obscurè*: quemadmodum quando ait epistola nona, h *duplicem esse Theologorum traditionem, unam arcanam & mysticam, alteram apertam & manifestiorem, illam symbolicam & initiantem, hanc philosophicam & demonstrantem.* Quibus adhuc addit, i *Magistros, tum nostra, tum legalis disciplina, tum Angelos, tum Iesum ipsum per Deo convenientia symbola &c, ac per ænigmata res divinas mystice proponere*: cujus ratio est, quia convenit, k *Vt ea pars animæ quæ passionibus subjecta est, curetur simul & protendatur ad divinissima per artificiosas typicorum symbolorum figurationes, ut cum ejusmodi operimenta cognata sint.* Cum ergo non perspicuè, sed obscurè & ænigmaticè se nobis cognoscendum præbeat Christus, quid mirum si illum oret, ut ablato quasi velo totaliter nobis resplendeat? Sed Adversarijs demus quod evincere non possunt, hæc operimenta ænigmatum Christo circumposita, de symbolis Eucharisticis esse accipienda: ideo nè sequetur Christum in ipsis substantialiter esse contentum? Minimè gentium, Pariter quoque dicerem eum realiter psalmo 22. contineri, quandoquidem Tertullianus ait, *totus psalmus vestimenta sunt Christi*: & in Severi scriptis, quia & de illis Paulinus dicit, m *verba tua vellera sunt, & Dominum Iesum gratissimo tegmine cooperiunt*: & in sacrificijs antiquis, quandoquidem Author vulgo dictus Philo Carpathius in caput sextum Canticorum ait, legem in sacrificijs & ceremonijs *velatum Christum inclusum tenuisse*: & in divinis scripturis, si quidem Marcus Eremita dicit, n illum in *mandatis suis delitescere absconditum*, o & *velamenta verborum illi esse circumposita*, Colligerem rursus, ipsum in oleo esse præsentem, quoniam Author ipse ait: p *in illo vnguento divino* (quo baptizati ungebantur) *ut in imagine sacre conspici diviniſſima Ecclesia circumtecta.* Et quæ sint diviniſſima illa exponens, ea, subjungit *symbolica constitutio quasi in figuratione verum insigurabilium, ipsum nobis designat Iesum vberem fontem existentem vnde divina odorum suavitates hauriuntur.* Quod tamen, opinor, Adversarij ipsi non probarent. Colligerem denique solem in nubibus reapse esse contentum. Nam si quando interdiu nobis haud se præbet conspiciendum, vulgo illum dicimus nubibus esse obtectum & circumvolutum. Plinius: r *si nubes solem circumcludant.* Ridiculum tamen foret hanc locutionem sic interpretari, cum ea propositum sit tantummodo innuere, nubes, quas certum est a sole esse remotissimas, conspectum illius nobis subtrahere. Ad eum igitur modum, quamvis Author appellaret panem & vinum, *operimenta ænigmatum symbolicè Christo circumposita*, non ideo statueret illa esse symbola Christum substantialiter continentia, sed tantum innuere vellet, quamdiu symbolorum horum quæ ad sui commemorationem donec veniat, Christus instituit, duraturus est usus, tandiu nos glorioſa ejus præsentia carituros. Ideoque addit: *liquido nobis manifesteris*, nimirum, per glorioſam è cœlis apparitionem. Tum enim, id est, *post ejus adventum* (ut loquitur s Theodoretus) *non amplius opus habebimus symbolis corporis corpore ipso apparente, & propterea Apostolus ait, donec veniat.* Sic varie retudimus argumentum Adversariorum: Sed & illud juvat retorquere. Apostrophen enim illam Authoris non dirigi ad Christum, quatenus in Eucharisticis symbolis delitescentem, patet ex invocatione. Cum enim Christum, qua in symbolis Eucharisticis inclusus, t *nullam operationem sensus externi exercere possit*, hoc est *neque audiat neque audire possit*, ut ipsimet docent, frustra sane & absurde quatenus ibi esset invocaretur. Qua ratione Chrysostomus u alicubi ait, Abrahamum frustra invocatum iri, si non audiat.

Quinto objicit Alloix, *Dionysium in descriptione consecrationis dicere*: postquam sacras Dei actiones laudavit Pontifex conficit diviniſſima & sub aspectum ducit laudata per sanctè proposita symbola. *Et postquam egit de divisione & distributione sacramenti*: describit in

Pseudo-dionysius.

n *De legesbi-tituali.* 191. εἰς τὰς ἱερὰς τῶν ἐντολῶν κρύπτεσθαι.

o *De temperant.* 21. τὰ περὶ τὸν λόγον τῶν ῥημάτων ἐγκαλυπτόμενα.

p *Eccl. Hier.* c. 4. ἱερῶς ἐκπεφασμένον ἐστὶ τὸ εἰκονικὸν τῶν τῆς ἱερουργίας ἐγκαλυπτόμενον.

q *Ibid.* ἡ τῶν μορφῶν συμβολικὴ ἀποθεσις εἰς τὸ μορφοῦσθαι τὸν ἀμορφώτατον, οἷον ἡμᾶς λαμβάνουσα τῷ τοῦτο ποιεῖν ὅσον ἐφ' ἡμῖν ἐκβάλλειν ἀπὸ ἑαυτῶν ἀλλοτρίαν δόξαν.

r *Lib.* 18. *cap.* 35.

s *In* 1. *Cor.* 11.

t *Vid. l.* 1. *cap.* 28.

a *In Epist ad Rom. homil.* 18.

d *Psalm.* 103.2.

e *Inc.* 3. σκιὰ γὰρ τὰ ἐν παλαιᾷ, εἰκὼν δὲ τὰ ἐν τῇ ἱερᾷ διαθήκῃ, ἀλήθεια δὲ ἡ τῶν μελλόντων ἐφόδιος.

f *Apud Photium cod.* 237.

g *Offic. lib.* 1. *cap.* 48.

h διττὴν εἶναι τὴν τῶν θεολόγων παράδοσιν, τὴν μὲν ἀπόρρητον, καὶ μυστικήν, τὴν δὲ ἐμφανῆ καὶ γνωριμωτέραν, τὴν δὲ συμβολικὴν καὶ τελεστικήν, τὴν δὲ φιλοσοφικὴν καὶ ἀποδεικτικήν.

i ἐκ τῶν ἱερατικῶν ἀναγκαίως συμβόλων, &c. ἐκ τῶν νομικῶν, ἐκ τῶν ἀγγέλων, καὶ ἐκ τοῦ Ἰησοῦ αὐτοῦ.

k τὸ πρὸς τὰ ἀνθρώπινα συμφυὲς ἡμῶν τῆς ψυχῆς ἀνακαθαίρεσθαι ὑπὸ τῶν ἱερῶν συμβόλων ἀναγόμενον.

l *Cont. Marcion. l.* 4 *c.* 42

m *Epist.* 5.

b *Pædag. l.* 1. *c.* 5. ἐκκαλύπτει τὸν νυμφίον.

c *Strom. l.* 5. ἐν αἰνίγματι καὶ κατόπτρῳ τὴν γνῶσιν ἔχομεν.

d *Orat. de Transfig.* ἐν αἰνίγματι καὶ κατόπτρῳ τὴν γνῶσιν ἔχομεν.

e *Lib.* 1. *de Sacram. c.* 1. *in fine.*

f *Lib.* 1. *de Myster. c.* 9.

g *Lib.* 4. *de Sacram. c.* 5.

n *De legesbi-tituali.* 191. εἰς τὰς ἱερὰς τῶν ἐντολῶν κρύπτεσθαι.

o *De temperant.* 21. τὰ περὶ τὸν λόγον τῶν ῥημάτων ἐγκαλυπτόμενα.

p *Eccl. Hier.* c. 4. ἱερῶς ἐκπεφασμένον ἐστὶ τὸ εἰκονικὸν τῶν τῆς ἱερουργίας ἐγκαλυπτόμενον.

q *Ibid.* ἡ τῶν μορφῶν συμβολικὴ ἀποθεσις εἰς τὸ μορφοῦσθαι τὸν ἀμορφώτατον, οἷον ἡμᾶς λαμβάνουσα τῷ τοῦτο ποιεῖν ὅσον ἐφ' ἡμῖν ἐκβάλλειν ἀπὸ ἑαυτῶν ἀλλοτρίαν δόξαν.

r *Lib.* 18. *cap.* 35.

s *In* 1. *Cor.* 11.

t *Vid. l.* 1. *cap.* 28.

a *In Epist ad Rom. homil.* 18.

Pseudo-dionysius.

bit in his sensibiliter sub aspectum ducens Jesum Christum intelligibilem nostram, ut in imaginibus vitam. *Et postmodum in contemplatione clarius & brevius* : sensibiliter sub aspectum ducens Iesum Christum : *videlicet, per signa sensibus objecta sub quibus subsistit Christus, id est, per apparentes & externas sacramenti species, nec enim Christus nisi media hostia consecrata albedine conspicitur.* Sed hæc vocularia sunt. Pari enim ratione dicerem Christum sub olei supradicti accidentibus contineri ac subsistere, quandoquidem Author ait, ut supra observabamus, Christum in illo conspici & designari. Mirum autem est Alloix negligenter attendisse ad ipsa quæ objicit verba. Ejus enim argumentum manifestè solvunt. Nam cum asserat Author in panis fracti calicisque distributione, *sensibiliter sub aspectum duci Iesum Christum, intelligibilem vitam nostram, tanquam in imaginibus* ; quis adeò cæcus ut non videat mentem ejus esse, Christum sensibiliter sub aspectum duci in pane & poculo, sicut Archetypum solet in imagine? Jam verò cũ dicitur *pictor ostendere veritatem in similitudine & Archetypum in imagine*, ut Author noster *b* alibi loquitur, ne Alloix ipse dixerit necesse esse archetypum in imagine ideò reapse includi & contineri : typi enim ratio communis est, ut docet *c* Irenæus, *ostendere per præsentia ea quæ non sunt præsentia* ; & *imagines ostensiva sunt eorum quorum imagines sunt, etiam absentium, adeo ut per illas etiam qui absens est apparere videatur*, quemadmodum rectè notatur a *d* Marcello Ancyrano.

b *De Eccles. hier. c.* 4.

c *Lib.* 2. *c.* 40.

d *Apud Eusseb. contr. Marcellum c. ult.* αἱ εἰκόνες τὰν αὐτὰν ἔχοισι μορφὰν τοῖς εἰκονιζομένοις καὶ ἀπόντων δεικνύουσι ἰσοτύπως· ἔστι καὶ τὸν λόγον τοῦτον ἄλλοθι φαινόμενον ἰδεῖν.

e *De divin. nom. c.* 3.

f *Tom* 1. *l.* 6. *c.* 14.

Ultimò, objicit Barrodius Authorem *e* affirmare, se convenisse cum Apostolis & alijs fratribus ad visionem corporis ζωαρχικῆ καὶ θεοδόκῳ, *id est, f* inquit, *ad visionem corporis Christi in Eucharistia absconditi.* Et addit: *jugulat hæreticos locus hic antiquissimi Patris sic explicatus.* Sic explicatus, inquis? Præclarè. Sed quis præter te illum sic explicaret? concedatur huic homini corpus Virginis mortuum (illud enim est de quo Author ibi loquitur) esse corpus Christi in Eucharistia absconditi : tum hic locus sic intellectus jugulabit hæreticos. Vah! Quam faciles jugulari! Siccine præsentia Christi sub accidentibus panis in Hispanijs & Portugallia probatur & demonstratur?

Examen Testimoniorum Autoris constitutionum sub ementito Clementis Romani nomine.

CAPUT I.

g *Videtur scripsisse circa ann.* 300.

SUB *g* Clementis Romani nomine jam olim prodijt liber cujus titulus, *constitutiones Apostolorum.* Nec defuerunt nostris temporibus ex Adversarijs nonnulli viri alioquin eruditi, sed judicio hac in parte non utentes, qui Clementis genuinum opus esse pertinaciter contenderent. Inter quos præcipui sunt, *h* Bovius, Turrianus, *i* Alanus Copus, & *k* Stapletonus qui non modò ait, *ipsum librum spiritu Apostolico plenissimum esse*, sed & eò temeritatis progreditur ut affirmet, *nullam rationem obstare quin si præsens ecclesia has constitutiones Apostolicas a Clemente editas in canonem sacræ scripturæ, nos eas pro canonicis admittere debeamus, aquè atque epistolam Iacobi.* Alij æquiores, aut illas a Clemente penitus abjudicant, aut censent corruptas & interpolatas fuisse, ut *l* Baronius, *m* Bellarminus, *n* Coffetellus & alij; quod & ante illos observaverant *o* Synodi Trullanæ Patres. Nobis propositum non est impræsentiarum litem hanc exagitare, quod ex nostris cumulatè Doctissimi viri præstiterunt in criticis suis. Sufficit in quæstione quam tractamus nos eas utrinque incorruptas agnoscere quoad rei substantiam, ut nobis liceat illarum authoritatem adducere & urgere.

Author Constitutionum.

h *In præf.*

i *In dial.* 3. *c.* 5.

k *Defens. Authoris. Eccles. l.* 1. *c.* 11. & *princip. doctrin. controv.* 5. *q.* 2. *art.* 3.

l *Ad ann.* 132.

m *De scriptor.*

n *Des nom. du sacrem. p.* 261.

o *Canon.* 2.

Sic ergò libro quinto Petrum inducunt loquentem : *p cum tradidisset nobis Christus antitypa mysteria* (forte, antitypa & mysteria) *pretiosi corporis & sanguinis sui, Iuda nobiscum non præsente, egressus est in montem Oliveti.* Et libro sexto : q *Christus sacrificij cruenti loco instituit rationale, incruentum & mysticum quod in mortem ejus celebratur per symbola corporis & sanguinis sui.* Et rursum : r *antitypam regij corporis Christi Eucharistiam acceptam offerte in Ecclesijs & cœmeterijs vestris.* Denique libro septimo : s *Agimus tibi gratias Pater noster ob pretiosum Iesu Christi sanguinem pro nobis effusum corpusque pretiosum cujus hæc antitypa celebramus.* Undè sic argumentamur : Antitypum seu figura ac imago & symbolum non idem est substantialiter & propriè cum eo cujus antitypum, figura, imago & symbolum est. At Eucharistia est antitypum, figura, imago & symbolum corporis Christi : Ergò, &c. Respondent Adversarij varie.

p *cap.* 13. Ἰούδου ἐκπεσόντος τὰ ἀντίτυπα μυστήρια τοῦ ἰδίου σώματος καὶ αἵματος ἐποιήσατο.

q *cap.* 23. ἀντὶ θυσίας τῆς διὰ σφαγῆς, λογικὴν καὶ ἀναίμακτον, καὶ τὴν μυστικήν, ἣν εἰς τὸν θάνατον τοῦ κυρίου συμβόλων χάριν ἐκτελοῦμεν τοῦ σώματος αὐτοῦ καὶ τοῦ αἵματος.

r *Ibid. c.* 29. τὰν ἀντίτυπον τοῦ βασιλικοῦ σώματος χριστοῦ θυσίαν ἐν ταῖς ἁγίαις ἐκκλησίαις ὑμῶν καὶ κοιμητηρίοις ἀναφέρετε, &c.

s *cap.* 26. εὐχὰς τοῦ τιμίου αἵματος Ι. χ. τοῦ ὑπὲρ ἡμῶν ἐκχυθέντος, καὶ τοῦ τιμίου σώματος αὐτοῦ καὶ ἀντίτυπα τῶν ἁγίων αὐτοῦ μυστηρίων.

t *Vbi supra.* u *tom.* 4 *l.* 3.

Primo *t* Coffetellus (omitto enim *u* Barradium qui *u* loco libri quinti supra citato antitypi vocabulum mala fide expunxit) videtur negare majorem. Ait enim, *Authorem loqui de corpore Domini ac ejus sanguine ad expianda mundi peccata in cruce effuso, & per mysteria antitypa intelligere corpus ipsummet Domini glorioſum quod constitutum sub accidentibus panis & vini figura sit & imago sui ipsius ad mortem expositi.* Respondeo, mentem quidem Authoris esse, mysteria illa antitypa, symbolaque de quibus loquitur, figuras & imagines esse corporis Dominici ac ejus sanguinis in cruce effusi; sed falsissimum esse illum hæc antitypa intelligere de ipso

Author Constitutionum.

met corpore Domini ſub accidentibus panis & vini deliteſcente. Quod varijs rationibus demonſtratur. Primo enim nihil poteſt eſſe, figura, ſymbolum & imago ſui ipſius. Teſtantur Veteres omnes. Tertullianus: a *imago veritatis non uſquequaque adæquabitur, aliud enim eſt ſecundum veritatem eſſe, aliud ipſam veritatem eſſe.* Et rurſum: b *nulla res alicujus, ipſa eſt, cujus eſt.* Athanaſius, c *quod ſimile alicui eſt, non eſt illud ipſum cui ſimile eſt.* Marcellus Ancyranus, aut fortè Euſebius: d *nunquam imago, & id cujus imago eſt, unum & idem eſſe intelliguntur.* Hilarius: e *Neque ipſe ſibi quiſquam imago eſt.* Ambroſius: f *nemo poteſt ipſi ſibi imago fuiſſe.* Et rurſus: g *imago, non veritas.* Nazianzenus tractatu de fide contra Arrianos quem vertit Ruffinus, Ambroſio a male tributo: *Aliud ſimilitudo, aliud veritas. Nam & homo ad ſimilitudinem & imaginem Dei factus eſt, nec tamen Deus eſt.* Nyſſenus: b *imago non amplius foret imago, ſi eſſet omnino idem cum eo cujus imago eſt.* Gaudentius: c *Figura non eſt veritas, ſed imitatio veritatis:* Auguſtinus: d *quid abſurdius quam imaginem ad ſe duci?* Cyrillus Alexandrinus: e *ipſe ſui ipſius character eſſe nõ cenſeatur.* Theodoretus: f *imago figuras, ſed non res habet.* Claudianus: g *aliud eſt veritas, aliud imago veritatis.* Maximus: h *ſymbola hæc, non veritas.* Denique etiam nonnulli de Euchariſtia ipſa reſpectu corporis Chriſti agentes. Epiphanius Diaconus: i *ſi imago corporis eſt, non poteſt eſſe ipſum divinum corpus.* Nicephorus conſtantinopolitanus: k *Quomodo idem dicitur corpus & imago Chriſti? Quod enim eſt alicujus imago hoc corpus ejus eſſe non poteſt.* Et rurſum: *quod eſt corpus, non poteſt eſſe ejus imago. Omnis enim imago alia eſt ab eo cujus imago eſt.* Et Bertramus: l *pignus & imago alterius rei ſunt, id eſt, non ad ſe, ſed ad aliud aſpiciunt.* Secundò, imago debet ſub aſpectum ducere id cujus imago eſt. Notabat id ſupra Pſeudo-Dionyſius. Euſebius ſimiliter ait. Marcellus: m *Convenit imaginem videri, ut per imaginem id quod tum non videtur, conſpici poſſit.* Et Hilarius: n *Cum, cujus imago eſt, neceſſe eſt ut imago demonſtret.* At quomodò corpus ſub accidentibus panis latitans & inviſibile, demonſtrabit illud ipſum corpus viſibile in cruce expanſum? Quis unquàm audivit rei viſibilis imaginem inviſibilem? *Quomodo*, inquit o Nyſſenus, *ex inviſibilis cognitionem viſibilis quis formabit?* Nec juvaret regerere, Chriſtum ad ſe demonſtrandum tanquam cruci expoſitum uti ſpeciebus panis & vini ſub quibus deliteſcit, & ita ſimul cum illis ſui eſſe oſtenſivum. Non enim niſi ludicre affirmari poteſt, ſpecies illas quæ ipſum occultant ab eo aſſumi ut ſe oſtendat: *Tenebras videlicet accepit ut lucere poſſit*, ſicut olim de conſimili hæreticorum figmento jocabatur p Tertullianus; *Nemo autem*, inquit, *oſtendere volens hominem, caſſidem aut perſonam inducit.* Sed & eo ſenſu, non Chriſtus quippè inviſibilis, ſed accidentia panis & vini quæ ſola viſibilia ſunt Chriſti ad mortem traditi antitypum forent: de quo infra contra Perronium. Tertio, ſignum inferius eſt re cujus ſignum eſt, ut diſcrte q Athanaſius & Chryſoſtomus obſervant. At quis dicat corpus glorioſum & impaſſibile Domini, qualiter fingitur in Euchariſtia, eſſe inferius eodem corpore patibili & mortuo? Non ergò corpus Chriſti eſt quod Author noſter appellat antitypum corporis Chriſti. Denique, id liquidò patet ex oratione quam alibi refert fieri debere pro Epiſcopo cum inauguratur, nempè, *ut poſſit offerre Deo purum & incruentum ſacrificium quod per Chriſtum inſtituit myſterium novi teſtamenti ſ in odorem ſuavitatis per Ieſum Chriſtum.* Inſulſum enim foret dicere, Chriſtum offerri Deo in odorem ſuavitatis per S. Filium ſuum Jeſum Chriſtum. Sicut & abſurdum rurſus eſſet quod & docet a Deo petendum, *ut benevole aſpiciat hæc dona t & in eis complaceat in honorem Chriſti*, ſi hæc dona eſſent ipſe Chriſtus.

Secundò reſpondet u Perronius: *ſacramentum altaris duas habere naturas, unam externam, accidentalem & viſibilem, alteram internam, eſſentialem & inviſibilem; ſecundum illam eſſe ſignum, figuram, antitypum, ſecundum hanc, veritatem, plenitudinem & realitatem*: Hoc eſt, per Euchariſtiam & myſteria antitypa corporis & ſanguinis Authorem intelligere accidentia panis & vini ſub quibus corpus & ſanguis Chriſti ſunt. Verum non advertit ſermonem Authoris hoc pacto ridiculum & falſum fore. Dico ridiculum. Nam ſi mens illius fuiſſet, id, quod Chriſtum ait tradidiſſe Diſcipulis, propriè fuiſſe corpus & ſanguinem panis & vini accidentibus involuta, utique nunquam dixiſſet, illum eis tradidiſſe antitypa & ſymbola corporis & ſanguinis ſui. Ludibrio enim foret qui ſignificare volens ſponſum corpus ſuum ſponſæ ſuæ communicaſſe, illum huic tunicam ſuam figuram corporis ſui communicaſſe diceret: aut qui rurſus ad deſignandum, Regem cuipiam centum aureos crumena incluſos eſſe elargitum, illum huic crumenam centum aureorum figuram dediſſe pronuntiaret. Cardinalis nihilominus inducit Authorem noſtrum ſic ineptientem. Dico quoque falſum. Neque enim Veteres exiſtimarunt accidentia poſſe ſubſiſtere ſine ſubjecto, ut libro præcedente ex ipſiſmet oſtendimus, nec unquam ſcripſerunt eſſe in Euchariſtia accidentia

Author Constitutionum.

a *Cont. Marcian. lib. 2. c. 9.*
b *Contr. Prax. c. 26.*
c *Contr. hypocr. Melet.* τὸ ὅμοιον τινὶ οὐκ ἔστι αὐτὸ ἐκείνῳ ᾧ ὅμοιόν ἐστιν.
d *Contr. Marcell. l. 1.* ὃ ἕτερόν ἐστι πάντως, ἢ τὰ αὐτὰ ἢ ἕτερα, ἐν τῇ ταυτότητι ἐκλαμβάνεται.
e *De Synodo.*
f *De fide l. 1. cap. 4.*
g *In Pſ. 118 ſerm. 12.*
a *Vid. Aug. epiſt. 111.*
b *De anima & reſurrect.* οὐκ ἂν εἴη ἀλλοῖος, εἰ δὲ ἀλλοῖος εἴη ταυτὸν οὐκ ἔσται.
c *In Exod. quæſt. 2.*
d *De Trinit. l. 7. c. 1.*
e *In Ioan. l. 3. c. 5. edit. græcol.* μὴ αὐτοῦ ἐκείνου τοῦτο χαρακτήρ.
f *In Daniel. l. 2. c. 2.* ἀ οὐκ εἰσὶ χάραγμα, ἀλλ' ἀπεικάσματα ἔχει.
g *De ſtatu anim. l. 1. cap. 5.*
h *In cap 3. Hier. Eccleſ. ſupr. citat.*
i *Synod. Nicen. 2. act. 6.* οὐκ εἰκὼν τοῦ σώματός ἐστιν οὐκ ἐνδέχεται εἶναι αὐτὸ τὸ θεῖον σῶμα.
k *De Chriſtiſ. cap. 6.*
l *De corpor. & ſang. Dom.*

m *Contr. Marcell. l. 1. c. ult.* τὸν γὰρ εἰκόνα ὁρᾶσθαι ἀναγκαῖον. ἵνα, διὰ τῆς εἰκόνος, τὸ τίνος μὴ ὁρώμενον, ὁρισθῇ δυνηθῇ. n *De Synodo.* o *Contr. Eunom. l. 1.* πῶς ἂν τὸ ἀόρατον τὸ ὁρατὸν &c. πεποίηται κρ τινὶ τρόπῳ;

p *De Carne Chriſti.*

q *Contr. Gen.* ὁ λόγος τοῦ σταυροῦ τοῦ σταυροῦσθαι τὸν κύριον &c.

r *In ep. ad Rom. hom 8.* ἐφοδιάσαι αὐτὸν τῆς ἀρχιερωσύνης, ἵνα τοῦτο τὸ, ὃν ἐπιτελῇ τὸ προσφερόμενον ἐπὶ τῷ θυσιαστηρίῳ.

s *Lib. 3. c. 9.* εἰς ὀσμὴν εὐωδίας διὰ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Ἰησοῦ τοῦ Χριστοῦ.

t *Ibid. c. 12.* εὐδοκήσαι ἐπὶ αὐτοῖς εἰς δόξαν τοῦ ὀνόματος τοῦ Χριστοῦ.

u *De Euch. l. 2. Auth. 14*

Digitized by Google

Author Constitutionum.

dentia panis & vini absque panis & vini substantijs, aut hæc accidentia esse Eucharistiam, aut figuras esse corporis & sanguinis Domini, aut Christum dedisse accidentia panis & vini, aut oblationem Ecclesiæ, esse accidentium panis & vini oblationem. Contrà, Author noster ait post scripturam, x *Dominum panem accepisse*, & *postquam fregisset, dedisse*; & Chrysostomus, y *quando mysteria tradidit, vinum tradidisse*; & Fulgentius, z Ecclesiam *sacrificium panis & vini in fide & Charitate offerre*; & Author rursum, *offerimus tibi panem hunc & calicem hunc*: ut panis & vinum antitypa & symbola sint, de quibus agit, non accidentia simplica panis & vini.

x *Lib. 8. c. 12.* λαβὼν ἄρτον, &c. πλάσματα ἰδίων.

y *In Matth. hom. 82.* ἵνα τὸ μυστήριον παραδῷ, οἶνον παρέδωκε.

z *De fid. Petrum. Et Author Constit. ubi supr.* προσφέρομεν, &c. τὸν ἄρτον τοῦτον καὶ τὸ ποτήριον τοῦτο.

Tertiò, idem Perronius de hac solutione (& merito quidem) diffidens, aliud effugium quærit in vocabulo, *antitypum*, cujus varias significationes è Lexicographis undequaque conquisitas, licet pleræque nihil prorsus ad rem faciant, ad pompam potius quam ad pugnam profert.

Interdum, inquit, *cum typo confunditur, & indifferenter significat imagines & figuras, ut quando* a *Apostolus Mosaica sanctuaria verorum & cœlestium tabernaculorum antitypa nuncupat.* Addere autem debuisset eo sensu hoc vocabulum in materia Eucharistica de qua tractamus a veteribus usurpari. Id enim certissimum est, & probatur primò ex eo quod per id nominis *esse sacramentale* panis & vini soliti sint designare, esse autem sacramentale sit esse significativum & figurativum, cum sacramenta sint in genere signorum quorum essentia in significatione consistit. Secundò, quia typi, antitypi, imaginis, figuræ, signi & symboli nominibus promiscue utantur. Sic enim Nazianzenus aliquandò panem & vinum b *antitypa corporis & sanguinis Christi*, aliquandò c *Salutis typos* appellat. Similiter Theodoretus. d Orth. *Dic per veritatem cujus putas symbolum & typum esse sanctissimum cibum, Divinitatisne Domini, an corporis & sanguinis?* Er. *Manifestum est eorum esse quorum nomina acceperunt.* O. *Corporis & sanguinis Christi, dicu?* E. *Sic dico.* Rursum. e Orth. *Mystica symbola a sacerdotibus Deo oblata, quorum symbola sunt?* E. *Corporis & sanguinis Domini*, &c. O. *Optime: oportet enim imaginis esse Archetypum*, &c. O. *Si igitur divina mysterie veri corporis antitypa sunt, corpus Domini nunc quoque corpus est.* Item: f *Si caro in divinitatis naturam mutata est, quam ob causam suscipiunt antitypa corporis? Abolita enim veritate superfluus est typus.* Ita quoque quod Author noster ait, Dominum *tradidisse Discipulis suis mysteria antitypa corporis & sanguinis sui*, id sic exprimunt g Tertullianus, h Eusebius, i Ephræm, k Augustinus, l Procopius & alij, illum dedisse *figuram, symbolum, signum & imaginem corporis & sanguinis.* Denique quod ait, *offerre in Ecclesijs Eucharistiam acceptam antitypam Regij corporis Christi*, id sic enuntiat Author librorum de sacramentis apud Ambrosium: m *fac nobis hanc oblationem*, &c, *acceptabilem, quod est figura corporis & sanguinis Domini nostri I. Christi.* Ut luce meridiana clarius sit hic sumi pro symbolo, signo, & figura.

a *Hebr. 9.*

b *Orat. funeb. in Gorgon.*
c *Orat. 17.*
d *Dialog. 1.*
e *Dialog. 2.*
f *Dialog. 3.*
g *Contr. Marcion l. 4.*
h *Demonst. l. 8.*
i *De natur. Dei nō scrut.*
k *In Ps. 3. & Contr. Adiment. cap. 12.*
l *In Gen. 49.*

Author Constitutionum.

m *Lib. c. 4. s.*

Pergit Cardinalis: *interdum* antitypum *designat id quod typo opponitur tanquam veritas figuræ, corpus umbræ, plenum & solidum vacuo & inani, sumendo adverbium* ἀντὶ *pro* contra, *quasi quis diceret* antifiguram *seu* Contrafiguram. *Atque eo sensu novi testamenti sacramenta veterum sacramentorum antitypa appellantur: ut quando S. Petrus ait,* a baptismū esse antitypum arcæ, *id est*, quod arca significabatur, *sicut catena* b *Græca exponit.* Omittit autem dicere, utrum intelligat authorem nostrum hoc sensu Eucharistiam antitypum corporis & sanguinis Christi nominare: in quo sanè cautior est c Sanctesio, d Billio, & e Gamachæo imprudenter id asserentibus. Non enim attendunt quid dicant. Nam si Eucharistia diceretur antitypon, id est, veritas seu contrafigura oppositè ad corpus & sanguinem Christi, sequeretur corpus & sanguinem Christi esse typos & figuras illam designantes: quod non modò in se ridiculum & falsum est, sed & contra expressam Authoris mentem qui exprimit quid intelligat per antitypum corporis & sanguinis Christi, quandò ait Eucharistiam esse symbolum corporis & sanguinis ipsius. Propterea nonnulli Adversariorum solutionem hanc abdicant. Sic enim Bellarminus similem Basilij locum tractans: *hac opinio*, f inquit, *facile rejici potest. Nam vox*, antitypum, *nunquam sumitur pro exemplari, sed pro imagine quæ e regione respondet exemplari*, &c. *Et hoc modo accipitur ab Apostolo Hebr. 9. Neque aliter accipitur 1. Petr. 3. Nam baptismus*, &c, *ut imago, non ut exemplar dicitur a S. Petro antitypum diluvij*, &c. *Sed præterea, licet antitypon pro exemplari sumi posset, non tamen id nobis prodesset. Nam Basilius* (Addo ego, Clemens) *non dicit Eucharistiam esse antitypum sacramentorum veterum, sed corporis Domini. Quare certum est hanc vocem non accipi pro exemplari.* Idem quoque observat g Vasques: *neque baptisma dicitur antitypum*, inquit, *quia sit veritas ipsa in quam aqua diluvij respiciebat, sed quia sit similis natura, & similem effectum in nobis præstaret. Adde, quod si Eucharistiæ sacramentum diceretur antitypum passive, sicut baptismus quia erat id quod antiqua figura respiciebant, non diceretur antitypum corporis & sanguinis Christi, sed figurarum antiquarum*, &c. *Demum, quod antitypum passive sumatur, non video, cujus probati authoris testimonio confirmari possit.* Nolim autem ego præfractè cum ipsis negari

a *1. Petr. 3.*
b *In hunc locum.*
c *Reptit. 3. c. 4.*
d *In orat. 11. Nazianz.*
e *Tom. 3. f. 75. c. 2.*
f *De Euchar. l. 2. c. 15.*
g *Disp. 197. c. 5.*

Author Conſtitutionum.

negare paſſivam hujus vocis pro exemplari acceptionem. Deprehendo enim Neſtorium illam hoc ſenſu uſurpaſſe, quando prolatis his Apoſtoli verbis, h *quotieſcunque manducaveritis panem hunc*, immediate ſubiungit, i *cujus corpus eſt antitypum*. Verum, juxta hanc ſignificationem ligna Euchariſtica non ſunt antitypa corporis & ſanguinis Chriſti, ut illa Author noſter nominat, ſed eorum typi, quorum è contra corpus & ſanguis antitypa ſunt.

h 1. Cor. 11. 26.

i Apud Cyrill. contr. Neſtor. l. 4. c. 5. ὃ ἐστι τὸ σῶμα αὐτοῦ ἀντίτυπον.

Rurſum, inquit Cardinalis, *antitypũ aliquando ſignificat id quod in typi locum ſuccedit, ſumendo adverbium* ἀντὶ *loco* τοῦ *pro: ut quando Vice-Rex Græcis appellatur* ἀντιβασιλεύς, *& panis benedictus* ἀντίδωρον, *& Spiritus S.* πνεῦμα k ἀντίψυχον, *id eſt anima locum tenens. Quo ſenſu altaris ſacramenta corporis & ſanguinis Chriſti antitypa appellari poſſunt, id eſt, myſteria locum tenentia figurarum corporis & ſanguinis Chriſti. Quem in finem citat Turrianus locum ex homilia quadam Epiphanij de reſurrectione ubi ſic loquitur:* l non veteraſcentia novi paſchatis veteris loco myſteria antitypa, τὰ μὴ παλαιούμενα τοῦ νέου πάσχα ἀντὶ τοῦ παλαιοῦ μυστήρια ἀντίτυπα. Sed primò hanc antitypi acceptionem commentus eſt Cardinalis, nullo Veterum ſuffultus teſtimonio. Nam apud Græcos adverbium ἀντὶ nomini conjunctum non ſumitur loco τοῦ *pro*, niſi abſolute & ſine regimine ac aliud relatione poſitum: hic autem in regimine & relatione eſt, cum Author noſter loquatur de antitypis *corporis & ſanguinis*. Neque apud illum Epiphanij (ſi tamen ejus eſt) locum, pro *locum tenente*, ſed pro figurativo accipitur; Alioqui ſenſus foret, *non veteraſcentia novi paſchatis veterum loco myſteria locum typorum tenentia*, quod tautologicum & abſurdum eſſe nemo non videt. Deinde, quamvis eam illi antitypi acceptionem daremus, id nihil illi proficeret. Tantum enim ſequeretur, Euchariſtiam locum tenere veterum corporis & ſanguinis Chriſti typorum. Sed quomodo? Semper certe tanquam novum ſignum. Quod & Author clare indicat, illam indigetans *ſymbolum corporis & ſanguinis*. Euſebius ſimiliter: m *cum Dominus amplius attendere nollet ad ſacrificia cruenta, neque ad ea quæ apud Moſen in diverſorum animalium mactatione lege ſancita erant, tradidit panem uti ſymbolo proprij corporis.* Et Auguſtinus inquiens, n *prima ſacramenta & ſigna ablata & mutata fuiſſe, & alia inſtituta.*

k Balſam. in Con. Antioch. can. 2.

l In Conſtit. l. 5. c. 13.

m Demonſt. l. 28.

n Contr. Fauſt lib. 19. c. 13. & 16.

Antitypum quoque, ſubjungit idem Perronius, *aliquando ſignificat figuram rei contrariæ. Ut quando Gregorius Nazianzenus ait*, ſerpentem æneum non fuiſſe Chriſti typum, ſed antitypum, *id eſt, figuram rei Chriſto adverſæ nempe Diaboli. Quandoque ſignificat æquale, par, ſimile: ut apud Græcos* φωνὴ ἀντίτυπος βροντῆς, vox æqualis tonitrui. *Quandoque contrarium, repugnans, oppoſitum*; *Ut quando Nonnus ait*, p ἔργοις ἀντιτύποις, *id eſt*, operibus contrarijs. *Quandoque durum, firmum & ſolidum, ut quando Gregorius* q *Nyſſenus* ἀντιτυπίαν *pro* ſoliditate *ponit.* Sed cum ex his ſignificationibus nihil eliciat ad cauſæ ſuæ ſubſidium & argumenti noſtri ſolutionem, illas ſimiliter intactas prætermittemus, lectorem interim benevolum amandantes reſpectu ſecundæ qua aliqui abuntur; ad defenſionem teſtimoniorum Gregorij Nazianzeni, ubi de illa Deo dante tractabimus.

o Orat. 1.

Author Conſtitutionum.

p In Ioan.

q Orat. pro defunctis.

Præterea, inquit, *Antitypum, nunnunquam ſignificat* ſolidum, *id eſt verum & eſſentiale & oppoſitum non rebus mollibus & liquidis, ſed vanis, idealibus & imaginarijs: Ut quando Suidas ait*, r *Philoſophos appellare corpora naturalia & eſſentialia* corpora antitypa, *ad ea diſtinguenda, non a corporibus mollibus & liquidis, ſed a corporibus intellectualibus & Mathematicis. Quo ſenſu altaris ſacramenta antitypa corporis Chriſti, appellari poſſunt.* Sed primo hæc acceptio, antitypi, pro ſolido, id eſt vero & eſſentiali, & oppoſito, non rebus mollibus & liquidis, ſed vanis, idealibus & imaginarijs, merum eſt Cardinalis figmentum, cui Suidas nullomodò ſuffragatur. Nam Suidas ait quidem, corpora naturalia *antitypa* appellari, quia videlicet contrectantur & tactui reſiſtunt, ad differentiam Mathematicorum quæ nec contrectantur, nec tactui reſiſtunt: ſed corpora illa ἀντίτυπα appellari ad differentiam rerum vanarum & imaginariarum non dicit. Corpora enim Mathematica, non ſunt corpora vana & imaginaria, ſed reapſe eadem cum phyſicis a quibus per ſolam intellectus operationem abſtrahuntur & ſeparatim conſiderantur. Secundo, quicquid ſit de hac ſignificatione, ea nullomodo quadrat ad Cardinalis propoſitum. Neque enim Author noſter ait, Euchariſtiam eſſe, *Chriſti corpus antitypum*, quod ei tamen neceſſario dicendum fuiſſet, ſi vocabulum, antitypum, in hac ſignificatione voluiſſet vſurpare, ſed ait, illam eſſe *antitypum corporis & ſanguinis Chriſti*: quæ loquendi formula longè diſtat ab illa priore, & aliud prorſus deſignat, videlicet, Euchariſtiam eſſe corporis ejus typum ſeu *ſymbolum*, ut ipſemet ſe exponit. Quæro autem a Cardinale, utrum nobis proferre poſſit vel unicum ex veteribus qui in re Euchariſtica vocem *antitypum* pro ſolido ſubindicet ſe uſurpaſſe: quomodo multos proferimus illam de ſymbolo & figura explicantes? Hic Rhodus, hic ſaltus.

r In vocab. ἀντίτυπα.

Sed illum adhuc audiamus gravius ἀναγνώστην: *interdum*, inquit, *antitypum, ſignificat exemplum & Apographum, ut quando*

Syneſius

Author Conſtitutionum. [f] *Epiſt. 67.*

Syneſius ait, [f] *διάτυπα τῶν γεγραφότων, id eſt, antigrapha. Et quoniam apographum completum alicujus rei tantum continet quantum ipſa res, imo populariter loquendo res ipſamet eſt: (apagraphum enim Æneidis Virgiliana Æneis eſt, & exemplum libri Regis ipſe Regis liber) ideo Veteres metaphora ducta a Scribis & Libellionibus eleganter potuerunt ſacramenta corporis Chriſti appellare* antitypa, exempla & Apographa corporis Chriſti, *id eſt, ſacramenta tantum eſſentiæ corporis Chriſti, quantum corpus ipſum naturale, palpabile & viſibile continentia.* Sed ſtupenda prorſus eſt hominis audacia Veteribus tribuentis id de quo nè per ſomnium quidem cogitarunt. Quis enim illorum vnquam obſervavit, aut tantillum ſubinnuit, Euchariſtiam hoc ſenſu *antitypum* appellari? Nullus nemo. Nam antitypi hæc acceptio locum habet quidem in ſcripturis & picturis, ſed corpori Chriſti nullomodò applicari poteſt abſque ipſius multiplicatione. Quis enim ignorat prototypum alicujus ſcripti & antitypum illius, Archetypum Æneidis & illius antigrapha, quamvis eamdem conceptionem æquè exprimentia, illud primario tanquam primam ejus conceptionis expreſſionem, hæc ſecundariò tanquam ſimilitudines ab ipſa derivatas, numero tamen inter ſe differre, duoque ſcripta eſſe realiter inter ſe diſtincta, ac duas ejus rei quas deſignant imagines? Si ergò ſacramenta corporis Chriſti ſunt antitypa, ſeu apographa & exempla corporis Chriſti naturalis, palpabilis, & viſibilis, tantum eſſentiæ corporis ejus quantum corpus illud naturale continentia, neceſſario conſequitur illum non unum habere corpus ſed innumera corpora, nempe, tot quot ſacramenta ſunt: quorum unum ſit archetypum, apographum & exemplar, cætera verò exempla, apographa & antitypa, ad illius ſimilitudinem efficta & conformata. Quis credat ſic delirantibus?

Rurſum, inquit, *Antitypum aliquando ſignificat impreſſionem alicujus ſigilli & characteris quæ ſit in materia, quo ſenſu character imprimens* typus, *impreſſus verò* antitypus *nominatur. In hac autem potiſſimũ acceptione Patres ſacramentum appellarunt*, corporis Chriſti antitypum. *Sicut enim character imprimens characteri impreſſo communicat totam ſuam eſſentiam, quæ neq; eſt aurum neque argentum, neque ferrum, ſed forma ductuum & lineamentorum, ita corpus Chriſti totã ſuam eſſentiã ſacramento communicat. Ideoque quemadmodum in Trinitatis myſterio veteres ad deſignandum Patrem filio propriam eſſentiam impreſſive communicare, affirmant filium eſſe paterna ſubſtantiæ characterem, ita ajunt ſacramentum eſſe characterem impreſſum ſeu antitypum corporis Chriſti, ut doceant corpus Chriſti ſe communicare hoſtijs ſacramentalibus, non ad modum diviſionis, ſicut aqua hortorum herbis ſubſtantiam ſuam diſtribuit, ſed ad modum impreſſionis, abſque ulla eſſentiæ ſuæ diminutione: quemadmodum ſigilli character formam ſuam communicat ectypis quibuſlibet, ſicut & una manet, integra & indiviſibilis in ſe, & tamen ſe communicat per impreſſionem ſingulis aëris partibus quæ auditorum aures ferunt; & rurſum ſicut ignis eſſentiæ ſuæ Characterem ſubſtantialem, hoc eſt, propriam ſubſtantiam rebus combuſtibilibus communicat, eam nihilominus integram in ſe retinens*, &c. Sed hæc falſa & abſurda ſunt. Primò enim ſupponit Cardinalis antitypi vocabulum Characteres impreſſos aliquandò deſignare. Id autem erat probandum idonei alicujus ſcriptoris teſtimonio, non ſimpliciter aſſerendum. Nam Characteres impreſſos ἀντυπα ſeu ἀντυπώματα Græce dici ſcimus ex probatis Authoribus: Antitypa autem ſimiliter appellari, Cardinali ſine teſte id affirmanti, non concedimus. Sed quamvis daremus, nihil inde exſculperet. Supponit enim ſecundò, quod ei rurſus demonſtrandum foret, Veteres in re Euchariſtica eo ſenſu vocabulum illud uſurpaſſe, non pro ſignis & ſymbolis, ut ſupra ex Nazianzeno, Theodoreto, & ipſomet noſtro ſe ita explicante oſtendimus. Tertio, hæc acceptio nullomodò locum habere poteſt in ſacramento abſque multiplicatione corporis Chriſti, & varijs alijs abſurdis. Character enim impreſſus non eſt idem numero cum Charactere imprimente: ſimilitudo illius tantum eſt. Pariter non erit idem numero corpus impreſſum cum corpore ſe imprimente. Character imprimens, formam ſuam non communicat materiæ in quam agit, niſi per contactum: corpus ergò Chriſti contingere debet hoſtias (ut eas Cardinalis appellat) ſacramentales, quò ſe illis communicet. At hoc falſum eſſe Adverſarij ipſi contendunt. Docent enim corporis Chriſti in Euchariſtia ſpecies ſacramentales, nec tangere, nec tangere poſſe. Character imprimens formã ſuã communicat ſubjecto quod ſibi aſſimilat, abſque eo quod illud ſubſtantialiter mutet: corpus ergo Chriſti ſe pani communicabit ſine vlla ſubſtantiali ipſius mutatione. Ubi ergo tranſſubſtantiatio? Denique, materia quæ Characteris archetypi impreſſionem recipit, ea eſt quæ vere & propriè character impreſſus ſeu ectypus appellatur. Quæro ergo quænam hæc materia ſit in Euchariſtia? De ea ſic Cardinalis, *corpus Chriſti totam ſuam eſſentiam communicat ſacramento, corpus Chriſti ſe communicat hoſtijs ſacramentalibus.* Per ſacramentum autem & hoſtias ſacramentales intelligit, aut accidentia panis & vini, aut etiam conjunctim ipſaſmet panis & vini ſubſtantias. Si igitur corpus Chriſti totam ſuam eſſentiam communicat, aut accidentibus panis & vini, aut etiam ipſiſmet panis & vini ſubſtantijs,

Author Conſtitutionum.

à *Plinius l. 37. c. 10. Seneca de benefic. Pſeudo-dionyſ. de divinis. nom. c. 4.*

Author Constitutionum.

ſubſtantijs, neceſſario conſequetur illa eſſe vere & propriè corpus impreſſum: quod falſum & abſurdum eſt. Unde liquido evincitur, corpus Chriſti ſe illis non communicare, nec eo reſpectu ſigna Euchariſtica *antitypa* nuncupari. Tria autem quæ affert Cardinalis exempla, illi pariter adverſantur. Primo enim quod ait, Veteres affirmare filium eſſe paternæ ſubſtantiæ characterem, id de [b] Baſilio, [c] Nyſſeno, [d] Chryſoſtomo, [e] Auguſtino, [f] Theodoreto, & [g] alijs multis falſum eſt. Docent enim illi filium eſſe characterem, non eſſentiæ, ſed perſonæ paternæ. Et ſi fortè nonnulli prius illud dixerunt ac ſcripſerunt; aut eſſentiam (οὐσίαν) pro hypoſtaſi poſuerunt, aut incautè & male locuti ſunt. Quod & Bellarminus obſervat: *non enim*, h inquit, *filius eſt imago eſſentiæ, ſed perſonæ*, &c, *quia imago diſtinguitur ab exemplari, ut res producta a producente.* Et longe ante Bellarminum Nicephorus conſtantinopolitanus: [i] *ſi filium dicit ſcriptura imaginem Patris, At, ſi non natura, hypoſtaſi tamen & perſona differt filius a Patre.* Undè concludit directè contra Perronium: *Si igitur ſanctum corpus quod in communione ſacra ſumitur, imago Chriſti eſt, aliud dicitur eſſe præter corpus Chriſti.* Secundò, vox in ſe quidem indiviſibilis manet, ſed tamen multiplicatur quoad ſui ſpecies, nec aer qui unius aures pulſat & ferit, idem numero eſt cum eo qui alterius aures eodem tempore percutit. Si igitur eodem modo ſe res habet in Euchariſtia, ut vult Adverſarius, ſequitur corpus Chriſti quod ſe communicat uni hoſtiæ ſacramentali, numero differre ab eo quod ſe alteri communicat, ac proinde Chriſtum bicorporem eſſe, imo (ut ſic loquar) millecorporem & centummilleçorporem. Tertiò, ignis qui alios ignes accendit, nec id agit ſine aliqua ſui diminutione, quamlibet tenuiſſima, nec idem numero eſt cum jis quos accendit, ac inter ſe ſpecie tantum conveniunt: undè pariter ſequitur corpus Chriſti ſe communicans ex Cardinalis hypotheſi aliud numero eſſe ab eo quod hoſtijs & antitypis infundi & imprimi dicit.

Denique, inquit, *ne Adverſarij exiſtiment intelligentiam hanc novam eſſe, audiant verba magni & vere beati Patriarchæ Eutychij Conſtantinopolitanæ ſecundæ ſynodi Oecumenicæ præſidis, a Niceta Coloſſenſi relata, quæ ſic ſe habent*: Alij, *inquit* a *Nicetas de Orthodoxis loquens*, hæc ex eccleſiæ lampade Eutychio producebant. Totum ſanctum corpus & pretioſum ſanguinem Domini recipit homo, quamvis eorum partem recipiat. Dividitur enim indiviſibiliter in omnibus propter immixtionem ſui, ſicut ſigillum unum characteres omnes ſuos ac ſimilitudines participantibus communicat, & unum poſt communicationem manet, non imminutum, non mutatum in ea quæ illud excipiunt, etſi numero plura fuerunt: ſicut & vox una ab aliquo prolata & in aere diffuſa, tota ad omnium aures pertertur, nemine auditorum plus minuſve percipiente, ſed tota eſt indiviſibilis & integra apud omnes qui audiunt, quamvis decem millia ſint & amplius, tametſi corpus ea ſit. Neque enim aliud vox eſt quam aer ictus. Nemo igitur dubitet incorruptibilem poſt myſticam hierurgiam & ſanctam reſurrectionem corpus, & immortalem ſanctum & vivificum Domini ſanguinem antitypis inditum per hierurgias, minus quam commemorata exempla vires ſuas imprimere & totum in omnibus inveniri. *En quo ſenſu S. Clemens & alij veterum Græcorum altaris ſacramenta, corporis & ſanguinis Dominici antitypa appellabant.* Sed dupliciter errat Cardinalis. Malè enim concludit, & falſum præſupponit. Dico malè illum concludere. Nam quamvis ei daremus talem eſſe qualem putat Eutychij illius mentem, non ideo ſequeretur eumdem eſſe Clementis & aliorum Græcorum ſenſum, cum ſupra ex Theodoreto & ipſo Authore contrarium evicerimus. Particularis fuerit illius opinio, non univerſalis omnium ſententia. Dico quoque ſecundo ipſum falſum præſupponere. Quoquomodò enim Eutychius intelligat corpus & ſanguinem Domini in antitypa introduci, clarum eſt illum antitypa materialiter ſumere, & ſymbola Euchariſtica deſignare, non autem docere quid antitypi vocabulum ſignificet. Longe enim aliud eſt, quid in antitypis (id eſt, ſymbolis) fiat, docere, & quæ ſit illius vocis ſignificatio, explicare. Ad loci autem ejus ſenſum quod attinet, (quem hic juvat expendere, licet loco non ſuo) Si plane conſtaret ea verba eſſe Eutychij, & craſſe cum Cardinale intelligenda, ex illis probaretur, non tranſſubſtantiatio, ſed conſubſtantiatio. Exemplum enim ſigilli quo utitur, manifeſtè innuit illum per antitypa panem & vinum intelligere quæ per immixtionem corporis & ſanguinis Chriſti non magis ſubſtantialiter immutentur, quam materia in qua ſigillum Characteres ſuos imprimit. Nec tanti faciendum eſſet illius teſtimonium, cum in libro quodã *de reſurrectione* de natura carnis in univerſum poſt reſurrectionem, & proinde de carne Chriſti, malè ſenſerit, aſſerens, *corpus foretum impalpabile, atque ventis & aere ſubtilius*, ut teſtatur [b] Gregorius Magnus, qui & addit Tiberium Imperatorem deliberaſſe, *ut liber hic flammis cremari debuiſſet.* En magnum & vere beatum Cardinalis Patriarcham, & Eccleſiæ lampadem. Sed neceſſe non eſt eò devenire. Ea enim Authoris verba (dato quod Eutychij ſint) ad commodum ſenſum reduci poſſunt, & ab aliorum Græcorum mente non alienum: nempè, ſi dicamus

Author Conſtitutionum.

[b] *Epiſt. 43.*
[c] *De differ. ſubſtant. & hypoſtaſ.*
[d] *In 1. ad Hebr.*
[e] *De Trinit. lib. 7. c. 1.*
[f] *In 1. ad Hebr.*
[g] *Theop. & Oecum. ibid.*
[h] *De Chriſto. l. 2. c. 4.*
[i] *De Cherubin. cap. 6.*

[a] *In Alexio lib. 3.*

[b] *In Iob. l. 14. c. 31. 32. alias 29.*

Digitized by Google

Author Constitutionum.

camus illum intelligere, corpus & sanguinem Christi in antitypa, id est, in panem & vinum per Hierurgias indi, non quoad substantiam suam (Deus enim forent secundum hoc Ambrosij de Spiritu S. effatum, c *quis dubitet, quin divinum sit, quod infunditur simul pluribus, nec videtur*) sed secundum efficaciam suam, & ita ab omnibus Communicantibus participari integre & indivisibiliter, quamlibet antityporum particulam recipiant. Sic enim apud Victorem Antiochenum in codice græco manuscripto Bibliothecæ Regiæ, Veterum aliquis innominatim citatus, qui Cyrillus Alexandrinus est, ut loco suo docebitur, ait: d *Deus propositis* (pani scilicet & vino) *vim vitæ & illa convertit in efficaciam carnis suæ, ut ea habeamus in communionem vivificam, & tanquam semen vivificum corpus vitæ inveniatur in nobis.* Et rursus idem Cyrillus alibi: e *minima Eulogia totum nostrum in se miscet & sua replet efficacia, & ita Christus in nobis est.* Et Author librorum de Sacramentis inter Ambrosij opera: f *in similitudinem quidem accipis sacramentum, sed verè natura gratiam virtutemque consequeris.* Exempla quoque sigilli & vocis ab Authore allata eò nos ducunt. Nam sigillum (ut jam supra observavimus) in materia subjecta, non substantiam suam materialem, sed illius tantum vim & similitudinem insculpit: nec eadem vox quoad substantiam suam numero unam ad multorum aures simul pervenit (alioqui, cum corpus sit, naturaliter in pluribus locis simul foret, quod impossibile est) sed quoad virtutem, seu quoad species quæ multiplicatur. Verum, quid operam & tempus tero in re dubia? Quomodò enim constat verba memorata esse verè Eutychij Episcopi Constantinopolitani. Nihil enim illius in hac materia citatum invenitur a Damasceno, Epiphanio Diacono, Concilio Nicæno secundo, Nicephoro, Euthymio & Theophilacto studiosissimis ejusmodi, sententiarum veterum conquisitoribus super re Eucharistica: quod tamen non omisissent si quid tale scripsisset Eutychius. Illorum omnium recentissimus Nicetas, aut potius apud Nicetam aliqui verba hæc sub Eutychij nomine proferunt, nec unde illa deprompserint aperiunt, adeo stupidi & ignari ut g Nysseni locum sub Chrysostomi titulo adducant. Quid si pariter recentiorem aliquem Eutychium sub Eutychij Episcopi Constantinopolitani nomine abusive citaverint? Et forte Nicetas ipse, quippe illis favens ac eorum partes secutus, reticuit, contradicentes in disputatione quam commemorat testimonium hoc rejecisse. Denique, aut Authorem horum verborum imperitum valde fuisse, aut locum hunc esse corruptum, patet, tùm ex eo quod ait *post Hierurgiam mysticam corpus & sanguinem Christi antitypis indi per Hierurgiam*, tautologice & insulse, tum ex Authore anonymo cujus libellus περὶ θείων μυστηρίων manuscriptus h habetur in bibliotheca Regia charactere non admodum veteri exaratus. In eo enim postrema pars hujus loci citatur quidem sub Eutychij nomine, sed manifeste simul ostenditur exempla ab Authore, quisquis sit, citata, alia fuisse alijs quæ apud Nicetam habentur: μηδεὶς, inquit, ἀμφιβολίαν ἐχέτω τὸ ἀφῆκεν μετὰ τὴν ἱερουργίαν ἢ τὴν ἁγίαν ἀνάστασιν σῶμα, ἢ ἅγιον καὶ ζωοποιὸν αἷμα τῷ κυρίῳ τῆς ἀνθρωπότητος ἐνωθέντων διὰ τῶν ἱερουργιῶν, ἔλαττον τῶν προκειμένων παραδειγμάτων, ἤγουν τῆς δακτυλίου ἢ τῆς μύδρου, videlicet, annuli & ferri ardentis, τὴς οἰκείας ἐναπομόγυνσθαι δυνάμεις, ἀλλ' ὅλον ἐν ὅλοις εὑρίσκεσθαι. Agnoscunt autem Adversariorum nonnulli, i *quod vere & philosophice loquendo, substantia ignis non est in ferro candenti, sed tantum calor accedens aliquomodò ad naturam & conditionem ignis, ratione cujus similitudinis valde improprie dicitur ignis.*

Quartò & Franciscus Turrianus respondet, *antitypum propriè significare figuram quæ rem in se habet ad differentiam typi qui rem* (significatam scilicet) *in se non continet, & hoc sensu Clementem signa Eucharistica rectè appellare* antitypa corporis & sanguinis Christi, *quia corpus & sanguinem Christi* in se contineant. Ut autem probet antitypum id significare, profert (quod mirum est) Cyrillum a m Hierosolymitanum baptismum appellantem *antitypum passionis Christi*, & oleum *antitypum ejus quo Christus unctus est*, hoc est, Spiritus Sancti. Sed hanc ejus responsionem rejicit ac refutat Vasques: *Hæc opinio*, inquit, n *de significatione vocis antitypum ex nullo probato authore confirmari potest. Quod verò adducit ex Cyrillo potius contra ipsum est, quoniam baptismus qui à Cyrillo dicitur* antitypum passionis & sepulturæ Christi, *non continet reipsa mortẽ & sepulturam illius, sed effectum, nempe, remissionem peccatorum*, &c. *Similiter non dicitur a Cyrillo sacramentum confirmationis antitypum ejus nimirum olei quo Christus unctus est, quod illud oleum reipsa, & non secundum significationem contineat, sed quod effectum aliquem illius, eique similem unctionem habeat. Nam Christus unctus est ipsa essentia Deitatis, nos autem gratia Spiritus Sancti, quæ est solùm quædam participatio divinitatis qua Christus veluti oleo unctus est.* Addere possem innumera testimonia quæ quam falsa sit hæc Turriani opinio undequaque convincerent: sed, quia id clarius est quam ut probatione egeat, ne fastidium pariam, facere supersedeo.

Denique respondet Vasques post o Damascenum

Author Constitutionum.

h *Num.* 8. 15.

i *Ysambertus in tractatu de Euchar. ad q.* 75. *disput.* 6. *art.* 1.

l *In c.* 26. *d.* 6. *constit.*

m *Catechet. mystag.* 2. & 3.

n *Vbi supr.*

o *De fidei.* 4. *c.* 14.

c *De Spirit. S. l.* 1 *c.* 7.

d *In Marc.* 14. εἰσὶν δὲ αὗται αἱ προκείμεναι δύναμαι ζωῆς καὶ μαθήσεως αἱ ἐν ἡμῖν αἱ ἐνεργοῦσαι τῆς ἑαυτῶν ἐφέσεως, ἵνα μὴ μόνῃ τὴν ζωοποιὸν ἔχωμεν ἐν ἡμῖν, καὶ ὅλον ἐπίσημον ζωοποιὸν τὸ σῶμα ἐν ἡμῖν ὑπάρχῃ τὸ σῶμα τῆς ζωῆς.

e *In Ioan.* 6. 57. ὀλίγον εὐλογία ἑαυτὴν ὅλην ἐμφύρει τοῖς οὖσιν ἐν ἡμῖν, καὶ ἑνὸς ἑκάστου τῶν ἐν ἡμῖν ἰδίας ἐνεργείας ἀναπληροῖ· οὕτω τι τὸ ἐν ἡμῖν χριστὸν χρίει.

f *Lib.* 6. *c.* 1.

g *Ex orat. Catech.* § 7.

Author. Conſtitutionum.

maſcenum & c Epiphanium Diaconum, Primò generatim, d *nullum Veterum Euchariſtiam poſt conſecrationem antitypum corporis & ſanguinis Chriſti appellaſſe.* Atquam falſo id affirmet, jam ſupra demonſtravimus ex Theodoreto. Addamus alios, præter Nazianzenum & Baſilium de quibus alibi, et Authorem noſtrum de quo mox diſputabimus. Sic enim Euſtathius Antiochenus exponens illa Salomonis, *comedite panem meum & bibite vinum quod miſcui vobis*, ait: e *per vinum & panem corporalium Chriſti membrorum antitypa praedicat.* Nam panis & vinum corporalium Chriſti membrorum antitypa non ſunt, niſi poſt conſecrationem. Et Macarius: *in Eccleſia offertur panis & vinum antitypon carnis ejus & ſanguinis.* Et Cyrillus Hieroſolymitanus: *guſtantes, non panem & vinum guſtare jubentur, ſed antitypum corporis & ſanguinis Chriſti.* Secundò reſpondet in ſpecie ad duo ex locis Authoris noſtri quæ protulimus. Ad primum, ubi Chriſtus Diſcipulis refertur tradidiſſe *antitypa myſteria corporis & ſanguinis ſui*; dicit, ſenſum non eſſe, myſteria ſeu ſacramenta eſſe antitypa corporis & ſanguinis Chriſti, ſed, myſteria ſeu ſacramenta corporis & ſanguinis, eſſe antitypa: *ſunt enim*, inquit, *haec ſacramenta antitypa paſſionis & beatitudinis.* Verum, manifeſtum eſt Authorem his verbis explicare quid Dominus Apoſtolis dederit, & in quem finem, quando eis dixit, *accipite, edite, hoc eſt corpus meum*, &c, ita ut antitypum corporis exegeticè reddat τὸ *corpus*. At nemo, credo, dixerit corpus ibi deſignare beatitudinem: non igitur antitypum de beatitudinis antitypo ibi ſumitur. Sed & Author ipſe diſertè ait h *Euchariſtiam* eſſe *antitypam regij corporis Chriſti*: & rurſum, *ſymbola corporis & ſanguinis ejus*, evaſionem Adverſario prorſus eripiens. Ad alteram autem ubi Author ait: *Agimus tibi gratias, Pater, ob pretioſum Ieſu Chriſti ſanguinem pro nobis effuſum, corpuſque pretioſum cujus haec antitypa celebramus*; reſpondet, illum *Euchariſtiam appellare antitypa, non corporis & ſanguinis, ſed paſſionis.* Falſò autem prius illud dicit. Ad quid enim refertur pronomen illud *cujus*, niſi ad nomen *corpus* quod immediate præcedit? Concedo quidem, illum corpus morti traditum intelligere, quandoquidem Euchariſtia ad illud qua tale directè refertur: verum ſi Euchariſtia corporis illius ſit antitypum, nullomodo poteſt eſſe idem ſubſtantialiter corpus. Idque olim fatebatur Epiphanius ille Diaconus a Vaſques laudatus: *ſi imago*, i inquit, *corporis eſt, non poteſt eſſe ipſum divinum corpus.* Atque hæc dicta ſunto de Authore noſtro κατασκευαστικῶς. Jam autem expendamus quædam illius loca ab Adverſarijs oppoſita.

c *Conc. Nicen. 2. act. 6.* d *Vbi ſupr. n. 47.*

e *Conc. Nicen. 2. Act. 6. infr. cit.* f *Homil. 27.* g *Catech. 5. myſtag. ſno loco citand.*

h *L. 6. c. 29. & ibid. c. 23.*

i *Vbi ſupr. εἰ τύπος τοῦ σώματος ἐστιν οὐκέτι ἀνδίχεται εἶναι αὐτὸ τὸ θεῖον σῶμα.*

CAPUT III.

Author Conſtitutionum.

OBJICIT, primò Perronius hæc verba ex libro 8. cap. 12. *ſuper hoc ſacrificium mitte S. tuum Spiritum ut panem hunc oſtendat* (ſeu potius, *efficiat*) *corpus Chriſti tui, & poculum hoc ſanguinem Chriſti tui.* Addit k Coffetellus hæc alia ubi de Presbyteris agens, ait: l *Ij vos corpore ſalutari & pretioſo ſanguine dignati ſunt.* Et rurſum in gratiarum actione pro ſuſceptione ſacramenti: m *qui pretioſum Chriſti corpus & pretioſum ſanguinem Chriſti participavimus, gratias agimus ei qui nos dignatus eſt communione myſteriorum ſuorum.* Denique Perronius urget hæc ex libro ſecundo: n *quiſque ordo ſeorſum corpus Dominicum & pretioſum ſanguinem ſumat cum pudore & reverentia, ut ad corpus Regis accedentes.* Quibus, inquit Coffetellus, *oſtenditur antiquitatem credidiſſe realem corporis Dominici in ſacramento praeſentiam.* At, qua facilitate id affirmat, eadem nos hoc negamus. Concedimus enim panem & vinum fieri & eſſe corpus & ſanguinem Regis, ſed juxta Veterum mentem, *corpus myſticum* ſeu *typicum & ſymbolicum*, ut illud o Chryſoſtomus & p Origenes appellant: ac rurſus, eos quos dignatur Deus ſacramentorum communione ecte dici poſſe corpus & ſanguinem Chriſti participaſſe, quia ſacramenta corporis & ſanguinis *ſecundum quendam modum*, hoc eſt, ratione *ſimilitudinis*, non autem identitatis, Chriſti corpus & ſanguis ſunt. Id enim poſt q Auguſtinum obſervat Facundus Hermianenſis cum ait: r *fideles ſacramentum corporis & ſanguinis Chriſti accipientes corpus & ſanguinem Chriſti recte dicuntur accipere.* Quod illuſtrat hoc exemplo, *ſicut & ipſe Chriſtus ſacramentum adoptionis filiorum cum ſuſcepiſſet, potuit recte dici adoptionem filiorum ſuſcepiſſe*: nimirum, *quia poteſt ſacramentum adoptionis adoptio nuncupari, ſicut ſacramentum corporis & ſanguinis ejus quod eſt in pane & poculo conſecrato corpus ejus & ſanguinem dicimus.* Idem quoquè Author noſter apertè innuit: tum quandò corpus illud & ſanguinem Chriſti de *ſanctis myſteriis* ibidem interpretatur, (quid enim *myſteria* ſunt apud Græcos quam *ſacramenta* ſeu *ſacra ſigna* aqud Latinos?) tum corpus illud Regis & ſanguinem exponens, de *Euchariſtia antitypa regij corporis & ſanguinis Chriſti*, ut ſupra obſervavimus.

k *Des nouv. du Sacrem. c. 20.* l *Lib. 2. c. 33.* m *Lib. 8. c. 14.* n *cap. 57.* o *De reſurrect.* p *In Matth. c. 15.* q *Epiſt. 23* r *L. 9. c. 2.*

Objiciunt ſecundò Perronius & Coffetellus hæc verba: s *Epiſcopus tribuat oblationem dicens corpus Chriſti; & qui accipit, dicat Amen. Diaconus verò retineat calicem & tribuens aljis dicat, ſanguis Chriſti calix vitae, & qui bibit, dicat Amen.* Nihil autem indè concludunt, ea produxiſſe contenti: caute, ut reor, quòd de illis pauca ſibi pollicerentur. Audacior Albaſpinæus Epiſcopus Aurelianenſis, licet

s *Conſt. l. 8. c. 13.*

in

Author Constitutionum.

in alium Authorem: *quando*, c inquit, *Eucharistiam recipientes respondebant*, Amen, *quid hoc aliud erat quam profiteri se credere illam esse vere Iesu Christi corpus?* Respondeo, hanc breviatam absque copula & prædicato loquendi formulam, *corpus Christi*, *sanguis Christi*, videri duplici sensu a Veteribus fuisse usurpatam. Primò, id de pane & calice affirmando: secundo, id asseverando de corpore & sanguine Christi in se consideratis. Priori sensu illam videntur accepisse u Tertullianus, x Augustinus, y Ambrosius, z Pelagius, & a Author librorum de Sacramentis apud Ambrosium: posteriori Leo I. contra Eutychianos agens, ut loco suo fusius explicabitur. Utrum libet autem elegant Adversarij, id illis proderit. Si priorem: hoc veteres dicere voluerint quod diserte observat Augustinus: b *panis est corpus Christi*, *Calix sanguis Christi*. At hoc directè contra Adversarios. Testatur Facundus jam supra laudatus: *Sacramentum corporis & sanguinis ejus quod est in pane & poculo consecrato, corpus ejus & sanguinem dicimus, non quod proprie corpus ejus sit panis & poculum sanguis, sed quod in se mysterium corporis ejus sanguinisque contineant.* Augustinus similiter docens hac concisa locutione, *corpus Christi*, non modo significari panem esse corpus Christi, sed etiam fideles idem Christi corpus esse, & ad hoc pariter *Amen* responderi: *si corpus Christi estis*, a inquit, *& membra, mysterium vestrum in mensa Domini positum est, mysterium Domini accipitis. Ad id quod estis, respondetis Amen, & respondendo subscribitis. Audis, corpus Christi, & respondes, Amen: esto membrum corporis Christi, ut sit verum Amen tuum.* Responsio enim illa, *Amen*, seu, *hoc est verum*, non magis designat panem & vinum esse proprie & substantialiter corpus & sanguinem Christi, quam fideles ea appellatione cum asseverationis ejusdem particula honoratos, idem Domini corpus proprie & essentialiter esse. Sin autem posteriorem sensum eligant, nihil hoc illos juvabit. Quis enim dubitat Domini corpus verum esse, & permansisse, non autem phantasticum, aut in divinitatem substantialiter mutatum, prout illud hæretici esse delirabant? Id autem Veteres ex Eucharistia & rectè concludebant eo quod figura sit figura veritatis, & typus rei existentis typus; panis autem & vinum figura typusque sint corporis & sanguinis Christi, ut infra, Deo dante, in Tertulliano & Theodoreto fusius ostensuri.

Ultimo objicit Albaspinæus locum ex libr. 7. c. 26. ubi dicitur: *Si quis* (sc. non baptizatus) *per ignorantiam Eucharistiam sumpserit, est ille quidē citò religionis elementis imbuendus & baptizandus ne exeat contemptor.* Cui alterum similem addit ex Timothei Alexandrini canonica epistola, in qua ad interrogationem, *si puellus Catechumenus ut potè annorum septem, vel homo etiam perfectus dum fieret oblatio opportune adfuerit, ejusque nescius particeps factus fuerit, quid debet de eo fieri*; respondet, *illuminari debet*, (hoc est, baptizari) *a Deo enim vocatus est.* Ad quæ verba sic Balsamon: *qua non malitiose ad sanctorum donorum communionem accessit, & opportunitate usus est, non prohibitus a fidelibus præsentibus id forte ignorantibus, & ipso quoque qui communionem impertijt videtur esse a Deo vocatus. Et sicut S. Apostolus Petrus dixit de Cornelio & ijs qui cum illo erant quo tempore Catechumeni cum essent in eos cecidit Spiritus Sanctus, & linguis locuti sunt, & Deum glorificabant ut in libro Actorum scriptum est; quis potest prohibere nè aqua baptizentur qui Spiritum Sanctum acceperunt, sicut & nos; hoc propemodum etiam dixit Timotheus, quod a Deo vocatus & sacramentis dignus existimatus debet baptizari.* At, inquit b Albaspinæus, quid ad hæc respondere possunt Adversarij? Thrasonice prorsus. Ostende, quid contra nos sit: tum fortè respondebimus aliter quam tu existimes. Tria autem hic observat. *Primo*, inquit, *apud Veteres non reperimus, Catechumenum, si casu aliquod aliud ex sacramentis accepisset, ut baptismum aut confirmationem, ijsdem privilegijs gavisum esse: imo contra invenimus, ei, si in mortis periculo constitutus necessario baptizatus fuisset, confirmationem fuisse denegatam, aut saltem difficulter concessam, atque prioris vitæ habita ratione. Unde patet Eucharistiam tum in majori pretio habitam fuisse quam reliqua sacramenta.* Sed hæc levia sunt. Primò enim supponit manus impositionem (id enim est quod per confirmationem intelligit) Catechumeno in mortis periculo constituto denegatam, aut saltem difficulter concessam fuisse. Verum, quomodo id probat? c Alibi in hanc rem offert canones duos Ecclesiasticos, unum ex concilio Eliberino, alterum ex Arelatensi primo, sed male, cum in neutro agatur de baptizatis, sed de Ethnicis & Paganis. Verba prioris sunt: d *Gentiles, si in infirmitate desideraverint sibi manus imponi, si fuerit eorum ex aliqua parte honesta vita, placuit eis manum imponi & fieri Christianos.* Posterioris similiter: e *de his qui in infirmitate credere volunt, placuit debere his manum imponi.* Quis enim unquam baptizatos *Gentiles* aut *infideles* appellavit? Secundo, supponit & rursus, ei qui baptismum verbi gratia casu accepisset, Eucharistiæ communionem olim fuisse negatam. Ejus enim moris nec ullam probationem affert, nec, ut reor, afferre potest cum certum sit Eucharistiam communiter post baptismum & una cum illo immediatè datam fuisse. Denique, etiam utroque illorum supposito, respondeo facile esse rationem reddere, cur cuipiam casu Eucharistiam accipienti

Author Constitutionum.

c *Police de l'ancienne Eglise en l'administr. de l'Euch. l. 2. c. 14.*

u *De spectac.*
x *De verbis Apost. serm. 29. & serm. ad infantes.*
y *De his qui initiant. c. 9.*
z *In 1. ad Cor. 11. inter Hieron. opera.*
a *Lib. 4. c. 5.*
b *Serm. ad infans. apud Fulgent. de baptism. Æthiop. c. ult.*

a *Serm. ad infant.*

b *Ubi supr. lib. 1. c. 3.*

c *Ibid. cap. 13.*

d *Can. 39.*

e *Can. 6.*

Ignatius. què non indicat, nec ex ejus verbis colligere eſt.

Examen teſtimoniorum ex Epiſtolis S. Ignatio tributis.

CAPUT I.

b *Scripta videntur circa ann. 150.*

SUB b Ignatij Antiocheni nomine jam olim diffuſæ ſunt ſeptem epiſtolæ, ad Epheſios, Magneſianos, Trallianos, Romanos, Philadelphienſes, Smyrnenſes, & Polycarpum, quarum c Veteres mentionem faciunt valdè honorificam, & tandem noſtris temporibus, ſed ampliori numero, duodecim videlicet, in lucem editæ. De his ait Baronius, d *magna Dei providentia factum eſſe ut ab Ignatio ſcriberentur, & admirando plane divino conſilio procuratum, ut inter tot tantaque naufragia ſcripturarum eadem ad ætatem noſtram incorrupta atque integra ſervarentur.* Quod in erudito viro ſane mirandum eſt. Petavius Jeſuita, oculatior & æquior, *interpolatas* eſſe e fatetur, *nec omninò ſinceras ad nos pervenisse.* Et quidem ita ſe rem habere manifeſtè conſtare poterat Baronio, tum ex varijs locis a Veteribus citatis quæ in hodiernis non reperiuntur, tum ex multis additamentis de quibus videri poſſunt ex noſtris viri Doctiſſimi in criticis ſuis, tum deniq; ex codice Bibliothecæ Mediceæ, cujus apographum vidimus Florentia allatum ab Iſaaco Voſſio eruditiſſimi Patris digno filio, & poſt editum, cui & proprie ad amuſſim reſpondet latina vetus verſio a Doctiſſimo Uſſerio in Angliæ bibliothecis reperta. In illo enim habentur veteri admodum charactere exaratæ ſex ſeptem illarum quarum Patres meminerunt (una cum tribus aliis ſcilicet, ad Tarſenſes, & Mariam, & Mariæ ad Ignatium recentiori manu conſcriptis) ab ante editis non parum diſcrepantes, ſed omnes multò breviores, & longè quoq; puriores, cum in illis loca omnia a Veteribus memorata reperiantur, & ferè careant aſſumentis ſupra notatis: ut jam conſtare videatur eas eſſe quas vidit antiquitas ac Ignatij genuinas exiſtimavit. Antiquitati tamen ab aliquo in Epiſcopatus gratiam, cui commendando totæ ſunt, fucum factum fuiſſe, ſatis apertè colligitur ex epiſtola ad Magneſianos in illo codice Florentino, Latinaque Verſione ſupra memorata. In ea enim habetur hæc verba quæ in prius edita deſunt: εἷς θεός ἐστιν ὁ φανερώσας ἑαυτὸν διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, ὅς ἐστιν αὐτοῦ λόγος ἀΐδιος, οὐκ ἀπὸ σιγῆς προελθών: *unus Deus eſt qui manifeſtavit ſeipſum per Jeſum Chriſtum filium ipſius, qui eſt ipſius Verbum æternum, non a ſilentio progrediens.* Et paulò ante rurſum de Chriſto, eum eſſe, ἀφ' ἑνὸς πατρὸς

c *Euſeb. hiſt. l. 3. c. 35. & 36. in Græc. Hieronym. & in Catalog & alij.*

d *Ad ann. 109.*

e *De Eccleſ. Hierarch. l. 1. c. 2. num. 14.*

ἀπολελθόντος, *ab uno Patre exeuntem.* Quibus patet illam ſcriptam fuiſſe poſt exortam Valentini hæreſin ibi notatam. Nemo enim antè Valentinum aſſeruiſſe legitur Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum proceſſiſſe ex Patre & Silentio. Primus Author ille fuit hujus delirij. Cœpit autem f *Hæreſim ſuam conſtituere* & propalare ſub Antonino Pio, & Hygino Epiſcopo Romano, & quidem g anno utriuſque ſecundo qui incidit in annum Domini centeſimum trigeſimum nonum, triginta & amplius annis poſt defunctum Ignatium: Ignatius enim paſſus eſt h Traiani undecimo, qui eſt Domini centeſimus octavus. Quomodò igitur potuit author eſſe harum epiſtolarum? Excipit tamen Doctiſſimus Uſſerius, cui & ſimilia propemodum quoque dixerat ſupranominatus Voſſius, i *probandum adhuc remanere, Æonum & Verbi portenta illa a Valentino primum fuiſſe excogitata, non ex antiquiorum Hæreticorum lacunis derivata. Poſterius enim hoc*, inquit, *nobis ſuadent Irenæi illa*: k qui eſt primus, ab ea quæ dicitur Gnoſtica hæreſis antiquas in ſuum Characterem doctrinas transferens (μεθαρμόσας, *melim* transformans) ſic definivit: Dualitatem quamdam innominabilem, cujus quidem aliud vocare inenarrabile, aliud autem Sigen. Poſt deinde ex hac dualitate ſecundam dualitatem emiſſam, cujus aliud quidem Patrem vocat, aliud veritatem: Ex hac autem quaternitate fructificari Logen & Zoen, Anthropon & Eccleſiam. *Valentinus enim*, cujuſdam veteris opinionis ſeminia nactus (*ut in libri adverſus Valentinianos capite IV. habet Tertullianus*) *veteribus illis doctrinis propriam ſuam methodum adaptavit.* De eodem in Hæreſi. 31. Epiphanius: fabuloſa Gentium poeſi in animo ſuo concepta, & ab jis qui cum ipſo & ante ipſum a veritate exciderunt ſententiam mutuatus, eadem & ipſe quæ Heſiodus, mutatis tantum nominibus, ad mundum decipiendum inducere voluit. *Per eos autem qui* ante ipſum *ex fabuloſa Heſiodi Theogonia* Æones ſuos *effinxerunt, non alios quam Gnoſticos Hæreticos eum intellexiſſe, ex præcedentibus ſatis ſignificaverat*, &c. Verum, pace illorum dixerim, hæc eos minime juvant. Nam quamvis Gnoſtici poſt Heſiodum, & antè Valentinum, combinationes quaſdam, Æoneſque confinxerint, id tamen non ſatisfacit argumento propoſito, triplici de cauſa. Prima eſt, quia oſtendendum foret Gnoſticos docuiſſe λόγον ex Sige proceſſiſſe, de qua altiſſimum apud veteres ſilentium. Secunda, quoniam Irenæus in ipſo loco citato docet, octonarium illum in quo fit Siges mentio proprium eſſe Valentini characterem ex Gnoſticorum figmentis, & ſeminijs, ut loquitur Tertullianus, ab eo ſic transformatum, accommodatum

f *Iren. l. 3. c. 4. Theodoret hæretic. fabul. l. 1.*

g *Euſeb. in Chron.*

h *Hieron. in Catalogo.*

i *Præf. ad lector.*

k *Lib. 1. cap. 5.*

Ignatius. & nominatum. Tertia denique, quia expreſſe notat Epiphanius ex ipſamet Valentini epiſtola quam refert, eum docuiſſe Verbum proceſſiſſe ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ τῆς σιγῆς. Cum igitur id ſit proprium Valentini dogma, *propriuſque Character*, manifeſtè conſtare videtur Authorem noſtrum dicentem de Domino, οὐκ ἀπὸ σιγῆς προελθὼν, ſed ἀφ' ἑνὸς πατρὸς, directe reſpicere ad propriam hæretici illius doctrinam: ac proinde, ut dicebamus, poſt Valentinum ſcripſiſſe, nec eum Ignatium eſſe poſſe. At vero Dionyſius Petavius aliter ab argumento noſtro ſe conatur extricare; *Verbum hujuſmodi*, inquit, *ſive ſermonem (ita enim Veteres quidam λόγον interpretati ſunt) Ignatius aſſerit eſſe Ieſum Chriſtum Dei filium, non qualis eſt creatus & humanus ſermo, qui in tempore incipit ac deſinit, hoc eſt, poſt ſilentium oritur, & in ſilentium deſinit. Non enim eſt æternus. Hoc unum, nec aliud quicquam voluit. Audiamus Auguſtinum ad eum ſenſum nobis præeuntem: Quænam eſt, inquit, illa generatio qua in principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum & Deus erat Verbum? Vel quod eſt hoc Verbum quod dicturus antea non ſilebat, quo dicto non filuit qui dicebat, quod eſt Verbum ſine tempore, per quod facta ſunt tempora, verbum quod labia nullius aperuit cœptum, clauſitve finitum?* Verum hæc ſolutio præcedenti non eſt potior. Quid enim nos vetat dicere Auguſtinum in hiſce verbis ad Valentinianorum nugas alluſiſſe? Annon ipſemet alibi de Valentino obſervat illum aſſeruiſſe, a *triginta αἰῶνας, id eſt, ſecula extitiſſe, quorum principium ſit profundum & ſilentium, quod profundum etiam Patrem appellat?* Valentinus certè docuit, Chriſtum ex *Sige* ſeu *ſilentio proceſſiſſe*, tum velut è termino quodam temporis, tum velut ex vero generationis principio, id eſt, tanquam ex matre. Fieri ergo potuit Auguſtinum loco citato ad aliquam dramaris iſtius partem reſpexiſſe. Sed quicquid ſit de Auguſtino, Authorem de quo litigamus utramque delirij hujus Valentiniani partem expreſſe ſpectaſſe, videtur apertiſſimum. Non enim tantummodo de Chriſto Domino ait, ὃς ἐστιν αὐτὸς λόγος αἰδίος, οὐκ ἀπὸ σιγῆς προελθὼν, ſed etiam in præcedentibus aſſeruerat nos in illum credere ἀφ' ἑνὸς πατρὸς προελθόντα. Quibus in verbis, cum mens ipſius ſit Chriſtum ab æterno *ex Patre* tanquam ex principio verè generanti *proceſſiſſe*, liquidum eſt illum quoque intelligere, Chriſtum *non ex ſilentio* tanquam ex principio vere generanti, hoc eſt, velut ex matre *prodiiſſe*. Qui autem ei in mentem venire tum potuiſſet contendere ac decidere, Chriſtum *ex ſolo Patre proceſſiſſe* tanquam ex principio verè generanti, *non* autem *ex ſige* ſeu *ſilentio* tanquam ex matre, ni aliqui antea fuiſſent, aut tunc eſſent, utrumque generationis illud principium, infrunitum adeò, Domino aſſignantes? Nemo autem antè Valentinum binum illud principium ei legitur tribuiſſe. Proprius ejus Character eſt, ut ſuprà obſervabamus. Unde redit argumentum, Authorem hujus Epiſtolæ Valentino eſſe poſteriorem, ac proinde non Ignatium Antiochenum præſulem. Non negaverim Ignatium epiſtolas aliquas ſcripſiſſe; id enim indicat Polycarpus in epiſtola ad Philippenſes, ſi tamen genuina eſt & ſincera prorſus, quandoquidem in veteribus Ignatij actis nulla eſt Epiſtolarum ipſius mentio, ut idem Uſſerius agnoſcit: Sed, ſi quas ſcripſit, illæ perierunt, & plures aliæ ſub ipſius nomine circa medium ſecundi ſeculi compoſitæ ſunt, ac incautè & abſque examine a veteribus receptæ. Id autem ſolius amore veritatis obſervamus. Cujuſcumque enim ſint Epiſtolæ quæ jam habentur, in controverſia de qua agimus, eæ nobis ſuffragantur, ut jam ſumus oſtenſuri.

Author quippe illarum quem deinceps Ignatium ſalvo jure veritatis appellabimus, Philadelphienſes ad veritatis & fidei unitatem hortatus, ſuaſionis ſuæ rationem ſubjungit his verbis: a *una enim eſt caro Domini Ieſu, & unus ſanguis pro nobis effuſus, unus quoque panis omnibus confractus, & unus calix omnibus diſtributus.* Ubi, cum diſtinguat corpus & ſanguinem Chriſti a pane Euchariſtiæ qui comminuitur & calice qui diſtribuitur communicantibus, atque ab his & ab illis diſtincte argumentetur, ſatis evidenter innuit, panem & calicem non eſſe proprie & ſubſtantialiter corpus & ſanguinem Domini, ſed alia ab illis eſſe. Manuſcriptum Florentinum paulò aliter legit: b *Studete una Euchariſtia uti. Una enim eſt caro Domini noſtri Ieſu Chriſti, & poculum unum eſt in unionem ſanguinis ejus.* Quod nihilominus ad idem redit. Nam ſi una Euchariſtia uti debemus, quia una eſt caro Domini, palam eſt Euchariſtiam aliud eſſe a carne Domini, cum idem per idem probari niſi abſurdè non ſoleat.

Prioris argumenti conſequentiam negat Petronius reſpondens, c *carnem Domini & panem, ſanguinem & calicem, de quibus Ignatius, res eaſdem eſſe variis tantum appellationibus diſtinctas. Id enim uſitatiſſimum eſſe in communi loquendi ratione ut idem vario reſpectu varia ſortiatur nomina: verbi gratia, quando Apoſtolus ait de eccleſia,* d *unus panis, unum corpus ſumus; ac rurſum quando dicimus, unus eſt Chriſtus ac eccleſia una, unus Paſtor, ac grex unus. Unde male colligeretur Chriſtum & Paſtorem, Eccleſiam & gregem, res diverſas eſſe.* Quibus addit, *codicem Tigurinum legere* εἷς γὰρ ἄρτος, *non autem*, εἷς καὶ ἄρτος. Sed hanc Cardinalis obſervationem in verbis

Ignatij

a *De Hæreſibus.*

e *Tom. 4. part. 2. in append. tom. 3. de Eccleſiaſt. Hierarch. l. 2. c. 8. n. 7.*

a *In natali Dom. ſerm. 1.*

a μία γάρ ἐστιν ἡ σὰρξ τοῦ κυρίου Ἰησοῦ καὶ ἓν αἷμα τὸ ἐκχυθὲν εἰς τὴν ἕνωσιν ἡμῶν· ἓν ποτήριον εἰς τὴν ἕνωσιν τοῦ αἵματος αὐτοῦ· ἓν ἄρτος πᾶσιν κεκλασμένος· ἓν ποτήριον πᾶσι διαμεμερισμένον.

b σπουδάσατε μιᾷ εὐχαριστίᾳ χρῆσθαι. μία γὰρ σὰρξ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ ἓν ποτήριον εἰς ἕνωσιν τοῦ αἵματος αὐτοῦ.

c *De Euch. l. 2. Amb. 2.*

d *1. Cor. 10. 17.*

Ignatius. Ignatij locum habere non poſſe, multa evincunt. Primo, ſcopus Authoris. Is enim erat, ut diximus, Philadelphienſes ad vnitatem hortari, atque ut id obtineret, illis ſub oculos ponit varia religionis myſteria in quorum ſingulis elucelcit hæc vnitas: *vna enim*, inquit, *eſt caro Domini Ieſu, vnus ſanguis ejus pro nobis effuſus, vnus* (Euchariſtiæ) *panis, fractus, unum poculum, unum altare, vnus Epiſcopus, vnus Pater ingenitus, vnus filius ingenitus, unus Paracletus, vna prædicatio, unum Baptiſma, vna Eccleſia*; ac proinde ſatis innuit, e-
e *Epiſt. 51.* numerata illa omnia res totidem diſtinctas eſse a quarum vnaquaque argumentum ducit. Secundo, quod ait panem illum de quo loquitur omnibus frangi & comminui, quēadmodum & Auguſtinus, e *id quod eſt in Dominii menſa, &c. benedicitur & ſanctificatur & ad diſtribuendum communitur*, pariter oſtendit panem illum aliud eſse a carne Domini de qua ante locutus erat: caro enim Chriſti, ut pote impaſſibilis, comminui & frangi nequit. Quemadmodum & mentio calicis Euchariſtici quam immediate ſubjungit qui procul dubio unus eſt ex ſacramentalibus ſignis, liquido oſtendit unum illum panem eſse ſignum alterum ſacramentale, non rem ab illo ſignificatam, videlicet Chriſti carnem propriam & ſubſtantialem. Denique codex ille Tigurinus a Cardinale citatus, legens, εἷς γὰρ ἄρτος, idipſum validè arguit. Cum enim hæc particula γὰρ ratiocinativa ſit, neceſſarium eſt in his verbis, εἷς γὰρ ἄρτος πᾶσιν ἐθρύφθη καὶ ἓν τὸ ποτήριον πᾶσιν ἐδιενεμήθη, contineri probationem unitatis carnis ac ſanguinis Chriſti. At quænam foret illa probatio ſi panis fractus & poculum diſtributum idem proprie & ſubſtantialiter eſſent cum Chriſti carne & ſanguine? Ignatius ea ratione idem per idem abſurdiſſime probaret. Quod cum alienum a ſano viro cenſendum ſit, dicendum eſt, ex ejus ſententia panem & calicem de quibus loquitur non eſse propriè Domini carnem & ſanguinem.

Nec obſtant duo quæ hîc regerit Cardinalis. Prius eſt, *Ignatium hoc ſenſu falſo dicturum*, Unus panis eſt omnibus fractus, & unus calix omnibus diſtributus, *quia id non niſi de pane qui de cœlo deſcendit, hoc eſt, de Chriſto dici queat, cum panis proprie ſic appellatus non idem ſit, ſed varius in Eccleſia diſtributus.* Sed levis eſt objectio. Panis enim ille *unus* Ignatio nominatur, vel reſpectu Philadelphienſium ad quos ſcribebat, vel reſpectu omnium per ſingulas Eccleſias Euchariſtiæ communicantium. Si dixerimus illum ſic
f *Ratiom. l. 4. c. 53.* eſſe locutum Philadelphienſium reſpectu, facilis eſt reſponſio panem illum unum dici poſſe, non tantum ſpecie & myſterio, ſed etiam numero. Cum enim ea tempeſtate non adeo multi forent communicantes ſufficiebat abunde panis unus fruſtatim diſtributus, unde appellatio *Partium*. Quod & notavit Durandus, *offerebant* ſ ait *magnum panem & omnibus ſufficientem, quod adhuc Græci ſervare dicuntur.* Sin autem reſpectu omnium per ſingulas Eccleſias communicantium, tunc dicemus illum ab eo unum appellari, non numero, ſed ſpecie & myſterio: perinde ac ipſe Ignatius ibidem poſt Apoſtolum dicit, *baptiſma eſſe unum*, quamvis non eadem ſit numero aqua qua omnes per univerſum orbem baptizantur, ſed tantum ſpecie & ſacramentali ratione. Poſterius quod objicit, eſt, Ignatium ipſum plane aperire quiſnam ſit panis ille omnibus confractus quando ſcribit ad Epheſios: *Unum frangentes panem qui eſt immortalitatis pharmacum, antidotum ad non moriendum, ſed in Deo vivendum per Ieſum Chriſtum, purgativum, alexicacum.* Et ad Romanos: *panem Dei volo, panem cœleſtem, panem vitæ qui eſt caro filij Dei.* Verum, ut omittam hęc verba, *purgativum, alexicacum*, abeſse a codice Florentino, dico primo attributa illa omnia non prohibere quin panis ille de quo in priori loco agitur, panis ſit proprie ſic appellatus. Baptiſmus enim omnium confeſſione ſubſtantialiter aqua eſt: & tamen Clemens Alexandrinus eum vocat, g *malorum depulſorem*, quod idem eſt ac Alexicacum, & *pharmacum Paonium*, Epitomè Theodoti h *alexiterium*, Baſilius & Cyrillus, i *mortem peccati, currum ad cœlum ducentem*, Nazianzenus k *diluvium peccati, diſſolutionem tenebrarum, clavem regni cœleſtis, ſervitutis ablationem, vinculorum ſolutionem, incorruptionis veſtem, Dei donorum præſtantiſſimū & excellentiſſimū*, Chriſtiani Pœni l *ſalutem*, Chryſoſtomus m *pharmacum & antidotum*, Nyſsenus n *deductorem ad vitam immortalem*, Author Recognitionum o *aquas quæ poſſint vim futuri ignis extinguere, aquas quæ ſalutem conferunt*, denique, Nonnus Panopolitanus p *alexicacum*. Cur igitur Ignatius eadem non affirmaret de pane Euchariſtico licet poſt conſecrationē paris eſſe perſeveret? Verum dico ſecundo, tantum abeſse ut hic Ignatij locus evincat panem de quo loquitur, eſse *panem de cœlo, hoc eſt, Chriſtū ipſum*, quin potius contrarium manifeſtiſſimè doceat. Author enim ait, panem illum eſſe *antidotum ad non moriendum, ſed in Deo vivendum per Ieſum Chriſtum.* Abſurdiſſimum autem foret dicere Jeſum Chriſtum eſſe antidotum per Jeſum Chriſtum: contra, rationi valde conſentaneum aſſerere panem ſacramentalem, ſi quidem aliud eſt ſubſtantialiter a Chriſto utpote illius modo ſacramentum, eſſe antidotum per Jeſum Chriſtum, id eſt, per Jeſu Chriſti virtutem. Panis igitur qui in fruſta comminuitur ac communicantibus diſtribuitur non eſt proprie & ſubſtantialiter Chriſtus. Ad poſteriorem autem

g *Pædag. l. 1. cap. 6.* ὁ τῶν ψυχῶν ἀποτρόπαιος. *Item* Φάρμακον ἀποτρόπαιον.
h ἀλεξιτήριον.
i *Exhort. ad baptiſm. & præfat. Catechef.* χαρακτὴρ ἄμαξαν ἐπὶ οὐρανὸν ἄγων. κ ῥῶσις κακῶν. κ ἀφανισμὸς ἁμαρτίας, σκότους περίλυσις, κλεὶς βασιλείας, δουλείας ἀναίρεσις, διαφθορᾶς ἐκλύσις, ἀφθαρσίας ἔνδυμα, τῶν τοῦ θεοῦ δώρων τὸ πολυτιμότατον καὶ μεγαλοπρεπέστατον.
l *Apud Auguſt. de peccat. merit. lib. 1. c. 24.*
m *In epiſt. ad Philipp. hom. 12* ἀντίδοτος, τὸ φάρμακον ἔδωκε τὸ λυτήριον.
n *Orat. catechet. c. 23.*
o *Recognit. l. 6.*
p *In Ioan. §.* ἀλέξημα.

Ignatius. locum, ſi de pane Euchariſtiæ eſſet intelligendus, facile eſſet reſpondere, illum quamvis ſecundum ſubſtantiam panis ſit, poſſe appellari *panem vitæ*, ſicut aqua baptiſmalis a Juſtino vocatur a *aqua vitæ*; & *panem cæleſtem* velut baptiſmus *cæleſtis* a b Tertulliano nominatur & a c Cyrillo *Paradiſi delicia*, & accidentia panis abipſis Adverſariis d *cæleſte ſacramentum*; Et panem Dei, quandoquidem Auguſtinus fruſtum intinctum quod Dominus dedit Judæ, e *panem Domini* appellat, Et Arator f *panem Dei* ipſum etiam communem panem, quem Paulus una cum nautis poſt tempeſtatem edit; Et *carnem Dei*, videlicet *quodammodo*, g & ratione *ſimilitudinis*, figuratè *non proprie* ut Auguſtinus & Facundus exponunt. Sed non neceſſe eſt eo recurrere. Ignatius enim non ibi agit de pane Euchariſtico, ſed de Chriſto ipſo; nec de Chriſto quatenus in hac vita objectum eſt manducationis ſpiritualis, ſive in Euchariſtia, ſive extra Euchariſtiam; ſed de illo quatenus erit objectum communionis ſpiritualis in futuro ſeculo. Chriſtus enim panis eſt *futuri ſeculi*, ſeu *panis qui in futurum ſeculum Sanctis repoſitus eſt*, ut obſervant h Damaſcenus, i Petrus Laodicenſis, & Germanus Conſtantinopolitanus. Eò autem Ignatium reſpexiſſe manifeſto indicat locus integer qui ſic ſe habet: *Vivens ſcribo vobis exoptans pro Chriſto mori. Meus amor crucifixus eſt, Et non eſt in me ignis amans quippiam; ſed aqua vivens ſaliens in me, intus mihi dicit, Vade ad Patrem. Non gaudeo alimento corruptionis nec voluptatibus hujus vitæ. Panem Dei volo, panem cæleſtem qui eſt caro Chriſti filij Dei, facti in tempore extremo ex ſemine David & Abraham, & potum volo ſanguinem ejus, &c.* Et paulo ante: *Sinite me purum lumen haurire: cum illic fuero, homo Dei ero;* Quid igitur facit hic locus ad probandum panem Euchariſtiæ qui frangitur ac in particulas comminutus diſtribuitur, eſſe propriè Chriſti carnem? Penes æquum lectorem eſto judicium.

a *Dialog. cum Tryph.* τοῦτο ἐστι τὸ ὕδωρ & ζωὴ *vid. & Catech. baptiſm. S.*
b *De Baptiſmo.*
c *Præfat. Catech.* πνευματικὸν τροφήν.
d *De conſecrat. diſt. 2. c. hoc eſt in gloſſ.*
e *In Joann. tract. 59.*
f *Hiſtor. apoſtol. lib. 2.*
g *Auguſt. Epiſt. 23. Facund. ubi infra.*
h *Orthod. fid. l. 4. c. 14.*
i *Biblioth. Patrum. edit. 4. tom. 1. in orat. Dominic.*

CAPUT II.

HUC uſque propugnantium locum tenuerunt Adverſarij, jam vero oppugnantium partes ſuſcipiunt, atque (ut exiſtimant) infallibiliter expugnaturi. Objiciunt igitur omnes locum Ignatij ex Epiſtola ad Smyrnæos qualis erat antiquitus, qui & hodie extat in Codice Florentino licet abſit ab omnibus exemplaribus ante in lucem editis, in quo contra hæreticos temporis ſui diſputans ait: l *Euchariſtias & oblationes non admittunt eo quod non confiteantur Euchariſtiam carnem eſſe Servatoris noſtri Jeſu Chriſti quæ pro peccatis noſtris paſſa eſt quamque benignitate ſua Pater excitavit.* Unde mirum in modum gloriantur, maxime autem Perronius inquiens: *En verba, vel potius fulmina magni illius Martyris ac defenſoris fidei S. Ignatij, celeberrimi Apoſtolorum Diſcipuli, qui Antiochiæ Epiſcopus conſtitutus eſt anno a morte Domini trigeſimo octavo* (melius dixiſſet trigeſimo quarto) *relata inſtar oraculi in diſputatione adverſus Eutychianos a Theodoreto peraccurato & prudenti antiquitatis ſcrutatore:*

Ferrum haud debile dextra
Spargimus, & noſtro ſequitur de vulnere ſanguis.

Sed malo omine parique fato n Thraſonis moribundi verba arripuit Cardinalis. Spiculum enim quod contorquet debile eſt & obtuſum, nec vulnus infligendi, aut ſanguinem eliciendi ullomodo capax. Ne quidem nos ferit, Quid enim? Nos ne aut Euchariſtias non admittimus, aut Euchariſtiam Chriſti carnem eſſe detrectamus confiteri? Minimè ſanè. Tale ergo eſto argumentum Adverſariorum. Hæretici negabant Euchariſtiam eſſe Chriſti carnem: Ergo Orthodoxi id affirmabant. Optimè & verè. At Euchariſtiam eſſe Chriſti carnem, dupliciter intelligi poteſt, videlicet, illam eſſe Chriſti carnem *propriè*, aut eſſe Chriſti carnem *figuratè*. Priori ſenſu id negabant non modo hæretici, in hoc non hæretici, qua de cauſa nullus ex antiquis ſcriptoribus qui hæreſes recenſuerunt ejuſmodi negationem tanquam heterodoxam notavit & in hæreſeon catalogo poſuit, ſed etiam Orthodoxi, licet ex varjis principijs. Teſtatur diſerte Facundus Epiſcopus Hermianenſis: *Sacramentum corporis & ſanguinis ejus*, o inquit, *quod eſt in pane & poculo conſecrato, corpus ejus & ſanguinem dicimus, non quod proprie corpus ejus ſit panis & poculum ſanguis, ſed quod in ſe myſterium corporis & ſanguinis contineant.* Poſteriori ſenſu, id quoque negabant hæretici: At contra Orthodoxi affirmabant. Et hæretici quidem id abnuebant ex conſequenti hæreſeos ſuæ. Cum enim pertenderent Chriſtum non vere hominem aut vere paſſum fuiſſe, ſed putative tantum & ſecundum apparentiam, ac probeſcirent tum a Chriſtianis reliquis a quibus diſſentiebant Euchariſtiam haberi pro typo & figura carnis Chriſti, tum figuram rei figuratæ veritatem ſupponere, cum ſignificans non poſſit eſſe abſque ſignificato; ideò nec Euchariſtiam admittebant, nec illam figuratè Chriſti carnem eſſe concedebant, ne veritatem illius ex vi figuræ admittere cogerentur. Nam ex Euchariſtia tanquam figura carnis Chriſti, veteres argumenta ducere conſueviſſe ad probandam carnis Dominicæ veritatem, patet illorum teſtimoniis. Tertullianus agens contra Marcionitas Phantaſma corporis veræ

Ignatius.

n *Æneid. lib. 12.*

o *Defenſ. trium cap. l. 9. c. ultimo.*

l *Apud Theodoret. dialog. 3.* ἐυχαριστίας καὶ προσφορὰς οὐκ ἀποδέχονται, διὰ τὸ μὴ ὁμολογεῖν τὴν εὐχαριστίαν σάρκα εἶναι τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τὴν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν παθοῦσαν, ἣν χρηστότητι ὁ πατὴρ ἤγειρεν.

carnis

Google

Ignatius.

carnis loco Domino tribuentes; *Acceptum panem*, p inquit, *& distributum Discipulis corpus suum illum fecit*, hoc est corpus meum, *dicendo, id est, figura corporis mei: figura autem non fuisset nisi veritatis esset corpus.* Author dialogorum adversus Marcionitas inter Origenis opera: q *Si (ut obloquuntur isti) carne destitutus erat & exsanguis, cujusmodi carnis, cujus corporis & sanguinis signa & imagines, panem & poculum ministravit, jussitque per illa Discipulos memoriam sui renovare?* Athanasius in eumdem finem a Theodoreto citatus: r *Corpus est cui dicit, Sede a dextris meis, cujus Adversarius fuit Diabolus cum malignis potestatibus, & Iudæi & Græci; per quod corpus Pontifex & Apostolus fuit & dictus est, per quod nobis dedit Sacramentum, inquiens, hoc est corpus meum pro vobis traditum, & sanguis novi fœderis, non veteris, pro vobis effusus: Divinitas autem neque corpus neque sanguinem habet*, &c. Argumentatur enim ab Eucharistia tanquam a sacramento, id est, sacro signo, ad rei significatæ, nempe carnis Christi, veritatem. Denique Theodoretus ipse optimus Ignatij interpres. Nam disputans adversus Eutychianos carnem Domini in Divinitatem tandem mutatam fuisse docentes, & Eucharistiam nihilominus admittentes; *Si caro*, a inquit, *in divinitatis naturam mutata est, quomodo recipiunt antitypa corporis? Abolita enim veritate supervacaneus est typus.* Et rursum: b *Dic mihi sincere, cujusnam symbolum & typum esse existimas sanctissimum cibum, divinitatis Domini Christi, an corporis & sanguinis?* E. *manifestum est esse earum rerum quarum nomina accipiunt.* O. *Dicis ne, corporis & sanguinis?* E. *Sic dico.* O. *ut veritatis amator locutus es: Dominus enim accepto symbolo non dixit, hoc est divinitas mea, sed, hoc est corpus meum: Et rursum, hoc est sanguis meus*, &c. E. *Hæc vera sunt: sunt enim divina oracula.* O. *Si vera sunt, Dominus igitur corpus habebat.* Inde ergo liquido patet Orthodoxos censuisse Eucharistiam esse figuratè carnem Domini, seu (quod eodem redit) figuram carnis Domini, & de consequenti veritatem Dominicæ carnis concluisse: E contra Hæreticos illos contra quos agebat Ignatius Eucharistiam abrogasse, nec confiteri voluisse illam esse figurate Domini carnem, ne hoc admisso ad veræ carnis confessionem adigerentur. Nec obstat quod objicit Audebertus, y *Hæreticum Eranistam apud Theodoretum dialogo 1. 2. & 3. expresse fateri*, symbola mystica figuram ac typum esse veri corporis & sanguinis Christi, *ac proinde hæreticos illos contra quos Ignatius disputat idem quoque censuisse: unde consequitur illos ab Ignatio hæreseos insimulari quia non crederent Eucharistiam substantialiter Domini corpus & sanguinem esse.* Nam utraque consequentia falsissima est. Hæretici enim illi veteres contra quos Ignatius agit, cum probe scirent, *figuram* veritatis esse figurâm, ac negarent Christum veram carnem habuisse, ex hypothesi sua consequenter recte negabant, Eucharistiam figurate Christi carnem, seu figuram carnis Christi esse. Quod & ipsum ab Eutychianis contra quos Theodoretus disputat, negari debuerat si congrua loqui voluissent. Unde, cum id non sint inficiati, recte quidem colligitur veteres illos Hæreticos iis multo subtiliores fuisse, hypothesibusque suis magis consentanea loquentes: minime autem, illorum mentem pariter fuisse, Eucharistiam Christi carnis typum esse. Nec obstat rursum, quod Bellarminus videtur regerere voluisse; scilicet, hæreticos illos potuisse admittere Eucharistiam esse figuram carnis Christi, nec ideò tamen cogi potuisse ad confessionem veræ carnis c *quia corpora humana apparentia depingi possunt & figuris exprimi, licet vere humana non sint, ut patet de imaginibus Angelorum.* Nam utrique, tam Heterodoxi quam Orthodoxi conveniebant in hoc principio velut certo & indubitato, figuram & typum esse veritatis figuram & typum, unde nec illi hujus probationem unquam quæsiverunt, nec hi afferre susceperunt; ideoque Heterodoxi judicabant, & quidem rectè, se causa cadere, si fatentur Eucharistiam esse Dominicæ carnis figuram. Eò quoque nos ducit exemplum ab Adversario allatum. Nam corpora illa ab Angelis assumpta, aut vere carnea fuerunt, aut realia quidem, non tamen carnea. Utrumlibet eligat, in rem nostram erit. Si vere carnea, figura illorum veræ carnis figura est. Si realia, non tamen carnea, figura illorum fiet aut ad designandum illa esse verè carnea, aut tantum ad significandum corpora fuisse realia, non carnea tamen licet ad humanorum corporum effigiem confícta. Si prius falsa erit figura cum veritas ei non respondeat: quod de Eucharistia dici non potest. Quicumque enim admittit illam esse figuram, procul dubio fatebitur illam esse veram figuram. Si posterius, sicut realitas & veritas corporum respondebit figuræ, ita si Eucharistia est figura carnis Christi carnem Christi veram fuisse necesse est. Eucharistiam autem esse figuram carnis Christi colligunt veteres ex verbis, *hoc est corpus meum*, quorum sensus est ex Tertulliano supra citato, *hoc est figura corporis mei*; ex Theodoreto, *hoc est symbolum & typus corporis mei*, id est, carnis meæ. Per corpus enim intelligitur caro seu corpus carneum, ut patet ex eo quod distinguatur a sanguine. Sed quid tempus tero in re perspicua. Ipsamet Ignatij verba contra Adversarios retorqueo. Nam quando ille innuit, Orthodoxos *confiteri Eucharistiam esse carnem Christi*, per Eucharistiam intelligit, aut ipsummet Christi corpus, aut accidentia panis

p Constr. Marcion. l. 4.

q Constr. Marcion. l. 3.

r Apud Theodor. Dial. 2. τὸ σῶμα φησὶν ὑπὸ μὲν τῶν ἀντικειμένων ἐπὶ ξύλου ἐτύθη &c. διὰ δὲ τοῦτο ἀπόστολος καὶ ἀρχιερεὺς ἡμῶν γέγονε τοῦτό ἐστι μου τὸ σῶμα τὸ ὑπὲρ ὑμῶν, τοῦτο τὸ αἷμα τῆς καινῆς διαθήκης, ἡ τῆς παλαιᾶς τὸ ὑπὲρ ὑμῶν ἐκχυνόμενον. ἡμεῖς δὲ οὐ σῶμα, οὐδὲ αἷμα ἴσχυσε θεότητος φύσις, οὐ δὲ μεταλαμβάνειν τοῦ σώματος; πίστεως χάριν ὁ τούτων ἀπαιτούμενος καὶ ἀληθείας.

s Dialog. 1. εἰπὲ οὖν τῆς ἀληθείας, ἔχει ἢ οὐ τὸ σύμβολόν τι τῆς τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος φύσεως, τῆς θείας τροφῆς, ἢ τὸ σῶμα καὶ τὸ αἷμα ἔχει ἃ ἐσθίει καὶ πίνει ὁ πιστός. t Theodret ansonjour p. 41. 42.

a Dialogo. 3. εἰ δὲ ἡ οὐσία τῆς θεότητος μεταβλήθη φύσις, πῶς δὲ μεταλαμβάνουσι τοῦ ἀθανάτου τὸ θνητόν; πῶς δὲ μεταποιεῖται τὸ ἀντίτυπον; περιττὸς γὰρ ὁ τύπος ἀναιρουμένης τῆς ἀληθείας.

b Dialog. 1. εἰπὲ οὖν τῆς ἀληθείας, ἔχει ἢ οὐ τὸ σύμβολόν τι τῆς τοῦ δεσπότου χριστοῦ, ἢ τῆς σώματος καὶ τοῦ αἵματος; &c. Οὐκοῦν ἀληθῆ, φησὶν, ἔφης λόγια· ἔστι γὰρ θεῖα λόγια.

y Theodret ansonjour p. 41. 42.

c De Euch. l. 2. c. 2.

Ignatius.

panis abſque panis ſubſtantia, aut panem (ſicut nos cenſemus) proprie ſic dictum benedictione tamen conſecratum. Primum illud dici non poteſt. Nugatorium enim foret prorſus, aſſerere & confiteri, corpus Chriſti eſſe corpus Chriſti. Non etiam ſecundum. Nam præterquam quod accidentia panis caro Chriſti dici niſi figurate non poſſunt, negamus ullum Veterum per Euchariſtiam unquam intellexiſſe accidentia panis abſque panis ſubſtantia. Supereſt igitur tertium, panem (nempe) proprie dictum, ſed tamen benedictione conſecratum eſſe carnem Chriſti: *quæ ſententia*, fatente ipſo [d] Bellarmino, *accipi debet tropice ut panis ſit corpus Chriſti ſignificative, aut eſt plane abſurda & impoſſibilis.*

[d] *De Euch. l. 1. c. 2.*

Examen Teſtimonij ex Epiſtola [e] *Pio I. Epiſcopo Romano tributa.*

[e] *Circa ann. Dom. 146.*

SUB nomine Pij I. Epiſcopi Romani nobis objiciuntur hæc verba: *Si per negligentiam aliquid de ſanguine (Domini) ſtillaverit in terram, lingua lambetur, tabula radetur: ſi non fuerit tabula, ut non conculcetur, locus radetur & igne conſumetur*, &c. De quibus fere triumphos agit Bellarminus. *Si enim*, [f] inquit, *panis Euchariſtia non eſſet corpus Chriſti niſi repreſentative, non eſſet adhibenda major diligentia ne caderet in terram, quam ea ſit quam adhibemus, ne ſacra biblia in terram cadant, aut imago aliqua Chriſti, aut aqua baptiſmi, aut quam adhibebant Hebræi in conſervanda manna aut agno Paſchali. Quis autem unquam audivit debere lambi aut rasi terram, ubi cecidiſſet codex Evangelij, aut imago, aut manna, aut aqua baptiſmi. Ad hoc teſtimonium non legi Adverſariorum reſponſum.* Mirum autem non eſt ſi nullum legerit reſponſum. Reſponſione enim opus non habet. Nam qui conſtat verba illa verè eſſe Pij, aut ſaltem alicujus contemporanei? In ejus Epiſtolis quas habemus nihil tale reperitur, nec in ullo alio coætaneo. Id illi affingunt [g] Buichardus, [h] Ivo & [i] Gratianus Decretôrum compilatores multa *ſine delectu* & judicio colligentes (quod de Gratiano notat ipſe [k] Bellarminus) multa temere veteribus tribuentes quæ illorum non ſunt, verba [l] Lanfranci tanquam Auguſtini producentes, aliquid huic loco ſimile [m] Concilio Arelatenſi tribuentes cujus tamen ne verbum quidem habetur in ullo conciliorum Arelatenſium, multa denique alia [n] ipſi Pio, quorum nemo ante illos mentionem fecit. Cui ergo, horum decretaliſtarum non erit merito ſuſpecta fides? Abſit a nobis tanta credulitas ut illorum teſtimonijs in re tam gravi fidamus. Sed quandoquidem Bellarminus illis fidem adhibet, fiat illi ſecundum fidem ſuam. Ait Pius, *Si per negligentiam aliquid de ſanguine Domini ſtillaverit in terram lingua lambetur, tabula radetur*, &c. Quid magis alienum a ſententia adverſariorum poſſemus adducere? Nam teſtatur Author ſe loqui de ejuſmodi ſanguine Domini, cujus *aliquid*, id eſt, portio aliqua a toto defluere poſſit, ac ſeparatim in terram cadere. At id proprio ſanguini Domini nullomodo convenire poteſt. Cum enim ſit indiviſibile & impaſſibile, falſiſſimum eſt aut ullam partem a toto divelli, aut totum diffluere poſſe extra venas in terram. Per ſanguinem ergo Domini non intelligit ſanguinem proprie ſic dictum, ſed vinum qui cum ſanguinis ſacramentum ſit ſanguinis nomen accipit. De eo enim partem aliquam a toto ſeparari & diffluere poſſe dubitari nequit.

[f] *De Euch. l. 2. c. 5.*

[g] *Lib. 5.*

[h] *Ivo lib. 1. decreti.*

[i] *De conſecrat. diſt. 2. c. Si per negligentiam*

[k] *De ſcriptor. Eccleſ*

[l] *Gratian. de conſec. diſtinct. 2. can. hoc eſt. Et, Dum frangitur hoſtia.*

[m] *Ibid. can. qui non bene cuſtodierit. vide Tom. 1. concil. ad finem. Epiſt. Pij.*

Examen Teſtimoniorum * *Juſtini Martiris.*

* *Scribebat circa ann. 150. Apol. 2.*

CAPUT I.

HUC uſque teſtes expendimus, aut falſi nominis, aut dubij. Ad certum jam pervenimus nempe ad Juſtinum Philoſophum & Martyrem, in cujus teſtimonia operæ pretium eſt exactè inquirere.

Primus ergo Juſtini locus quem ſibi ex parte noſtra objicit Perronius, habetur in Dialogo cum Tryphone, ubi ſic loquitur: [a] *Simila oblatio tradita ut offeretur pro eis qui a lepra purgabantur, typus fuit panis Euchariſtiæ quem Jeſus Chriſtus Dominus noſter nobis facere præcepit in recordationem paſſionis quam ſuſtinuit pro his quorum anima ab omni malitia purgantur.* At, inquam, facere panem in recordationem paſſionis Chriſti, non eſt facere proprium corpus Chriſti. Jam pridem enim ex virgine factum eſt, nec modo fieri aut produci amplius poteſt, cum *quicquid producitur* (ut rectè obſervat [b] Author reſponſionum ad Græcos inter Juſtini opera) *producatur vel adventu per tranſitionem è loco in locum, aut ſubſtantia per creationem ex inexiſtentia ad exiſtentiam*: quorum neutrum de corpore Domini dici poteſt, quippe quod nec de cœlo huc tranſeat, & ante panis conſecrationem exiſtentiam habeat. Rurſum: non eſt proprium ejus corpus monumentum paſſionum quas idem corpus pertulit, ſed panis fractus. Panis ergo Euchariſtiæ non eſt proprium ejus corpus, ſed typus & ſacramentum illius duntaxat.

Ad prius argumentum ita conceptum & validiſſimum non reſpondet Perronius, ſed Juſtini verba adverſus fidem noſtram duplici ratione retorquere conatur.

Primo

Juſtinus Martir.

[a] Εἰς τὴν σεμιδάλεως προσφορὰν, &c. τύπος ἦν τῆς ἄρτου τῆς εὐχαριστίας ὃν παρέδωκε τὸ ποιεῖν ὁ Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ κύριος ἡμῶν ὑπὲρ πάντων τῶν ἀνθρώπων.

[b] *Reſponſ. 3.* πῶς τὸ προφερόμενον ἢ τῇ προθέσει ὑφίσταται καὶ μετάστασιν οὐκ ἔστιν ὅπου ἢ πότε, ἢ τῇ οἰκείᾳ προφορᾷ καὶ ποιότητι ἢ μετάστασιν οὐκ ἔστιν ἀνυπαξίως οὐ ὑπαρξίως.

Mercurius Trismegistus, 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40.

Juſtinus Martyr.

panem terreſtrem carnem fieri, imo carnem ipſam Verbi, ſicut per incarnationem panis cæleſtis, id eſt, Verbum Dei eſſentiale, caro factum eſt. Sed hæc, & a verbis, & a mente Juſtini omnino ſunt aliena. A verbis Nec enim Juſtinus hìc ait, panem *fieri carnem Verbi*; tantum affirmat Chriſtum nos juſſiſſe *panem facere* (id eſt, ſanctificare) *ut nobis ſit commemoratio tum incarnationis, tum paſſionis, poculum ſimiliter in memoriam ſanguinis effuſi.* A mente multò magis Quid enim eſt, panem facere ut nobis ſit commemoratio, tum incarnationis, tum paſſionis? Eſt ne panem facere ipſum proprie incarnati Verbi corpus? Non magis certe quam facere ipſum corpus paſſibile. Utriuſque enim panem eſſe commemorationem, tum verbi incarnati, tum verbi paſſibilis ex æquo Juſtinus aſſerit. Sed eſt panem conſecrare, ut nobis ſit commemoratio verbi corpus facti, ac paſſibile effecti. Sic enim locutionem hanc Veteres exponunt. Auguſtinus, de rebus ad ſignificationem aſſumptis loquens, *ſicut panis*, a inquit, *ad hoc factus in accipiendo ſacramento conſumitur.* Et Euſebius ſupra indicatus: b *Chriſtus divinæ œconomiæ ſymbola Diſcipulis ſuis tradidit propry corporis imaginem facere jubens.* Imaginem autem corporis non eſſe ipſummet corpus c ſupra audivimus Patres unanimiter aſſeverantes: quibus adhuc addimus Authorem reſponſionum ad Græcos inter ipſius Juſtini opera, cum ait; d *Imago eſt, cujus eſt per imitationem effectio.* Rurſum, quid eſt poculum in memoriam ſanguinis facere? Exponit Tertullianus quando, de Domino loquens ait: e *vinum in ſanguinis ſui memoriam conſecravit.* At quis dixerit, vinum conſecrare in memoriam ſanguinis, eſſe, vinum facere ipſummet ſanguinem; & non potius, vinum ſacramentum ac ſignum ſanguinis per conſecrationem efficere?

a *De Trinitate l. 3. c. 10*

b *Demonſtr. l. 8.* τὸ εὐχαριστηθὲν τῆς σῆς ἰδίας σώματος εἰκόνας εἰς ἀναμνήσεις τῶν ἀποστόλων ἐκφωνήσας, τὸ οἰκεῖον τῆς ἰδίας σαρκὸς τοῖς ἑαυτοῦ παραδιδοὺς μαθηταῖς.

c *In Clement. c. 1.*

d *Reſponſ. 4.* εἰκὼν, οὗτινος ἐστὶν ἡ γένεσις διὰ μιμήσεως.

e *De anima. c. 7.*

Reſpondet ſecundò Perronius negando argumenti noſtri aſsumptionem: *Nam*, inquit, *Eſt-ne modus aliquis potentior ad magni alicujus Regis qui ſe pro populi ſalute gladijs inimicorum Patria expoſuit, memoriam renovandam, quam ſi ſuper theatrum & ad ſubditorum oculos producatur ipſummet corpus in quo lethalia vulnera pro ipſis recepit? Et quando Roma celebratum eſt Cæſaris funus, fuit ne quippiam in toto funeris apparatu quod vehementius imaginem & tragicam mortis ejus memoriam renovaret, populumque Romanum ad vindictam excitaret, quam corporis conſoſſi & civitati per vicos comportati intuitus? Et quando funeralem pompam inſignis alicujus exercitus Ducis qui pro defenſione noſtra victoriam ſibi tamen lethalem reportavit, tranſeuntem conſpicimus, quid nos efficacius movet quam ſi currum quo vehitur, velatus licet & coopertus, intueamur? Et ſi ſciamus corpus ejus ibi eſſe nonne id magis nos afficit, quam ſi ejus ibi eſſet ſola ſtatua? Et quando Eccleſia mortis Martyrum memoriam nobis vult renovare, aſſertuſque noſtros erga illos excitare, nonne id efficit eorum thecas ac reliquias producendo, quas & ideò martyrum memorias indigetat? Quid melius in memoriam nobis revocare poteſt Chriſtum in noſtram gratiam corpus & ſanguinem aſſumpſiſſe quam ipſam propry corporis & ſanguinis exhibitionem? Signum ab ipſamet eſſentia rei ductum multo magis aptum eſt ad memoriam animo figendam. Quando Deus manna vera corporis Chriſti figura quam Iſraëli in deſerto dederat memoriam in hoc populo conſervare voluit, viam ne aptiorem elegit quam Moſi imperando ut menſuram ejus in urna aurea colligeret ac in ſanctuarium deportaret? Et quando virga Aaronis quæ floruerat, ac miraculorum quæ in illa & per illam operatus erat memoriam æternam facere conſtituit, nonne illam juſſit in propria eſſentia ad ſignum & memoriam in tabernaculo conſervari?* Sed primo, exempla allata non evincunt quod Perronius affirmat, aliquid videlicet eſſe ſuipſius monumentum ac memoriam. Nam corpus Regis aut Cæſaris aut Ducis, aut reliquiæ Martyrum non ſunt ſui monumenta ac memoriæ, ſed perſonarum Regis, Cæſaris, Ducis & Martyrum, ac paſſionum quas in his corporibus pertulerunt. Nec olim manna in tabernaculo conſervata ſui figura fuit, ſed (ut ſcriptura f docet) *panis illius quem illis in deſerto Deus edendum conceſſerat*, Et poſt ſcripturam Theodoretus, g *cibi quo deſerto uſi ſunt.* Nec juſſerat Deus Virgam Aaronis quæ floruerat in tabernaculo conſervari, ut foret in memoriam ſui ac miraculorum quæ in ea & per eam Deus erat operatus, ut fingit Adverſarius, (inepte confundens ſicut & h Coffetellus ejus expilator Virgam Moſis miraculorum opificem cum Aaronis virga) ſed ut eſſet i *ſignum filijs rebellionis*, nempe, ſe familiam Aaronis ad ſacrificaturam alijs omiſſis elegiſſe. Secundò exempla illa omnia plane diſſimilia ſunt & ad propoſitum non faciunt. Nam, ut omittam corpus Regis non eſſe Regem ipſum cujus memoria eſt, nec corpus Cæſaris Cæſarem, nec corpus Ducis Ducem nec reliquias Martyrum Martyrum perſonas, prout volunt Adverſarij Euchariſtiam eſſe non modo corpus Chriſti, verum & Chriſtum ipſum; ſed materiam inanimem, eorum olim partem, & jam ne quidem partem ſecundum Scholaſticos ab ipſomet Perronio k alibi relatos: dico, corpus Regis, aut Cæſaris, aut Ducis, Martyrumque reliquias monumenta eſſe poſſe tum perſonarum Regis, Cæſaris, Ducis & Martyrum, tum paſſionum quas pertulerunt, quia illas videlicet, ſive cruore vulnerum, ſive cicatricum ſtigmate ſub oculos ponant. At non ita ſe res habet de corpore Chriſti, quod in Euchariſtia ſub accidentibus panis, tum inviſibile eſſe, tum glorioſum Adverſarij, ipſi affirmant. Nam inviſibile

Juſtinus Martyr.

f *Exod. 16. 32.*

g *In Exod. quæſt. 60.*

h *Libell. de omnipot. edit. in folio, p. 730.*

i *Numer. 17. 10.*

k

Juſtinus Martyr.

visibile visibilis esse posse memoriam ac monumentum, Veteres diserte negant: *Quomodo*, inquit *l* Nyssenus *ex invisibili cognitionem visibilis quis formabit?* Quis unquam concipere valeat rei visibilis imaginem invisibilem? Ac rursum, cum glorioſum ſit, ſui ut patientis monumentum esse non poteſt. Nam quod est alicujus monumentum, id, memoriam illius renovat per similitudinem quamdam cum illo. Atque hoc præcipue locum habet in ſacramentorum negotio ſecundum vulgatum illud Auguſtini pronunciatum, m *ſi ſacramenta quamdam ſimilitudinem earum rerum quarum ſacramenta ſunt, non haberent, omnino ſacramenta non eſſent.* At nulla ſimilitudo eſt inter corpus invisibile et glorioſum, & corpus Visibile ac cruore defluens: magna autem inter panem ſacramentalem fractum & corpus fractum, inter calicem a pane ſeparatum & ſanguinem a corpore effuſum. Non igitur corpus Chriſti invisibile & glorioſum illud eſt quod in Euchariſtiâ memoriam Chriſti incarnati & patientis renovat, ſed panis & poculum. Hic autem ipſiſſimus eſt, tum Juſtini, tum aliorum Veterum ſenſus. Nemo enim illorum unquam dixit, corpus Chriſti glorioſum ſub accidentibus panis deliteſcens, id eſſe quod nobis memoriam renovet ejuſdem corporis patientis & in cruce expanſi. Hoc omnes de pane & poculo Euchariſtico affirmant. Juſtinus id hic tribuit pani & calici. Ephrem ſimiliter: n *Chriſtus panem in manibus accipiens benedixit ac fregit in figuram immaculati corporis ſui, calicemque in figuram pretioſi ſanguinis ſui benedixit*, &c. Auguſtinus: o *hujus ſacrificii caro & ſanguis ante adventum Chriſti per victimas ſimilitudinum promittebatur, in paſſione Chriſti per ipſam veritatem reddebatur, poſt aſcenſum Chriſti per ſacramentum memoriæ celebratur.* Theodoretus: p *Quid accipiens Dominus fregit*, &c? *Non divinitatis meminit paſſionis typum oſtendens*, ſeu *faciens*. Fulgentius: q *In hoc ſacrificio* (panis ac vini) *gratiarum actio eſt atque commemoratio carnis Chriſti quam pro nobis obtulit, & ſanguinis quem pro nobis idem Deus effudit.* Denique obſervant, Chriſtum, quia hinc diſceſſit & a nobis longe abeſt, memoriam ſui in Euchariſtia nobis reliquiſſe. Sic enim poſt Auguſtinum ſupra citatum Author Annotationum in Paulum qui habetur inter Hieronymi opera: *Ultimam nobis commemorationem ſive memoriam dereliquit, Quemadmodum ſi quis peregre proficiſcens aliquod pignus ei quem diligit, derelinquat, ut quotieſcumque illud videat, poſſit ejus beneficia & amicitias memorare.* Eadem quoque habent b Primaſius & Sedulius. Quod autem aliquis peregrè proficiſcens relinquit ut ſit pignus ſui, non ipſemet eſt: alioqui ſimul foret præſens & abſens, quod contradictionem apertè implicat.

l *Contr. Eunom. l. 1.* πῶς ἐξ ἀοράτου τὸ ὁρατὸν &c. μνήμην ἐμφανίσει;

m *Epiſt. 23.*

n *De natur. Dei non ſcrutanda.*

o *Contr. Fauſt. l. 20. c. 21.*

p *Dialog. 3.* τί μὲν ὁ κύριος λαβὼν ἔκλασεν; &c. τοῦτο ἐμνημόνευσε τὸ τοῦ θείου τύπου ἐμφαίνων ἢ ποιῶν τὸ τύπον ὑπομιμνήσκει.

q *De fide ad Petr. c. 19.*

a *In 1. Cor. 11.*

b *Ibid. uterque.*

CAPUT II.

Juſtinus Martyr.

TERTIUS Juſtini locus habetur in Apologia quæ vulgo ſecunda dicitur; cum tamen ordine r prima ſit, ubi narrans Euchariſtiæ celebrandæ ritus ait: προσφέρεται τῷ προεστῶτι τῶν ἀδελφῶν ἄρτος καὶ ποτήριον ὕδατος καὶ κεράματος καὶ γάλακτος καὶ μέλιτος, αἴνον καὶ δόξαν τῷ πατρὶ τῶν ὅλων διὰ τοῦ ὀνόματος τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου ἀναπέμπει· καὶ εὐχαριστίαν ὑπὲρ τοῦ κατηξιῶσθαι τούτων παρ' αὐτοῦ ἐπὶ πολὺ ποιεῖται. οὗ συμπλήσαντος τὰς εὐχὰς καὶ τὴν εὐχαριστίαν, πᾶς ὁ παρὼν λαὸς ἐπευφημεῖ λέγων, Ἀμήν. τὸ δὲ Ἀμὴν τῇ Ἑβραΐδι φωνῇ, τὸ γένοιτο σημαίνει. εὐχαριστήσαντος δὲ τοῦ προεστῶτος, καὶ ἐπευφημήσαντος παντὸς τοῦ λαοῦ οἱ καλούμενοι παρ' ἡμῖν διάκονοι, διδόασιν ἑκάστῳ τῶν παρόντων μεταλαβεῖν ἀπὸ τοῦ εὐχαριστηθέντος ἄρτου καὶ οἴνου καὶ ὕδατος, καὶ τοῖς οὐ παροῦσιν ἀποφέρουσι. καὶ ἡ τροφὴ αὕτη καλεῖται παρ' ἡμῖν Εὐχαριστία. ἧς οὐδενὶ ἄλλῳ μεταδοῦναι ἐξόν ἐστιν, ἢ τῷ πιστεύοντι ἀληθῆ εἶναι τὰ διδαγμένα ὑφ' ἡμῶν καὶ λελουμένῳ τὸ ὑπὲρ ἀφέσεως ἁμαρτιῶν καὶ εἰς ἀναγέννησιν λουτρόν, καὶ ὡς Χριστὸς παρέδωκεν. οὐ γὰρ ὡς κοινὸν ἄρτον, οὐδὲ κοινὸν πόμα ταῦτα λαμβάνομεν, ἀλλ' ὃν τρόπον διὰ λόγου θεοῦ σαρκοποιηθεὶς Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ σωτὴρ ἡμῶν, καὶ σάρκα καὶ αἷμα ὑπὲρ σωτηρίας ἡμῶν ἔσχεν, οὕτως καὶ τὴν δι' εὐχῆς λόγου τοῦ παρ' αὐτοῦ εὐχαριστηθεῖσαν τροφὴν ἐξ ἧς αἷμα καὶ σάρκες κατ' μεταβολὴν τρέφονται ἡμῶν, ἐκείνου τοῦ σαρκοποιηθέντος Ἰησοῦ καὶ σάρκα καὶ αἷμα ἐδιδάχθημεν εἶναι. οἱ γὰρ Ἀπόστολοι ἐν τοῖς γενομένοις ὑπ' αὐτῶν ἀπομνημονεύμασιν ἃ καλεῖται εὐαγγέλια, οὕτως παρέδωκαν ἐντεῖλασθαι αὐτοῖς τὸν Ἰησοῦν, λαβόντα ἄρτον, εὐχαριστήσαντα εἰπεῖν, τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἀνάμνησίν μου· τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου· καὶ τὸ ποτήριον ὁμοίως λαβόντα καὶ εὐχαριστήσαντα εἰπεῖν, τοῦτό ἐστι τὸ αἷμά μου· καὶ μόνοις αὐτοῖς μεταδοῦναι. *Et qui præſt ex fratribus offertur panis & poculum aqua & vini, quibus ille acceptis laudem & gloriam univerſorum Patri per nomen filii & Spiritus Sancti emittit, & gratiarum actionem pro eo quod nos hiſce dignatus ſit prolixe exequitur. Atque ubi perfecit preces & gratiarum actionem, populus qui adeſt omnis acclamat dicens, Amen. Amen autem Hebraica lingua ſignificat, fiat. Poſtquam vero præſidens gratias egit, & populus omnis acclamavit, qui apud nos Diaconi vocantur diſtribuunt cuique præſentium panem, & vinum & aquam, & ad abſentes perferunt. Et hoc alimentum a nobis appellatur*

r *Vid Euſeb. hiſtor. l. 4. c. 18. & Hieron. in catalogo.*

Juſtinus Martyr.

pellatur Euchariſtia, quod nulli alteri participare licet quam credenti vera eſſe quæ a nobis docentur, & lavacro in remiſſionem peccatorum & regenerationem abluto, & ita viventi prout Chriſtus tradidit. Non enim ut communem panem, aut communem potum hæc ſumimus. Sed quemadmodum per verbum Dei caro factus Ieſus Chriſtus ſervator noſter, & carnem & ſanguinem propter ſalutem noſtram habuit, ſic etiam per preces verbi quod ab eo eſt Euchariſtiam factum cibum ex quo per mutationem ſanguis & carnes noſtræ aluntur, ipſius incarnati Ieſu & carnem & ſanguinem eſſe edocti ſumus. Nam Apoſtoli in monumentis a ſe factis quæ Euangelia appellantur, ita tradiderunt præcepiſſe ſibi Ieſum: Eum pane accepto poſtquam gratias egiſſet, dixiſſe, hoc facite in mei recordationem: hoc eſt corpus meum. *Et poculo ſimiliter accepto & gratijs actis dixiſſe,* hoc eſt ſanguis meus; *ac ſolis ipſis tradidiſſe.* Huc uſq; Juſtini teſtimonium, quod Perronius jubet obſervare *tanquam unum ex celeberrimis totius antiquitatis, quippe conſcriptum intra quadraginta primos annos poſt Euangelium Ioannis, ipſius Authoris ſanguine conſignatum.* In quo parum fœliciter Chronologum agit. Joannes enim Euangelium conſcripſit ad finem Domitiani Imperij, id eſt, circa annum Domini nonageſimum ſextum, ut teſtatur [d] Irenæus. Juſtinus autem in hac ipſa Apologia notat ſe illam conſcripſiſſe anno a nativitate Domini centeſimo quinquageſimo: hoc eſt anno poſt Joannis Euangelium quinquageſimo quinto. Sed his omiſſis Juſtini teſtimonium celeberrimum eſſe cum Perronio fatemur, cumque cauſæ noſtræ, reclamantibus licet Adverſarijs, favere pertendimus.

d *Ad finem l.* 5.

Primò enim Iuſtinus deſcripta (ut alibi obſervavimus) per gratiarum actionem conſecratione, ait *Diaconos præſenti populo diſtribuere panem, & vinum & aquam*: quod manifeſto indicio eſt illum cenſere panem & vinum & aquam licet conſecrata in priori ſubſtantia nihilominus permanere. Cur enim non potius dixiſſet Diaconos diſtribuere corpus & ſanguinem Chriſti? Quod & amplius confirmat quando addit, *non ut communem panem aut communem potum hæc ſumimus.* Unde duplex argumentum. Prius ex vocabulo *communis.* Nam ſicuti quando Nyſſenus ait de aqua baptiſmatis, [e] *ne contemnas divinum lavacrum, neque ut commune ipſum parvi facias*; Et Cyrillus Hieroſolymitanus, [f] *ne accede ad lavacrum tanquam ad ſimplicem aquam*; Atque idem (ſi non forte alius) de oleo, [g] *non eſt amplius unguentum commune poſt invocationem*; non negant aut aquam aut oleum, aquam & oleum quoad ſubſtantiam manere, imo id ſupponunt, tantummodo negantes in aquæ & olei uulgaris ſimplicitate perſeverare; Ita & Juſtinus de pane vino & aqua inquiens, non ut communem panem aut communem potum hæc ſumimus, nullomodo negat illa panem vinum & aquam ſubſtantialiter eſſe, E contra ita ſe rem habere præſupponit, ſed tantum negat illa amplius eſſe communia utpote per gratiarum actionem conſecrata & ad uſum ſacrum relata. Nec obſtat cavillatio Perronij ad ludibrium objicientis: quaſi dicerem, inquit, *Objectum quod S. Ioannes vidit deſcendens ſuper Dominum, non erat columba communis: Ergo erat verè columba, & non Spiritus Sanctus ſub ſpecie columbæ. Item: homines qui Abrahamo apparuerunt, non erant communes homines; Ergo erant verè & realiter homines, & non Angeli ſub hominum figura.* Nam locutionum realium loco commentitias & fictitias affert a nemine uſurpatas, & illas quidem ſenſu aliquo acceptabili cauſę noſtrę faventes aut ineptas & ridiculas. Columba enim illa aut erat vera columba, Et hi viri, ſeu Angeli, veris corporibus humanis induti, ſicut exiſtimat [h] Tertullianus, aut non. Si prius: quicunque dixerit, columbam illam non fuiſſe communem, quippe non de medio ſumptam ſed a Deo extraordinariè formatam, ſupponet manifeſtè illam nihilominus fuiſſe veram columbam. Similiter quiſquis dixerit, homines illos non fuiſſe homines communes, illos verè fuiſſe homines quoad corporis humani ſubſtantiam præſupponet. Si poſterius: non poteſt niſi ineptè dici aut columbā illam non fuiſſe columbam communem, aut homines illos homines non communes, cum neque columba communis aut non communis, neq; homines illi homines communes aut ſingulares & extraordinarij fuerint. Poſterius argumentum ducitur ex eò quod Juſtinus ait, nos vinum & aquā poſt ſanctificationem, *tanquam potum* licet *non communem* ſumere, ſicut & alibi, tanquam [i] *alimoniam liquidā*. Nam ſi quod in calice Euchariſtico poſt conſecrationem ſumimus, potus eſt & alimonia liquida, ſequitur potum illum, quamvis ſanguis Chriſti appelletur, non eſſe tamen proprie & ſubſtantialiter illius ſanguinem, ſed verum vinum & veram aquā uſu & ſignificatione, non autem natura mutata. Sanguis enim Chriſti, ut pote in venis incluſus nec a corpore ſeparatus, nec potus eſt & alimonia liquida, nec ut potus & alimonia liquida ſumitur, aut ſumi poteſt. Nec quicquam contra facit quod regerit Perronius: *Cur non ſimiliter argumentabor, Aqua nuptiarum Cana erat adhuc potus poſt converſionem*; Ergo *uſu, non naturā mutata erat.* Non eſt enim utriuſque conſequentiæ eadem ratio. Nam id, in quod migravit aqua nuptiarum Cana, eſt verè potus & alimonia liquida: ideoque non valet. Conſequentiam a Perronio formatam volentes concedimus: contra, quod fingunt Adverſarij in calice Euchariſtico poſt conſecrationem ſumi, non eſt nec dici poteſt potus & alimonia liquida, cum ſanguis ibi ſit ſecundum illos, non ſolitarius & liquidus, ſed in corpore contentus.

Juſtinus Martyr.

h *Lib. de carne Chriſti & contr. Marcion. l.* 3.

i *Dialog. cum Tryphon. ſupr. citat.*

e *De S. Chriſti baptiſm.* μὴ τὸ βαπτίσματος τοῦτο λουτρὸν, μηδὲ ὡς κοινὸν αὐτὸ ὑπολάβῃς.

f *Catech.* 3. μὴ ὡς ἁπλοῦ λιτῆ προσέρχου τῷ λουτρῷ.

g *Catech.* 3. *myſtag.* οὐκέτι κοινὸν μύρον ἐπιλαμβάνου

Rurſus

Digitized by Google

Justinus Martyr.

Rursum autem Justinus asserit nos in calice Eucharistico potum & alimoniam liquidam sumere. Si ergo hæc alimonia liquida non sit proprie sanguis Christi, superest ut dicamus illam esse verum vinum & veram aquam, de communibus sacrâ facta, atque usu & significatione, non verò natura mutata.

Secundò Justinus affirmat, hanc alimoniam quam non tanquam panem aut potum communem post consecrationem sumimus, sed tanquam alimoniam quæ (suo scilicet modo) caro & sanguis Christi est, talem nihilominus esse *ex qua per immutationem sanguis & carnes nostræ aluntur.* Atqui de corpore & sanguine Christi propriè sic apppellatis, dici nullomodo potest quod ex jis sanguis noster, carnesque nostræ alantur per immutationem, cum in substantiam carnis nostræ ipsis Adversarijs consentientibus non convertantur: Panis ergo ille & potus post consecrationem, licet non amplius communes, & caro & sanguis appellati, non sunt propriè corpus & sanguis Domini, sed verus panis, vinumque propriè sic dictum appellatione corporis & sanguis ratione similitudinis honorata. Respondet primo Perronius post Bellarminum, *hæc verba*, ex qua per immutationem sanguis & carnes nostræ aluntur, *referri ad speciem communem alimenti præcedentis ex quo Eucharistia conficitur, non vero ad Eucharistiam jam factam.* Sed directè contra textum Authoris. Verba enim Justini sunt de Eucharistia jam facta: *Per preces*, inquit, *verbi quod ab eo* (sc. Deo) *est Eucharistiam factum cibum ex quo per immutationem sanguis & carnes nostræ aluntur, ipsius incarnati Iesu & carnem & sanguinem esse edocti sumus*; Ea autem Perronius quo fucum faceret lectoribus, ausus est misere corrumpere in versione sua, hunc in modum: *Edocti sumus sibi ex quo per immutationem & sanguis carnes nostra alimtur, Eucharistizatum per verbum precationis ab eo procedens, esse carnem & sanguinem ejusdem Iesu incarnati.* Eamdem fraudem committit Cofetellus in libro suo de [a] nominibus Sancti altaris sacramenti, quem totum è Perronij manuscriptis est suffuratus. Qua conscientia viderint. Respondet secundò Perronius post eumdem Bellarminum, *id quidem posse accipi de Eucharistia consecrata, dum modo immutationis vocabulum ad corpora nostra referatur, & intelligatur Eucharistia ea alere ad immutationem, aut per immutationem, non quantitatem illorum augendo, sed qualitatem invisibiliter mutando ac per contactum imprimendo dispositivam quamdam virtutem ad resurrectionem gloriosam & vitam æternam.* Verum, ut impræsentiarum omittam hanc impressionem dispositionis ad resurrectionem per contactum carnis Christi, quam Vasques *fictionis*, & Suares *novæ temeritatis* insimulat, & quidem merito, ut libro præcedenti [b] ostendimus; respondeo, verba Justini commentum hoc destruere. Nam si de nutritione spirituali qualem hic fingunt Adversarij, illi propositum fuisset agere, animarum multo aptius mentionem fecisset quam corporum, quandoquidem Eucharistia magis est cibus mentis quam ventris. Deinde ait, panem & vinum postquam Eucharistia facta sunt alere corpora nostra, tanquam alimoniam siccam & liquidam. Atqui, neque imprimere in corporibus dispositionem ad resurrectionem, alere corpus dici potest, neque hæc distinctio alimenti sicci & liquidi cum de corporibus agitur aliter quam de corporali nutritione intelligi. Addit, illa corpora per mutationem tanquam cibum alere. Nutritio autem corporum quæ fit per cibi susceptionem, est ne qualitatis, & non potius quantitatis accretio, gratiæ & non potius massæ seu substantiæ? Denique scribit, alimentum hoc consecratum per immutationem alere sanguinem nostrum, carnesque nostras. Cur, primò sanguinem, deinde carnes nostras pluraliter enumerat, nisi ut innuat se loqui de hujus cibi per calorem nostrum nativum immutatione quæ primitus fit in sanguinem, & ex sanguine decurrit in carnes nostras, id est, in universa corporum nostrorum membra?

Justinus Martyr.

Sic a partibus nostris stat evidenter Justinus. Adversarij tamen illum sibi vendicare conantur, atque ex verbis supra citatis duplex argumentum struunt.

Primò, inquit [c] Bellarminus, *Iustinus simpliciter asserit panem Eucharistiæ non esse communem panem, sed carnem Christi: neque ullam mentionem facit tropi, aut figuræ alicujus. Nam si Eucharistia esset significative caro Christi, & non realiter, id Iustinus omnino dicere debuisset. Scribebat enim Apologiam pro Christianis, quibus præter alia crimina objiciebatur manducatio carnium humanarum in sacris, ut patet ex Tertulliano in Apologetico c. 7; & ex Minutio Felice in octavio: & quod maximum est ex Athenagora, qui in Apologia ad eumdem Antoninum tria crimina refellit falsò Christianis objecta; quod Deum non esse crederent; quod humanis carnibus vescerentur; quod promiscuo concubitu uterentur. Certe enim ad hoc abolendum crimen omnino dicendum fuit Christi carnem a Christianis non comedi nisi significative? Et etiamsi id crimen non fuisset Christianis objectum, stultus fuisset Iustinus si absque ulla necessitate mysteria religionis facillima, ipse incredibilia verbis suis fecisset ad Etnicum Imperatorem scribens, &c. Itaque manet hoc insolubile dilemma; Aut poterat Iustinus vere dicere, carnem Christi a Christianis solum in signo manducari, aut non poterat: si poterat, prevaricator fuit causæ Christianæ; nam odiosissimam reddidit fidem, & auxit criminum suspicionem, cum posset uno verbo, & fidem probabilem facere & crimen diluere: Si non poterat,*

[a] *Capit. 6.*

[b] *c. 31. ad fin.*

[c] *De Euchr. l. 2, c. 4.*

Juſtinus Martyr.

certè ideo non poterat, quia verè & non in figmento tantum datur nobis comedenda Chriſti caro. Mirum autem eſt Bellarminum hoc argumentum inſolubile appellare, cum ſit plane ſtramineum. Nam, ut omittam in poſteriore dilemmatis membro Cardinalem, omnino extra rem & veritatem, nobis imponere quaſi carnem Chriſti negaremus verè edendam, cum tantum negemus illam eſſe oraliter edendam; Dico primo totum argumentum hac præſuppoſitione niti, videlicet, manducationem carnium humanarum Chriſtianis Orthodoxis objectam fuiſſe ratione Euchariſtiæ. At id negat diſerte Bellarmino Gabriel Albaſpinæus Epiſcopus Aurelianenſis: *Quæ de convivio,* d inquit, *quod Gentiles infamarent, habent Patres, ea omnia de Agapis, &c. accipienda ſunt &c. Quod non animadvertentes plerique, perperam de Euchariſtia explicarunt.* Veteres enim qui hanc Gentilium calumniam ſcriptis ſuis referunt, Juſtinus, Athenagoras, Tatianus, Theophilus, Tertullianus, Minutius Fœlix, & alij, illius originem ad Eccleſiæ de Euchariſtia fidem non referunt, quod feciſſent procul dubio ſi inde illa nata fuiſſet: unde non mirum, ſi ad eam retundendam neceſſe non habuerunt Eccleſiæ fidem de Euchariſtia exponere. Agapis autem Chriſtianorum id crimen impoſitum fuiſſe ex profanis Montani vel Gnoſticorum ſacris, qui cum ſe Chriſtianos profiterentur, e infantulum in mortario cum melle pipere & alijs aromatibus contundebant & devorabant, veriſimile eſt: idque obſervavit olim f Origenes, & Cyrillus & poſt illos, g Baronius. Unicus tantum extat apud veteres locus, unde conjici queat Euchariſtiam quoque calumniæ huic ex ſe aliquid addidiſſe: Sed de eo infra, Deo dante, in Irenæo tractabimus. Verum dico ſecundò & directè, Juſtinum Martyrem, etſi totidem verbis non aſſerat panem & calicem ſignificative tantum eſſe carnem & ſanguinem Domini, illud tamen liquidò ſatis colligendum relinquere ex eis quæ hic affirmat, ad ea quæ ante dixerat comparatis. Jam enim antea denuntiaverat humanæ carnis manducationem cujus Chriſtiani inſimulabantur, h *fabulam eſſe:* Jam dixerat, i Chriſtum pro nobis incarnatum & crucifixum a mortuis reſurrexiſſe ac in cœlum aſcendiſſe: jam profeſſus erat Chriſtianos credere, k *duas quas Prophetæ prænunciarunt Chriſti præſentias* (ſive, *duos adventus*); *unam quidem jam factam ut deſpecti & patibilis hominis ſecundam vero, quando e cœlis cum gloria & exercitu ſuo Angelico illum adventurum eſſe præditum eſt.* Annon inde poterant Imperatores ad quos ſcribebat, colligere, panem & calicem quos Chriſtiani corpus & ſanguinem Chriſti quandoque indigetabant non ab illis haberi proprie pro corpore & ſanguine Chriſti ſui, ſed tantum pro illorum ſignis? Quid enim erat apud Gentiles vſitatius quam ſtatuas Deorum ſuorum, ipſorum Deorum nominibus appellare; quam victimis fœderum confirmatricibus, fœderum nomen tribuere? Cur ergo concipere non potuiſſent, Chriſtianos panem ac vinum, corpus & ſanguinem Chriſti ſui appellantes, eamdem Communiſſimam locutionem uſurpare? Id autem tanto facilius intelligere poterant, quia Juſtinus, poſtquam præfatus eſſet, panem & calicem non a Chriſtianis ſumi tanquam communem panem & communem potum, ſed tanquam carnem & ſanguinem Chriſti, ſicut edocti erant; illico adjungit unde ita edocti erant, ſcilicet ab Evangelijs, in quibus legitur Chriſtum *accepto pane & gratijs actis* dixiſſe, *hoc facite in mei recordationem, hoc eſt corpus meum*, &c. Non enim adeò ſtupidi erant Gentiles, ut non intelligerent rei alicujus commemorationem illius licet nomine appellatam, non eſſe illam propriè, ſed ſignificative tantum. Nam hoc, & cratio, & ſenſus communis docet. Præterea, quomodò Juſtinus admittere potuiſſet Chriſtianos propriè manducare carnem Chriſti ſui, cum ante profeſſus eſſet humanæ carnis manducationem cujus accuſabantur, mythologicam & fabuloſam eſſe? Nonne ſaltem oportuiſſet, ſi verum erat Chriſti carnem propriè & oraliter ab eis edi ſolitam, ad illos ab omni inhumanitatis & crudelitatis ſuſpicione liberandos, declarare, Chriſtianos carnem Chriſti ſui manducare, non per fruſta dilaceratam, ſed ſanam & integram, ſanguinemque ejus havrire non violentia ferri e venis eductum, ſed carni per concomitantiam junctum, atque adeo ſe utrumque indivulſe bis ſumere ſub ſpecie & phantaſmate fallaci panis & vini? Alioqui palam eſt, hac confeſſione ſe carnem & ſanguinem Chriſti propriè ac oraliter edere, Juſtinum non modò non tollere ſuſpicionem criminis, ſed quod pejus eſt augere, ac Chriſtianos ludibrio & furori Gentilium exponere. Senſum tamen hunc non exponit. Itaque adverſus Bellarminum dilemma hoc ſic multo fortius retorqueo: Poterat Juſtinus Chriſtianos a crudelitatis & flagitij quorum accuſabantur ſuſpicione liberare, aut non poterat. Si poterat, nec tamen fecit, prevaricator fuit cauſæ Chriſtianæ, & auxit criminis ſuſpicionem quam vno verbo difflare penes illum erat. Si non poterat, certe ideo non poterat crimen ea ratione diluere, quia falſum erat Chriſtianos carnem Chriſti ſui integram & illæſam ſub accidentibus panis proprie & oraliter edere.

Secundo, inquit Bellarminus, *veram Chriſti carnem proprie in Euchariſtia contineri, colligimus comparatione Euchariſtiæ quam facit Juſtinus cum myſterio incarnationis. Vt enim doceret non temere Chriſtianos credere panem fieri carnem*

d *Obſervat. l. 1. obſerv. 18. de Agapis.*

e *Cyrill. Hieroſol. Catec. 16. Epiph. hæreſ. 26.*

f *Contra. Celſ. l. 6. Et in Epiſt. ad Rom. l. 2.*

g *Annal. tom. 2. ad ann. 120. §. 25. 26.*

h μυθολογούμενα ἔργα *ante medium.*

i *Poſt medium.*

k *Poſt medium.* δύο αὐτοῦ παρουσίας προκηρύξασι παρὰ θεοῦ πατρὸς τοῦ τῶν ὅλων καὶ γεννήτορος, τὴν μὲν ἤδη γεγενῆσθαι, ὡς ἀπρόσωπον καὶ παθητὸν ἀνθρώπου, τὴν δὲ δευτέραν ὅταν μὴ δίκαιον ᾖ ἐξ οὐρανῶν μετὰ τῆς ἀγγελικῆς αὐτοῦ στρατιᾶς παραγενήσεσθαι νικηφόρον.

Digitized by Google

Juſtinus Martyr.

nem, adducit in medium aliud myſterium æque difficile: qua enim potentia fieri potuit, ut Deus incarnaretur, eadem fieri potuiſſe dicit, ut panis fieret caro. Vbi, niſi reipſa velit affirmare, panem fieri carnem, ſed ſolum ſignificative, fruſtra adducit exemplum incarnationis: nullum enim eſt miraculum facere, ut panis ſignificet corpus Chriſti. Sed hæc omnia mera ſomnia ſunt. Nec enim Juſtinus affert myſterium incarnationis quo probet fieri potuiſſe ut panis fieret caro: id enim foret obſcurum per æquè aut magis obſcurũ probare; nec omnipotentiæ divinæ, aut miraculorum in utriuſq; confectione meminit: commenta hæc ſunt Cardinalis. Et quando Juſtinus myſterium illud in medium adduceret ad oſtendendum fieri potuiſſe ut panis fierit caro, intellectu multo facilior foret probatio ſi affirmare vellet panẽ fieri carnem ſignificative tantum. Ex majori enim minus rectè concluderet, eum videlicet qui potuit Deum reipſa carnem facere, multo facilius poſſe panem ſignificative carnem facere. Sed ne id quidem Juſtinus hoc loco intendit. Alia prorſus de cauſa incarnationis myſterium profert, nempe ut oſtendat panem & calicem quos ait Chriſtianos ſumere non tanquam communem panem & communem potum, ſed tanquam carnem & ſanguinem, Chriſti, ſeu commemorationem carnis & ſanguinis non puri alicujus hominis, ſed ipſiuſmet Dei qui vere incarnatus eſt.

Perronius paulo aliter diſputat in hunc modum: *Juſtinus affirmat, ad eundem modum* ὃν τρόπον *quo Ieſus Chriſtus caro factus per Verbum Dei, carnem & ſanguinem habuit, ad eundem panem & vinum Euchariſtia facta per Dei verbum, carnem & ſanguinem eſſe ejuſdem Ieſu Chriſti incarnati: & id probat hac clauſula,* hoc eſt corpus meum. *Æquat itaque ut perinde valentes, veritatem ac proprietatem harum duarum propoſitionum,* Verbum caro factum eſt, *&*, hoc eſt corpus meum. *At quis audebit affirmare, Chriſtum corpus & ſanguinem non niſi figurate & allegorice habuiſſe, hancquè propoſitionem* Verbum caro factum eſt, *ſignificative & repræſentative eſſe intelligendam?* Sed duo ſupponit. Vnum eſt, hæc Græca verba, ὃν τρόπον cum ſua redditione οὕτως vel ὅτως ſemper æquare propoſitiones quæ inter ſe comparantur, non modò in veritate, ſed etiam in proprietate locutionis. At id falſum eſt. Illa enim vocabula, ſicut & Latinum *quemadmodum* illis correſpondens, ut plurimum ad ſimilitudinem deſignandam uſurpantur abque ullo ad locutionis proprietatem reſpectu. Sic enim Origenes, ὃν τρόπον, *quemadmodum verus populus Dei appellatus in tribus duodecim diviſus eſt, habuitque præter cæteras tribus ordinem Leviticum, ſecundum plurimas diſpoſitiones ſacratas & Leviticas divina peragentem, ſic & exiſtimo, ſecundum abditum cordis hominem omnem Chriſti populum appellatum in occulto Iudæum & Spiritu circumciſum, magis myſtice habere eas tribuum proprietates*; abſque eo quod ullo modo attendat per verba ὃν τρόπον ad æquandas propoſitiones in locutionis proprietate. Quin etiam ipſe Juſtinus Martyr ſub initium ipſiuſmet apologiæ, ubi ait: ὃν τρόπον σαρκοποιηθεὶς λόγος διὰ τοῦ διδασκάλου χριστοῦ μὴ δεηθῆναι, ἐξεταζόμενος ἀπαλείνονται, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἡμεῖς ζῶντες, ἴσως ἀφορμὰς παρέχομεν τοῖς ἄλλοις καταλέγειν τῶν πάντων χειστιανῶν; *quemadmodum quidam accepto a magiſtro Chriſto præcepto de non inficiando, ſi inquirantur* (confeſſione ſua alios ad fortitudinem) *hortantur; ad eundem modum malè viventes utique occaſionem præbent aliis univerſos Chriſtianos eodem numero habendi.* Nemo enim non videt ſimplicem ibi eſſe ſimilitudinem, nec ullo modo agi de comparatione harum propoſitionum quoad proprietatem locutionis. Alterum eſt, Juſtinum æquare duas has propoſitiones, *Verbum caro factum eſt*, &, *hoc eſt corpus meum*, non tantum in veritate, ſed & in proprietate. At id rurſus falſum eſt. Si enim utriuſque eadem ratio foret, ſequeretur aut per incarnationem verbum eſſe in carnem converſum, idque deſignari per illa verba, *verbum caro factum eſt*; ſicut ex Adverſariorum hypotheſi panis fit caro Chriſti per converſionem ejus in carnem, ex vi & ſignificatione verborum, *hoc eſt corpus meum*; aut panem abſque ſubſtantiali immutatione fieri carnem Chriſti per vnionem cum illa perſonalem, quemadmodum Verbum abſquè converſione caro factum eſt per carnis aſſumptionem in unionem hypoſtaticam: quorum utrumque hæreticum & abſurdum eſt. *Eſto*, inquit[f] Milleterius. *Sed ſemper oportet ſimilitudinem identicam eſſe in circumſtantia & conditione quæ convenientiam ſtatuit inter ſubjecta comparata, hoc eſt, panem in Euchariſtia æque realiter Chriſti carnem eſſe, ac verbum Dei realiter caro factum eſt: Secus, comparatio abſurda & illuſoria eſſet.* At, inquam, ſi ita ſe res haberet, ſequeretur panem Euchariſtiæ, & Verbum, idem prorſus eſſe. Nam quæ ſunt eadem in vno tertio, eadem quoque inter ſe ſunt. Quod tamen falſiſſimũ eſt. Non igitur ſupponi debet ea quæ inter ſe comparantur æqualiter poſſidere debere conditionem eam quæ convenientiam inter ipſa ſtatuit. Alioqui, quandò Leo I. ait, baptiſmum ſuſcipi, [a] *ut efficiatur homo corpus Chriſti, quia & Chriſtus filius hominis*; dicendum foret, eos qui baptizantur æquè propriè corpus Chriſti eſſe, ac Chriſtum hominem: quod rurſus falſum & abſurdum eſt. Et quando Auguſtinus ait; [g] *ſicut* (Chriſtus) *aſcendit*, (in cœlum) *nec receſſit a nobis* (in quantum Deus eſt) *ſic & nos cum illo jam ſumus*; ſequeretur nos realiter & ſubſtantialiter jam eſſe in cœ-

Juſtinus Martyr.

[f] P. 116.

[a] Epiſt. 23.

[g] De diverſis ſerm. 90.

[a] *Inſt. Commens. in Ioann.* ὃν τρόπον ἐκεῖνος ὁ πάλαι λαὸς ἐπωνομάσθη θεοῦ εἷς φυλὰς διῃρῆσθαι δώδεκα καὶ ἕνα, καὶ τὸν ἐν αὐτοῖς τὰς λοιπὰς φυλὰς πλείονα ἱερουργοῦντα καὶ λευιτικὰ ἐπιτελοῦντα, οἶμαι κατὰ τὸν κρυπτὸν τοῦ καρδίας ἄνθρωπον πάντα τὸν χριστὸν λαὸν περιτετμῆσθαι καὶ τὸν κρυπτὸν Ἰουδαῖον καὶ τὸ πνευματικὸν περιτεμνόμενον ἔχειν τὰς ἰδιότητας φυλῶν. *Ex manuſcript. regio. Vid. & Nyſſenum in Cant. hom. 7. edit. græcol. pag. 581.*

Irenæus.

lo, quemadmodum realiter & ſubſtantialiter qua Deus nobiſcum poſt aſcenſionem remanſit in terra. Quod tamen falſum eſt. Sufficit, ut conditionem illam quo quomodò poſſideant. [a] Ita autem ſe res habet in comparatione quam Juſtinus inſtituit inter has propoſitiones, *Verbum caro factum eſt*, & *panis eſt caro Chriſti*. Mens enim ipſius non eſt haſce duas propoſitiones quoad locutionis proprietatem inter ſe comparare ut æquivalentes, ſed tantum convenientiam & ſimilitudinem aliquam inter illas aſſignare. In hoc autem conſiſtit earum convenientia, nempe utraque deſignari Chriſtum carnem aſſumpſiſſe, ſed tamen variè: illa, tanquam aſſeverationem formalem hujus veritatis, hac autem tanquam per ſignum & commemorationem illius. Sic enim ipſe Juſtinus: [b] *Dominus nos juſſit panem facere in commemorationem illum factum eſſe corpus propter in eum credentes.* Sic de priori Tertullianus: [c] Factum *dicendo &*, Verbum caro factum eſt, *conſignavit*, *& carnis veritatem ex Virgine factam aſſeveravit*: de poſteriori vero; [d] *Acceptum panem &c. fecit illum corpus ſuum, hoc eſt corpus meum, dicendo, ideſt, figura corporis mei.* Sic & Ambroſius: [e] *Vera utique caro Chriſti qua crucifixa eſt, qua ſepulta eſt: vere ergo carnis illius ſacramentum eſt. Ipſe clamat Dominus Ieſus: hoc eſt corpus meum*, Sic Denique [f] Euſebius panem & vinum *divinæ œconomiæ*, id eſt, incarnationis, *ſymbola* appellat: atque hæc Pſaltæ verba, [g] *corpus adaptaſti mihi*, quæ formaliter & directe de incarnatione intelligenda ſunt, per elegantem accommodationem Euchariſtiæ applicat, quia per eam videlicet adaptat ſibi Dominus ſymbolicum corpus, veritatis carnis ſuæ figurativum & confirmativum.

a *Epiſt.* 23.

b *In Dialog. Tryph. ſupr. Citat.*

c *De carne Chriſti.*

d *Contr. Marcion. l.* 4

e *De his initiantur c.* 9.

f *Demonſtrat. l.* 8. τοῦ συμβόλα τῆς εἰκὼν ἐγκωμιαζ.

g *Pſam.* 40. *ex verſion.* 70.

Sed quid tam diu moramur in re perſpicua? Retorqueamus ipſum Cardinalis argumentum adverſus tranſſubſtantiationem ſuam. Quandoquidem enim contendit Juſtinum æquare harum duarum propoſitionum, *Verbum caro factum eſt*, &, *hoc eſt corpus meum*, veritatem ac proprietatem: nonnè inde neceſſario ſequitur, quod quemadmodum per incarnationem verbum caro factum eſt abſque ſubſtantiali in carnem mutatione, ſimiliter panis, & vinum & aqua, per conſecrationem fiant caro Chriſti & ſanguis abſque ulla propriarum ſubſtantiarum converſione & immutatione? Jam vero judicent lectores, utrum Juſtinus noſter ſit an Adverſariorum.

Examen Teſtimoniorum Sancti Irenæi.

d *Scripſit circa ann. Dom.* 180.

IUSTINUM Martyrem proxime ſubſequitur [d] Irenæus Lugdunenſis Epiſcopus, cujus teſtimonia in ſuas quiſque partes trahere conatur: iure, an injuria, videamus.

Irenæus.

CAPUT I.

PRIMUS locus, habetur libro quarto adverſus hæreſes capite trigeſimo quarto, ubi Vir Sanctus agens contra Valentinum ac ejus varios aſſeclas docentes, Creatorem univerſi & Patrem Domini noſtri Jeſu Chriſti, non eſſe unum eundemque Deum corporumque noſtrorum reſurrectionem negantes, utrumque errorem impugnat, vnum directe & expreſſe, alterum obiter & occaſione data, per Euchariſtiam. Quandoquidem enim cum Orthodoxis conveniebant in Euchariſtia Patri offerri creaturas hujus ſeculi, panem & vinum ſcilicet, quibus filius quoque ad corporis ſanguiniſque ſui ſacramenta, ac reſurrectionis glorioſæ pignora conficienda uſus eſt; quo jure Patri offerrentur ſi illarum creator non foret? Quomodo pariter illas Chriſtus adhibuiſſet ad myſteriorum ſuorum effectionem, niſi Creatoris filius fuiſſet ac de conſequenti illarum cum Patre vere Dominus? Cur denique corpora noſtra eas reciperent ſi non ſint reſurrectura? Verba Irenæi ſunt: *Alij alterum præter fabricatorem dicentes Patrem ideo quæ ſecundum nos creatura ſunt, offerentes ei, cupidum alieni oſtendunt eum & aliena concupiſcentem. Qui vero ex defectione & ignorantia & paſſione dicunt facta ea quæ ſunt ſecundum nos & ignorantia & paſſionis fructus offerentes, peccant in Patrem ſuum, contumelias magis ei facientes, quam gratias agentes. Quomodò autem conſtabit eis, eum panem in quo gratia acta ſint, corpus eſſe Domini ſui & calicem ſanguinis ejus, ſi non ipſum fabricatoris filium dicant, id eſt, verbum ejus per quod lignum fructificat, defluunt fontes, & dat primum quidem fœnum, poſt ſpicam, deinde plenum triticum in ſpica? Quomodo autem rurſus dicunt carnem in corruptionem venire & non percipere vitam quæ a corpore Domini & ſanguine alitur? Ergo aut ſententiam mutent aut abſtineant offerendo quæ predicta ſunt. Noſtra autem conſonans eſt ſententia Euchariſtiæ, & Euchariſtia rurſus confirmat ſententiam noſtram. Offerimus enim ei quæ ſunt ejus, congruenter communicationem & Veritatem predicantes carnis & ſpiritus. Quemadmodum enim qui eſt a terra panis, percipiens invocationem Dei, jam non communis panis eſt, ſed Euchariſtia, ex duabus rebus conſtans, terrena & cœleſti, ſic & corpora noſtra percipientia Euchariſtiam, jam non ſunt corruptibilia, ſpem reſurrectionis habentia. Offerimus autem ei non quaſi indigenti, ſed gratias agentes donationi ejus, & ſanctificantes creaturam.* Hucuſque Irenæus è cujus Verbis tria colligimus.

Primum

Irenæus.

Primum eſt, conſecrationem fieri, non verbis *hoc eſt corpus meum*, &c, ſed *gratiarum actione* ſeu *invocatione Dei*, ut loquitur Irenæus. Effugium enim quo utitur Vaſques inquiens, e *verba conſecrationis* (id eſt ſecundum illum, hoc eſt corpus meum) *idem eſſe quod gratia actæ*: falſum & ineptum eſt. Nam patet ex Euangelijs ad quæ Irenæus reſpicit, Dominum protuliſſe hæc verba, *poſtquam gratias egiſſet* ac ea de conſequenti non poſſe idem eſſe quod gratiæ actæ: Et rurſus dici non poteſt, illa eſſe invocationem Dei, ut prolixè oſtendimus libro primo capite ſexto.

e *In 3. Thom tomo 3. diſp. 180. c. 3.*

Secundum eſt, in Euchariſtia fieri Deo oblationem, non *proprij corporis & ſanguinis filij ſui*, ſed fructuum terræ quos *f* eodem libro appellat *primitias munerum ſuorum, primitias earum quæ ſunt ejus creaturarum*; hoc eſt panis & vini, quæ per conſequens ſubſtantialiter remanent quod erant. Confirmatur conſequentia triplici argumento. Nam primò, ſi cenſuiſſet Irenæus oblationem quæ Patri fit ſub Novo teſtamento, eſſe corporis & ſanguinis Chriſti, non autem panis & vini proprie ſic appellati propoſitum ſuum aſſecutus non fuiſſet. Intentum enim erat illi probare ex oblatione creaturarum terrenarum & hujus ſeculi quæ Patri fit in Eccleſiâ, illum earum eſſe creatorem, alioqui non recepturum, nè videretur indigus eſſe & alterius Dei creaturas concupiſcere. Neceſſe igitur eſt illum intellexiſſe oblationem panis & vini propriè ſic appellatorum. Panis enim & vinum omnium confeſſione ſunt creaturæ terrenæ & hujus ſeculi. De corpore autem & ſanguine Domini argumentum non valuiſſet. Reſpondiſſet enim Valentinus illa non eſſe creaturas terrenas, ſed cœleſtes, congruenter hypotheſi ſuæ; Ea enim erat Valentini hæreſis de carne Chriſti; ac proinde non modò infirmaſſet Irenæi argumentum, ſed etiam validè retorſiſſet. Nam dixiſſet, Patrem Chriſti ideo juſſiſſe ſibi in Euchariſtia offerri corpus & ſanguinem filij ſui, non autem panis & vini creaturas, nempe, quia ſciret creaturas panis & vini alterius eſſe non ſuas, alienis autem uti nollet, ſed ſuis. Secundò idem probatur ex eo quod Irenæus paulò ante ait, *conſcientia ejus qui offert ſanctificat ſacrificium pura exiſtens*. Et rurſum: *quoniam cum ſimplicitate eccleſia offert, juſte munus ejus purum ſacrificium apud Deum deputatum eſt*. Nam de oblatione proprie dicti corpus Chriſti id eſſet falſiſſimum. Corpus enim Chriſti ſubſtantiale ſanctitatem ſuam a nemine mutuatur, nec Patri acceptabile eſt ratione offerentis, ſed ratione ſui. De oblatione verò panis & vini, id veriſſimum. Sanctificentur enim per gratiarum actionem, ac Deo per puram offerentis conſcientiam acceptabilia ſunt. Denique id patet ex eo quod ſubjungit hanc oblationem fieri Deo per Chriſtum: *Indæi*, inquit, *non receperunt Verbum per quod offertur Deo*. Abſurdiſſimum enim foret dicere, Chriſtum offerri Deo per Chriſtum, de pane autem & vino convenientiſſimè. Ad hoc argumentum ita conceptum non vidi reſponſionem Adverſariorum. Nec enim reſponſio eſt quod objicit Milleterius, *nos nihil ejuſmodi Deo offerre*. Nam cum oblatio hæc Euchariſtiæ antè ipſius diſtributionem, non ſit ex inſtitutione, ſed poſt addita, ſicut pleraque alia, mirum videri non debet ſi ab illa abſtinemus juxta præclaram illam Cypriani ſententiam: a *neque aliud fiat a nobis quam quod pro nobis Dominus prior fecit*.

Irenæus.

a *Epiſt. 63. ep. 3.*

Tertium eſt, panem & vinum eo quod poſt ſanctificationem corpus & ſanguis Chriſti dicantur, non eſſe illa propriè, nec deſinere eſſe ſubſtantialiter panem & vinum. Id enim colligitur primò ex eo quod Irenæus de pane Chriſti corpus appellato loquens, ait, *carnem noſtram ab corpore Domini*. Aliud quippe carnis noſtræ illud eſt quod in ejus ſubſtantiam convertitur: quod de proprio corpore Domini aſſerere hæreticum foret. Panis ergo ſanctificatus, non propriè, ſed typice tantum ipſius corpus eſt. Secundo, ex eo quod addit: *qui eſt a terra panis percipiens invocationem Dei, jam non communis panis eſt, ſed Euchariſtia ex duabus rebus conſtans, terrena & cæleſti*. Nam (ut taceam quod jam ſupra in Juſtino obſervavi, eum qui aſſerat, panem non manere poſt conſecrationem *communem panem*, ſupponere illum panem manere, ac communitatem ejus tantum negare) per rem cœleſtem ſive intelligatur corpus Chriſti, quod pleriſque tum ex noſtris, tum ex Adverſarijs viſum eſt, ſive Spiritus Sanctus virtus pane per conſecrationem addita, quod re accuratius expenſa Irenæi ſcopo convenientius exiſtimo; ſemper res terena deſignabit panem, qui de conſequenti remanet, nec deſinit eſſe.

Ad priorem hujus argumenti partem reponunt aliquid Adverſarij: ſed illius refutationem ad examen loci ſequentis ubi denuo recurret, ad vitandum repetionis tædium, tantiſper differemus. Ad poſteriorem variè reſpondent.

Primo enim Bellarminus ait b *per rem terrenam deſignari accidentia ſenſibilia panis*. Sed duo ſupponit. Vnum, Veteres exiſtimaſſe accidentia poſſe ſubſiſtere ſine ſubjecto, alterum, ita ſe rem habere in Euchariſtia: quorum utrumque falſum eſt. *Monſtruoſum enim*, ait c Auguſtinus, *& à veritate alieniſſimum eſt, ut id quod non eſſet niſi in ipſo* (ſubjecto) *eſſet, etiam cum ipſum non fuerit, poſſe eſſe*. Et ipſemet Irenæus: d *non poteſt intelligi aqua ſine humectatione, neque ignis ſine calore, neque lapis ſine duritia. Vnita ſunt enim invicem hæc: alterum ab altero ſeparari non poteſt* (nota, reciprocam ſeparationis impoſſibilitatem) *ſed*

b *De Euch. l. 2. c. 6.*

c *Soliloq. l. 2. c. 12.*

d *Lib. 2. c. 14.*

Irenæus. *ſemper exiſtere ei.* Nec Patrum ullus unquam meminit accidentium panis & vini in Euchariſtia abſque panis & vini ſubſtantijs. Figmentum id eſt Adverſariorum. Irenæus certe ſymbola Euchariſtica ubique dicit, *panem eſſe & vinum*, nullibi accidentia panis & vini. Nec aliter ſentire poterat, niſi vellet, tum Valentino inſultandi anſam dare, tum etiam a proprijs hypotheſibus diſcedere. Dico, Valentino inſultandi anſam dare. Illico enim excepiſſet, ideo ſubſtantias panis & vini ab Euchariſtia abeſſe ac in illarum locum ſubſtitui corpus & ſanguinem Chriſti, quia *ex defectione & ignorantia & paſſione illa facta ſunt*, eaque de cauſa Patri offerri non debeant. Dico etiam, a proprijs hypotheſibus diſcedere. Irenæus enim erat ex Chiliaſtarum numero, ut ex ejus e ſcriptis liquet, & multis in locis docet f Hieronymus. Illi autem exiſtimabant Eccleſiam poſt mille annos in terra cum Chriſto glorioſe regnaturam, ac inter cætera g *epularum delitias terrenas* habituram, idque dominum ipſum indicaſſe cum diceret Matth. 26. *non bibam amodo de hoc gemmine vitis uſque in diem illum quo bibam illud novum vobiſcum in regno Patris mei.* Nam *ex hoc loco*, inquit h Hieronymus, *quidam mille annorum fabulam ſtruunt, in quibus Chriſtum regnaturum corporaliter eſſe contendunt, & bibiturum vinum quod ex illo tempore uſque ad conſummationem mundi non biberit.* Vinum autem quod tunc Chriſtus juxta illos bibiturus ſit, nullomodò poteſt intelligi de accidentibus vini abſque vini ſubſtantia, ut patet ex ipſius i Irenæi prolixa explicatione, ſed de vero vino ac propriè ſic appellato eſt accipiendum, cujus uſus in victu illorum quotidiano communis erit. Cum ergò vinum illud idem ſit cum eo de quo Dominus in Euchariſtiæ celebratione ſecundum ipſius mentem biberat nullomodo potuit intelligere accidentia vini, nec de conſequenti per rem terrenam accidentia panis & vini ſine panis & vini ſubſtantijs, ſed veras panis & vini ſubſtantias deſignavit.

Secundò reſpondet Perronius poſt Claudium Sanctenſium, k *Irenæum per rem terrenam non intelligere* panem, *ſed* corpus Chriſti, *ſicut per rem Cœleſtem* Spiritum Chriſti: *illi enim*, inquit, *familiare admodum eſt per rem terrenam corpus ſive Chriſti, ſive noſtrum deſignare.* Atquè in hanc rem loca aliquot illius adducit, & aliorum ex veteribus quæ non neceſſe eſt referre. Sed hanc ſolutionem improbant l Bellarminus & de m Valentia, qui probaturi Patres ita loqui de hoc ſacramento *ut aperte indicent*, ſe per hoc ſacramentum non intelligere ſolas ſpecies, ſed etiam corpus & ſanguinem Chriſti, citant hæc Irenæi verba. Suares autem expreſſe: n *non propriè intelligitur*, inquit, *propter compoſitionem Chriſti ex duplici natura, quamvis ita exponat Claudius repet. 2. c. 4. quia illa compoſitio convenit Chriſto ſecundum ſe, Irenæus autem tractat de compoſitione Euchariſtiæ.* Ratio quam ſupponunt videtur evidentiſſima. Nam clarum eſt Irenæum deſcribere partes eſſentiales ex quibus Euchariſtia poſt conſecrationem & vi conſecrationis conſiſtit, ſive illa ſtrictè ſumatur pro ſignis ſenſibilibus & ſacramentalibus, ſivè late pro ſymbolis & re ſignificata ſimul. Ait enim: *qui eſt a terra panis, percipiens invocationem Dei, jam non communis panis eſt, ſed Euchariſtia ex duabus rebus conſtans, terrena & Cœleſti.* Utrovis autem ſenſu intelligatur, per rem terrenam non poteſt Irenæus deſignare corpus Chriſti, quicquid per cœleſtem dicatur innuere. Non priori. Euchariſtia enim pro ſigno ſenſibili & ſacramentali ſumpta, non conſtat ex corpore & Spiritu Chriſti, cum corpus & Spiritus ſeu divinitas Chriſti non ſint ſacramentalia & ſenſibilia ſihna. Non etiam poſteriori. Nam corpus Chriſti non eſt ſignum ſenſibile Euchariſtiæ, divinitas autem, aut anima ejus (non explicat enim Perronius utrum per Spiritum intelligat, an quid aliud, verbi gratia, perſonam S. Spiritus) res illius ſignificata. Nec rurſum Euchariſtia, juxta Perronium ipſum, vi conſecrationis & per ſe conſtat ex divinitate anima aut Spiritu Chriſti, ſed tantum vi concomitantiæ. Denique, eo ſenſu Euchariſtia, quæ cum ſacramentum ſit in genere ſigni eſt, non conſtaret ex ſigno ſacramentali, ſed tantum ex re ſignificata, & ſic foret ſignificatum abſque ſignificante: quod abſurdiſſimum eſſe, nemo non videt. Irenæus.

Figmentum tamen illud ſuum probare contendit aliquot rationibus pro ſubtilitate ſua examine dignis.

Prima eſt, *Irenæum, ſi per rem cœleſtem corpus Chriſti intelligeret, cauſam catholicam præjudicio manifeſte & inepte gravaturum*: *una enim*, inquit, *ex præcipuisque inter Catholicos & Valentinianos agitabantur quæſtionibus, ea erat, utrum corpus Chriſti res foret cœleſtis, an terreſtris. Valentiniani, Apelleiani & ſimiles hæretici aſſerebant carnem Chriſti eſſe carnem cœleſtem quæ per Virginis uterum tantum tranſierat, nihilque ab illa acceperat: Catholici contra, illam eſſe vere terrenam, e terra formatam, & terrenis cibis nutritam, ut patet ex ipſo a Ireneo, b Tertulliano & c Auguſtino. Quis ergo non videt, Irenæum non potuiſſe carnem Chriſti cœleſtem appellare, niſi vellet exemplo ſuo hæreticis applaudere, cauſamque catholicam hac appellatione imprudenter illis prodere?* Sed primò, debuerat Cardinalis probare per rem terrenam intelligi corpus Chriſti: quod tamen cautè prætermittit. Secundo, ſi ratio quam affert ad probandum per rem cœleſtem non poſſe deſignari Chriſti corpus, haberet aliquid ponderis, valeret tantum adverſus eos qui rem cœleſtem de corpore

e *Vid. l. 5. c. 33.*
f *Præf. l. 18. in Eſa. & in 36. Ezechiel. præf. Victorin. in Apocal.*
g *Hieron. in Eſa.*
h *Ad Hedibiam. q. 2.*
i *Vbi ſupr. l. 5. c. 33.*
k *De Euch. l. 2. Auth. 4.*
l *De Euch. l. 4. c. 6.*
m *Tom. 4. edit. Pariſ. p. 843.*
n *Diſp. 42. ſect. 3.*
a *Lib. 2. c. 32.*
b *De carne Chriſti.*
c *De hæreſib.*

Irenæus. corpore Chriſti exponunt, nullomodò autem contra illos qui illam de virtute ſpirituali per conſcerationem pani addita interpretantur. Tertiò, ne priores quidem ferit. Nam etſi verum ſit Valentinianos in hac hæreſi fuiſſe, ut carnem Chriſti cœlitus huc delatam fuiſſe ſfererent, eaque ratione cœleſtem indigetarent, Irenæus tamen abſque vllo cauſæ Catholicæ præiudicio rectè illam potuit *rem cœleſtem*, ad exemplum Apoſtoli qui Chriſtum [d] *cœleſtem hominem* vocat, appellare: *quare enim* ut recte alicubi monebat [e] Tertullianus, *ideo non utatur veritas vocabulo & re ac ſenſu illius, quia hæreſis vtitur.* Nonnè confinxerant Valentiniani in primo Æonum ſuorum octonario divinitatem quandam quam Gratiam nuncupabant? Id tamen non prohibet Irenæum id in ipſis [f] obſervantem, Chriſtum Dominum [g] *gratiam ſupernam* ipſius [h] Perronij judicio indigetare, nec Origenem [i] tomis ſuis in Joannem maximam partem contra Heracleonem Valentinianum conſcriptis libere notare. in quibuſdam exemplaribus epiſtolæ ad Hebræos legi, *gratia Dei mortem guſtavit pro omnibus.* Rurſum: nonnè Tertullianus [k] notat de Domino ipſo, illum carnem ſuam *panem cœleſtem nuncupaſſe.* Quis tamen ideo verè dixerit, illum poteſt expugnatam Valentinianorum hæreſin de cœleſti Chriſti carne, eorum errori authoritate Dominici exempli applaudere, catholicorumque cauſam prodere? Nemo ſanè. Cum enim libro de carne Chriſti validiſſimè comprobaſſet, carnem hanc verè è terra ſumptam fuiſſe, nec cœleſtem dici poſſe quod cœlitus eſſet delata, ſed propter [l] unionem cum Spiritu cœleſti, liberè poterat præmiſſo hoc antidoto eam cœleſtem pronunciare. Cur non ergo & Irenæus qui pariter libro præcedente multis argumentis liquido demonſtraverat, Chriſtum carnem ſuam verè è terra ſumpſiſſe, poſſet in hoc libro in quo aliam omninò controverſiam tractabat, illam *rem cœleſtem*, utpote in cœlo jam exiſtentem, legitimo & alio a Valentinianis ſenſu, abſque ullo cauſæ ſuæ periculo nominare?

Secunda ratio eſt: *quemadmodum una ex præcipuis rationibus ob quas Valentiniani carnem Domini Cœleſtem indigetabant, erat ad abolendum reſurrectionis articulum, ita Catholicos illam terreſtrem eſſe docuiſſe ad hujus articuli defenſionem. Valentiniani enim aſſerebant, nihil ὑλικὸν ſeu materiale ſalutis eſſe capax: ideoque in locum reſurrectionis veræ carnis humanæ reſurrectionem quorumdam corporum immaterialium & ſpiritualium ſubſtituebant, ut patet ex* [m] *Irenæo & Theodoreto. Ordo igitur quem in horum portentorum confutatione Irenæus obſervat ejuſmodi eſt. Primo probat l. 3. Chriſti carnem non eſſe Cœleſtem, id eſt, cœlitus delatam, ſed è terra ſumptam, ideoque falſum eſſe, nihil terreſtre ſalutis eſſe capax. Secundo, ad alium articulum progreditur, & libris quarto & quinto oſtendit, quandoquidem Chriſto caro quæ è terra eſt, vitæ capax reddita fuit, imo ipſa vita ſedes, eamdem carnem terreſtrem per Euchariſtiam noſtris quæ ejuſdem ſubſtantiæ ſunt communicatam, immortalitatem ſuam illis poſſe communicare. Quis autem Irenæum adeo inſulſum exiſtimet, ut concluſione ſua probationis ſuæ medium imprudens deſtruere, & poſtquam adeò ſollicitè demonſtraſſet carnem Chriſti non eſſe Cœleſtem, ſed terreſtrem, unde concludendum erat corpora noſtra, terreſtria licet, in gloriam reſurrecturæ, medium non modo diverſum, ſed omnino contrarium, videlicet, corpus Chriſti ſubſtantiam & rem cœleſtem eſſe, aſſumere voluerit?* Reſpondeo, vera quidem eſſe ea quæ de Valentinianorum Hæreſi recenſet Perronius, ſed illum falſo ſupponere, ſcopum Irenæi in hoc quarto libro eſſe, ut oſtendat, quandoquidem Chriſti caro quæ è terra eſt, vitæ capax reddita fuit, imò vitæ ſedes, eamdem carnem terreſtrem noſtris quæ ejuſdem ſubſtantiæ ſunt per Euchariſtiam communicatam, immortalitatem ſuam illis poſſe communicare. Nullum enim eſt totius libri caput in quo Irenæus corporum reſurrectionem ex profeſſo probare ſuſcipiat, eam, obiter tantum, loco de quo contendimus, attingens. Nam directus illius ſcopus hîc in eo verſabatur ut impugnaret Valentinianorum dogma de diverſitate creatoris & Patris Chriſti. Illud autem impugnat per ollationem quæ Patri fit in Euchariſtia creaturarum hujus ſeculi, & occaſione Euchariſtiæ alium Valentinianorum errorem reſurrectionem negantium in tranſitu perſtringit: nec tamen ea ratione quam confingit Perronius. Quando enim ait *quomodo dicunt carnem in corruptionem venire & non percipere vitam quæ a corpore Domini & ſanguine alitur*; per corpus & ſanguinem Domini non intelligit proprium & ſubſtantiale ipſius corpus, ſed, ut libro ſequente ſe exponit, *Euchariſtiam corporis & ſanguinis*, id eſt, ſacramentum corporis & ſanguinis, ſeu ſacra illorum ſigna. Ea ſiquidé, legitimè ſumentibus ſunt *reſurrectionis ſymbola*, ut loquitur Gelaſius Cyzicenus in illa ſua diatypoſi Synodi Nicenæ: tum quia pignora ſunt futuri Servatoris [o] adventus ad excitanda transformandaque corpora noſtra, tum quod adjuncta habeant virtutem Spiritus quæ Irenæi *res cœleſtis* eſt, cujus beneficio olim *illa Deus vivificaturus* eſt, ut teſtatur [p] Apoſtolus. Qui ergo dici poteſt, carnem non reſurrecturam quę tam certa reſtaurationis ac reſtitutionis pignora conſecuta eſt a Domino? Ita Irenæus: qui illico ut oſtenderet ſe de reſurrectione obiter tantum egiſſe, & velut per parentheſin, recurrit ad propoſitum de Creatoris & Patris Chriſti unitate per Euchariſtiæ oblationem confirmata, probationiſque ſuæ medium reſumit per hanc

Irenæus.

d 1. Cor. 15. 47. 48.

e Contr. Praxeam.

f Lib. 1. c. 1. & 33.

g Lib. 1. c. 9.

h In Irenæo.

i Tom. 1. & 28.

k De reſurrect.

l Idem & Fulgent. ad Traſy. l. 3. c. 15. vid. & Hilar. de Trinit. l. 10.

m Lib. 1. c. 1. & l. 5. c. 1.

n Haret fab. l. 1.

o 1. Cor. 1. 26.

p Rom. 8. 23.

Irenæus. hanc conjunctiam clauſulam, *offerimus autem ei non quaſi indigenti, ſed gratias agentes donationi ejus*, quæ directe connectitur cum illa præcedente, *offerimus ei quæ ſunt ejus*; nec amplius, ſive in hoc capite ſive in toto libro, de reſurrectione tractat. Et tamen Perronius audet affirmare, illum in hoc libro reſurrectionis corporum probationem ſuſcipere. Qua fide, lectores judicent.

Tertia ejus ratio eſt: *panem per conſecrationē non fieri totum ſacramentale conſtans ex duabus rebus, terrena & cœleſti, id eſt ſacramento etre ſacramenti qua Chriſti corpus eſt, ideoque per rem terrenam & cœleſtem non poſſe intelligi panem ſacramentalem, & corpus Chriſti.* Sed hæc ratio, ſi quid virium haberet, tam probaret contra Perronium ipſum, per rem terrenam & celeſtem ex qua Euchariſtiam per conſecrationem conſtare dicit, non poſſe intelligi corpus, & ſpiritum, ſeu animam ſeu divinitatem Chriſti, quam non poſſe deſignari panem ſacramentalem & corpus Chriſti. Nam ex communi Adverſariorum ſententia panis vi conſecrationis non fit divinitas aut ſpiritus, aut anima Chriſti, ſed tantum illius caro, divinitas autem & anima in Euchariſtia per concomitantiam tantummodo adeſt. Valeat igitur contra illum objectiuncula ſua, contra alios non valere paulo poſt demonſtrabimus in argumentorum Bellarminianorum examine.

Quarta ratio eſt, *Irenæum Euchariſtiam adhibentem ut reſurrectionis veritatem Valentinianis probaret, neceſſario, debere illam urgere ſecundum doctrinam Valentinianis quoque communem, aut illam prius impugnare & confutare. At credebant Valentiniani in Euchariſtia panem & vinum fieri vere* (intelligit, propriè) *corpus & ſanguinem Chriſti, ut patet ex hiſtoria cujuſdam hujus ſectæ magi qui dicebatur Marcus Colarbaſius, de quo ita Irenæus:* [a] Pro calice vino mixto fingens ſe gratias agere & in multum extendens ſermonem invocationis, purpureum & rubicundum apparere facit, ut putetur ea gratia ab ijs quæ ſunt ſuper omnia ſuum ſanguinem ſtillare in illius calicem per invocationem ejus. *Nec regerit Irenæus ſacrilegium eſſe populo perſuadere velle, Chriſti ſanguinem alibi eſſe quam in cœlo, nempe in Euchariſtia, aut ullibi Valentinianos ſuper Euchariſtiæ articulo impugnat. Ideoque, quando generatim contra omnes illos diſputat, hoc eſt, tam contra Colarbaſianos quam contra reliquos ſectarios, ab eis quærit*, quomodo illis conſtabit, eum panem in quo gratiæ actæ ſunt corpus eſſe Domini ſui, ſi non ipſum fabricatoris mundi filium dicant, *quis non judicat hanc interrogationem eum illis proponere non poſſe, niſi eo ſenſu quo eis conſtabat panem eſſe corpus Chriſti, ſcilicet, realiter & non ſignificative: Et per conſequens, quando addit Euchariſtiam duabus rebus conſtare non loqui de conſiſtentia imaginaria & ſignificativa, ſed de reali & eſſentiali?* Verum hæc omnia, licet vera forent, nihil ad rhombum: Neque enim probant quod Cardinalis demonſtrandum ſuſceperat, per rem terrenam & cœleſtem Irenæum intelligere corpus & divinitatem Chriſti, non autem panem & corpus Chriſti: nec concluſione ſua noſtrorum quemquam ferit, cum nemo ſit qui aſſerat, Euchariſtiæ conſiſtentiam imaginariam eſſe, non realem. Sed amplius addo; illorum pleraque eſſe falſa & ſuppoſititia. Nam verum quidem eſt Irenæum debere Euchariſtiam urgere ſecundum doctrinam Valentinianis quoque communem, quod & ſanè facit ea quam ſupra indicavimus ratione; ſed falſiſſimum eſt Valentinianos credidiſſe panem & vinum fieri propriè corpus & ſanguinem Chriſti. Nec id euincitur ex hiſtoria Magi ſupranominati, in cujus relatione & conſideratione multa ſupponit. Primo enim pueriliter errat cum illum Marcum Colarbaſium appellat, quas, Colarbaſius fuiſſet cognomen Marci aut denominatiuum a factione alicujus præcedentis hæretici cujus partes ſecutus fuiſſet. Nam ſi attentius legiſſet Irenæum, [b] Tertullianum, [c] Epiphanium, [d] Philaſtrium & [e] Auguſtinum, & alios veteres [f] ſcriptores, comperiſſet Marcum & Colarbaſium hæreticos duos fuiſſe quorum vetuſtior erat Marcus, cujuſque veſtigia Colarbaſius (corruptè apud Philaſtrium dictus C. Baſſus) licet contemporaneus ſequebatur. Secundo etſi daremus Magum illum exiſtimaſſe panem & vinum propriè fieri corpus & ſanguinem Chriſti, non ideò ſequeretur reliquos Valentinianos ſententiæ ejuſdem fuiſſe. Fuerat illa ſane particularis opinio hujus hæretici ac ſectatorum: *Recentiores enim eorum*, ait [g] Irenæus de hæreticis generatim loquens, *affectant per ſingulos dies novum aliquid invenire & fructificare quod nondum quiſquam excogitavit.* Et ſpecialiter de hæreſi Marci, *Marcus*, [h] inquit, *Magiſtri emendatorem ſe eſſe glorians.* Et Tertullianus: [i] *Marcus & Colarbaſius novam hæreſim &c Componentes.* Et Epiphanius, [k] *Marcus, cum ſucceſſiſſet Secundo, Epiphani, Ptolomæo, Valentino, alia præter hos auſus eſt & in majorem circulatoriam cos-cervationem evectus eſt*; paulò poſt ſubiungens Irenæi narrationem, veriſimiliter ut innueret præſtigium illud peculiarem fuiſſe Marcoſiorum doctrinam, non autem Cœterorum ex Valentinianis quibus nihil ſimile tribuit. Tertiò, ſupponit Perronius per Gratiam quam hæreticus ille fingebat [l] ſupernis ſanguinem ſuum in calicem ſtillare, intelligi Chriſtum Dominum. At hoc non dicit Irenæus, & multò veriſimilius eſt Marcum id intellexiſſe, ſive de divinitate quadam quam Valentiniani [l] *Gratiam* appellabant, eam inter æones primi ordinis collocantes, ſive de altera quam ſuam vocabat, dicens, [m] *Participare*

Irenæus.

a *Libr. 1. c. 9*

b *De præſcript.*
c *Hæreſ. 34 & 35.*
d *De hæreſ.*
e *De hæreſ.*
f *Theodoret. epitom. divin. decret.*
g *Lib. 1. c. 28.*
h *Ibid. c. 8.*
i *De præſcript.*
k *Hæreſ. 34.*
l *Iren. l. 1. c. 1.*
m *Ibid. c. 9.*

by Googl

Irenæus. nem & unum cum Christo spiritum fieri, sed unionem carnis nostrę cum Spiritu Sancto qui utique in illa est principium ac quasi germen incorruptionis designare, adeò manifeste indicat libro sequenti ut mirum sit Perronium aut non deprehendisse, aut dissimulare potuisse.

a *Iren. l. 5. c. 6.* *Perfectus homo*, a (inquit) *commixtio & admixtio est animæ assumentis Spiritum Patris & admixta in carne* &c, *commixtio & unio horum omnium perfectum hominem efficit.* Rursus: b *Tria sunt ex quibus perfectus homo constat, carne, anima & Spiritu, & altero quidem salvante & figurante qui est Spiritus, altero quod unitur & formatur quod est caro*; &c. Hac autem Spiritus Sancti & carnis nostræ unione, corpora nostra disponi ad resurrectionem gloriosam, Irenæus ibidem affirmat: c *Templũ Dei in quo Spiritus inhabitat Patris & membra Christi non participare salutem, sed in perditionem redigi dicere, quomodo non maxima est blasphemia?* Et iterum: d *Nunc partem aliquam ejus Spiritus sumimus ad perfectionem & præparationem incorruptele*; &c. Denique, e *quis alius apparens fructus ejus est qui non apparet Spiritus, quam maturam efficere carnem & capacem incorruptela?* Quomodò autem per Eucharistiam communicationem hanc carnis nostræ & Spiritus Sancti congruenter predicemus, palam mox faciemus in totius loci paraphrasi Perronianæ opposita. Ad argutiam autem ejus quod attinet in vocabulo *συνεχηνῖα*, a manuscriptis parallelis Damasceni mutuato, eam multis modis esse inceptam & ridiculam audacter affirmavero. Nam ut largiar Irenæum ita esse locutum (quod tamen incertum est cum nesciamus quam fidem mereantur manuscripta hæc Damasceno tributa) quis adeo infeliciter in Grammatica versatus est ut ignoret participia præteriti temporis absolute posita in proprio & communi usu ad præsens tempus referri? Certè, quando dicimus hominem esse ex corpore & anima compositum, nemo est qui non intelligit nos hoc vocabulo licet præteriti temporis sit, nihilominus præsentem hominis constitutionem designare. Vocabuli quoque illius, Græci eumdem usum esse, variis testimoniis evincere possemus. Sic enim Apostolus ad Colossenses usurpat præteritum *συνέστηκε* unde participium *συνεστηκυῖα*, quando ait f *πάντα ἐν αὐτῷ συνέστηκε*, quæ ipsamet Adversariorum biblia vertunt, *omnia in ipso constant*. Sic Clemens Alexandrinus, g *ἡ ἐκκλησία, καθάπερ ἄνθρωπος, ἐκ πολλῶν συνεστηκυῖα μελῶν*, quæ sic manifestè vertenda, *Ecclesia, sicut & homo ex multis membris constat*. Et rursum: *ἐκ τῆ ἀναγκαίω καὶ τῆ χρησίμω ὁ βίος συνέστηκε*, id est, ex necessario & utili vita consistit. Sit Gregorius Nazianzenus, h Multa dici possent de continuitate membrorum corporis *πρὸς χρείαν ἡμῶν καὶ κάλλος συνεστῶτων καὶ διεστώτων*. Sic Basilius, i *διαλῦε ὁ ἄνθρωπος ἐκ ψυχῆς σωτηρὸς καὶ σώματος*; Sic Gregorius Nyssenus, k *ψυχὴ λέγων καὶ σῶμα, ἐξ ὧν ἡ ἀνθρωπίνη Φύσις συνέστηκε*; ubi vocabula *σωτηρὸς* & *συνέστηκε*, licet præteriti temporis de præsenti tamen necessario sunt intelligenda. Sic denique Irenæus ipse in loco libri l sequentis in eisdem parallelis manuscriptis Damasceni a Cardinale citato, de hominis constitutione præsenti loquens, ait illam esse, *τῆς σαρκὸς καὶ νεύρων καὶ ὀστῶν συνεστῶσαν*, quæ ipsemet cum veteri interprete sic vertit, *quæ ex carnibus & nervis & ossibus consistit*. Nec ullum potuit ex veteribus locum referre ubi aliter *συνεστηκυῖα* aut *συνεστὼς* sumerentur. Sed præter ordinarium vocabuli usum, materia ipsa subjecta necessario quoque requirit ut id vocabuli de præsenti tempore intelligamus. Primò, quia Irenæo propositum est demonstrare præsentem carnis nostræ constitutionem, ejus nempe unionem cum Spiritu Sancto per similitudinem consistentiæ Eucharistiæ: præsentis igitur consistentiæ, non præteritæ; aliter comparatio non conveniret. Secundo, quia describit quid sit Eucharistia post invocationem Dei, id est, post consecrationem & vi illius: intelligit ergo non illam fuisse compositam, sed illam esse compositam & constantem ex duabus rebus. Tertio denique, quia si sensus Irenæi talis foret qualem Perronius fingit, *Qui est a terra panis percipiens invocationem Dei, jam non communis panis est, sed Eucharistia quæ ex duabus rebus composita sunt, terrena & cœlesti*; absurdissimus sanè foret. Designaret enim Constitutionem Eucharistiæ quæ consecrationem illius præcessisset. Atqui ante consecrationem nec Eucharistia est, nec vel fingi potest quomodò tum constiterit ex duabus rebus terrena & cœlesti. Retinenda est igitur veteris Interpretis versio, *ex duabus rebus constans*, Cardinalitia vero explodenda & eliminanda.

Irenæus. i *In Esajam. ad cap. 1. & epist. 141.* k *In Christi resurrect. orat. 1.*

l *Lib. 5. c. 8.*

Ab hac autem digressione (sic enim illam supra appellabat) ad totius loci paraphrasin pergit, ac talem esse fingit: *Quomodo constabit eis eum panem, in quo gratia actæ sint, corpus esse Domini sui, & Calicem sanguinis ejus, si non ipsum fabricatoris mundi filium dicant, id est verbum ejus, per quod lignum fructificat, defluunt fontes & dat primum quidem fœnum, post deinde spicam, deinde plenum triticum in spica? Quomodo autem rursus dicunt carnem in corruptionem venire* (id est, finalem) *qua a corpore Domini & sanguine alitur? Ergo aut sententiam mutent, aut abstineant offerendo quæ predicta sunt. Nostra autem consonans est sententia Eucharistiæ, & Eucharistia rursus confirmat sententiam nostram. Offerimus enim ei quæ sunt ejus* (id est, offerimus ei ad efficiendum corpus & sanguinem

f *Coloss. 1. 17.*

g *Pædag. l. 1. c. 6. Et lib. 2. c. 2.*

h *Orat. 34.*

Irenæus.

nem ſuum, creaturas quarum author eſt, non Deus alter) [a] *congruenter communicationem & unitatem predicantes carnis & Spiritus. Quemadmodum enim qui a terra eſt panis percipiens invocationem Dei, jam non communis panis eſt* (id eſt corruptibilis) *ſed Euchariſtia* (id eſt, panis incorruptibilis) *ex duabus rebus conſtans, terrena & cæleſti*, (id eſt corpore & Spiritu Chriſti) *ſic & corpora noſtra percipientia Euchariſtiam, jam non ſunt corruptibilia, ſpem reſurrectionis habentia.* Talis eſt ejus paraphraſis, cujus deinde rationem reddere conatur, inquiens: *Interpretatus ſum, non eſt amplius panis corruptibilis, id eſt, non eſt amplius panis natura communis cum cæteris, non eſt amplius panis corporalis, non amplius* cibus ille qui perit: *quoniam in comparationibus quæ argumentorum locum tenent, nihil eſſe debet in redditione ſimilitudinis cujus tantumdem realiter aut æquivalenter, in exemplari non reperiatur, & præcipue ſi exemplar proponatur non modo tanquam propotypon & exemplum, ſed etiam tanquam cauſa & principium rei quæ probanda eſt. Atqui ex hoc articulo, panem Euchariſtiæ conſecrationem recipientem, fieri panem non communem, infert Irenæus corpora noſtra percipientia Euchariſtiam, incorruptibilia reddi. Itaque neceſſario dicendum eſt hoc verbum*, non communis, *tantumdem eſſe ac non corruptibilis, non obnoxius ruinæ generali alimentorum communium. Interpretatus quoque ſum Euchariſtiam* panem incorruptibilem, *id eſt, panem vitæ, panem quem Dominus opponit pani qui perit, panem de quo dicit*, qui manducat ex hoc pane non morietur in æternum: *quoniam Chriſtus qui eſt hic panis, eſt Euchariſtia & gratia ſubſtantialis Patris*; ἡ ἀπὸ τ ὑπὲρ τὰ ὅλα χάρις, ait [b] *Irenæus. Nam Euchariſtia, ut obſervat* [c] *Clemens Alexandrinus & poſt illum Alcuinus, nihil aliud eſt quam* καλὴ χάρις, bona gratia. *Poſt hæc, inquit* [d] *Alcuinus*, ſumpta Euchariſtia, id eſt bona gratia (gratia enim Dei pro omnibus guſtavit mortem &c ab omnibus reſpondetur, Amen. *Senſus ergo Ireneæi eſt quod quemadmodum panis qui ſubſtantia eſt e terra ſumpta & corruptibilis, percepta conſecratione res ſit incorruptibilis, ſcilicet, Euchariſtia, abſque eo quod diſcedat a conditione generali terreni & materialis; (Euchariſtia enim poſt conſecrationem adhuc conſtat ex ſubſtantia terreſtri quæ eſt caro Chriſti, & altera cæleſti & Spirituali quæ eſt Spiritus Chriſti) Ita corpora noſtra per Euchariſtiam incorruptibilia ſunt, & nihilominus ſubſtantia terreſtres remanent.* Huc uſque Cardinalis. Sed hæc paraphraſis in rationibus ſupra refutatis fundata, eſt malorum principiorum reprobanda progenies.

Primò enim ridiculè applicat hæc Authoris verba, *offerimus ei quæ ſunt ejus*, id eſt, inquit, *offerimus ei, ad efficiendum corpus & ſanguinem ſuum creaturas quarum Author eſt.* Nam illi, cui ea quę ejus ſunt offerri Irenæus intelligit, Pater eſt, ut patet ex oppoſitione & connexione horum Verborum, *Noſtra autem conſonans eſt ſententia Euchariſtiæ &c, offeruntur enim ei quæ ſunt ejus*, Cum illis præcedentibus ad quæ relationem habent, *Alij* (videl. Hæretici) *alterum præter fabricatorem dicentes Patrem, ideo quæ ſecundum nos creatura ſunt offerentes ei, cupidum alieni oſtendunt eum.* At Paterne eſt qui de creaturis panis & vini vult efficere corpus & ſanguinem ſuum? Quam imprudenter! Deinde, quid ſibi vult quod ait, *offerimus ei creaturas quarum Author eſt ad efficiendum corpus & ſanguinem ſuum?* Docet enim Irenæus panem qui a terra eſt Patri offerri poſt invocationem Dei, id eſt poſt conſecrationem, ut patet ex ejus verbis quæ ſequuntur, *offerimus autem ei, non quaſi indigenti, ſed gratias agentes donationi ejus.* At quis dixerit panem poſt conſecrationem, & de conſequenti jam corpus Chriſti ſuo modo factum, offerri Deo ad illum efficiendum corpus Chriſti?

Secundo, hæc Irenæi verba, *Panis percipiens invocationem Dei, jam non communis panis eſt*, ſic exponit, quaſi ſenſus foret, *non amplius eſt panis corruptibilis, non amplius eſt ſubſtantia panis, non eſt amplius panis corporalis & proprie dictus.* Sed falſò prorſus. Irenæus enim aſſerens panem poſt invocationem Dei jam non communem panem eſſe, non magis negat illum eſſe, aut corruptibilem, aut amplius ſubſtantia panem, quam [d] Nyſſenus & [e] Cyrillus affirmantes aquam baptiſmi & oleum quo baptizati ungebantur *poſt invocationem Dei non eſſe amplius commune lavacrum & commune* unguentum, negant aquam & oleum eſſe corruptibilia, eſſe vere aquam & oleum propriè ſic appellata. Communem opponit ſacro, ac intelligit non eſſe amplius communem, ſed panem ſacrum & ſacramentalem qui tamen verus panis ſit, ut vera aqua baptiſmi, verum ac propriè dictum oleum unctionis: quod & innuit quandò ait, *offerimus autem ei ſanctificantes creaturam.* Quid enim eſt ſanctificari creaturam? *Sanctificari locum*, inquit [f] Jobius, *vel panem, vel vinum dicimus quæ Deo ſecernuntur & ad nullum communem uſum referuntur.* Panis ergo poſt invocationem Dei, jam non eſt communis panis, quia factus ſacer, non per definitionem ſubſtantiæ, ſed per ſecretionem a profano & vulgari uſu. Nec quicquam contra facit Cardinalis objectio. Nam, ut omittam illum ſupponere comparationem qua utitur Irenæus, argumenti vice fungi & adhiberi tanquam cauſam & principium rei probandæ, quod ſane falſum eſt, cum ſit ſimplex ſimilitudo ordinata ad demonſtrandum per Euchariſtiam congruenter predicari communicationem & unitatem carnis & Spiritus, verbis immediate precedentibus memoratam; dico non neceſſario requiri in comparationibus ut idem realiter & æqui-

Irenæus.

[a] Congruenter *in Gallico inepte vertes, per* Coniointement.

[b] *Lib. 1. c. 9.*

[c] *Pædag. l. 2. c. 2. ἐυχαριστία καλὴν χάριν ἐπονομάζει καὶ καλεῖ.*

[d] *De divin. offic. cap. de celebr. miſſæ.*

[d] *De Sancto Chriſti baptiſ.*

[e] *Catechet. 3. myſtag. ſupr. citat. in fine.*

[f] *De verbo incarnato c. 25. apud Photium codic. 222. ἀγιάζειν ἢ τίνα, ἢ τὸν ἄρτον, ἢ τὸν οἶνον ἃ τῷ θεῷ φαμὲν ἀφορίζειν καὶ οὐκέτι κοινὸν ἀνθρώπων χρῆσιν ἐπιτηδείως ἔχειν;*

Digitized by Google

Irenæus. valenter habeatur in exemplari & in redditione ſimilitudinis; Identitas enim foret non ſimilitudo; ſed ſufficere ut aliquid analogicum & correſpondens utrobique reperiatur: Et ſi forte id requireretur, hic quoque eam æquipollentiam inveniri in exemplari & in redditione ſimilitudinis.

Quando enim Irenæus ait in redditione ſimilitudinis, *ſic & corpora noſtra percipientia Euchariſtiam jam non ſunt corruptibilia*; per non corruptibilia ſubintelligit non communia. Ea enim conditio eſt communis univerſæ carnis quæ non habet admixtum Spiritum Dei, ut, quia *perſeverat hoc eſſe quod erat ante*, ait g Irenæus, ſit *caro & ſanguis regnum Dei non poſſidens*. Corpora vero noſtra Euchariſtiam ſancte percipientia, & in ea Spiritus efficaciam quæ eſt *vis verbi ſe nobis immiſcens & ad incorruptionem ducens*, ut loquitur h Clemens Alexandrinus, non ſunt amplius communia, ſed a communibus per ſanctificationem ſeparata, & ad incorruptionem & gloriam ordinata. Nec alia de cauſa dixit Irenæus, *ſic noſtra corpora percipientia Euchariſtiam jam non ſunt corruptibilia*, cum exemplar ſimilitudinis requirere videretur ut diceret, *jam non ſunt communia*, niſi quia hac loquendi formula obſcurius deſignaſſet quid portenderet ea communitatis exemptio, id autem clarius exprimat dicendo, *ſic corpora noſtra jam non ſunt corruptibilia*, ſiquidem negatio corruptibilitatis includit negationem communitatis quia communitas carnis in hac materia eſt communitas corruptionis. Sed quid tandiu moror in examine hujus ratiunculæ? Fiat Cardinali ſecundum fidem ſuam, proprioque juguletur gladio, Quandoquidem enim ſupponit in comparationibus quæ argumentorum locum tenent, nihil eſſe debere in redditione ſimilitudinis, cujus tantumdem realiter aut æquivalenter in exemplari non reperiatur, & e contra nihil pariter in exemplari quod non contineatur realiter aut æquivalenter in redditione ſimilitudinis; nonnè evidentiſſimè ſequitur, quemadmodum corpora noſtra percipientia Euchariſtiam jam non ſunt corruptibilia, non per mutationem ſubſtantiæ, ſed per adjectionem qualitatis ſpiritualis, ita & panem qui a terra eſt percipientem invocationem Dei, jam non communem panem eſſe, non per deſitionem ſubſtantiæ ſuæ, ſed tantummodo per novæ qualitatis additamentum?

Tertiò, ludere potius videtur Cardinalis quam ſeriò agere, quandò hæc Authoris noſtri verba *jam non communis panis eſt, ſed Euchariſtia*, ſic exponit: *id eſt, panis incorruptibilis*. Ubi enim gentium Euchariſtia incorruptibilem deſignat? Aut quis adeo mente captus qui audiens, *panis poſt invocationem Dei jam non communis panis eſt, ſed Euchariſtia*, aut *Euchariſtia corporis Domini*, ut loquitur Irenæus libro ſequenti, non ſtatim Irenæus intelligat, illum non eſſe amplius ſimplicem panem, ſed panem Euchariſticum & ſacramentalem, ſeu corporis Domini ſacramentum? Ita ſane Iſidorus Hiſpalenſis de pane & vino loquens: a *Hæc duo ſanctificata per Spiritum Sanctum in ſacramentum divini corporis tranſeunt*. En *quid* ſit Euchariſtia. Ut omittam, experientiam quotidianam comprobare, Euchariſtiam diutius quam par eſſet conſervatam, vel locis humidioribus minuſque congruis repoſitam, corrumpi, ex eaque vermes & putredinem, naſci agnoſcentibus b Roſſenſi & Gamachæo, adeoque non eſſe panem incorruptibilem. Nec obſtat Cardinalis objectiuncula ſuper Euchariſtiæ vocabulo. Nam verum quidem eſt Dominum quandoque vocari *Gratiam* quod tamen ex Irenæi loco a Cardinale citato certo colligi non poteſt, cum dubium ſit, an non intelligatur de Gratiâ quâdam a Valentinianis aut Marco conficta: Verum pariter eſt, ſacramentum pro ſigno ſacramentali ſumptum Euchariſtiam appellari, denominatione deducta ſive a gratiarum actionibus quæ in ejus celebratione Deo redduntur, ſive a Gratia, ad quam alludit Alcuinus: Verum denique, ſacramentum pro toto ſacramentali ſumptum, id eſt, pro ſymbolo & re ſignificata ſimul, Euchariſtiam quoque nonnunquam appellari, ut quando Clemens Alexandrinus ait, c *Temperamentum amborum, potus & verbi*, id eſt, vini & Chriſti, *Euchariſtia vocata eſt, Laudata tanquam Gratia & quidem bona*: niſi fortè potius per verbum intelligat invocationem Dei, ut Irenæus, aut virtutem verbi quæ eſt Spiritus; Sed falſum omnino eſt, Euchariſtiam abſolute poſitam unquam ſumi pro corpore & Spiritu Chriſti, ut eam hic interpretatur Cardinalis; nec vel unicum in hanc rem producere poteſt antiquitatis teſtimonium.

Quartò, non minus errat quando rem terrenam & cœleſtem exponit de corpore & Spiritu Chriſti. Cum enim his verbis deſcribat Irenæus quid panis fiat per conſecrationem, videlicet Euchariſtia ex duabus rebus conſtans, terrena & cœleſti: ſi per rem terrenam intelligatur corpus Chriſti, per Cœleſtem Spiritus Chriſti, ſequitur Euchariſtiam conſiſtere ablq; ſigno ſacramentali, quod abſurdiſſimum eſt & contradictionem implicat cum Euchariſtia ſacramentum ſit.

Denique ludibrio dignum eſt quod ultimo loco ſubjungit, *panem qui ſubſtantia eſt è terra ſumpta & corruptibilis percepta conſecratione rem fieri incorruptibilem, ſcilicet Euchariſtiam, abſque eo quod diſcedat a conditione generali terreni & materialis, quia Euchariſtia poſt conſecrationem adhuc conſtat ex ſubſtantia terrena quæ eſt caro Chriſti*, &c. Quod enim non magis exiſtit in rerum natura quam ſi nunquam

g *Lib. 5. c. 10.*

h *Pædag. l. 2. c. 2.*

a *De Eccleſiaſt. offic. l. 1.*

b *Citat. l. 1. c. 19.*

c *Pædag. l. 2. c. 2.* ἡ μιγεῖσα κρᾶσις, ποτὸν τε καὶ λόγου, ἐνχαριστία κέκληται, χάριτος ἐπιφορὰ οὖσα καλή.

Digitized by Google

Irenæus. quam fuiſſet, quomodo dici poteſt non diſcedere a conditione generali terreni & materialis? At ſubſtantia panis poſt conſecrationem nullomodo amplius exiſtit in rerum natura: nihil eſt, eſt non ens ſimpliciter, fatentibus Adverſarijs. Ratiuncula quoque qua figmentum illud ſuum incruſtare conatur, ſane magis adhuc ridenda. Licet enim verum foret Euchariſtiam poſt conſecrationem adhuc conſtare ex ſubſtantia terrena quæ eſt caro Chriſti, eo quem ſupponit ſenſu, quid hoc facit ad demonſtrandum ſubſtantiam panis quæ facta eſt non ens ſimpliciter, non amittere conditionem generalem terreni & materialis? Quod eſt non ens, exiſtit ne per alterius exiſtentiam? Certè, niſi caro Chriſti ſit ſubſtantia panis terreni ac propriè ſic appellati, non poteſt dici ſubſtantia panis manere in conditone generali terreni & materialis, eo quod caro Chriſti quæ ſubſtantia terrena eſt in rerum natura exiſtat.

Sic expendimus & confutavimus, tum rationes, tum paraphraſin Perronij. Nondum tamen acta res eſt. Reperiuntur enim alij inter Adverſarios Irenæi verbis aliter adhuc abutentes, quorum ſophiſmata pariter retundenda ſunt.

Primò Vaſquez & Bellarminus urgent hæc verba: *Quomodo conſtabit eis, eum panem in quo gratiæ actæ ſunt corpus eſſe Domini ſui & calicem ſanguinis ejus, ſi non ipſum fabricatoris mundi filium dicant, id eſt, Verbum ejus, per quod lignum fructificat, defluunt fontes, dat primum quidem fœnum, poſt deinde ſpicam, deinde plenum triticum in ſpica?* Unde variè argumentantur. Vaſquez in hunc modum: d *Dici non poſſet panem illum poſt verba conſecrationis, qui idem ſunt quod gratiæ actæ, eſſe corpus Domini, niſi in illud eſſet converſus.* Quod quidem propriè loquendo verum eſt, figurate verò falſum. Perinde enim eſt ac ſi dicerem, Apoſtolus non potuit dicere e *petram* a Moſe percuſſam *eſſe aut fuiſſe Chriſtum*, niſi in Chriſtum eſſet converſa. Bellarminus vero aliter: f *Irenæus probat*, inquit, *Chriſtum eſſe Creatorem, ex eo quod panis per conſecrationem ſit corpus Chriſti: Igitur credebat reipſa & non ſola ſignificatione mutari panem in corpus Chriſti. Nam mutatio realis requirit planè omnipotentiam Creatoris, non autem impoſitio novæ ſignificationis.* Sed primò, ſupponit in argumenti conſequentia, panem tantummodo fieri corpus per impoſitionem novæ ſignificationis, cum ex mente Irenæi illud ſimul fiat per adjectionem virtutis Spiritualis ſacramentis omnibus in genere communem, quamque in ſpecie de Euchariſtia agens infra *rem Cœleſtem* appellat. Mirum autem eſt Bellarminum hanc mutationem reali opponere, cum mutatio qualitatis ſit mutatio realis, quamquam non ſubſtantialis. Secundo, conſequentia falſa eſt: tum quia (de ſacramentis generaliter loquendo) *ſolus Deus ex authoritate gratiam dare poteſt*, ut g Bellarminus ipſe fatetur, *& proinde ſacramenta inſtituere, qua gratiâ efficiunt, aut etiam infallibiliter ſignificant*; tum quia ad ſolum creatorem pertinet creaturas ſuas ad hoc munus elevare, virtuteque ſpirituali imbuere.

Secundo vrget Bellarminus hæc ſequentia verba: *Quomodò autem rurſus dicunt, carnem in corruptionem devenire & non percipere vitam quæ a corpore Domini & ſanguine alitur?* Et paulo infra: *Quemadmodum enim qui eſt a terra panis percipiens invocationem Dei, jam non communis eſt, ſed Euchariſtia ex duabus rebus conſtans, terrena & cœleſti; ſic corpora noſtra percipientia Euchariſtiam, jam non ſunt corruptibilia, ſpem reſurrectionis habentia.* Ex quibus tria colligit argumenta.

Primum ſic ſe habet: *corpora noſtra incorruptibilia ſunt, quia aluntur corpore Chriſti: Ergo corpus Chriſti non ſolum animis percipitur, ſed etiam corpore ex Irenæi ſententia. At corpus non poteſt in cœlum conſcendere, ut ibi guſtet Chriſti carnem: Ergo verè præſens eſt in Euchariſtia ipſa Chriſti caro.* Sed ſupponit Bellarminus Irenæum loqui de proprio corpore & ſanguine Domini, quod falſiſſimum eſt. Cum enim alitio fiat per alimenti converſionem in ſubſtantiam alimentati, ſequeretur corpus & ſanguinem Domini in corporum noſtrorum ſubſtantiam converti, ac proinde corruptibilia eſſe. Loquitur igitur de pane & vino quæ ſacramentaliter corpus & ſanguis Chriſti ſunt, ac beatæ *reſurrectionis ſymbola & ſpes, & ſalutis æternæ pignus*, ut illa a Optatus Milevitanus, & b Gelaſius Cyzicenus appellant.

Secundum argumentum eſt: *Panis terrenus poſt invocationem Dei, ſeu myſticas preces, non eſt amplius communis panis, ſed eſt cibus conſtans duabus rebus, una terrena, altera cœleſti. Non poteſt autem res illa cœleſtis eſſe niſi corpus Chriſti: igitur vere eſt Euchariſtia corpus Chriſti.* Et quia reſponderat Martyr, per rem cœleſtem intelligi quidem corpus Chriſti tanquam rem ſignificatam, licet abſens ſit, regerit id *nullomodo fieri poſſe, quia nihil dicitur conſtare ex eo, quod in ipſo non eſt.* Sed quamvis daremus cum Martyre per *rem cœleſtem* intelligi corpus Chriſti, facile retunderemus Adverſarij inſtantiam. Audacius enim ſupponit quam verius, nihil poſſe dici conſtare ex iis rebus quæ non ſimul præſentes ſint. Nonnè enim Clemens Alexandrinus ait, c *Eccleſia, ſicut & homo, eſt ex multis membris conſtans*; Et Chryſoſtomus de Corinthijs loquens, d *Eccleſia quæ apud vos eſt, pars eſt eccleſiæ quæ ubique eſt & corporis quod conſiſtit per omnes Eccleſias?* quis tamen dixerit omnia hæc membra debere ſimul eſſe ad conſtitutionem eccleſiæ realem efficiendam neceſſario eſſe in eodem loco ſeu ubi præſentia? Nec validior eſt altera quam facit Perronius objectio, quandò ait è contrario, *per rem terrenam & cœleſtem*

Irenæus.

g *De Sacram. in genere l. 1. c. 23.*

a *Lib. 6.*
b *In diatyp. Nicen.*

Bellarm. Tom. 3. diſp. 180. c. 3.

c *Pædag. l. 1. c. 6. ſupr. cit.*
d *In 1. Cor. homil. 32.* ἡ ἐκκλησία ἡ παρ' ὑμῖν μέρος ἐστὶ τῆς πανταχοῦ ἐκκλησίας καὶ τοῦ σώματος· διὰ τοῦτο οὐκ ἀναγκαῖον τὰ μέλη πάντα τῶν ἐκκλησιῶν ἐν τῷ αὐτῷ εἶναι τόπῳ.

Irenæus.

cœleſtem non poſſe intelligi ſymbolum & rem ſignificatam, panem & corpus Chriſti, quia licet Euchariſtia aliquando pro utroque ſimul ponatur, panis tamen (ſecundum nos) *nunquam fiat Euchariſtia hoc ſenſu, id eſt, nunquam fiat totum ſacramentale, ſed tantum pars totius ſacramentalis, videlicet ſignum: Irenæus autem aſſerat, panem fieri Euchariſtiam ex duabus rebus terrena & cœleſti.* facile enim eſſet reſpondere, Irenæum non intelligere panem per conſecrationem fieri conſtantem ex duabus rebus, terrena & cœleſti; ſed tantum, panem per conſecrationem fieri Euchariſtiam, quæ (late ſumendo hoc vocabulum) conſtat ex duabus rebus, terrena & cœleſti, pane & corpore Chriſti. Cum enim Euchariſtia prædicetur, tum de ſignis ſacramentalibus, tum de toto ſacramentali conſtante ex ſigno & re ſignificata; Irenæus, poſt quam dixiſſet panem fieri Euchariſtiam, occaſionem ſumere potuit a generali vocabulo de ſymbolo enunciato, ac ab eo tranſitum facere ad totius ſacramentalis conſiſtentiam exponendam. Ad eumdem enim modum, licet non in ejuſdem ſermonis ſerie, ſed ſparſim, quod perinde eſt, Veteres de baptiſmo locuti ſunt; *aqua*, e inquiunt, *benedictione & adventu Spiritus Sancti ſanctificata*, f *non eſt lavacrum commune & ſimplex* ſed g *baptiſmus* eſt, h *duplex*, ſeu *ex duabus rebus conſtans*, videlicet, *ex aqua & ſpiritu, illa viſibiliter & corporaliter accepta* (en, rem terrenam) *hac ſpiritualiter & invisibiliter concurrente*, (en, rem cœleſtem) *illa typica, hac autem vera.* Quis tamen inde concluderet illos intellexiſſe, aquam per conſecrationem fieri totum ſacramentale, hoc eſt ſignum, & rem ſignificatam, typum & veritatem ſimul, ac ex illis duobus conſiſtere. Nemo ſane, legitime. Id enim affirmatur de baptiſmo; non de aqua; ſimiliter in Irenæo non de pane dicitur quod conſtet ex duabus rebus, terrena & cœleſti, pane & corpore Chriſti, ſed de Euchariſtia generatim ſumpta. Ita, inquam facile eſſet reſpondere, quamvis dareinus per rem cœleſtem intelligi corpus Chriſti. Sed addo ſecundo, Irenæi ſcopo multo convenientius videri, Euchariſtiam ſtrictè ſumere pro ſymbolo ſacramentali, ac per rem terrenam & cœleſtem ex quibus illam conſtare aſſerit, intelligere ſubſtantiam panis, & virtutem ſpiritualem quam per conſecrationem accipit: prout in baptiſmo obſervat eſſe aquam & ſpiritum, quando ait, k *corpora noſtra per lavacrum, illud quod eſt ad incorruptionem, vnitatem acceperunt, anima autem per ſpiritum.* Exiſtimarunt enim Veteres, non modo panem & vinum Euchariſtiæ, ſed & aquam baptiſmi, & oleum quo baptizati vngebantur per conſecrationem accipere virtutem ſpiritualem ad ſanctificationem, ſive illam inditam intelligerent, ſive moraliter *concurrentem*, ut ſupra loquebatur Gregorius Nazianzenus: Irenæus Epitome Theodoti de illis tribus ſimul loquens: l *Panis & oleum ſanctificantur virtute nominis, nec talia ſunt qualia ſumpta ſunt, ut videri poſſet, ſed virtute in efficaciam ſpiritualem mutata; ſic aqua, exorcizata & baptiſmus effecta, non modo retinet quod minus eſt, ſed & ſanctificationem aſſumit.* Cyrillus Hieroſolymitanus de oleo: m *Non eſt unguentum ſimplex, aut ſi quis malit dicere commune, poſt invocationem, ſed Chriſti chariſma & Spiritus Sancti, præſentia divinitatis ejus effectivum.* Et de baptiſmo: n *Aqua ſimplex per invocationem, Spiritus Sancti & Chriſti vim accipiens ſanctitatem conſequitur.* Gelaſius Cyzicenus de eodem: o *Aquam vides, conſidera virtutem Dei in aquis abſconditam.* Theophilus Alexandrinus agens contra Origenem docentem, Spiritum Sanctum non operari in ea quæ inanima ſunt nec ad irrationabilia pervenire: *Quod aſſerens*, p inquit, *non recogitat aquas in baptiſmate myſticas adventu Sancti Spiritus conſecrari, panemque Dominicum quo Salvatoris corpus oſtenditur, & quem franginus in ſanctificationem noſtri, & ſacrum calicem qua in menſa Eccleſia collocantur, & utique inanima ſunt per invocationem & adventum Sancti Spiritus ſanctificari.* Cyrillus Alexandrinus in Catena q Thomę Latinè, ſed corruptè relatus, cujus Græca reperiuntur in codice manuſcripto Bibliothecæ Regiæ. Victoris Antiocheni, ſive Cyrilli ſint, ſive Victoris, Et apud r Eliam Cretenſem; de pane & vino Euchariſtiæ loquens: f *Condeſcendens ut Deus infirmitatibus noſtris influit propoſitis vim vitæ & convertit ea in efficaciam* (Thomas falsò, *veritatem*) *carnis ſuæ.* Epiphanius de pane Euchariſtico: s *cibus quidem eſt panis, ſed virtus in illo eſt ad vivificationem.* Denique, ne nimius ſim, liturgia Marco tributa, de calice Euchariſtiæ loquens: t *Chriſtus poſtquam cœnaſſet calicem accipiens &c, gratias egit, benedixit, ſanctificavit, replevit Spiritu Sancto & tradidit Sanctis & beatis Diſcipulis & Apoſtolis ſuis.* hanc ergo Spiritus Sancti virtutem pani Euchariſtico per conſecrationem inditam, deſignari potius ab Irenæo per *rem celeſtem*, quam corpus Chriſti, colligi poteſt ex eo quod per panis Euchariſtici ex duabus rebus conſtantiæ perceptionem, inferat corpora noſtra eſſe incorruptibilia, id eſt, ad incorruptelam & reſurrectionem glorioſam præparata & ordinata. Nam libro ſequente, ut ſupra oſtendimus, multoties affirmat hanc præparationem incorruptelę porcedere a virtute Sancti Spiritus. Cum igitur Spiritus Sanctus ex Veterum ſupra citatorum doctrina, vim ſuam vivificantem & regenerantē in panem Euchariſticum immittat, ejuſque virtute

corpora

e *Auguſt. de Catech Rud. c. 26. Theoph. paſchal. 1.*

f *Nyſſenus citat. in Iuſtino. c. 2.*

g *Epitom. Theodoti ad finem Clem. Alexād* ὕδωρ τὸ βάπτισμα μόνον.

h *Chryſoſt. in Ioan. hom 13.* βάπτισμα τὸ βάπτισμα. *Nazianz. orat. 40.* διττὰ ἐκ φύσεως (*Bilibius: ex duabus rebus conſtat baptiſmus*) δι' ὕδατός τι φαινόμενον καὶ πνεύματος, τὸ μὲν θνητοῦ τι καὶ σωματικὸν λαμβανόμενον. τὸ δὲ ἀποκαθαίρειν τὸ ἀθάνατον ζωοποιοῦν. καὶ τὸ μὲν τοπικῶν, τὸ δὲ ἀλυσιτελῶν. *vide & Cyrill. Catech. 3. Illumini.*

i *Lib. 3. c. 19.*

k *Lib. 3. c. 19.*

l ἡ ὕδατι θεοῦ τὸ ὄνομα ἁγιάζεται τῇ δυνάμει τοῦ ἁγίου πνεύματος· ἐπεὶ οὐδὲ κατὰ τὸ φαινόμενον εἶναι ἰλαίφη, ἀλλὰ δυνάμει πνευματικῇ μεταβεβλημένα. ὁμοίως τοῦ ὕδατος καὶ τὸ ἔλαιον καὶ τὸ βαπτιζόμενον τὸ βάπτισμα μόνον, ἀλλὰ καὶ ἁγιασμὸν ἀποκαθαίρει. m *Catech. myſtag. 3.* μετὰ ἐπίκλησιν οὐκέτι ἁπλοῦν ἐστὶν ἔλαιον ἀλλὰ χάρισμα Χριστοῦ καὶ πνεύματος ἁγίου, ἐνεργείας τῆς θεότητος τοῦ ἁγίου πνεύματος. n *Catech. 3. illumin.* λαβὼν τὸ ὕδωρ πνεύματος ἁγίου τὴν Χριστοῦ σφρῖδα καὶ τὴν ἐπίκλησιν λαβὼν δυνάμεως, ἁγιάσματος ἁγίου ἐπιτηδεῖται. o *Part. 2. c. 314.* ὕδωρ ἐφῆς; ἀλλοῖον τὴν φύσιν τοῖς ὕδασι κεκτημένον, ἢ μόνον χωρεῖ τὸ χεῖρον, ἀλλὰ καὶ ἁγιασμὸν ἀποτελεῖ. p *Paſchali 1.* q *In Luc. 22.* r *In Nazianz. orat. 1.* s *In 14 Marci.* συγχωρήσεως ἐπὶ ταῖς ἁμαρτίαις δι' ὑδατίου λουτροῦ ἐπὶ τοῖς ἀναγεννωμένοις. t *In Comp. & in Anaceph.* βρέφος μὲν ἐκ ὕδατος, ἀλλ' ἡ δύναμις τοῦ ἁγίου τοῖς ζωοποιουμένοις. *vid. & Aug. tract. 26. in Ioan.* u τὸ πεπωκέναι μετὰ τὸ δεκτικὸν λαβεῖν, &c. ἐγκρίσεως ἐυλογίαν πᾶσιν πνεύματος ἁγίου, μετέδωκε τοῖς ἁγίοις τῷ μακαρίου αὐτοῦ μαθητοῦ καὶ ἀποστόλου

Irenæus. corpora noſtra ad reſurrectionem glorioſam *matura* fiant, unde & Euchariſtia *reſurrectionis ſymbolum & ſalutis æternæ pignus* appellatur; quid Irenæi ſcopo congruentius, quam per *rem terrenam*, panem, per *cœleſtem* virtutem Sancti Spiritus huic inditam intelligere? Eo enim ipſemet nos ducit, cum ibidem ait, nos per Euchariſtiam, *prædicare communicationem & unitatem carnis & Spiritus.*

Tertium denique Bellarmini argumentum eſt: *Ita panis mutatur ex terreno in cœleſtem per invocationem Dei, ſicut corpora noſtra mutantur per Euchariſtiam ex mortalibus in immortalia. Sed corpora noſtra reipſa fiunt immortalia, non autem ſola ſignificatione: igitur panis terrenus reipſa fit corpus Chriſti, non ſola ſignificatione.* Egregiè ſane. Primo enim ſupponit Irenæum dicere, panem mutari ex terreno in cœleſtem per invocationem Dei; quod falſum eſt. Affirmat enim Irenæus illum terrenum remanere, & ſimul cœleſtem fieri, ſcilcet, per additionem virtutis ſpiritualis & cœleſtis, ut ſupra expoſui. Secundo, male concludit. Ex præmiſſis enim inferre debuerat, igitur panis terrenus reipſa fit cœleſtis, non ſola ſignificatione: non vero, igitur reapſe fit corpus Chriſti, cujus in præmiſſis nulla mentio facta fuerat. Sic autem emendata tum propoſitione, tum concluſione, totum argumentum concedi poteſt. Panis enim ex Irenæi mente cœleſtis non fit ſola ſignificatione, ſed virtutis & gratiæ cœleſtis adjectione. Imo quid dico, concedi? Retorqueri poteſt hoc pacto. Quomodò corpora noſtra per Euchariſtiam fiunt incorruptibilia ita & panis terrenus per invocationem Dei fit cœleſtis. In comparationibus enim convenientia debet eſſe reciproca. At corpora noſtra Euchariſtiæ perceptione incorruptibilia fiunt, non per mutationem ſubſtantiæ, ſed per adjectionem novæ qualitatis ſpiritualis & cœleſtis: Panis igitur terrenus invocatione Dei fit cœleſtis; non per ſubſtantiæ mutationem ſed per qualitatis ſpiritualis & cœleſtis additionem.

Sic ergo conſtruendus eſt & exponendus totus Authoris noſtri locus: *Quomodo conſtabit eis, eum panem in quo gratiæ actæ ſint, corpus eſſe* (ſacramentale, videlicet) *Domini ſui, & Calicem ſanguinis ejus, ſi non ipſum fabricatoris mundi filium dicant, id eſt, Verbum ejus, per quod lignum fructificat, deſluunt fontes, & dat primum quidem fœnum, poſt deinde ſpicam, deinde plenum triticum in ſpica? Quomodo autem rurſus dicunt carnem in corruptionem devenire, & non percipere vitam quæ a corpore Domini & ſanguine* (ſacramentali, nempe, & typico) *alitur? Ergo aut ſententiam mutent, aut abſtineant offerendo quæ prædicta ſunt;* (ſi panem & vinum, creaturas hujus ſeculi:) *Noſtra autem conſonans eſt ſententia Euchariſtiæ & Euchariſtia rurſus confirmat ſententiam noſtram. Offerimus enim ei quæ ſunt ejus,* (id eſt, panem & vinum, creaturas quarum Author eſt) *congruenter communicationem & unitatem prædicantes Carnis & Spiritus*; (id eſt, carnis noſtræ & Spiritus Sancti.) *Quemadmodum enim qui eſt a terra panis percipiens invocationem Dei, jam non communis panis eſt, ſed Euchariſtia* (id eſt, ſacramentalis & ſacer) *ex duabus rebus conſtans terrena & cœleſti* (id eſt, ſubſtantia terrena panis, & virtute Spiritus ei indita:) *Sic & corpora noſtra percipientia* (nempe cum *ſano* animi *propoſito*, ut loquitur Clemens Alexandrinus) *Euchariſtiam, jam non ſunt corruptibilia* (id eſt, jam non ſunt caro communis ad incorruptelam & gloriam futuram inhabilis, jam non ſunt caro ſimplex & ſola, ſed caro ex duabus rebus terrena & cœleſti, conſtans, ſubſtantia terrena Carnis, & virtute Spirituali ei communicata) *& ſpem reſurrectionis habentia.* Irenæus.

CAPUT II.

SECUNDUS Irenæi locus habetur libro quinto capite ſecundo quem Perronius ex manuſcriptis Damaſceni parallelis ſic Græcè refert: ὅπως δὲ καὶ τὸ κεκερασμένον ποτήριον καὶ ὁ γεγονὼς ἄρτος ἐπιδέχεται τὸν λόγον τοῦ θεοῦ, καὶ γίνεται ἡ εὐχαριστία σῶμα χριστοῦ, ἐκ τούτων τὰ αὔξει καὶ συνίστησι τὴν σάρκας ἡμῶν ὑπόστασις, πῶς δικαίως μὴ εἶναι λέγουσι τὴν σάρκα τὴν δοτὸν τοῦ σώματος καὶ αἵματος τοῦ χριστοῦ τρεφομένην, καὶ μέλος αὐτοῦ ὑπάρχουσαν; καθὼς ὁ μακάριος παῦλος φησὶν, ὅτι μέλος ἐσμὲν τοῦ σώματος αὐτοῦ, ἐκ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ, ἐκ τῶν ὀστέων αὐτοῦ· ἐπὶ περὶ πνευματικοῦ τινος καὶ ἀοράτου ἀνθρώπου λέγων τοῦτο. τὸ γὰρ πνεῦμα, οὔτε ὀστέα, οὔτε σάρκα ἔχει, ἀλλὰ περὶ τῆς κατὰ τὸν ἀληθινὸν ἀνθρώπων οἰκονομίας τὴν σαρκὸς καὶ νεύρων καὶ ὀστῶν συνιστώσης, ἥτις καὶ ἐκ τοῦ ποτηρίου αὐτοῦ ὅ ἐστι τὸ αἷμα αὐτοῦ τρέφεται, καὶ ἐκ τοῦ ἄρτου ὃ ἐστι σῶμα αὐτοῦ αὔξεται. καὶ ὅταπερ πρόπον τὸ ξύλον τῆς ἀμπέλου κλιθὲν εἰς τὴν γῆν, τῷ ἰδίῳ καιρῷ ἐκαρποφόρησε, καὶ ὁ κόκκος τοῦ σίτου πεσὼν εἰς τὴν γῆν καὶ διαλυθεὶς πολλοστὸν ἠγέρθη διὰ τοῦ πνεύματος τοῦ θεοῦ τοῦ συνέχοντος τὰ πάντα, ἔπειτα δὲ διὰ τῆς σοφίας τοῦ θεοῦ εἰς χρῆσιν ἐλθὼν τῶν ἀνθρώπων καὶ προσλαμβανόμενον τὸν λόγον τοῦ θεοῦ, εὐχαριστία γίνεται ὅπερ ἐστὶ σῶμα καὶ αἷμα τοῦ χριστοῦ. οὕτω καὶ τὰ ἡμέτερα σώματα ἐξ αὐτῆς τρεφόμενα καὶ τεθέντα εἰς τὴν γῆν καὶ διαλυ-

Irenæus. θήσῃ ἐν αὐτῇ, ἀναφήσῃ ἐν τῷ ἰδίῳ καιρῷ, τῷ λόγῳ τοῦ θεοῦ τὴν ἔγερσιν αὐτῆς χαριζομένου, εἰς δόξαν θεοῦ καὶ πατρός. Et paulo ante: τὸ δὲ ἀπὸ τῆς κτίσεως πλῆθος αἷμα ἴδιον ὡμολόγησε, καὶ τὸν ἀπὸ κτίσεως ἄρτον ἴδιον σῶμα διεβεβαιώσατο; Verſio autem Irenæi Latina & antiquiſſima quam habemus ſic reddit totum hunc locum: *Eum calicem qui eſt creatura, ſanguinem ſuum qui effuſus eſt* (corrigendum, *confeſſus eſt*) *ex quo auget noſtrum ſanguinem, & eum panem qui eſt a creatura ſuum corpus confirmavit, ex quo noſtra auget corpora. Quando ergo mixtus calix & fractus* (Græc. *factus*) *panis percipit verbum Dei, fit Euchariſtia ſanguinis & corporis Chriſti, ex quibus augetur & conſiſtit carnis noſtræ ſubſtantia; quomodo carnem negant eſſe capacem donationis Dei quæ eſt vita æterna, quæ ſanguine & corpore Chriſti nutritur & membrum eſt ejus? quemadmodum & Apoſtolus ait in ea quæ eſt ad Epheſios epiſtola, quoniam membra ſumus corporis ejus, de carne ejus & de oſſibus ejus; non de ſpirituali aliquo & inviſibili homine dicens hæc, (ſpiritus enim neque oſſa neque carnes habet) ſed de ea diſpoſitione quæ eſt ſecundum hominem, quæ ex carnibus & nervis, & oſſibus conſiſtit; quæ de calice qui eſt ſanguis ejus nutritur, & de pane qui eſt corpus ejus augetur. Et quemadmodum lignum vitis depoſitum in terra ſuo fructificat tempore, & granum tritici decidens in terram & diſſolutum, multiplex ſurgit per Spiritum Dei qui continet omnia, quæ deinde per ſapientiam in uſum hominibus veniunt, & percipientia Verbum Dei Euchariſtia fiunt quod eſt corpus & ſanguis Chriſti, ſic & noſtra corpora ex ea nutrita & repoſita in terram, & reſoluta in ea, reſurgent in ſuo tempore, Verbo Dei reſurrectionem eis donante in gloriam Dei Patris.*

Hunc autem ſecundum Irenæi locum, ſicut & primum, quiſque ſibi favere contendit; utri verius, inquirendum. Duplici autem argumento illum ſententiam noſtram confirmare aſſerimus.

Primum ducitur ex eo quod ait, *Dominus eum calicem qui eſt a creatura ſanguinem ſuum confeſſus eſt, &c. & eum panem qui eſt a creatura corpus ſuum confirmavit.* Quando enim & Ubi Dominus eum panem qui a creatura eſt, corpus ſuum eſſe confirmavit, calicemque qui quoque a creatura eſt ſanguinem ſuum confeſſus eſt? certe in inſtitutione Euchariſtiæ, quando accipiens panem & calicem poſtquam gratias egiſſet, dixit, *hoc eſt corpus meum, hoc eſt ſanguis meus.* Mens ergo Irenæi eſt, quando Dominus dixit, *hoc eſt corpus meum*, prononen *hoc* de pane intellexiſſe, perinde ac ſi dixiſſet, *is panis qui a terra eſt, eſt corpus meum:* & de calice ſimiliter. Fatetur autem [b] Bellarminus, & multi alij ex Adverſarijs libro præcedente citati, *ſententiam hanc aut accipi debere tropice, ut panis ſit corpus Chriſti ſignificative, aut eſſe plane abſurdam & impoſſibilem.* Tropice ergo illam eſſe intelligendam cenſuit Irenæus, non propriè: quæ eſt ipſiſſima fides noſtra ſententiæ Adverſariorum oppoſita. Ad hoc argumentum ita conceptum nec reſpondent, nec veriſimile quidpiam reſpondere poſſunt. Irenæus.

Alterum argumentum prioris illius confirmativum, ducitur ex eo quod ait, *carnem noſtram corpore & ſanguine Chriſti nutriri, ex iis augeri & conſiſtere carnis noſtræ ſubſtantiam, ex ſanguine Chriſti noſtrum augeri ſanguinem*, &c. Quot verba, tot fulmina. Primo enim nutritio carnis noſtræ non fit niſi per cibi in illam converſionem. At proprium Domini corpus, propriuſque ſanguis in carnem noſtram non convertuntur; corruptibilia enim forent. De proprio igitur Domini corpore & ſanguine non loquitur Irenæus, ſed de typico & ſacramentali, ac proinde corpus typicum & ſacramentale non eſt proprium corpus. Secundo loquitur de ejuſmodi corpore & ſanguine, ex quibus acceptis conſiſtit & augetur carnis noſtræ ſubſtantia. Non autem ex proprio corpore & ſanguine Domini conſiſtit & augetur carnis noſtræ ſubſtantia, ſed ex rebus quæ per converſionem ſuam ejus conſiſtentiam ſtabiliunt, ſuſtentant & adaugent. Non ergo loquitur de proprio corpore & ſanguine Domini, ſed de ſignis corporis & ſanguinis ejus, hoc eſt, de vero pane & vero vino figuratè corpus, ſanguiſque illius appellatis. Ex eis enim, utpote veris ſubſtantijs ad nutriendam carnem per converſionem idoneis, vere conſiſtit ac augetur carnis noſtræ ſubſtantia. Et id ipſum indicat cum ait, *de calice qui eſt ſanguis ejus nutritur, & de pane qui eſt corpus ejus augetur.*

Ad primum reſpondet Perronius, nutritionem de qua Irenæus loquitur accipiendam eſſe de nutritione ad vitam æternam: eam itaq; non fieri per converſionem alimenti in alimentatum, ſed per converſionem alimentati in alimentum, id eſt, per converſionem vilis ac corruptibilis corporum noſtrorum conditionis in glorioſam & incorruptibilem corporis Chriſti conditionem. Quemadmodum enim illi qui aurum quod inconſumptibilis materia eſt, ægrorum juſculis infundi jubent, non illud exiſtimant in eorum ſubſtantiam converti, ſed tantum credunt ab eo in illorum corporibus qualitatem quamdam imprimi, idoneam ad reparandam ac roborandam virtutem vitalem, corruptionique reſiſtendum; Ita & caro Chriſti, licet inconſumptibilis, contactu ſuo occultam vitæ impreſſionem in nobis efficit, cujus ratione nos vivificare & ad vitam æternam nutrire dicitur. Gregorius de Valentia paulo verecundior, [a] *ad quaſi nutritionem* appellat. Sed hæc figmenta ſunt ab Irenæi mente prorſus aliena. Neque enim ἐμφατικῶς verba ad ſignificandum ſe de vera ac propria nutritione loqui, etiam dedita opera,

[b] *De Euch. l. 1. c. 1. c. 13.*

[a] *Edit. Pariſ. tom. 4. pag. 934. Ea tenus quaſi nutriatur.*

Irenæus. opera, adhibere potuiſſet. Nam non tantum generatim dicit, carnem noſtram nutriri corpore & ſanguine Chriſti, ſed diſtinguit nutritionem carnis & ſanguinis, & ait, carnem & ſanguinem, & univerſam diſpoſitionem ex carnibus & nervis ac oſſibus conſiſtentem, de calice qui eſt ejus ſanguis, & de pane qui eſt ejus corpus nutriri. Quamobrem autem adeo particulatim de nutritione ſanguinis, carnis nervorum & oſſium mentionem faceret, ſi non de propria, ſed tantum metaphorica nutritione loqueretur? Satis enim ei foret id de carne affirmare. Præterea, ſi ageret de tali nutritionis ſpecie, quæ fieret non per converſionem alimenti in alimentatum, ſed alimentati in alimentum, id eſt, non corporis Chriſti in carnem noſtram, ſed Chriſti carnis in noſtram ratione incorruptibilitatis, nonnè potius dicere debuiſſet carnem Chriſti noſtra ali, quandoquidem illam in ſe convertit, quam carnem noſtram Chriſti carne ali, quandoquidem eam in nos non convertimus? Denique eum loqui, non de nutritione metaphoricè ſic appellata, ſed de vera ac propria, patet ex eo quod adjungit, carnis noſtræ ſubſtantiam non modo nutriri, ſed & *conſiſtere ex corpore & ſanguine Domini.* Quis enim, niſi præjudicio abreptus, hæc verba tam diſerta de quaſi nutritione & quaſi conſiſtentia intelligere valeat, ac carnis noſtræ ſubſtantiam conſtare dicat ex qualitatis ſpiritualis adjectione? Nec ad rem Cardinalis facit ſimilitudo ejus ab auro ducta. Nam, ſi ſupponitur aurum non converti in ſubſtantiam illud ſumentis, quæ ratio eſt alimentorum ut apud omnes in confeſſo eſt, ſed tantùm in ea imprimere qualitatem quandam corroborantem, corruptionique reſiſtentem, quæ ratio eſt medicamentorum alimentis oppoſitorum; nemo ſane dixerit, carnem ejus auro nutriri, ex eoque ſubſtantiam carnis conſiſtere. Similiter niſi corpus illud, ſanguiſque Domini, de quibus loquitur Irenæus, in carnis noſtræ ſubſtantiam converterentur, non diceret carnem noſtram illis nutriri, ex iſque ſubſtantiam ejus conſiſtere. Denique, quod ſubiungit, *Chriſti carnem contactu ſuo occultam vitæ impreſſionem in nobis efficere*, commentum eſt adeò infrunitum ut Vaſques [b] libere dicat *illam qualitatem in carnem noſtram derivatam, præparantemque eam ad immortalitatem, ſine fundamento omninò confictam videri*, eamdemque [c] Suares *novæ temeritatis* inſimulet. Nam inter varia abſurda, ſupponit corpus Chriſti carnem noſtram contingere ex quo contactu qualitas illa ſpiritualis in eam derivetur. Id autem falſiſſimum eſt, [d] *Tangere* enim *ſe* dicuntur *quorum extrema ſunt ſimul.* At inter corpus Chriſti ex hypotheſi oraliter manducatum & carnem noſtram intercedunt accidentia panis, ut eorum extrema ſimul non ſint: Ergo non ſe mutuò tangunt. Imo nec accidentia ipſa tangit: quia *proprius contactus*, inquit [e] Suares, *ſolum eſt inter res extenſas in ordine ad locum, quarum extrema ſunt ſimul, & hoc modo non poteſt in hoc ſacramento eſſe verus ac proprius contactus circa Chriſti corpus: quin potius neque ipſæ ſpecies ipſum proprie tangunt, ut rectè dixit Henricus, Richardus & Capreolus, & inſinuavit Altiſſiodorenſis dicens, quod ſpecies tantum aſſiſtunt corpori Chriſti.* Si autem corpus Chriſti carnem noſtram nec contingit, nec etiam contingere poteſt quomodò contactu ſuo qualitatem ſpiritualem illud ei communicare intelligeret Irenæus?

Irenæus. [e] *Diſp. 44. ſect. 4. §. Secundum exemplum.*

Ad ſecundum, ductum ex eo quod Irenæus ait, *carnis noſtræ ſubſtantiam augeri ex Euchariſtia corporis & ſanguinis*, varia quoque comminiſcitur ſubterfugia.

Primo enim reſpondet, *verbum* augere, *ſicut & Græcum* αὐξάνειν, *ſæpè ſumi pro* corroborare. *Item, pro* amplificare *excellentia & perfectione eſſendi, aut etiam durationis*: ut quando Irenæus ipſe dicit: [f] quædam propter immenſam ejus benignitatem augmentum accipientia, & in multum temporis perſeverantia, infecti gloriam referent Deo; *Et rurſum, de afflatu hominis in creatione dato:* [g] afflatus quidem auctus ad modicum, & tempore aliquo manens: *Alterutro autem horum ſenſuum Irenæum illud ſumere, non autem pro carnis noſtræ ſecundum maſſam accretione.* Verum hæc futilia ſunt. Verbum enim Latinum, *augere*, ſicut & Græcorum αὐξάνειν per ſe quidem indifferens eſt ad augmentum quodlibet deſignandum, ſive in bono, ut patet ex exemplis ab Adverſario adductis, ſive etiam in malo, ut quandò Irenæus ipſe ait: [h] *hoc eſt gravantium & augentium ignorantiam*: verum, nec per ſe ac ſimpliciter poſitum ſignificat, *corroborare*, qua de cauſa Irenæus alterum ab altero diſtinguit paulò poſt verba prioris loci a Cardinale citati, ubi ait, *oportuerat hominem primo fieri, & factum augeri, & auctum corroborari*; nec pro amplificare eſſentia & perfectione eſſendi, ac duratione, aut robore augere unquam ſumitur, niſi ex profeſſo agatur de robore, excellentia aut duratione. De augmento autem, non ejuſmodi accidentium, ſed maſſæ & ſubſtantiæ Irenæum agere, manifeſte patet ex eo quod aſſerit, non modò ſanguinem noſtrum augeri de calice qui eſt Chriſti ſanguis, & corpus noſtrum de pane qui eſt corpus ejus; ſed & *carnis noſtræ ſubſtantiam ex Euchariſtia corporis & ſanguinis Chriſti augeri.* Quid enim eſt ſubſtantia carnis noſtræ niſi maſſa ejus?

[f] *Lib. 4. c. 75.*

[g] *Lib. 5. c. 2.*

[h] *Lib. 3. c. 5.*

Secundò, de hac priori ſolutione diffidens aliud effugium quærit, & ait: *Quicquid ſit, certum eſt Irenæum loqui de augmento quod corpora noſtra poſt diſſolutionem è terra reſurgentia percipiant. Illud enim opponit augmento & multiplicationi quod ligno vitis & tritici granis poſt-*

[b] *Diſput. 204. c. 3.*

[c] *Diſput. 64. ſect. 1.*

[d] *Ariſt. phyſic. l. 5. c. 3.* ἅπτεσθαι δὲ οὗ ἅμα ἄκρα ἐστίν.

Irenæus. *quam in terra depoſita fuerunt, tandem contingit, quando ſcilicet germinant & fructificant. Ideoque hujus augmenti tempus ad ſeculum reſurrectionis & incorruptibilitatis refert*: Deus, a *inquit alibi*, apto tempore incorruptibilitatem præſtat ad perfectionem hominis. Plaſmavit enim eum in augmentum & incrementum. *Et rurſum alio in loco*: b Non expectant tempus augmenti, & ſuæ naturæ infirmitatem adſcribunt Deo. *Et poſt illum Tertullianus*: c Additum erit quod corpori ſuperſtruitur, nec exterminatur illud cui ſuperſtruitur, ſed augetur. Saluum autem eſt quod augetur. *Et rurſum*: hæc ſunt ei corpus a Deo aliud, in quod non abolitione, ſed ampliatione mutatur, *&c.* Ego autem contra dico id eſſe falſiſſimum. Nam Irenæus carnis noſtræ ſubſtantiam augeri intelligit, quomodo & nutriri. Nutritionem autem præſentem intelligit, non futuram: Ergo nec augmentum futurum, ſed præſens. Deinde aperte oſtendit augmentum illud ex perceptione Euchariſtiæ immediate procedere, cum ait, Eum calicem qui eſt a creatura ſanguinem ſuum confeſſus eſt, ex quo noſtrum auget ſanguinem, & eum panem qui eſt a creatura, corpus ſuum confirmavit ex quo noſtra auget corpora. Et rurſum: Quando ergo & mixtus Calix & factus panis percipit verbum Dei, fit Euchariſtia ſanguinis & corporis Chriſti, ex quibus augetur & conſiſtit carnis noſtræ ſubſtantia. Nam, non modo loquitur in præſenti, ſed etiam augmentum illud in præſenti fieri, ſicut & Euchariſtia in præſenti percipitur, colligendum nobis relinquit. Deniq; hanc carnis noſtræ per Euchariſtiam nutritionem, conſiſtentiam & ampliationem, plane diſparat ut antecedaneam a reſurrectione futura, quando ait: *quemadmodum lignum vitis depoſitum in terra, ſuo fructificat tempore, & granum tritici decidens in terram & diſſolutum, multiplex ſurgit per Spiritum Dei qui continet omnia, qua deinde per ſapientiam in uſum hominibus veniunt, & percipientia verbum Dei Euchariſtia fiunt, quod eſt corpus & ſanguis Chriſti; Sic & noſtra corpora ex ea nutrita*, (Nota, de præſenti) *& repoſita in terram & reſoluta in ea, reſurgent* (nota, de futuro) *in ſuo tempore, verbo Dei reſurrectionem eis donante, in gloriam Dei Patris*: ut mirum ſit Perronium cæcutire in re tam clara. Nec obſtat quod ex Irenæo & Tertulliano objicit. Quod ſi enim glorioſum illum quem corpora noſtra per reſurrectionem ſtatum conſecutura ſunt, augmenti & ampliationis vocabulis expreſſerint, ideone conſequetur Irenæum affirmantem ſubſtantiam carnis noſtræ ali, conſiſtere & augeri ex calice qui eſt ſanguis Chriſti & ex pane qui eſt corpus ejus, id non de præſenti nutritione & augmento, ſed de futuris poſt reſurrectionem intelligere? Annè poſt reſurrectionem celebrabitur ac percipietur Euchariſtia corporis & ſanguinis Chriſti? Quam ſubtiliter! Nec rurſum obſtat quod ait: *Irenæum non poſſe loqui de carnis noſtræ quoad maſſam augmento, quoniam Veteres nec tantum Euchariſtiæ ſumebant ut corporis quantitatem ampliare poſſet, nec illam ea ætate qua augmenti capax foret, ut plurimum perciperent. Vnde & Concilium Nicenum primum expreſſe teſtatur, parum diſtribui ſolitum, ut teſtimonio eſſet eam non ſumi ad repletionem, ſed ad ſanctificationem, οὐκ εἰς πλησμονὴν, ἀλλ' εἰς ἁγιασμόν.* Quando enim Irenæus ait, Subſtantiam carnis noſtræ nutriri, conſiſtere & augeri ex calice qui eſt ſanguis Chriſti, & ex pane qui eſt corpus ejus, ad facultatem & virtutem panis & vini Euchariſtici potius reſpicit, quam ad actum: perinde ac B. Petrus quando affirmat, d baptiſmum *carnis ſordes abſtergere*. De actu nihilominus poteſt quoque id intelligi. Sicut enim minutatim & quaſi per atomos deperditur carnis noſtræ ſubſtantia, ita per pauxillum panis & vini ſimiliter reparatur, alitur, & augetur ſive in longitudinem quæ certæ cuidam ætati, ſive in craſſitudinem quæ cuilibet in univerſum competere poteſt. Neſcio autem Cur Perronius auſus ſit dicere, apud Veteres ut plurimum Euchariſtiam non percipi ſolitam ea ætate quæ augmenti capax foret, cum antiquitus daretur non modo adoleſcentibus & reliquis ætate florentibus, ſed etiam infantibus ipſis & matrum mamma pendentibus una cum baptiſmo.

a *Lib. 4. c. 24.*

b *Lib. 4. c. 75.*

c *De reſurrect. Carn.*

d *1. Petr. 3. 21.*

Sic argumenta noſtra ex hoc ſecundò Irenæi loco petita, adverſus ejus ſtrophas defendimus: Supereſt ut expendamus quid ex eodem loco in cauſæ ſuæ gratiam adverſus nos inferre conetur.

Urget primò hæc verba: *Eum calicem qui a creatura eſt ſanguinem ſuum confeſſus eſt*; quæ etjam habentur e Libro præcedente his verbis: *calicem qui eſt ex ea creatura, qua eſt ſecundum nos, ſuum ſanguinem confeſſus eſt, & Novi Teſtamenti novam docuit oblationem, quam Eccleſia ab Apoſtolis accipiens in univerſo mundo offert Deo, ei qui alimenta nobis præſtat, primitias ſuorum munerum in Novo Teſtamento, de quo in duodecim Prophetis Malachias ſic præſignificavit*, &c. Unde duo colligit argumenta. Primum hoc pacto: *Irenæus ait, Dominum confeſſum fuiſſe, corpus ſuum eſſe* (dicere debebat calicem *ſanguinem ſuum eſſe*, ſic enim Irenæus loquitur) *cum diceret*, hoc eſt corpus meum; (cum diceret, *hic eſt ſanguis meus.*) *Confeſſio igitur erat, non allegoria, id eſt, figura qua unum dicit & aliud intelligit.* Egregiè ſanè. Nam, ut omittam aliud eſſe metonymiam quam in his verbis ſtatuimus, aliud allegoriam quam ſophiſticè attendit, arguatur quaſi confeſſio opponeretur figuratæ loquendi formulæ, & cum illa foret incompatibilis. Quod ſi verum eſt, Ergò, quandò Clemens Alexandrinus

e *Lib. 4. c. 32. & 37.*

Digitized by Google

Irenæus.
f *Pædag. l. 1. c. 6.* ἀφῆ αὐτῶν ὑφηγεῖται ὁμολογεῖ ὁ λόγος, &c.
g *Paulo post.* ἀλληγορεῖται ὁ λόγος καὶ βρῶμα καὶ ἀναξηρὰ τροφὴ καὶ ἀρίστη.
h *In Ioan. tom. 6. ex Codice Biblioth. Reg.* καὶ ἐδίδει δὲ πᾶσι καὶ θεὸς εἶναι ὁμολογῶν.
i *In Matth. hom. 35.*
k *In Ioan. ad fin. l. 6. & 7.* φῶς ὑπάρχειν αὐτὸν ὁμολογῶν.
l *Orat. in S. Steph.* ἐπὶ δὲ Παύλου καὶ τοῦ Δαβὶδ τὸν μὲν ἕτερον ἐκ τοῦ πατρὸς λέγουσι τὸν δὲ ἐκ τοῦ κατὰ σάρκα τὸν υἱὸν οὐκ ἀξιοῦν συνομολογεῖσθαι.
m *Contr. Eunom. orat 13. alias 12.* εἰ ἀληθῆ ὁμολογεῖ τοῦτο τὸν Χριστὸν ἱερωμένον. *vid. & in canic. hom. 11.*

andrinus ſcribit, f *verbum confitetur ſe eſſe panem Cæleſtem dicens, Moyſes non vobis panem dedit de Cælo, ſed Pater meus dat vobis panem è Cælo verum*; pariter concludam; Confeſſio eſt; non igitur allegoria. Clemens ipſe nihilominus eo ipſo loco affirmat, *verbum allegoricè dici edulium, carnem, cibum & panem.* Et quandò Origenes ait, h *Dominus alicubi ſe viam & oſtium eſſe confitetur*, ſimiliter quis contendet illum propriè viam & oſtium eſſe. Et rurſum quandò dicit, i *Panis iſte quem Deus Verbum corpus ſuum eſſe fatetur, eſt verbum nutritorium animarum*: &, *potus iſte quem Deus Verbum ſanguinem ſuum fatetur, eſt verbum potans & inebrians præclare corda credentium*; pariter quis concludet eo quod ſit confeſſio, verbum Dei eſſe propriè corpus & ſanguinẽ Chriſti. Et quandò Cyrillus ait, k *Dominus ſe lucem eſſe fatetur*, rectè quis inferet illum lucem propriè dici. Denique, quandò Gregorius Nyſſenus notat: l *Paulus & David ex eo quod filium ad Dextrã Dei ſedere dicunt, Patrem ſedere ſimul confitentur*, inferet indè quiſpiam ex vi confeſſionis Patrẽ, tum propriè ſedere, tùm propriè dextram habere. Et rurſum, quandò quærit ab Eunomio; m *annon vere confiteatur Chriſtum appellari oſtium, panem, viam, vitem* &c: dixiſſe hac ratione voluerit Dominum illa omnia propriè eſſe. Ineptè ſanè & ridiculè. Confiteri enim eſt verè, ingenuè & libere loqui, ſivè id propria loquendi formula, ſivè figurata fiat. Secundum ipſius argumentum eſt: *Irenæus affirmat eam eſſe novam oblationem novi Teſtamenti; non eſt ergò oblatio panis in figuram corporis Chriſti. Multæ enim tales erant in Veteri teſtamento.* Imò contrarium indè ſequitur. Si enim foret oblatio, non panis, ſed proprij corporis Chriſti, non indè probare potuiſſet contra Valentinianos Patrem Chriſti eſſe creatorem rerum omnium quæ ſunt ſecundum nos, creatorem panis & vini, cui quæ ſua ſunt offeruntur, cum corpus Chriſti ſecundum illos non a terra foret, ſed è Cœlo, Irenæuſque ipſos ex communibus hypotheſibus refellere teneatur, affirmante ipſo Perronio. Hanc autem oblationem novam appellat & ad novum Teſtamentum pertinentem, quia de novo eſſet abipſomet Domino inſtituta veteribus quæ præceſſerant ſublatis & abrogatis. Quamquàm & valde incertum eſt, utrum oblationes panis quæ fiebant antiquitùs, Chriſti Corpus directè figurarint.

Urget ſecundo hæc ſequentia verba: *eum panem qui eſt a creatura ſuum corpus confirmavit.* In quæ ſic exclamat: *Quid ſignificat confirmare, aut, ut Græca habent* διαβεβαιῶσαι, *niſi urgere ut in eo quod quis dicit credatur, & eo quo dicit modo?* hoc eſt, credatur propriè, non autem figuratè eſſe locutus. Ea enim mens eſt Cardinalis ex profeſſo obſcurè loquentis. Sed falſa eſt & ineptæ ejus definitio. Tertullianus enim de Chriſto Domino agens, ait o *Panem ſe affirmat quem Pater præſtaret de cælo*: Nec tamen Cardinalis ipſe admittet, Chriſtum eſſe panem propriè ſic appellatum. Fulgentius quoque de fidelibus loquens; *Apoſtolus*, a inquit, *carnem Domini nos eſſe confirmans, ait, Nemo unquam carnem ſuam odio habuit*, &c. quis tamen inde concluderet, nos eſſe carnem Domini, non myſticè, ſed propriè? Sed & Auguſtinus ait, b *Non dubitavit Dominus dicere*, hoc eſt corpus meum, *cum ſignum daret corporis ſui.* Quid autem ſibi volunt hæc verba, *non dubitavit*, niſi *aſſeverant & confirmavit*? Et tamen hæc verba figuratè eſſe a Domino uſurpata, & corpus eſſe pronuntiatum quod corporis modo ſignum eſt, evidenter docet.

Tertiò urget vocabulum ἴδιον quod in Græco habetur: τὸν ἀπὸ κτίσεως ἄρτον ἴδιον ἑαυτοῦ σῶμα διαβεβαιώσατο. *Quid eſt autem*, inquit, *proprium corpus niſi verum ſuum corpus, & non ſimplex ſignum monumentumque corporis ſui?* Sed parum decet hominem in Græcis leviter verſatum de Græca dictione tam audacter decernere. Vocabulum enim ἴδιος non ſemper ſumi pro *proprio* oppoſite ad *figuratũ*, ſed ſæpiſſime ſimpliciter pro *ſuo* per antitheſin ad alienum, innumeris teſtimonijs confirmari poſſet. Sed pauca ex multis ſufficient. Clemens Alexandrinus rationem reddens cur dominus uxorem non duxerit, quia, c inquit, τὴν ἰδίαν γυμφην ἔχειν, τὴν ἐκκλησίαν. Nec tamen, credo, Cardinalis dicet Eccleſiam propriè loquendo eſſe Chriſti ſponſam. Chryſoſtomus: d Dominus καλεῖ τὰ ἴδια πρόβατα καὶ ἐξάγει αὐτά. Quis tamen dixerit fideles eſſe oves ſic propriè dictas? Idem rurſus: e πόρνης ἦν μέλη πρὸ τούτου καὶ πάλιν αὐτὰ μέλη ἴδια σώματος. Quis autem affirmaverit nos eſſe membra proprij ac naturalis corporis Chriſti? Gregorius Nyſſenus: f Chriſti τὸ ἴδιον σῶμα ὅπερ ἐστὶν ἡ ἐκκλησία. Et rurſum: μέλη δὲ ἴδια σώματος πιστοῦται τοὺς πάντας. Quis tamen inde exſculpſerit aut eccleſiam eſſe proprium Chriſti corpus, aut fideles proprij ejus corporis membra? Idem adhuc de Deo loquens: g καταξιοῖ ἴδια χερὶ διαπλάσαι τὸ ἡμέτερον σῶμα. Quis autem conceſſerit Deum habere manus propriè ſic appellatas? Nemo ſanè eſt qui negare poſſit in his omnibus locis ἴδιος ſimpliciter poni pro *ſuus* abſque ullo ad proprium, quatenus figurato opponitur, reſpectu: Et ita verterunt interpretes omnes. Sed quid alibi quærimus, quod in ipſo Irenæi loco de quo tractamus ter reperitur? In textu enim Græco a Cardinale relato dicit Irenæus, tum lignum vitis fructificare ἐν ἰδίῳ καιρῷ, tum corpora noſtra ἐν ἰδίῳ καιρῷ reſurrectura; ubi

Irenæus.
o *Contra Praxeam c. 21.*
a *De baptiſm. Æthiop. c. 11.*
b *Contr. Adiment. c. 12. vide & Cyrillum Glaphyr. in Exodum l. 2. ubi Chriſtum ait* ἀληθοφανῶς *ſe eſſe μύστην ἀληθείας.*
c *Stromat. l. 3.*
d *In Ioan. hom. 59. in Græc.*
e *In 1. Cor. hom. 18.*
f *Orat. in 1. Cor. 15. 28. Tum ipſe filius ſubjicietur.*
g *In verba, faciamus hominem orat. 2. vid. & de opific. hom. c. 5.*

Irenæus. ubi Cardinalis ipſe cum textu vulgato vertit *in tempore ſuo.* Sic igitur in loco objecto ἴδιον Σῶμα ſimpliciter ſumitur pro *corpus ſuum*, ut rectè agnovit & reddidit vetus interpres. Sed de vocabulo ἴδιος fuſius alibi in Iſidoro, Deo dante, diſſeremus.

Quarto, inquit Perronius, *quando Irenæus ait:* [h] Quomodo juſte Dominus, ſi alterius Patris exiſtit, hujus conditionis quæ eſt ſecundum nos accipiens panem, corpus ſuum confitebatur, & temperamentum calicis ſui ſanguinem confirmavit. Et quare ſe filium hominis confitebatur, ſi non eam quæ ex homine eſt, generationem ſuſtinuiſſet? *nonne agebat adverſus Marcionitas aſſerentes Dominum non fuiſſe niſi figurative hominem, id eſt, apparentiam tantummodò carnis, non autem illius veritatem habuiſſe? Quam appoſitè igitur utramque illis interrogationem proponere potuiſſet, quomodo confeſſus erat Chriſtus panem corpus ſuum eſſe, quomodo rurſum ſe filium hominis eſſe, ſi in priori nonniſi de figura & repræſentatione loquebatur? Nonne illis ſuppeditaſſet occaſionem reſpondendi, Chriſtum ſe hominem eſſe confeſſum, perinde ac confeſſus erat panem Euchariſticum corpus ſuum eſſe, videlicet, in figura imagine & repræſentatione?* Verum, ſi hoc reſpondiſſent, illicò & rectè excepiſſet Irenæus, ex materia dicti intelligendum eſſe ſenſum, ſeu, verba pro materia ſubjecta eſſe intelligenda, nec ex eo quod ſe confiteatur filium hominis, ac etiam confiteatur panem eſſe corpus ſuum, legitimè ſequi illum eſſe filium hominis eodem, prorſus modo quo panis eſt corpus ejus, cum (ut id inter cætera dicam) maxima diſſimilitudo quæ & inter panem & corpus ejus (panis enim *nihil habet æquale, nihil ſimile imagini incarnatæ, aut characteribus membrorum, ſed eſt rotunda forma & ſecundum potentiam inſenſibilis*, ait [i] Epiphanius) clariſſimè oſtendat panem non poſſe corpus ejus niſi in figura & repræſentatione: maxima autem æqualitas ſive ſimilitudo omnimoda inter Chriſtum & filios hominum non minus liquidò confirmet illum vere eſſe hominem, non quaſi hominem. Sed jam ego quæro viciſſim a Cardinale quomodo Catholici, ſiquidem exiſtimaſſent corpus Chriſti vere contineri in Euchariſtia ſub accidentibus panis, corpus illud ſpirituale quod Valentiniani, apparens & putatitium quod ei Marcionitæ tribuebant, improbare potuiſſent? Quod enim corpus magis ſpirituale, ac phantaſticum & imaginarium plus referens, quam corpus inviſibile, impalpabile, inextenſum, & in loco non ad modum corporum, ſed ad modum Spiritum exiſtens, quale in Euchariſtia eſſe fingitur ab Adverſariis? hæretici procul dubio, ſi ea fuiſſet mens Orthodoxorum, non uſque adeo cauſæ ſuæ defuiſſent ut non objicerent ſententiam ſuam de natura corporis Chriſti ex Orthodoxorum de Euchariſtia fide evidenter confirmari. Quod nihilominus cum nunquam feciſſe legantur, certiſſimo indicio eſt Catholicos non credidiſſe corpus Chriſti ſic affectum contineri in Euchariſtia ſub accidentibus panis. Irenæus.

Denique reſumit poſtremam loci citati partem quæ ſic ſe habet: *Quando ergo & mixtus calix & factus panis percipit Verbum Dei, fit Euchariſtia corporis & ſanguinis Chriſti, ex quibus augetur & conſiſtit carnis noſtra ſubſtantia, quomodo carnē eſſe negant capacem donationis Dei quæ eſt vita æterna, quæ ſanguine & corpore Chriſti nutritur & membrum eſt ejus, quemadmodum & Apoſtolus ait in ea quæ eſt ad Epheſios Epiſtola: quoniā membra ſumus corporis ejus, de carne ejus, & de oſſibus ejus; non de ſpiritali aliquo & inviſibile homine dicens hæc, (Spiritus enim neque oſſa neque carnes habet) ſed de ea diſpoſitione quæ eſt ſecundum hominem, quæ ex carne & nervis & oſſibus conſiſtit, quæ de calice qui eſt ſanguis ejus nutritur, & de pane qui eſt corpus ejus augetur. Et quemadmodum lignum vitis depoſitum in terra, ſuo fructificat tempore, & granum tritici decidens in terram, & diſſolutum multiplex ſurgit per Spiritum Dei qui continet omnia, quæ deinde per ſapientiam in uſum hominibus veniunt, & percipientia verbum Dei Euchariſtia fiant quod eſt corpus & ſanguis Chriſti; ſic & noſtra corpora ex ea nutrita, & repoſita in terram, & reſoluta in ea reſurgent in ſuo tempore, verbo Dei reſurrectionem eis donante in gloriam Dei Patris*: Atque in ea verba notat, *nullo Chalybis aut adamantis ſcalpello doctrinam veritatis Euchariſtiæ in cordibus etiam lapideis melius ab Irenæo inſculpi potuiſſe.* Nam, inquit, *Irenæus Valentinianis probat non ſolos noſtros Spiritus æterna vita fruituros, ſed etiam corpora noſtra illam adeptura, quoniam non modo Spiritus noſtri participes fiant Spiritus Chriſti, ſed eat quoniam per Euchariſtiam corpora noſtra percipiunt ejus carnem, nutriuntur ejus carne, membra fiunt carnis ejus. Addit, non eſſe ſimplicem interiorem noſtrum hominem, ſpiritualem & inviſibilem qui per Euchariſtiam ſit caro de carne & os de oſſibus Chriſti, ſed propriam noſtram carnem, quoniam caro noſtra eſt quæ carne Chriſti veſcitur. Tandem ait, quemadmodum lignum vitis depoſitum in terra ſuo fructificat tempore, & granum in terra depoſitum tempore ſuo germinat, ita corpora noſtra Euchariſtia nutrita ſuo tempore reſurrecturа. Quid, aut amplius, aut melius dicere potuiſſet?* Reſpondeo, Perronium, tum varia Irenæo affingere, tum multa aut falſo, aut inutiliter ex ejus verbis concludere. Supponit enim primò; illum Valentinianis probare, non ſolos noſtros ſpiritus æterna vita frutiuros, ſed & ipſa corpora noſtra eam adeptura, quoniam non modò ſpiritus noſtri fiant participes Spiritus Chriſti, ſed etiam corpora per Euchariſtiam carnem ejus percipiant. At in Irenæi loco citato ne verbulum quidem habetur de Spiritibus noſtris æ-

[h] Lib. 4. c. 57.

[i] In Ancorat.

terna

Christus fuit in cœna deitative, humanaliter, divinaliter, hypostatice, personaliter, naturaliter, substantialiter, essentialiter, realiter et corporaliter, non sacramentaliter.

Christus fuit in cœna deitative, humanaliter, divinaliter, hypostatice, personaliter, naturaliter, substantialiter, essentialiter, realiter et spiritualiter, non sacramentaliter.

Christus fuit in cœna deitative, humanaliter, divinaliter, hypostatice, personaliter, naturaliter, substantialiter, essentialiter, realiter, sacramentaliter, corporaliter et spiritualiter.

Christus fuit in cœna neque deitative neque humanaliter neque divinaliter neque hypostatice neque personaliter neque naturaliter neque substantialiter neque essentialiter neque realiter neque sacramentaliter neque corporaliter neque spiritualiter.

Christus fuit in cœna deitative, humanaliter, divinaliter, hypostatice, personaliter, naturaliter, substantialiter, essentialiter, realiter, sacramentaliter, corporaliter et spiritualiter, sed non ubiquitative.

Christus fuit in cœna ubiquitative, non deitative.

Christus fuit in cœna ubiquitative, non humanaliter.

Christus fuit in cœna ubiquitative, non divinaliter.

Christus fuit in cœna ubiquitative, non hypostatice.

Christus fuit in cœna ubiquitative, non personaliter.

Christus fuit in cœna ubiquitative, non naturaliter.

Christus fuit in cœna ubiquitative, non substantialiter.

Christus fuit in cœna ubiquitative, non essentialiter.

Christus fuit in cœna ubiquitative, non realiter.

Christus fuit in cœna ubiquitative, non sacramentaliter.

Christus fuit in cœna ubiquitative, non corporaliter.

Christus fuit in cœna ubiquitative, non spiritualiter.

Christus fuit in cœna ubiquitative et deitative, non humanaliter.

Christus fuit in cœna ubiquitative et humanaliter, non deitative.

Christus fuit in cœna ubiquitative et divinaliter, non deitative.

Christus fuit in cœna ubiquitative et hypostatice, non deitative.

Christus fuit in cœna ubiquitative et personaliter, non deitative.

Christus fuit in cœna ubiquitative et naturaliter, non deitative.

Christus fuit in cœna ubiquitative et substantialiter, non deitative.

Christus fuit in cœna ubiquitative et essentialiter, non deitative.

Christus fuit in cœna ubiquitative et realiter, non deitative.

Christus fuit in cœna ubiquitative et sacramentaliter, non deitative.

Christus fuit in cœna ubiquitative et corporaliter, non deitative.

Christus fuit in cœna ubiquitative et spiritualiter, non deitative.

Christus fuit in cœna ubiquitative, deitative et humanaliter, non divinaliter.

Christus fuit in cœna ubiquitative, deitative et divinaliter, non humanaliter.

Christus fuit in cœna ubiquitative, deitative et hypostatice, non humanaliter.

Christus fuit in cœna ubiquitative, deitative et personaliter, non humanaliter.

Christus fuit in cœna ubiquitative, deitative et naturaliter, non humanaliter.

Christus fuit in cœna ubiquitative, deitative et substantialiter, non humanaliter.

Christus fuit in cœna ubiquitative, deitative et essentialiter, non humanaliter.

Christus fuit in cœna ubiquitative, deitative et realiter, non humanaliter.

Christus fuit in cœna ubiquitative, deitative et sacramentaliter, non humanaliter.

Christus fuit in cœna ubiquitative, deitative et corporaliter, non humanaliter.

Christus fuit in cœna ubiquitative, deitative et spiritualiter, non humanaliter.

Christus fuit in cœna ubiquitative, humanaliter et divinaliter, non deitative.

Christus fuit in cœna ubiquitative, humanaliter et hypostatice, non deitative.

Christus fuit in cœna ubiquitative, humanaliter et personaliter, non deitative.

Christus fuit in cœna ubiquitative, humanaliter et naturaliter, non deitative.

Christus fuit in cœna ubiquitative, humanaliter et substantialiter, non deitative.

Christus fuit in cœna ubiquitative, humanaliter et essentialiter, non deitative.

Christus fuit in cœna ubiquitative, humanaliter et realiter, non deitative.

Christus fuit in cœna ubiquitative, humanaliter et sacramentaliter, non deitative.

Christus fuit in cœna ubiquitative, humanaliter et corporaliter, non deitative.

Christus fuit in cœna ubiquitative, humanaliter et spiritualiter, non deitative.

Christus fuit in cœna ubiquitative, humanaliter, divinaliter et hypostatice, non personaliter.

Christus fuit in cœna ubiquitative, humanaliter, divinaliter et personaliter, non hypostatice.

Christus fuit in cœna ubiquitative, humanaliter, divinaliter et naturaliter, non hypostatice.

Christus fuit in cœna ubiquitative, humanaliter, divinaliter et substantialiter, non hypostatice.

Christus f

Clemens Alexandrinus.

signaculum quippe terroris ipsi atque venerationi fuit (baptismus nempe, signaculi appellatione, frequentissime decoratus, tum ab aliis Veteribus, tum ab illo, quando ait, [e] *nisi per baptismum teipsum præmunieris & animum scilicet & corpus unctione & Spiritu consignans, quemadmodum olim Israel nocturno illo cruore qui primogenitos tuebatur, quid tibi acciderit?) pretioso quoque sanguine protecti sumus.* De participatione vero Eucharistiæ quæ Paschatis die fiebat, de præsenti sic loquitur: *hodie Ægyptum omnino fugimus, &c, nec quisquam est qui nos Domino Deo nostro exitus festum celebrare prohibeat.* Et rursum: [g] *Nunc vero Paschatis participes erimus*, &c. Quantum ergo Perronius a mente Nazianzeni aberrat, quando hanc postium vnctionem de qua loquitur, de Eucharistia exponit, & de sanguine Domini in ore fidelium posito?

[e] *Cyrill. haeres. praef. Cateches. Basil. exhort. ad baptism. Nazianzen. orat. 40.*

[f] *Orat. 40.*

[g] *De pasch. orat. 2.*

Ad tertium autem argumentum ductum ex eo quod Clemens ait: *Et hoc est bibere Iesu sanguinem, esse participem incorruptionis Domini*: ubi, sive designet quid bibere sanguinem Christi, per se sit, sive significet quid sit ex effectu, semper evidenter innuit participationem de qua loquitur esse spiritualem, ac incorruptionem infallibiliter producentem; respondet: *hæc verba ad præcedentia refero, & sic expono.* Et hoc, scilicet, vngi spirituali sanguine Christi, est bibere sanguinem Iesu, est participem fieri incorruptionis Domini. *Qui enim bibit sanguinem Christi, id est, prout debet, vitam æternam habet, & Dominus* [h] *suscitabit eum in novissimo die.* Sed hæc Cardinalis interpunctio fictitia est, nec quadrare potest Authoris nostri contextui, ut linguæ Græcæ periti facile iudicaturi sunt: Et quamvis quadrare daremus, nihil inde decederet de vi argumenti nostri. Exceptio enim quam ibidem affert cum ait, *Eum qui sanguinem Christi bibit, scilicet ut debet, participem fore incorruptionis*; vim facit tum verbis Domini sine ulla exceptione dicenti, *qui bibit Sanguinem meum, habet vitam æternam*; tum etiam ipsius Clementis. Nam Clemens de Eucharistia loquens, dicit quidem, *eos qui per fidem ejus participes sunt, sanctificationem consequi*, de proprio autem sanguine loquens, simpliciter ait & absque exceptione ulla, *bibere Christi sanguinem, est participem fieri incorruptionis Domini*: nempe, quia alia ratio est sacramenti, alia sanguinis Christi, cum illud male sumi possit a malis, hic autem non nisi a bonis, & ad vitam tantum, ut post Origenem observat [i] Ambrosius.

[h] *Ioan. 6.*

[i] *De benedict. Patriarch. in Aser.*

Frustra autem quis objiceret Eucharistiam a Clemente dici, *potus* (id est vini) *& Verbi* (id est Christi) *temperaturam*, seu *mixtionem*: ac proinde Christum, sive per totum sui, sive per sanguinis sui substantiam, vino sacramentali esse conjunctum. Nam Author vulgo dictus Zeno Veronensis baptismum pariter appellat, *aquam vivam Spiritu Sancto & igne dulcissimo temperatam*; Et Laurentius Novariensis Deum alloquens dicere non veretur, [l] *asperges me aqua filij tui sacro sanguine mixta*: Et ex ipsis Adversarijs Maldonatus: [λ] *Christi sanguine redempti sumus, & aqua baptismi cum qua ejus quodammodo miscetur sanguis abluimur.* Quis tamen inde colligeret tum Spiritum Sanctum tum Christi sanguinem ratione propriæ substantiæ ab iis intelligi aquæ esse commixtum? Temperaturam hanc uterque illorum intelligit ratione virtutis & efficaciæ Spiritus & sanguinis. Similiter & Clemens nullomodo vult Dominum per sanguinis sui substantiam vino misceri, sed per energiam Spiritus qui *Verbi virtus est*, sicut ibidem observat.

Clemens Alexandrinus.

[l] *De pasch. serm. 9 invit. ad fontem 2. biblith. Patrum edit. 4. tom. 2.*

[m] *Ibid. homil. de pœnitent. vide. & Collectan. Cyrilli tom. 6. c. de lepra. ex Leviticо.*

[λ] *In Matthæum 27. 56.*

CAPUT II.

TERTIO Clemens eodem Pædagogi libro ad sobrietatem in potu hortatus, post multas rationes undequaque petitas, adhibet exemplum ipsius Domini qui sobrie vino usus est, tum in victu ordinario, tum etiam in Eucharistiæ ipsius communione: *Quomodo*, [k] inquit, *Dominum bibisse existimatis, quando propter nos homo factus est? adeo ne impudenter, ut nos? an non civiliter? an non honeste? an non considerate? certò enim scitote, ipsum quoque vino vsum esse. Nam ipse quoque homo erat: & vinum bene dixit, & dixit*, Accipite, bibite, hoc est sanguis meus fructus vitis. *Sanctum enim lætitiæ fluentum, Verbum pro multis effusum in peccatorum remissionem, allegoricè significat. Et, quod sobrium oportet esse eum qui bibit, per ea quæ in convivijs docebat, aperte ostendit: neque enim ebrius docebat. Quod autem vinum esset, id quod benedictum est, ostendit rursum discipulis, dicens*, Non amplius bibam ex fructu vitis hujus, donec bibero ipsum vobiscum in regno Patris mei. *Sed & quod vinum foret id quod bibebatur a Domino, rursum idem de sepo dicit Iudæorum cordis duritiem exprobrans*: venit enim filius hominis, & dicunt, Ecce homo vorax & potor vini, publicanorum amicus. *hæc nobis fixa sint adversus eos qui vocantur Encratitæ.* Egregium sane ac multiplex in rem nostram testimonium. Docet enim Clemens Dominum in Eucharistia vinum benedixisse, vinumque bibisse. Docet, horum verborum, *hoc est sanguis meus*, sensum esse, *hic fructus vitis est sanguis meus.* Docet, fructum vitis in ea propositione, significare *allegorice* Verbum pro multis effusum, id est, sanguinem Verbi pro multis effusum in remissionem peccatorum.

[k] *Pædag. l. 2. c. 2.* πῶς δοκεῖτε πεπωκέναι τὸν κύριον, ἐπειδὴ ἄνθρωπος ἐγένετο δι' ἡμᾶς ἀπαθὴς ὤν; ἆρα οὐκ ἀσελγῶς, ἢ οὐκ ἐμφρόνως, ἢ οὐκ ἐπιμελῶς; ἢ οὐκ ἐπιστάμενοι; ἴστε γάρ που καὶ αὐτὸν οἴνῳ χρησάμενον· καὶ γὰρ εὐλογήσαντος αὐτοῦ τὸν οἶνον, καὶ εἰπόντος, Λάβετε, πίετε τοῦτό μού ἐστι τὸ αἷμα τῆς ἀμπέλου τῆς εὐφραινούσης ἀνθρώπους, ἀγαθὸν ἀναβλύζον ἐκ τῆς ἀγάπης τοῦ πατρός· καὶ ὅτι νηφάλιον ἔδει εἶναι τὸν μέλλοντα διδάσκειν, ἐν παροινίᾳ ὢν ἐδίδασκεν; οὐδαμῶς. Καὶ ὅτι τὸ ποτήριον ἐκεῖνο ἦν ἄκρατον καὶ ἔμπλεων τοῦ πνεύματος, πάλιν αὐτὸς ἐκεῖνο λέγων, τὸν ἀμπελουργὸν ἐπιστρέφειν ἐκέλευσε. Ἦλθεν γάρ, φησίν, ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, οὐ πίνων, ἀλλὰ πίνων· ἐδίψησε γὰρ τὸν ἐπὶ τῆς γῆς λαὸν, πιεῖν τὸ ποτήριον τῆς σωτηρίας ἐπιθυμῶν. Ἐπὶ τούτοις ἐπιστρέφειν ἐκέλευσε τὸν ἀμπελουργὸν, τὸν ἀμπελουργὸν τὸν ἐπὶ τῆς γῆς λα

Cipriani. Hieronymus. Chrysostomus. Ambrosius. Augustinus. Cyrillus. Theophylactus. Beda. Rabanus. Haymo. Remigius. Bernardus. Hugo. Richardus. Lyranus. Dionysius. Thomas. Bonaventura. Alexander. Scotus. Durandus. Gabriel. Ockam. Gregorius. Aureolus. Biel. Cameracensis. Cajetanus. Ferrariensis. Soto. Vega. Catharinus. Medina. Bannes. Ledesma. Valentia. Vasquez. Suarez. Arriaga. Oviedo. Ruiz. Ripalda. Gregorius de Valentia. Tanner. Becanus. Layman. Sanchez. Filliucius. Reginaldus. Azorius. Molina. Lessius. Hurtado. Salas. Ioannes a Sancto Thoma. Ioannes de Rada. Ioannes Martinez. Ioannes Poncius. Ioannes Sancius. Ioannes Albertus. Ioannes Alphonsus. Ioannes Gonzalez. Ioannes Gaspar. Ioannes Ledesma. Ioannes Nieremberg. Ioannes Eusebius. Ioannes Bonifacius. Ioannes Ferdinandus. Ioannes Iacobus. Ioannes Iosephus. Ioannes Ioannes. Ioannes Ioannes. Ioannes Ioannes

Clemens Alexandrinus.

ante factum esse necesse est: *Nam denuo dicimus, cum eadem quæ gesta sunt repetuntur*, inquit [a] Origenes. Denique idem evincitur ex eo quod postquam paulo ante quam citasset hæc Apostoli verba, *Ne inebriamini vino quæ in re dissolutio est*; addit ad dissuadendam in vino dissolutionem illud esse signum sacramentale sanguinis Christi: *mysticum*, [d] inquit, *symbolum sancti sanguinis scriptura vinum nominavit.* Nam si vinum mysticum est symbolum sacri sanguinis, ad sanguinem sacrum refertur ut signum ad rem significatam; ac de consequenti ex relatorum ratione non potest esse sanguis ipse. Symbolum autem hoc intelligi de vero vino, non de vini accidentibus, liquet ex eo quod Apostolus de vero vino loquatur, non de accidentibus vini tantummodò: Clemens autem dicat illum ibi nominare id quod est mysticum sanguinis Christi symbolum, Eucharistiæ vinum etiam post consecrationem (ante illam enim non est sanguinis Christi signum:) cum vino sic propriè dicto (quoad speciem scilicet) identificans.

Vix autem fieri potest, ut hæc argumenta tot & tam solida non viderit Perronius ‖ Clementis verbis facile deduci posse. At si vidit, egregie dissimulavit. Nescio quæ tantum ludicra excipit ad objectionem *de genimine vitis*, incertus tamen ac dubius, quid per illud dicturus sit Clementem intelligere, accidentia ne vini, an vero Christi sanguinem.

Primo enim innuit id de vini accidentibus accipi posse, *quoniam Philosophi docent, gignentem simul cum substantia accidentia producere quæ illam naturaliter comitantur, perinde ac Græci radium solis γέννημα ἡλίου vocant: præsertim cum γέννημα ἀμπέλου sit vocabulum generalius quam καρπὸς ἀμπέλου.* Sed, licet verum sit gignentem una cum substantiæ producere accidentia quæ illam naturaliter comitantur, nihilominus si productum sit verum ens substantiale nunquam per genimen producentis sola ejus accidentia designabuntur, sed totum substantiale accidentibus suis affectum. Nemo enim, verbi gratia, dixerit, genituram hominis aut fructum ventris de fœtus accidentibus, sed de vero fœtu. Alia autem prorsus ratio est de radio solis, si fortè Græci illum *γέννημα ἡλίου* indigetent. Cum enim sit tota solis productio, aptè sic vocari potest: accidentia verò vini nullomodò *ἀμπέλου γέννημα*, cum non sint adæquata vitis productio, sed tantum affectiones proprij vineæ fructus. Nec obstat, quod ait *vocabulum γέννημα esse generalius quam καρπὸς*. Nam quamvis generalius sit, ut potè quod aliquando designet etiam surculos ‖ a radice vitis germinantes, nunquam tamen accipitur nisi pro veris entibus substantialibus a vite productis, sive illa surculi sint, sive uvæ, sive vinum: nec vel unicus in contrarium afferri potest ex quocumque Authore locus.

Clemens Alexandrinus.

Aliò igitur recurrere cogitur Perronius, & secundo respondet, Clementem per genimen vitis intelligere posse sanguinem Christi, qui iure sic appelletur tribus de causis. Primo, *quia bibitur sub specie sacramentali quæ a vite originem duxit.* Ridiculè prorsus: perinde enim est ac si dicerem, hominem esse genimen ovis quia operitur indumento quod ab ove ortum est. Secundo, *quia de liquore vitis factus est.* Sed falsissimum est, sanguinem Christi de liquore vini factum esse, aut aliquando vinum fuisse. Tertio, *quia succus est vera vitis Prophetica & incorruptibilis quæ in historia Judicum clamabat,* [e] *numquid possum deserere vinum meum quod Deum & homines lætificat.* Sed Clementi probandum erat, (ut jam supra observavimus) non, Christum sumpsisse ac hausisse sanguinem suum (de hoc enim non agebatur) sed bibisse vinum: ac proinde necesse est ut per illud genimen vitis verum vinum intelligat, non autem Christi sanguinem. Quod pariter liquido patet ex admonitione qua concludens sermonem suum, eorum quæ præfatus erat nos iubet esse memores ut Encratitarum hæresin profligantium. Hæretici enim illi vini usum abhorrebant: *Vinum*, inquit [f] Epiphanius, *nullomodo bibunt, dicentes rem esse diabolicam, eosque qui illud bibunt ac eo utuntur iniquos esse & peccatores.* Ideoque in Eucharistiæ celebratione vinum, nec offerebant, nec bibebant, sed puram aquam. Clemens ergo monet tanquam firma adversus eos notari debere quæ de Domino narraverat; illum nempe, tum vinum sumpsisse in communi victu, tùm etiam in Eucharistia vinum benedixisse & de genimine vitis bibisse. At, si per genimen vitis non vinum, sed Christi sanguinem intellexisset, argumentum ejus adversus eos non modo elumbe fuisset (respondissent enim sanguinem Christi non esse vinum) sed, &, ipsis valde favens: Dixissent enim, ideo Dominum in Eucharistia substantiam vini in sanguinem suum mutasse, quia probè sciret vinum rem esse impuram, re autem impura nollet in sacro convivio uti ac illam bibendo se polluere. At quis putarit Clementem adeò hebetem fuisse, ut non modo illis evadendi viam imprudenter aperiret, sed & hæreseos suæ alitruendæ ansam daret? Thrasonicè sanè ac ineptè conclamasset: *hæc nobis fixa sint adversus eos qui vocantur Encratitæ.* Nec juvaret excipere, Clementem ex genimine vitis tantùm probare voluisse, Christum non consecrasse aquam, sed vinum. Nam præterquam quod supra ostendi id falsum esse, scopumque illius fuisse probare, Dominum non tantum vi-

[a] *Origenes in epist. ad Rom. cap. 6. l. 5.*

[d] *Pædag. l. 2. c. 2. μυστικὸν ἄγγος αἵματος ἡ γραφὴ οἶνον ὠνόμασεν.*

[e] *Judic. 9.*

[f] *Hæres. 47. εἶναι ὅλως ἀμεταλήπτους, φάσκοντες εἶναι διαβολικὸν τὸν οἶνον καὶ τοὺς πίνοντας καὶ τοὺς χρωμένους αὐτῷ ἁμαρτωλοὺς εἶναι.*

Clemens Alexandrinus.

num conſecraſſe, ſed etiam bibiſſe; hoc quoque patet ex eo quod Encratitarum titulo hæreticos illos infamat. Non enim appellabantur Encratitæ a Veteribus quia vinum non conſecrarent in Euchariſtia, ſed aquam: (eo enim reſpectu Hydroparaſtatas illos vocabant) ſed quod vinum in univerſum non biberent. Teſtis eſto Theodoretus:

g *Hæret. fabul. l. 1. c. 20.* ὑδροπαραστάτας ὀνομάζουσι, διὰ τὸ ὕδωρ αἴρειν ἀντὶ οἴνου ἐν τῇ θυσίᾳ φέροντες. Ἐγκρατεῖς δὲ, διὰ μὴ πιεῖν τινα οἶνον.

g *Hydroparaſtæ*, inquit, *vocantur, quod aquam pro vino offerant, Encratitæ quod vinum non bibant.* Cum ergo hic Clemens illos Encratitas appellet, ſatis euidenter innuit ſe intelligere, ea quæ adverſus illos obſervanda eſſe tanquam fixa monuerat, potiſſimum ſpectare eorum de vino non bibendo delirium, ac proinde per genimen vitis verum vinum deſignari in Domini verbis. Sic enim contra utramque illorum hæreſin de vino non conſecrando, & de vino non bibendo, ab exemplo Domini firmiter argumentatur, quemadmodum & poſt illum Cyprianus & Epiphanius: a *calicem*, inquit ille, *ſub diem paſſionis accipiens benedixit, & dedit diſcipulis ſuis, dicens, bibite ex hoc omnes*, &c. *Dico vobis, non bibam amodo ex iſta creatura vitis uſque in diem illum quo vobiſcum bibam novum vinum in regno Patris mei. Quam in parte invenimus calicem mixtum fuiſſe quem Dominus obtulit, & vinum fuiſſe quod ſanguinem ſuum dixit.*

a *Lib. 2. epiſt. 3.*

Epiphanius autem: b *redarguentur a recto Domini ſermone dicentis, non amplius bibam de generatione vitis hujus quouſque illud bibam vobiſcum novum in regno Patris mei.* Ex his enim Domini verbis valide probatur, tum eum vinum conſecraſſe, tum etiam vinum bibiſſe, & vinum pariter a nobis eſſe bibendum in Euchariſtia.

b *Hæreſ. 47.* ἐλεγχόμενοι τὸν τοῦ κυρίου καὶ σωτῆρος λόγον, τὸν λέγοντα, &c.

Quartò denique Clemens ſic loquitur: c *Euchariſtiam cum quidam* (ex Præſidibus Eccleſiæ, ſcilicet) *diviſerint pro more, unicuique ex populo partem hujus ſumere mandant.* Corpus autem proprium Chriſti, nec in fruſta dividi poteſt, nec pars ejus a toto divulſa ſeparatim ſumi: Euchariſtia igitur, licet corpus ejus appellata, non eſt propriè illud corpus, ſed typice tantum & ſymbolice. Nec juvaret reſpondere, illum per Euchariſtiam accidentia panis intelligere. Id enim probandum foret. Nam Clemens quidem ait, panem in Euchariſtiæ celebratione communicantibus diſtribui; *ſervator*, d inquit, *panem cum accepiſſet, prius locutus eſt & gratias egit, deinde cum panem fregiſſet appoſuit ut ex ratione comedamus*; accidentium autem panis abſque panis ſubſtantia nullibi meminit. Nec ſeries ſermonis hujus pati poteſt ut ſenſus ſit: ſervator, cũ accepiſſet verum panem, locutus eſt & gratiarum actionem ſuper illo Deo reddidit, deinde cum fregiſſet panis accidentia appoſuit, ut edamus. Quis enim adeò cæcus eſt, ut non videat idem utrobique ſubſtantiale ſubjectum a Clemente deſignari?

c *Stromat. lib. 1.* τὴν εὐχαριστίαν τινὲς ἀξιοῦσι ποιεῖσθαι, ὡς ἔθος, δὴ ἐκ περιουσίας τοῦ λαοῦ λαβόντες, τὴν μοῖραν ἐπιτίθεσθαι.

d *Ibid.* Τὸν σωτῆρα λαβὼν, πρῶτον ἐλάλησε καὶ εὐχαριστήσας εἶτα κλάσας τὸν ἄρτον ἐπεδήκνυσιν ἵνα δὴ φάγωμεν λογικῶς.

Clementis autem teſtimonijs alterum ad-demus ductum ex epitome Theodoti quæ apposita eſt ad finem operum Clementis. Ita autem ſe habet: „ *panis & oleum ſanctificantur virtute nominis,* (ὑπὸ πνεύματος, fortè πνεύματος) *nec talia manent qualia ſumpta ſunt, ut videri poſſet, ſed virtute in vim ſpiritualem ſunt transmutata. Sic & aqua exorciſata & baptiſma facta, non modo retinet quod minus eſt* (ſcilicet, aquæ ſubſtantiam) *ſed & ſanctificationem aſſumit.* Plane contra Adverſariorum ſententiam. Affirmat enim, panem per conſecrationem quidem transmutari, ſed ſimul docet transmutationem illam non eſſe in ſubſtantiam, ſed in virtutem corporis Chriſti, ita ut corpus Chriſti ſit ſimilitudine virtutis, non identitate ſubſtantiæ. Neque enim per vim ſpiritualem, δύναμιν πνευματικὴν, aliud intelligi poteſt quam qualitatis mutatio cum Author illam communem faciat aquæ baptiſmi & oleo unctionis, perinde ac pani Euchariſtico. Certum autem eſt, aquam & oleum per conſecrationem non mutari ſubſtantialiter: ergò nec pariter panem. Fruſtra autem objiceretur, hæretici eſſe Authoris teſtimonium. Nam quamvis Author hujus epitomes fuerit quidam Theodotus (non *f* coriarius ille, a quo hæretici Theodotiani denominati ſunt, ſed alter) Valentini Diſcipulus ut patet ex libri titulo, ille forte cujus mentionem facit g Theodoretus in hæreticarum fabularum compendio; perinde ſanè eſt. Nam Valentiniani in quæſtione Euchariſticâ ab Orthodoxis non diſſentiebant, ut patet ex Irenæo qui argumento ducto ab Euchariſtia tanquam a principio utriſque communi illorum errorem de creatoris & Patris Chriſti differentia ſuprà impugnabat: quod & agnoſcit Perronius. Nec quidquam hic dicit quod non ſimiliter affirmetur ab Orthodoxis, ut in Irenæi examine jam oſtendimus, & ſumus adhuc deinceps in Epiphanio, Nyſſeno, Cyrillo, & alijs, Deo dante, demonſtraturi. Eſto ergo palmarium & invictum argumentum.

ε ἡ ἐπίκλησις οὐ τὸ ὕλαιον μεταλλάττει τῇ δυνάμει ἀλλὰ δύναμιν πνευματικὴν ἐπὶ τὸ ὕδωρ καὶ τὸ ἔλαιον ἐπιφέρεται, ἵνα δυνάμεως εἰς δύναμιν πνευματικὴν μεταβάλητε. οὕτως καὶ τὸ ὕδωρ, καὶ τὸ ἐξορκιζόμενον καὶ τὸ βάπτισμα γινόμενον, οὐ μόνον ἔχει τὸ ὄν, ἀλλὰ καὶ ἁγιασμὸν προσλαμβάνει.

f *Epiph. hæreſ. 54.*

g *Lib. 1: Secunda.*

Examen Teſtimoniorum Tertulliani.

CAPUT I.

TERTIUM a Chriſto ſeculum inchoabit Tertullianus, cujus in hac quæſtione non parva eſt authoritas. *Nam licet Montaniſta fuerit in extrema ætate ſua*, inquit h Bellarminus, *tamen a nullo Veterum Patrum reprehenditur hoc nomine, quod erraverit circa ſacramentum Dominici corporis. Itaque poteſt ad teſtimonium dicendum tanquam Author antiquiſſimus & Doctus admitti, ut etiam eum*

h *De Euch. l. 2. c. 7.*

Digitized by Google

Tertullianus.

eum admittunt hæretici hujus temporis. Supereſt igitur ut exacte inquiramus, noſter nè lit, an Adverſariorum nos falſo, pro more, hæreticos appellantium. Primo autem proferemus illa ejus teſtimonia quæ pro nobis eſſe contendimus, deinde expendemus ea quæ Adverſarij in partes ſuas trahere conantur.

Primus ergo Authoris hujus locus a nobis adducendus habetur libro primo adverſus Marcionem, ubi oſtendere volens Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Creatori non eſſe contrarium, ut Marcion ſupponebat, hæc affert pro argumento: *uſque nunc*, i inquit, *nec aquam reprobavit Creatoris qua ſuos abluit, nec oleum quo ſuos ungit, nec mellis & lactis ſocietatem qua ſuos infantat, nec panem quo ipſum corpus ſuum repræſentat, etiam in ſacramentis proprijs egens mendicitatibus Creatoris.* Undè ſic argumentamur: repræſentatio rei non idem eſt cum re quam repræſentat, *ſignum enim non poteſt dici propriè res ſignata*, fatentibus ipſis k Adverſarijs, cum relativè opponantur. At panis Euchariſtiæ repræſentatio eſt corporis Dominici: ergo non eſt idem cum corpore Dominico.

i Cap. 14.

k Bucan. de ſacram. in ſpec. c. 18. §. 2.

Reſpondet primo Bellarminus, *Martyrem l fateri non poſſe ex hoc loco ſolo aliquid certi concludi.* Sed quam falſo id Martyri tribuat, Martyris ipſius verbis planum facere poſſumus. Sic enim Martyr: *recte concluditur, panem corpus Chriſti repræſentare; ergo ad eſt & manet panis. Tanta eſt hujus argumenti vis & perſpicuitas ut nulla re poſſit ab Inconſtantio infirmari.* Subiungit Bellarminus, & cum illo m Perronius, *proprium & primum officium vocabuli*, repræſentare, *in eo eſſe ut deſignet* παρεισάγει, *hoc eſt, præſens exhibere, atque eo ipſo ſenſu paſſim uſurpari a Iuriſconſultis, a Cypriano, a Calvino & Theod. Beza, & præcipue ab ipſo Tertulliano. Quid enim*, inquit, *ſolet Tertullianus eo deſignare, præterquam exhibere, præſens reddere, reſtituere?* Quod poſtquam confirmaſſet varijs ex n illo adductis teſtimonijs, tandem ſic concludit: *reperio Tertullianum in eodem opere & contra eoſdem Adverſarios pariter loqui de his duabus propoſitionibus*, hic eſt filius meus, &, hoc eſt corpus meum, *quæ loca ſint totius ſcripturæ magis ſimilia. Teſtatur*, Patrem dicendo, hic eſt filius meus, *repræſentaſſe filium ſuum. Teſtatur ſimiliter Chriſtum dicendo*, hoc eſt corpus meum, *repræſentaſſe corpus ſuum. Cur igitur non credam illum univocè & eodem ſenſu vocabulum hoc utrobique uſurpare, præcipuè cum addat, non ſimpliciter*, panem quo corpus ſuum repræſentat, *ſed* quoipſum corpus ſuum repræſentat: *quo innuit ſe non de repræſentatione imaginaria & per effigiem, ſed de vera & reali per præſentiæ corporis Chriſti exhibitionem loqui velle?* Sed hæc argumenti noſtri robur minimè minuunt. Nam verum quidem eſt, Græcum παρεισάγει, ſicut & Latinum, *repreſentare*, ſæpe ſumi pro *præſens reddere*: ſed veriſſimum quoque eſt illa ſimiliter frequentiſſimè accipi pro *ſignificare ac in imagine & figura oſtendere.* Sic enim Clemens Alexandrinus de Græcis loquens ex Sacerdote quodam Ægyptio, *ſermones eorum*, b inquit, *fabulas eſſe* παρεισάγει, *oſtendens, ſeu ſignificans.* Unde & Heſychius, παρεισῶ, ὑποδείκνυμι. Sic Baſilius: c οὐκ ἐπείσθης αὐτῷ (ϑεῷ) δι' ὑποδείγματος παρεισῶντι. Et rurſus: d τήρησον τὸ λέξιν ἐμφαλυκῶς παρεισῶσαν τὸν ἐν τῇ μιαιφονίας ῥύπον. Et iterum: τὸ κόραξ τὸν ἀλλοφύλαμ παρείσησιν. Sic Didymus: e πνεῦμα ϑεομαχούμενον, οὐκ ἄνεμον, ἀλλ' αἰσθήματα καὶ ζωοποιοῦντα παρείσησιν ἔχειν. Sic Chryſoſtomus homil. ſecunda de incomprehentibili Dei natura: κἀκεῖς λόγῳ ϑεωρήσαι δυνήσεται. Et rurſus ibidem: πλείονα ϑαύματα λογισμὸς μὲν κἀκεῖς ϑεωρῆσαι δύναται. Et quinta: τὸ τῆς κτίσεως αὐτὸ ϑαυμαστικόν. Et de facto & providentia: f κἀκεῖ ἔξεστιν εἰπεῖν, κἀκεῖ νῦν παρεισῆσαι καὶ λόγῳ. Et de Sacerdotio lib. 1. λόγῳ ϑεωρῆσαι τὴν ϑέσιν οὐκ ἔχων. Et tract. de Virginitate: λόγῳ κἀκεῖς ἀπ' ϑεωρήσεως ἁπλῆς καὶ δευτέρᾳ τῆς ὑποβολῆς. Et apud Chryſoſtomum Author Homil. de Pſeudo-Prophetis & falſis Doctoribus ἀναγκαῖον ἐστὶ ϑεωρῆσαι ἐκ τῆς ἁγίων γραφῶν τούτους εἰς ἐχθρὰς τοῦ ϑεοῦ. Denique, quandoquidem Perronius nos ad lexicographos ablegat, Plutarchus ab Henrico Stephano citatus de Homero loquens: παρεισάγει, g inquit, ἄλλα μὲν τῆς Ἰλιαδικῆς ἀνδρείας ζώματα, ἄλλα δὲ τῆς Ὀδυσσείας ψυχῆς γυναικόπληκτα. Sic quoque de Latino, *repræſentare*, Cicero pro Seſtio: *ipſum templum* (nempe, ædes concordiæ) *repræſentabat memoriam conſulatus mei.* Sic Procopius latinè tantum editus: h *nullam dabis columnam tabernaculi quæ non repræſentet nobis Chriſtum.* Item: i *Columbini pulli pueros repræſentant, vitam repræſentat ſimila.* Et de igne loquens, k *ſcriptura naturam propter infinitam potentiam repræſentat.* Et rurſum: *quemadmodum in cibo & potu vita conſtat, ita ipſis Chriſtus vitæ Author repræſentatur.* Item: *Suffitus, Chriſtus eſt cochleari repræſentatus.* Et paulo poſt: *nec non per animalia adducta ipſe repræſentatus eſt.* Et ibidem: *Arietes, agni & hirci numero ſuo quinario credentium numerum in quinto tempore coactum repræſentant.* Et, nè nimis prolixus ſim Tertullianus ipſe varijs in locis; falſum eſſe docens quod Perronius ſuprà per interrogationis formam ponebat, *quid ſolet Tertullianus repreſentandi vocabulo deſignare, præterquam exhibere præſens reddere, reſtituere?* Sic enim ille in Apologetico: l *corpus impurum*, &c, *Herculem repræſentat.* Et rurſum: *ſi id colebatur quod aliqua effigie re-*

Tertullianus.

b Stromat. l. 1. ad fin.

c Homil. de pœnitent.

d In Eſa. 14.

e Catent. in Ioan. 4. 14.

f Orat. 2.

l Ad object. 160.

m Lib. 2. Anth. 6.

n De præſcript. & de orat. Dom. & contr. Marcion. l. 3. 4. & 5.

g De vita Homeri.

h In Exod. c. 27.

i In levitic.

k In Numer. vid. & Hilar. in Pſalm. 53.

l Cap. 15. & 16.

Tertullianus.

præsentabatur. Et tractatu de spectaculis agens de ijs quæ novissimo accident die: *hæc jam quodammodò habemus per fidem Spiritu imaginante repræsentata.* Et eodem rursus libro de Spectaculis, de theatro loquens: *summa ejus gratia de sparsitia plurimum concinnata est, quam Atellanus gesticulatur, quam mimus etiam per mulieres repræsentat sexum pudoris exterminans.* Et libello de pœnitentia agens de eo qui voluntate sola adulterium committit *quod prohibetur administrare satis periculòse animus sibi repræsentat.* Et libro de præscriptionibus de Apostolicis ecclesijs loquens: *Apud quas*, inquit, *ipsæ Authenticæ litteræ eorum* (Apostolorum) *recitentur, sonantes vocem & repræsentates faciem uniuscujusque.* Et tractatu de jejunio: *aguntur per Græcias certis in locis concilia ex universis ecclesijs, per quæ*, &c, *ipsa repræsentatio totius nominis Christiani magna veneratione celebratur.* Et contra Praxeam: m *omnes pene Psalmi Christum ad Deum verba facientem repræsentant.* Deniquè ad nationes libro secundò: n *ut conluforem quem non habebat repræsentaret.* Cum igitur hoc vocabulum sit ambiguæ significationis, quæritur quo sensu dicatur a Tertulliano Dominum per panem corpus suum repræsentasse. Contendunt Adversarij *repræsentare* ab eo sumi pro *præsens addere.* Verum, quamvis id illis daremus, non ideò magnopere causam suam promoverent. *E calcaria in carbonariam* inciderent, ut alicubi jocatur o Tertullianus. Vitarent argumentum quod confecimus repræsentationem in Tertulliano pro figuratione accipientes, sed constricti manerent eo quod ex Martyre protulimus, nempè, *panem necessario manere, quandoquidem illo Christi corpus exhibeatur.* Cum enim non entis non sint actiones, nisi panis post consecrationem permaneat, dici nullomodo potest pane corpus Christi tisti præsens. Ita Tertullianus hoc sensu consubstantiatoribus faveret, Transsubstantiatoribus verò lethale vulnus infligeret. Nec juvaret excipere, per *panem* Tertullianum intelligere accidentia panis. Nam, ut omittam accidentia panis panem non esse, cum panis substantia sit, nec probari posse ab Adversarijs Tertullianum ullibi panem pro accidentibus posuisse, stropha hæc ipsius menti prorsus repugnat. Primo enim, nulla est ratio cur per panem accidentia panis potius designet, quam per aquam, oleum, mel & Lac, de quibus ibidem loquitur, eorum omnium accidentia. Docent enim Veteres aquam & oleum post consecrationem repræsentare Spiritum Sanctum, sicut ait Tertullianus pane repræsentari corpus Christi. Sic enim Cyrillus, sivè Author Catecheseon illi tributarum: p *oleum post invocationem*, &c *Christi & Spiritus Sancti charisma est, & divinitatis ipsius præsentia operatiqum.* Sic q Basilius & r Ambrosius *in aqua baptismi præsentiam Spiritus esse* asserunt. Nec tamen quis dixerit per oleum & aquam intelligenda esse accidentia olei & aquæ: Cur ergo per panem accidentia panis? Secundo, exempla rerum eo sensu repræsentantium, id est, exhibentium, è Tertulliano ab Adversarijs citata idem apertissimè evincunt. Quando enim, verbi gratia, Tertullianus ait. s *Creatorem elementorum corporibus in repræsentationibus sui usum esse*, ac t *Patrem repræsentasse filium suum, cum diceret, hic est filius meus*, intelligit tùm vera & propriè dicta elementorum corpora, tùm veram personam Patris, non autem simplicia elementorum accidentia, aut nescio quam apparentiam & umbram Patris. Nec possunt Bellarminus & Perronius ex eo proferre vel unicum rei repræsentantis exemplum quod non eodem modo se habeat. Per panem igitur nihil similiter potest quam verum panem intelligere. Deniquè, idem colligitur ex eo quod Tertullianus ex permanentia accidentiũ subjecti substantialis perpetuò supponat contra Marcionem subjecti illius permanentiam & veritatem; verbi gratia, ex apparentia carnium in Christo veram carnis substantiam: *Christus*, u inquit ironicè loquens, *non erat quod videbatur, & quod erat mentiebatur, caro nec caro, homo nec homo, proinde Deus Christus nec Deus. Cur enim non etiam Dei phantasma portaverit? An credam ei de interiore substantia qui sit de exteriore frustratus? Quomodo verax habebitur in occulto, tam fallax repertus in aperto?* Alioqui, quam facilè respondisset ei Marcion, ex appellatione carnis non melius præsumi de carnis veritate, quam ex appellatione panis quo corpus Domini in Eucharistia repræsentari dicit, panis illius veritatem & substantiam? Per panem igitur illum verum panem intelligere dicendum est, non autem panis apparentiam: adeo ut quamvis τὸ *repræsentare* pro exhibere sumeret, semper tamen pani vere ac proprie dicto, contra velus Marcioniticum transsubstantiationis figmentum, hoc repræsentandi corporis Dominici officium tribueret. Sed jam addo, id, quamlibet causæ nostræ opportunum, non tamen videri de Tertulliani mente. Nam, cum verbum, *repræsentare*, dupliciter accipiatur, significatio illius pro subjecta materia necessario determinanda est: *Ex materia* enim *dicti*, ait ipse, b *dirigendus est sensus.* At vero certum est, quotiescunque vel de verbis, vel etiam de rebus ad significationem ordinatis agitur quorum omnium quâ talium *essentia in significatione consistit*, ut agnoscit c Bellarminus, repræsentationem rei figuratæ quæ illis tribuitur, non ex se portendere illius exhibitionem (id enim si aliquando contingit aliunde est & ex accidenti, non ex repræsentationis ratione) sed illius significatio-

m *Cap.* 11.

n *Cap.* 10.

o *De carne Christi c.* 6.

p *Catech. mystag.* 3. μετ' ἐπικλησιν, &c. Χριστῦ χάρισμα καὶ πνεύματος ἁγίου, παρουσίας τῆς αὐτῦ ἀληθοῦς ἐπιφοίτου.

q *De Spirit. S. c.* 15.

r *De his qui initiantur c.* 3.

s *Contr. Marcion. l.* 3.

t *Ibid. l.* 4.

u *Contr. Marcion. l.* 3. *c.* 8.

b *De resurrect.*

c *De Euch. l.* 1. *c.* 19.

Digitized by Google

Tertullianus.

ficationem, seu in signo repræsentationem. Id enim manifeste liquet ex exemplis supra allatis: ut quando Procopius supra dicebat, Columnas tabernaculi, suffitus & animalia, Christum repræsentasse; & Tertullianus, Concilia esse *representationem totius nominis Christiani*, & *corpus impurum Herculem repræsentare*, & *id coli quod effigie aliqua repræsentatur*. Ibi enim repræsentatio non *exhibitionem* designat, sed significationem. Quam ob rem? quia de rebus ad significationem inauguratis sermo est, in quibus repræsentatio actus est, ut ita dicam, ab ea significandi habitudine profluens. Utrinque autem fatemur ad hanc rerum classem sacramenta pertinere: *d signa* enim *cum ad res sacras pertinent sacramenta nominantur*; ac proinde illorum repræsentatio, propriè significatio est. Quandò ergo Tertullianus ait, Christum in Eucharistia pane corpus suum repræsentasse, perinde est ac si dixisset, pane corpus suum significavisse, pane ad corporis sui significationem esse vsum, seu, ut alibi se explicat, e *pani corporis sui figuram dedisse*: ac de consequenti panem Eucharistiæ non esse proprium ipsius corpus. Nam, ut ipsemet notat, f *nulla res alicujus ipsa est, cujus est*. Et rursum in hoc opere: g *imago veritati non usquequaque adæquabitur. Aliud enim est secundum veritatem esse, aliud ipsam veritatem esse.*

d Augustin. epist. 5.

e Contr. Marcion. l. 3.

f Contr. Prax. cap.

g Contr. Marcion. l. 2. c. 9.

Nec contrà facit levis objectio Perronij, *Tertullianum pariter loqui de his duabus propositionibus*, hic est filius meus, &, hoc est corpus meum, *quæ loca sunt totius scripturæ magis similia, ac testari, Patrem dicendo*, hic est filius meus, *suum suum repræsentasse Christum*, *similiter*, hoc est corpus meum, *dicendo*, *corpus suum repræsentasse*; *ac proinde credibile esse idem vocabulum utrobique uniroce & eodem sensu ab illo usurpari*. Nam significatio vocis ambiguæ ut jam suprà observavi, pro subjecti de quo agitur ratione determinanda est: *per rem* enim *quamlibet diversa licite figurantur*, ajebat Gregorius I. Maximam autem esse, tum inter illa duo scripturæ loca, tum etiam in locutionis Tertullianicæ de utroque formula dissimilitudinem, ex ipso Authore patet. In illa siquidem propositione, *hic est filius meus*, pronomen *hic* pro eodem filio supponit sub notione universali hominis subaudiendi in hunc modum, *hic homo est filius meus*: in ea autem, *hoc est corpus meum*, pronomen *hoc*, non pro corpore Christi, sed pro pane supponit. Testatur ipsemet Tertullianus: h *Sic Deus in Evangelio quoque vestro revelavit*, inquit Marcionitas alloquens, *panem corpus suum appellans*; ut sensus sit, *hic panis est corpus meum*: unde necessariò sequitur prædicatio disparatorum, cum è contrario in alia propositione prædicatum & subjectum idem sint. Deindè; affirmat quidem Tertullianus Patrem dicendo, *hic est filius meus*, filium suum repræsentasse, quod de exhibitione manifestè est intelligendum, cum Pater non sit imago & figura filij. At nec adducit verba, *hoc est corpus meum*, sed tantum ad illa respicit, nec simpliciter asserit Christum dicendo, *hoc est corpus meum*, corpus suum repræsentasse, sed ait, *Christum pane corpus suum repræsentasse*: qua loquendi formula testatur Dominum corpus suum repræsentasse per panem, ut ipsius figuram, ac proinde repræsentationem de repræsentatione in signo & imagine, non de exhibitione, esse intelligendam. Nec rursum obstat quod subiungit idem Perronius, *Tertullianum non simpliciter dicere*, panem quo corpus suum repræsentat, *sed quo* ipsum corpus suum repræsentat; *ideoque innuere, se non de repræsentatione per effigiem, sed de vera, & reali per exhibitionem præsentia corporis Christi agere*. Quid enim facit pronomen, *ipsum* corpori cum altero pronomine attributum ad naturam repræsentationis designandam? Nihil prorsus. Alioqui, quandò Procopius supra citatus affirmabat, per animalia adducta (Christus) ipse repræsentatus est; pariter colligerem illum de vera & reali præsentiæ Dominicæ exhibitione loqui: Constantinum quoque Pogonatum affirmantem in Agathonis litteris i *ipsum totum Christum exprimi*, pariter intellexisse Christum quoad substantiam in litteris Agathonis fuisse præsentem; quod falsum & absurdum est. Tertullianus ideo pronomina duplicavit, ut ea geminatione verum corpus, non phantasticum quale tribuebant Domino Marcionitæ, per panem Eucharistiæ figurari designaret. At vero per panem illum, panem sic propriè appellatum eum intelligere, rursum confirmatur ex eo quod si intellexisset per consecrationem panis substantiam ab Eucharistia abesse, Marcioni ansam dedisset hypothesi suæ congruenter inferendi, panis substantiam ex Eucharistia a Christo fuisse eliminatam, quod illam malam esse sciret & a malo principio ortam. Probabile autem non est, aut Tertullianum adeo fuisse stupidum ut illi præberet insultaudi occasionem, aut contrà Marcionem adeo sui oblitum ut eam non arriperet. Indicio igitur est Tertullianum, panem de vero pane sumpsisse quo corpus Domini ceu signo repræsentaretur.

Tertullianus.

i Conc. 6. Act. 18. in rescript. Constant. ad Leonem. ἐν τῷ ἅγιῳ τραπέζῃ τὸν ἄμωμον τοῦ ἀμνοῦ χαρακτῆρα. Vide & infra in Chrysostom. c. 2. ad object. 5.

Secundus Tertulliani locus habetur tertio in eumdem Marcionem libro, ubi contra hujus hæretici figmentum de contrarietate Authorum Veteris & Novi testamenti, hoc est, creatoris & Patris Christi, ostendere volens utriusque testamenti consensum, ac proinde unum eumdemque authorem esse amborum, non autem duos sibi invicem contrarios Deos, ait in his veteris testamenti apud Jeremiam secundum versionem quam sequebatur verbis, k *venite, mittamus lignum in panem ejus*, per vocabulum *panem* figuratè designatum

h Contr. Marcion. l. 3.

k Jerem. 11.

Ioan. 6. Ego sum panis vivus, qui de cœlo descendi. Si quis ex hoc pane manducaverit, vivet in æternum. Et panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Manducabant ergo Iudæi adversus se dicentes: Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum? Dixit ergo eis Iesus: Amen, amen dico vobis, nisi manducaveritis carnem Filii hominis, et biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Qui manducat meam carnem, et bibit meum sanguinem, habet vitam æternam, et ego resuscitabo eum in novissimo die. Caro enim mea vere est cibus, et sanguis meus vere est potus. Qui manducat meam carnem, et bibit meum sanguinem, in me manet, et ego in eo. Sicut misit me vivens Pater, et ego vivo propter Patrem: et qui manducat me, et ipse vivet propter me. Hic est panis qui de cœlo descendit. Non sicut manducaverunt patres vestri manna, et mortui sunt. Qui manducat hunc panem, vivet in æternum.

1 Cor. 11. Ego enim accepi a Domino, quod et tradidi vobis: quoniam Dominus Iesus in qua nocte tradebatur, accepit panem, et gratias agens fregit, et dixit: Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur: hoc facite in meam commemorationem. Similiter et calicem, postquam cœnatum est, dicens: Hic calix novum testamentum est in meo sanguine: hoc facite quotiescumque bibetis, in meam commemorationem. Quotiescumque enim manducabitis panem hunc, et calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis donec veniat. Itaque quicumque manducaverit panem hunc, vel biberit calicem Domini indigne, reus erit corporis et sanguinis Domini. Probet autem seipsum homo, et sic de pane illo edat, et de calice bibat. Qui enim manducat et bibit indigne, iudicium sibi manducat et bibit, non dijudicans corpus Domini.

Matth. 26. Cœnantibus autem eis, accepit Iesus panem, et benedixit, ac fregit, deditque discipulis suis, et ait: Accipite, et comedite: hoc est corpus meum. Et accipiens calicem, gratias egit, et dedit eis, dicens: Bibite ex hoc omnes: hic est enim sanguis meus novi testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum.

Marc. 14. Et manducantibus illis, accepit Iesus panem, et benedixit, ac fregit, deditque eis, et ait: Sumite, hoc est corpus meum. Et accipiens calicem, gratias egit, et dedit eis: et bibit ex eo omnes. Et ait illis: Hic est sanguis meus novi testamenti, qui pro multis effundetur.

Luc. 22. Et accepto pane, gratias egit, et fregit, et dedit eis, dicens: Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur: hoc facite in meam commemorationem. Similiter et calicem, postquam cœnavit, dicens: Hic calix novum testamentum in meo sanguine, qui pro vobis fundetur.

Ioan. 13. Ante diem festum Paschæ, sciens Iesus quia venit hora eius ut transeat ex hoc mundo ad Patrem: cum dilexisset suos qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Et cœna facta, cum diabolus iam misisset in cor ut traderet eum Iudas Simonis Iscariotæ, sciens quia omnia dedit ei Pater in manus, et quia a Deo exivit, et ad Deum vadit, surgit a cœna, et ponit vestimenta sua, et cum accepisset linteum, præcinxit se. Deinde mittit aquam in pelvim, et cœpit lavare pedes discipulorum, et extergere linteo quo erat præcinctus. Venit ergo ad Simonem Petrum. Et dicit ei Petrus: Domine, tu mihi lavas pedes? Respondit Iesus, et dixit ei: Quod ego facio tu nescis modo, scies autem postea. Dicit ei Petrus: Non lavabis mihi pedes in æternum. Respondit ei Iesus: Si non lavero te, non habebis partem mecum. Dicit ei Simon Petrus: Domine, non tantum pedes meos, sed et manus et caput. Dicit ei Iesus: Qui lotus est, non indiget nisi ut pedes lavet, sed est mundus totus. Et vos mundi estis, sed non omnes. Sciebat enim quisnam esset qui tradebat eum: propterea dixit: Non estis mundi omnes. Postquam ergo lavit pedes eorum, et accepit vestimenta sua, cum recubuisset iterum, dixit eis: Scitis quid fecerim vobis? Vos vocatis me Magister, et Domine: et bene dicitis: sum etenim. Si ergo ego lavi pedes vestros Dominus et Magister: et vos debetis alter alterius lavare pedes. Exemplum enim dedi vobis, ut quemadmodum ego feci vobis, ita et vos faciatis. Amen, amen dico vobis: non est servus maior domino suo, neque apostolus maior est eo qui misit illum. Si hæc scitis, beati eritis si feceritis ea. Non de omnibus vestrum dico: ego scio quos elegerim: sed ut adimpleatur Scriptura: Qui manducat mecum panem, levabit contra me calcaneum suum. Amodo dico vobis antequam fiat: ut cum factum fuerit, credatis quia ego sum. Amen, amen dico vobis: qui accipit si quem misero, me accipit: qui autem me accipit, accipit eum qui me misit. Cum hæc dixisset Iesus, turbatus est spiritu, et protestatus est, et dixit: Amen, amen dico vobis, quia unus ex vobis tradet me. Aspiciebant ergo ad invicem discipuli hæsitantes de quo dicebat. Erat autem recumbens unus ex discipulis eius in sinu Iesu, quem diligebat Iesus. Annuit ergo huic Simon Petrus, et dixit ei: Quis est de quo dicit? Cum ergo recubuisset ille sic super pectus Iesu, dicit ei: Domine, quis est? Respondit Iesus: Ille est cui ego intinctum panem porrexero. Et cum intinxisset panem, dat Iudæ Simonis Iscariotæ. Et post buccellam introivit in illum Satanas. Dicit ergo ei Iesus: Quod facis, fac citius. Hoc autem nemo scivit discumbentium ad quid dixerit ei. Quidam enim putabant, quia loculos habebat Iudas, quod dixisset ei Iesus: Eme ea quæ opus sunt nobis ad diem festum: aut egenis ut aliquid daret. Cum ergo accepisset ille buccellam, exivit continuo. Erat autem nox. Cum ergo exisset, dicit Iesus: Nunc clarificatus est Filius hominis, et Deus clarificatus est in eo. Si Deus clarificatus est in eo, et Deus clarificabit eum in semetipso, et continuo clarificabit eum. Filioli, adhuc modicum vobiscum sum. Quæretis me: et sicut dixi Iudæis: Quo ego vado, vos non potestis venire, et vobis dico modo. Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem: sicut dilexi vos, ut et vos diligatis invicem. In hoc cognoscent omnes quia mei discipuli estis, si dilectionem habueritis ad invicem.

Ioan. 14. Non turbetur cor vestrum. Fidem habetis in Deum, et in me fidem habete. In domo Patris mei mansiones multæ sunt. Si quo minus dixissem vobis: quia vado parare vobis locum? Et si abiero, et præparavero vobis locum, iterum venio, et accipiam vos ad meipsum: ut ubi sum ego, et vos sitis. Et quo ego vado scitis, et viam scitis. Dicit ei Thomas: Domine, nescimus quo vadis, et quomodo possumus viam scire? Dicit ei Iesus: Ego sum via, veritas, et vita. Nemo venit ad Patrem nisi per me. Si cognovissetis me, et Patrem meum utique cognovissetis: et amodo cognoscetis eum, et vidistis eum. Dicit ei Philippus: Domine, ostende nobis Patrem, et sufficit nobis. Dicit ei Iesus: Tanto tempore vobiscum sum, et non cognovisti me, Philippe? Qui videt me, videt et Patrem. Quomodo tu dicis: Ostende nobis Patrem? Non credis quia ego in Patre, et Pater in me est? Verba quæ ego loquor vobis, a me ipso non loquor. Pater autem in me manens, ipse facit opera. Non creditis quia ego in Patre, et Pater in me est? Alioquin propter opera ipsa credite. Amen, amen dico vobis: qui credit in me, opera quæ ego facio et ille faciet, et maiora horum faciet: quia ego ad Patrem vado. Et quodcumque petieritis Patrem in nomine meo, hoc faciam: ut glorificetur Pater in Filio. Si quid petieritis me in nomine meo, hoc faciam. Si diligitis me, mandata mea servate. Et ego rogabo Patrem, et alium Paraclitum dabit vobis, ut maneat vobiscum in æternum, Spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere, quia non videt eum, nec scit eum. Vos autem cognoscetis eum, quia apud vos manebit, et in vobis erit. Non relinquam vos orphanos, veniam ad vos. Adhuc modicum, et mundus me iam non videt. Vos autem videtis me, quia ego vivo, et vos vivetis. In illo die vos cognoscetis quia ego sum in Patre meo, et vos in me, et ego in vobis. Qui habet mandata mea, et servat ea, ille est qui diligit me. Qui autem diligit me, diligetur a Patre meo, et ego diligam eum, et manifestabo ei meipsum. Dicit ei Iudas, non ille Iscariotes: Domine, quid factum est quia manifestaturus es nos tibi, et non mundo? Respondit Iesus, et dixit ei: Si quis diligit me, sermonem meum servabit, et Pater meus diligit eum, et ad eum veniemus, et mansionem apud eum faciemus. Qui non diligit me, sermones meos non servat. Et sermonem quem audistis non est meus, sed eius qui misit me Patris. Hæc locutus sum vobis apud vos manens. Paraclitus autem Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, et suggeret vobis omnia quæcumque dixero vobis. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis: non quomodo mundus dat, ego do vobis. Non turbetur cor vestrum, neque formidet. Audistis quia ego dixi vobis: Vado, et venio ad vos. Si diligeretis me, gauderetis utique quia vado ad Patrem: quia Pater maior me est. Et nunc dixi vobis antequam fiat: ut cum factum fuerit, credatis. Iam non multa loquar vobiscum. Venit enim princeps mundi huius, et in me non habet quidquam. Sed ut cognoscat mundus quia diligo Patrem, et sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio. Surgite, eamus hinc.

Ioan. 15. Ego sum vitis vera, et Pater meus agricola est. Omnem palmitem in me non ferentem fructum tollet eum: et omnem qui fert fructum purgabit eum, ut fructum plus afferat. Iam vos mundi estis propter sermonem quem locutus sum vobis. Manete in me, et ego in vobis. Sicut palmes non potest ferre fructum a semetipso, nisi manserit in vite: sic nec vos, nisi in me manseritis. Ego sum vitis, vos palmites. Qui manet in me, et ego in eo, hic fert fructum multum: quia sine me nihil potestis facere. Si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmes, et arescet, et colligent eum, et in ignem mittent, et ardet. Si manseritis in me, et verba mea in vobis manserint, quodcumque volueritis petetis, et fiet vobis. In hoc clarificatus est Pater meus, ut fructum plurimum afferatis, et efficiamini mei discipuli. Sicut dilexit me Pater, et ego dilexi vos. Manete in dilectione mea. Si præcepta mea servaveritis, manebitis in dilectione mea, sicut et ego Patris mei præcepta servavi, et maneo eius in dilectione. Hæc locutus sum vobis, ut gaudium meum in vobis sit, et gaudium vestrum impleatur. Hoc est præceptum meum, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos. Maiorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Vos amici mei estis, si feceritis quæ ego præcipio vobis. Iam non dicam vos servos: quia servus nescit quid faciat dominus eius. Vos autem dixi amicos: quia omnia quæcumque audivi a Patre meo, nota feci vobis. Non vos me elegistis, sed ego elegi vos, et posui vos ut eatis, et fructum afferatis, et fructus vester maneat: ut quodcumque petieritis Patrem in nomine meo, det vobis. Hæc mando vobis, ut diligatis invicem. Si mundus vos odit, scitote quia me priorem vobis odio habuit. Si de mundo fuissetis, mundus quod suum erat diligeret: quia vero de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus. Mementote sermonis mei quem ego dixi vobis: non est servus maior domino suo. Si me persecuti sunt, et vos persequentur: si sermonem meum servaverunt, et vestrum servabunt. Sed hæc omnia facient vobis propter nomen meum, quia nesciunt eum qui misit me. Si non venissem, et locutus eis fuissem, peccatum non haberent: nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Qui me odit, et Patrem meum odit. Si opera non fecissem in eis quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent: nunc autem et viderunt, et oderunt et me et Patrem meum. Sed ut adimpleatur sermo qui in lege eorum scriptus est: Quia odio habuerunt me gratis. Cum autem venerit Paraclitus quem ego mittam vobis a Patre, Spiritum veritatis, qui a Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me: et vos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis.

Ioan. 16. Hæc locutus sum vobis, ut non scandalizemini. Absque synagogis facient vos: sed venit hora ut omnis qui interficit vos, arbitretur obsequium se præstare Deo. Et hæc facient vobis, quia non noverunt Patrem neque me. Sed hæc locutus sum vobis, ut cum venerit hora eorum, reminiscamini quia ego dixi vobis. Hæc autem vobis ab initio non dixi, quia vobiscum eram. Et nunc vado ad eum qui misit me, et nemo ex vobis interrogat me: Quo vadis? Sed quia hæc locutus sum vobis, tristitia implevit cor vestrum. Sed ego veritatem dico vobis: expedit vobis ut ego vadam. Si enim non abiero, Paraclitus non veniet ad vos: si autem abiero, mittam eum ad vos. Et cum ille venerit, arguet mundum de peccato, et de iustitia, et de iudicio. De peccato quidem, quia non credunt in me. De iustitia vero, quia ad Patrem vado, et iam non videbitis me. De iudicio autem, quia princeps huius mundi iam iudicatus est. Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. Cum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Non enim loquetur a semetipso, sed quæcumque audiet loquetur, et quæ ventura sunt annuntiabit vobis. Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, et annuntiabit vobis. Omnia quæcumque habet Pater, mea sunt. Propterea dixi quia de meo accipiet, et annuntiabit vobis. Modicum, et iam non videbitis me: et iterum modicum, et videbitis me, quia vado ad Patrem. Dixerunt ergo ex discipulis eius ad alterutrum: Quid est hoc quod dicit nobis: Modicum, et non videbitis me: et iterum modicum, et videbitis me, et quia vado ad Patrem? Dicebant ergo: Quid est hoc quod dicit modicum? Nescimus quid loquitur. Cognovit autem Iesus quia volebant eum interrogare, et dixit eis: De hoc quæritis inter vos quia dixi: Modicum, et non videbitis me: et iterum modicum, et videbitis me? Amen, amen dico vobis, quia plorabitis et flebitis vos, mundus autem gaudebit: vos autem contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium. Mulier cum parit, tristitiam habet, quia venit hora eius: cum autem peperit puerum, iam non meminit pressuræ propter gaudium, quia natus est homo in mundum. Et vos ergo nunc quidem tristitiam habetis: iterum autem videbo vos, et gaudebit cor vestrum, et gaudium vestrum nemo tollet a vobis. Et in illo die me non rogabitis quidquam. Amen, amen dico vobis: si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. Usque modo non petistis quidquam in nomine meo. Petite, et accipietis, ut gaudium vestrum sit plenum. Hæc in proverbiis locutus sum vobis. Venit hora cum iam non in proverbiis loquar vobis, sed palam de Patre annuntiem vobis. In illo die in nomine meo petetis, et non dico vobis quia ego rogabo Patrem de vobis: ipse enim Pater amat vos, quia vos me amastis, et credidistis quia ego a Deo exivi. Exivi a Patre, et veni in mundum: iterum relinquo mundum, et vado ad Patrem. Dicunt ei discipuli eius: Ecce nunc palam loqueris, et proverbium dicis nullum. Nunc scimus quia scis omnia, et non opus est tibi ut quis te interroget: in hoc credimus quia a Deo existi. Respondit eis Iesus: Modo creditis? Ecce venit hora, et iam venit, ut dispergamini unusquisque in sua, et me solum relinquatis: et non sum solus, quia Pater mecum est. Hæc locutus sum vobis, ut in me pacem habeatis. In mundo pressuram habebitis, sed confidite, ego vici mundum.

Ioan. 17. Hæc locutus est Iesus, et elevatis oculis in cœlum, dixit: Pater, venit hora, clarifica Filium tuum, ut Filius tuus clarificet te: sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, ut omne quod dedisti ei det eis vitam æternam. Hæc est autem vita æterna, ut cognoscant te solum Deum verum, et quem misisti Iesum Christum. Ego te clarificavi super terram, opus consummavi quod dedisti mihi ut faciam. Et nunc clarifica me tu, Pater, apud temetipsum, claritate quam habui, priusquam mundus esset, apud te. Manifestavi nomen tuum hominibus quos dedisti mihi de mundo. Tui erant, et mihi eos dedisti, et sermonem tuum servaverunt. Nunc cognoverunt quia omnia quæ dedisti mihi, abs te sunt. Quia verba quæ dedisti mihi, dedi eis, et ipsi acceperunt, et cognoverunt vere quia a te exivi, et crediderunt quia tu me misisti. Ego pro eis rogo: non pro mundo rogo, sed pro his quos dedisti mihi, quia tui sunt, et mea omnia tua sunt, et tua mea sunt, et clarificatus sum in eis. Et iam non sum in mundo, et hi in mundo sunt, et ego ad te venio. Pater sancte, serva eos in nomine tuo quos dedisti mihi, ut sint unum sicut et nos. Cum essem cum eis ego servabam eos in nomine tuo. Quos dedisti mihi custodivi, et nemo ex eis perivit nisi filius perditionis, ut Scriptura adimpleatur. Nunc autem ad te venio, et hæc loquor in mundo, ut habeant gaudium meum impletum in semetipsis. Ego dedi eis sermonem tuum, et mundus eos odio habuit, quia non sunt de mundo, sicut et ego non sum de mundo. Non rogo ut tollas eos de mundo, sed ut serves eos a malo. De mundo non sunt, sicut et ego non sum de mundo. Sanctifica eos in veritate. Sermo tuus veritas est. Sicut tu me misisti in mundum, et ego misi eos in mundum. Et pro eis ego sanctifico meipsum, ut sint et ipsi sanctificati in veritate. Non pro eis autem rogo tantum, sed et pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me: ut omnes unum sint, sicut tu, Pater, in me, et ego in te: ut et ipsi in nobis unum sint: ut credat mundus quia tu me misisti. Et ego claritatem quam dedisti mihi, dedi eis: ut sint unum sicut et nos unum sumus. Ego in eis, et tu in me: ut sint consummati in unum, et cognoscat mundus quia tu me misisti, et dilexisti eos sicut et me dilexisti. Pater, quos dedisti mihi, volo ut ubi ego sum, et illi sint mecum: ut videant claritatem meam quam dedisti mihi, quia dilexisti me ante constitutionem mundi. Pater iuste, mundus te non cognovit, ego autem te cognovi, et hi cognoverunt quia tu me misisti. Et notum feci eis nomen tuum, et notum faciam: ut dilectio qua dilexisti me in ipsis sit, et ego in ipsis.

Ioan. 18. Hæc cum dixisset Iesus, egressus est cum discipulis suis trans torrentem Cedron, ubi erat hortus in quem introivit ipse et discipuli eius. Sciebat autem et Iudas qui tradebat eum locum, quia frequenter Iesus convenerat illuc cum discipulis suis. Iudas ergo cum accepisset cohortem, et a pontificibus et pharisæis ministros, venit illuc cum lanternis et facibus et armis. Iesus ergo sciens omnia quæ ventura erant super eum, processit, et dixit eis: Quem quæritis? Responderunt ei: Iesum Nazarenum. Dicit eis Iesus: Ego sum. Stabat autem et Iudas qui tradebat eum cum ipsis. Ut ergo dixit eis: Ego sum, abierunt retrorsum, et ceciderunt in terram. Iterum ergo interrogavit eos: Quem quæritis? At illi dixerunt: Iesum Nazarenum. Respondit Iesus: Dixi vobis quia ego sum. Si ergo me quæritis, sinite hos abire. Ut impleretur sermo quem dixit: Quia quos dedisti mihi non perdidi ex eis quemquam. Simon ergo Petrus habens gladium eduxit eum, et percussit pontificis servum, et abscidit auriculam eius dexteram. Erat autem nomen servo Malchus. Dixit ergo Iesus Petro: Mitte gladium tuum in vaginam. Calicem quem dedit mihi Pater, non bibam illum? Cohors ergo et tribunus et ministri Iudæorum comprehenderunt Iesum, et ligaverunt eum, et adduxerunt ad Annam primum: erat enim socer Caiphæ, qui erat pontifex anni illius. Erat autem Caiphas qui consilium dederat Iudæis, quia expedit unum hominem mori pro populo. Sequebatur autem Iesum Simon Petrus, et alius discipulus. Discipulus autem ille erat notus pontifici, et introivit cum Iesu in atrium pontificis. Petrus autem stabat ad ostium foris. Exivit ergo discipulus alius qui erat notus pontifici, et dixit ostiariæ, et introduxit Petrum. Dicit ergo ancilla ostiaria Petro: Numquid et tu ex discipulis es hominis istius? Dicit ille: Non sum. Stabant autem servi et ministri ad prunas quia frigus erat, et calefaciebant se. Erat autem et Petrus cum eis stans et calefaciens se. Pontifex ergo interrogavit Iesum de discipulis suis, et de doctrina eius. Respondit ei Iesus: Ego palam locutus sum mundo: ego semper docui in synagoga et in templo quo omnes Iudæi conveniunt, et in occulto locutus sum nihil. Quid me interrogas? Interroga eos qui audierunt quid locutus sim ipsis: ecce hi sciunt quæ dixerim ego. Hæc autem cum dixisset, unus assistens ministrorum dedit alapam Iesu, dicens: Sic respondes pontifici? Respondit ei Iesus: Si male locutus sum, testimonium perhibe de malo: si autem bene, quid me cædis? Et misit eum Annas ligatum ad Caiphan pontificem. Erat autem Simon Petrus stans et calefaciens se. Dixerunt ergo ei: Numquid et tu ex discipulis eius es? Negavit ille, et dixit: Non sum. Dicit unus de servis pontificis cognatus eius cui abscidit Petrus auriculam: Nonne ego te vidi in horto cum illo? Iterum ergo negavit Petrus. Et statim gallus cecinit. Adducunt ergo Iesum a Caiphan in prætorium. Erat autem mane, et ipsi non introierunt in prætorium ut non contaminarentur, sed manducarent pascha. Exivit ergo Pilatus ad eos foras, et ait: Quam accusationem affertis adversus hominem hunc? Responderunt et dixerunt ei: Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eum. Dixit ergo eis Pilatus: Accipite eum vos, et secundum legem vestram iudicate eum. Dixerunt ergo ei Iudæi: Nobis non licet interficere quemquam: ut sermo Iesu impleretur quem dixit, significans qua morte esset moriturus. Introivit ergo iterum Pilatus in prætorium, et vocavit Iesum, et dixit ei: Tu es rex Iudæorum? Respondit Iesus: A temetipso hoc dicis, an alii tibi dixerunt de me? Respondit Pilatus: Numquid ego Iudæus sum? Gens tua, et pontifices tui tradiderunt te mihi: quid fecisti? Respondit Iesus: Regnum meum non est de hoc mundo: si regnum meum esset de hoc mundo, ministri mei utique decertarent ut non tradar Iudæis: nunc autem regnum meum non est hinc. Dixit itaque ei Pilatus: Ergo rex es tu? Respondit Iesus: Tu dicis quia rex sum ego. Ego in hoc natus sum, et ad hoc veni in mundum, ut testimonium perhibeam veritati. Omnis qui est ex veritate, audit vocem meam. Dicit ei Pilatus: Quid est veritas? Et cum hoc dixisset, iterum exivit ad Iudæos, et dicit eis: Ego nullam invenio in eo causam. Est autem consuetudo vobis ut unum dimittam vobis in pascha. Vultis ergo dimittam vobis regem Iudæorum? Clamaverunt rursum omnes, dicentes: Non hunc, sed Barabbam. Erat autem Barabbas latro.

Ioan. 19. Tunc ergo apprehendit Pilatus Iesum, et flagellavit. Et milites plectentes coronam de spinis imposuerunt capiti eius, et veste purpurea circumdederunt eum, et venientes ad eum dicebant: Ave, rex Iudæorum, et dabant ei alapas. Exivit iterum Pilatus foras, et dicit eis: Ecce adduco vobis eum foras, ut cognoscatis quia nullam invenio in eo causam. Exivit ergo Iesus portans coronam spineam et purpureum vestimentum, et dicit eis: Ecce homo. Cum ergo vidissent eum pontifices et ministri, clamabant dicentes: Crucifige eum, crucifige eum. Dicit eis Pilatus: Accipite eum vos, et crucifigite: ego enim non invenio in eo causam. Responderunt ei Iudæi: Nos legem habemus, et secundum legem debet mori, quia filium Dei se fecit. Cum audisset ergo Pilatus hunc sermonem, magis timuit. Et ingressus prætorium iterum, dicit ad Iesum: Unde es tu? Iesus autem responsum non dedit ei. Dicit ergo ei Pilatus: Mihi non loqueris? Nescis quia potestatem habeo crucifigere te, et potestatem habeo dimittere te? Respondit Iesus: Non haberes potestatem adversum me ullam, nisi tibi datum esset desuper. Propterea qui tradidit me tibi, maius peccatum habet. Et exinde quærebat Pilatus dimittere eum. Iudæi autem clamabant, dicentes: Si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris. Omnis enim qui se regem facit, contradicit Cæsari. Pilatus ergo cum audisset hos sermones, adduxit foras Iesum, et sedit pro tribunali in loco qui dicitur Lithostrotos, Hebraice autem Gabbatha. Erat autem parasceve paschæ, hora quasi sexta, et dicit Iudæis: Ecce rex vester. Illi autem clamabant: Tolle, tolle, crucifige eum. Dicit eis Pilatus: Regem vestrum crucifigam? Responderunt pontifices: Non habemus regem nisi Cæsarem. Tunc ergo tradidit illum illis ut crucifigeretur. Susceperunt autem Iesum et eduxerunt. Et bajulans sibi crucem exivit in eum qui dicitur Calvariæ locum, Hebraice autem dicitur Golgotha, ubi crucifixerunt eum, et cum eo alios duos hinc et inde, medium autem Iesum. Scripsit autem et titulum Pilatus, et posuit super crucem. Erat autem scriptum: Iesus Nazarenus rex Iudæorum. Hunc ergo titulum multi legerunt Iudæorum: quia prope erat civitatem locus ubi crucifixus est Iesus. Et erat scriptum Hebraice, Græce, Latine. Dicebant ergo pontifices Iudæorum Pilato: Ne scribas: Rex Iudæorum, sed quia ipse dixit: Rex sum Iudæorum. Respondit Pilatus: Quod scripsi, scripsi. Milites ergo cum crucifixissent eum, acceperunt vestimenta eius, et fecerunt quatuor partes, unicuique militi partem, et tunicam. Erat autem tunica inconsutilis, desuper contexta per totum. Dixerunt ergo ad invicem: Non scindamus eam, sed sortiamur de illa cuius sit: ut Scriptura impleatur dicens: Partiti sunt vestimenta mea sibi, et in vestem meam miserunt sortem. Et milites quidem hæc fecerunt. Stabant autem iuxta crucem Iesu mater eius, et soror matris eius Maria Cleophæ, et Maria Magdalene. Cum vidisset ergo Iesus matrem, et discipulum stantem quem diligebat, dicit matri suæ: Mulier, ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo: Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus in sua. Postea sciens Iesus quia omnia consummata sunt, ut consummaretur Scriptura, dixit: Sitio. Vas ergo erat positum aceto plenum. Illi autem spongiam plenam aceto, hyssopo circumdantes, obtulerunt ori eius. Cum ergo accepisset Iesus acetum, dixit: Consummatum est. Et inclinato capite tradidit spiritum. Iudæi ergo, ut ne remanerent in cruce corpora sabbato, erat enim parasceve, (erat enim magnus dies ille sabbati) rogaverunt Pilatum ut frangerentur eorum crura, et tollerentur. Venerunt ergo milites: et primi quidem fregerunt crura et alterius qui crucifixus est cum eo. Ad Iesum autem cum venissent, ut viderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura, sed unus militum lancea latus eius aperuit, et continuo exivit sanguis et aqua. Et qui vidit testimonium perhibuit, et verum est testimonium eius. Et ille scit quia vera dicit, ut et vos credatis. Facta sunt enim hæc ut Scriptura impleatur: Os non comminuetis ex eo. Et iterum alia Scriptura dicit: Videbunt in quem transfixerunt. Postea rogavit Pilatum Ioseph ab Arimathæa, eo quod esset discipulus Iesu occultus autem propter metum Iudæorum, ut tolleret corpus Iesu. Et permisit Pilatus. Venit ergo et tulit corpus Iesu. Venit autem et Nicodemus, qui venerat ad Iesum nocte primum, ferens mixturam myrræ et aloes quasi libras centum. Acceperunt ergo corpus Iesu, et ligaverunt illud cum aromatibus sicut mos est Iudæis sepelire. Erat autem in loco ubi crucifixus est hortus, et in horto monumentum novum, in quo nondum quisquam positus fuerat. Ibi ergo propter parasceven Iudæorum, quia iuxta erat monumentum, posuerunt Iesum.

Ioan. 20. Una autem sabbatorum Maria Magdalene venit mane cum adhuc tenebræ essent ad monumentum, et vidit lapidem sublatum a monumento. Cucurrit ergo et venit ad Simonem Petrum, et ad alium discipulum quem amabat Iesus, et dicit eis: Tulerunt Dominum de monumento, et nescimus ubi posuerunt eum. Exivit ergo Petrus et alius discipulus, et venerunt ad monumentum. Currebant autem duo simul, et discipulus ille alius præcucurrit citius Petro, et venit prior ad monumentum. Et cum se inclinasset, vidit linteamina posita: non tamen introivit. Venit ergo et Simon Petrus sequens eum, et introivit in monumentum, et vidit linteamina posita, et sudarium quod fuerat super caput eius, non cum linteaminibus positum, sed seorsum involutum in unum locum. Tunc ergo introivit et discipulus alius qui venerat prior ad monumentum, et vidit et credidit. Nondum enim sciebant Scripturam quia oportet eum a mortuis resurgere. Abierunt ergo iterum discipuli ad semetipsos. Maria autem stabat ad monumentum foris plorans. Dum ergo fleret, inclinavit se et prospexit in monumentum, et vidit duos angelos in albis sedentes unum ad caput, et unum ad pedes, ubi positum fuerat corpus Iesu. Dicunt illi mulieres: Quid ploras? Dicit eis: Quia tulerunt Dominum meum, et nescio ubi posuerunt eum. Hæc cum dixisset, conversa retrorsum vidit Iesum stantem, et non sciebat quia Iesus est. Dicit ei Iesus: Mulier, quid ploras? Quem quæris? Illa existimans quod hortulanus esset, dicit ei: Domine, si tu sustulisti eum, dic mihi ubi posuisti eum, et ego eum tollam. Dicit ei Iesus: Maria. Conversa illa dicit ei: Rabboni (quod dicitur Magister). Dicit ei Iesus: Noli me tangere, nondum enim ascendi ad Patrem meum. Vade autem ad fratres meos, et dic eis: Ascendo ad Patrem meum et Patrem vestrum, Deum meum et Deum vestrum. Venit Maria Magdalene annuntians discipulis quia vidit Dominum, et hæc dixit ei. Cum ergo sero esset die illa una sabbatorum, et fores essent clausæ ubi erant discipuli congregati propter metum Iudæorum, venit Iesus et stetit in medio, et dicit eis: Pax vobis. Et cum hoc dixisset, ostendit eis manus et latus. Gavisi sunt ergo discipuli viso Domino. Dixit ergo eis iterum: Pax vobis. Sicut misit me Pater, et ego mitto vos. Cum hoc dixisset, insufflavit, et dicit eis: Accipite Spiritum sanctum. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: et quorum retinueritis, retenta sunt. Thomas autem unus de duodecim, qui dicitur Didymus, non erat cum eis quando venit Iesus. Dixerunt ergo ei alii discipuli: Vidimus Dominum. Ille autem dixit eis: Nisi videro in manibus eius fixuram clavorum, et mittam digitum meum in fixuram clavorum, et mittam manum meam in latus eius, non credam. Et post dies octo iterum erant discipuli eius intus, et Thomas cum eis. Venit Iesus ianuis clausis, et stetit in medio, et dixit: Pax vobis. Deinde dicit Thomæ: Infer digitum tuum huc, et vide manus meas, et affer manum tuam, et mitte in latus meum, et noli esse incredulus, sed fidelis. Respondit Thomas, et dixit ei: Dominus meus, et Deus meus. Dicit ei Iesus: Quia vidisti me, Thoma, credidisti: beati qui non viderunt, et credunt. Multa quidem et alia signa fecit Iesus in conspectu discipulorum suorum, quæ non sunt scripta in libro hoc. Hæc autem scripta sunt ut credatis quia Iesus est Christus Filius Dei, et ut credentes vitam habeatis in nomine eius.

Ioan. 21. Postea manifestavit se iterum Iesus discipulis ad mare Tiberiadis. Manifestavit autem sic. Erant simul Simon Petrus, et Thomas qui dicitur Didymus, et Nathanael qui erat a Cana Galilææ, et filii Zebedæi, et alii ex discipulis eius duo. Dicit eis Simon Petrus: Vado piscari. Dicunt ei: Venimus et nos tecum. Et exierunt, et ascenderunt navem, et illa nocte nihil prehenderunt. Mane autem iam stetit Iesus in litore, non tamen discipuli sciebant quia Iesus est. Dicit ergo eis Iesus: Pueri, numquid pulmentarium habetis? Responderunt ei: Non. Qui dicit eis: Mittite in dexteram navigii rete, et invenietis. Miserunt ergo, et iam non valebant illud trahere præ multitudine piscium. Dicit ergo discipulus ille quem diligebat Iesus Petro: Dominus est. Simon Petrus cum audisset quia Dominus est, tunicam succinctus erat, (exuerat enim se) misit se in mare. Alii autem discipuli navigio venerunt, non enim longe erant a terra, sed quasi cubitis ducentis, trahentes rete piscium. Ut ergo descenderunt in terram, videbant prunas positas, et piscem superpositum, et panem. Dicit eis Iesus: Afferte de piscibus quos prendidistis nunc. Ascendit Simon Petrus, et traxit rete in terram plenum magnis piscibus centum quinquaginta tribus. Et cum tanti essent, non est scissum rete. Dicit eis Iesus: Venite, prandete. Et nemo audebat discumbentium interrogare eum: Tu quis es? Scientes quia Dominus est. Et venit Iesus, et accipit panem, et dat eis, et piscem similiter. Hoc iam tertio manifestatus est Iesus discipulis suis, cum resurrexisset a mortuis. Cum ergo prandissent, dicit Simoni Petro Iesus: Simon Ioannis, diligis me plus his? Dicit ei: Etiam, Domine, tu scis quia amo te. Dicit ei: Pasce agnos meos. Dicit ei iterum: Simon Ioannis, diligis me? Ait illi: Etiam, Domine, tu scis quia amo te. Dicit ei: Pasce agnos meos. Dicit ei tertio: Simon Ioannis, amas me? Contristatus est Petrus quia dixit ei tertio: Amas me? Et dixit ei: Domine, tu omnia nosti, tu scis quia amo te. Dicit ei Iesus: Pasce oves meas. Amen, amen dico tibi: cum esses junior, cingebas te, et ambulabas ubi volebas: cum autem senueris, extendes manus tuas, et alius te cinget, et ducet quo tu non vis. Hoc autem dixit significans qua morte clarificaturus esset Deum. Et cum hoc dixisset, dicit ei: Sequere me. Conversus Petrus vidit illum discipulum quem diligebat Iesus sequentem, qui et recubuit in cœna super pectus eius, et dixit: Domine, quis est qui tradit te? Hunc ergo cum vidisset Petrus, dicit Iesu: Domine, hic autem quid? Dicit ei Iesus: Sic eum volo manere donec veniam, quid ad te? Tu me sequere. Exiit ergo sermo iste inter fratres, quia discipulus ille non moritur. Et non dixit ei Iesus: Non moritur, sed: Sic eum volo manere donec veniam, quid ad te? Hic est discipulus ille qui testimonium perhibet de his, et scripsit hæc: et scimus quia verum est testimonium eius. Sunt autem et alia multa quæ fecit Iesus, quæ si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere eos qui scribendi sunt libros. Amen.

Matth. 28. Vespere autem sabbati, quæ lucescit in prima sabbati, venit Maria Magdalene et altera Maria videre sepulchrum. Et ecce terræmotus factus est magnus. Angelus enim Domini descendit de cœlo, et accedens revolvit lapidem, et sedebat super eum. Erat autem aspectus eius sicut fulgur, et vestimentum eius candidum quasi nix. Præ timore autem eius exterriti sunt custodes, et facti sunt tamquam mortui. Respondens autem angelus dixit mulieribus: Nolite timere vos: scio enim quod Iesum qui crucifixus est quæritis. Non est hic, surrexit enim sicut dixit. Venite et videte locum ubi positus erat Dominus. Et cito euntes dicite discipulis eius quia surrexit, et

Ordinatio
Ecclesiæ.

Ordinatio Ecclesiæ, quæ est ordinatio Sacerdotum, ut Ecclesia ordinata sit, ut Sacerdotes ordinati sint, ut Sacerdotes ordinati sint, ut Sacramenta ordinata sint, ut Sacramenta ordinata sint, ut Ecclesia ordinata sit

Tertullianus.

prius, fui, quo alij configuretur. Et rursum: *Est, dum alterius par est.* Alia autem prorsus ratio est rerum quæ in alias convertuntur. Nam *plane*, d inquit, *natura convertibilium ea lege est, ne permaneant in eo quod convertitur in eis.* Atque, mira hîc est Adversariorum inconstantia. Nam supra cum respõderent Tertullianum intelligere, Dominum pani apud Ieremiam corporis sui figuram dedisse, id exponebant ab eo factum sine ulla substantiali panis immutatione: postquam autem ostendimus Tertullianum loqui non de pane apud Ieremiam, sed de pane Eucharistiæ, illicò hæc loquendi formula illis longe aliud designat videlicet, pani per substantialem illius mutationem figuram corporis Christi a Domino esse datam. Ita significat, non quod semper significat, sed quod ex præjudicio illam volunt significare. Sed præter vim locutionis, series quoque sermonis figmenta illa explodit. Nam Tertullianus postquam dixit, *Sic enim Deus in Euangelio quoque vestro revelavit, panem corpus suum appellans*; addit, *ut & hinc jam eum intelligas figuram corporis sui panī dedisse*: Ubi non modò asserit, Dominum de pane corpus suum enunciasse in verbis, *hoc est corpus meum*, adeo ut sensus illorum sit, *hic panis est corpus meum*, sed & jubet nos intelligere talem esse illius enuntiationis rationem, ut panem corpus suum appellarit, quia sit illius figura. Ex eo enim quod Dominus panem corpus suum appellet intelligere non possemus panem illius esse in Euangelio figuram, sicut retro in lege fuerat, nisi *figura corporis* esset ἐξηγητικὴ & expositiva *corporis*. At hoc posito fatetur Vasques, e *non fieri corpus Christi vere sub speciebus panis.* Et rectè, *Nulla enim res alicujus*, inquit ipse f Tertullianus, *ipsa est cujus est*: id est, nulla figura illud ipsum est cujus figura est.

d *Carne Christi. c. 3.*

e *Disput. 179. c. 7. n. 101.*

f *Contr. Praxeam.*

CAPUT II.

TERTIUS Tertulliani locus quem non immerito Bellarminus & Perronius *Achillem* nostrum appellant, habetur libro adversus eumdem Marcionem quarto, ubi sic loquitur: g *Erant & loca alia apud Ierusalem ad docendum, erant & extra Ierusalem ad secedendum: sed enim per diem in templo docebat, ut qui per Oseepradixerat, in templo meo me invenerunt, & illic disputatum est ad eos: ad noctem vero in elaonem secedebat. Sic enim Zacharias demonstrarat: Et stabunt pedes ejus in monte Elaone. Erant hora quoque auditorio competentes. Diluculo conveniendum erat, quia per Esaiam cum dixisset Dominus, dat mihi linguam disciplinæ, adjecit, apposuit mihi manè aurem ad audiendum. Si hoc est Prophetias dissoluere quid erit adimplere? Proinde scit & quando pati oporteret eum, cujus passionem lex figurat. Nam è tot festis Iudæorum Pascha diem elegit. In hoc eum sacramentum pronunciarat Moses, Pascha est Domini. Ideo & affectum suum ostendit, concupiscentia concupivi Pascha edere vobiscum antequam patiar. O legis destructorem qui concupierat etiam Pascha servare. Nimirum, vervecina illum Iudaica delectaret? An ipse erat, qui tanquam ovis ad victimam adduci habens, & tanquam ovis coram tondente sic os non aperturus, figuram sanguinis sui salutaris implere concupiscebat? Poterat & ab extraneo quolibet tradi, ne dicerem & in hoc psalmum expunctum, qui mecum panem edit, levabit in me plantam. Poterat & sine præmio tradi. Quanta enim opera traditoris circa eum, qui populum coram offendens, nec tradi magis potuisset quam invadi? Sed hoc alij competisset Christo, non qui Prophetias adimplebat. Scriptum est enim, pro eo quod venundedere justum. Nam & quantitatem & exitum pretij postea Iuda pœnitente revocati, & in emptionem dati agri figuli, sicut in Euangelio Matthæi continetur Hieremias præcanit, Et acceperunt triginta aureos pretium appretiati vel honorati, & dederunt eos in agrum figuli. Professus itaque se concupiscentia concupisse edere Pascha ut suum (indignum enim ut quid alienum concupisceret Deus) acceptum panem & distributum Discipulis, corpus suum illum fecit, hoc est corpus meum, dicendo, id est figura corporis mei. Figura autem non fuisset, nisi veritatis esset corpus. Caterum vacua res quod est phantasma, figuram capere non posset. Aut si propterea panem corpus sibi finxit, quia corporis carebat veritate, Ergo panem debuit tradere pro nobis. Faciebat ad vanitatem Marcionis ut panis crucifigeretur. Cur autem panem corpus suum appellat, & non magis peponem, quem Marcion cordis loco habuit, non intelligens veterem fuisse istam figuram corporis Christi, dicentis per Hieremiam, Adversus me cogitaverunt cogitatum, dicentes: Venite conjiciamus lignum in panem ejus, scilicet, crucem in corpus ejus? Itaque illuminator Antiquitatum quid tunc voluerit significasse panem, satis declaravit, corpus suum vocans panem. Sic & in calicis mentione testamentum constituens sanguine suo obsignatum, substantiam corporis confirmavit. Nullius enim corporis sanguis esse potest, nisi carnis. Nam & si qua corporis qualitas non carnea opponetur nobis, certè sanguinem nisi carnea non habebit. Ita consistit probatio corporis de testimonio carnis, probatio carnis de testimonio sanguinis. Vt autem & sanguinis Veterem figuram in vino recognoscas, aderit Esaias: Quis, inquit, qui advenit ex Edom? rubor vestimentorum ejus ex Bosor, sed decorus in stola violenta cum fortitudine. Quare rubra vestimenta tua, & indumenta sicut de foro torcularis pleno conculcato? Spiritus enim Propheticus velut jam contemplabundus Dominum ad passionem venientem, carne scilicet vestitum, ut in eo passum, cruentum habitum carnis in vestimentum rubore designat conculcata & expressa vi passionis tanquam in foro torcularis, quia ex inde*

g *c. 40.*

Tertullianus.

Tertullianus.

exinde quasi cruentati homines de vini rubore descendant. Multo manifestius Genesis in benedictione Iudæ, ex cujus tribu carnis census Christi processurus, jam tunc Christum in Iuda delineabat: lavabit, inquit, in vino stolam suam & in sanguine uvæ amictum suum: stolam & amictum carnem demonstrans, & vinum sanguinem. Ita & nunc sanguinem suum in vino consecravit qui tunc vinum in sanguine figuravit. Hucusque Tertullianus fusè quoad priorem partem a nobis productus, & fortè superfluè: ad requisitionem Perronij & Cossetelli inde sibi subterfugium aliquod conquirentium. Ad intelligentiam autem nostræ ex eo loco conclusionis primo observandum est, Marcionem inter varias quibus scatebat hæreses, hanc quoque mordicus tenuisse, in Christo Domino veram carnem non fuisse, sed tantum phantasma & apparentiam carnis: ac Tertullianum occasione Paschatis legalis de Euangelico, id est, de Eucharistia agentem, ac illa inter se relatè ad Christum quem mutuò designabant, comparantem, figmentum illud Marcionis obiter impetere. Id enim manifestè indicant hæc verba: vacua res, quod est phantasma, figurā capere non posset. Et fatetur Perronius inquiens; *Aversa manus ictus est quo Tertullianus obiter Marcionem ferit.* Secundo, notandum quoque est, argumentum Tertulliani ex o *Eucharistiâ deduci*, idque tanquam *ex figura carnis Christi*, atque hoc modo procedere: Id cujus figura habetur, veritas est. Atqui in Eucharistia habetur figura corporis Christi: corpus ergo Christi veritas est, ac proinde non phantasma secundum Marcionis delirium. Propositionem probat verbis illis modò citatis, *vacua res quod est phantasma figuram habere non posset*; & his præcedentibus, *figura non esset, nisi veritatis esset corpus.* Supponit enim perpetuò, figuram & imaginem esse rei veraciter existentis figuram & imaginem: *si imago*, inquit p alibi, *credenda est, testimonium erit veritatis.* Ut & Ignatius: a *incorporearum rerum nec species, nec Character est.* Cujus effati ratio est, quia alioqui sequeretur dari ad infinitum, quemadmodùm ipse notat *figuras figurarum*, quod absurdum est: *Superest*, inquiebat in hoc quarto b contra Marcionem libro, *impudentia hæretica dicere, phantasmata phantasmatis remansisse.* Et ante illum Irenæus: c *Errantium est a veritate & omnino stultorum & hebetum, &c, semper typos typorum & imagines imaginum adinvenire.* In Eucharistia autem haberi corporis Christi figuram, confirmat ex eo quod ibi Christus panem corpus suum appellet, id est, figuram corporis sui: *Acceptum panem*, inquit, *& distributum Discipulis, corpus suum illum fecit*, hoc est corpus meum, *dicendo, id est, figura corpori mei.* Ad eam autem ex Eucharistia assumptionis confirmationem in promptu erat excipere: primo, verba *corpus meum*, aliter accipi posse quam de figurâ corporis, videlicet, intelligendo Dominum corporis veritate destitutum, panem accepisse ut sibi loco corporis quodammodo foret: Secundò, probabile valde esse ea sic intelligenda, quoniam si de pane, non quidem in corpus, sed in figuram corporis accipiendo ageretur, nulla ratio reddi posset, cur potius panem quam peponem aut quid aliud ad corporis figuram ordinaret. Sivè ergò id Marcion responderet, sive id respondere posse hæreticum illum Tertullianus judicaret, utrumque ordine confutat. Ac prius illud quidem absurdo obruit. Nam cum Dominus non tantum de pane dicat, *hoc est corpus meum*; sed, *hoc est corpus meum quod pro vobis datur*; (id est pro vobis ad mortem dabitur) sequitur panem ut pote in corpus assumptum, pro nobis fuisse crucifixum: *Si propterea*, inquit, *panem corpus sibi finxit quia corporis carebat veritate, Ergo panem debuit tradere pro nobis: faciebat ad vanitatem Marcionis ut panis crucifigeretur.* Ubi obiter adhuc notandum, etiam secundum hanc expositionem panis in corpus assumpti, Tertullianum nihilominus supponere panem corpus fieri absque substantiali illius mutatione: alioqui enim inde colligere non posset panem pro nobis crucifigi. Ad posterius autem respondet, Dominum potius panem, quam peponem, aut quid aliud, in figuram corporis sui accepisse, quia jam apud Hieremiam eidem corpori figuratè designando antiquitus inservijsset: *Cur panem*, inquit, *corpus suum appellat, & non magis peponem, quem Marcion cordis loco habuit, non intelligens veterem illam fuisse figuram corporis Christi dicentis per Hieremiam, Adversùs me cogitaverunt cogitatum, dicentes; Venite, conjiciamus lignum in panem ejus, scilicet, crucem in corpus ejus*; Atque hoc pacto antiquam illam figuram in testimonium consensus Veteris & Novi Testamenti illuminasse & renovasse. En planam & perspicuam Tertullianici argumenti analysin, in cujus prosecutione duo habet quæ sententiam nostram validissimè confirmant. Unum est, in verbis *hoc est corpus meum*, pronomen *hoc* panem designare: Ait enim inibi, *Dominum panem corpus suum appellasse*, quod *nemo Catholicorum dubit*, inquit, d Stapletonus, quia videlicet inde sequitur prædicatio disparatorum quæ non nisi figuratè vera esse potest. Alterum insuper, sensum horum verborum esse, *hic panis est figura corporis mei*: directè contra fidem Adversariorum novitiam & Pseudo-Catholicam. Age, videamus an telum illud lethale sint declinaturi.

Hic autem in partes abeunt. Nonnulli, Tertullianum a nostris partibus stare penè confitentur. Sic enim Gardinerus Wintoniensis sub ementito Marci Antonij Constantij nomine: e *Tertullianus eam verborum Christi inter-*

o *Salmeron. tom. 9. tract. 22. p. 155. a Symbolo ejus (Christi) in Eucharistia argumentum ducens ad probandam veritatem corporis.*

p *De anima. c. 7. al. 2. vid. & Irenæum. l. 2. c. 7.*

a *Epist. ad Smyrnæos.*

b *Ad finem libri.*

c *Lib. 4. c. 35.*

d *In Matth. 26.*

e *Confut. Cavillat. ad object. 161.*

Tertullianus.

sti interpretationem explicavit, quam ante eum nemo, nec post eum quisquam Catholicus, tanquam ex ore Christi. Item: *non dogmatic*ῶ*s sed* ἀγωνιστικῶ*s scripsisse hæc Tertullianum, recte ducemus.* Et rursum: *Non spectavit in contentione verborum* ἀκριβεία *quomodo in dogmate constituendo solet: sed id unum agebat, ut verum (forte, unum) eliceret quod esset contentioni opportunum, ut à figura corporis quæ in visibili consisteret, ad veritatem corporis probandam, duceret argumentum, unde infert, figura autem non esset nisi veritatis esset corpus.* Hardingus similiter: f *Tertulliani interpretatio non nihil revera à recto verborum Christi sensu* (hoc est, a sententia Adversariorum) *deflectit.* Et rursum: *Non tam spectavit Tertullianus accuratum verborum sensum, quam in eo elaboravit ut institutum suum evinceret.* Idem quoque innuere videtur Rhenanus, quando in admonitione de Tertulliani dogmatis, simpliciter notat, *errorem putantium corpus Christi in Eucharistia tantum esse sub figura, jam olim condemnatum fuisse in Synodo Vercellensi sub Leone Pontifice Romano, ut scribit Lanfrancus*; absque ulla alia Tertulliani excusatione. Alij vero ex Adversarijs, aut quia sint minus æquiores, aut quia se subtiliores existiment, supracitata Tertulliani verba nobis ullo pacto favere negant: Locum tamen integrum, Licet *radio solis scriptum*, ut a alicubi loquitur Tertullianus, b *obscurum*, imo *obscurissimum* esse præfantur. Id autem eos causari, non ex intimo animi sensu, sed præ solutionis idoneæ diffidentia, satis indicat Justinianus, qui postquam præmonuisset *perobscurum esse locum*, illicò subiungit, *in quo Hæretici triumphant, Catholici miris torquentur modis.* Sed quantum illo torqueantur, ac vicissim quàm illum torqueant ut fulgentem ejus lucem obnubilent & obscurent, clarius adhuc patebit ex varijs quas undique conquirant responsionibus, earumque discussione.

f *Contr. Tuellium art. 12. §. 9. & 10.*

a *De resurrect.*

b *Pamelius in Comment. Vasquez disput. 179. c. 7. Justinian. In Epist. ad Philip. c. 2. v. 7.*

Primò enim c Cheadzeus, & Renatus Laurentius Tertulliani commentator, respondent, Tertullianum, Eucharistiam *corporis Christi figuram appellare, non ex hypothesi sua, sed ex Marcionis suppositione. Marcion enim fatebatur in Christo esse figuram corporis humani, ac proinde esse in sacramento figuram corporis Christi. Hinc arguit Tertullianus, figuram non esse corporis, nisi etiam verum corpus extaret: quia non est figura nisi veritatis.* Sed frivola est responsio, varijs de causis. Primo, quia si Tertulliano propositum fuisset contra Marcionem argumentari, ex eo quod fateretur in Christo esse saltem humani corporis figuram, Eucharistiæ mentio fuisset prorsus superflua. Satis enim mentem suam assecutus esset dicendò; cum figuram corporis humani in Christo agnoscas, figura autem non possit esse, nisi rei veræ existentis, necesse est te in Christo veritatem corporis humani agnoscere. At liquido patet Tertullianum ex Eucharistia argumentari: Aliter igitur quam supponunt Adversarij. Secundo, quia si ratio Tertulliani ducta esset ex eo quod agnosceret Marcion in Eucharistia esse figuram corporis Christi, ea Marcionem non constrinxisset, nisi Tertullianus tanquam axioma indubitatum supposuisset, ubicumque reperiantur accidentia ordinaria subjecti, puta, figura corporis, ibi subjecti substantiam necessario esse. Alioqui in promptu erat Marcioni respondere, non magis sequi, ex eo quod in Eucharistia sit figura corporis Christi, Christum verum corpus habere, quam ex eo quod in illa sit figura panis, substantiam panis in ea esse. Oportet igitur, ut argumentum valeat, Tertullianum supponere, tum in genere, accidentia non esse posse sine subjecto, tum in specie, non esse in Eucharistia figuram panis absque panis substantia. Tertio, quia valde dubium est, verum concederet Marcion in Eucharistia esse figuram corporis Christi. Id potius videtur negasse, ac Eucharistiæ mysterium sic intellexisse ut Dominus panem assumpserit, non in figuram corporis, sed in corporis proprij locum, tanquam corpus subsidiarium propter veri carentiam. Id enim est quod innuit Tertullianus quando ait; *Aut si propterea panem corpus sibi finxit quia carebat corporis veritate, ergo panem debuit tradere pro nobis. Faciebat ad vanitatem Marcionis ut panis crucifigeretur.* At si non concedebat Marcion in Eucharistia esse figuram corporis Christi, quomodò dici potest id Tertullianum ex illius mente supponere? Quarto denique, quia Tertullianus ipsemet testatur se ex propria hypothesi loqui; tum in libro præcedente ubi Marcionem sic alloquitur, *Sic Deus in Evangelio quoque vestro revelavit, panem corpus suum appellans, ut & hunc jam eam intelligas figuram corporis sui pani dedisse*; tum eo ipso loco de quo agimus, ubi panem Eucharistiæ figuram corporis Christi appellans, eam tanquam novam & illuminantem opponit veteri apud Hieremiam figuræ: utramque liquidò ex sua, non ex Marcionis hypothesi.

c *Disput. de Eucharist. apud Martyrem.*

Secundo respondent d Cajetanus, e Hardingus, f Gardinerus, g Tapperus, h Vasques, Pamelius, i Salmero, & k Gamachæus, *figuram corporis* apud Tertullianum *referri ad species visibiles panis* (hoc est, ad panis accidentia) *quæ cum sint sacramentum, etiam sunt figura corporis Christi, non quidem vacua, sed veritatem ipsam continens.* At hanc solutionem improbat & refellit l Mæratius, ac licet ex malo principio, alia videlicet non minus falsa verborum Tertulliani interpretatione infra similiter a nobis refutanda, jure tamen merito. Nam illa supponit in hisce Domini verbis, *hoc est corpus meum*, per pronomen *hoc* Tertul-

Tertullianus.

d *Opuscul. tom. 2. tract. 2. c. 11.*
e *Contr. Tuellium art. 12. §. 9. & 10.*
f *Ad objectt. ibi.*
g *Articul. 13. de Eucharist.*
h *Disput. 179. c. 7.*
i *Tom. 9. tract. 22. in Quæstione. 75. c. 2.*
k *De Eucharist. disp. 6. sect. 6.*

Digitized by Google

Tertullianus.

Tertullianum intelligere accidentia panis abſque panis ſubſtantia. Id autem falſiſſimum eſſe ac illius ſcopo & argumento contra Marcionem prorſus repugnans, jam ſupra clarum fecimus in reſponſionis præcedentis examine. Sed & verbis quoque Authoris ipſius adverſatur. Bis enim teſtatur ibidem Tertullianus, Dominum in verbis ſupra citatis *panem* corpus ſuum appellaſſe. Quem autem panem? illum de quo ait, *Acceptum panem & diſtributum Diſcipulis corpus ſuum illum fecit.* At quis, niſi ſtulte, dixerit Tertullianum cenſuiſſe panem illum quem Dominus accepit ac corpus ſuum fecit, non de vero pane ſubſtantiali, ſed de panis accidentibus abſque panis ſubſtantia eſſe intelligendum? Id ſane ne Chorœbus quidem affirmaverit. Per pronomen *hoc* igitur in verbis Domini verum panem intelligit, perinde ac ſi dixiſſet, *hic panis eſt corpus meum.* Quo poſito conſequitur illum ea Domini verba nobiſcum figuratè accepiſſe. Fatetur Salmero: *Cogeremur*, l inquit, *ad tropum confugere, ſi dixiſſet*, hic panis eſt corpus meum: &c: *quia eſſet prædicatio diſparatorum.* Ibi tamen nondum ſe ſiſtit Tertullianus. Nam quia dixerat, Dominum acceptum panem corpus ſuum feciſſe, illico expoſitionis gratia, & ad removendam ambiguitatem, addit, id eſt, figuram corporis: *Acceptum, panem*, inquit, *& diſtributum Diſcipulis, corpus ſuum illum fecit*, hoc eſt corpus meum *dicendo, id eſt, figura corporis mei.* Clarum enim eſt hæc verba, *id eſt figura corporis mei* interpretationem eſſe eorum præcedentium, *corpus meum*. Quo rurſum poſito, fatetur Vaſques, *m non fieri corpus Chriſti vere ſub ſpeciebus panis.* Nam fruſtra eſt quod effugij cauſa adijcit, *ea verba*, id eſt figura corporis mei, *non eſſe interpretationem præcedentium, aut illis æquivalere.* Quis enim in Grammatica adeò hoſpes eſt, ut neſciat particulam *id eſt* vocabulis aliquibus præfixam deſignare, totam vim præcedentium in illis æquivalenter & quidem clarius exponi? Sed infœlix theologia Adverſarios facit infœlices Grammaticos.

l Tom. 9. tract. 20. p. 138.

m Ibid.

Tertio reſpondent, n Roſſenſis, o Tapperus, p Coſterus & q Janſenius, Tertullianum *in hiſce Domini verbis*; hoc eſt corpus meum; *per pronomen* hoc *intelligere ipſummet Domini corpus, quod ſub ſpeciebus latens demonſtret idem corpus prout in cruce mortuum & illius figura ſit.* Sed hoc commentum ab ipſo Tertulliano validiſſimè exploditur. Primo enim negat Tertullianus idem ſui figuram eſſe poſſe: *Nulla res alicujus*, r inquit, *ipſa eſt cujus eſt.* Et in his ipſis contra Marcionem libris: s *Imago veritatis non uſquequaque adæquabitur. Aliud enim eſt ſecundum veritatem eſſe, aliud ipſam veritatem eſſe.* Nec contra facit quod objicit t Salmero, Tertullianum libro ſequente ad objectionem Marcionis pro illo ſuo corporis Chriſti phantaſmate ductam ex eis Apoſtoli verbis, a *in figura inventus ut homo*; reſpondet: b *Quaſi non & figura & ſimilitudo & effigies ſubſtantia quoque accedant. Bene autem quod & c alibi Chriſtum imaginem Dei inviſibilis appellat. Numquid ergo & hic quia in effigie eum Dei collocat, aquè non erit Deus Chriſtus verè, ſi nec homo vere fuit in effigie hominis conſtitutus. Utrobique enim veritas neceſſe habebit excludi, ſi effigies & ſimilitudo, & figura phantaſmatis vindicabitur.* Nam ait quidem Tertullianus ſubſtantiæ competere ut alicujus figura ſit, quod ſane verum eſt: ſed non dicit eamdem ſubſtantiam eſſe ſui ipſius figuram. Nec intelligit, Chriſtum eſſe figuram ſubſtantiæ Dei, ſed figuram eſſe perſonæ Patris, qua ratione non idem cum Patre eſt; Aut eſſe illum vult cum hominem in cujus figura inventus eſt (ſimplicem nempe & merum hominem,) ſed hominem, ut d alibi loquitur, *Deo mixtum*; qua pariter ratione a ſimplici homine diſtat. Secundo, quid ſibi vult quod ajunt, Chriſti corpus ſub accidentibus panis latens & inviſibile ſignum eſſe ejuſdem corporis in cruce expanſi & viſibilis? *Signum* enim, *dicitur*, e inquit Origenes, *Quæ per hoc quod videtur, aliud aliquid indicatur.* Et rurſum: *Signum eſt nota alterius præter id quod ſenſus teſtimonio factum eſt.* Et Auguſtinus, f *Signum eſt res, præter ſpeciem quam ingerit ſenſibus, aliud aliquid ex ſe faciens in cogitationem venire.* Et Irenæus: g *Typus ſecundum materiam & ſecundum ſubſtantiam aliquoties a veritate diverſus eſt. Secundum autem habitum & lineamentum debet ſervare ſimilitudinem, & ſimiliter oſtendere per præſentia, ea quæ non ſunt præſentia.* Et Tertullianus ipſe contra Marcionem ſcribens: h *Imago lineas exprimit veritatis.* At contra, Adverſarij hic nobis confingunt corporis viſibilis imaginem inviſibilem. *Quomodo* autem, i inquit Gregorius Nyſſenus, *ex inviſibili cognitionem viſibilis qui; formabit?* Nam cum *neceſſe* ſit, ſubjungit k Hilarius, *ut imago demonſtret eum cujus imago eſt*, viſibilem illam eſſe certe neceſſe eſt, aliter non demonſtraturam. Nec juvaret reſpondere, Chriſti corpus quod inviſibile in ſe eſt ſub accidentibus panis, oſtendere & demonſtrare adeoque figurare, mediantibus illis accidentibus viſibilibus. Nam ut omittam, id quidem innuere accidentia illa eſſe ſigna & figuras ut pote viſibilia & apparentia, non autem corpus Chriſti, quod aliud ab illis eſt & ſub eis deliteſcens; qui poteſt ſine ludibrio dici, corpus Chriſti quod naturaliter viſibile eſt & niſi his accidentibus velaretur viſibile foret, ea, ad ſe conſpectui noſtro dandum, aſſumere? Simile figmentum in quibuſdam hæreticis *animam inviſibilem, corpus in Chriſto eſſe factum ut videri poſſet*, affirmantibus eleganti joco perſtringit Tertullianus: l *Tenebras*, *videlicet*, *acceptit ut lucere poſſit*, &c. At *nemo oſtendere volens homi-*

Tertullianus.

a Philipp. 2. 7. 8.

b Contr. Marcion. l 5. c. 20.

c Coloſſ. 1. 15.

d De carne Chriſti. & Contr. Marcion. l. 2. ad fin.

e In epiſt. ad Rom. l. 4. & in Ioan. tom. 13. ad fin.

f De Doctrin. Chriſt. l. 2. c. 1.

g Contr. Hæreſ. l. 2. c. 40.

h Lib. 5. c. 9

i Contr. Eunom. l. 1. ſupra in Clementis Citatus.

k De Synod.

n Contr. Decolampad. l. 2. c. 20.

o Ubi ſupra.

p In Enchirid. de Euchariſt. ad object. 12.

q Concord. c. 131.

r Contr. Praxeam.

s Contr. Marcion. l. 2. c. 5.

t Tom. 9. tract. 23.

l De Carne Chriſti. c. 11.

Tertullianus.

nem, eaſdem aut perſonam ei inducit. Tertio denique, ne nimis prolixus ſim, in hiſce Domini verbis, *hoc eſt corpus meum*, Tertullianum per pronomen *hoc* non intelligere ipſum Chriſti corpus quod fui in cruce expanſi & viſibilis ſignum ſit, ſed panem qui corporis ſui repræſentatio & figura ſit, patet ex expreſſa & reiterata ipſius aſſeveratione: *Cur*, inquit, *panem corpus ſuum appellat?* Et rurſus: *Illuminator Antiquitatum quid tunc* (apud Hieremiam) *voluerit ſignificaſſe panem, ſatis declaravit, corpus ſuum vocans panem*: ut mirum ſit Adverſarios in ſole ipſo caligare. Eaque forte de cauſa Janſenius poſt allatam ſupradictam reſponſionem; *Verum*, [m] inquit, *ſi totus Tertulliani locus diligenter legatur, & obſervetur ejus ſcopus, præcedentia item & ſequentia, deprehendetur longe aliud voluiſſe, quam hic ab omnibus intelligitur.* Quid autem aliud illud ſit quod ſibi viſus eſt deprehendiſſe, ſtatim umbram eſſe inanem oſtenſuri ſumus.

m *Vbi ſupra*

ſe incutit: *horribilius enim videtur*, f inquit Auguſtinus, *humanam carnem manducare quam perimere*: præcipuè apud Judæos homines nihil cum læſtrigonibus hac in parte commune habentes. Rurſum, dubium eſſe non poteſt, Tertullianum adverbium *vere* adhibere ad deſignandum id quod in manducatione præcipuas partes tenet, ac illam veram eſſe efficit, ſeu verò & propriè ſic dictam ex Perronij Hypotheſi. Agit enim de manducatione de qua Joannis ſexto ubi de illa tractatur ſecundum id quod in ea eſſentiale & præcipuum eſt. At quod in manducatione præcipuas partes tenet, eſt rei manducatæ per organum manducationis in manducante receptio. Id ſufficit ut vera ſit, propria & perfecta, licet manducantis in re manducata per manducationis organum nulla fiat impreſſio, hoc eſt, contritio. Quot enim quotidie cibos, vel cultro conciſos, vel digitis comminutos, vel natura aut paratura deglutiri facile, abſque dentium molitura vere & proprie edimus? Certè Bellarminus & Maldonatus fatentur, in Euchariſtia corpus Chriſti non modò g *vere & propriè manducari*, ſed &, h *maximè propriè*, licet illud negent dentibus atteri. Ac proinde cum Tertullianus hic inficiatur Chriſtum carnem ſuam verè edendam determinaſſe, negat illam per organum manducationis commune, per os videlicet in corpora noſtra dejici. Tertio, dictio hæc *vere* a Tertulliano ſumi non poteſt niſi pro *realiter* per antitheſin ad *falsò*; aut pro *propriè* per oppoſitionem ad figuratè, ut quandò Marcionem ridens eo quod hæc Davidis de Chriſto verba, *Succinctus gladio ſuper femur*, ſecundum literam acciperet, *verè eum*, i inquit, *excendis præliatorem*; Et rurſum, k *vere pati*, *phantaſma non potuit*. At priore quidem ſenſu negare non potuit Tertullianus carnem Chriſti eſſe verè manducandam: Supereſt igitur ut id neget poſteriore. Quid autem eſt propriè edere, niſi per os edere? Corpus itaque Domini ore negat eſſe edendum. Denique, tantum abeſt ut Tertullianus, poſtquam illam horroris apparentiam per quam ſermones Domini Diſcipulis duri & intolerabiles viſi fuerant, hac ratione eſſet amolitus, nimirum, quod Chriſtus carnem ſuam vere edendam non determinaſſet, prout illi exiſtimabant; manducationi huic carnis Dominicæ quam negat, aliam ejuſdem generis ſub aliena ſpecie, forma & figura opponat: quin potius eliminata qualibet manducatione *verè*, id eſt, *propriè* ſic appellata, utpote barbara, dura & intoleranda, & horroris provocabunda, aliam ſtatuat diverſi plane generis & ab omni horroris ſenſu apparentiaque liberam, manducationem videlicet ſpiritualem, quæ ex fide fit: *Sermonem*, inquit, *conſtituens viviſicatorem, quia ſpiritus & vita ſermo, eumdem etiam carnem ſuam dixit, quia & forma caro erat factus, proinde in cauſam vitæ appetendus, & devorandus auditu, & ruminandus intellectu, & fide digerendus.* Sic Tertullianum, noſtrum eſſe probavimus: Supereſt ut expendamus ea quæ Adverſarij ex illo quo quomodo urgent.

g *De Euchariſt. l. 1. c. 11. ad 5. argum.*

h *Maldonat. in Ioan. 6. 51.*

i *Ex. 5. c. 18.*

k *Contra Marcion. l. 3.*

Tertullianus.

CAPUT IV.

In quo reſpondetur ad objectiones.

PRIMUS Tertulliani locus a nemine fere Adverſariorum prætermiſſus (eum enim objiciunt a Roſſenſis, b Gardinerus, de c Valentia, Pamelius, d Vaſques, e Bellarminus, f Perronius, g Gamachæus, & alij innumeri) habetur in h Libro de reſurrectione carnis proxime a nobis adducto, ubi diſputans contra Hæreticos reſurrectionem carnis negantes, ait: *Caro abluitur, ut anima emaculetur, Caro ungitur ut anima conſecretur, Caro ſignatur ut & anima muniatur, Caro manus impoſitione adumbratur, ut & anima ſpiritu illuminetur. Caro corpore & ſanguine Chriſti veſcitur, ut & anima de Deo ſaginetur. Non poſſunt ergo ſeparari in mercede, quas opera conjungit.* Ibi enim præſupponunt per corpus & ſanguinem Chriſti quibus carnem veſci Tertullianus obſervat, intelligi proprium, ſeu potius, proprie dictum Domini corpus & ſanguinem. Verum rectè Tertullianus ipſe alibi: l *Diſcerne ſubſtantias & ſuos eis diſtribue ſenſus, tam diverſos quam ſubſtantiæ exigunt, licet vocabulis communicare videantur.* Non enim quicquid corpus & ſanguis Chriſti dicitur, illico proprium ejus corpus eſt, propriuſque ſanguis. *Sacramenta*, inquit, i Auguſtinus, *ex ſimilitudine rerum quarum ſacramenta ſunt, plerumque ipſarum rerum nomina accipiunt. Secundum quemdam modum ſacramentum corporis Chriſti, corpus Chriſti eſt, ſacramentum ſanguinis Chriſti, ſanguis Chriſti eſt.* Et rurſum: k *Pene quidem ſacramentum omnes corpus ejus vocant.* Tertullianus ipſemet ter notat, Dominum cum diceret, hoc eſt corpus meum, l *panem corpus ſuum appellaſſe.* Quid mirum igitur illum eamdem loquendi formulam hic uſurpare? Ita autem ſe rem habere liquido patet, tum quia corpus illud Domini de quo loquitur loco ſuo recenſeat non niſi cum rebus quæ ſimiliter ſigna ſunt, ut oleum, ſignum crucis, impoſitio manuum, & aqua baptiſmatis, tum quod in eodem libro de proprie dicta carne Chriſti agens, neget illam *vere eſſe edendam*, quod de manducatione per os carnis illum intelligere capite præcedenti prolixe demonſtravimus; tùm denique quia paulo poſt ſe explicans, de carne ait, *quam ſacramentis ſuis veſtivit* Nec obſtat primo, quod contra Bellarminus excipit: argumentum Tertulliani hoc pacto concidere. Quamobrem enim concideret? *quia*, inquit, *dicent Hæretici qui negabant veram reſurre-*

a *Contr. Oecolampad. l. 2. c. 20.*

b *In confutat. ſolut.*

c *Tom. 4. de præſent. Chriſti. diſput. 6. q. 2. punct. 1.*

d *Diſput. 179. c. 3.*

e *De Euch. l. 2. c. 7.*

f *Ubi ſupra.*

g *Tom. 3. q. 75. c. 2.*

h *C. 8.*

l *Contr. Marcion. l. 5. c. 8.*

i *Epiſt. 23.*

Tertullianus.

ctionem, quod ſicut ſola anima verum Chriſti corpus percipit, Caro autem non ipſum corpus, ſed ejus figuram; ita & ſolam animam verè & propriè reſurgere, carnem autem non verè & propriè, ſed metaphoricè. Nam cum Tertullianus ibidem dicat, *Caro manus impoſitione adumbratur, ut & anima ſpiritu illuminetur*, ſimiliter quoque dicerent hæretici, per impoſitionem manuum ſolam animam verè illuminari, carnem autem tantum adumbrari, ac proinde animam ſolam verè & propriè reſurrecturam, carnem vero tantum in umbra, figura & apparentia, adumbrationi quam percepit conſentaneæ. Neceſſe ergo eſt ut aut Bellarminus admittat argumentum Tertulliani pariter quoque concidere aut collectionis ſuæ contra noſtram explicationem futilitatem agnoſcat. Sic primo nodum nodo reſoluimus. Deinde, directè reſpondemus, Hæreticos illos aut non ita fore diſputaturos, quia carnis reſurrectionem ſimpliciter & abſolutè negabant, n *ſolius animæ reſurrectionem agnoſcentes*, ut teſtatur Tertullianus hoc libro ridens in illis animæ reſurrectionem, o quoniam, *nihil reſurgere* expectandum *niſi quod ante ſuccideris*; Aut ſi quidem ita agerent, fruſtra eos id objecturos. Vis enim ratiocinationis Tertullianicæ in eo conſiſtit, quod cum caro & anima in rebus ad religionem & ſalutem pertinentibus communes operas præſtent, unaquæque pro facultate ac naturæ ſuæ congruentia, illa, ſigna & ſacramenta viſibilia & corporea ut corporea, recipiendo, hæc ut ſpirituali res inviſibiles & ſpirituales ſuſcipiente; nulla cum probabilitate affirmari poſſit *ſeparari in mercede quas opera conjungit.* In mercede autem iniquè ſepararentur, ſi anima (ut inquiebant hæretici) reſurgente caro extincta remaneret in æternam non reſtauranda. Quid autem ad hoc argumentum levis illa Hæreticorum (etſi conficta non foret) objectiuncula?

n cap. 2.

o Ibid. c. 18.

Nec obſtat rurſum altera, licet paulo ſubtilior, Perronij inſtantia. Ait enim, *Tertullianum communionis objectum dividere inter animam noſtram & corpus noſtrum, ac corpori tribuere participationem corporis & ſanguinis Chriſti, animæ vero divinitatis perceptionem: ac proindè per corpus & ſanguinem Chriſti non poſſe deſignare ſimplex ſignum, tum quia ſignum divinitatis non opponitur, tum quia caro Chriſti ex hac diviſione excluderetur, nec in perceptionem animæ aut corporis caderet, nec rurſum per manducationem corporis Chriſti quam caro noſtra operatur, manducationem ſpiritualem intelligere, quoniam corpus noſtrum eſt quod illam exercet.* At primo, tanquam certum præſupponit Tertullianum dicentem, *caro corpore & ſanguine Chriſti veſcitur, ut & anima de Deo ſagineturr*, per Deum intelligere Chriſtum: de quo tamen minimè conſtat. Poteſt enim intelligere Spiritum Sanctum, ſicut ſupra audivimus Irenæum docentem, corpora noſtra Euchariſtiam percipientia, in ea aſſumere Spiritum Sanctum, *cujus fructus eſt*, p inquit, *maturam efficere carnem & capacem incorruptelæ.* Cum enim Tertullianus ad reſurrectionis confirmationem hoc argumento utatur, probabile admodum eſt illum per *Deum*, Spiritum Sanctum deſignare qui tanquam *immortalitatis panis & eſca vitæ* (ut illum q Irenæus nuncupat) animam paſcat ac ſaginet, ac carnem una noſtram ad reſurrectionem diſponat. Hoc autem ſenſu prorſus ad nihilum abit Perronij argutia. Sed demus illi, Tertulliani verba ad Chriſtum, non autem ad Spiritum Sanctum pertinere: facilis nihilominus erit reſponſio. Pro fundamento enim ſubſternit Tertullianum per *Deum* divinitatem Chriſti intelligere oppoſitè ad ejus humanitatem: quod falſum & ſuppoſititium eſſe dicimus. *Deus* enim perſonæ nomen eſt ex divinitate & humanitate conſtantis: ideoque nominato Deo divinitas & humanitas non modò poſſunt ſubintelligi, ſed & ſæpiſſimè ſubintelliguntur. Theodoretus de Chriſto loquens: r *Etſi enim ſcriptura Deum dixerit, non negat humanitatem.* Et Gelaſius Epiſcopus Romanus: s *Numquid cum verbum Dei dicitur, non ſimul intelligitur & caro quod factum eſt?* Et ante utrumque Chryſoſtomus in hæc Apoſtoli verba, t *in uno ſpiritu potati ſumus*: Quare, u inquit, *non dixit*, eodem *corpore nutriti ſumus & eundem bibimus ſanguinem? Quia ſpiritum dicens, utrumque deſignavit, & ſanguinem & carnem.* Tertullianus denique in hoc ipſo libro: a *ſermonem conſtituens vivificatorem, quia ſpiritus & vita ſermo, eundem etiam carnem ſuam dixit, quia & ſermo caro erat factus, proinde in cauſam vitæ adpetendus, & devorandus auditu, & ruminandus intellectu, & fide digerendus.* Senſus ergo illius eſt, *caro corpore & ſanguine Chriſti*, id eſt, ſacramento corporis & ſanguinis Chriſti, *veſcitur, ut anima de Deo*, hoc eſt, de Chriſto ex humanitate & divinitate conſtanti, *ſagineturr*: perinde ac Iſidorus Hiſpalenſis de baptiſmo loquens, ait; b *aqua abluat corpus & ſignificat quod ſit in anima, per illam autem (Spiritum Sanctum) ipſa anima mundatur & ſaginatur.* Sacramenta enim ad id a Deo inſtituta ſunt, ut in eorum perceptione rerum quas ſignificant efficiamur participes. Unde & Auguſtinus de cœna Domini loquens, *ecce*, inquit, c *credimus in Chriſtum cum fide accepimus. Modicum accipimus & in corde ſaginamur.* Ratio autem Cur Tertullianus Dei ſpeciatim meminerit, ſub ejus nominatione proprium (ut dixi) corpus & ſanguinem Domini comprehendens, ea eſt, quia videlicet caro Chriſti per ſe vivifica non eſt, ſed vivificandi vim a Spiritu cui juncta eſt, id eſt, a divinitate mutuatur. Et hoc ipſe Tertullianus eodem libro obſervat: *ut in ſpiritum diſponeret*, d ait, *ſpem ſalutis, præmiſit, Spiritus*

Tertullianus.

p Lib. 5. c. 12.

q Lib. 4. c. 34 & 35.

r In 1. Cor. 15. καὶ γὰρ εἰ θεὸν ἔφη, οὐκ ἀρνεῖται καὶ ἀνθρωπότητα.

s L. de duabus natur.

t 1. Cor. 12. 13.

u In 1. ad Corinth. homil. 30. καὶ διὰ τί οὐκ εἶπεν, τὸ αὐτὸ σῶμα πεποτίσμεθα καὶ τὸ αὐτὸ αἷμα ἐπιομεν; ὅτι πνεῦμα εἶπεν, ἀμφότερα δηλῶν, καὶ τὸ αἷμα, καὶ τὸ σῶμα.

a De reſurrect. c. 27.

b Origen. lib. 7. cap. 3.

c De verbis Dom. ſerm. 33.

d Ubi ſupra.

Digitized by Google

Tertullianus.

est qui vivificat. Atque ita subjunxit: caro nihil prodest, sed ad vivificandum. Et infra: *ostendens quid prosit, & quid non prosit, pariter illuminavit quid cui prosit, spiritum scilicet carni mortificatæ vivificatorem.*

Denique nec obstat tertia Milleterij instantia, Tertullianum, e *si per carnem intelligeret sacramentum carnis, non dicturum fuisse per eam animam de Deo saginari, quia signum carnis non id est per quod anima nostra de Deo saginatur, sed id tantummodo verum est de vero corpore & sanguine Domini quæ sola Spiritum Sanctum in eor recte suscipientium effundere possunt.* Primo enim falsum supponit. Neque enim Tertullianus hic ait, carnem illam de qua loquitur animam nostram saginare; sed tantum, in ejus participatione legitima animam nostram de Deo saginari, quemadmodum & in cæteris exemplis ait: *caro abluitur ut anima emaculetur, caro ungitur ut anima consecretur, caro signatur ut & anima munitur, caro manus impositione adumbratur, ut & anima spiritu illuminetur.* Sic quippè loquendo designat, non quid ex se præstet signum exterius, sed quid in ejus communione a re per illud significata præstetur in anima nostra. Deindè, etiamsi diceret quod fingit adversarius, rationem quam subjungit Ysambertus tanquam falsam repudiat: *objicitur* f inquit, *illud est sacramentum Eucharistiæ quod conferi illud suscipienti gratiam cibantem. Sed solum corpus Domini & solus ejus sanguis conferunt illam,* &c. *Respondetur, concessa majore negando minorem. hæc enim cibans gratia ita conferitur per corpus & sanguinem Domini, ut tamen species substantiarum panis & vini,* &c, *simul etiam attingant productionem hujus specialis gratiæ.* Imò Milleterius ipse ait, g *verbum Euangelicum medium & instrumentum gratiæ cœlestis in nobis esse*: quidni ergo & sacramentum quod est visibile Verbum?

e *Pag.* 127.

f *De sacram. Euchar. ad q.* 73. *disp.* 2. *art.* 5.

g P. 413.

Secundus Tertulliani locus habetur in secundo ad Vxorem libro, ubi illam a secundis nuptijs, (si forte ipse prior è vita discederet) cum viro Ethnico potissimum auocare studens, hoc inter cætera secuturum incommodum refert: h *Non sciet maritus quid secretò ante omnem cibum gustes. Et si scierit panem, non illum credet esse qui dicitur.* Mos enim nonnullorum erat de pane Eucharistico, dum in communione acciperetur, nonnihil reservare, & penes se retinere, quotiescunque oportunum judicarent antè omnem cibum sumpturi, ut innuit ipse Tertullianus in libro de oratione. i Hinc autem argumentum ducunt, Hardingus, k de Valentia, l Bellarminus, m Perronius, n Coffetellus, & alij multi. Bellarminus in hunc modum: *Tertullianus satis aperte indicat Eucharistiam non esse panem materialem, licet id videatur esse Gentilibus, sed esse Christum.* Quomodò autem indicat, & satis aperte? Id enim equidem nondum vidimus. En rationem: *nulla difficultas erat vel fœmina Christiana significandi panem illum esse sacrum quod repræsentaret Christum, vel viro Gentili id credendi. Tertullianus autem loquitur de re quam maritus Gentilis non facile credere posset, nec tuto illi explicanda esset.* Perronius autem argumentum sic constituit: *Si panis Eucharistia non fuisset vere* (hoc est propriè) *corpus Christi & panis vitæ, sed simplex symbolum & character ceremonialis religionis Christianæ, quamobrem Ethnici difficilius credidissent eum esse qui dicebatur, quam panem quo Perse in* o *Mythræ ceremonijs, aut panem & vinum quibus alij Ethnici in Bacchi & Cereris mysterijs utebantur* p. Sed Authoris mentem infœlicissime torquent. Mens enim Tertulliani est, maritum Ethnicum fortuitò deprehendentem ab uxore sua ante omnem cibum secreto aliquid gustari, procul dubio scire desideraturum quid illud sit: illam autem hac quæstione anxiam valdè futuram. Nam cum *ex forma omnibus mysterijs silentij fides adhiberetur*, ut ipse p observat, si marito propalaret panè esse quod gustaret, panem, unquam, sacrum & mysticum (sic enim appellabatur; *noster panis*, inquit q Augustinus, *certa conjectatione mysticus fit nobis*) quo repræsentaretur Christi corpus, silentium promissum videretur esse violatura: si non propalaret, maleficij alicujus suspicionem præbitura. Ac rursum, si post violatam, vi comminationum ipsius, silentij religionem, ei declararet ejusmodi panem esse, illum ait nihilominus id vix crediturum, ac veneficium aliquod potius judicaturum. Sed Tertullianum ipsum audiamus se explicantem: r *quantò curaveris*, inquit, *ea occultare, tanto suspectiora feceris & magis cauenda gentili curiositati.* Et immediate post locum objectū: *Et hæc ignorans quisque rationem simpliciter sustinebit, sine gemitu sine suspicione panis, an veneni?* Ubi aperte indicat contra Bellarminum, difficultatem credendi in marito non fore, utrum panis ille sit Christus, an panis materialis, sed utrum panis sit sacer & mysticus, an non citius venenum aliquod in antelucanis Christianorum cœtibus ad usum maleficij quo infamabantur comparatum. Sed rursum aliter quoque potest explicari hic locus. In nupera enim Nicolai Rigaltij editione sic habetur: *Non sciet maritus quid secreto ante omnem cibum gustes? Et si scierit panem, non illum credet esse qui dicitur?* Cum interrogatione utrobique apposita. Sensum autem illius ejusmodi esse notat: *non sciet cum servatam domi Eucharistiam sumes? non sciscitabitur curiosius quid secreto ante omnem cibum gustes? Et si scierit panem, non continuo secum reputabit panem illum esse qui dicitur infanticidij cruore tingi? Quæ calumnia tum maxime Christianos vexabat.* Posteriorē autem hanc loci illius explicationem in rem Adversariorum non magis esse quam priorem, nemo, credo, est qui non videat.

Tertius

Tertullianus.

o *Tertull. de præscription. c.* 40.

p *Apologet. cap.* 7.

q *Contr. Faust. l.* 20. *c.* 13.

r *Paulò ante locum objectum.*

i *Contr. Tuellum art.* 12. §. 11

k *Vbi supr.*

l *Vbi supr.*

m *De l' Euchar. l.* 3 *c.* 7.

n *Et nomi du sacrem. c.* &

Tertullianus.

Tertiùs Authoris noſtri locus a Pamelio; Bellarmino, & *f* Coffetello objectus, extat in libro de idololatria Ubi Tertullianus deplorans, artifices idolorum in Eccleſiaſticum ordinem ad ſcitos fuiſſe, ac proinde Euchariſtiam contaminatis manibus conficere & adminiſtrare: *prob ſcelus!* [g] inquit. *Semel Iudæi Chriſto manus intulerunt, iſti quotidie corpus ejus laceſſunt. O manus precidenda!* Et ibidem paulo ante: *tota die ad hanc partem zelus fidelium perorabit, ingemens Chriſtianum ab idolis in eccleſiam venire, &c, eas manus admovere corpori Domini quæ Dæmonijs corpora conferunt.* Sed hic locus nihil difficultatis habet. Sive enim dicamus *corpus Chriſti* in eo, ſicut & in libris de oratione, de pudicitia, & alijs, de ſacramento corporis intelligi *ex ſimilitudine* (quemadmodum notat Auguſtinus) corpus appellato; ſivè intelligamus corpus ipſummet Domini, imo & Chriſtum ipſum laceſſi ab ijs qui ipſius ſacramentum impuris & profanis manibus accipiunt & diſtribuunt: perinde ſanè eſt, Neutrum Adverſarijs favet. Nam juxta priorem acceptionem Tertulliani mens fuerit, *corpus Chriſti*, id eſt, ſacramentum corporis Chriſti contumelioſè tractari ab ijs qui profanis & ſacrilegis manibus illud acciperent vel diſtribuerent. Sic enim alibi loquitur & Auguſtinus de menſa Euchariſtica tractans: [h] *multis altare hoc tanquam indigni, & toleravit Deus pati ad tempus iniuriam ſacramenta ſua.* Nec obſtat quod regerit Milleterius, [i] *nihil poſſe dici ſacramentum corporis Chriſti quod realiter verum ipſius corpus non ſit.* Id enim delirantis ſomnium eſt. Nam ea ratione dicendum foret, aquam quæ de petra in deſerto fluxit realiter Chriſtum ipſum fuiſſe, quando quidem Auguſtinus ait: [k] *Illi* (Iudæi ſcilicet) *pro magno ſacramento ejuſdem Chriſti bibebant aquam profluentem de petra.* Quod & ſimiliter, de manna, & de pane ac vino Melchiſedek obſervat ex ipſis Adverſarijs [l] Guitmundus. Rurſum, demus illis Tertullianum intelligere, corpus ipſum Chriſti laceſſi eique manus impuras ad hiberi & admoveri, ideone ſequeretur illud ſubſtantialiter in Euchariſtiæ pane eſſe incluſum, ac Chriſtum in propria perſona laceſſi, ut fabulantur? Minimè ſane: Nam, inquit [m] Caſſianus, *injicere in eum jam manus non potes.* Sed laceſſi dicitur propter ſacramenti ſignique ſui Violationem. Sic enim & Apoſtolus ad Hebræos, ait, [n] eos qui *poſt deguſtatum bonum verbum ultro peccant & prolabuntur, filium Dei ignominiæ afficere, pedibus conculcare, crucifigere, & ſanguinem fœderis profanum reputare.* Unde, puto, rectè non colligeretur filium Dei aliter in verbo eſſe quam in ſigno, in eo ſcilicet reapſe incluſum & contentum. At ſi non dubitavit Apoſtolus de contemptu verbi ſic loqui, tanquam ipſi filio Dei contumelioſo, ac eum pedibus calcante: cur non & pariter de ſacramento quod eſt [o] *viſibile verbum* aſſerere poſſet, eos qui illud impuris manibus attingunt, corpus Chriſti laceſſere, eique manus contumelioſas admovere? Sed inſtat Bellarminus: *certe non conferret Tertullianus crimen eorum qui indigne tractant hoc ſacramentum cum Chriſti crucifixione, nec manus illis præcidendas diceret, ſi tantum putaret eſſe in ſacramento corporis Chriſti figuram.* Quamobrem vero? *quia* inquit, *etiamſi injuria imaginis refertur ad exemplar, tamen quando non ſit ea intentione ut lædatur exemplar, non eſt crimen ullomodo comparandũ cum injuria quæ ſit ipſi exemplari in ſe. Tertullianus autem non loquitur de illis qui data opera & ut Chriſtum injuria afficerent, ſacramenta ejus violabant, ſed de illis qui cum peccatores eſſent, audebant corpus Domini tractare & porrigere communicaturis.* Sed ego contra pertendo ex Tertulliani mente illorum hominum crimen non modo rectè comparari cum ſcelere Judæorum Chriſto manus violentas injectantium, ſed & vere gravius cenſeri. Nam teſtatur Cyprianus Tertulliani Diſcipulus, (illum enim [p] *Magiſtrum* ſolitus erat appellare) [q] *pejorem eſſe cauſam illius qui voluntate peccaverit, quam ejus qui errore deceptus ſit.* Errabant autem Judæi per ignorantiam, Chriſtum Dominum pro filio Dei non agnoſcentes: *nam ſi agnoviſſent,* [r] inquit Apoſtolus, *nequaquam Dominum gloriæ crucifixiſſent.* Verum illi idolorum artifices probè norant ſacramentum eſſe corporis Domini quod diſtribuebant, ac ultro nihilominus ſacrilegis ac impuris manibus illud contingere præſumebant. Jure ergo potuit Tertullianus crimen eorum gravius cenſere quam eorum qui Chriſto ipſi manus injeciſſent, ignari Chriſtum illum eſſe. Quamquam nemo neſcit in exaggerationibus oratorijs, qualis eſt hæc Tertulliani, non eſſe ſemper urgendas comparationis partes, quaſi res omnino foret eadem. Similis locus habetur apud Caſſianum, Neſtorium hoc pacto cum Judæis comparantem: *par,* [s] ait illi, *in hac parte utriuſque veſtrum videri poſſit impietas, niſi quod hoc majus eſt crimen tuum, quod illi eum negabant, in quo adhuc paſſio oſtendebat hominem, tu eum denegas quem etiam reſurrectio jam probavit Deum. Ac per hoc illi eum perſequebantur in terra, tu perſequeris & in Cœlo. Nec ſolum id, ſed hoc utique crudelius & ſceleſtius, quod illi negabant per ignorantiam, tu poſt fidem: illi neſcientes Dominum; tu confeſſum Deum: illi ſub æmulatione legis; tu ſub profeſſione antiſtitis: illi eum a quo ſe arbitrabantur alienos, tu eum cujus ſacerdos es,* &c.

Quartus Tertulliani locus habetur in libro de *corona militis*, ubi de varijs ceremonijs ex traditione & conſuetudine obſervatis, ait, [t] *calicis aut panis etiam noſtri aliquid decuti in terram anxie patimur.* At ſi panis Euchariſtiæ, inquit [u] Bellarminus ad ſimilem locum,

[f] *Vbi ſupr. chap.* 10.

[g] *Cap.* 7.

[h] *Epiſt.* 23.

[i] *In Pſalm.* 25. *enarrat.* 2.

[k] *Pag.* 131.

[l] *In Pſalm.* 45.

[m] *Lib.* 2.

[n] *De incarnat. l.* 3. *c.* 10.

[o] *Cap.* 6. 5. 6. & *cap.* 10. 26. & 29.

[p] *Hieronym. in Catalogo.*

[q] *Epiſt. l.* 4. *epiſt.* 2.

[r] 1. *Cor.* 2. 8.

[s] *De incarnat. lib.* 6. *c.* 18.

[t] *Cap.* 3.

[u] *De Euch. l.* 2. *c.* 7. & 9.

Tertullianus.

[k] *Auguſt. contr. Fauſt. lib.* 19. *c.* 16.

Tertullianus. locum, *non esset corpus Christi nisi representative, non esset adhibenda major diligentia ne caderet in terram quam ea sit quam adhibemus ne sacra biblia in terram cadant.* Verum, ut prætermittam Adversarium supponere, majorem adhibitam fuisse diligentiam ne panis ille, de quo Tertullianus loquitur, in terram caderet, quam ne sacra biblia in terram caderent; quod sane incertum est, nec fortasse verum: respondeo, locum hunc (si forte de pane Eucharistico est intelligendus) plane in contrarium testari, panem Eucharistiæ non esse proprie & substantialiter Christi corpus. Loquitur enim Tertullianus de ejusmodi pane cujus *aliquid*, id est, particula aliqua a toto separatum divelli queat, & in terram cadere. At proprium Domini corpus non ita friabile est ut aliquid ejus a toto separari possit & decidere: panis ergò Eucharistiæ non est proprie & substantialiter Domini corpus, ac proinde ejus tantummodò sacrum signum est. Sed id tantum ad hominem. De pane siquidem Eucharistiæ Tertullianum ibi non agere, sed de pane communis victus, ex ipsimet Adversarijs contendunt plurimi, Laurentius & Pamelius Tertulliani commentatores, [p] Salmero, Albaspinæus, & Perronius ab Albaspinæo laudatus, *cujus*, [q] inquit postremus hic, *aliam rationem non reperies, nisi quod ex hujusmodi rebus sacrosanctum Christi corpus* (dicerem ego, *sacramentum corporis*) *conficitur, atque res illæ aliquo honore dignæ majoribus nostris visæ sint quæ tanto mysterio inservirent.* Quamquam incertum prorsus est, utrum ea de causa, an aliqua alia mos ille apud Veteres locum olim habuerit, cum ea, quod sciam, a nemine sit explicata.

[p] Tom. 9 tr. 21. p. 147.

[q] In hunc locum.

Quintus locus a Pamelio, Cotletello & Albaspinæo objectus, habetur in libro de oratione, ubi Tertullianus hanc orationis Dominicæ petitionem, *panem nostrum quotidianum da nobis hodie*, exponens, ait: [r] *quam eleganter sapientia ordinem orationis injunxit, ut post cælestia, adesset, post Dei nomen, post Dei voluntatem & Dei regnum, terrenis quoque necessitatibus petitioni locum faceret, &c? Quamquam, panem nostrum quotidianum da nobis hodie, spiritaliter panis intelligamus. Christus enim panis noster est, quia vita Christus, & vita panis, ego sum panis vitæ. Et paulo supra: panis est sermo Dei vivi qui de cælo descendit. Tum, quod & corpus ejus in pane censetur: hoc est corpus meum. Itaque petendo panem quotidianum, perpetuitatem postulamus in Christo & individuitatem a corpore ejus.* Quæ verba, inquit Albaspinæus Episcopus Aurelianensis, *quisquis diligenter attenderit, nunquam Auctorem in Adversariorum sententiam transisse dicturus est.* Tripartiam enim hæc verba, panem nostrum quotidianum, *explicat. Primum de pane communi, deinde de Christo qui credentium verus est panis, postremò de corpore Christi quod est in Eucharistia. Ubi animadvertendum est, eum discrimen constituere inter Jesum quatenus fideles & credentes nutrit, & eundem ipsum Jesum in Eucharistia existentem. Nam ubi expositum, quamobrem Jesus panis sit eorum qui ipsum confitentur, atque in eum credunt, alium rursus affert modum quo ipsemet Christus est panis,* tum quod corpus ejus in pane censetur. *Itaque duos illos panes, duplicemque alendi modum hoc loco distinguit: quod facere nihil sane necesse, si Christus sola fide in Eucharistia sumitur ab iis qui in eum, ejusque Evangelium credunt. Præterea, loquitur ut plurimum verbis Jurisconsultorum propriis, apud quos,* censetur, *idem sonat quod* est. *Denique hac oratione colligit,* nos perpetuitatem postulare in Christo & individuitatem a corpore ejus, *quorum primum ad manducationem Christi per fidem refertur, postremum vero,* individuitatem a corpore ejus, *ad Eucharistiam, atque eo usus est verbum ostenderet Eucharistia nos magis propiusque unire cum Christo, quam fide: & si quis observet hujusce veteris acceptionem in libris de patientia, de præscriptionibus ad Uxorem, aliisque locis, reperiet certe unionem & corpoream conjunctionem eam semper significare.* Sed Tertulliani mentem misere torquet. Tertullianus enim bifariam exponit hanc supramemoratam orationis Dominicæ petitionem, *carnaliter*, videlicet ut paulo infra loquitur de terrenis necessitatibus; *spiritaliter* vero, tum de Christo, tum rursum de corporis ejus sacramento: unde & concedi potest eum illam tripartiam exponere. Sed falsum est quod addit Albaspinæus, eum illam spiritualiter exponentem, *distinguere inter Christum quatenus credentes & fideles nutrit, & eundem ipsum in Eucharistia existentem.* Adversarij figmentum est, non Tertulliani enuntiatum: sicut & id quod subjungit in sequentibus, *Tertullianum, ubi exposuit quamobrem Jesus panis sit eorum qui ipsum confitentur atque in eum credunt, alium rursus asserre modum quo ipse Christus est panis.* Fundamentum autem erroris illius est in his verbis Authoris, *corpus ejus in pane censetur*, perperam ab eo intellectis & acceptis. Nihil enim aliud per illa designare vult Tertullianus, nisi panis vocabulo in oratione Dominica intelligendum quoque esse panem sacramentalem quem Dominus, cum Eucharistiam institueret; appellatione sui corporis honoravit. Sic enim Verbum illud censere ab ipso sumitur in libro de patientia, ubi exponens hæc Evangelii Verba, *beati mites*, ait: [a] *hoc quidem vocabulo impatientes non licet omnino censeri*, id est, intelligi, nuncupari & designari. Et libro contra Marcionem quarto: [a] *Ipso titulo figurationis censetur Christus apud Danielem; id est, designatur & significatur:* quod libro sequente in alium scripturæ locum hic clarius enunciat, [b] *Christi corpus ostenditur in nomine hominis.* Docet ergo Tertullianus in oratione Dominica panem tripliciter sumi pone:

[r] Cap. 6.

[a] Cap. 11.

[a] Cap. 10.

[b] Contr. Marcion. l. 5. c. 9. vid. & Hieronym. in cap. 6. Matth.

Digitized by Google

Tertullianus.

posse: pro *pane communis victus*, pro *pane qui de cœlo descendit*, hoc est, Christo Domino vero Deo & homine qui se Joannis sexto *panem vitæ* indigetat, pro *pane* denique mystico & sacramentali quem Dominus corpus suum appellavit. Quod & ab illo fortè mutuatus

c *De Sermon. Dom. in monte l. 2. c. 12.*

Augustinus, clarissime sic explicat; c *Panis quotidianus, aut pro ijs omnibus dictus est quæ hujus vitæ necessitatem sustentant, &c; Aut pro sacramento corporis Christi quod quotidie accipimus; Aut pro spiritali cibo, de quo idem Dominus dicit, &c, Ego sum panis vitæ.* Quæ illorum verba quisquis diligenter attenderit, utrumque in sententiam nostram transisse dicturus est, si ingenuus esse velit. Quamobrem enim distinguerent panem sacramentalem, seu sacramentum corporis Christi a Christo, si sacramentum corporis quod quotidiè accipi dicunt, ipsum Christi corpus, seu ipsummet Christum esse credidissent? Res enim illos distinguere, non autem rei modos, ut fingit Albaspinæus, luce clarius est. Sed rursum falsum est quod ait, *Tertullianum hac oratione colligentem, nos perpetuitatem postulare in Christo & individuitatem a corpore ejus, primum referre ad manducationem Christi per fidem, postremum ad Eucharistiam; atque eo usum esse verbo, ut ostenderet Eucharistia nos magis propiusque uniri cum Christo quam fide; ac denique, individuitatem intimam & corpoream conjunctionem semper significare.* Nam, ut a fine ordiar, nec *individuitas* corpoream conjunctionem semper significat apud Tertullianum, sed quandoque spiritualem, ut quando ait in libro de patientia, *malitiam cum impatientia individuas in uno patris sinu adolevisse*; Et rursum: *cum Spiritus Dei descendit, individua patientia comitatur eum*; nec *perpetuitatem* ad manducationem per fidem, *individuitatem* ad Eucharistiam refert; sed utramque simul, tum ad Eucharistiam tum ad manducationem per fidem, ad hanc autem potissimum cum de ea Dominus dixerit, d *qui manducat carnem meam & sanguinem meum bibit, manet in me, & ego in eo*, secundum ipsum Tertullianum supra in loco de resurrectione citatum, fatente etiam Perronio tantoperè ab Albaspinæo laudato; nec denique, si individuitatem ad solam Eucharistiam referret, ideò innuere vellet aut corpoream conjunctionem qualem Adversarius imaginatur, aut Eucharistia nos magis propiusque uniri cum Christo quam fide, si quidem per fidem e *ei consubstantiamur ac ejusdem essentiæ evadimus*: qua unione nulla major aut propior assignari potest; sed tantum, nos a Deo quærere ne corporis ejus id est, sacramenti corporis ejus communione privemur. Id enim est quod eo sensu per *individuitatem a corpore* intelligit.

d *Tom. 6. 56.*

e *Chrysost. in 2. Cor. homil. 5. Τὴν εἰσω Χριστόν. Et ad Hebr. homil. 6. Συνανακραθῆναι.*

Sextus locus habetur in libro de spectaculis, a quibus Tertullianus Christianos auocare volens: *Quale est, f* inquit, *ex ore quo Amen in sanctum protuleris, gladiatori testimonium reddere?* Quæ verba, inquit Albaspinæus, *ad Eucharistiam pertinere nemo insectatus ibit, qui hujusce vocis, Amen, significationem, & pristina Ecclesiæ ritum & consuetudinem non ignorarit. Nam in hujusmodi mysteriis hanc vocem sæpius repetebant, ut alias diximus, & hæc Tertulliani verba eodem referenda esse ex his sequentibus liquet*, gladiatori testimonium reddere. *Vult enim dicere, turpe & flagitiosum esse ea ipsa lingua atque ore quo porrigente Diacono testamur nos verum corpus Christi in ecclesia sumere, mancipijs Diaboli & gladiatoribus applaudere &c. Porro pusillum juvat percontari Adversarios, quorsum Diaconum se verum corpus Christi porrigere monuisset: populus identidem se ita credere professus fuisset, ni utrique ita se rem habere existimassent. Enimuero in mysterijs fidei & sacramentis quæ extraneos arbitros non verebantur, debebant certe sumentibus, non solum rem sicuti erat rudi plebeculæ aperire, verum etiam si ea ipsa verba scriptura aliter intellexissent quam sonant, mollire, eorumque sensum patefacere.* Verum sicut facile concedimus hæc verba ad Eucharistiam pertinere, contra pariter negamus Diaconum Eucharistiam porrigentem dicere solitum, se *verum Christi corpus* præbere, saltem prout Albaspinæus vocem, *verum*, sumit. Nam Episcopus, Presbyter, aut Diaconus Eucharistiam porrigentes nō dicebant, *hoc est verum corpus Christi*, sed tantummodò, *corpus Christi*; ad quod populus respondebat, *Amen*: non magis utrique credentes id quod porrigebatur & accipiebatur esse propriè Christi corpus, quam se esse proprie illud ipsummet corpus, quamvis eis quoque diceretur, g *ad id quod estis respondetis, Amen, & respondendo subscribitis*; ut supra in Pseudo-Clemente ostendimus, & infra in Eusebio, Augustino & Leone, Deo dante, sumus ostensuri. Sed rursum, inquit Adversarius, *accedit, tanti Tertullianum fecisse Eucharistiam, ut nihil dignius, neque præstantius Christianum contingere, neque alia de causa illud ipsum magis consecrari polluique credidisse.* Quod merum est illius somnium. Nihil enim ejusmodi Tertullianus observat. Tantummodo ait, indignum esse, os illud quo Amen in Sanctum prolatum fuerit, ad barbaras & profanas gladiatorum actiones approbandas aperire. Denique, inquit, *notandum est Eucharistiam hic a Tertulliano, sanctum vocari, quasi præsentem Christum ejusque corpus hoc nomine designet, vimque ac gratiam sermonis in eo sitam esse, quod os illud, & vox qua se sanctum & Christum accipere testaretur, non deberet testimonium pro gladiatore & Diabolo dicere.* Sed falso supponit Tertullianum per *Sanctum* Christum præsentem, propriumque ejus corpus intelligere. Sanctum ibi neutro genere sumit, perinde ac si dixisset, *rem sanctam*, ac per illud designat panem sacramentalem, sic appellatum quia prece & virtute

f *Cap. 25.*

g *August. in serm. ad Infantes apud Fulgentium.*

Tertullianus.

virtute Spiritus ex communi ſacer ac ſanctus fieret: quemadmodum de more erat, ſigna ſacramentalia generatim τὸ πὶ ἅγια appellare, & ἁγιάσματα, & in ſingulari Euchariſtiam τὴν ἁγίαν τροφήν.

h *Vid Pſeudo-Dionyſ. Areopag. Dionyſium Alexandr. apud Euſeb. l. 7. c. 8. Concil. Laodic. c. 14. & Liturg. Baſil.*

Septimus locus extat in eodem de ſpectaculis libro circa finem, ubi rurſum Tertullianus Chriſtianos a ſpectaculis auertere contendens, eos per antitheſin elegantem monet de alijs voluptatibus ſanctis & licitis quibus indulgere queant, ac ſubjicit: *Vis autem & aliquid ſanguinis? habes Chriſti.* Ad quæ verba notaverat Pamelius: *ſanguinis a Chriſto effuſi memoriam objicit ſanguinarijs voluptatibus.* Nec malè: Poteſt enim ſenſus eſſe, & quidem elegans, *ſi ſanguinis effuſione delectamini, voluptatem eam ſumite in contemplatione ſpiritualis ſanguinis Chriſti pro vobis effuſi.* Albaſpinæus tamen vult hæc, quicquid ſit interpretationis aliorum, ad Euchariſtiam pertinere. Idque duabus rationibus, quarum prior eſt: *cum Tertullianus dicat, Chriſtianos habere Chriſti ſanguinem, quo non minus quam nationes cruore velis animæ & in arena jugulata ſatientur, ad rem magis facere videtur, & comparatione & ſimilitudine magis conveniens, de vero calicis ſanguine eum locutum eſſe, quam de recordatione ejuſdem ſanguinis è cruce ſtillantis. Neque veriſimile ſit arenæ ſanguinem quem è jugulo ſalientem ipſis oculis haurirent Ethnici & in delicijs haberent, cum ſola memoria ſanguinis excruciati & morientis Chriſti eum comparaſſe.* Verum, quis facile reſpondebit contrarium potius ſibi veriſimilius videri, aut ſaltem æque veriſimile, probabileque admodum eſſe Tertullianum Chriſtiano dicentem, *vis aliquid ſanguinis? habes Chriſti*; intelligere, illum habere ſanguinem in cujus contemplatione, ſe quoticſcumque liberet delectare poſſet, quod aptiſſime referri poteſt ad ſanguinem Chriſti in cruce effuſum, quem penes eum eſſet fidei oculis perpetuò intueri. Is enim, ut potè verè effuſus optime comparatur, gladiatorum ſanguini vere pariter effuſo: quæ convenientia in Euchariſtia locum non habet, in qua ex Adverſariorum ipſorum confeſſione ſanguis Chriſti nec ſunditur nec videtur. Sed demus id ad Euchariſtiam pertinere: non ideo evicerit id de proprio ſanguine Chriſti in calice, ut ſupponit, contento eſſe accipiendum. Tertullianus hoc dixerit de vino ſacramentali in calice contento quod a *ſecundum quemdam modum ſanguis Chriſti eſt*: quod & fortaſſe innuit hac loquendi formula *aliquid ſanguinis*, prout Origenes de pane Euchariſtico (& tamen ita eſt) loquens, b ait illũ eſſe *corpus quoddam ſanctum*; per determinationem (ut ita loquar) diminuentem, ac ſimul deſignantem ſe de ejuſmodi ſanguine loqui de quo pauxillum etiam quis ſumere queat, non tantum videre. Cum enim viſibilis ſit & in oculos incurrat, multo melius ad ſimilitudinem & comparationem quadrat quam proprius Chriſti ſanguis, ex ipſorum Adverſariorum Hypotheſi fictitia, in Euchariſtia inviſibilis, cujuſque pauxillum, cum diviſionem haud admittat, percipi & ſumi nequit. Poſterior Albaſpinæi ratio eſt, quia *Tertullianus ſuperius in eodem libello, hoſtias quas immolatas convivijs poſtea adhiberent, non cum memoria corporis Chriſti crucifixi, ſed cum Euchariſtia ſociavit & contulit*: De parentato, *inquit*, non edimus, quia non poſſumus cœnam Dei edere, & cœnam Dæmoniorum. *Ad quæ etiam verba ſi animum contentionis vacuum applicet, ea ſententiam noſtram confirmare deprehendet. Nam cauſam referendo, quamobrem de parentato & ſacrificato Gentilium non ederent Chriſtiani, quia videlicet cœnam Chriſti ſumerent, utramque Cœnam aliquatenus comparat, & ita utramque de parentato & ſacrificato præbere: nationum Cœnam de idolothytis, Chriſtianorum vero ipſa Chriſti carne pro generis humani ſalute immolata & caſa, inſtructam inſinuat.* Sed facile rurſum quis reſpondebit, non recte colligi, ex eo quod Tertullianus ibi Cœnam Dei aliquatenus comparet cum cœna Dæmoniorum, hic eum pariter ſanguinem gladiatorum conferre cum Euchariſtia, non autem cum ſanguine Chriſti in cruce effuſo & per memoriam quodammodo repræſentato. Nam comparationes variè inſtitui ſolent, prout ſeries ſermonis & materia dicti requirit. Ad obſervationem autem *de comparatione Cœnæ Dei & cœnæ Dæmoniorum a Tertulliano aliquatenus inſtituta*, unde argumentum deducit Albaſpinæus, dico illam eſſe frivolam. Nam Tertullianus non illas propriè inter ſe comparat ratione rei contentæ: ſequeretur enim carnem Chriſti, (ſiquidem eſt in Euchariſtia, ut Adverſarij volunt) eſſe ibi conſtitutam formaliter & realiter ſub ratione inanimatæ, paſſæ & mortuæ, quo reſpectu tamen confitetur c Perronius eam in Euchariſtia non contineri, quandoquidem parentata & ſacrificata Gentilium in Dæmoniorum Cœna inanima erant & mortua; ſed ratione qualitatis, cum una ſancta ſit, altera in contrarium profana & ſacrilega: ac proinde ait non licere Chriſtianis ſacram Dei cœnam glorioſè participantibus, ſe impuræ Dæmoniorum in parentatorum eſu cœnæ participatione turpiter contaminare.

Tertullianus.

c *De S. Auguſtino c. 3.*

Octavus denique locus ab Adverſarijs objectus habetur in carminibus adverſus Marcionem libro quarto capite octavo ſuper hoc ſic commentatur Albaſpinæus: *hoc capite in eo potiſſimum verſatur Tertullianus ut ſolidum Chriſti corpus ejuſque divinitatem per ea quæ geſſit demonſtret, occaſione data ab errore Iudæorum qui ut Chriſtum Deum, ita eumdem hominem negarent Marcionita:*

a *Auguſt. Epiſt. 23.*

b *Conſtra. Celſum l. 8. ſῶμα τι ἅγιον.*

Aſpicite

Digitized by Google

Tertullianus.

Aſpicite errorem, inquit, *qui vos expugnat utroſque*
Ille Deum, vos falſo hominem ſine corpore corpus
Dicitis.
Itaquè ab his duobus carminibus quæ præcedens caput claudunt.
Namque hominem pariterque Deum tunc facta probabunt
Commixtũ, nec panca dabit ſignacula mundus.
Et.
Non ſe factorem mundi per facta probavit.
Et portare ſimul de carne & ſanguine corpus?
Hoc omne ad confirmationem & probationem divinæ & humanæ Chriſti naturæ Tertullianum inſtruxiſſe, ſcilicet.

d Hoc verſus ego hûc refero ut melius videatur hoc & ſolutio argumenti.

d Filius ipſe Dei dum carnis membra requirit
Iam prætextatus palmarum ſuſtinet ictus,
Conſpuitur vultus, ſpinis innexa corona
Compungit caput, & ligno ſuffigitur ipſe,
Potatur ſcriblita & fel miſcetur aceto.
Dividitur veſtis, ſortes mittuntur in illa,
Quod rapuit ſibi quiſque tenet, caligine multa
Exſpirante Deo tacitè de corpore carnis
In tenebris tremefacta dies cum ſole refugit.
Bis fuit una dies, medium nox atra cepervit.
A fundamentis montes agitantur in orbem.
Commota eſt tellus, patuere ſepulcra piorum.
Cunctaque quæ norunt paſſum, tremuere videre.
Examinum telo miles latus hauſit aperto,
Proſiluit & ſanguis, nec aqua minus inde ſecuta eſt.
Hæc illi pacto celant, nolintque fateri
Admiſſi factum, ſcelus occultare volentes.
Spiritus ergò poteſt gerere ſine corpore veſtem?
Aut pœnam capit, aut ferret violentia vulnus,
Aut moritur ſurgitque, & ſanguis funditur inde,
De quæ carne? quia illum vos habuiſſe negatis,
Aut finxit potius, ſi vos id dicere tutum eſt.
Quamquam præcipites dicatis plura tacendo.
Subjungit:
Non ergo manifeſta fides, non omnia fixa?
Ante diem quam cum paterentur paſcha celebrans,
Diſcipulique ſuis tradens memorabile factum,
Acceptum panem pariter, vitiſque liquorem
Corpus, ait, ſanguiſque meus qui funditur hic eſt
Pro vobis, fieri ſemper quæ poſtea juſſit.
Quâve creatura panem vinumque putatis
Eſſe ſuum corpus cum ſanguine? quæque fatenda?
Non ſe factorem mundi per facta probavit?
Et portare ſimul de carne & ſanguine corpus?

Hoc omne, inquam, *ad probationem divinæ & humanæ naturæ Chriſti inſtruxiſſe. Nam per duo prima carmina apparet eum in hanc probationem deſcendere; & hæc verba futuri temporis*, probabunt, dabit, *confirmant ea quæ ſequuntur miracula ad id demonſtrandum attuliſſe. Deinde duo ultima carmina quid aliud concludunt, quam quod toto capite præſtitit, & conatus eſt oſtendere, nempe, Chriſtum per facta ſua ſe Deum & hominem probaſſe? Itaque in quamcunque partem ſe vertant Adverſarij, neceſſe eſt fateantur ex Tertulliani ſententia, per myſterium Euchariſtiæ, nos in cognitionem divinitatis aut humanitatis Chriſti, aut utriuſque pervenire poſſe. Et ob hanc cauſam hæc omnia facta & miracula enumerari a Tertulliano: quæ propter ut præſens conſilium in tantis angu ſtijs capiant, æquam eis conditionem offero, & optionem facio, ut vel corpus Chriſti contra Marcionem, vel ejus divinitatem adverſus Iudæos hoc cœnæ myſterio eligant demonſtrari.*

Tertullianus.

Si corpus per hoc memorabile cœnæ factum malint probari, Chriſtumque hoc ſacramento veri ſui corporis fidem firmaſſe, quomodo cum ſuo ſigno id conſequentur Adverſarij? Aut qui potuit Chriſtus ſeſe corporeum vere oſtendere, effœtum modo & vacuum oſtendendo ſignum? Sed ad ſe redeant, quæſo, & advertant quanto res clarior evadat, & validius longe ex hoc myſterio veritas corporis Chriſti contra Marcionem confirmetur, ſi verba cœnæ accipiant ſicuti nos, remque quam credimus per ea fieri exiſtiment. Nam neceſſe eſt vero & ſolido Chriſtum conſtitiſſe corpore ſi panem in verum corpus mutavit.

Redeo ad aliam conditionis partem quam obtulimus, quæ ve Adverſarijs poteſtatem fecimus eligendi utrum malint ex hoc myſterio divinam quam humanam Chriſti naturam cognoſci. Sed eam recuſant, opinor. Nam res non foret ambigua, ſi ea conditione Tertulliani ſermonem explicarent: quia ſcilicet aliquid in cœna eſſet quod miraculi locum neceſſario obtineret, alioquin non ſatis ſe Deum probaſſet per Euchariſtiam, ſi nil aliud quam ſignum feciſſet vel ſi totum hoc myſterium quod memorabile factum vocat, in figuram abiret, quæ miraculi vim non obtinebit. Neque aliter hoc capite probat Chriſtum Deum fuiſſe, quam ejus miracula enarrando. Et ea de cauſa lugentis naturæ labores & hæc miracula accumulat. Expirante Deo tacitè de corpore carnis, &c. *Hæc omnia ad Chriſti divinam naturam contra Iudæos confirmandam perſtringit Tertullianus. Quare ſi ex myſterio Euchariſtiæ, eadem probetur natura, eandem quoque probandi vim, nempe, miracula, neceſſe eſt Adverſarios in Euchariſtia admirari.*

Cæterum hæc verba, Non ergo manifeſta fides? Non omnia fixa? *Conſideranda ſunt, quæ de Cœna myſterio dicturus præmittit Tertullianus ad fidem tanti facti in animis excitandam. Præterea ex his colligitur in verbis Cœnæ nihil ambigui Antiquos Patres intellexiſſe, cum ex ſimplici & nuda narratione ultimæ cœnæ, affirmarent hoc totum myſterium manifeſtum eſſe; & nullo alio argumento demonſtrat Marcioni Tertullianus, Chriſtum verè panem feciſſe corpus & carnem ſuam, quam ea perſpicuitate & certitudine ejus Hiſtoriæ & verborum Chriſti.*

Huc uſque Albaſpinæus verboſè adnodum, ſed adeo futiliter poſt ea quæ ſupra a nobis

Tertullianus.

nobis dicta sunt, ut hæc alia de causa animadversionem non mereantur nisi propter thrasonicam ejus de illis confidentiam. Dico ergo breviter, verum quidem esse, Tertullianum in hoc octavo capite probare velle Christum ex humana simul ac divina natura constare; reliqua autem omnia ab Adversario superaddita, aut falsa esse, aut ἀζυμόσυρα.

Primò enim falsò & inepte dicit, Tertullianum divinam Christi naturam contra Judæos ex Eucharistia confirmare. Quæcumque enim fuerit illius de Eucharistia fides, ea nihil ad Judæos revincendos conducebat, cum illam non admitterent, nihilque sit in Eucharistia miraculosum apparens quo eorum protervia infringi & coargui posset. Miraculis quidem illum confirmare divinam in Christo naturam certum & indubium est, sed tamen, non miraculis ab Eucharistia ductis. Nam *sacramenta*, [a] inquit Augustinus, *honorem tanquam religiosa possunt habere; stuporem tanquam mira non possunt.* Et ea fortassis ratio est, cur Tertullianus Eucharistiæ confectionem non miraculosum aut mirabile factum indigetet, sed tantum memorabile factum. Miracula quæ producit habentur in illis versibus.

[a] De Trinit. l. 3. c. 10.

Caligine multa
Expirante Deo tacitè de corpore carnis
In tenebris tremefacta dies cum sole refugit.
Bis fuit una dies, medium nox atra coperuit
A fundamentis montes agitantur in orbem.
Commota est tellus, patuere sepulchra priorum
Cunctaque quæ norunt, passum timuere videre.

Cum enim hæc prodigiosa miraculosaque forent, ac in omnium oculos manifestè incurrerent, plane designabant Judæis eum quem crucifixerant non esse merum hominem, sed verum naturæ Authorem cui natura universa quodammodò compateretur. Atque ad id pertinet versus ille quem urget Adversarius quasi de Eucharistia dictus foret,

Non ergo manifesta fides? Non omnia fixa?

Refertur enim ad supra dictas miraculosas probationes tanquam corollarium ex ijs deductum, non autem ad Eucharistiam de qua in sequentibus agit, ac unde novum argumentum ducit.

Sed quærit Albaspinæus, utrum Tertullianus ex ea probare velit Divinitatem Christi, an humanitatem ejus, an vero utramque. Respondeo, utramque: sed non contra Judæos, verum contra Marcionitas. Dico divinitatem; indirectè tamen & implicitè tantum. Cum enim Marcionitæ illum non negarent esse Deum, minimè opus erat ut directam divinitatis ejus probationem susciperet. Sed negabant Marcionitæ illum esse seu Creatorem, seu Creatoris filium: alterius Dei filium esse prædicantes. Tertullianus igitur primò ex Eucharistia illum esse Creatorem,

Deique creatoris verè filium comprobat in his versibus: Tertullianus.

Quave creatura panem vinumque putatis
Esse suum corpus cum sanguine? quæque fatenda?
Non se factorem mundi per facta probavit?

Complectitur enim per hos versus quod dixerat quarto contra Marcionem libro: *Professus itaque se concupiscentia concupivisse edere pascha ut suum (indignum enim ut quid alienum concupisceret Deus) acceptum panem, ac distributum Discipulis corpus suum illum fecit, hoc est corpus meum, dicendo, id est, figura corporis mei.* Nam panem & vinum ad Eucharistiæ suæ confectionem adhibuit, vel tanquam suas vel tanquam alterius Dei creaturas. Non tanquam alterius Dei: Indignus enim foret & alienorum concupitor, quod Deo cum sit indignum, ab eo alienum, tanquam a Deo, esse debet. Igitur ut suas. Si autem ut suas, verè igitur illarum est factor & Creator, atque idem cum Creatore Deus. Sic ex Eucharistia adversus Marcionem divinam Christi naturam tanquam creatoris ostendit Tertullianus.

Sed rursum ait ex Eucharistia probari, *eum portare simul de carne & sanguine corpus.* Quomodo autem id confirmari intelligit? quia, inquit,

Acceptum panem pariter, vitisque liquorem
Corpus, ait, sanguisque meus qui funditur his est.

Quibus verbis evidenter refert hæc jam supra citata, *Acceptum panem ac distributum Discipulis corpus suum illum fecit*, hoc est corpus meum, *dicendo, id est, figura corporis mei. Figura autem non fuisset, nisi veritatis esset corpus.* Unde deducitur pro veri corporis Christi fide firmissimum argumentum. Nam figura est rei veraciter existentis figura. Atqui Eucharistia figura est corporis Christi: cum enim Dominus de pane accepto diceret, *hoc est corpus meum*; perinde est ac si dixisset, hoc est figura corporis mei. Corpus ergo Christi res est veraciter existens. Similiter apud Theodoretum: [a] O. *Dicito verè, cujus existimas esse symbolum & typum, sanctissimum cibum? Divinitatis ne Domini Christi, An corporis & sanguinis? E. Manifestum est, eorum esse quorum nomina susceperunt. O. Dicis-ne, corporis & sanguinis? E. Sic dico. &c O. Si hæc vera sunt; Ergo corpus habebat Christus.* [a] Dialog. 2.

Qui ergo Albaspinæus dicere ausus est, nos corporis Christi veritatem ex Eucharistia tanquam ex figura & signo consequi non posse, cum inde Veteres argumentum demonstrativum & insolubile deduci posse censuerint? Sed festivum est quod subjungit, clarius & validius veritatem corporis Christi ex Eucharistia confirmatum iri, si verba cœnæ sumantur prout illa accipiunt; cum necesse sit vero & solido Christum corpore constitisse,

Ammonius, seu potius Tatianus.

ſtitiſſe, ſi panem in verum corpus mutavit. Nihil enim hoc argumento obſcurius & infirmius. Negaſſet enim Marcion mutationem panis fieri, cum ſemper panis appareat tam poſt ſanctificationem quam ante; ac rurſum, mutationem panis in verum corpus, tanquam principij petitionem rejeciſſet. Nihil autem Tertullianus habuiſſet quod exciperet. Sed, quid dico Marcionem ab hoc argumento ſe facile extricaturum? Ex eo planè triumphaſſet. Reſpondiſſet enim Catholicam illam, ſcilicet, de Euchariſtia fidem confirmare apertiſſime Chriſti corpus omni ſoliditatè carere. Nam cum ex Hypotheſi Adverſariorum corpus Chriſti in Euchariſtia ſit, non ad modum corporum, ſed ad modum Spirituum, inviſibile, illocale, imperceptibile, impalpabile; de ejuſmodi corpore non aliter quam de germano phantaſmatis ſui fratre illud ad vivum referente judicari poſſe audaciter pronunciaſſet. Quam parum enim differunt Ahola & Ooliba? Sed hæc ante jam notata ſunt, nec illa repeteremus niſi Adverſariorum eamdem cramben perpetuè recoquentium tædioſa importunitas, eò nos licet invitos & nolentes adigeret.

Spiritus Dei; ac de conſequenti ſumus *proprie* filij Dei, hoc eſt, ex Dei ipſius ſubſtantia geniti: quod tamen nemo conceſſerit. Rurſum: Tatianus ipſe ait, *Teſtatus eſt Dominus lapidem ſe eſſe reprobatum ab ædificantibus.* Igitur hoc ex fide credendum eſt: Itaque lapis propriè eſt. Quam falſò & ridiculè? Teſtatio enim ejus non prohibet quo minus metaphoricè & figuratè lapis appelletur. Ad eumdem quoque modum licet teſtetur Dominus panem & calicem corpus & ſanguinem ſuum eſſe, nihilominus panis & Calix figurate corpus & ſanguis ejus ſunt, ſeu, ut Tatianus ibidem ſubiungit, *mortis ejus memoria.* Sed quid hic tamdiu moramur? Locum hunc retorqueamus contra Adverſarios. Nam cum Tatianus dicat, *Dominum teſtatum eſſe panem ac vini calicem corpus eſſe ſuum ac ſanguinem* manifeſte indicat verborum *hoc eſt corpus meum* ſenſum, in quibus id teſtatur Dominus, ejuſmodi eſſe, *hic panis eſt corpus meum*; quo poſito neceſſarium eſt ad tropum confugere, ut ſupra fatebantur Salmero & Bellarminus, propter terminorum ex diſparatione repugnantiam.

Examen Teſtimonij Ammonij Alexandrini Seu potius Tatiani Syri.

SCRIPSIT [p] Ammonius Alexandrinus Harmoniam quatuor Euangeliorum. [a] Tatianus quoque Syrus Harmoniæ ſpeciem quandam Diateſſaron inſcripſit, quodammodò paraphraſticam, ante Ammonium publicavit. Utraque habetur in [b] Bibliotheca Patrum. Adverſariorum autem nonnulli perperam illas confundentes, ex ea quæ Tatiani eſt ſub Ammonij nomine hæc nobis objiciunt: *Accepto pane, deinde vini calice, corpus eſſe ſuum ac ſanguinem teſtatus, manducare illos juſſit & bibere, quod ea ſit futura calamitatis mortiſque ſua memoria.* Unde ſic argumentantur: *Cenſet igitur eſſe de fide credendum, cum dicat Chriſtum hoc teſtatum fuiſſe.* Ita [c] Scribonius, perplexè & intricate quo argumenti vitium & defectum occultaret. Nam quale eſt id argumentum: *Teſtatus eſt Dominus, panem & vini calicem corpus eſſe ſuum, ac ſanguinem; Ergo id de fide credendum eſt?* Concedimus ſanè: ſed quid inde nobis deperit? Nihil prorſus, niſi aſſumas ac valida ratione probes, quicquid fide credendum eſt aliquid eſſe quod dicitur, illud eſſe propriè. Id autem falſiſſimum eſſe facile poſſimus demonſtrare. Nam Apoſtolus ait, [d] *Spiritum Dei teſtari cum Spiritu noſtro nos eſſe filios Dei.* Similiter ergo dicam: Id ex fide credendum eſt, quandoquidem teſtatur hoc

[p] *Scripſit Ammonius circa annum 220.*
[a] *Scripſit circa annum Dom. 180.*
[b] *Edit. 1624. tom. 7.*
[c] *De Euch. diſp. 5. q. 9.*
[d] *Rom. 8. 16.*

Examen Teſtimoniorum Origenis.

Circa annum Dom. 225.

CAPUT I.

SEQUITUR *admirandus & laboriſſimus* Origenes, ut illum ab Athanaſio indigetari [a] Socrates obſervat, in cujus pariter operibus quæ ad nos uſque pervenerunt, luculentiſſima habemus teſtimonia.

[a] *Hiſtor. lib. 6. c. 12.*

Primus locus ducitur è commentario in Matthæi caput decimum quintum, ubi exponens hæc verba, *Non quod in os ingreditur, polluit hominem*; ſic loquitur: *Dixerit quiſpiam in hunc locum incidens, quod ſicut quod ingreditur in os, non polluit hominem, etiam ſi putetur a Judæis pollutum; ita quod ingreditur in os non ſanctificat hominem etiamſi a Simplicioribus credatur ſanctificare, nimirum is qui vocatur panis Domini. Et eſt, ni fallor, oratio non contemnenda, eoque deſideratis dilucidam expoſitionem, quæ mihi talis videtur. Quemadmodum non cibus, ſed conſcientia cum hæſitatione veſcentis polluit edentem, & quod qui hæſitat, ſi veſcatur, judicatus eſt, quia non ex fide; & quemadmodum nihil eſt imparum per ſe polluto & incredulo, ſed propter ipſius immunditiam & incredulitatem: Ita quod ſanctificatur per Verbum Dei & orationem, non ſuapte natura ſanctificat mentem. Nam ſi id eſſet, ſanctificaret etiam illum qui comedit indigne, neque quiſquam ob hunc eſum infirmus aut ægrotus fuiſſet, aut obdormiſſet: tale quiddam enim Paulus demonſtrat cum ait, Propter hoc in vobis infirmi & malè valentes, & dormiunt multi. Proinde etiam*

Origenes. *in pane Domini tum utilitas eſt veſcendi, cum impolluta mente, puraque conſcientia particeps eſt illius. Sic quoad eſum per ſe attinet, nec ex hoc quia non edimus de pane per Verbum Dei & obſecrationem ſanctificato, frandamur aliquo bono, nec ex edendo abundamus aliquo bono: ſi quidem cauſa defectus eſt malitia peccataque, & abundantia cauſa eſt juſtitia & recte facta. Vt tale ſit quod dicitur apud Paulum, his verbis: Neque ſi comederimus, abundabimus, neque ſi non comederimus, minus habebimus. Quod ſi, quicquid ingreditur in os in ventrem abit & in ſeceſſum ejicitur, & ille cibus qui ſanctificatur per Verbum Dei & orationem, juxta id quod habet materiale in ventrem abit & in ſeceſſum ejicitur: Caterum juxta precationem quæ illi acceſſit, proportione fidei fit utilis, efficiens ut perſpicax ſit animus, ſpectans ad id quod utile eſt. Nec materia panis, ſed ſuper illum dictus ſermo eſt qui prodeſt non indigne Domino comedenti illum. Et hæc quidem de typico ſymboliceque corpore. Multa porrò & de ipſo verbo dici poſſent quod factum eſt caro, verumque cibus, quem qui comederit omnino vivet in æternum, quem nullus malus poteſt edere. Et enim ſi fieri poſſit, ut qui malus adhuc perſeveret, edat Verbum factum carnem, cum ſit verbum & panis vivus, nequaquam ſcriptum fuiſſet; Quiſquis ederit panem hunc, vivet in æternum.* Hucusque Origenes: in cujus verbis penè quot clauſulæ, tot argumenta robuſtiſſima. Primò enim aſſerit, panem Euchariſtiæ poſt conſecrationem non ſuaptè natura ſeu propria ſui ratione eo veſcentem ſanctificare ſed tantum habita ratione ejus qui illum percipit: quod de proprio Domini corpore dicere non poſſet, cum certum ſit, illud *natura ſua ſanctificare*, ut obſervat Genebrardus, ad hæc Origenis verba notans ad marginem, *Cave.* Secundò, ait, panem illum ſanctificatum verbo Dei & oratione retinere eſſe ſuum materiale, quod nihil aliud deſignat quam a priori ſubſtantia non diſcedere. Tertio, illum ad morem aliorum ciborum ſecundum eſſe illud materiale in ventrem ac inde in ſeceſſum deſcendere: quod de proprio Chriſti corpore falſiſſimum & blaſphemum foret aſſerere. Quartò, panem eum conſecratum corpus typicum & ſymbolicum appellat. Corpus autem typicum & ſymbolicum opponitur proprio, nec aliud quam proprij corporis typus ac ſymbolum eſt. Quintò, diſertè diſparat corpus hoc typicum & ſymbolicum a vero naturali & proprio Chriſti corpore, cum poſtquam dixiſſet; *Et hæc quidem de typico ſymboliceque corpore*; addit: *multa dici poſſe de ipſo Verbo quod caro factum eſt*, id eſt, de naturali ac ſubſtantiali corpore Domini. Sexto affirmat, longe aliam eſſe rationem Verbi quod caro factum eſt & verus cibus; & panis Euchariſtici qui corpus ejus typicum eſt: cum eius Verbi caro facti illum percipientibus perpetuo & infallibiliter vitam conferat, panis autem Euchariſticus ſæpe a multis ad judicium & condemnationem recipiatur. Denique concludit, panem Euchariſticum ab indignis & pravis ſæpiſſimè edi, verbum autem incarnatum, a nullis malis & indignis unquam participari, nec fieri poſſe ut ab eis in malitia perſeverantibus unquam edatur: qua rurſum manifeſtiſſimè indicat panem Euchariſtiæ non eſſe propriè ac ſubſtantialiter Verbum quod caro factum eſt, & verus cibus. Quid enim clarius? Torquet autem adeò locus hic Adverſarios, ut quo ſe vertant vix ſciant, quod patebit ex inſulſis eorum ſubterfugijs. Origenes.

Primo enim Sixtus Senenſis aquam ſibi hærere videns, præ deſperatione hoc ſolum reſpondet: [b] *Ego, ut libere pronuntiem ſententiam meam, ſuſpicor locum fuiſſe ab hæreticis depravatum.* Suſpicor, inquis. Quamobrem autem ſuſpicaris? Ex ſolo certè cauſæ præjudicio. Temeraria autem ſuſpicio eſt, cujus cauſa nulla nec redditur, nec reddi poteſt.

b *Bibliot. l. 6. annot. 66.*

Secundo reſpondet [c] Gardinerus a [d] Bellarmino innominatim relatus, *Origenem non hoc loco loqui de Euchariſtia, ſed de pane ſanctificato per verbum Dei & orationem quem communiter manducamus, vel de eo qui ſolebat dari Catechumenis loco Euchariſtiæ, de quo ſcribit etiam Auguſtinus lib. 2. de peccatorum meritis & remiſſione c. 26. qui panis recte dici poterat corpus Domini ſymbolicum, quia repræſentabat Euchariſtiam, cum ejus loco daretur.* At utrumque ineptum eſt: Primo quia panis quem communiter manducamus, neque eſt corpus Domini typicum & ſymbolicum, neque panis ille de cujus indigna manducatione Apoſtolus ait, [e] *Propterea inter vos multi ſunt & male valentes & dormientes*: Secundo, quia nullum alium panem Veteres corpus Domini appellabant præter Euchariſticum & Sacramentalem. Teſtatur diſertè Auguſtinus: [f] *Corpus & ſanguinem Chriſti dicimus illud tantum quod ex frugibus terræ acceptum & myſtica prece ſanctificatum rite ſumimus ad ſalutem ſpiritalem in memoriam Dominicæ pro nobis paſſionis.* Et loco ipſo ab Adverſarijs notato: *Quod accipiunt* (Catechumeni) *quamvis non ſit corpus Chriſti, ſanctum tamen eſt.* Tertiò denique quia nullomodò probari poteſt Catechumenis datum fuiſſe panem aliquem benedictum Euchariſtiæ repræſentativum. Id enim merum eſt Adverſariorum figmentum. Locus Auguſtini de Sale eſt intelligendus, de quo Concilium Carthaginenſe 3. Can. 5. *Placuit, ut per ſolemniſſimos Paſchales dies Sacramentum Catechumenis non detur niſi ſolutum ſal.*

c *Ad object. 166.*

d *De Euch. l. 2. c. 8. § Alij.*

e *1. Cor. 11. 30.*

f *De Trinit. l. 3. c. 4.*

Tertio reſpondet Bellarminus ad primum noſtrum argumentum, *loqui Origenem præciſe de eſu corporali Euchariſtiæ abſtrahendo a bonitate, vel malitia ſumentis: & hoc modò verum eſt, eſum illum non prodeſſe, ſi adſit, nec obeſſe, ſi abſit.* Sed hæc nihil ad rem. Argumentum enim

Origenes. enim ducimus ex eo quod negat Origenes panem Euchariſtiæ poſt conſecrationem eo veſcentes ſuapte natura (ſeu *propria ratione*, ut Græca habent) hoc eſt, ex ſe ac ſimpliciter ſanctificare. Id autem quod propriè Chriſti corpus eſt, propria ratione ſeu ex ſe eſſe ſanctificans, negare non poſſet; hoc enim omnes confitentur, cum ſit ſanctificationis noſtræ cauſa per ſe, ſicut fons rivulorum origo eſt. Negat ergo panem Euchariſtiæ poſt conſecrationem eſſe propriè Chriſti corpus, licet ejus corpus appelletur: ac proinde ſupereſt illum eſſe Chriſti corpus typice tantum & ſymbolicè.

Quartò reſpondet ad ſecundum & tertium, *materiale quod in ſeceſſum abit, appellari ab Origene accidentia viſibilia*, videlicet, *non reſpectu formæ naturalis, ſed reſpectu ſanctificationis & ſignificationis*. Verum, ut omittam nec Origenem nec Veterum ullum nuquam obſervare in Euchariſtia eſſe accidentia panis abſque panis ſubſtantia, ac tanti miraculi in eorum ſcriptis altum eſſe ſilentium, Origenes ipſe ſatis apertè indicat quid per materiale illud intelligat, cum infra ait: *Nec materia panis, ſed ſuper illum dictus ſermo eſt qui prodeſt non indigne Dominum comedenti illum*. Quis enim Veterum per materiale panis, aut per materiam panis unquam deſignavit accidentia panis abſque panis ſubſtantia? Proferat Adverſarius vel unicum ex Patribus ſic loquentem, & vicerit. Sed rurſum: Origenes per materiale ſeu per materiam panis id intelligit, *ſuper quod dictus ſermo eſt*, hoc eſt conſecrationis oratio, ut patet ex diſerta ejus affirmatione. At non ſuper ſola viſibilia accidentia panis, ſed ſuper totum panis, nempe, ſuper ſubſtantiam accidentibus ſuis veſtitam oratio conſecrationis pronunciatur: Per materiale & materiam panis igitur totum panis intelligit, hoc eſt, ſubſtantiam panis accidentibus ſuis affectam, ac illam agnoſcit poſt conſecrationem manere, ita tamen ut non illa ſit quæ ſumenti profit, ſed ſanctificato quam per conſecrationem accepit.

Quinto reſpondet, *corpus ſymbolicum & typicum intelligi poſſe, ſive de accidentibus panis quæ ſymbola ſunt corporis Chriſti præſentis, ſive de ipſo Chriſti corpore quod, ut eſt in Euchariſtia, eſt typus ac ſymbolum ſui ipſius, ut fuit in cruce, & ut nunc eſt in cœlo*. Sed utrumque falſiſſimum eſt. Et prius quidem, tum quia per corpus typicum & ſymbolicum Origenes evidenter deſignat materiam panis, id eſt, ſubſtantiâ panis immediatè antè nominatam, tum quia diſerte negat corpus Chriſti in terra jã præſens eſſe, aut alibi quam in cœlo eſſe: *debes*, [a] inquit, *adire Pontificem tuum Chriſtum, qui utique non in terris requirendus eſt, ſed in cœlis*. Et rurſum exponens qua ratione Dominus a nobis abſit, qua vero nobiſcum ſit uſque ad conſummationem ſeculi: *Si virtus*, [b] inquit, *Jeſu congregatur cum his qui congregantur in nomine ejus, non peregrinatur a ſuis, ſed ſemper præſto eſt eis. Quod ſi ſemper omnibus ſuis eſt præſens, quomodò eum introducunt parabolæ ejus peregrinantem? Vide ſi poſſumus ſoluere hoc modo quod quæritur. Qui enim dicit Diſcipulis ſuis*, Ecce ego vobiſcum ſum uſque ad conſummationem ſeculi, *& item*, ubi fuerint duo vel tres congregati in nomine meo, ego ſum in medio eorum: *&c, & qui in medio etiam neſcientium ſe conſiſtit, unigenitus Dei eſt, Deus verbum, & ſapientia & juſtitia & veritas, qui non eſt corporeo ambitu circumcluſus. Secundum hanc divinitatis ſuæ naturam non peregrinatur: ſed peregrinatur ſecundum diſpenſationem corporis quod ſuſcepit*, &c. *Hæc autem dicentes non ſoluimus ſuſcepti corporis hominem, ſed unicuique ſubſtantiæ proprietatem ſervamus*. Denique: *Nec eſt homo, qui eſt, ubicumque duo vel tres in ejus nomine fuerint congregati, neque homo nobiſcum eſt omnibus diebus uſque ad conſummationem ſeculi, nec congregatis ubique fidelibus homo eſt præſens, ſed virtus divina quæ erat in Jeſu*. Poſterius ſimiliter *de corpore Chriſti inviſibili* tanquam typo ſui ipſius viſibilis non minus falſum eſt, tum quia ſecundum ipſum Origenem, nihil ſui ipſius ſignum eſt: quandoquidem *ſignum* dicit eſſe *cũ per hoc quod videtur* aliud quid *indicatur*; tum [c] quia aſſerit, ſignum aliquid eſſe *quod videtur*, abſurdiſſimumque ſit ſtatuere rei viſibilis, quale Chriſti corpus erat in cruce, & in cœlo eſt, ſignum inviſibile; tum quia corpus typicum & ſymbolicum opponitur proprio, unde ſequitur neceſſario non eſſe proprium corpus; tum denique, quia corpus illud typicum & ſymbolicum manifeſte intelligitur de materia panis, ut ſeries ſermonis oſtendit: nõ ergo de vero ac proprio Domini corpore.

Sexto reſpondet, *Origenem loqui de manducatione corporis Chriſti extra ſacramentum, cum dicit non poſſe ab impijs manducari. Et hoc etiam veriſſimum eſt: nam extra ſacramentum manducatur tantum ſpiritualiter. Loqui autem Origenem de manducatione extra ſacramentum patet, tum quia diſtinguit hanc manducationem a manducatione panis ſanctificati per verbum Dei, qui eſt Euchariſtia ſacramentum, tum etiam quia allegat illa verba Ioann. 6.* qui manducat panem hunc vivet in æternum, *qua verba non intelliguntur de Euchariſtia, ſed de ipſa Chriſti incarnatione*. Verum hoc effugium facillime refellitur. Nec enim Origenes diſtinguit inter Chriſtum in Euchariſtiæ perceptione manducatum, & eumdem Chriſtum extra Euchariſtiam manducatum, ut falſo ſupponit Bellarminus, ſed inter panem Euchariſtiæ verbo Dei & oratione ſanctificatum qui Chriſti typicum ac ſymbolicum corpus eſt, id eſt, proprij ejus corporis typus ac ſymbolum, & inter ipſummet Chriſti corpus ſeu Chriſtum ipſum incarnatum tanquam rem ab illo typi-

[a] *In Levitic. hom. 10.*

[b] *In Matth. tr. 33.*

[c] *In Epiſt. ad Rom. l. 4. & in Ioan. tom. 13.*

Digitized by Google

Origenes. co ſignificatam; Ac de pane quidem oratione ſanctificato, eum & a malis & ad judicium recipi poſſe concedit: Chriſtum autem ipſum è contra diſerte negat ab impijs edi poſſe, quoniã non niſi ad vitam edatur, quod probat ex Joannis ſexto. Origenis enim conſtans ac *d* perpetua doctrina eſt, panem Euchariſtiæ quæ typicum Chriſti corpus eſt a bonis & malis, ad vitam & ad judicium edi: corpus autem proprium Chriſti non niſi a bonis & ad vitam percipi poſſe. Prius agnoſcunt omnes: De poſteriori, en ipſius alijs in locis diſertas aſſeverationes. Nulla, inquit, diſſoluta anima poterit edere Carnes Sanctas Verbi Dei. Item: *f Primitiæ quæ offerebantur in Lege, conſumebantur per cibos, & ingreſſa in ventrem dirigebantur (ut Euangelium dicit) in ſeceſſum. Iſtas autem primitias* (Chriſtum) *qui manducaverit, & guſtaverit panem qui de cælo deſcendit, non morietur.* Rurſum: *g Manducant boni quidem de vivo pane qui de cælo deſcendit, mali autem ex mortuo pane qui eſt mors.* Item: *Chriſti veri Diſcipuli*, &c, *in azymis invisibilibus epulantur ſinceritatis & veritatis. Manducant etiam paſcha immolatum Chriſtum pro nobis, qui dixit*; niſi manducaveritis carnem meam, non habebitis vitam manentem in vobis. *Et per hoc quod bibunt ſanguinem ejus, verum potum, ungunt ſuperlimina domorum anima ſua.* Denique: *h In Euangelio ſcriptum eſt.* Patres in deſerto manducaverunt manna & mortui ſunt; qui manducat hunc panem vivet in æternum. *Manna enim, etſi panis a Deo datus, profectus panis erat ijs qui adhuc ſub pædagogo erudiebantur adminiſtratus, panis ijs qui ſub curatoribus & diſpenſatoribus erant, convenientiſſimus. Novus vero qui ex frumento terræ in terra ſancta Ieſu procurante metitur, cum alij quidem laboraverint, ejus autem Diſcipuli metant, panis erat illo vitalior, ijs datus qui paternam hæreditatem propter perfectionem accipere poſſunt. Itaque, qui illo pane inſtruitur, ratione mortem recipere poteſt: qui autem venerit ad eum panem qui illum conſecutus eſt, ac eum ederit, vivet in æternum.* Si autem verum ac proprium Domini corpus non niſi a bonis & ad vitam edi poteſt, euidentiſſimè ſequitur panem Euchariſtiæ poſt ſanctificationem non eſſe propriè illud corpus, ſed ſymbolicè & typice tantum: panem enim Euchariſtiæ a malis edi in confeſſo eſt apud omnes, ut ſupra obſervabamus.

Septimo reſpondet Milleterius, a *Origenem diſtinguere quidem corpus typicum ac ſymbolicum* (*hoc eſt, typum ac ſymbolum corporis Chriſti*) *quod pars eſt exterior & ſenſibilis ſacramenti, ab interiori & intelligibili quod eſt Verbum caro factum, & veritas proprij corporis Chriſti interius credita; ſed non ideo ſeparare, cum utrumque totum ſacramenti conſtituat: ac quando ait,* proprium corpus Chriſti a malis edi non poſſe, & quemcumque qui illud edit vitam habere, *id tantum velle, Euchariſtiam non poſſe ſpiritualiter a malis edi, ac omnes qui illam ſpiritualiter manducent, vitam habere.* Verum, præter ea quæ diximus contra præcedentes ſolutiones, quæque contra hanc ſimiliter pugnant, ea quoque confutatur ex ipſiſimet Origenis verbis. Origenes enim ait, *corpus typicum & ſymbolicum indignè & ab malis, & ad mortem edi poſſe*, ſed *verbum carnem factum nec indignè, nec a malis, nec niſi ad vitam edi poſſe.* Intelligit ergò ſimpliciter & abſolutè, verbum carnẽ factum indignè & a malis & ad mortẽ ſumi non poſſe. Nam ſi mens ipſius tantummodò eſſet, illud non poſſe a malis ſpiritualiter edi, nihil diceret quod non ſimiliter corpori typico & ſymbolico conveniret. Id enim quoque non poteſt a malis ſpiritualiter edi. Nihilominus inter utrumque differentiam hanc ſtatuit, quod corpus typicum indignè, & ad mortem, & a malis ſumi poſſit, verbum autem caro factum non niſi dignè, & a bonis, & ad vitam ſumi queat. Intelligit igitur ſimpliciter & abſolutè verbum carnem factum non poſſe indignè, & a malis, & ad mortem edi; ac proinde non eſſe partem interiorem ſacramenti ſymbolo corporis ſubſtantem. Quod & indè rurſum patet, quia ſi verbum caro factum ſub corpore typico & ſymbolico (hoc eſt, juxta Adverſarium, ſub accidentibus panis) delitelceret, ac utrumque pars integrans ſacramenti ſtrictè & proprie ſic appellati foret, Origenes nullomodò dicere poſſet, illud indigne, & a malis, & ad judicium edi, hoc verò non niſi dignè & a bonis & ad vitam ſumi poſſe. Cum enim ex hac hypotheſi utrumque conjunctim recipiatur, utrumque neceſſario aut indignè & a malis & ad judicium editur, aut digne & a bonis & ad vitam ſuſcipitur; nec differentiæ quam inter illa aſſignat eatenus locus ullus eſſet. Nec Milleterium juvat quod objicit, *neminem poſſe dicere Euchariſtiam objectum eſſe manducationis ſpiritualis, quin agnoſcat neceſſario eam eſſe proprium Chriſti corpus vitæ æternæ cibum.* Id enim falſiſſimum eſſe, vel ex eo liquet quod ipſemet Origenes de corpore typico ac ſymbolico, contradiſtinctè a Verbo incarnato loquens, ait, illud *proportione fidei utile eſſe.* Vult igitur illud quoque ſpiritualis manducationis quæ fide fit objectum eſſe: quod certè veriſſimum eſt, cum quâ ſymbolicum corpus, ſive corporis ſymbolum, niſi ſpiritualiter edatur, non prout par eſt edatur, ac manducetur.

Origenes.

Vidit *b* Perronius ſupra dictas ſolutiones minimè ſatisfacere: Alias ergo commiſcitur pro hominis acumine examine dignas, quamquam nihilo meliores.

b De Euch. l. 2. Art. 7.

Primo igitur quamvis profiteatur ſe nolle decidere,

d In Levitic. hom. 13. In Pſalm. 37. homil. 2. In Ioan. tom. 32.

e In Levitic. hom. 4.

f In Numer. homil. 11.

g In Matth. tract. 3.

h In Ioann. tomo 6. ἐν ἐκκλησίᾳ πάντες οἱ πατέρες ἐν τῇ ἐρήμῳ ἔφαγον τὸ μάννα καὶ ἀπέθανον. ὁ φαγὼν τοῦτον τὸν ἄρτον ζήσει εἰς αἰῶνα. τὸ μὲν γὰρ μάννα ὑπὸ θεοῦ δεδομένον ἄρτος, ὃν σκηνοῦχος ἄρτος· ὃ δὲ εἰς ἐν παιδαγωγικοῖς χρωμένοις ἐφοδίοις ἄρτος, οὐκέτι δὲ ὑπὸ ἐπιτρόπους ἢ οἰκονόμους κείμενος. ὁ δὲ ἐν τῇ αἰῶνι τῇ νέᾳ καὶ ἀπὸ θεοῦ εἰς τὴν γῆν ἐλθὼν ἄρτος ζωοποιός· ὃς ἂν φάγῃ τοῦτον, οὐκέτι ἀποθνήσκει, τοῖς δὲ μαθηταῖς αὐτοῦ ἐφάνη ἄρτος· ἢν οὖν καὶ ζωοποιός· ὃς τὴν ψυχὴν ἐλεημοσύνῃ πλουτήσασαν, πλείστῃ δαπάνῃ δυνάμενος δαπανᾶσθαι. διὸ ὁ μὲν οἰκείῳ ἐπιτιθέμενος τῷ ἄρτῳ, τῷ λόγῳ δύναται δίκαιος δύνασθαι· ὁ δὲ φθείρας ἐπὶ τὸν μυστικὸν ἄρτον, φαγὼν αὐτὸν ζήσεται οὐδ' ἅπαξ.

Ex Manuſcr. regio. a cap. 40. p. 815. & 819.

Origenes.

decidere, utrum locus a nobis adductus, seu, totum in Matthæi fragmentum unde eum deduximus, vere Origenis sit, an non potius Erasmi pro suo in Origenem studio illud ad ejus imitationem confingentis, insitis quibusdam verbis ab Eusebio citatis, & pro amisso Origenis commentario obtrudentis, nihilominus affert quicquid potest ad ejus fidem apud Lectores elevandam. Ait enim, *nihil ejus reperiri in omnibus editionibus Origenis tam impressis quam manuscriptis quæ Erasmum præcesserunt*: ac tursum, *Auctorem scripti vocabulum Tyrij apud Hebræos idem quod* venantes *sonare affirmantem, non videri posse esse Origenem in Hebraica lingua tantopere exercitatum; nec denique constare, utrum Erasmus fragmentum illud, cujuscumque sit, recte verterit, nec corruperit & adulteraverit, de quo illum infamant* c *Sixtus Senensis & d Genebrardus, hic in genere, ille in specie, ac illum saltem debuisse novi hujus & inauditi loci Græca verba ad marginem annotare quò ad ea recurri posset.* Sed hæc nugatoria sunt, & Sycophantica. Quis enim ignorat Veterum Scriptorum opera non simul & eodem tempore, sed paulatim & per gradus Doctorum virorum labore & industria è Bibliothecis eruta, Græcorumque potissimum monumenta, operariorum inopia Græcè serius prodijsse? Hac in parte Origeni accidit quod multis alijs: adeo ut mirum sit Perronium hoc objectare. Ei autem dubium esse non debet utrum Origenes in explicatione Hebraici vocabuli aberrare potuerit. Hoc enim illi sæpe sat contingit, etiam in ipsis operibus quæ ab omnibus genuina judicantur: ut quando ait, e apud Hebræos nomen *Esau* deduci *vel a rubore vel a terra*, Et f *Philistim*, significare *populos cadentes*, Et g Cherubim, *multitudinem scientiæ*; denique vocabulum ipsum *Tyrij* de quo hic agimus, h *continentes*, pari errore quo supra *venantes*. Sed stupenda planè ac meritò castiganda est in Erasmo falsi suspicione aspergendo Perronij ἀπειρία & Calumniandi libido. Quis enim Erasmum transubstantiationis fautorem & defensorem, ut ipse i Perronius probat, ex variis ejus locis, sub Origenis nomine aliquid a fide sua dissonans & alienum confingere voluisse, nisi œstro percitus judicaverit? Qua de causa eo stultitiæ & audaciæ simul devenisset? Sed necdum contentus propriæ criminationis Sixtum Senensem & Genebrardum, in ejusdem falsitatis & temeritatis consortium trahere conatur; utrumque pari calumnia. Nam Sixtus Senensis hoc tantum observat, ad locum de quo agimus: k *Erasmus Roterodamus hunc locum primus omnium animadvertit, & in scholijs Origenici fragmenti a se translati, Lectorum judicio expendendum protulit. Ego ut liberè pronuntiem sententiam meam, suspicor locum fuisse ab Hæreticis depravatum*: In his autem verbis falsi dicam non Erasmo, sed Hæreticis intentat. Genebrardus similiter Erasmum depravationis non incusat, sed tantum illum perstringit quod imprudens existimarit homilias in Psal. 36. non esse Origenis, & l Commentarios in Job Latini hominis esse. Sed quid tandiu moramur in hoc luto abstergendo? Possumus enim Erasmum Virum de bonis litteris præclarè meritum ab iniquissima Perronij suspicione gloriose vindicare. Maxima pars enim fragmenti illius Origenici in caput Matth. 13. 14. 15. & 16. ab eo Latinè editi, Græcè reperitur in veteri codice manuscripto Bibliothecæ Regiæ quem olim vidi & descripsi, illiusque versioni prorsus respondens, ut certum sit eum habuisse simile exemplar, sed paulo amplius. Ibi quoque locus quem urgemus reperitur hisce verbis quæ proferre non pigebit in Lectorum gratiam: ἐπειδὴ οὐ διὰ τῆς πόσεως γενόμεθα. ὅτι ὥσπερ ἡ τὸ εἰσερχόμενον εἰς τὸ σῶμα κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον, καὶ νομίζηται εἶναι ὑπὸ Ἰουδαίων κοινὸν, οὕτως ἡ τὸ εἰσερχόμενον εἰς τὸ σῶμα ἁγιάζει τὸν ἄνθρωπον καὶ ὑπὸ τ ἀκεραιοτέρων νομίζηται ἁγιάζειν ὁ ὀνομαζόμενον ἅρτον ᾧ κυρίῳ ᾗ ἐστιν εἶπαι, ὁ λόγος οὐκ εὐκαταφρόνητος καὶ διὰ τοῦτο δεόμεθα ζαφοῦς διηγήσεως οὕτως ἡμᾶς δοκούσης ἔχειν. ὥσπερ ἡ τὸ βρῶμα, ἀλλ' ἡ ζωοποίησις ᾧ μὴ διακρίσεως ἰσθίοντι κοινοῖ τ φαγόντα: ὁ γὰρ διακρινόμενον ἐὰν φάγῃ κατακέκριται. ὅτι οὐκ ἐκ πίστως. ὥσπερ ἐδὲν καθαρὸν ἐκ παρ' αὐτὸ ἐστι τῷ μεμιασμένῳ ἢ ἀπίστῳ, ἀλλὰ πρὸς τ μιασμὸν αὐτοῦ καὶ τὴν ἀπιστίαν. οὕτως τὸ ἁγιαζόμενον διὰ λόγου θεοῦ καὶ ἐντεύξεως ἐκ τῶ ἰδίῳ λόγῳ ἁγίαζει τὸν χρώμενον. εἰ γὰρ τοῦτο, ἡγίαζεν ἂν καὶ τὸν ἐσθίοντα ἀναξίως ᾧ κυρίου, καὶ ἐδὲν διὰ τὸ βρῶμα τοῦτο ἀσθενὴς καὶ ἄρρωστος ἐγένετο ἡ ἐκοιμᾶτο. τοιοῦτον γάρ τι ὁ Παῦλος περίεσπον ἐν τῷ, διὰ τοῦτο πολλοὶ ἀσθενεῖς καὶ ἄρρωστοι, ἐκ κοιμῶνται ἱκανοί. ἐκ ὅτι ᾧ ἄρτου τοίνυν ᾧ κυρίου ἡ ὠφέλεια τῷ χρωμένῳ ἐστὶν ἐκ ἀναμαίκτῳ τῷ νῷ ἐκ καθαρᾷ τῇ ζωοποιοῦντι μεταλαμβάνει ᾧ ἄρτου. οὕτω ᾗ ἐκ ᾧ μὴ φαγεῖν, περὶ αὐτὸ τὸ μὴ φαγεῖν λέγει ᾧ ἀγαθοῦ λόγῳ θεοῦ καὶ εὐλογίαν ἀρτου ὑστερήμεθα ἀγαθοῦ τινος. ἔ τι ἐκ ᾧ φαγεῖν περισσεύομεν ἀγαθῷ τινὶ. τὸ γὰρ αἴτιον τῆς ὑστερήσεως ἡ κακία ἐστὶ καὶ τὰ ἁμαρτήματα, καὶ τὸ αἴτιον τῆς περισσείας ἡ δικαιοσύνη ἐστὶ καὶ τὰ κατορθώματα. ὡς τοιοῦτο εἶναι περὶ τῷ Παύλῳ λεγόμενον ἐν τῷ, ὅτι ἐὰν φάγομεν περισσεύομεν, ὅτι ἐὰν μὴ φάγωμεν ὑστερήμεθα. τὸ ᾧ πᾶν εἰσπρευόμενον εἰς στόμα εἰς τὴν κοιλίαν χωρεῖ καὶ εἰς ἀφεδρῶνα ἐκβάλλε-

l *Erasmus id dixit & verè de priore Commentario in Iob qui habetur in veteribus editionibus: qui quidem græcè non extat in Regia biblioth. Vt notat Genebrardus in hoc ipse errans. Commentarius Græcis est posterior litteralis qui habetur in sequent. editionibus Latinè tantum, Græcè vero in R. biblioth.*

c *Biblioth. l. 6.*
d *Præfat. in Origen.*
e *In Genesin. hom. 12.*
f *In Exod. homil. 6.*
g *In Numer. homil. 5. & 21. Et in epist. ad Rom. l. 3.*
h *In Ioann. tom. 10.*
i *De Euchar. Anth. 69.*
k *Biblioth. l. 6. annot. 66.*

Quæstio 76. 4. ad Quid sunt Species Sacramentales. 115

[illegible] [illegible] [illegible] [

Origenes. fistentia. Verum respondeo secundo falsum esse Origenem quæstionem hanc agitare adversus Catholicos, si quidem per Catholicos intelligantur Ecclesiæ Catholicæ Doctores. Non enim dicebant Catholici Doctores panē Eucharistię propria ratione & absq; respectu ad dispositionem eo vescentium, sanctificationem operari; ut inter cæteros docet Augustinus, cum ait, g *Boni & mali idem verbū Dei simul audiunt & simul Dei sacramenta percipiunt, & tamen dissimiles habent actum suorū causas & dissimiles gerunt voluntatis diversitate personas, eumdem cibum sanctum alys manducantibus digne, alys indigne.* Disputat ibi Origenes adversus quosdam simplices Catholicæ plebis qui eo superstitionis devenerant ut existimarent panem Eucharistię virtute inhęrente ei per consecrationem communicatā utentes sanctificare, indignos licet, maleque dispositos ad illius perceptionem. Nec ideo quod alicubi de resurrectione tractans *Simpliciorum* titulū Catholicis Doctoribus tribuat, legitime concludi potest illum in hoc loco per *simplices* similiter Doctores intelligere. Ut plurimum enim rude ac ignarū vulgus hoc designat epitheto h *æstimant*, inquit, *Simpliciores quod illa quæ facta sunt, non propter nos, sed propter se tantum facta sunt, & non erant exempla alterius rei.* Et agens de Pharizæis Dominum inquirentibus, In qua potestate hæc facis: i *Dicunt Simpliciores, inquit, quoniam scientes duas esse potestates, unam quidem Dei, alteram autem Diaboli, principes Sacerdotum & populi Seniores interrogabant in qua ex his duabus potestatibus prodigia faciebat.* Et rursum: k *ipsa sola Euangely narratio simplex sufficit simplicioribus ad salutem.* Et de fine mundi loquens: m *Considera, utrum sicut opinantur simpliciores eos tantum qui tunc in corpore inventi fuerint congregandos, aut certe omnes qui in Deo Patre dilecti sunt.* Et ibidem: : *non tantum sicut simplices arbitrantur eos qui invementur in corpore congregaturi sunt Angeli, sed omnes Christi electos.* Et rursum: n *Discipulis qui Iesum sequi volunt, non ut simplices existimaverint ad litteram, ys quibus declarat illud, qui non bajulat crucem suam & sequitur me, &c, ait nunc Dominus, quo vado, jam non potestis venire.* Et contra Celsum: o *Christianorum nonnulli quia & simpliciores sunt & minus versati eorum quæ fecerint rationem reddere ignorant.* Denique ad Celsi objectionem, Christianos Deum corporeum facere; *id igitur audivit,* p inquit, *a quibusdam simplicibus, rudibus & non intelligentibus.* Ut hinc manifestè pateat quo jure velit Perronius per simpliciores, in loco de quo contendimus, Doctores Catholicos necessariò designari.

g *Contra. Donatist. post. Collat. c. 7.*

h *In Esai. hom. 6.*

i *In Matth. tract. 17.*

k *In Matth. tract. 26.*

m *In Matth. tract. 30.*

n *In Joan. tom. 32.*

o *Lib. 3.*

p *Lib. 7.*

Secundum argumentū ducit ex Dionysio Alexandrino *tantopere*, inquit, *ab Athanasio & tota antiquitate Laudato*, quem *infamosa sua Epistola juri canonico Græcorum injuria* pertendit, *impijs spiritualitatibus Origenis contraria scripsisse. Verba autem illius hæc sunt:* a De mulieribus quæ sunt in abscessu, an eas sic affectas oporteat domum Dei ingredi, supervacaneum vel interrogare existimo. Neque enim eas existimo, si piæ sint & fideles, sic affectas, ausuras vel ad Sanctam mensam accedere, vel corpus & sanguinem Domini attingere. Neque enim quæ duodecim annorum fluxum habebat, ipsum ad sanationem tetigit, sed solam ejus fimbriam. Orare enim, quomodocumque se habeat aliquis, & utcumque sit affectus Domini meminisse & auxilium implorare, non est reprehendendum. Ad Sancta autem Sanctorum, qui non anima & corpore omnino purus est, accedere prohibebitur. *En quomodo sanctus hic Episcopus & excommunicator Origenis de Eucharistia loquitur. En quomodo declarat eam non esse simplex Dominici corporis velum & indumentum, nec de consequenti signum re vacuum, quod minus adhuc foret, sed proprium Christi corpus, illud ipsum quod hæmorroissa non ausa est contingere. En quomodo vult nos eumdem honorem huic sacramento tribuere, quem proprio ac visibili corpori Domini illa olim reddidit. En, ut affirmat, Eucharistia mysteria non solum* res Sanctas *esse, sed* res Sanctas Sanctarum, τὰ ἅγια καὶ τὰ ἅγια τῶν ἁγίων: *cum præclarus hic (scilicet) Origenis locus divinum altaris sacramentum ullam in se sanctitatem habere neget.* Verum rectè alicubi monebat Origenes: b *Multus decor est in verbis & multa in Rhetorum sermonibus pulchritudo, &c: sed vide ne te decipiat fulgor operis, ne te rapiat sermonis aurei pulchritudo, &c. Discutiamus diligentius.* Rhetoricatur enim his Perronius, & quasi parta victoria triumphum accinit. Necdum tamen vicit: imo debiliter admodum pugnat. Primo enim nescio cur dicat Dionysium illum non modò ab Athanasio, sed & a tota antiquitate adeò fuisse celebratum, canonemque ejus tanti faciat, cum non obstantibus Athanasij laudibus, ejusque pro illo apologia, ab c Hieronymo non obscurè aut erroris aut saltem incautæ locutionis in quæstione de natura filij Dei insimuletur, a d Basilio vero disertè infametur tanquam *inconstans in conscriptionibus* suis, tanquam *primus qui impietatis Anomxanæ seminaria præbuit*, tanquam is qui *filium inter ac Patrem non modò personarum diversitatem, sed & essentiæ differentiam constituit, potentiam filij minuit, ejusque gloriam mutat, Adorandamque Spiritus Sancti divinitatem exterminat & eumdem creatæ servilique naturæ annumerat*: Canonique ejus supra allegato non tantum contrarium statuat Gregorius I. Episcopus Romanus ad Augustinum Cantuariensem scribens; e *Si in fluxu sanguinis mulier posita Laudabiliter potuit Domini vestimentum tangere, cur quæ ministrum sanguinis patitur, ei non liceat Domini Ecclesiam intrare, &c? Sancta communionis mysterium in ipsis diebus percipere non debet prohiberi*; Sed

a *Canon. 2.* εἰδὲ δὴ καὶ τὸ εἰς ἀφίστασθαι γυναῖκας, ἐν ταύτῃ τῇ καταστάσει οὔτε ἀξιοῦμεν εἰς τὸν ἔνδον οἶκον τοῦ θεοῦ, εἰσιέναι τὸ παράπαν νομίζειν. οὐδὲ γὰρ αὐτὰς οἴομαι πίστεις ἔσεσθαι πρὸς ἐνεργοῦς τολμᾶσθαι οὔτε ἀξιοῦμεν, ἢ τῇ τοιαύτῃ τῇ ἀκίνητον τοῦ ἐλθεῖν, ἢ ἔτι μᾶλλον τῷ αἵματι τῷ Χριστῷ προσπελάζειν. οὐδὲ γὰρ ἡ τὸν δοκοῦσαν ἔχειν ἴασιν ἰσχὺν παρὰ τοῦ κυρίου ἰάσασθαι αὐτὴν, αἷμα μόνον ἔτι προσέψατο. ἀσεπτοῦμεν μὲν γὰρ ὅπως ἂν ἴχνη τις τῆς εἰς τὸ ἅγιον, μεμιασμένος τῇ ἀκαθάρτῳ ῥύσει τοῦ αἵματος, ἢ μὴ πάντα πρόθυμος καὶ ψυχῇ καὶ σώματι, προσιέναι καὶ ἁγνίζεσθαι.

b *In Iesum Nave homil. 7.*

c *Contra. Ruffin. lib. 2.*

d *Epist. 41.*

e *Apud Bedam Histor. Eccles. lib. 1. ad interrog. 8.*

Origenes.

& legati Leonis IX. Adversus Græcos canonem hunc observantes *anathema Maranatha cum Nazareis* postea *f* pronunciarint. Verum hoc prætermisso dico falsum esse Dionysium hoc loco Origeni quippiam contrarium asserere, aut panem Eucharisticum propriè & substantialiter Christi corpus esse statuere, quamvis illum Domini corpus appellet. Id enim intelligit perinde ac Origenes de corpore typico ac symbolico quod mirum est Perronium affirmare minus esse quam olim fuit indumentum Domini, cum, ut religiosa res, sit procul dubio aliquid multò præstantius & excellentius. Nec contrà quicquam faciunt illius objectiunculæ. Nam etsi daremus Dionysij mentem esse, nos in Eucharistia corpus Christi tangere cujus tantum vestis fimbriam tetigit olim mulier sanguinis fluxum patiens, non ideò concederemus Eucharistiam aliter corpus illud esse quam typice & symbolicè. Nonnè enim Chrysostomus ait, eos qui ecclesiam schismatibus dilacerant, g *corpus Christi magis discerpere quam milites illud lancea dissecuerint*, h *nec modo vestem regis purpuream dirumpere sed & ipsum regem jugulo apprehensum interimere & corpus ejus membratim discerpere, hoc est, Christum ipsum jugulare & frustatim dilaniare*, Et Athanasius, Arrianos qui Virginum latera dilaceraverant. *Pilati rabiem vicisse, cum Pilatus Iudais inserviens lancea suum salvatoris latus perfoderit, illis vero non unum, sed utrumque laceraverint, quandoquidem membra Virginum singulariter propria Christi sunt?* i πλατ@ μὲν γὰρ καθικείνων τῶν τότε Ἰουδαίους λόγχῃ μίαν πλευρὰν τοῦ Σωτῆρ@ ἤνυξεν. ὅτοι δ' καὶ τῶν πλάτει μανίαν νενικήκασιν, ὅτι μὴ μίαν, ἀλλ' ἀμφοτέρας ἔχουσιν. τὸ γὰρ μέλη τ παρθένων ἐχαρίτωσε ἴδια τοῦ Σωτῆρός ἐστι. quis propterea dixerit eum intelligere Ecclesiam aut Virgines corpus Christi proprium & substantiale esse? Nemo sanè: corpus enim ejus morale modo sunt. Similiter quamvis Dionysius asseret nos in Eucharistia tangere corpus Christi cujus vestimentum tetigit hæmorroissa, non ideo innueret panē Eucharistiæ esse propriè Christi corpus, sed illud tantum mystice & sacramentaliter esse. Sed addo, non adhuc eam esse illius mentem. Non enim argumentum ducit a pari, aut ab identitate subjecti, ut supponit Perronius, sed a simili; hoc est, a comparatione duarum rerum sanctarum & religiosarum, quarum una est sacramentum corporis & sanguinis Christi, altera Christus ipse. Unde infert, quod quemadmodum mulier sanguinis fluxum patiens οὐκ ἅπτηται αὐτοῦ, non tetigit Christum (pronomen enim *αὐτοῦ* ad illum refertur) sed solum vestimenti ejus fimbriam; sic & eam quæ est in menstruis constituta accedere non debere ad corpus ejus & sanguinem id est, ad Eucharistiam quæ typice & symbolice corpus & sanguis ejus est: quia, videlicet, sacramentum *religiosa* sit res, ut loquitur *i* Augustinus, *honore* digna, k *utileque signum*, ideoque *venerabile*. Nec rursum obstat, quod Dionysius Eucharistiam nominat ἅγια & ἅγια τ ἁγίων. Nam hæc verba non sunt vertenda, *res sancta sanctarum*, ut illa Adversarius accipit, quanquam id non magni momenti foret, *sed res sancta Sanctorum*, vocabulum *Sanctorum* non neutro, sed masculino genere sumendo. Sic enim Eucharistica signa Veteres appellabant, quia Sanctis essent destinata, nec absq; puritate sanctitateve participanda. Liturgia Græcorum a Cabasila exposita: l *Accurrite, participaturi, non omnes, sed si quis Sanctus: Sancta enim solis Sanctis permittuntur*: quod & similiter observant m Author Constitutionum Clementi falso tributarum, n Chrysostomus, o Cyrillus Alexandrinus, & alij. Quid autem prohibet panem & calicem Eucharistiæ sic appellari, etiam si typice tantum corpus & sanguis Christi sint? Pseudo-Dionysius Areopagites Adversariorum amasius Sacramenta in genere τὰ ἅγια τ ἁγίων appellare non p veretur. Author quoque Libri cujus titulus, *Testamentum duodecim Patriarcharum*, Sancta illa Sanctorum docet panem & vinum esse, quando ait: q *Levi me aqua munda, & cibavit dans panem & vinum, scilicet Sancta Sanctorum.* Sed quid dico illos ignoti nominis scriptores hac loquendi forma uti? Origenes ipse qui fatente Perronio negat panem Eucharistiæ esse proprie corpus Christi, de eodem nihilominus sub hac appellatione loquitur, quemadmodum Dionysius: *Quando acceperis*, r inquit, *panem mysticum, in loco mundo manduces eum, hoc est, ne in anima contaminata & polluta, Dominici corporis sacramenta percipias. Quicumque enim manducaverit panem & biberit calicem Domini indigne, reus erit corporis & sanguinis Domini. Probet autem se unusquisque, & tunc de pane manducet & de calice bibat: Sancta enim Sanctorum sunt.* Judicent ergo Lectores quam verum sit quod hic Perronius ait, Dionysium Alexandrinum impijs Spiritualitatibus Origenis contraria prorsus scribere.

Tertium argumentum ducit ex eo quod Origenes docet, *panē Eucharistia juxta id quod habet materiale in secessum* abire; cujus contrarium, inquit, Chrysostomus affirmat: *Est ne panis*, s inquit, *quem videst? Est ne vinum? abeunt ne in secessum ut cæteri cibi? Absit, ne hoc putes. Sicut enim cera igni appropinquata, nihil ejus substantiæ manet, nihil supereſt, sic puta hoc mysteria consumi per corporis substantiam.* Verum, ut prætermittam *f* dubium valde esse, utrum homilia ex qua hæc verba citantur Chrysostomi sit, ac unicam tantum totius loci clausulam a Perronio fideliter latinè esse redditam, quod, Deo dante, loco suo demonstrabimus;

Origenes.

f Apud Baron. ad ann. 1054 num. 24. & 25.

g In Epist. ad Coloss. homil. 3. τὸ Σῶμα Χριστοῦ διαπαῖσαι μᾶλλον, ἢ οἱ στρατιῶται τὴν λόγχην διῆνοιξαν.

h In ep. ad Ephes. hom. 11. οὐκοῦν τὸν ἁλιτρόβιον, &c. Ἰδοὺ καὶ τοῦτο ἐδήλωσεν &c. μανικώτατα ἐδήλωσεν ὁ τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ διασπῶν μᾶλλον ἢ τὴν ἐσθῆτα τοῦ βασιλέως ἐκκόπτων, &c. ὁ δὲ χρυσοῦς οὗτος καὶ θαυμάσιος τοῦ πλήθους.

i De Trinit. l. 3. c. 10. honorem tanquam religiosa possunt habere.

k De Doctr. Christ. l. 3. c. 9. qui venerantur utile signum.

l Expos. Liturg. c. 36. in l. 8. c. 13.

m Hom. 17. ad Hebr.

n In Ioan. l. 12. c. 50.

o In Ioan. l. 12. c. 50.

p Initio Eccles. Hierarch.

q De Levi c. 4. Biblioth. Patrū edit. 4. tom. 5. p. 538.

r In Levit. homil. 13.

s Homil. 1. de Eucaristia de Eucher. μὴ ὅτι ἄρτος ἐστὶ τοῦτο ὁρᾷς, μὴ ὅτι οἶνός ἐστι νομίζεις. ἀνάγκη γὰρ ἐκ τοιούτων ἀφιδρώτων χωρεῖ. ἄπιμεν, μὴ τοῦτο εἴπῃς. ἀλλ' ἄνωθεν πολλῆς μοι προσοχῆς, ἵνα δείξω ἀκριβῶς, ἵνα δείξω παράδοξον, ἵνα σοι καὶ δόξω νομίζεσθαι πολλὴν ἐπιδεῖξαι τὴν φύσεως τοῦ Σώματος ἀσθένειαν.

t Propter vocabulum ἀδελφοθέου Iacobo tributum: quo vix alijs usus est ante Nestorium exortum.

Origenes. ſtrabimus; Origenem dico rectè & verè eſſe locutum, quod & Bellarminus admittit, Authorem vero hujus homiliæ quiſquis ille ſit, a communi omnium ſententia recedere, & peculiariter ſentire, totum panis & vini Euchariſtici in ſubſtantiam corporis noſtri tranſire abſque eo quod eorum quippiam in excrementum abeat (talis enim eſt verborum ejus ſenſus) quod, ſat ſcio, Perronius ipſe non ſit probaturus, cùm experientia conſtare queat panis Euchariſtici aliquid, ſicut & vini, in excrementum & ſeceſſum abire. Excuſandus ergo potius hîc Chryſoſtomus, ſi tamen ille ſit, quam Origenes novitatis accuſandus.

Ultimum denique argumentum ducit ex Theophilo Alexandrino ad cujus inſtantiam Hieronymi tempore Origenis ſcripta in Oriente damnata fuerunt, quem, ait, ſpeciatim & ex ipſa Euchariſtia confutaſſe theſin ſuper qua & propter quam totum hunc ſermonem habet Origenes. *Theſis autem illa erat, Spiritum Sanctum non operari ea quæ inanima ſunt, nec ad irrationabilia pervenire, nec in eis aut per ea operari, ſed tantum inveniri in ſubſtantiis ſpiritualibus & intellectualibus: ac proinde ſacramenta in nobis ſanctificationem nullam producere, ſed mentem tantummodo noſtram ad gratias Spiritus Sancti apprehendendas excitare.* Theophilus autem non modo hæreſim hanc diſerte confutat, *ſed quaſi ex profeſſo viam prorſus contrariam iniens, inter cætera refutationis media argumento ducto ab Euchariſtia utitur.* Ad aliam, [a] inquit, ejus veniamus impietatem, quam velut de profundiſſimis tenebris eructans loquitur, & blaſphemiarum ſuarum peſſimam mundo reliquit memoriam. Dicit enim Spiritum Sanctum non operari ea quæ inanima ſunt, nec ad irrationabilia pervenire. Quod aſſerens non recogitat aquas in baptiſmate myſticas adventu Sancti Spiritus conſecrari, panemque Dominicum quo Salvatoris corpus oſtenditur (*vocabulum Græcum indifferenter, ſignificat*, facere & oſtendere) & quem frangimus in ſanctificationem noſtri, & ſacrum calicem quæ in menſa Eccleſiæ collocantur, & utique inanima ſunt per invocationem & adventum Sancti Spiritus ſanctificari. *Sic loquitur Theophilus non modo Latine redditus a Beato Hieronymo, ſed & variis laudibus celebratus*: Mirati ſumus, [b] inquit, in opere tuo utilitatem omnium Eccleſiarum, ut diſcant qui ignorant eruditi teſtimonijs ſcripturarum, qua debeant veneratione ſancta ſuſcipere & altaris Chriſti miniſterio deſervire, ſacroſque calices & Sancta velamina & cætera quæ ad cultum Dominicæ pertinent paſſionis, non quaſi inanima & ſenſu carentia ſanctimoniam non habere, ſed ex conſortio corporis & ſanguinis Domini, eadem qua corpus ejus & ſanguis majeſtate veneranda. *Abeant jam Sacramentarij ac objicere deſinant patritium illum Origenis locum.* Verum reſpondeo, falſiſſimum eſſe locum Origenis a nobis adductum pro fundamento theſin hanc ſubſtituere, *Spiritum Sanctum non operari in ea* (ſic enim legendum ex ipſo Origene) *quæ inanima ſunt, nec ad irrationabilia pervenire*, ac proinde ſacramenta nullam ſanctificationem in nobis operari. Tantum enim abeſt ut Origenes theſin hanc ſupponat, aut ex ea velit elicere ſacramenta nos nullomodo ſanctificare, quin è contrario diſerte hic affirmat *panem ſanctificari in Euchariſtia Verbo Dei & oratione*, & alibi, *ſanctificare eos qui cum ſana intentione eo veſcuntur*. Propoſitum ejus in hoc loco eſt oſtendere, ut jam diximus, panem Euchariſtiæ efficacia abſoluta ſanctificationem non operari in ijs qui illo utuntur ſive bene ſive male diſpoſiti ſint, ſed pro ratione fidei aut infidelitatis, dignitatis aut indignitatis agere vel non agere. Quod & ipſa ejus verba apertiſſime declarant. Ait quidem in libris περὶ ἀρχῶν: [c] *Arbitror operationem Patris & filij tam in Sanctis quam in peccatoribus, in hominibus rationalibus, & in mutis animalibus, ſed & in his quæ ſine anima ſunt & in omnibus omnino quæ ſunt: operationem vero Spiritus Sancti nequaquam prorſus incidere, vel in ea quæ ſine anima ſunt, vel in ea quæ animantia quidem, ſed muta ſunt, vel in illis quidem inveniri qui rationabiles quidem ſunt, ſed in malitia poſiti nec omnino ad meliora converſi. In illis ſolis arbitror eſſe opus Spiritus Sancti qui ſe ad meliora convertunt, & per vias Jeſu Chriſti incedunt, id eſt, qui ſunt in bonis actibus & in Deo permanent.* Atque hujus loci poſtrema pars eſt quam illi ad impietatis & blaſphemiæ crimen imputat Theophilus, adeo incenſa in eum malevolentia ut in ſequentibus illi tribuat, *filium Dei, id eſt, rationem & ſermonem ejus ac virtutem ad ea tantum quæ rationabilia ſunt pervenire*; cujus tamen contrarium in priori ſuperioris loci parte illum audivimus expreſſe pronunciantem, ac in ſequentibus videre eſt confirmantem. Sed veriſimile admodum eſt Origenem id [d] intellexiſſe de operatione Sancti Spiritus directe qua immediatus author eſt donorum ſpiritualium, gratiarumque, habitualium quæ ſane nec in res inanimatas nec in animalia bruta, nec in homines peccatis deditos propriè loquendo cadit: adeoque Theophilum a mente ejus aberraſſe. Nam illum non omnimodam etiam in res inanimatas Spiritus operationem ſimpliciter denegare, manifeſtum videtur, tum in genere, ex eo quod ait, [d] *Sanctificationis fons Spiritus Sanctus eſt*, [e] *ex quo ſanctificatur omne quod ſanctum eſt*, tum in ſpecie, ex ſanctificatione quam in ſacramentis agnoſcit. Quid enim, aut Theophilus, aut quivis alius Veterum magnificentius de baptiſmo & Euchariſtia, ac eorum in nobis ſanctificandis virtute & efficacia, unquam effa-

a Paſchaſis l. 1.

b In Epiſt. ad Theoph.

c Lib. 1. c. 3. & in Apolog. Pamphyli.

d Vid. Didymum in libris de Spirit. S.

d In Epiſt. ad Rom. l. 10.

e In Levit. hom. 13.

quod apud nostros Scriptores in eandem rem ex-
tat, ut ea, quæ ad Sacramentum Eucharistiæ
pertinent, ex Ecclesiæ Catholicæ sententia ex-
plicemus. Ac primum quidem, quoniam Sacra-
mentum hoc duas habet partes, quarum altera
Sacramentum tantum, altera Sacramentum et
res Sacramenti est, ea, quæ ad Sacramentum
tantum pertinent, ut quæ ad Sacramentum et
rem, ut ea, quæ ad rem Sacramenti, separatim
explicemus. Ac de Sacramento tantum primo
loco dicemus, quod quidem ipsum duplex est,
quemadmodum et Baptismus, quod et Sacra-
mentum et Sacrificium est. Nam et Sacramen-
tum est, quia sanctificat, et Sacrificium, quia
Deo offertur. Quæ quidem ratio Sacrificii ad
Missæ Sacrificium pertinet, de quo suo loco
dicemus. Nunc de Sacramento tantum dicen-
dum est, quod quidem ipsum, quemadmodum
et Baptismus, materiam habet et formam, quæ
ad ejus essentiam pertinent. Materia panis et
vinum sunt, quemadmodum Christus Dominus
ipse instituit, et Apostolorum Traditio semper
retinuit. Forma autem verba illa sunt, quibus
Christus Dominus usus est, cum hoc Sacra-
mento consecravit. Nam cum panem in cor-
pus suum et vinum in sanguinem suum mira
illa conversione transmutavit, ea ipsa, quæ
conversionem illam efficiunt, verba consecra-
tionis esse oportet. Ex quo fit, ut unius tantum
verba consecrationis, quæ ab ipso Christo Do-
mino prolata sunt, ad hujus Sacramenti per-
fectionem requirantur. Nam cum Christus
Dominus, qui omnium veritas est, loquitur,
mendacium dicere non potest. Quæ autem
Christus Dominus ad consecrationem hujus
Sacramenti adhibuit, ea ipsa sunt, quæ Eccle-
sia Catholica ab ipso Christo Domino accepta
semper retinuit. Nam cum panem et vinum
consecrat, non humanis verbis utitur, sed ipsi
Christo Domino, qui ipse veritas est, verba
ipsius adhibet. Ipsa igitur verba, quibus Chri-
stus Dominus usus est, cum hoc Sacramentum
consecravit, ea ipsa sunt, quæ Ecclesia Catho-
lica ab ipso Christo Domino accepta semper
retinuit. Nam cum panem et vinum consecrat,
non humanis verbis utitur, sed ipsi Christo
Domino, qui ipse veritas est, verba ipsius ad-
hibet. Ipsa igitur verba, quibus Christus Do-
minus usus est, cum hoc Sacramentum con-
secravit, ea ipsa sunt, quæ Ecclesia Catholica
ab ipso Christo Domino accepta semper reti-
n

Origenes.

Martyre c Pamphilo, d Baſilio, & ipſo e Origene Laudati, ubi loquens de buccella intincta Judæ data, quam ait *Iudam fertaſſis non comediſſe cum Satanas qui in eum intraverat utilitatem fruſti precurriſſet, ne illi utilitatem afferret, cum vim adjutricem haberet ejus qui erat uſurus*; ſubiungit: f *Atque hoc modo non abſurde dici poteſt, quemadmodum indigne comedens panem Domini aut poculum ejus bibens, ad judicium manducat & bibit, cum vis una melior in pane & calice propoſita ſit, in meliore conſtitutione quod melius eſt operans, deteriori condemnationem pariens*; Sic buccella panis a Ieſu porrecta & in cui data eſt (Iuda) & cæteris Apoſtolis hic verbis, Accipite & manducate, *ejuſdem generis erat*, ὁμογενὴς ἦν, *ſed eis ſalutis fuit, Iuda vero condemnationi, ita ut poſt fruſtum Satanas in eum intraverit. Intelligatur autem panis & poculum a Simplicioribus ſecundum hanc communiorem Euchariſtiæ expoſitionem: ab iis autem qui profundius audire didicerunt ſecundum divinorem de nutritorio veritatis verbo promiſſionem.* Clariſſimum ſanè in rem noſtram teſtimonium. Ait enim fruſtum panis intinctum Judæ datum, & panem ſacramentalem cæteris Diſcipulis porrectum cum Dominus illis diceret, *Accipite, edite*, fuiſſe ejuſdem generis. Intelligit ergo utrobique fuiſſe verum panem, ſeu ejuſdem veri panis & propriè dicti fragmenta. Si enim fruſtum Judæ datum fuiſſet panis propriè dictus, panis vero reliquis Apoſtolis datus, non panis propriè dictus, ſed corpus proprium Chriſti, nec ejuſdem generis fuiſſent, ſed plane diverſi, nec mirum foret illum Judæ fuiſſe in condemnationem, hunc reliquis in ſalutem, cum ingens ſit differentia inter panem materialem, & panem Cœleſtem qui vitam dat mundo. Atqui propoſitum Origeni eſt oſtendere, eumdem cibum a pluribus participatum eis vel ſaluté, vel condemnationem afferre ſecundum bonam aut malam illorum diſpoſitionem. Unde neceſſario requiritur ut intellexerit ex eodem quoad ſubſtantiam pane tum Judam, tum cæteros Apoſtolos accepiſſe a Domino. Buccellam autem panis intinctam & Judæ datam verum ſubſtantia panem fuiſſe apud omnes in confeſſo eſt. Id ergo quoque ſentiendum de pane Euchariſtico. Idem quoad ſenſum ait Author Anonymus relatus in Catena ſuper Joannem: g *Buccella a Ieſu aliis Diſcipulis tradita in ſalutem ijs fuit, ſed Iuda in judicium, quemadmodum & Paulo videtur*: qui indigne manducat panem Domini & bibit ejus calicem, in judicium manducat & bibit. *Quo circa etiam poſt buccellam introivit in eum Satanas.* Quamobrem enim ad probandum buccellam Judæ & alijs Diſcipulis traditam, his ad ſalutem fuiſſe, illi ad condemnationem, adduceret Apoſtolum de pane Euchariſtiæ indigne & ad judicium manducato loquentem, niſi panem Euchariſtiæ eumdem cum buccella panem ſpecie & ſubſtantia eſſe intelligeret? Sed rurſum obſervandum eſt Origenem expreſſe monere hanc eſſe *communiorem*, hoc eſt litteralem Euchariſtiæ expoſitionem, cui alteram allegoricam immediate ſubiungit, panem videlicet Euchariſtiæ intelligendo de pane divini ſermonis, prout jam dixerat in tomis in Matthæum, h *panis iſte quem Deus Verbum corpus ſuum eſſe fatetur, verbum eſt nutritorium animarum*; quamque *Divinioremn* appellat; Immerito ſane, ſi credidiſſet panem in Euchariſtia per omnipotentiam divinam in proprium & ſubſtantiale Dei verbi corpus miraculoſe converti: Ea enim expoſitio multo divinior fuiſſet exiſtimanda, quam tenuis intelligentia de pane Sermonis.

h Tract. 35.

Tertius locus ducitur ex homilia in Leviticum ſeptima, ubi Origenes agens de prohibitione Aaroni & Sacerdotibus facta ne vinum biberent cum accederent ad altare, atque oſtendere volens ſub Hiſtorico præcepto myſticam quoque fuiſſe intelligentiam quæ tempora Euangelica ſpectaret: *Videamus*, inquit, *quomodo id vero Pontifici Ieſu Chriſto Domino noſtro & Sacerdotibus ejus ac filijs, noſtris vero Apoſtolis poſſimus aptare*, &c. *Quærimus ergo quemodo Dominus & Salvator noſter, qui eſt verus Pontifex, cum Diſcipulis ſuis qui ſunt veri Sacerdotes, antequam accedat ad altare Dei bibebat vinum, cum vero accedere cœperit, non bibebat. Venerat in hunc mundum Salvator, ut pro peccatis noſtris carnem ſuam offerret hoſtiam Deo. Hanc priuſquam offerret, inter diſpenſationum moras vinum bibebat: Denique dicebatur homo vorax & vini potator, amicus publicanorum & peccatorum. Vbi vero tempus advenit crucis ſuæ, accipiens*, a inquit, *calicem, benedixit & dedit Diſcipulis ſuis, dicens: Accipite & bibite ex hoc. Vos, inquit, bibite, quia non acceſſuri eſtis ad altare. Ipſe autem tanquam acceſſurus ad altare, dicit de ſe:* b *Amen dico vobis quia non bibam de generatione vitis hujus, uſque quo bibam illud vobiſcum novum in regno Patris mei.* Locum egregium, quemadmodum & præcedentem. Affirmat enim Origenes Dominum in Euchariſtiæ celebratione vinum non bibiſſe, (ſic enim accipit verba, *Dico vobis quia non bibam de generatione vitis hujus*) eò quod ad altare crucis jam jam eſſet acceſſurus, Diſcipulos autem ejus vinum bibiſſe ex ipſius mandato quia ad crucis altare nondum accederent. Atque hoc pacto *Veteris teſtamenti formas Novi Teſtamenti geſtis & ſermonibus poſſe coaptari.* Ad hunc locum non concipio quid Adverſarij reſpondere valeant. Verba enim ſcripturæ quæ offert Origenes, è Matthæo & Marco ſumpta ſunt, non è Luca, ut ex hac parte effugium quæri non poſſit.

a Matth. 26. 27.

b Marc. 14. 25.

Quar-

c In Apolog.
d De Spirit. S. c. 29.
e In c. 6. Epiſt. ad Rom.
f καὶ οὕτως δ' ἂν τὶς ἀπρεπῶς εἰς τὸν νῦν λόγον τὸ ἄξιος ἐσθίων τὸν ἄρτον ἢ πίνων τοῦ κυρίου ἀναξίως ἐσθίων τὸν ἄρτον ἢ πίνων αὐτοῦ τὸ κατάκριμα ἑαυτῷ ἐσθίει καὶ πίνει, ὅτι μιᾶς τῆς ἀρίστης δυνάμεως οὔσης τῆς ἐν τῷ κρείττονι συνθέσει ἐνεργούσης τὸ βέλτιον, χείρονι δὲ ἐμποιούσης τὸ κρεῖττον. οὕτω τὸ λεῖον ἄρτου ψωμοῦ ἀμοιρεῖς ἢ τῆς λοιπῆς ἀποβλὰς ὡς τοῦ λαβόντος, φαγεῖν. ἀλλ' ἑκάστοις μὲν εἰς ζωὴν αἰώνιον, τοῖς δὲ Ἰούδᾳ εἰς κρίμα καὶ τὸ ψωμοῦ αἱ ζωοποιοὶ ἀπὸ τοῦ Σωτῆρος.
Nempe ὁ δὲ ἄρτος καὶ τὸ ποτήριον ὃς ἐπὶ πλείστοις εἰς τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ Θεοῦ ἐλθόντα μεταλήψεται ἐκ τοῦ Σωτῆρος καὶ εἰς τὸ ἀγαθὸν ἡμῶν τὸ ἀληθινὸν ἀπολήψεται λόγῳ ἐπαγγελίας.
Ex Manuſcript. Regio.
g In Ioann. 13. 27. τὸ δόθεν ψωμίον ὑπὸ τοῦ Ἰησοῦ, ὃς μὲν ἄλλοις τρόποις χάριν εἰς σωτηρίαν, τῷ δὲ Ἰούδᾳ εἰς κρίμα, ὥσπερ καὶ Παύλῳ δοκεῖ. ὁ ἀναξίως ἐσθίων τὸν ἄρτον τοῦ Κυρίου, καὶ πίνων αὐτοῦ τὸ ποτήριον, εἰς κρίμα ἐσθίει καὶ πίνει. ἢ ἄλλως τάχα μὲν τὸ ψωμίον αἱ ζωοποιοὶ ἀπὸ τοῦ Σωτῆρος.

Magnit. Quæritur hoc loco primo, quotuplex sit magnitudo, quæ ad sacramentum Eucharistiæ requiritur? Secundo, an ad hoc sacramentum requiratur, ut species sacramentales habeant quantitatem? Tertio, an ad hoc sacramentum requiratur, ut species sacramentales habeant quantitatem dimensivam? Quarto, an ad hoc sacramentum requiratur, ut species sacramentales habeant quantitatem molis? Quinto, an ad hoc sacramentum requiratur, ut species sacramentales habeant quantitatem molis continuam? Sexto, an ad hoc sacramentum requiratur, ut species sacramentales habeant quantitatem molis continuam tridimensionalem? Septimo, an ad hoc sacramentum requiratur, ut species sacramentales habeant quantitatem molis continuam tridimensionalem, quæ sit substantia? Octavo, an ad hoc sacramentum requiratur, ut species sacramentales habeant quantitatem molis continuam tridimensionalem, quæ sit substantia, et non accidens? Nono, an ad hoc sacramentum requiratur, ut species sacramentales habeant quantitatem molis continuam tridimensionalem, quæ sit substantia, et non accidens, et quæ sit substantia corporea? Decimo, an ad hoc sacramentum requiratur, ut species sacramentales habeant quantitatem molis continuam tridimensionalem, quæ sit substantia, et non accidens, et quæ sit substantia corporea, et non spiritualis? Undecimo, an ad hoc sacramentum requiratur, ut species sacramentales habeant quantitatem molis continuam tridimensionalem, quæ sit substantia, et non accidens, et quæ sit substantia corporea, et non spiritualis, et quæ sit substantia corporea, et non spiritualis, et quæ sit substantia corporea, et non spiritualis

Origenes. *Agni caro nobis edenda eſt, ſicut faciunt littera ſervi, more animantium rationis expertium & efferatorum adverſus vere rationabiles quæ intelligere volunt, Spiritalia verbi ſumentes.* Quid enim eſt, manducationem carnis Chriſti, non juxta litteram, ſed ſpiritualiter accipere, niſi illam de manducatione ſpirituali intelligere? Certe, ſpiritualis intelligentia nihil aliud deſignare poteſt. Nemo autem, niſi Chorœbo ſtultior, dixerit, manducationem quæ fit per os corporis rei alicujus licet integræ & abſque læſione, eſſe ſpiritualem. Alioquin enim pariter dicendum foret, Serpentes illos Lybicos tantæ magnitudinis, inquit Plinius, *f* ut *Cervos & Tauros ſolidos hauriant*, eas ſpiritualiter manducare: quod omnino ridiculum eſt. Cum igitur Origenes manducationem carnis Chriſti juxta litteram intellectam, tanquam occidentem litteram rejiciat & explodat, nec alteram ei, quodammodo juxta litteram acceptam, opponat, ſed manducationem merè pureque ſpiritualem, quam per ſpiritualem intelligentiam clare deſignat; evidenter conſequitur, illum manducationem quamlibet ſecundum litteram ſumptam univerſaliter & abſolutè reſpuere.

f Hiſt. l. 8. c. 14.

Quintus locus ducitur è prologo in Cantica, ubi ſic loquitur: *Eſt materialis hujus hominis, qui & exterior appellatur, cibus potuſque natura ſua cognatus, corporeus ſcilicet & terrenus. Similiter autem & Spiritalis hominis ipſius, qui & interior dicitur, eſt proprius cibus: ut panis ille vivus qui de cœlo deſcendit. Sed & potus ille eſt ex illa aqua quam promiſit Jeſus, dicens: Quicunque biberit ex hac aqua quam ego do, non ſitiet in æternum. Sic ergo per omnia ſimilitudo quidem vocabulorum ſecundum utrumque hominem ponitur: verum vero proprietas unicuique diſcreta ſervatur, & corruptibilis corruptibilia præbentur, incorruptibili vero incorruptibilia proponuntur. Unde accidit ut Simpliciores quidam neſcientes diſtinguere ac ſecernere quæ ſint quæ in ſcripturis divinis interiori homini, quæ vero exteriori deputanda ſint, vocabulorum ſimilitudinibus falſi ad ineptas quaſdam fabulas & figmenta inania ſe contulerunt, ut etiam poſt reſurrectionem cibis corporalibus utendum crederent, potumque ſumendum non ſolum ex illa vite vera & vivente in ſecula, verum & ex his vitibus ligni.* Locum certè obſervatione digniſſimum. Non enim tantum in genere negat eumdem cibum communem eſſe homini materiali & exteriori, hoc eſt corpori, & ſpiritali interiorique homini, id eſt animæ, ſed & in ſpecie aſſerit, *panem vivum qui de cœlo deſcendit proprium eſſe animæ cibum*; ac licet, per ſimilitudinem æquivocam nominis cum corporis cibo, panis & cibus appelletur, nihilominus proprietatem ſuam ſervare ut ſit non corporis, ſed animæ cibus, animæque ut pote incorruptibili tanquam cibus incorruptibilis ac cognatus *præbeatur*, non autem corpori cui ut corruptibili corruptibilia proponantur: adeoque id eſſe ſtudioſe notandum, ne vocabulorum ſimilitudinibus decepti, quæ homini interiori deputanda ſunt, exteriori tribuamus, & è contra quæ exterioris ſunt interiori. Quid clarius? Ad hoc teſtimonium nullam vidi reſponſionem Adverſariorum. Nec concipio quid valeant reſpondere, niſi forte Commentarium hunc in Cantica (quem *neſcio quis*, inquit [a] Sixtus Senenſis, *diviſit in quatuor homilias, cum homilia non ſint, ſed continens ac perpetua explanatio*) non eſſe Origenis, ſed ſcriptoris alicujus Latini, qui in ipſo prologo ſe a Græcis diſcernit & ait: *Nonnulli apud Græcos etiam Logicem, quam nos rationalem poſſumus dicere, quarto in numero poſuere.* Sed hoc illos non juvaret. Si enim Origenis non ſit, ſed Latini alicujus ſcriptoris, multiplicatur hoc pacto nobis teſtium numerus. Ex ipſis tamen Adverſarijs Jacobus Merlinus notat, [b] *licet illum in quodam exemplari nomine Beati Hieronymi reperierit prænotatum, tamen in omnibus vetuſtis & probatis voluminibus Origeni aſcriptum reperiſſe.* Cui obſervationi ſubiungit: *Si penſiculatè ipſam materiam quæ in eis traditur attenderis, ſoli Origeni attribues.* Haud abs re ſanè. Nec valde urget quod in contrarium objicitur. Nam in multis Origenis operibus quæ genuina exiſtimantur ut in homilijs in [c] Numeros, in ijs quoque quæ illius eſſe conſtat tum ex [d] ipſius obſervatione; tum è Veterum [e] teſtimonio, ut in ſ commentarijs in Epiſtolam ad Romanos, occurrunt ejuſmodi obſervationes tanquam Latini ſcriptoris, quas vero ſimillimum eſt eſſe Ruffini illorum interpretis ac interpolatoris perpetui. Vix enim reperitur ullus Origenis liber ab eo converſus, in quo de ſuis multa non commiſcuerit, temere & contra veri interpretis fidem.

[a] *Biblioth. l. 4. in Orig.*

[b] *Præfat. hujus libri in edit. Pariſ. 1618. apud Joan. Parum. & Iodoc. Bad. Aſcenſ.*

[c] *Homil. 12.*

[d] *In Epiſt. ad Rom. l. 5. ubi remittit. ad Comment. in Joann.*

[e] *Baſil. de ſpirit. S. c. 29.*

[f] *Lib. 1. 2. 3. 5. &c.*

Sextum locum ductum ex octavo contra Celſũ libro omiſiſſem, quia mihi valde dubiũ eſt an in eo de Euchariſtia agat. Verum, quia id volunt Adverſarij, fiat illis juxta fidem ſuam. Ibi ergo ait: [g] *Deo omnium creatori complacentes, cum gratiarum actione & precibus pro iis quæ nobis data ſunt, appoſitos panes edimus per preces ſanctum quoddam corpus effectos, & ſanctificans eos qui cum ſano propoſito utuntur.* Quo in loco notanda verba, *Panes edimus.* Hic enim innuit, etiam poſt conſecrationem (non enim niſi poſt illam manducantur) adhuc eſſe panes, licet corpus quoddam ſanctũ, videlicet corpus Chriſti typicum ſimul ſint.

[g] *Lib. 8.* ἡμεῖς τῷ τῶν ὅλων θεῷ εὐχαριστοῦντες, καὶ ταῖς μετ' εὐχαριστίας καὶ εὐχῆς ἐπὶ τοῖς δοθεῖσιν ἀγομένοις ἄρτοις ἰδιόμοιρόν τι σῶμα γεγονόσιν διὰ τῆς ἐπικλήσεως, καὶ ἁγιάζοντες τοὺς μετ' εὐνοίας ἐπὶ τοῖς προκειμένοις χρωμένους.

Reſpondet Bellarminus, Locum hunc ſibi favere. Nam *Origenes*, inquit, *non ait, nos panes ſimpliciter edere, ſed panes mutatos in corpus Chriſti. Sic enim ait*: Oblatos panes edimus corpus quoddam Sanctum per preces effectos, & ſanctificans eos qui cum ſancto propoſito ipſo utuntur. *Quibus verbis non ſolum docet*

Origenes.

lum docet Origenes, panes mutari in corpus, sed etiam offerri Deo & sanctificare homines: quorum utrumque negant Adversarij. Sed hæc supposititia sunt. Origenes enim de mutatione panum, saltem de substantiali eorum mutatione ne vel per somnium quidem cogitavit. Tantum enim ait, *panes illos per preces corpus quoddam Sanctum esse effectos*: quibus verbis non magis innuit substantialem eorum mutationem, quam ubi Veteres dicunt, h *aquam benedictione sanctificatam* i *baptismum* effici, eam intelligunt secundum substantiam mutari. Repugnat quoque hic sensus Origeni multifariam. Quis enim illum existimet adeo stupidum fuisse, ut eodem tempore scribens, libros contra Celsum, & tomos in Matthæum, sicut jam supra observavimus, in illis affirmaret panem per orationem fieri corpus Christi substantiale, in his vero typicum & symbolicum corpus; hoc est, pugnantia & contradictoria assereret, cum corpus typicum & symbolicum, & corpus substantiale relativè opponantur, sicut signum, & res cujus signum est? Multo sane convenientius est eum sic interpretari, ut hic intelligat *panes per orationem corpus Sanctum quoddam fieri, typicum* videlicet *& symbolicum*, ut apud Matthæum loquitur. Rursum, nisi ita se res haberet, cur diceret, *Panes edimus?* Si enim per sanctificationem substantialiter sunt immutati, falso prorsus affirmaret nos panes edere: Non enim amplius panes sunt, si substantialiter corpus Christi sunt. Denique interpretatio hæc Origenis scopo repugnat. Propositum enim illi erat impugnare Celsum affirmantem, k panem & vinum, &, similes alios terræ fructus nobis a Dæmonibus administrari, idcòque illis gratias esse agendas. Illum autem confutat his verbis: l *Celsus, ut Deum ignorans, Dæmonibus gratias agat. Nos vero Deo omnium creatori complacentes, cum gratiarum actione pro iis quæ a nobis data sunt, edimus panes appositos* (quod enim Bellarminus ambigue vertit *oblatos*, & de oblatione Deo facta intelligit, id partim ex linguæ Græcæ ignorantia, partim ex præjudicio inepte supponit) *corpus quoddam sanctum per preces effectos, & sanctificans eos qui cum sano proposito utuntur.* Necesse est igitur, ut per illos panes quos nos edere ait, veros & terrestres panis substantias de quibus quæstio movebatur, intelligat: alioqui, nihil ad propositum dixisset, atque ut in proverbio est, de alijs interrogatus de cæpe respondisset, quod abillius genio alienum esse, quisquis in ejus scriptis tantillum versatus facilè est observaturus. Sed de hoc loco m alibi.

Septimus denique locus ducitur ex Dialogo de recta in Deum fide, seu ex tertio Dialogorum in Marcionem, ut Libri divisio habet in codice & versione Humfredi viri inter Anglicanos Scriptores valde eruditi. Nam licet hoc opus non sit Origenis, sed scriptoris Posterioris, cujus temporibus Principes jam & Reges Christiani reperiebantur, nihilo minus quia m ignoti Authoris est & inter Origenis opera habetur, ejus testimonium Origenis locis operæpretiũ erit annectere. Agens ergo contra Marcionitas, ait: a *Si, ut isti dicunt (Christus) carne destitutus erat & exsanguis, cujusmodi carnis, vel cujus corpus aut cujus sanguinis imagines dans panem & poculum, mandabat Discipulis per hac memoriam sui facere? Quorum & Apostolus est. Attestans enim hic dicit, panem & poculum benedictionis communionem esse & sanguinis & carnis.* At si panis & vinum sunt imagines corporis & sanguinis Christi, non sunt ipsummet Christi corpus & sanguis. Ea enim relatorum natura est ut realiter inter se differant, nec unum sit aliud. Ad hoc argumentum respondet b Coffetellus, *Origenem intelligere panem & vinum imagines esse corporis & sanguinis Christi, sed præsentium sub signis panis & vini*: hoc est, perspicuè loquendo, per panem & vinum quæ carnis & sanguinis Christi imagines appellantur, designari accidentia panis & vini sub quibus Christus est. *Illum enim veritatem carnis & sanguinis Christi ex hac repræsentatione excludere nolle, ostendit*, inquit, *quod subiungit immediatè: Attestatur enim Apostolus his & dicit, panem & poculum benedictionis esse & sanguinis & carnis communionem.* Sed hoc effugium facillime refellitur. Primo enim Author dicit, Dominum in Eucharistia dedisse panem & vinum. Accidentia autem panis & vini non magis sunt panis & vinum, quam color & quantitas substantia est: nec potest Adversarius vel unicum ex tota antiquitate proferre qui notaverit miraculum illud ingens de accidentibus panis & vini absque panis & vini substantia in Eucharistia subsistentibus. Merum est somnium absque ulla authoritate impudenter nobis obtrusum. Secundo, disputabat hoc loco adversus Marcionitas docentes inter multa alia hæretica & erronea, Dominum non habuisse veritatem carnis, sed illius tantum apparentiam: quasi diceres, accidentia carnis sine veræ carnis subjecto, ita ut *larva hominis solummodo* foret. Argumenta autem duo ad hanc hæresim revincendam ex Eucharistia ducit. Ac prius quidem ex eo quod Dominus in ejus celebratione panem & vinum dederit imagines corporis & sanguinis sui, jusserit que per ea memoriam sui facere: posterius ex Apostolo docente, n panem & calicem benedictionis esse & sanguinis ejus & carnis communionem. Prius autẽ illud necessario sic concipit. Id cujus imagines constituuntur; veraciter existere necesse est: imago enim, non larvæ, non decipulæ, non medacij, non phantasmatis imago est, sed rei alicujus veræ. At panis & vinum in Eucharistiæ celebratione a Domino constituta

Origenes.

m *Sermo prolixus de origine malorum qui habetur in hoc dial. tribuitur ab Eusebio præparat. Evang. l. 7. c. 22. Maximo. Et a Nazianz & Basil. in Philocal. c. 23. Origeni. Et a Photio bibl. c. 236. Methodio.*

n 1. Cor. 10. 16.

h *August. de Catechiz. rudib. c. 26.*

i *Theodoti epitome.*

k

l

m *In Augustino ad fin. c. 7.*

a *Dest noms du Sacrem. c. 19.*

b

Origenes.

tuta ſunt imagines corporis & ſanguinis ſui. Corpus ergo & ſanguinem ejus verè illum habuiſſe neceſſe eſt. Unde autem confirmare poterat Dominum conſtituiſſe panem & vinum imagines corporis & ſanguinis ſui? Palam eſt, illum aliunde non potuiſſe quam ex hiſce Domini verbis, *hoc eſt corpus meum, hoc eſt ſanguis meus.* Ac proinde neceſſe eſt ut intellexerit ſenſum horum verborum eſſe, *hic panis eſt imago corporis mei, hoc vinum eſt imago ſanguinis mei*; Et panem ibi dici eſſe corpus, id eſt, imaginem corporis, vinum ſanguinem, id eſt ſanguinis imaginem. Hoc autem pacto funditus omnino deſtruit, tum tranſſubſtantiationem fictitiam panis & vini, tum præſentiam carnis & ſanguinis Chriſti ſub accidentibus illarum. Utrumque diſerte agnoſcit Vaſques: *Si pronomen, hoc*, c inquit, *in illis verbis* hoc eſt corpus meum, *demonſtraret panem, fatemur etiam fore, ut nulla converſio illorum virtute fieri poſſit, quia panis de quo enuntiantur manere deberet.* Et rurſum: d *Si verba illa*, figura corporis mei, *æquivalent his*, hoc eſt corpus meum, *non fieret corpus Chriſti verè ſub ſpeciebus panis.* Imaginem autem & figuram tantumdem hic eſſe, probatione opus non habet. Sic igitur Author noſter veritatem carnis Chriſti ex Euchariſtia probando, eum quem nos eſſe cenſemus verborum Domini ſenſum pro fundamento ſubſternit, & ex illo argumentatur. Poſterius autem argumentum a verbis Apoſtoli ductum, ſimiliter ita ſe habet. Nulla poteſt eſſe communio rei veraciter non exiſtentis. At panis quem in Euchariſtia frangimus & calix benedictiones communio ſunt corporis & ſanguinis Chriſti: corpus ergo & ſanguis Chriſti non ſunt res veraciter haud exiſtentes Firmum ſanè argumentum. Sed quod inde Coffetellus colligit, Authorem noſtrum præſentiam carnis ac ſanguinis Dominici ſub panis & vini accidentibus propterea ſtatuere, non eodem modo ſe habet. Neque enim ex eo quod panis & calix benedictionis, carnis & ſanguinis Chriſti communio eſſe dicantur, rectius inferri poteſt, aut panem & calicem ſubſtantialiter eſſe carnem & ſanguinem ejus, aut carnem ejus & ſanguinem ſub accidentibus illorum deliteſcere; quam ex eo quod pariter Apoſtolus ait, e cibos idolis conſecratos *eſſe participationem Dæmoniorum*, Et poſt Apoſtolum Authores commentariorum Hieronymo & Sedulio tributorum, *panis idolatriæ dæmonum participatio eſſe monſtratur*; legitime quis colligeret cibos Idolis conſecratos, aut ſubſtantialiter Dæmonas eſſe, aut Dæmonas ſub eorum accidentibus latere. Contrarium potius ſequitur. Nam ſi panis & poculum nobis communio ſunt carnis & ſanguinis Chriſti, panis ergo & calix neceſſario ſubſtantialiter manent, quoniam non entis nullæ poſſunt eſſe operationes.

c Diſput. 180. c. 9. num. 91.

d Diſput. 179. c. 7. fol.

e 1. Cor. 10. 20. & 21.

CAPUT III.

In quo reſpondetur ad Objectiones.

ORIGENEM ſupra recuſabat Perronius tanquam de Euchariſtia male ſentientem cum ab ejus teſtimonijs ſe expedire non poſſet. Ecce vero illum repente tranſubſtantiatum, non modo in veracem uſus Eccleſiæ Hiſtoricum, ſed & in Doctorem Catholicum & Orthodoxum; quandò ei viſus eſt in rem ſuam aliquid dixiſſe. Sic mutat, quando libet, quadrata rotundis, & citra verecundiam Lectoribus ſuis illudit. Quid tamen parturiant montes, videamus.

Primus ergo locus quem objicit ducitur ex homilia decima tertia in Exodum, ubi Origenes ſic loquitur: *Volo vos admonere religionis veſtræ exemplis. Noſtis, qui divinis myſterijs intereſſe conſueviſtis, quomodo cum ſuſcipitis corpus Domini, cum omni cautela & veneratione ſervatis, ne ex eo parum quid decidat; ne conſecrati muneris aliquid delabatur. Reos enim vos creditis, & rectè creditis, ſi quid inde per negligentiam decidat. Quod ſi circa corpus ejus conſervandum tanta utimini cautela, & merito utimini; quomodo putatis minoris eſſe piaculi verbum Dei neglexiſſe, quam corpus ejus?* At, inquit Perronius poſt Bellarminum: *cui bono omnes hæ cautelæ & veneraciones extraordinariæ ſi panis Euchariſtiæ corporis Domini ſignum tantummodò foret?* Poſſet autem quis ſe liberare ab hujus objectionis examine, ſimpliciter dicendo, non conſtare utrum verba citata Origenis ſint, an non potius Ruffini vel neſcio cujus alterius qui homiliam hanc Latinè reddidit, & reddendo interpolavit. Interpolatam enim patet ex eo quod ibi dicatur: *hoc quod dicit logion, id eſt, rationale, eſt pannus exiguus ex auro & gemmis & coloribus varijs.* Nemo enim non videt hæc Origenis non eſſe, ſed ejus qui illum interpretatus eſt. Nolo tamen impræſentiarum hac reſponſione uti. Liberalius cum Adverſarijs agere volo. Eſto: Verba hæc ſint Origenis. Quid in illis ait quod non & nos pariter dicamus? Si enim non immeritò culparetur ille qui ſericam (verbi gratia) veſtem in manibus habens, eam præ negligentia in terram cadere ſineret, cur non & is qui ſacramentum eadem negligentia labi pateretur? Nam in omnibus negligentia culpanda eſt; quantò magis in Sacris, quæ majoris momenti ſunt? Nec Adverſarios juvat, quod Origenes hic Euchariſtiam Domini corpus appellat, ac de ea dicat, *Noſtis qui divinis myſterijs intereſſe conſueſtis, quomodò cum ſuſcipetis corpus Domini*, &c. Nonne enim Facundus Hermianenſis, etſi neget panem Euchariſtiæ a *eſſe propriè Chriſti corpus*; de eo nihilominus libere dicit, *Chriſti fideles ſacramentum corporis* a Lib. 9. c. ult.

Origenes. *& ſanguinis ejus accipientes, corpus & ſanguinem Chriſti rectè dicuntur accipere?* Quidni ergo & Origenes illum Chriſti corpus ſimiliter appellaret, eum tamen exiſtimans Dominicum corpus eſſe, non propriè, ſed figurate, typice & ſymbolice? Id autem ex ejus verbis, quamvis reſpondentium partes tueamur, ex plenitudine juris duplici argumento probamus. Primò enim cum dicat, *cum omni cautela & veneratione ſervatis ne ex eo parum quid decidat, ne conſecrati muneris aliquid delabatur*; liquidò oſtendit ſe de ejuſmodi corpore Domini loqui de quo *parum quid* a toto ſeparari & delabi in terram queat. Id autem de proprio Domini corpore dici non poteſt, cum ex ipſorum Adverſariorum confeſſione indiviſibile ſit. Argumentum ergo ſic retorqueo: De eo quod eſt proprium Domini corpus, nihil a toto corpore divelli, & ab eo ſeparatum diffluere poteſt. De corpore vero Domini de quo loquitur Origenes parum quid a toto ſeparari & in terram delabi poteſt. Corpus ergo Domini de quo loquitur, non eſt proprium ejus corpus: ac proinde ſymbolicum eſſe neceſſe eſt. Secundo, idem corpus comparat cum verbo prædicato, negatque minoris eſſe piaculi verbum Dei neglexiſſe quam corpus ejus. Inepta autem foret hæc comparatio ſi de proprio Domini corpore ageret. Corpus enim proprium Domini utpote divinitati perſonaliter unitum, negligere, piaculum longe majus eſſet, quam ſermonem Dei cum negligentia aliqua audire. Sed contra optime quadrat de corpore ſymbolico & typico intellecta. Nam cum ſacramentum quodammodò ſit in genere verbi, unde Auguſtinus illud appellat [b] *viſibile verbum*, congruenter & rectè dicit æque piaculum eſſe, tum in ſacramenti ſuſceptione tum in verbi auditione, negligentia uti: niſi forte intelligat, pejus adhuc eſſe verbum Dei cum negligentia audire. Et ſane [a] alibi poſtquam obſervaſſet panem & vinum Euchariſtiæ, *ſancta Sanctorum* dici, ad deſignandum quod *cibus hic Sanctus non eſt communis omnium, nec cujuſcumque indigni, ſed Sanctorum eſt*, addit: *quanto magis hoc & de Verbo Dei recte, meritoque dicemus, hic ſermo non eſt omnium, nec cujuſcumque, ſed Sanctorum eſt?* Cum igitur Origenes, confitente Perronio, hoc loco loquatur tanquam Hiſtoricus Veteris Eccleſiæ uſus, liqueatque ex ejus verbis panem Euchariſtiæ communi Eccleſiæ uſu Chriſti corpus appellatum, proprium tamen illius corpus eſſe non poſſe, ſed typicum tantum & ſymbolicum, euidentiſſime ſequitur eumdem eſſe Eccleſiæ Veteris ſenſum, ac proinde eam eſſe Perronij judicio erroneam & hæreticam, quandoquidem ſupra ſententiam Origenis quæ eadem eſt, hæreticam appellabat.

Secundus locus quem poſt Bellarminum ſimiliter objicit, ducitur ex quinta decem homiliarum de diverſis Euangelij locis, in qua reperiuntur hæc verba: *Quando Sanctum cibum, illudque incorruptum accipis epulum, quando vitæ pane & poculo frueris, manducas & bibis corpus & ſanguinem Domini, tunc Dominus ſub tectum tuum ingreditur. Et tu ergo humilians teipſum, imitare hunc Centurionem, & dicito:* Domine non ſum dignus ut intres ſub tectum meum. *Vbi enim indigne ingreditur, ibi ad judicium ingreditur accipienti.* At *quomodo*, inquit Perronius, *non ſequitur corpus Chriſti non eſſe verè & realiter in ſacramento? Ad quem enim diriguntur hæc verba*, Domine non ſum dignus ut intres ſub tectum meum? *Nonne ad Chriſtum ipſum? Rurſum*: quo *ingreditur cum indigne ingreditur & ad judicium ejus qui illum recipit? In animam - ne noſtram, quæ eum indigne recipere non poteſt, quandoquidem fide tantum accipit, an vero in corpus noſtrum?* Similia habet Bellarminus, ut neceſſe non ſit ejus verba adducere. At primo quis nos certos reddet homiliam illam cujus verba objiciunt Adverſarij, ut & novem alias quæ illam comitantur, Origenis eſſe? Bellarminus enim ipſe de hiſce homilijs agens, ait, [c] *ſine dubio non omnes eſſe Origenis.* Ac ſecundam quidem diſerte illius eſſe negat, quod in ea *inentia fiat Manichæorum & Arrianorum qui poſt Origenem exorti ſunt*; quod & ſimiliter notant Eraſmus, [d] Sixtus Senenſis, [e] Baronius, [f] Poſſevinus & [g] Gretzerus. Nonam inſuper rejicit, quod *in ea inveniantur fragmenta ex Hieronymo in Vltimum caput Iſaiæ Prophetæ, & ex S. Gregorio l. 15. Moral. c. 14. & ex aliis Origene poſterioribus.* Decimam pariter, quia *ſtylus eſt plane Latinus.* Octavam, Eraſmus & Merlinus ſtylum Origenis redolere negant: quibus addo, illam eamdem eſſe cum homilia de nativitate Domini apud Hieronymum, ab Eraſmo tomo quarto illius operum poſita inter ſcripta ſuppoſititia, de quibus [h] Bellarmino cum eo convenit. Prima denique ait, *clauſtris non apertis, &c. Virgo ſancta genuit Deum* Origenes contra: [i] *Matris Domini eo tempore vulva reſerata eſt, quo partus editus?* Unde ergo nobis conſtabit quintam illam quam objiciunt ſupradictis eſſe certiorem, potiſſimum cum habeat, non modo ſtylum Latinum perinde ac decima, ſed & indubitatos alios Latini ſcriptoris characteres? Ibi enim ait Author: *Aget, quod in eo aliquid agatur, vel villa in circumvallatione Limitis, hoc eſt, munitione cuſtodiæ nomen accepit.* Sed, demus Origenis eſſe, ſequetur ne ex ejus verbis corpus Chriſti verè & realiter in ſacramento eſſe, ut ſupponit Perronius? Minimè ſane. Ecce enim locum integrum ab eo ex induſtria decurtatum nè mens Authoris appareret: *Dominus ſub tectum credentium ingreditur duplici figura vel more. Nunc enim quando Sancti & Deo acceptabiles Eccleſiarum antiſtites ſub tectum tuum intrant, tunc ibidem*

b *Contr. Fauſt. l. 19. c. 16.*

a *In Leviticˢ. hom. 13.*

c *De Scrip. prov. Eccleſiaſt.*

d *Biblioth. l. 4.*

e *Ad ann. 109.*

f *Apparat. in Dionyſ. Areop.*

g *Defenſ. Bellarm. tom. 1. l. c. 7.*

h *De Script. in Hieron.*

i *In Lucam. hom. 14.*

Digitized by Google

Origenes. *ibidem per eos Dominus ingreditur. Et tu ſic eſtimes tanquam Dominum ſuſcipiens. Aliud, quando ſanctum cibum, illudque incorruptum accipis epulum*, &c. Quid autem prohibet nos dicere, Chriſtum ingredi rectum noſtrum quando ſacramentum ejus recipimus, ſicut ingreditur tectum noſtrum quando Eccleſiæ Antiſtites apud nos intrant? Dicitur autem ingredi tectum noſtrum quando Eccleſiæ Antiſtites apud nos intrant, Non quod Antiſtites Eccleſiæ ſint verè & proprie ipſe Dominus, aut ipſe verè & in propria perſona illis intrantibus apud nos ingrediatur, ſed quia cenſeatur ingredi quando Legati ipſius ac illius perſonam repræſentantes introitu ſuo nos honorant: ſimiliter quoque tectum noſtrum ingredi dicitur, quando corpus ejus typicum, ſeu corporis ejus ſacramentum recipimus, non quod ſacramentum ſit propriè corpus ejus, aut ipſemet ſub ſacramento realiter præſens in os noſtrum ingrediatur, ſed quoniam ſignum ejus repræſentativum percipimus & manducamus. Quod & Author ipſe præmonere non oblitus eſt quando ait in initio: *Dominus tectum credentium ingreditur duplici figura.* Hac autem ratione Chriſtum ab indignis & ad judicium recipi poſſe concedimus. Sic enim in illos non per ſe, ſed tantummodo per ſignum ſuum ingreditur.

Nec obſtat, quod objicit Bellarminus; *Origenes & ſi loqueretur de pane ſignificante corpus Chriſti, non vocaret eum* panem vitæ & incorruptum epulum, *nec ei dici vellet, Domine non ſum dignus.* Cur enim panis Euchariſtiæ, licet ſymbolice tantum & in figura Chriſti corpus ſit, *panis vitæ* dici non poſſet, quando quidem [o] *antidotum eſt non morendi, ſed vivendi per Ieſum Chriſtum*, ſicut & baptiſmus quamvis ſubſtantialiter aqua ſit, & tantum ſanguinis Chriſti ſignum *aqua viva & vitale lavacrum*, à [p] Cypriano & a [q] Zenone Veronenſi, & a Juſtino Martyre [r] *aqua vitæ* appellatur? Cur non & *incorruptum epulum*, ſicut Gregorius Nazianzenus Baptiſmum rurſus appellat [c] *indumentum incorruptionis*; & Dionyſius Alexandrinus tantopere ſupra a Perronio Laudatus, [d] *aquam incorruptam?* Sed fallitur Bellarminus, aut certe fallit cum ſupponit Authorem noſtrum velle ut dicatur pani ipſi Sacramentali, *Domine, non ſum dignus.* Mens enim illius non eſt id ad panem dici, ſed ad Chriſtum dici quaſi præſentem, per figuram & ſignum ſuum videlicet, non autem per ſe, ut jam ante obſervavimus.

Tertius locus ab Aduerſarijs objectus ducitur ex homilia ſeptima in Numeros, ubi Origenes ait: *Tunc in enigmate erat manna cibus, nunc autem in ſpecie caro verbi Dei eſt verus cibus, ſicut ipſe dicit; quia caro mea eſt verus cibus.* At *certe*, inquit Bellarminus, *ſpecies cum enigmati opponitur, idem ſignificat quod veritas collata figura. Si autem Euchariſtia eſſet corpus Chriſti tantum tropicè, non in ſpecie, ſed in enigmate dici deberet caro Domini: nam manna etiam corpus Domini erat tropice, id eſt ſignificative. Et confirmatur argumentum ex verbis precedentibus, ubi Origenes dicit Hebræos habuiſſe baptiſmum in enigmate, dum tranſirent mare rubrum, nobis autem in ſpecie per baptiſmum conferri regenerationem. At vera regeneratio nobis datur in baptiſmo, quam non dabat, ſed tantum adumbrabat tranſitus maris rubri: Ergo eodem modo vera caro nobis datur in Euchariſtia, quam non dabat, ſed in enigmate ſignificabat manna Iudæorum.* Cum autem ad locum hunc a Gardinero objectum reſpondiſſet [e] Martyr, *Origenem annotare, nos duo quædam habere in Euangelio, quæ Veteribus ſub Lege non contigerint, primum, quod intelligentia nobis data eſt clarior & illuſtrior, poſtquam res divinæ non amplius traduntur ſub enigmatibus, deinde quæ de Chriſto venturo illis tantum promittebantur, ea omnia nobis nunc re ipſa completa eſſe & præſtita: Nullam autem ab Origene mentionem fieri de præſentia realis corporis & ſanguinis Chriſti in Euchariſtia*; Atque in hanc rem elucidationis cauſa verba Origenis, tum ſequentia, tum præcedentia adduxiſſet; Bellarminus poſteriore ejus obſervatione vafrè diſſimulata, regerit; *Sed fallitur, aut fallit Petrus Martyr. Nam Origenes utrumque dicit, & Deum locutum in enigmate nunc autem aperte loqui, & Deum dediſſe in Ænigmate quod nunc in ſpecie dat.* Tum adducit antecedentia verba a Martyre ipſo citata, ubi Origenes ait: *Verumtamen Moyſes, priuſquam acciperet Æthiopiſſam, non eſt ſcriptum quia in ſpecie locutus ſit ei Deus, & non in enigmate: ſed ubi accepiſſet Æthiopiſſam, tunc dicit de eo Deus, quia os ad os loquar ad eum, in ſpecie & non in enigmate. Modo enim cum Moyſes venit ad nos & conjunctus eſt huic noſtræ Æthiopiſſæ, Lex Dei, jam non in figuris & imaginibus ſicut prius, ſed in ipſa ſpecie veritatis agnoſcitur, & quæ prius in enigmate deſignabantur, nunc in ſpecie & veritate complentur.* Quaſi autem Martyr in verbis ſupra adductis eadem non obſervaſſet, concludit Bellarminus: *Vides hic non ſolum Deum clarius loqui, ſed etiam reipſa præſtare, quæ in enigmate deſignabat: Euchariſtia igitur veram carnem continet quam in enigmate manna deſignabat.* Sed hæc conſequentia non ſequitur ex præmiſſis, & ab Origenis mente penitus eſt aliena. Ad cujus clariorem reſolutionem præmittendum eſt, carnem Chriſti de qua Origenes loquitur in loco objecto, tripliciter intelligi poſſe. Primò enim accipi poteſt de verbo Euangelico prædicato, ſecundum ipſum Origenem tum a manna figurato, tum caro Chriſti appellato, tum deſignato in his Euangelij verbis, *Caro mea eſt verè cibus.* Nam hæc omnia affirmat homilia ſeptima in Exodum, homilia vigeſima tertia in Numeros, & homilia ſeptima in Leviticum. Secundo, de propria Domini carne, de qua propriè

Origenes.

[e] *De Euchariſt. parte 4.*

[o] *Ignatius in Epiſt. ad Epheſ.*

[p] *Serm. de baptiſ.*

[q] *Serm. de paſch. invitus. ad font. 2. & poſt. baptiſ. ſerm. 1.*

[r] *Contr. Tryphon. Ἐλεγξις. Cypriani l. 2. ep. 3.*

[c] *Orat. 40. εἰφωτεινα Ἰησου.*

[d] *Contr. Paulum Samoſaten. q. 4. αἰναγεννηθῆναι ἐξ ὕδατος καὶ πνεύματος.*

Origenes. propriè dicitur, *Caro mea verè est cibus*, ut & ipse Origenes docet tomo sexto & decimo in Joannem. Tertio, de Sacramento Eucharistiæ, de quo quidem non deprehendi Origenem ullibi accepisse verba ex Joanne supra citata, nisi fortè hoc loco secundum Bellarmini suppositionem: Hieronymus tamen illa sic videtur accepisse in Commentarijs in

f *In Esa. c. 62.* Esaiam, ubi ait; f *Triticum, de quo panis Cœlestis* (id est, Cœleste sacramentum) *efficitur, illud est, de quo loquitur Dominus, Caro mea est verè cibus.* His autem præmissis dico primo, Bellarminum falli cum ait, *speciem cum ænigmati opponitur, idem significare quod veritas collata figuræ significat.* Species enim ænigmati oppolita nihil aliud designat ex se, quam perspicuum & clarum. Nam cum ænigma supponat aliquid obscurum, necesse est id quod illi opponitur clarius quid significare. Confirmatur ex Apostolo qui de cognitione nostra, quandiu hic peregrinantur, loquens

g *2. Cor. 5. c. 7.* ait: g *per fidem incedimus, non per speciem*; & rursum: h *Cernimus nunc per speculum & in*

h *1. Cor. 13. 12.* *ænigmate, tunc autem* (scilicet, postquam perfectio advenerit) *facie ad faciem*; hoc est, clarè & perspicuè. Quod & Origenes ipse observat, hæc Apostoli verba usurpans, tractatu in Matthæum trigesimo tertio. Con-

i *Numer. c. 12. 6. 7. 8.* firmatur quoque ex loco i ipso Libri Numerorum in homilia de qua agimus citato paulo ante locum objectum, ubi Deus ait: *Si fuerit Propheta quis vestrum Domini, in visionibus ei agnoscar & loquar ei, non sicut famulo meo Mosi qui in tota domo mea fidelis est: os ad os loquor ad eum, in specie & non in ænigmate, & gloriam Domini videt.* Confirmatur denique ex verbis illum immediate præcedentibus, ubi Origenes sic loquitur: *Petra in ænigmate erat apud Mosem, antequam jungeretur huic nostræ Æthiopissa, nunc in specie Petra Christus est: Nunc enim os ad os loquitur per Legem Deus. Antea in ænigmate fuit baptismus in nube, & in mari, nunc autem in specie regeneratio est in aqua & Spiritu Sancto.* Quis enim adeo cæcus est ut non videat, adeo pertinax ut non admittat speciem ibi sumi pro perspicuitate revelationis & cognitionis umbratili & obscuræ Legis revelationi collata & opposita? Nec obstat quod Origenes ibidem loquitur de complemento per veritatem, quando dicit: *qua prius in ænigmate designabantur, nunc in specie & veritate complentur.* Nam species ibidem distinguitur a veritate, licet cum ea jungatur, & perspicuitatem designat. Jam vero dico secundo, quacumque trium acceptionum supra enumeratarum accipiatur Caro Christi, quando Origenes ait: *Tunc in ænigmate erat manna cibus, nunc autem in specie Caro verbi Dei est verus cibus, sicut ipse dicit, quia caro mea est vere cibus*; Bellarminum ineptè concludere, *Eucharistiam*, secundum illum, *veram Christi carnem continere quam in ænigmate manna designabat.* Quibus enim fidiculis hanc consequentiam ex Origenis verbis extorserit? Nam si caro Christi sumatur de verbo prædicato, sensus erit, illud esse cibum multo clarius & verius pascens quam olim manna. Si de Christi propria carne, sensus erit, illam per Domini ipsius revelationem perspicue esse verum animarum cibum, cum manna cibus tantum typicus & ænigmaticus foret, Judæis clarioris revelationis defectu vix quid designaret intelligentibus. Si denique de Eucharistiæ sacramento, sensus erit, illud esse Sacramentum clarius antiquo manna, atque ejus comparatione cibum multo veriorem, id est, verius animas nutrientem, secundum hanc Domini sententiam, *quia caro mea est vere cibus.* Ibi enim *verus cibus*, observante Maldonato, *non naturam significat, sed effectum*: caroque Christi sic vocatur, *quia*, inquit, *vere animas nutrit & vitam æternam illis præbet.* Quid autem Bellarmino proderit, si concedamus Origenem hic asserere Eucharistiam sacramentum esse clarius & virtute majus quam manna fuerit, baptismum pariter nostrum baptismo Veterum tum in nube, tum in mari apertiorem & præstantiorem, sicut & k Leo Romanus de utroque simul affirmat, illa esse veteribus *perfectiora & lucidiora*? Panis enim Eucharistiæ æque dici potest esse cibus & manna clarior & virtute major, licet substantialiter panis sit, ac baptismus noster antiquo illo in mari clarior & præstantior, qui nihilominus substantialiter aqua est. Nam & hoc respectu Claritatis & virtutis Basilius & Ambrosius de baptismo nostro loquuntur quasi de unico vero si alijs comparetur: *Quid confers*, inquit l ille, *lavacra, quorum sola appellatio communis est, rerum vero tanta differentia quanta est somniorum ad veritatem, & umbræ ac imaginum ad ea quæ essentialiter subsistunt?* Hic autem: m *Plurima baptismatum genera præmissa sunt, quia secuturum erat verum illud unum in Spiritu & aqua sacramentum baptismatis.* Si autem in baptismate *veritatem* consideraruut, non ratione consistentiæ sed effectus ejus ratione, quidni & Eucharistiæ tanquam cibi *veritatem* spectaverit Origenes non respectu substantiæ, sed effectus & virtutis? At, inquit Milleterius, n *manna non potuit esse figura nisi proprij corporis Christi. Credidit autem Origenes manna figuram fuisse panis Eucharistiæ: Ergo credidit Origenes panem Eucharistiæ verum ac proprium Christi corpus esse.* Majorem probat, *quia Dominus cap. 6. Ioannis testatur manna figuram sui fuisse*: Verum negatur hæc major. Nam Dominus ait quidem, manna sui figuram fuisse; non tamen ideò negat eam aliarum rerum typum quoque esse potuisse. Et sane Augustinus notat, per illud figuratam fuisse o *dulcedinem Scripturarum*, Cyrillus Alexandrinus p *doctrinas Euan-*

Origenes.

k *De passion. Dom. serm. 14.*

l *Basil. de Spirit. S. c. 14.* n Ἐγένετο πολλὰ βαπτίσματα, ἐπειδὴ μέλλον ἦν τὸ ἀληθὲς τοῦτο τῆς ὑποστάσεως τοῦ Δεσπότου, ὅτι οὐ χάριτος ἐν τούτῳ ἀλλὰ ἀληθείας, οὐ σκιὰ τὰ πολλὰ ἐκεῖνα τὰ κατὰ νόμον, ἀλλ' εἰκὼν ἡ τῶν ὑποστάσεων ἐστὶν ἀκριβής;

m *Ambros. epist. 77. n P. 144.*

o *De diversis serm. 44.*

p *Glaphyr. in Exod. l. 2.*

itized by Google

Origenes.

q *In Esaiam p.* 660. r *In Exod. c.* 23. *& in Numer. c.* 9. s *Homil.* 42. t *In Exod homil.* 7. u *In Ioan. tract.* 80. a *In* 1. *ad Cor.* 2.

nas Evangelicas, Procopius q *omne verbum ex ore Dei egrediens*, Isidorus r *etiam cœlestia Legis eloquia, cœlestemque vitam sive doctrinam*; Author operis imperfecti in Matthæum inter Chrysostomi opera, s *verbum*, scil. prædicatum, Origenes ipse, t *cœlestia eloquia quæ lecta sunt nobis.* Quidni & pariter symbolicum Christi corpus quod est *visibile verbum*, quemadmodum u Augustinus Sacramenta in genere vocat? Imo & Theodoretus ait, a manna figuram fuisse *mysteriorum nostrorum*, hoc est, signorum sacramentalium, quemadmodum & *petra fluenta baptismatis.*

b καὶ γὰρ ὁ ἄρτος μίγνυται τῷ σώματι καὶ λαμβάνει. ἀλλ' οὐχὶ κατὰ τὴν φύσιν τοῦ σώματος ἀποτελεῖται, ἀλλ' ἀπὸ τῆς φύσεως τοῦ ἄρτου. ἐπὶ τοῦ ποτηρίου δὲ τοῦ οἴνου, τοῦτο ἐστὶ τὸ αἷμα, ἀλλὰ οὐκ ἐπὶ τὸ αἷμα, ἀλλὰ ἐπὶ τὸ σῶμα, ἀποκαθαίρει, ἵνα μὴ τοιοῦτον ἦ τὸ τοῦ σώματος. pag. 167. & p. 166. & 184. ἀπέστησαν οἱ τῶν θείων ἀπόστολοι σώματος.

Denique Bulengerus contra Casaubonum scribens b objicit Origenem in Matthæum sic loqui: *qui panem participat, Christi corpus sumit. Non enim attendimus ad naturam rerum sensibiliter propositarum, sed animam adducimus per fidem ad corpus Verbi. Nam non dixit, hoc est symbolum, sed hoc est corpus, ostensive, ne quis putet typum esse.* Sed fictitius locus est, ac Græculi forte alicujus recentioris Origeni falsò affictus. Bulengerus enim ipsemet alium adducit ex eodem Origene locum, ubi plane in contrarium ait de pane & vino Eucharistico, c *illa antitypa* esse *Dominici corporis.* Quemadmodum & in Loco ex commentario in Matthæum supra citato, panem vocat *corpus typicum & symbolicum*, hoc est, corporis typum ac symbolum. Quis autem eum crediderit tam pugnantia scripsisse? Absit igitur a nobis tanta supinitas, ut verba hæc nescio unde sumpta, tanquam Origenis genuina suscipianus.

Examen Testimoniorum S. Cypriani.

Christi annum Domini 250.

CAPUT I.

ORIGENI succedat S. Martyr Cyprianus, cujus similiter non minus quam præcedentium testimoniis gloriamur.

Primus locus ducitur ex Epistola ad Magnum, ubi sic loquitur: d *Vnanimitatem Christianam firma sibi atque inseparabili charitate connexam, etiam ipsa Dominica sacrificia declarant. Nam quando Dominus corpus suum panem vocat de multorum granorum adunatione congestum, populum nostrum quem portabat indicat adunatum. Et quando sanguinem suum vinum appellat de botris atque acinis plurimis expressum, atque in unum coactum, gregem item nostrum significat commixtione adunata multitudinis copulatum.* Quem ad locum, tanquam si argumentum simpliciter duceremus a verbo *Vocat* quo Cyprianus utitur, respondet e Perronius illustrissimo Plessæo observanti secundum Cyprianum in verbis Domini, *hoc est corpus meum*, pronomen *hoc* panem designare? *Verum est*, inquit, *illud hoc erat panis quando Dominus illud corpus suum appellavit, sed non amplius erat panis postquam illud sic appellasset. Essentiam enim ejus per vocationem immutavit. Quemadmodum mortuus erat Lazarus quando illum Dominus vocavit, & dixit*, Lazare exi foras; *sed amplius mortuus non erat postquam illum ita vocasset.* Eadem mutatis tantum verbis respondet quoque f Bellarminus, aliam tamen comparationem adhibens *de privato milite quem cum exercitus Imperatorem appellabat, ipsa appellatione fiebat ille Imperator.* Sed uterque nugas agit. Nam quando argumentum nostrum procederet a verbo *vocat*, in quo effugium quærunt, facile admodum foret eos refellere. Primo enim exempla illa quæ afferunt tanquam similia, plane vergunt in contrarium Hypothesis quam tuentur. Neque enim aut Lazarus redivivus factus est, aut privatus miles Imperator quandoque constitutus per propriæ substantiæ conversionem in aliam, sed tantum per illius mutationem accidentariam. Quomodò ergo illa adhibent, ut ostendant Cyprianum de substantiali panis immutatione vocationem de qua agit intelligere? Secundo, Cyprianum verbum *voco* adhibere non in sensu effectivo ut illud exponunt, sed in sensu (ut ita loquar) simpliciter denominativo, evidenter colligitur ex Theodoreto eadem cum Cypriano observante, sed his verbis: g *Proprium corpus Dens* (nempe Joan. 6.) *panem appellat*, &c. *Et alibi carnem suam, frumentum*, &c. *In traditione quoque mysteriorum panem corpus suum vocat & vinum sanguinem*, &c. *Nomina permutavit, & corpori symboli nomen imposuit, & symbolo corporis nomen. Sic cum se vitem nominasset, symbolum sanguinem appellavit* Permutatio enim illa nominum quam fieri dicit, invicte arguit, vocari non ibi sumi pro effici, sed pro dici, nec in pane sacramentali substantiæ mutationem portendere, sed tantum qualitatis & usus. Quod & adhuc in sequentibus confirmat, cum ait: *Qui, quod natura corpus est frumentum, & panem vocavit, & rursus seipsum vitem nominavit, visibilia symbola corporis & sanguinis sui appellatione honoravit, non naturam transmutans, sed naturæ gratiam adjiciens.* Tertio denique, Cypriani mentem esse, Dominum panem corpus suum appellasse, ita tamen ut post illam appellationem panis remanserit quoad substantiam, patet ex ijs quæ subiungit. Nam postquam dixisset, *Quandò Dominus corpus suum panem vocat*; addit, *de multorum granorum adunatione congestum, populum nostrum quem portabat indicat adunatum: Et quando sanguinem suum vinum appellat de botris atque acinis plurimis expressum, atque in unum coactum, gregem item nostrum significat commixtione adunata multitudinis copulatum.* Et rursum alibi: h *Quo & ipso sacramento po-*

Cyprianus.

d *Epistol. 63. l. 3. sive alias epist. 76.*

e *De Euchar. l. 2. cap. 8.*

f *De Eucharist. l. 2. c. 9.*

g *Dialog. 1.*

h *Libr. 2. Epist. 3. sive alias Epist. 63.*

Origenes. *pulus noſter oſtenditur adunatus, ut quemadmodum grana multa in unum collecta & commolita & commixta panem unum faciunt, ſic in Chriſto qui eſt panis cœleſtis unum ſciamus eſſe corpus, cui conjunctus ſit numerus noſter & adunatus.* Atque ex eo & poſt eum Auguſtinus: [i] *Propterea quippe, ſicut etiam ante nos hoc intellexerunt homines Dei, Dominus noſter Ieſus Chriſtus corpus & ſanguinem ſuum in eis rebus commendavit, quæ ad aliquid unum rediguntur ex multis. Namque aliud unum ex multis granis conficitur & conflat, aliud in unum ex multis acinis confluit.* Quibus verbis uterque indicat panem ac vinum etiam poſt receptam corporis & ſanguinis appellationem a Domino, ejuſmodi nihilominus eſſe, ut conſiſtentia ſua ex multis granis & acinis conflata fidelium unitatem ex pluribus perſonis adunatam ſignificent & exprimant: hoc eſt, verè & ſubſtantialiter panis & vinum eſſe permaneant. Quid enim eſt totum illud ex multis frumenti granis, multiſque acinis congeſtum, niſi verus panis, verumque vinum? His autem ſic coagulatis tanquam *ipſo Sacramento* eſſentialiter conſtituto repræſentatio fit unitatis fidelium. Igitur ut ſimilitudo reſpondeat panem & vinum poſt appellationem corporis & ſanguinis remanere neceſſe eſt. Ridiculum enim foret reſpondere accidentia panis & vini ea eſſe quæ fidelium unitatem repræſentant. Nam accidentia panis & vini non ſunt illæ panis qui fit de multis granis in unum collectis, commolitis & commixtis, nec res eæ quæ ad unum aliquid rediguntur ex multis, ſed tantum rerum illarum qualitates & affectiones. Hæc, inquam, poſſemus Adverſarijs regerere quando argumentum noſtrum eo ſimpliciter modo procederet quo illud ab eis accipitur. Sed aliud quiddam e Cypriano deducimus quod pro vafritie ſua filentio involvunt, quoniam ei ſoluendo ſe non pares eſſe ſentiunt. Nam quando Cyprianus ait, *Dominus corpus ſuum panem vocat, &c, & ſanguinem ſuum vinum appellat*; reſpicit procul dubio ad verba *hoc eſt corpus meum, hoc eſt ſanguis meus*, quibus Dominus uſus eſt in Euchariſtiæ inſtitutione, ac in eis intelligit Dominum panem corpus ſuum appellaſſe, vinumque ſanguinem ſuum: ac proinde neceſſe eſt ut pronomen *hoc* in utraque propoſitione acceperit de pane, & vino, earumque ſecundum illum ſenſus ſit, *hic panis eſt corpus meum, hoc vinum eſt ſanguis meus.* Niſi enim verba illa Domini ſic explicanda cenſuiſſet, inepte & falſo dixiſſet Dominum panem & vinum corpus & ſanguinem ſuum appellaſſe. At ſi verba illa, *hoc eſt corpus meum* hunc faciunt ſenſum, *hic panis eſt corpus meum*; ſententia hæc, inquit ipſe [a] Bellarminus, *aut accipi debet tropice ut panis ſit corpus Chriſti ſignificativè, aut eſt plane abſurda & impoſſibilis.* Et recte. Diſparatum enim de diſparato propriè prædicari non poteſt. Nec obſtat quod muſſitat Perronius, verum eſſe *hoc* panem deſignaſſe quando illud Dominus corpus ſuum appellavit, non autem amplius poſt appellationem pro pane ſuppoſuiſſe. Ridet enim Vaſquez ac refellit hunc cavillum: *Intentio*, [b] inquit, *proferentis eſt, de eo quod initio ex parte ſubjecti protulit, enuntiare prædicatum quod poſtea dicit, neque quicquam de ſubjecto ſemel enuntiato ipſe variare vult vel poteſt, alioqui non perſeveraret in eo quod ſemel protuliſſet. Semel autem prolato ſubjecto, & prolatione illius non retractata, non poteſt non uſque in finem perſeverare ſenſus illius.* Hîc autem monendi mihi ſunt Lectores eadem pene omnia Cypriani verba exſtare in commentario in Euangelia Theophilo [c] Antiocheno tributo, unde evidenter patet illam neceſſario eſſe alicujus alterius a Theophiloillo Authoris cum longe Cyprianum præceſſerit, atque ſcriptoris (ni fallor) Latini non Græci. Quibus addo Victorem Antiochenum notare, [d] nemniem ante ſeim Marcum ſcripſiſſe. Quomodo, ſi Theophilus in eum ſcripſiſſet? Neque enim id potuiſſet ignorare.

Secundus locus habetur in Epiſtola ad [e] Cæcilium, in qua prolixe diſputat adverſus eos qui in Euchariſtiæ celebratione aquam tantummodò conſecrabant & bibebant. Sed quia multiplex eſt, ac plurima nobis poteſt argumenta ſuppeditare, perſpicuitatis cauſa, & ut obiter ſolvantur nonnulla quæ Adverſarij torquent & in partes ſuas trahere nituntur, conducibilius erit illum particulatim diviſimque adducere.

Primo igitur diſputationem ſuam ſic inchoat: *Admonitos nos ſcias ut in calice offerendo Dominica traditio ſervetur, neque aliud fiat a nobis, quam quod pro nobis Dominus prior fecit, ut calix qui in commemorationem ejus offertur, mixtus vino offeratur. Nam cum dicat Chriſtus, Ego ſum vitis vera, ſanguis Chriſti non aqua eſt utique, ſed vinum. Nec poteſt videri ſanguis ejus quo redempti & vivificati ſumus eſſe in calice, quando vinum deſit calici, qua Chriſti ſanguis oſtenditur.* Ubi quocunque reſpectu calicis oblationem ſumat, ſive pro oblatione quæ Deo fiebat ante diſtributionem illius, ſive pro ejus diſtributione, affirmat primò calicem eſſe vino mixtum, non aqua ſolâ, ac proinde in eo eſſe verum vinum quoad ſubſtantiam, ſicut & veram aquam: Secundò calicem illum ſic temperatum offerri in Chriſti commemorationem: tertio, poculum illud ſanguis a Domino appellatum, vinum eſſe, non autem aquam, videlicet, ſolam: quartò, denique, eo vino oſtendi ſanguinem Chriſti; ac proinde non eſſe ipſummet Domini ſanguinem. *Signum enim eſt cum per hoc quod videtur aliud quid indicatur*; ait [d] Origenes. Et rurſum: *Exiſtimo ea quæ quorundam aliorum præter ea quæ ſiunt, oſtenſiva ſunt, ſigni appellari*

i *In Ioann. tract. 26.*

b *Diſput. 208. c. 2.*

c *Lib. 1. hoc eſt corpus meum: corpus ſuum panem dicens de multorum granorum adunatione congeſtum, populum hunc quem aſſumpſit indicat adunatum. Hic eſt calix ſanguinis mei e ſanguinem ſuum vinũ appellans de botris atque acinis plurimis expreſſum & in unum conflatum, Item congregationem noſtram ſignificat commixtione adunatæ multitudinis copulatam.*

e *In 1. cap. comment. in Marcum.*

c *Lib. 2. epiſt. 3. Alias epiſt. 63.*

a *De Euchariſt. l. 1. c. 1.*

d *In epiſt. ad Rom. l. 4.*

e *In Ioan. tom. 13. τὸ δὲ ἀναπλῆσαι ἡμᾶς τοῦτο ποτὲ μὲν ἐπὶ τῶν ἀναγκαίων ἐλέγετο.*

Origenes. *appellari.* Ad primum reſpondet Bellarminus, *vinum eſſe in calice quoad accidentia, quæ per ea ſanguinem oſtendit.* Sed ridiculè. Accidentium enim vini ne γεῦ quidem apud Cyprianum. Vinum eſſe dicit in calice & aquam ſimul, non magis per vinum accidentia vini quam per aquam accidentia aquæ intelligens, ſed utrobique veram utriuſque ſubſtantiam accidentibus ſuis affectam. Falſiſſimum enim eſt accidentia vini aut aquæ, vinum & aquam eſſe, aut a quoquam vinum & aquam fuiſſe unquam appellata, aut a ſubſtantijs ſuis ſeparata ſignificare. Figmenta hæc ſunt Adverſariorum antiquitati prorſus incognita. Ad ſecundum reſpondet, *ſanguinem Domini vino ſignificari, ſed præſentem in calice, non abſentem.* At contra, Veterum eam mentem fuiſſe, ut Euchariſtia commemoratio ſit Chriſti *quo uſque veniat*, prout loquitur
f 1. Cor. 11. 26. f Apoſtolus, id eſt abſentis, non vero præſentis, patet ex diſerta eorum affirmatione. *Ultimam nobis commemorationem ſive memoriam de reliquit* nobis Dominus: (inquit
g In 1. Cor. 11. g Author Commentariorum in 1. ad Cor. Hieronymo tributorum) Quemadmodum ſi quis peregrè *proficiſcens aliquod pignus ei quem diligit derelinquat, ut quotieſcunque illud viderit, poſſit ejus beneficia & amicitias memorari.* Et rurſum: *tamdiu memoria opus eſt donec ipſe venire dignetur.* h Sedulius ſimiliter ac ijſdem omnino verbis. Et Auguſtinus: i *Hujus ſacrificij caro & ſanguis ante adventum Chriſti per victimas ſimilitudinum pronuntiebatur, in paſſione Chriſti per ipſam veritatem reddebatur, poſt aſcenſum Chriſti per Sacramentum memoria celebratur*: ubi cum opponat, *reddere ſanguinem Chriſti per ipſam veritatem*, ejus per ſacramentum memoriæ celebrationi, evidentiſſime oſtendit ſanguinem Chriſti non eſſe in ſacramento memoriæ, hoc eſt, in calice, per ipſam veritatem, ſed tantum per ſignum & repræſentationem. Et Theodoretus:
h In 1. Cor. 11. μὴ γὰρ δὴ τὴν αὐτὴν παρέσεσθαι, οἶνον γοῦν τῶν συμβόλων ἔτι ὄντων, αὐτῆ φησὶ παρουσίᾳ ἔτι ὄντος. k *Poſt ejus præſentiam non amplius opus erit ſymbolis corporis, corpore ipſo apparente.* Nota, *poſt ejus præſentiam*, ſeu *adventum*: abiens ergo eſt. Cyprianus ipſe denique cum ait in hac ipſa Epiſtola: *Calicem in commemorationem Domini & paſſionis ejus offerimus.* Calicem enim Domini, eſſe ejus Commemorationem intelligit ea plane ratione qua paſſionis illius pariter commemoratio eſt. Commemorationem autem paſſionis non præſentis, ſed præteritæ & abſentis illum eſſe intelligit: Igitur & Domini abſentis. Ad tertium reſpondet, *Cyprianum, cum dicit*, ſanguis Chriſti non utique aqua eſt, ſed vinum: *intelligere, ſanguinem Chriſti eſſe vinum per ſimilitudinem, eamque propoſitionem neceſſario requirere ut in calice ſit ſanguis proprie, qui tamen habeat cum vino ſimilitudinem.* Id autem confirmare conatur ex eo quod Cyprianus ait: *Nam cum dicat Chriſtus*, ego ſum vitis vera: *ſanguis Chriſti non aqua eſt utique, ſed vinum. Nec poteſt videri ſanguis quo redempti ſumus, eſſe in calice, quando vinum deſit calici, quo Chriſti ſanguis oſtenditur.* Ubi, inquit, *ſicut dicit, Chriſtum eſſe vitem, ita dicit ſanguinem ejus eſſe vinum, non vinum eſſe ſanguinem: & eum ſanguinem quo redempti ſumus dicit eſſe in calice, ſed demonſtrari debere per vinum, quia ſanguis eſt ſimilis vino, non aquæ.* Verum hæc ſophiſmata ſunt Cypriani mentem infœliciter torquentia. Primo enim ſupponit Adverſarius, quando Cyprianus ait, *Sanguis Chriſti non aqua eſt utique, ſed vinum*; eum per ſanguinem illum deſignare proprium Chriſti ſanguinem, quod tamen falſiſſimum eſt, cum per eum intelligat vinum ſacramentale de quo in ſequentibus ait: *Quia in parte inveniunt calicem mixtum fuiſſe quem Dominus obtulit, & vinum fuiſſe quod ſanguinem ſuum dixit.* Vinum enim calicis ſanguinem Chriſti poſt Dominum ibi nominat, quia ſanguis illius ſit *ſecundum quendam modum*, ut loquitur
a 2 Epiſt. 23. a Auguſtinus, & ratione ſimilitudinis *ex qua ſacramenta plerumque rerum ipſarum quarum ſacramenta ſunt, nomina accipiunt.* Secundo, rurſum ſupponit, ſanguinem illum a Cypriano dici eſſe vinum per ſimilitudinem, cum è contra Cyprianus intelligat, ſanguinem illum ſic figurate appellatum, per proprietatem & ſubſtantiam vinum eſſe. Quod clariſſime explicat Arnobius junior quando ait prorſus ad Cypriani mentem: b *Accepimus frumentum in corpore, vinum in ſanguine, oleum in Chriſmate.* Nam ſicut verum ac propriè dictum oleum in Chriſmate accipi intelligit, ita & in eo quod ſanguinem Chriſti appellat verum ac ſubſtantiale vinum. Sed & id pariter innuit Cypriani ſcopus. Scopus enim ejus erat oſtendere, non quidem, in calice Euchariſtico ſanguinem eſſe proprie dictum qui per ſimilitudinem vinum foret, ſed, in calice illo offerendum eſſe vinum, non autem aquam. Hoc autem probat ex eo quod Dominus ſe vitem appellarit; ac proinde ſanguis ejus, hoc eſt, *quod ſanguinem ſuum dixit*, ut infra loquitur, *non aqua utique ſit, ſed vinum*: alieno plane ſenſu a Bellarminiano. Nam cum *in myſteriorum traditione*, ut Theodoretus obſervat, *Dominus permutaverit nomina, ſymbolum ſanguinem appellans, quemadmodum corpori ſuo ſymboli nomen impoſuerat*, illud frumentum ac vitem nominans, utrumque figuratè; vitis autem (a qua appellatio illa ratione ſimilitudinis deducta ac ſibi impoſita) fructus & productio non aqua ſit, ſed vinum: ſacramentum ergo, ſanguis veræ illius vitis ſecundum quendam modum dictus, vinum eſſe debere, non autem aquam, cenſendum eſt. Non enim ſe Dominus aquam vocavit, ut ſanguis ejus ſacramentalis ſubſtantialiter non vinum, ſed aqua eſſe debeat. Nec obſtat quod Bellarminus objiOrigenes.
i Contra Fauſt. l. 20. c. 21.
b In Pſalm. 4.

Cyprianus.

cit, Cyprianum de proprio Domini ſanguine immediate poſt dicere, ſanguinem illum quo redempti ſumus eſſe in calice. Nam quamvis ſimpliciter ſic loqueretur, facile eſſet reſpondere, eum intelligere ſanguinem illum eſſe in calice non per ſubſtantiam ſuam ſed (prout ibidem loquitur) per *commemorationem*, ac per ſignum ſuum aut memoriæ Sacramentum, ut ſupra audivimus Auguſtinum obſervantem. Et rurſum; ſicut infra ipſe Cyprianus dicet, populum *in ſacramento calicis contineri*. Sed addo Bellarminum ejus verba decurtare, ac Cyprianum ita loqui ut liquido ſatis deſignet ejuſmodi eſſe verborum ſuorum ſenſum. Sic enim loquitur: *Nec videri poteſt ſanguis ejus quo redempti & vivificati ſumus eſſe in calice quando vinum deſit calici quo Chriſti ſanguis oſtenditur*. Ubi non ſimpliciter ait, ſanguinem Chriſti eſſe in calice, ſed non poſſe videri eſſe in calice, videlicet, tanquam in ſigno commemorativo, ſi vinum quod ſanguinis ejus ſymbolum eſt, ſeu, *quo ſanguis ejus oſtenditur*, in calice non ſit, ſed ejus loco ſimplex aqua. Sublato enim ſigno repræſentante Chriſti ſanguinem, hoc eſt, vino, non poteſt videri ſanguis ejus repræſentative eſſe in calice. Perinde ſi quidem de calice loquitur, ac Pſeudo-Dionyſius Areopagites de oleo, quando dicit, [c] *illo unguento divino ut in imagine ſacrè conſpici Eccleſiæ divinissima*; per ea Eccleſiæ divinissima intelligens, *Ieſum uberem fontem exiſtentem unde divina odorum ſuavitates hauriuntur*: Et de ipſomet Euchariſtiæ Sacramento, quando ait; *Pontifex conficit divinissima & ſub aſpectum ducit Laudata per ſanctè propoſita ſymbola*: Et rurſum; [d] *Deſcribit in his ſenſibiliter ſub aſpectum ducens Ieſum Chriſtum intelligibilem noſtram, tanquam in imaginibus, vitam*. Ad eumdem ergo modum, non poteſt videri ſanguis Chriſti eſſe in calice, ſcilicet, tanquam in imagine, ſi vinum quod illius imago eſt, calici deſit. Diſertè contra Adverſarios affirmantes, vinum poſt conſecrationem deeſſe calici, ac in eo remanere tantummodo ejus accidentia, quæ vinum eſſe nemo niſi mendax affirmaverit. Ad quartam denique obſervationem noſtram ductam ex eo quod Cyprianus ait, *vino oſtendi Chriſti ſanguinem*, ac proinde vinum conſecratum non eſſe propriè illum ſanguinem, cum *ſigna alterius a ſe oſtenſiva ſint*, ut eorum definitio fert; reſpondet Perronius: *quando igitur editio Latina Euangelij ſecundum Marcum, dicit*, [e] Chriſtus oſtenſus eſt illis in alia effigie, *dicere volet Chriſtum ibi non fuiſſe? S. Cyprianus ſcribit, vino, id eſt ſpecie vini, oſtendi ſanguinem Chriſti, ſicut alij Doctores ſcribunt, Columba, hoc eſt, ſpecie Columbæ oſtenſum fuiſſe Spiritum Sanctum*. Sed hæc argumentum non ſoluunt. Nam ad priorem inſtantiam quod attinet, ea planè diſſimilis eſt Cypriani verbis. In eo enim Marci loco *oſtenſus eſt* intelligitur de demonſtratione ad ſenſum, in Cypriano vero *oſtenditur* de demonſtratione ad intellectum, ſcilicet pro *deſignatur & ſignificatur*. Nam perpetuus is eſt in tota hac Epiſtola verbi illius uſus: *Quando*, inquit, *ſanguis uvæ dicitur, quid aliud quam vinum calicis Dominici ſanguinis oſtenditur?* Item: *videmus in aqua populum intelligi, in vino oſtendi ſanguinem Chriſti*. Rurſum: *oſtendens gentium populum ſuccedere*. Denique: *quo & ipſo Sacramento populus noſter oſtenditur adunatus*. Præterea, aliud eſt dicere, *Chriſtum oſtendiſſe ſe Diſcipulis*; aliud, *Chriſti ſanguinem vino oſtendi*. Locutiones hæ longè differunt, cum in priori innuatur, Chriſtum per ſeipſum ſe exhibere, in poſteriori Chriſti ſanguinem vino tanquam ſui ſymbolo deſignari, unde deducitur congruenter ſigni definitioni, vinum Euchariſticum aliud eſſe a ſanguine Chriſti, ac proinde non eſſe ſubſtantialiter ſanguinem illum. Altera inſtantia non magis appoſita eſt. Non enim dicit Cyprianus ſpecie vini, hoc eſt ſecundum Perronium, accidentibus vini abſque vini ſubſtantia, Chriſti ſanguinem oſtendi: figmentum illud eſt de quo in tota Cypriani Epiſtola ne umbra quidem apparet; ſed ait, *vino oſtendi ſanguinem Chriſti*. Vinum autem ſubſtantia eſt. Columbæ autem exemplum, qualiſcumque columba fuerit, in rem noſtram prorſus cedit. Sive enim vera columba fuerit, ut videntur ſenſiſſe [f] Tertullianus & [g] Cyprianus, ſive artificialis & pro tempore a Deo facta, ut alij exiſtimant, ſemper verum corpus fuit, quod diſertè obſervat [h] Auguſtinus, & poſt eum [i] Maldonatus & plures alij, non accidentia ſine ſubjecto: ac proinde verum vinum eſt, quo ſanguinem Chriſti oſtendi Cyprianus intelligit, non tantum vini apparentia ejus veritatem & ſubſtantiam ementiens.

Cyprianus.

Secundo, inquit Cyprianus; *Invenimus & in Geneſi ſacramentum circa Noè hoc idem præcurriſſe, & figuram Dominicæ paſſionis illic extitiſſe, quod vinum bibit, quod inebriatus eſt, &c, Et Cætera quæ neceſſe non eſt exequi, cum ſatis ſit hoc ſolum complecti quod Noè typum futuræ veritatis oſtendens, non aquam, ſed vinum biberit, & ſic imaginem Dominicæ paſſionis expreſſerit*. At quomodo affirmaret, ſacramenti noſtri typum, futuræque veritatis imaginem & figuram in Noè præcucurriſſe quando vinum bibit, non aquam, ſi in Sacramento noſtro verum ſimiliter vinum bibi non intelligeret, ſed mendacis tantum & falſi nominis vinum, accidentia ſcilicet vini?

Tertiò: *Item, in Sacerdote Melchiſedec*, inquit, *ſacrificij Dominici Sacramentum præfiguratum videmus, ſecundum quod Scriptura divina teſtatur, & dicit*: Et Melchiſedec Rex Salem protulit panem & vinum. Fuit autem ſacerdos Dei ſummi, & benedixit Abraham.

Quod

c *De Eccleſ. Hierarch. c. 4. ſupra citat. in Dionyſ.*

d *Vbi ſupra c. 3.*

e *Marc. 16. 12.*

f *De Carne Chriſti c. 3.*

g *De unitate Eccleſ.*

h *De Trinit. l. 2. c. 5. & 6. Et de Agone Chriſt. c. 22.*

i *In cap. 3. Matth.*

Cyprianus.

Quod autem Melchiſedec typum Chriſti portaret, declarat Spiritus Sanctus in Pſalmis ex perſona Patris ad filium dicens Ante Luciferum genera te. Juravit Dominus & non pœnitebit eum, tu es Sacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedec. *Qui ordo utique hic eſt, de ſacrificio illo veniens & inde deſcendens, quod Melchiſedec Sacerdos Dei ſummi fuit, quod panem & vinum obtulit, quod Abraham benedixit. Nam quis magis Sacerdos Dei ſummi, quam Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui ſacrificium Deo Patri obtulit? Et obtulit hoc idem quod Melchiſedec obtulerat, id eſt panem & vinum, ſuum ſcilicet corpus & ſanguinem.* At per corpus & ſanguinem de quibus loquitur, illum non intelligere proprium Domini corpus & ſanguinem, ſed eorum ſacramenta, facile eſt probare. Id enim apertè indicant Africani Epiſcopi Carthagine congregati, optimi Cypriani interpretes, quando conſtituunt, [k] *ne in Sacris aliquid amplius offeratur quam corpus & ſanguis Domini, ut ipſe Dominus tradidit, hoc eſt, panis & vinum aqua mixtum.* Teſtantur enim corpus illud & ſanguinem Domini verum eſſe panem & vinum aqua mixtum, ſi eorum ſubſtantia ſpectetur, ac proinde corpus & ſanguinem figurate tantum eſſe. Sed & id pariter oſtendit Cyprianus ipſe cum ait, Dominum obtuliſſe *hoc idem quod Melchiſedec obtulerat.* Nam quomodò verè diceret Dominum obtuliſſe hoc idem quod Melchiſedec, ſi non verum panem, verumque vinum obtulit, qualia fuerunt quæ Melchiſedec olim obtulit? Identitas enim ſpecifica oblationum ad rerum oblatarum ſubſtantiam evidentiſſimè refertur. Deniquè & Iſidorus, inquiens: [a] *Tu es ſacerdos ſecundum ordinem Melchiſedec, utique propter myſterium Sacramenti quod Chriſtianis celebrare præcipit: ut non ſecundum Aaron pecudum victimas, ſed oblationem panis & vini, id eſt, corporis & ſanguinis ejus Sacramentum in ſacrificium offeramus.*

Quartò, ait: *Sed & per Salomonem Spiritus Sanctus typum Dominici ſacrificij præmonſtrat, immolatæ hoſtiæ, panis & vini, ſed & altaris & Apoſtolorum faciens mentionem*: Sapientia, *inquit*, ædificavit ſibi domum, & ſubdidit Columnas ſeptem. Mactavit ſuas hoſtias, miſcuit in cratere vinum ſuum, & paravit menſam ſuam. Et miſit ſervos ſuos, convocans cum excelſa prædicatione ad craterem, dicens: Qui eſt inſipiens declinet ad me, & indigentibus ſenſu dixit: Venite & edite de meis panibus, & bibite vinum quod miſcui vobis. *Vinum mixtum declarat, id eſt, calicem Domini aqua & vino mixtum prophetica voce denuntiat, ut appareat in paſſione Dominica* (hoc eſt, ſub inſtans paſſionis, quo tempore Euchariſtiam Dominus celebravit) *idem geſtum quod fuerat ante prædictum.* At quomodo in Euchariſtia, (ea enim eſt quam paſſionem Dominicam figurate nominat, ſicut & in ſequentibus, ubi ait, *Paſcha eſt Domini ſacrificium quod offerimus*) quomodo, inquam, in Euchariſtia gereretur quod fuit ante prædictum ſi in calice ſacramentali vinum non eſſet, ſed tantum vini accidentia? De vini ne accidentibus loquebatur Sapientia cum inclamaret, *Bibite vinum quod miſcui vobis?*

Cyprianus.

Quinto, inquit; *In benedictione quoque Iudæ hoc idem ſignificatur, ubi & illic Chriſti figura exprimatur, &c, quibus ſcriptura divina adjungit & dicit.* Lavabit in vino ſtolam ſuam & in ſanguine uvæ amictum ſuum. *Quando autem ſanguis uvæ dicitur, quid aliud quam vinum calicis Dominici ſanguinis* (ſic enim legunt exemplaria [b] quamplurima, non autem *ſanguis*, ut habet Pamelius) *oſtenditur?* Ubi evidenter affirmat in calice Dominico eſſe ſanguinem uvæ. Sanguis autem uvæ verum vinum eſt. Nec obſtat quod hæc Geneſeos verba, *lavabit in vino ſtolam ſuam*, &c communiter exponantur de paſſione Dominica in qua ſanguine ſuo tanquam vino quodam typico corpus Domini ablutum fuit. Cyprianus enim hoc loco ea non de morte Domini, ſed de Euchariſtia intelligit.

Sextò ait: *Nec non apud Eſaiam hoc idem & Spiritus Sanctus de Domini paſſione teſtatur, dicens*: quare rubicunda ſunt veſtimenta tua & indumenta tua velut a calcatione torcularis pleni & percalcati? *Nunquid rubicunda veſtimenta aqua poteſt facere, aut in torculari aqua eſt quæ pedibus calcatur, vel prælo exprimitur? Vini utique mentio eſt, & ideo ponitur ut Dominni ſanguis vino intelligatur. Torcularis quoque calcatio & preſſura taxatur, quia quomodo ad potandum vinum venire non poteſt, niſi botrus calcetur ante & prematur, ſic nec nos ſanguinem Chriſti poſſemus bibere, niſi Chriſtus calcatus prius fuiſſet & preſſus, & calicem prior biberet quem credentibus propinaret.* Quo loco, Prophetæ verba quæ de paſſione crucis vulgo accipi ſolent, de Euchariſtia exponit, ruborem veſtimentorum referens ad colorem vini quo in ea Dominus uſus eſt, ipſe prior bibens ac deinde credentibus propinans. Illud autem ſanguinem Chriſti non veretur appellare, quoniam illius ſacramentum ſit: *ſacramenta enim ipſarum rerum quas ſignificant plerumque nomina accipiunt*, ut jam ſupra ex Auguſtino a nobis eſt obſervatum. Neque enim Dominus proprium ſanguinem bibit, ſed (ut Heſychius loquitur) intelligibilem ſanguinem: *Ipſe Dominus*, [c] inquit, *primus in Cœna myſtica intelligibilem accepit ſanguinem, atque deinde calicem Apoſtolis dedit.* Intelligibilis autem ſanguis ille eſt, ſanguis figurate ſic dictus: nec aliter unquam vocabulum *intelligibilis* ſumit, ut ſuo loco, Deo dante demonſtrabitur. Cyprianus quoque idem innuit cum ait; *vini utique mentio eſt & ideo ponitur, ut Dominni ſanguis vino intelligatur.* Quid enim eſt, vino *intelligi* ſanguinem Chriſti, niſi ſignificari & de ſigna-

m; ac

[k] *In Codic. Canon. Eccleſ. Afric. can.* 37. & *apud. Concil. Trullan. c.* 32. ἵνα οὐδὲν ἄλλο ἐπὶ τῶν ἁγίων μυστηρίων θυσιάζηται ἢ τὸ σῶμα καὶ τὸ αἷμα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τὸ ἀμόλυντον θῦμα, ὃ καὶ αὐτὸς ὁ κύριος παρέδωκεν, τοῦτ' ἔστιν ἄρτον καὶ οἶνον ὕδατι μεμιγμένον. *vid. Zonaram.*

[a] *In Geneſ. cap.* 12.

[b] *Vid. Pamel. agnoſcent. Codices. quoque duo Biblioth. Petaviana ita legunt. Codex quoq; abbatiæ S. Germani.*

[c] *In Leviti. l.* 2.

ἐκ τοῦ ἐναντίου. Quibus ex contrario. Ἐκ τοῦ ἐναντίου ἐστὶ τὰ ἐναντία. Quibus ex contrario sunt contraria

Cyprianus.

minici calicis, & dicens: Calix tuus inebrians quam peroptimus. *Calix autem qui inebriat utique vino mixtus eſt: neque enim aqua inebriare quemquam poteſt. Sic autem calix Dominicus inebriat, ut & Noe in Geneſi vinum bibens inebriatus eſt. Sed quia ebrietas Dominici calicis & ſanguinis non eſt talis, qualis ebrietas vini ſecularis, cum diceret Spiritus Sanctus in pſalmo*, calix tuus inebrians; *addidit*, quam peroptimus, *quod ſcilicet calix Dominicus ſic bibentes inebriet, ut ſobrios faciat, ut mentes ad Spiritalem Sapientiam redigat, ut a ſapore iſto ſeculari ad intellectum Deus unuſquiſque reſipiſcat: & quemadmodum vino iſto communi mens ſolvitur, & anima relaxatur, & triſtitia omnis exponitur, ita epoto ſanguine Domini* (id eſt, ſanguine typico) *& poculo ſalutari, exponatur memoria Veteris Hominis, & fiat oblivio priſtinæ converſationis ſecularis, & mœſtum pectus ac triſte quod priuſ peccatis angentibus premebatur, divina indulgentia lætitia reſolvatur. Quod tunc demum poteſt lætificare in Eccleſia Domini bibentem, ſi quod bibitur Dominicam teneat veritatem*; hoc eſt, ſi vinum ſit aqua mixtum quod bibatur in calice Dominico juxta ipſius Domini inſtitutionem, non autem aqua ſola. Quid diſertius? Nec

a P. 511. obſtat quod objicit a Milleterius, *Cyprianum, ſi de ſanguine typico Domini, non autem de proprio loqueretur, dicturum non eſſe, illum ſpiritualiter inebriare, ac lætificare*, &c. Id enim quam falſum ſit, patet non tantum ex Auguſtino

b De verb. Domini ſerm. 33. de Euchariſtia pariter dicente, b *modicum accipimus* (de corpore autem & ſanguine proprio modicum non accipitur) *& in corde ſagmamur*; ſed etiam ex Veteribus generatim ſimiles effectus baptiſmo quoque tribuentibus. Videantur Cyrillus Hieroſolymitanus, Baſilius & Nazianzenus in orationibus de baptiſmo.

Nono, inquit: *Aquas populos ſignificare in Apocalypſi Scriptura divina declarat*, &c. *Quod ſcilicet perſpicimus & in Sacramento Dominici calicis contineri. Nam quia nos omnes portabat Chriſtus, qui & peccata noſtra portabat, videmus in aqua populum intelligi, in vino oſtendi ſanguinem Chriſti. Quando autem in calice vino aqua miſcetur, Chriſto populus adunatur, & credentium plebs, ei in quem credidit, copulatur & jungitur. Quæ copulatio & conjunctio aquæ & vini ſic miſcetur in calice Domini, ut commixtio illa non poſſit ab invicem ſeparari. Unde eccleſiam, id eſt, plebem in Eccleſia conſtitutam, fideliter & firmiter in eo quod credidit perſeverantem, nullares ſeparare poterit a Chriſto, quo minus hæreat ſemper & maneat individua dilectio. Sic autem in Sanctificando calice Domini offerri aqua ſola non poteſt, quomodo nec vinum ſolum poteſt. Nam ſi vinum tantum quis offerat, ſanguis Chriſti incipit eſſe ſine nobis: ſi vero aqua ſit ſola, plebs incipit eſſe ſine Chriſto. Quando autem utrumque miſcetur, & adunatione confuſa ſibi invicem copulantur, tunc ſacramentum Spirituale & Cœleſte efficitur.* Ubi cum de populo & de Chriſto pariter loquatur, ac dicat in aqua Dominici calicis populum *intelligi*, & infra, *oſtendi*, in vino autem ſanguinem Chriſti *oſtendi*, & (ut ſupra loquebatur) *intelligi*; evidentiſſime innuit ſe non magis intelligere ſanguinem proprium Chriſti eſſe in calice Euchariſtico, quam populus in eodem ſit, ſed utrumque ibi tantum repræſentative contineri. Nec obſtat quod reſpondet Bellarminus, differentiam eſſe, *quia ſanguis Domini ſignificatur ut pretium & ut potus, populi autem non ita ſignificantur*, & *denique principaliter in Euchariſtia repræſentatur corpus & ſanguis Domini, ſecundario autem populi.* Nam verum quidem eſt, ſanguinem Chriſti, ut potum, & principalius quid ſignificari, Unde & Cyprianus ait illum vino intelligi quia vinum præcipua res eſt hujus mixtionis quæ in calice Domini copulatur & jungitur; ſed tamen innuit ibidem, populum æque directe per aquam ſignificari quam ſanguinem Domini per vinum: qua de cauſa poſtquam dixiſſet, *aquas populos ſignificare*, immediate ſubiungit; *quod perſpicimus in ſacramento calicis contineri.* Author ſimiliter homiliæ de corpore & ſanguine Domini apud Hieronymum, quæ quinta eſt homiliarum Pſeudo Euſebij Emeſeni: *Advertimus in aquis figuram gentium demonſtrari, in vino autem ſanguinem Dominicæ paſſionis oſtendi.* Cum igitur non intelligat populum reapſe & ſubſtantialiter in calice Dominico ſub accidentibus aquæ contineri & concludi, ſed in aqua contineri in ſigno & repræſentatione; ſimiliter non intelligit ſanguinem Domini eſſe in calice per propriam ſubſtantiam ſub accidentibus vini, ſed vino ſignificari ſicut ſigno & ſymbolo.

Ultimo ait: *Sic vero calix Domini non eſt aqua ſola, aut vinum ſolum, niſi utrumque ſibi miſceatur; quomodo nec Corpus Domini poteſt eſſe farina ſola, aut aqua ſola, niſi utrumque adunatum fuerit & copulatum, & panis unus compage ſolidatum: Quo & ipſo ſacramento populus noſter oſtenditur adunatus, ut quemadmodum grana multa in unum collecta, & commolita, & commixta, panem unum faciunt, ſic & in Chriſto qui eſt panis Cœleſtis unum ſciamus eſſe corpus, cui conjunctus ſit noſter numerus & adunatus.* Ubi cum de pane ſacramentum & corpus Chriſti facto loquatur tanquam de re quæ conſtet farina & aqua adunatis & copulatis, quæque conſiſtentia ſua ex multis granis in unum collectis, commolitis & commixtis conſtituta & unum quid effecta, ſignificet myſticum Chriſti corpus ex pluribus fidelibus compoſitum & adunatum; Luce clarius oſtendit ſe intelligere illum eſſe verum ac ſubſtantialem panem, calicem pariter vinum eſſe proprie dictum de botris atque acinis plurimis expreſſum, ac proinde corpus & ſanguinem Chriſti dici, non quod illa pro-

Cyprianus.

prie

Cyprianus. pric ſint, ſed *quia myſterium corporis ſanguiniſque ejus contineant*, ut c Facundus Hermianenſis, Afer ſicut & Cyprianus, hanc appellationem exponit.

c *Libro 9. c. ultimo.*

CAPUT II.

In quo Soluuntur Objectiones.

CYPRIANUM audivimus apertiſſime & conſtantiſſime pro nobis pronunciantem verum panem, verumque vinum in Euchariſtia eſſe, quæ Domini corpus tum proprium, tum myſticum & morale quod Eccleſia eſt, ſignificent & exprimant: jam vero attendamus Adverſarios locis illius aliquot pro more ſuo abutentes.

a *Coffetell. de nominibus Sacram. c. 10. Bellarm. de Euchar. l. 2. c. 9.*

Prima igitur a objectio ducitur è libro de Lapſis, ubi Cyprianus multoties Euchariſtiam appellat corpus & ſanguinem Domini. Ibi enim exaggerans ſcelus eorum qui poſtquam idolis ſacrificaſſent ad ſacramentum Euchariſtiæ accedebant, non prius per debitam pœnitentiam purgati: *Mortiferos*, inquit, *idolorum cibos adhuc pene ructantes, exhalantibus etiam nunc ſcelus ſuum faucibus & contagia funeſta redolentibus, Domini corpus invadunt.* Et paulò infra poſtquam e Scriptura flagitij hujus gravitatem demonſtraſſet: *Spretis his omnibus atque contemptis, vis infertur corpori ejus & ſanguini, & plus modo in Dominum manibus atque ore delinquunt, quam cum Dominum negaverunt.* Et rurſum: *Iacens ſtantibus & integris vulneratus minatur: & quod non ſtatim Domini corpus inquinatis manibus accipiat, aut ore polluto ſanguinem Domini bibat, ſacerdotibus ſacrilegus iraſcitur.* Quibus jungi poſſent varia alia loca ſimilia ex Epiſtola 2. lib. 1., ex 15. lib. 3., ex 6. lib. 4. &c. Sed omnia inutiliter. Quando enim Patres Euchariſtiam vocabant corpus & ſanguinem Domini, non ideo tamen cenſebant illam corpus & ſanguinem ſubſtantialiter & proprie eſſe, ſed intelligebant eam figurate & improprie ſic appellari. Teſtis eſto Facundus Epiſcopus Africanus, fidei ac doctrinæ Cypriani toto orbe, ut b loquitur, radiantis laudator, jam capite præcedenti citatus: *Sacramentum*, c inquit, *corporis & ſanguinis ejus* (Chriſti) *quod eſt in pane & poculo conſecrato, corpus ejus & ſanguinem dicimus, non quod proprie corpus ejus ſit panis, & poculum ſanguis, ſed quod in ſe myſterium corporis ejus ſanguiniſque contineam.*

b *Lib. 10. c. 3.*

c *Lib. 9. c. ultimo.*

Sed inſtat Bellarminus: *Incredibile videtur Cyprianum ſenſiſſe majus eſſe peccatum indignis manibus tangere ſignum aliquod ſeu figuram Chriſtum repræſentantem, quam Chriſtum ipſum negare. Quis enim ita deſiperet, ut dicat gravius peccare eum, qui tangeret librum Euangelij aut imaginem crucifixi cum conſcientia peccati, quam eum qui Chriſtum coram perſecutore negaret? Vult igitur Cyprianus dicere, eos qui indigne ſumunt Euchariſtiam, ipſam Chriſti perſonam in ſe & immediate injuria afficere, & propterea graviſſime peccare, gravius (ſaltem ex hac parte) quam ij faciant, qui Chriſto negando, in fidem & honorem ejus peccant.* Verum primò Sophiſtam agit. Neque enim Cyprianus delicti eorum de quibus loquitur gravitatem ex eo tantum arceſſit quod indignis manibus ſacramentum tangerent, ut in ſuo argumento ſupponit Bellarminus, ſed conjunctim ex duobus, quod illud videlicet tum pollutis manibus ſumerent, tum inquinato & impuro ore ederent. Sed & ſecundò falſum eſt Cyprianum intelligere, eos qui indigne ſic Euchariſtiam invadant, propterea graviſſime peccare, quia ipſam Chriſti perſonam in ſe & immediate injuria afficiant. Quis enim neſcit quod Hieronymus generatim de Sacramentis obſervat, d *dum ſacramenta violantur, ipſe cujus ſunt ſacramenta violatur?* An inde vero recte quis colligeret, quotieſcumque ſacramenta aliqua violantur, ut verbi gratia, baptiſmus, Chriſtum in propria perſona & immediate violari? Rideret Bellarminus ipſe conſequentiæ ineptiam. Simillima tamen ei eſt ejus illatio. Nec obſtat quod contra objicit. Nam mens Cypriani non eſt criminis atrocitatem gravare & amplificare ex parte objectorum contra quæ illi peccaverant, tum in abnegatione, tum in ſacrilegâ Euchariſtiæ uſurpatione, ſed ex parte ſubjecti, hoc eſt, ex eorum voluntatis diſpoſitione in utraque hac actione. Qua ratione vere dicit, eos gravius peccare in Euchariſtia prophanis manibus & ore ſacrilego violanda, licet tantum in ſacramento & figura corpus Chriſti ſit ejuſque ſanguis quam cum Dominum negaverunt. Ipſemet enim aſſerit peccatum voluntarie perpetratum multo ſane gravius eſſe eo quod neceſſitate & vi committitur: *Multo gravior*, e inquit, *& pejor mœchi quam Libellatici cauſa, cum hic neceſſitate, ille voluntate peccaverit, hic exiſtimans ſatis ſibi eſſe quod non ſacrificaverit, errore deceptus ſit, ille matrimonij expugnator alieni, vel lupanar ingreſſus ad cloacam & cœnoſam voraginem vulgi, ſanctificatum corpus & Dei templum deteſtabili colluvione violaverit.* Rurſum, id quoque obſervat plurimos ex illis qui Chriſtum abnegaverant, ad hoc facinus vi, non voluntate eſſe delapſos: *neque enim aquandi ſunt*, inquit, *ille qui ad ſacrificium nefandum ſtatim voluntate proſiluit, & qui luctatus & congreſſus diu, ad hoc funeſtum opus neceſſitate peruenit.* Sed cum Chriſtum coactione, non voluntate negaſſent, ad Euchariſtiam tamen mera voluntate, ac impudentia accedebant, cum & Lex divina, & Eccleſiaſtica Sanctio eos a Domini menſa niſi ante pœnitentia purificatos arceret. Jure ergo merito dicit, illos in hac (ut loquitur) ſacramenti inva-

Cyprianus.

d *In Malach. c. 1.*

e *Epiſt. 2. l. 4. alias Epiſt. 52.*

Digitized by Google

Cyprianus.

ti invaſione gravius peccare quam cum Dominum negaverunt. Sic & alibi agens de eo qui ſchiſma facere conatur: *pejus hoc crimen eſt*, f inquit, *quam quod admiſiſſe lapſi videntur*; quia videlicet, *hic poteſt neceſſitas fuiſſe, illic voluntas tenetur in ſcelere.* Author quoque libri de duplici Martyrio inter illius opera loquens de ijs qui ad memorias Martyrum inebriabantur; *An hoc*, inquit, *levius crimen eſſe ducimus, quam hircum immolare Baccho. Mihi videtur multo gravius, ſi rem recta ratione velimus expendere. Quum Tyrannus dicit, Abnega Chriſtum, & immola Jovi, & eſto amicus noſter, aut morere: ſæpè lingua negat corde reclamante, & manus adolet thus cum animus intus adoret Chriſtum. Et quamquam hoc quoque graviſſimum eſt crimen, tamen aliquam impietatis culpam elevat naturæ imbecillitas*, &c. *Hic ſponte ſubmittis genua Satanæ*, &c. Sic denique Fulgentius crimen ejus qui pœnitentiam negligit, exagitans, illud comparat cum eo qui Chriſtum occidit. *Licet*, g inquit, *non occiderit Chriſtum, in eo tamen deterius peccavit quam ſi Chriſtum occidiſſet, in quo tempus neglexit congruum quod eſt remiſſioni peccatorum divina longanimitate conceſſum.* Quid ni ergo convenientiſſimè diceretur a Cypriano, eum qui in flagitio & impœnitentia conſtitutus ad typicum & ſymbolicum Chriſti corpus & ſanguinem audet impudens accedere, plus in Dominum delinquere, quam cum tormentorum metu coactus illum negavit?

f *De Vnitate Eccleſ.*

g *De remiſſion. peccat. l. 2. c. 17.*

Secunda objectio ducitur ex eodem libro de Lapſis, ubi Cyprianus ait: *Præſente ac teſte me ipſo, accipite quid euenerit. Parentes forte fugientes dum trepidi ſibi minus conſulunt, ſub nutricis alimento parvulam filiam reliquerunt, relictam nutrix detulit ad Magiſtratus. Illi ei apud idolum quo populus confluebat, quod carnem necdum edere poſſet per ætatem, panem mero mixtum quod tamen & ipſum de immolatione pereuntium ſupererat, tradiderunt. Recepit filiam poſt modum mater. Sed facinus puella commiſſum tam loqui & indicare non potuit, quam nec intelligere prius potuit, nec arcere. Ignoratione igitur obreptum eſt, ut ſacrificantibus nobis eam ſecum mater inferret. Sed enim puella mixta cum Sanctis, precis noſtræ & orationis impatiens, nunc ploratu concuti, nunc meritis æſtu cœpit fluctuabunda jactari, & velut tortore cogente, quibus poterat indicijs conſcientiam facti in ſimplicibus adhuc annis rudis anima fatebatur. Vbi vero ſolemnibus adimpletis calicem Diaconus offerre præſentibus cœpit, & accipientibus cæteris locus ejus advenit, faciem ſuam parvula inſtinctu divinæ majeſtatis avertere, os labijs obturantibus premere, calicem recuſare. Perſtitit tamen Diaconus, & reluctanti licet, de ſacramento calicis infudit. Tunc ſequitur ſingultus & vomitus. In corpore atque ore violato Euchariſtia permanere non potuit. Sanctificatus in Domini ſanguine potus de polluris viſceribus erupit: tanta eſt poteſtas Domini, tanta majeſtas. Secreta tenebrarum ſub ejus Luce detecta ſunt, ſacerdotem Dei nec occulta crimina fefellerunt. Hoc circa infantem quæ ad eloquendum alienum circa ſe crimen necdum habuit ætatem. At vero ea, quæ ætate provecta, & in annis adultioribus conſtituta ſacrificantibus nobis latenter obrepſit, non cibum, ſed gladium ſibi ſumens, & velut quædam venena lethalia inter fauces & pectus ſanguinem admittens, angi & anima exæſtuante concludi poſtmodum cœpit. Et preſſuram, non jam perſecutionis, ſed delicti ſui paſſa, palpitans & tremens concidit. Impunitum diu non fuit nec occultum diſſimulata conſcientiæ crimen: quæ fefellerat hominem, Deum ſenſit ultorem. Et cum quædam arcam ſuam, in qua Domini ſanctum fuit, manibus indignis temaſſet aperire, igne inde ſurgente deterrita eſt, ne auderet attingere. Et alius, qui & ipſe maculatus, ſacrificio a ſacerdote celebrato, partem cum cæteris auſus eſt latenter accipere, Sanctum Domini edere & contrectare non potuit. Cinerem ferre ſe apertis manibus inuenit. Documento unius oſtenſum eſt, Dominum recedere cum negatur, nec immerentibus ad ſalutem prodeſſe quod ſumitur, quando gratia ſalutaris ■ Cinerem, ſanctitate fugiente, mutetur.* Hucuſque Cyprianus, ■ cujus narratione Adverſarij varie argumentantur. Cyprianus.

Primo enim Bellarminus ait: *Narrat S. Cyprianus quatuor miracula, quæ facta fuerant in eos, qui indignis manibus corpus Domini tractare voluerant, quæ ſatis abunde arguunt, non eſſe Euchariſtiam ſignum tantum Dominici corporis, cum nulla ejuſmodi miracula legantur in eos edita, qui alia ſigna indigne tractarunt: præſertim cum illi, de quibus loquitur Cyprianus, non ex contemptu vel odio Chriſti ad ſacramentum accederent.* Sed mirum eſt Bellarminum adeo eſſe immemorem. Annon enim ipſemet a refert varia miracula contra violatores imaginum facta? Quis tamen inde colligeret, imagines quando rerum ipſarum quas repræſentant nominibus appellantur, eas ipſas res proprie & ſubſtantialiter eſſe? Annon rurſum ipſe b recenſet ex c Optato Millevitano, *ampullam S. Chriſmatis ab Arrianis* (Arrianos pro Donatiſtis ineptè ſumit) *per feneſtram projectam, angelica manu ſuſtentatam, collidi non potuiſſe?* Quis tamen inde concluderet, Chriſma aliud quam ſignum eſſe? An non denique d Socrates, e Caſſiodorus & f Nicephorus narrant, Judæum quendam ſeductorem qui ficto Chriſtianiſmo crebro baptizatus fuerat, tum ab Arrianis, & Macedonianis, tum ab Altico Conſtantinopolitano, quarta vice acceſſiſſe ad Paulum Novatianorum Epiſcopum ut ab eo pariter baptiſmum ſuſciperet, aquamque baptiſterij bis evanuiſſe? Quis tamen inde inferret baptiſmum ſubſtantialiter aliud eſſe quam veram aquam?

a *De imagib. l. 2. n. 12.*

b *De Sacram. confirmat. lib. 2. c. 6.*

c *Optatus lib. 2.*

d *Hiſtor. l. 7. c. 17.*

e *Hiſt. Tripart. l. 11. c. 14.*

f *Lib. 4. c. 17. vid. & Theodorum Lectorem Collectaneorum lib. 2. ubi agit de Penitent.*

Secundo, Perronius jubet obſervari in ſecundo miraculo, hæc verba; *Sanguinem admittens*, Chriſti ſcilicet, inquit. Verum, ut omit-

Cypria-nus.

ut omittam hoc verbum, *ſanguinem*, non haberi nec in Editione Eraſmi, Coloniæ apud Petrum Quentel anni 1544., nec in varijs manuſcriptis codicibus, quod & obſervat Pamelius, & nos quoque deprehendimus in duobus codicibus veteriſſimis nobilis Bibliothecæ D. Petavij in Pariſienſi parlamento Senatoris Regij; nonnè ſupra oſtendimus Sacramentum ſanguinis ſanguinem dici, non quod ſubſtantialiter ſanguis ſit, ſed quod ſanguinem Chriſti exprimat ac ſignificet? Sed id quoque patet ex ipſomet loco Cypriani ſupra citato, quando ait: *Sanctificatus in ſanguine Domini potus, de pollutis viſceribus erupit.* Quod enim ſanguinem in ſecundo miraculo nominat, in primo appellaverat ſanctificatum in Domini ſanguine potum. At potus in ſanguine proprio Domini ſanctificatus, neceſſario aliud quid eſſe debet a proprio Domini ſanguine, ac proinde tantummodo ſanguis ejus typicus eſſe. Aliud enim eſt ſanctificans: aliud ſanctificatum: ſicut quando Tertullianus ait; g *Aquas in Chriſto baptiſmum videmus benedici*; Et Cæſarius, *Ingreditur anima vitales undas velut rubras ſanguine Chriſti conſecratas*, aliud eſt aqua a Chriſto & ſanguine Chriſti in quo benedicitur & conſecratur.

g De Baptiſmo. Cæſarius aut quis alius de paſchalibus. 5.

Tertio urget h Coffetellus Cyprianum Euchariſtiam appellare, Sanctum Domini: *Sanctum Domini*, inquit, *edere & contrectare non potuit*: quod eum non niſi de proprio Domini corpore dicere potuiſſe exiſtimat. At ego contra pertendo Cyprianum ſic appellare, ſymbolicum Chriſti corpus, quod panis eſt quoad ſubſtantiam, idque perſpicue colligi tum ex Auguſtino, negante nos *poſſe jam Chriſtum manu contrectare*, tum ex ejus verbis. Ait enim: *quidam alius & ipſe maculatus, ſacrificio a ſacerdote celebrato, partem cum cæteris auſus eſt latenter accipere, ſanctum Domini edere & contrectare non potuit.* Unde liquido apparet eum per Sanctum Domini intelligere ejuſmodi illius corpus cujus i *partem* vel *particulam* a toto divulſam accipere quis poſſit. At de proprio Domini corpore id impoſſibile eſt, Adverſarijs ipſis fatentibus. Per Sanctum ergo Domini non intelligit proprium illius corpus: ac proinde ſymbolicum neceſſario per id deſignat. Sanctum autem Domini illud vocat, ſive ſubſtantivè in neutro genere vocabulum illud ſumens, quaſi dixiſſet, rem Sanctam aut ſanctificatam a Domino, ſive adjectivè accipiens, & ſubintelligens *corpus*, vel *cibum*. Sic enim alibi loquitur; k *Sanctum Domini corpus*. Author ſimiliter commentariorum in 1. ad Cor. Hieronymo tributorum. Poſtquam enim dixiſſet, l *Apoſtolus indigne accipientem revocat a Sancto*; locutionem illam paulo poſt ſic interpretatur, *oportet otioſum ceſſare a virgis, ut ſanctum Dominus corpus ſancte percipiat.* Cur enim Euchariſtia, vel *Sanctum Domini corpus*, vel etiam *res Sancta Domini* appellari non poſſet quandoquidem a Domino ſanctificata eſt, licet non ſit proprium ipſius corpus, ſed typicum tantummodò? Imo, qui illa dici poſſet in Domino ſanctificata, ſi proprium ejus corpus propriuſque ſanguis foret? Non enim proprium Chriſti corpus & ſanguis ſanctificantur in Euchariſtiæ conſecratione, (ſancta ſi quidem ex ſe ſunt) ſed panis & vinum. Contendit tamen Adverſarius, *Cyprianum carnem Chriſti intelligere quæ in ſacramento nobis datur perſona ipſius unita, quoniam alibi alludens ad agnum paſchalem qui in una domo edi debebat abſque eo quod diceret aliquid ejus foras efferre, idque Euchariſtiæ adeptans ait:* Caro Chriſti & Sanctum Domini ejici foras non poteſt, nec alia ulla credentibus præter unam eccleſiam domus eſt. *Quis ergo non vult per Sanctum Domini illum Chriſti carnem intelligere, ac utrumque pro eodem ſumere?* Verum, quæſtio non eſt, utrum per Sanctum Domini Chriſti caro intelligatur. Oſtendendum illi erat Cyprianum ibi loqui de propria Domini carne, Contendimus enim eum hîc pariter de typica carne loqui, ſeu de ſacramento carnis & corporis, non autem de carne propria; ac mentem ipſius eſſe, eam legitime edi non poſſe præterquam in unitate eccleſiæ, ſicut olim agnus legi congruenter edi non poterat niſi in ea-ipſa domo in qua paratus fuiſſet. Ita quoque Iſidorus Hiſpalenſis: *quod ait*, m inquit de Moſe loquens, *de agni illius eſu, omnis alienigena non manducabit ex eo, in una domo comedetur, nec efferetis de carnibus ejus foras, hoc de corporis Chriſti ſacramento* (ſacramentum autem Iſidoro n *ſanctum ſignum eſt*) *cujus agnus ille figuram obtinuit, proprie tenetur ſcriptum, cujus corpus* (ſacramentale nimirum) *& ſanguis in una domo, id eſt, in una eccleſia veſci præcipitur, nec efferri foras, in plebibus ſcilicet hæreticorum quæ ab eadem eccleſia Catholica unitate foris vagantur.*

Cypria-nus.

m In Exod. cap. 15.

n Origin. l. 6. c. 19.

Quarto idem o Coffetellus objicit, Cyprianum Euchariſtiam appellare, *Gratiam ſalutarem*; atque ait, *illum per eam Gratiam intelligere Chriſtum ſub ſacris Euchariſtiæ ſymbolis jacentem.* Pariter & ego dixerim, Chriſtum in baptiſmo ſub accidentibus aquæ latere. Clemens enim Alexandrinus illum gratiam appellat: *Multifariam*, p inquit, *vocatur hoc opus, Gratia, & illuminatio, & perfectio*; Et poſt Clementem q Cyrillus Hieroſolymitanus, r Baſilius, & Gregorij s Nazianzenus & t Nyſſenus; Et Iſidorus Peluſiota, u *ſalutaria ſymbola*, Et Paulinus, *gratiam ſalutarem*, Et Punici Chriſtiani x *ſalutem*, &c. Sed & Cyprianus ipſe Adverſarij figmentum validiſſime confutat, inquiens, gratiam hanc ſalutarem de qua loquitur in cinerem fuiſſe mutatam: *Alius*, ait, *qui & ipſe maculatus, ſacrificio a ſacerdote celebrato, partem cum*

cæteris

a Vbi ſupr. c. 12.

b Pædag. l. 1. c. 6. πολλῶν πολλαχῶς τὸ ἐφ' ἑαυτῷ, χάριν ἐκάστῳ τοῦ φωτὸς, ἢ παλιγγενεσίαν.

c Catechef. illumin. 1.

d Exhort. ad Baptiſm.

e Orat. 39. & 40.

f Contr. diſſerent. baptiſm.

g Epiſt. l. 2. epiſt. 38.

Paulin. ep. 15.

h Auguſt. de peccator. merit. & remiſſ. l. 2. c. 24.

i Vid. & l. de Eleemoſyna.

k L. 3. Epiſt. 25. alias 11.

l In 1. ad Cor. 11.

o In 1. Ioan. tract. 1.

Cyprianus.

vateris latenter ausus est accipere, Sanctum Domini edere & contrectare non potuit. Cinerem ferre se apertis manibus invenit. Documento unius ostensum est, Dominum recedere cum negatur, nec immerentibus ad salutem prodesse quod sumitur, quando gratia salutaris in cinerem, sanctitate fugiente, mutetur. Nam quis ausit affirmare, proprium Domini corpus in cinerem fuisse mutatum? Nemo sanè id dixerit. De corpore symbolico quod substantialiter panis est Cyprianus id intelligit, non autem de naturali, cujus talis immutatio impossibilis prorsus est. Quod & ipse Coffetellus fateri cogitur, nodum tamen in scirpo quærens. Nam Cyprianus, inquit, *id quod symbolo accidit corpori ipsi tribuit, quoniam secundum vera Theologia axiomata, corpus Christi non manet in sacramento, nisi quamdiu species & signa in suo esse permanent, & discedit simul atque destructa sunt, &c. Id circo, cum symbolum in cineres fuisset conversum, primaque ejus forma per miraculum destructa, Cyprianus per communicationem idiomatum inter symbolum & rem, ait,* gratiam salutarem, *hoc est corpus Christi* in cinerem fuisse conversum, *quamvis solum symbolum hanc mutationem recepisset: quia corpus Domini subesse desijt, quando symbolum sic destructum fuit.* Quod sane est cum ratione delirare velle, & somnia nobis sua pro demonstrationibus obtrudere. Quid enim illud monstri est, accidentia panis in cinerem fuisse conversa? Id si quidem est quod apertè dicere non ausus, per symboli mutationem intelligit. Accidentia ne mutantur in substantiam? Papæ! miraculum transubstantiatione majus. Sed, ô malum! Veteres id negant. Nam, *Ut accidens*, inquit i Boëtius, *in substantia naturam transeat, fieri nullo modo potest.* Atqui, cinis substantia est. Tum deinde, fictitia illa proprietatum communicatio, absurdissima est. Nam si hæc propositio, *Corpus Christi in cinerem mutatum est*, per idiomatum communicationem inter rem & symbolum vera esse censenda est, similiter dici potent, *corpus Christi mucidum aut acidum fieri, quandoquidem ista contingunt speciebus*, inquit k Bellarminus, *At ilia nemo concederet*, subjungit: cujus rationem reddit, quia *absurda* sunt.

i *In Predicabil.*

k *De Euch. l. 1. c. 2. §. Altera pars.*

Nec juvaret objicere, *Cypriani mentem esse Christum in sacramento Eucharistiæ realiter contineri, quandoquidem ait*; Documento unius ostensum est, Dominum recedere cum negatur, nec immerentibus ad salutem prodesse quod sumitur, quando gratia salutaris in cinerem, Sanctitate fugiente, mutetur. *Recedere enim non posset, nisi præsens fuisset.* Potuit enim verè dici esse in Eucharistia, quēadmodum Augustinus ait, l *Christus ipso lavacro aquæ in verbo, & ipse abluit, ipse mundat*; utrobique videlicet, *occulta gratia, occulta potentia in Spiritu Sancto, non ministerio corporis, sed invisibili opere majestatis*: Ac proinde recedere ab Eucharistia quando virtutem Sanctificantem secundum quam aderat, ad se revocat. Et se ita intellexisse discessum hunc Dominicum, Cyprianus ipse innuit his verbis, *Sanctitate fugiente*, quæ recessus expolitiva sunt. Quid enim est panis Eucharistici Sanctitas, nisi *Sanctificatio illa* per quam fit (ut loquitur m Augustinus) *tam magnum sacramentum operante invisibiliter Spiritu Dei*? Cum igitur Christus ei adfuisset per Spiritum Sanctificantem, recedere quoque dicitur, ad se revocata, propter pravitatem hominis communicantis, sanctificatione sua. Neque enim potest intelligi recedere per propriam substantiam. Nam recedere hoc sensu, est aut ab aliquo subjecto, aut ab aliquo ubi aut loco se substrahere, & ad alia accedere. At quonam abiret ab Eucharistia recedens? Non sanè in cœlum. Nam jam in cœlo est: motus autem tendentia est ad terminum qui non habetur. Nec quoque aliorsum: Alibi enim jam non est quam in cœlo & Eucharistia secundum ipsos Adversarios. Per propriam ergo præsentiam recedere dici non potest.

l *Contr. litter. Petiliani l. 3. c. 49.*

Cyprianus.

m *De Trinit. l. 3. c. 4.*

Tertia objectio ducitur ex libro de oratione Dominica quem Cypriani esse n Augustinus & o Fulgentius testantur, ubi quotidiani panis petitionem exponens, sic loquitur: *Panis vita Christus est, & panis hic omnium non est, sed noster est: & quomodo dicimus, Pater noster, quia intelligentium & credentium pater est, sic & panem nostrum vocamus, quia Christus noster, qui corpus ejus contingimus, panis est. Hunc autem panem nobis dari quotidie postulamus, ne qui in Christo sumus, & Eucharistiam quotidie ad cibum salutis accipimus, intercedente aliquo graviore delicto, dum absenti* (aut *absentes*, ut legit Augustinus) *& non communicantes a Cœlesti pane prohibemur, a Christi corpore separemur.* Hæc autem illius verba simpliciter objicit Perronius, nec indicat quid ex illis colligere contra nos velit, adeo ut conjecturis hic indulgere cogamur. Fortassis igitur illi propositum fuit urgere hæc verba, *Christus noster, qui corpus ejus contingimus, panis est*: quasi Cyprianus de contactu manuali proprij corporis Christi in Eucharistia constituti loqueretur. Quod si voluit, næ ab Authoris mente immane quantum recedit. *Corpus* enim Christi *contingere*, aut *attingere*, ut paulo post loquitur, Cypriano ibi est, ad corpus Christi pertinere. Hoc enim sensu verba *contingere* & *attingere* frequentissime usurpantur. Sic enim Cicero in Verrem: a *quo quisque te cognatione, affinitate, necessitudine aliqua attingebat, ita maxime manus tua putabatur.* Sic Suetonius de Galba: b *Neroni successit nullo gradu contingens Cæsaris domum.* Sic c Valerius Maximus, & alij innumeri. Gregorius quoque d Nyssenus inter Græcos hac locutione utitur. Ad eumdem igitur modum hîc loquitur

n *1. Retract. 1. Et de bono perseverant. c. 2. §. 4. §.*

o *Ad Trasymund. l. 2. c. 14. 16. Et contr. Arrian. responsa ad fin.*

a *Contr. Verrem. l. 4.*

b *In Galba.*

c *Lib. 7. c. 8.*

d *Catechet. orat. c. 16. ad init. fuè.*

Cypria-nus.

Cyprianus, contingere corpus Chriſti pro *in Chriſto eſſe* uſurpans, ut ibidem ſe explicat: abſque eo quod in ejus verbis loco *contingimus* legendum ſit *compingimus*, ut præ inſcitia Milleterius ariolatur. Sed alio forte ſpectabat Perronius. Milleterius enim ait, e *vim argumenti quod inde pro fide Catholica ducitur, in eo conſiſtere quod panis quem S. Cyprianus explicat, ſit Euchariſtia quam cibum ſalutis appellat, panem cœleſtem, corpus Chriſti, Chriſtum ipſum, denique id quod quotidie in Eccleſia traditur, & quo privantur illi qui excommunicantur.* Verum temere ſupponit, panem illum vitæ quem Cyprianus exponit, & Euchariſtiam quam ad cibum ſalutis accipi docet, idem eſſe. Id enim quam falſum ſit, aperte liquet ex Auguſtino qui panem orationis Dominicæ exponens, Chriſtum ab Euchariſtia expreſſe diſtinguit, inquiens: f *Nunquid Euchariſtiam accepturi ſumus, cum ad Chriſtum ipſum venerimus & cum illo in æternum regnare cœperimus?* Nec id quoque vel per ſomnium cogitavit Cyprianus. Mens enim ipſius tantummodo eſt, eos qui per grave aliquod facinus ab Euchariſtiæ communione arcentur, nec curant per pœnitentiam in jus & gratiam communionis reſtitui, eo ipſo & pane cœleſti per Euchariſtiam directe deſignato, id eſt Chriſto vero pane vitæ, & ſimul corporis ipſius myſtici quod eſt eccleſia communione privari. Quod & Palladius pariter affirmat de ijs qui præ negligentia ad Euchariſtiam non accedunt: *qui ſe removet,* g inquit, *a myſterijs, removetur a Deo, qui autem hoc aſſidue facit, aſſidue ſuſcipit Servatorem.* Sed non inde magis ſequitur, aut, Euchariſtiam & Chriſtum panem cœleſtem idem eſſe, aut Chriſtum in Euchariſtiæ pane eſſe contentum, quam ex eo quod Fulgentius ait, h *nec cuiquam eſſe aliquatenus ambigendum tunc unumquemque fidelium corporis ſanguiniſque participem fieri, quando in baptiſmate membrum corporis Chriſti efficitur*; legitime colligeretur, aut aquam baptiſmatis corpus & ſanguinem Dominicum proprie eſſe, aut Dominicum corpus & ſanguinem in illis deliteſcere. Utraque enim conſequentia æqualiter falſa, abſurda, & repudio digna eſt.

Quarta & ultima objectio ducitur ex Epiſtola ad Januarium & cæteros Epiſcopos Numidas de baptizandis hæreticis, ubi Cyprianus ait: *Vngi quoque neceſſe eſt eum qui baptizatus ſit, ut accepto Chriſmate, id eſt unctione, eſſe unctus Dei & habere in ſe gratiam poſſit. Porro autem Euchariſtia, & unde baptizati unguntur oleum in altari Sanctificatur. Sanctificare autem non potuit olei creaturam, qui nec altare habuit, nec Eccleſiam. Vnde nec unctio Spiritalis apud hæreticos poteſt eſſe, quando conſtet oleum ſanctificari, & Euchariſtiam fieri apud illos omnino non poſſe.* In manuſcriptis codicibus, & in antiquioribus Cypriani editionibus legebatur: *porro Euchariſtia eſt unde Baptizati unguntur oleum in altari ſanctificatum.* Eraſmus autem & Pamelius conſiderantes, in hujus loci concluſione Cyprianum diſtincte loqui de oleo & Euchariſtia, ut & Auguſtinum argumentum ejus ſoluentem, (non equidem loco a Pamelio notato, ſed de baptiſmo contra Donatiſtas lib. 5. c. 20.) nihilque debere eſſe in concluſione quod non deducatur è præmiſſis, judicaverunt in illa periodo quæ una præmiſſarum eſt, *porro Euchariſtia eſt unde Baptizati unguntur oleum in altari ſanctificatum*; reponendum eſſe & in locum eſt, *Euchariſtia & oleum*, & *ſanctificatur* legendum pro *ſanctificatum*. Neceſſario certe, & recte, ſi in argumenti concluſione oleum & Euchariſtia diſparate ſunt intelligenda. Verum Gabriel k Albaſpinæus Epiſcopus Aurelianenſis rationem quæ illos movit ad hujus loci correctionem, prorſus diſſimulans, quod ad eam reſpondere non poſſet, eos nihilominus inſimulat audaciæ, ac contendit retinendam eſſe Veterem Lectionem, in qua magnum myſterium ſibi viſus eſt deprehendiſſe: ſcilicet, oleum quo baptizati ungebantur, coram Euchariſtia conſecrari ſolitum fuiſſe, eò quod Euchariſtia exiſtimaretur vi magna pollere ad illud ſanctificandum. Neſcio tamen quo viſus acumine. Nam quando legendum foret, *porro Euchariſtia eſt unde baptizati unguntur*, &c; quidnam eſſet in hiſce verbis, quod indicaret oleum coram Euchariſtia conſecrari ſolitum; potius quam coram oleo Euchariſtiam, aut Euchariſtiam vim ſanctificationis in oleum influere, magis quam oleum in Euchariſtiam? Nihil ſane: ſed tantum, Euchariſtiam quoddam eſſe oleum unde Baptizati unguntur. Videamus tamen quid eum illuc impulerit.

Certum eſt, inquit, *Cyprianum dicere velle*, hæreticos unctionem Spiritalem conferre non poſſe, *hancque eſſe ipſius propoſitionem quam probandam ſuſcipit.* Quod ſane verum eſt. Subjungit: *probatio autem illius in eo conſiſtit, quod non poſſint conſecrare oleum quo unctio Spiritalis fit*: Cum conſtet, *inquit*, oleum Sanctificari apud illos omninò non poſſe. *Probat verò rurſus, illos oleum conſecrare non poſſe, quia Euchariſtiam conſecrare non poſſint*: Cum conſtet, *inquit*, Euchariſtiam apud illos omnino fieri non poſſe. Hæc ille: ſed ſupponit quod falſum eſt. Neque enim Cyprianus Sanctificationem olei à Sanctificatione Euchariſtiæ quarum utramque apud hæreticos fieri negat, diſjungit & diſtinguit tanquam duas rationes diverſas, quarum poſterior ſit fundamentum & probatio prioris; Figmentum id eſt Albaſpinæi: ſed utramque in una eademque periodo ad propoſitionis ſuæ confirmationem conjunctim & ſimul adducit: *Nec unctio Spiritalis*, inquit, *apud hæreticos poteſt eſſe, cum conſtet oleum ſanctificari, & Euchariſtiam fieri apud illos omninò non poſſe.* Utriuſque

Cypria-nus.

e Cap. 18. p. 145.

f De diverſ. ſermo. 9.

g Hiſtor. Lauſiac. c. 52. ὁ γὰρ μὴ προσερχόμενος ἀπὸ τῶν μυστηρίων ἀπὸ τοῦ Θεοῦ μακρύνεται, ὁ δὲ ταῦτα ἐπιτηδεύων, τὸν Σωτῆρα ἐν ἑαυτῷ ἐνδιαιτᾶται.

h De baptiſm. Æthiop. ad finem.

i Lib. 1 epiſt. 12. Alias 70.

k De Euchariſt. l. 2. c. 14.

Digitized by Google

Cyprianus.

uſque autem probatio, videlicet, tum oleum, tum Euchariſtiam apud hæreticos conſecrari non poſſe, continetur evidenter in hiſce præcedentibus verbis; *Euchariſtia, & unde baptizati unguntur oleum in altari Sanctificatur: Sanctificare autem non potuit olei creaturam, qui nec altare habuit, nec eccleſiam.* Ubi tamen hæc verba, *olei creaturam* corruptè videntur conflata ex ijs *oleum & Euchariſtiam*, quæ fortè primò conſcripta fuerant, cum ſeries ratiocinationis & concluſionis ratio diſtinctam olei & Euchariſtiæ mentionem ibi neceſſario requirat. Vis autem probationis illius eſt, quod hæretici legitima menſa careant, (menſa enim *lignea* eſt quam per altare intelligit, ſicut Auguſtinus loco jam ante citato ad hæc verba alludens innuit) nec Eccleſia apud ipſos ſit, ſed ſchiſmatica tantum, hæretica & illegitima congregatio: adeoque, ut infra loquitur, *cum omnia apud illos inania & falſa ſint, nihil eorum quod illi geſſerint a nobis probari debere. Quid enim poteſt ratum & firmum eſſe apud Deum quod illi faciunt, quos Dominus hoſtes & Adverſarios ſuos dicit, in Evangelio ſuo ponens: qui non eſt mecum, adverſum me eſt, & qui non mecum colligit, ſpargit?*

Sed inſtat Albaſpinæus: *Cyprianus ait*; Unde nec unctio Spiritalis apud hæreticos poteſt eſſe, quando conſtet oleum ſanctificari, & Euchariſtiam fieri apud illos omnino non poſſe. *Cenſebat igitur unctionem Spiritalem abſque ſacris oleis & Euchariſtia fieri non poſſe, ac eos qui utraque conſecrare non poterant, baptizare quoque non poſſe, &c: quod ſufficit ad oſtendendum Euchariſtiam illis temporibus olei conſecrationis cauſam exiſtimatam fuiſſe, oleumque coram ea vulgo conſecrari ſuetum.* Verum, Cypriani mens non eſt aſſerere unctionem Spiritalem ſimpliciter & univerſaliter loquendo abſque oleo & Euchariſtia haberi non poſſe. Directe enim pugnaret cum multis Veterum ex profeſſo aſſerentium, nos ſive [a] per fidem extra ſacramentorum uſum, ſive in ſacramentis, hoc eſt, tam in baptiſmo quam in Euchariſtia, ſanguine Chriſti Spiritaliter ungi. Sed tantummodò loquitur de Unctionis perfectione & complemento per baptiſmum inchoatæ, per alia ſacra ſignacula conſummandæ: docetque ejuſdem poteſtatis eſſe, tum baptiſmum, tum oleum, tum Euchariſtiam conferre, adeo ut quicumque unum non poſſit, nec reliqua ſimiliter. Sed quibuſnam fidiculis extorquebit Albaſpinæus, oleum coram Euchariſtia Sanctificari conſveuiſſe, Euchariſtiamque conſecrationis olei cauſam fuiſſe creditam? *Id patet*, inquit, *quoniam alioqui ridiculum foret Cypriani argumentum.* Quamobrem autem ridiculum? *primo, quia Cyprianus concludere non poſſet, hæreticos non poſſe baptizare & ſpiritalem unctionem conferre, ex eo quod Euchariſtiam conficere non poſſent, niſi Euchariſtia conferat, & neceſſaria ſit ad Chriſmatis conſecrationem.* Secundo, *quia nulla ratio reddi poteſt, cur in hoc de baptiſmo tractatu, Euchariſtiam proferat ad probandum unctionem Spiritualem apud hæreticos eſſe non poſſe, niſi dicatur, illam aut cauſam eſſe conſecrationis olei, aut ad baptiſmum aliquid conferre: quorum alterutrum ſemper erit Euchariſtiæ perhonorificum.* Sed priorem rationem tanquam falſa ſupponentem, & a Cypriani mente aliena concludentem, ſupra exploſimus; crambè tantum recocta eſt, faſtidioſior repetitione quam ante fuit, Poſterior, nihilo melior eſt. Vera ratio propter quam Cyprianus Euchariſtiam apud hæreticos fieri & unctionem ſpiritalem conferri negat, ea eſt, quod cenſuerit in Euchariſtia, ſicut & in oleo, & in baptiſmo nos ungi ſpiritualiter ſanguine Chriſti, Euchariſtiamque in nobis perficere complere & conſummare quod baptiſmus & oleum hoc reſpectu jam inchoaſſent. Hoc autem ſic intellecto, quis eum in unctionis ſpiritalis quæſtione, Euchariſtiæ myſterium adducere mirabitur?

Atque hæc a nobis dicta ſunto ad illuſtrandam, tum Eraſmi & Pammelij correctionem, tum etiam Cypriani mentem. Sed & penes nos eſt alia quoque ratione Albaſpinæi figmentum, de oleo coram Euchariſtia & per Euchariſtiam ſanctificato, validiſſimè refellere, idque veterem Lectionem retinendo, ſed integram: *Porro Euchariſtia eſt unde baptizati unguntur oleum in altari ſanctificatum.* Nam cum antiquæ editiones ſic legant, teſteturque Pamelius codices manuſcriptos quibus in editione ſua uſus eſt (quamplurimis autem uſus eſt) ita habuiſſe, codiceſque pariter duo Bibliothecæ Petavianæ quos vidimus ſic habeant, ut & alter vetus admodum Abbatiæ S. Germani, qui quamvis corruptè legat *Euchariſtiam & oleo*, nihilominus habet *eſt & Sanctificatum*, Codices quoque Bibliothecarum Regiæ, Thuanæ, San Victorianæ; probabilis ſanè hæc lectio videri poteſt. Juxta quam dicendum erit in hac poſtrema clauſula, *unde nec Vnctio Spiritalis apud hæreticos poteſt eſſe, quando conſtet oleum Sanctificari & Euchariſtiam fieri apud illos omnino non poſſe*; oleum & Euchariſtiam non duas res diſtinctas deſignare, ſed unam tantum, atque Euchariſtiam eſſe expoſitivam olei, ſicut in præcedente dixerat, *Euchariſtia eſt unde baptizati unguntur oleum.* Sic enim planè concideret Adverſarij figmentum, Cypriano non agente de oleo propriè dicto quo Baptizati ungebantur, & de quo diſtinctè fortaſſe poſtea: *Serre autem & meminiſſe debemus ſcriptum eſſe, oleum peccatoris non ungat caput meum; quod ante in Pſalmis præmonuit Spiritus Sanctus nè quis exorbitans & a via veritatis exer-*

Cyprianus.

[a] *Vid. ſupr. in Clemente Alexandr. c. 2.*

nes, adhibendi sunt, ut ipsi quoque ea sumant. Hæc Concilii verba.

Quæ quidem ratio communicandi sub utraque specie, quamvis ab Ecclesia Romana, et a Patribus ejus, non sine magna causa, et ratione probata fuerit, et per multa sæcula in Occidentali Ecclesia, licet aliquando in aliquibus regionibus usitata, tamen, ut ex Concilio Constantiensi, et ex Florentino, et ex Trentino, quod nunc habemus, constat, non fuit ab initio Christianæ religionis tam necessaria, quam ex institutione Christi videri possit. Nam Concilium Constantiense, quod primum de hac re decretum fecit, ait, Consuetudinem communicandi laicos sub una specie, ab Ecclesia et Sanctis Patribus introductam, et diu observatam, pro lege habendam esse, quam non licet reprobare, aut sine Ecclesiæ auctoritate pro libito immutare. Quæ verba satis declarant, non fuisse ab initio Ecclesiæ hanc consuetudinem, sed postea introductam. Et Florentinum Concilium, quod secutum est, ait, Ecclesiam hanc consuetudinem communicandi sub una specie approbasse, et in quibusdam regionibus pro lege habendam esse. Quæ verba

Cyprus. ...ne Nicosia, Cyprus Sigr. ...a Nicosia, Cyprus Sigr. ...a Nicosia, Cyprus Sigr. ...a

Arnobius. rit; utrum intelligerent in diverſis ſtatuis vni quidam Deo, Verbi gratia, vulcano conſecratis, aliquas tantum illius Dei particulas eſſe, an vero totum Deum in ſingulis hic & illic inveniri. Neutrum autem dici poſſe oſtendit. Non prius. Si enim tantum aliquæ Dei particulæ ſimulacris inhabitant, non igitur Deus ille in illis reſidet; quoniam Dei (etſi diviſibilis foret) particulæ, non magis Deus ſunt, quam manus aut pedes hominis perſonam conſtituunt. Nec etiam poſterius: quia idem non poteſt ſimul eſſe in locis diſſitis. Alioquin a ſe ipſo divideretur, quod abſurdum eſt. *In Simulacris*, inquit, *Dij habitant, ſinguli ne in ſingulis toti, an partiliter atque in membra diviſi? Nam neque vnus Deus in compluribus potis eſt uno tempore ineſſe ſimulacris, neque rurſus in partes ſectione interveniente diviſus. Conſtituamus enim decem millia ſimulacrorum toto eſſe in orbe Vulcani: numquid eſſe, ut dixi, decem omnibus in millibus potis eſt vnus vno in tempore? Non opinor. Quacauſa? Quia quæ ſunt privata ſingulariaque natura, multa fieri nequeunt ſimplicitatis ſuæ integritate ſervata: Et hoc amplius nequeunt, ſi hominum formam Dij habent, opinatio ut veſtra declarat. Neque enim manus a capite ſeparata, aut pes diviſus a corpore ſummam poſſunt præſtare totius: aut dicendum eſt, portiones idem poſſe quod totum, cum conſiſtere nequeat, niſi fuerit partium congregatione conflatum, Si autem in cunctis idem eſſe dicetur, perit omnis ratio atque integritas veritati, ſi hoc fuerit ſumptum, poſſe vnum in omnibus vno tempore permanere, aut Deorum eſſe unuſquiſque dicendus ita ipſum ſemet abipſo ſe dividere ut & ipſe ſit & alter, non aliquo diſcrimine ſeparatus, ſed ipſe idem & alius. Quod quoniam recuſat, & reſpuit, aſpernaturque natura, aut innumeros dicendum eſt, conſitendumque eſſe Vulcanos, ſi in cunctis volumus eum degere atque meſſe ſimulacris, aut erit in nullo, quia eſſe diviſus natura prohibetur in plurimis.* Huc uſque Arnobius pro Chriſtianis adverſus Ethnicos agens. At quomodo eis objicere potuiſſet, unam atque eamdem rem non poſſe eodem tempore in pluribus locis eſſe abſque multiplicatione ac diviſione ſui, idque contrarium eſſe ejus unitati, & integritati, ſi Chriſtiani ipſi corpus Chriſti ſui, adeoque Chriſtum ipſum ſimul totum ſub innumeris panis & vini accidentibus eſſe credidiſſent? An non illico Ethnici cum non modo vecordiæ, ſed & impudentiæ ſummæ accuſaſſent, quod auderet eis tanquam contradictorium, impoſſibile & abſurdum opponere, axioma a Chriſtianis, non tantum poſſibile, ſed & certiſſimum & veriſſimum creditum? Qua autem ratione reciprocatum hoc telum declinaſſet Arnobius? Sane, non poterat. At quis eum ita hebetem & fatuum exiſtimarit, ut ſe Ethnicorum ſannis exponere voluerit? Supereſt igitur ut dicamus, Chriſtianos nullo modo tum credidiſſe corpus Chriſti ſui in varijs ſimul locis ſub accidentibus panis in Euchariſtia eſſe, ac proinde firmiſſime Ethnicorum de Dijs ſuis ſtatuas inhabitantibus delirium impugnaſſe, tanquam multiplicationem omnino impoſſibilem, & abſurdiſſimam inducens. Arnobius. Concilium I.

Examen Canonum 13. & 18. *Concilij* [c] *Nicæni primi.*

c *Anno Domin.* 325.

PERVENIMUS ad Synodum Nicenam hujus nominis primam, quæ ſi forte circa ſubſtantiam myſterij de quo litigamus aliquid habeat, magni ſane debet eſſe momenti, cum non ſit particulare Doctoris unius, ſed quamplurimorum undequaque congregatorum concors & univerſale ſuffragium. Eam autem ſibi favere contendunt Adverſariorum nonnulli, Albaſpinæus, videlicet, & Coffetellus. Quo jure, videndum.

Primo ergo objiciunt Canonem decimum tertium; ubi [a] Concilium occaſione eorum qui poſtquã idololatriæ inſignia accepiſſent, ad pœnitentiam recepti fuerant, & in mortis periculum durante pœnitentia incidere poterant, ait: περὶ τῶν ἐξοδευόντων, ὁ παλαιὸς καὶ κανονικὸς νόμος φυλαχθήσεται καὶ νῦν. ὥστε εἴ τις ἐξοδεύοι ἢ πλευσιάζοι καὶ ἀναγκαιοπάθοι ἀφοδίου μὴ δοτοσταθῆναι. εἰ δὲ δοκιμασθεὶς καὶ κοινωνίας πάλιν τυχεῖν, πάλιν ἐν τοῖς ζῶσιν ἐξεταζέσθω μὴ τὸ κοινωνεῖν τῆς εὐχῆς μόνης ἔστω. καθόλου δὲ καὶ περὶ παντὸς ὁ παρὼν ἐξοδεύοντος, αἰτοῦντος μεταλαβεῖν εὐχαριστίας, ὁ ἐπίσκοπος μετὰ δοκιμασίας δεδότω. *De his qui ad exitum veniunt, etiam nunc lex antiqua regulariſque ſervabitur, ita ut ſi quis egreditur è corpore ultimo & neceſſario Viatico minime privetur. Quod ſi deſperatus & rurſum communionem conſecutus, iterum convaluerit, ſit inter eos qui orationi tantum communicant. Generaliter autem omni quicunque ſis in exitu conſtituto & poſcenti Euchariſtiæ communionem, Epiſcopus ei poſt probationem tribuat.* Ubi primo Coſſetellus obſervare jubet communionem Euchariſtiæ, *ultimum & neceſſarium viaticum appellari: unde patet*, inquit, *Veterem Eccleſiam cenſuiſſe communionem tempore mortis neceſſariã eſſe.* Reſponderi poſſet ex Albaſpinæo, Concilium hoc loco per ultimum & neceſſarium viaticum nõ intelligere Euchariſtiæ Communionem, ſed abſolutionem, hoc eſt, reconciliationem quæ fiebat per manuum impoſitionem, quamque ſolam vult hiſce pœnitentibus tum datam fuiſſe. Verum quia non probamus Albaſpinæi obſervationem, cum levi admodum fundamento nitatur, ſcilicet, canone 3. Arauſicani concilij primi, male

a *Coffetell. De nouis dat S. Sacram. c. 18. Albaſpin. de Euch. l. 1. c. 19. & obſervat l. 1. obſerv. 11.*

Arnobius Concilium I.

male intellecto, & juxta canonem 79. Concilij Carthaginenſis quarti evidenter accipiendo; Coffetello concedimus *Viaticum* intelligi de Euchariſtia, ſicut & Zonaras & Balſamon illud exponunt. Quid contra nos hinc exſculpſerit? Nihil ſane. Baptiſmum enim [a] Veteres hoc quoque nomine appellaverunt, ut Coffetellus ipſe [b] agnoſcit; Et quidem nonnulli adeo neceſſarium, ut illum [c] *ſalutem* nominarent, quod exiſtimarent *prater eum ad ſalutem quemquam hominum pervenire non poſſe.* Ut omittam, concilium Nicenum Euchariſtiam ibi *neceſſarium viaticum* appellare reſpectu eorum qui per longiſſima pœnitentiæ ſuæ tempora hoc unitatis ſymbolo pro facinoribus ſuis privati, eo ſub exitum vitæ ad conſolationem ſuam opus habebant. Secundò, Albaſpinæus Canonis hujus occaſione plurima dicit quæ ſummatim huc redeunt: *Concilium pœnitentibus ante completum pœnitentiæ tempus de vita periclitantibus, duo concedere quæ ante illis negata fuiſſent. Vnum eſt, abſolutio*, quam per viaticum intelligi exiſtimat: *Alterum, ijdem poſt acceptam abſolutionem Euchariſtiæ communio: ſub ea tamen cautione, ut ſi ad valetudinem redirent, pœnitentiæ tempus præſtitutum abſolverent priuſquam Euchariſtiæ communione abſolute gauderent.* Unde concludit: *Euchariſtiam tum non fuiſſe æquatam baptiſmo, nec confirmationi, nec abſolutioni, quandoquidem negabatur* (ante Nicenum concilium) *ijs qui illa tria perceperant. Secundo Veteres, aliquid timuiſſe illam denegando, videlicet, aut pœnitentes non ſatis fuiſſe juſtificatos, aut Euchariſtiam læſam fuiſſe, aut denique talem in ſe eſſe ut de ea ſtatuere non auderent: quorum quodlibet dicatur, neceſſario admittendum eſt illos eam credidiſſe verum eſſe Domini Corpus.* Verum multa falſa aſſumit. Primo enim ſupponit, tum per *viaticum* hic intelligi abſolutionem ſeu reconciliationem per manum impoſitionem, quod jam ſupra negavimus; tum in prima ac in ultima canonis hujus clauſula de ijſdem præciſe pœnitentibus agi, cum contra liquidum ſit in priori de certis quibuſdam pœnitentibus de vita periclitantibus, (de idololatriæ crimine, ſcilicet ante maculatis) in poſteriori generatim de pœnitentibus omnibus ad extrema quoque redactis, ſermonem haberi. Rurſum & ſupponit, ijſdem in vitæ periculo conſtitutis, poſt abſolutionem ſivè reconciliationem denegatam quandoque fuiſſe Euchariſtiam: quod neſcio an probaturus ſit. Locus enim [d] Cypriani quem affert, ubi loquitur de *pace morientibus data*, nihil tale evincit, cum Euchariſtiæ communio vna cum pace data intelligi poſſit: quod & forte Cyprianus ipſe innuit, quando de ijſdem ibidem ait, *pignus vitæ in data pace percipiunt.* Quid enim aliud eſt *pignus vita*, quam *pignus ſalutis æterna*, ut Euchariſtiam Optatus Milevitanus [e] appellat?

[a] *Baſil. exhort. ad Baptiſ. Nazianz. orat. 40. Balſamon in Can. Timothei Alexand. interr. 2.*
[b] *Vbi ſupr. p. 240.*
[c] *Auguſt. de peccat. merit. & remiſſ. l. 1. c. 24.*
[d] *Ad Antonian. l. 4. Epiſt. 2.*
[e] *Lib. 6.*

Id ipſum quoque colligi poteſt ex Dionyſio Alexandrino in Hiſtoria Serapionis, cui ſimul & pax reddita & Euchariſtia data, ſicut refert [a] Euſebius. Sed & inde malè concludit. Nam quamvis ei daremus Euchariſtiam quandoque denegatam fuiſſe ijs qui reconcilitati fuerant per manuum impoſitionem, ſeu (ut ipſe met loquitur) qui abſolutionem acceperant; ideone ſequeretur Euchariſtiam quid infinito excellentius tum fuiſſe exiſtimatam? Minimè Gentium. Alioquin enim ſimiliter dicere poſſem, attamen in contrarium, Abſolutionem Euchariſtia infinito præſtantiorem creditam fuiſſe, cum aliquando denegaretur ijs qui in infirmitate Euchariſtiam perceperant. Id enim teſtatur Concilium Carthaginenſe quartum, quando ait: [f] *Pœnitentes qui in infirmitate viaticum Euchariſtiæ acceperint, non ſe credant abſolutos ſine manus impoſitione ſi ſupervixerint.* Nec verius eſt quod addit, Euchariſtiam a Veteribus baptiſmo longe excellentiorem fuiſſe exiſtimatam. Nam ſi aliquando de Euchariſtia magnifice locuti ſunt, ac eam ſupra baptiſmum quodammodo extulerunt, de baptiſmo quoque eum reliquis omnibus Dei donis, quorum negari non poteſt Euchariſtiam vnum eſſe, comparantes, adeo honorifice agunt ut illi primas tribuere plane videantur. Chryſoſtomus enim eum in gradu ſuperlativo [g] *maximum donum appellat*, & [h] *bonorum caput*, ſeu *ſummam*: Et Nazianzenus, [i] *Dei Donorum excellentiſſimum & magnificentiſſimum*; Ut nulla ſit alterius ſuper alterum excellentia abſoluta, ſed reſpectiva tantum. Denique, quod pœnitentibus etiam in vitæ periculo conſtitutis Euchariſtia denegata quandoque fuit, quod deinde illis ita periclitantibus a Niceno concilio ſapienter fuit indulta, quod tandem eis conceſſa ſub hac cautione ut ſi forte convaleſcerent tempora pœnitentiæ conſtituta adimplerent antequam jus plenum Communionis acciperent; non ideo factum eſt quod ea propriè Chriſti corpus eſſe tum crederetur, aut propter rationes ab Adverſario confictas, ſed duabus aliis de cauſis. Prior, Euchariſtiam ipſam concernit. Cum enim ea ſit per conſiſtentiam ſuam ex varijs frumenti granis, ac racemorum liquore coadunatam ſymbolum unionis cum toto Chriſti corpore, hoc eſt, tam cum Chriſto qui caput illius eſt, quam cum fidelibus qui ſunt ejuſdem corporis membra; pœnitenteſque illi, ſive idololatria, ſive aliquo alio ejuſmodi flagitio, ab eo corpore myſtico ſe ſeparaſſent, indigni tum videbantur ad id per Euchariſtiam tanquam per ſymbolum ſacræ hujus unitatis viſibiliter aggregari, niſi longæ ac diuturnæ pœnitentiæ teſtimonio ſeclus ſuum (ita dicam) abluiſſent & expiaſſent, ac ſe dignos oſtendiſſent qui vinculum unitatis ſymbolicum ac typicum

Arnobius Concilium I.

[a] *Hiſtor. l. 6. c. 36.*

[f] *Can. 79.*

[g] *In Ioan. homil. 36.* ἀγαθῶν πάντων μέγιστον.
[h] *In Acta hom. 40.* τὸ κεφάλαιον ἔχοντα τῶν ἀγαθῶν ἅπαντων.
[i] *Orat. 40.* τὸ δῶρον τὸ πάντων τιμιώτατον καὶ μεγαλοπρεπέστατον.

Diatypoſis Gelaſij Cyziceni.

cum cum reliquis fidelibus ordinariè ſuſciperent. Rectè tamen judicavit Nicena Synodus eos per infirmitatem evidenti vitæ periculo expoſitos, hoc ſolatio (ne deſperarent) eſſe refovendos ac recreandos. Poſterior ſpectat fideles ab hac longæ pœnitentiæ neceſſitate immunes. Laptis enim Euchariſtiæ participandæ gratia per plurimos annos rigidè denegabatur, tanquam ſi ab Eccleſia divulſi prorſus fuiſſent, ut alij qui ſteterant, ac in fide & pietate immoti perſeveraverant, eorum exemplo & ſupplicio diſcerent fortes eſſe & conſtantes, nec ullius periculi quodcumque illud ſit metu a libera & ingenua Domini confeſſione ſe abduci paterentur.

Secundò [g] Coffetellus urget canonem decimum octavum qui ſic habet: [k] *Pervenit ad Sanctum magnumque Concilium quod in quibuſdam locis & civitatibus Preſbyteris Euchariſtiam Diaconi tribuant: quod neque Canon, neque conſuetudo tradidit, ut hi qui offerendi poteſtatem non habent, iis qui offerunt dent corpus Chriſti.* Verum, quid eſt in hoc Canone quod fidei noſtræ vel tantiſper adverſetur? Euchariſtiam, corpus Chriſti appellat: quid mirum, cum illius ſacramentum ſit? *Sacramenta enim ex ſimilitudine ipſarum rerum quarum ſacramenta ſunt, earum nomina plerumque accipere*, jam ſupra multoties ex [l] Auguſtino obſervavimus. Addamus & alios teſtes. Affirmat enim [m] Nyſſenus, *imaginem non propriè dici quod dicitur eſſe* (videlicet, archetypum ſuum) *quia natura non eſt quod nominatur.* Subjungit Euſebius, [n] Euchariſtiam *eſſe imaginem propriæ corporis Chriſti.* Corpus ergo Chriſti quando ea eſſe dicitur, non intelligitur illud corpus propriè eſſe; ac proinde tantum typicè & ſymbolicè.

g *Vbi ſupr. c. 10. p. 175.*

k ἐλθὼν εἰς τὸν μέγαν τῆ μεγάλῃ συνόδῳ, ὅτι ἐν ταῖς τισὶ τῆ πολλαχοῦ τῶν ἐπαρχιῶν τοῖς ἱερεῦσι τὴν εὐχαριστίαν οἱ διάκονοι διδόασι. ὅπερ οὔτε κανὼν ἔδωκε, οὔτε συνήθεια παρέδωκε, τοῖς ἐξουσίαν μὴ ἔχουσι προσφέρειν, δοῦναι τοῖς προσφέρουσι τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ.

l *Epiſt. 23. contr. Eunom. l. 1.* εἰκὼν ἔχει τὸ πνεῦμα λέγεσθαι ἅπερ λέγεται, ὅτι ἐστὶν ἐν τῇ φύσει ὁ ἀνομάζεται.

m *Demonſt. l. 8.* τὸν εἰκόνα τοῦ ἰδίου σώματος ὁ Χριστὸς ἐπονομάζει.

Examen Diatypoſeos a Gelaſio Cyziceno Confictæ & Concilio Niceno primo tributæ.

EDITUS primum eſt Græcè & Latine procurante Balforeo, Libellus [a] a Photio memoratus *de iis quæ in Concilio Niceno I. acta ſunt*, Authore Gelaſio quodam Cyziceno. Non adfuit autem hic Author ipſi Synodo, nec ejus temporibus vixit, ut accurrate reſcire poſſet quæ in illa geſta ſunt, ſed vixit ſub Baſiliſco, ut ipſemet [b] teſtatur, hoc eſt, centum quinquaginta poſt Synodi celebrationem annis. Centonarius fere merus eſt, qui ex Euſebio, Ruffino, Socrate, Sozomeno & Theodoreto ſæpe male intellectis farraginem ſuam compoſuit: varia tamen de ſuo immiſcens & interponens a veritate aliena, quorum nonnulla obſervarunt Viri illi Docti qui in Editione Romana Conciliorum admonitionem hujus collectionis præpoſuerunt, multa alia (ſi opus foret) notari poſſent. Inter Cætera autem quæ confinxit, extat Diatypoſis de Euchariſtia, cujus nec Euſebius nec Ruffinus, nec ipſi Niceni Canones, nec ullus ex Veteribus mentionem vel tenuiſſimam fecit: in qua licet nihil habeatur quod ab hujus Synodi Patribus alienum videri poſſit, veritatis tamen amor vetat ne alteri patiamur eam tribui quam vero illius parenti, Gelaſio videlicet Cyziceno quinti ſeculi Authori. Ita autem ſe habet ex Balforei & Bellarmini verſione: [c] *Iterum etiam hic in divina menſa ne humiliter intenti ſimus ad propoſitum panem & poculum, ſed attollentes mentem fide intelligamus ſitum in ſacra illa menſa agnum illum Dei tollentem peccata mundi, incruente a Sacerdotibus immolatum: & preciosum ipſius corpus & ſanguinem vere ſumentes credere hæc eſſe noſtræ reſurrectionis Symbola. Propter hoc enim neque multum accipimus, ſed parum, ut ſciamus quod non ad ſatietatem, ſed ad Sanctimoniam ſumimus.* De hoc autem teſtimonio tanquam *inſigni* valde gloriantur Adverſarij: jure ne an injuria patebit ex diſcuſſione uniuſcujuſque Clauſulæ. Singulatim enim expendi quælibet meretur.

Primò ergo ait: *In divina menſa ne humiliter intenti ſimus ad propoſitum panem & poculum.* Sicut & antè de baptiſmo dixerat: [d] *Baptiſma noſtrum non ſenſibilibus oculis conſiderandum eſt, ſed intellectualibus.* Et rurſum: *plenas Sanctificatione Spiritus & ignis divini aquas conſidera.* Quibus verbis evidenter innuit in Euchariſtia verum panem & vinum eſſe, ſicut in baptiſmo veram aquam: neutrobique tamen in illorum ſubſtantijs ſiſtendam eſſe mentis noſtræ operationem, ſed ad res ab illis ſignificatas attendendum eſſe.

Secundo ait: *Attollentes mentem, fide intelligamus ſitum eſſe in ſacra hac menſa Agnum Dei tollentem peccata mundi.* Ubi, inquit [e] Bellarminus, *cum dicit Agnum Dei ſitum eſſe in ſacra menſa, & eumdem Agnum, opponit ſymbolis, manifeſte declarat, Agnum Dei vere & proprie ac reapſe eſſe in menſa, & non ſolum quatenus per ſymbola repræſentatur.* Perronius autem aliter diſputat in hunc modum: *Non dicit*, [f] inquit, *nos concipere debere Agnum Dei ſitum eſſe in hac menſa per fidem, ſed nos concipere debere per fidem, agnum Dei in hac menſa ſitum eſſe: Hoc eſt, fidem non ponit ex parte exiſtentiæ per quam ei procuretur locus, ſed ex parte intelligentiæ ad conceptionem ejus adjuvandam. Quis autem adeo cæcus eſt ut non perſpiciat, longe hac inter ſe differre, cognoſcere per fidem aliquid eſſe; & cognoſcere, aliquid eſſe per fidem?* At ſi tantum ageretur de retundenda Adverſariorum objectione, id ſane facillimum foret. Primo enim quod Bellarminus ait, Gelaſium Agnum opponere ſymbolis, ambiguum eſt. Nam ſi intelligat oppoſitionem ab illo fieri inter Agnum & ſymbola quâ ſymbola ſunt, id falſum eſſe dicimus.

Diatypoſis Gelaſij Cyziceni.

a *Biblioth. cod. 15. & 88.*

b *In præfat.*

e *Part. 2. c. 31. c. 5.* ἐπὶ τῆς θείας τραπέζης πάλιν ἐφιστῶμεν μὴ ταπεινῶς ἀγόμενοι ἀρτῳ καὶ ποτηρίῳ παρόντας αὐτοὺς ἐκφήνῃ. ἀνυψώσαντες δὲ ἀμῶν τὸν διανοιαν, πίστει νοοῦμεν ἐπὶ τῆς ἱερᾶς ἐκείνης τραπέζης, τὸν ἀμνὸν τοῦ θεοῦ τὸν αἴροντα τὰς ἁμαρτίας τοῦ κόσμου, θυόμενον ὑπὲρ τῆς τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας εἰρήνης, ἑορτάζοντας, τῇ τὸ ἀληθινὸν αὐτοῦ σῶμα καὶ αἷμα ἀληθῶς λαμβάνοντας ἄρτος, πίστει οὐκ ἄνευ τοῦ τῆς ἀμετρήτου ἀναστάσεως σύμβολα. ἀλλ' οὐκ ἔστι πολὺ λαμβάνεσθαι, ἀπ' ὀλίγου, ἵνα γνῶμεν, ἡμᾶς οὐκ ἀποστολοι, ἀπ' οὐκ ἀγαπᾶν.

d *Ibid c. 4.* τὸ βάπτισμα ἡμῶν ὁ θεὸς αἰσθήτοις οὐ θεωρεῖσθαι κελεύει προσηκόντως, ἀλλὰ τοῖς νοητοῖς. Et infra: πλήρη τῆς ἁγιασμοῦ καὶ πνεύματος τῆς θείας χάριτος, καὶ τὸν λόγον.

e *De Euchariſt. l. 2. c. 10.*

f *Anth. 9.*

Diatypoſis Gelaſij Cyziceni.

climus. Oppoſitio enim quam inſtituit, eſt, inter Agnum per panem & vinum tanquam per ſymbola in myſterio repræſentatum, & inter ipſam ſymbolorum materiam, id eſt, panis & vini ſubſtantias, menſque illius eſt non ſimpliciter & craſſè eas eſſe ſpectandas, ſed in ijs tanquam in ſacris ſymbolis conſiderandum eſſe Agnum Dei qui illarum ſignificata res eſt: ſecundum vulgatum illud & generale de ſignis axioma, ab Auguſtino ſic propoſitum, ‖ *Inſignis ne quis attendat quod ſunt* (videlicet, ſecundum ſubſtantiam ſuam) *ſed potius quod ſigna ſunt, id eſt, quod ſignificant.* Et rurſum: h *Hæc ſacramenta ſunt, in quibus aliud videtur, aliud intelligitur.* Secundo, quid ſibi vult quod ait Perronius, *aliquid eſſe per fidem*? Nam aliquid per fidem nobis præſens eſſe, congruè dicitur; prout Apoſtolus ait, i *Chriſtum inhabitare per fidem in cordibus* noſtris: verum, aliquid eſſe per fidem, neſcio an convenienter dici queat, & a quoquam huc uſque dictum ſit. Sed hoc omiſſo, dico locutiones illas inter quas jubet diſtingere, licet plerumque diverſa ſignificent, non tamen ſemper ita ſtrictè ſumi, ſed quandoque idem deſignare, adeoque quamvis fides ponatur ex parte intelligentiæ ad conceptionem ejus adiuvandam, non propterea illam ſupponere præſentiam rei in loco in quo fidei ſpectanda eſſe dicitur, vel actu ſpectatur. Nonnè enim Ephram ait: k *Contemplaris, ô homo, immaculatiſſimum Dominum in cruce ſuſpenſum*? Et Gregorius Nyſſenus: l *Exeamus in Bethleem ac videamus ſpectaculum novum, quomodo virgo partu lætatur, quomodò ea quæ nuptias non eſt experta lactat infantem.* Et Hieronymus: m *Sepulchrum Domini quotieſcunque ingredimur, toties jacere in ſyndone cernimus ſaluatorem, & paululum ibidem commorantes, rurſum Angelum videmus ſedere ad pedes ejus, & ad caput ſudarium convolutum.* Et rurſum de peregrinatione Paulæ ad Bethleem loquens, nonnè ait: ■ *Me audiente jurabat cernere ſe oculis fidei infantem pannis involutum, vagientem in præſepi Dominum, magos adorantes, ſtellam fulgentem deſuper, matrem virginem, nutritium ſedulum, paſtores nocte venientes ut viderent Verbum quod factum erat caro*? Et Paulinus de Sene quodam nauclero loquens: ■ ■ *cujus vivente terra* (id eſt, corpore) inquit, *Dominici corporis impreſſa videmus veſtigia, ſi fidelibus oculis & acie Spirituali, quod in* ● *ſinus Chriſti, quod manus contigit, perlegamus.* Et Anaſtaſius Sinaita. p *ubi mortuum eſt Sanctum ejus corpus, illic nos congregavit, ut ſimus ipſius participes.* Ubi liquidum eſt fidem poni ex parte intelligentiæ, ut in Authoris noſtri verbis, ad ejus operationem excitandam aut exercendam: nec ideò tamen Adverſarius ipſe conceſſerit Chriſtum tum reapſe jacentem fuiſſe aut in cruce aut in ſyndone, aut in præſepi, aut denique corporis ejus veſtigia in ſene naucleto realiter impreſſa fuiſſe, & etiamnum in cruce eſſe. Cur non ergo & Gelaſius pariter dicere potuerit, Agnum fide eſſe concipiendum in ſacra menſa jacentem, ut hac loquendi formula, non realem ejus in Euchariſtica menſa præſentiam, ſed fidei illum ibidem ſpectantis operationem ſimpliciter deſignaret? Hoc, inquam, penes nos foret Adverſarijs regerere, ſi nobis tantummodo propoſitum eſſet eorum objectionis infirmitatem revincere. Sed quoniam deſideramus Gelaſij mentem illuſtrare, reſpondemus tertio illum hoc tantum velle, Chriſtum eſſe aut jacere (Græcum enim κεῖσθαι utrumque indifferenter ſignificat, etiam apud q Gelaſium ipſum) in Euchariſtiæ menſa non reapſe & per propriam ſubſtantiam, ſed per ſymbola illum repræſentantia, ſcilicet panem & vinum: Senſumque illius eſſe, panem & vinum non eſſe ſpectandâ in ſe ſeu ratione ſubſtantiæ ſuæ, ſed in illis tanquam in ſignis conſiderandum eſſe Agnum Dei ab illis figuratum, prout *Archetypum in imagine conſpici* ſolet, ut notat a Gregorius Nyſſenus. Nam verbum κεῖσθαι ſæpe hoc ſenſu ſumitur, ſicut & Latinum *jacere*. Sic enim quærebat Eutyches ab Orthodoxis, b *in qua ſcriptura jacent duæ naturæ.* Sic Euſtathius ait: c *ſeptem orbis miracula* κεῖνται ἐν λόγοις jacent in verbis, ſeu Hiſtorijs, quia videlicet in eis recitentur. Sic Chryſoſtomus de menſa Euchariſtica loquens, ἐσφαγμένον, d inquit, σφάττεται ὁ χριστὸς, jugulatus propoſitus eſt Chriſtus. Et rurſum: e Quid facis homo? Juras ſuper ſacram menſam, & ubi Chriſtus jacet occiſus ἐνθα ὁ χριστὸς κεῖται τυθυμένος, illic fratrem tuum occidis? Et f iterum de eadem: ὁ νύσσων ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς κεῖται ἐσφαγμένος: quod & pariter ait f Anaſtaſius Monachus Sinaita. Sic denique Gelaſius ipſe Cyzicenus. Neque enim ſimpliciter ait, Agnum κεῖσθαι in menſa Euchariſtiæ, ſed perinde ac Chryſoſtomus, κεῖσθαι θυόμενον, *jacere immolatum ac mactatum.* At fatetur ipſe Perronius, g *Chriſtum ſub ratione formali mactati & mortui in ſacramento non contineri, ſed tantum repræſentari.* Cum igitur Gelaſius illum dicat in Euchariſtiæ menſa ſub hac præciſe ratione jacere fide eſſe intelligendum, manifeſtiſſimè innuit ſe id ſolummodo deſignare velle, Agnum ibi repræſentative & in imagine eſſe. Nec obſtat quod objicit Adverſarius; Gelaſium hanc phraſin πίστει νοεῖν fide intelligere deſumpſiſſe ex h *Apoſtolo ad Hebræos qui illa utitur ad conſtituendum de Creationis mundi doctrina fidei articulum, ac proinde illius ſimiliter propoſitum eſſe, de Chriſti in ſacramento inexiſtentia articulum fidei efficere: articulos autem fidei nec falſas nec allegoricas propoſitiones admittere poſſe.* Nam phraſin

‖ *De Doctr. Chriſt. l. 2. c. 1.*

h *Sermon. ad infant. apud Fulgentium de baptiſm. Æthiopis.*

i *Epheſ. 3. 17.*

k *De paſſione. Vide & de natura Dei curioſè non ſcrutanda, prolixè.*

l *In natiuit.* Διελθωμεν καὶ τὴν βηθλεὲμ, ἰδωμεν τὸ ῥῆμα, &c.

m *Ad Marcellam ſub nomine Paulæ & Euſtoch.*

n *In Epitaph. Paulæ.*

o *Epiſt. 36.*

p *Anagog. contempl. in Hexaem. l. 6.*

q *Cap. 11. de Spiridionis filia loquens*

a *De beatitud. orat. 6.* ὁ τῆς ἀληθείας προφήτης λέγων.

b *Concilij Chalcedon. Act. 1.*

‖ *Præfat. in Iliadem Homeri.*

c *Ad popul. Antioch. hom. 15.*

d *Homil. de prodit. Iuda.*

e *Ad popul. Antioch. hom. 15.*

‖ *In Epiſt. ad Hebr. hom. 14.*

f *Orat. in ſynaxim.*

g *De S. Auguſtin. c. 3.*

h *Hebr. 11. 3.*

Diatypo-sis Gelasij Cyziceni.

phrasin hanc ab Apostolo esse mutatam, mera est Perronij hariolatio. Neque enim quicumque forte utitur locutione ab aliquo usurpata, illico eam ab illo censendus est desumpsisse. Nec quamvis ab Apostolo eam esset mutuatus, ideo mox sequeretur eadem prorsus ratione ab illo applicari, cum ex materia dicti dirigendus sit sensus, subjectique diversitas diversam appellationem evidenter requirat. Nec verũ denique est, articulos fidei seu objecta credenda qualiacumque illa sint, propositiones allegoricas, hoc est, figuratas, admittere non posse. An non enim sessio filij ad dexteram Patris propositio figurata est, seu allegorica, ut loquitur Perronius, quamvis fidei articulus seu res credenda sit? Nam neque sessio illa filij, neque ea Patris dextera, proprie intelligendæ sunt. An non rursus S. Petrus ait post Prophetam;

i 1. Petr. 2. 6. *i Ecce pono in Sion Lapidem angularem, electum, pretiosum, & qui credet in eum non confundetur*; quis tamen ideo dixerit, eo quod hæc propositio fidei nostræ objectum sit, Christum proprie loquendo & absque omni figura angularem esse lapidem? Ac tandem, ne longuis abeam, nonne Author noster ait in eo ipso de quo jam tractamus loco, *Agnum in divina mensa mactatum jacere?* Pariter ergo dixero, si Adversarij observatio attendatur, Christum non allegorice, sed proprie Agnum esse, atque in Eucharistia non repræsentative tantum, sed reapse & proprie immolatum & mactatum, seu mortuum contineri: quod tamen ipsimet falsum esse fateri coguntur.

y cap. 19. p. 151. & 2. Verum instat Milletcrius: y *Res illa cui Concilium nos jubet esse attentos, sublimi non humili modo, non tantum est Agni figura, sed ipsemet: Agnus Dei qui tollit peccata mundi*, &c. *Atqui panis & vinum super sacra mensa communicantibus proposita, res illa sunt cui Concilium nos jubet esse attentos, sublimi modo, non humili: Igitur panis & vinum super sacra mensa communicantibus proposita non sunt sola Agni figura, sed ipsemet Agnus qui tollit peccata mundi.* Tum juveniliter sibi plaudens thrasonice exclamat, *laudas esse manus huic veritati.* At ego contra pertendo minorem hujus argumenti esse falsissimam, Concilijque; seu potius Gelasij verbis ἀνθυφαλικῶς repugnantem. Tantum enim abest ut dicat, nos pani & vino super sacra mensa propositis attentos esse debere, quin potius contrarium jubeat. Expresse enim ait, *ne attenti simus ad panem & poculum propositum*: Et insuper addit, ne *humiliter* attenti simus, non ut innuat nos sublimiter ipsis attentos esse debere, sed potius ut doceat, vilem & abjectam fore hanc cogitationem, si ad panem & poculum proposita attenderemus, ac proindè mentem esse ab illis abstrahendam, & fide ad Agnum Dei cujus sacramenta sunt extollendam, juxta generalem illam Augustini de Sacramentis regulam: z *auditis signis ad res significatas feratur intentio.* Et rursus: a *Hæc sacramenta sunt, in quibus, non quid sint, sed quid significent semper attenditur, quoniam signa sunt rerum, aliud existentia & aliud significantia.* Itaque retorqueo argumentum hoc pacto: Qui docet nos non attentos esse debere pani & poculo in sacra mensa propositis, necessariò supponit panem & poculum proprie sic appellata in sacra mensa esse (proinde non transmutata quoad substantiam) sed tamen in illis mentem non esse crasse & abjecte defigendam. Atqui prius docet Gelasius: igitur & posterius.

Diatypo-sis Gelasij Cyziceni.

z De Magistro c. 8.

a Contr. Maximin. l. 3. c. 22.

Tertio urgent hæc verba, ἀθύτως θυόμενον, quæ Balsoreus & Bellarminus vertunt, *incruente immolatum*, quasi Gelasius intelligeret, Christum vere immolari, sed tamen absque ulla sanguinis effusione. Sed plane contra illius mentem, ut liquet ex supra dictis; præterquam quod si dicere voluisset: Christum incruente immolari, dixisset procul dubio, ἀναιμάκτως θυόμενον; quod directe id significat. Perronius aliter vertit, *sacrificatum absque mactatione seu occisione.* Nam *cum verbum* θύειν, inquit, *duas habeat significationes, unam generalem per quam significat indifferenter sacrificare quocumque modo id fiat, Alteram specialem per quam designat sacrificare absque mactatione, Concilium utitur hac eleganti Antithesi ad excludendam unã illarum acceptionum, alteramque ponendam, ac ait illum sacrificatum esse absque mactatione, id est occisione. Qua ratione* ἄθυτος *ab eo sumitur eodem sensu quo* ἀναίμακτος *a Concilio Oecumenico Ephesino, quando ait:* k *Perficimus in Ecclesijs Sanctum vivificum & incruentum sacrificium, non credentes corpus propositum esse unius secundum nos & communis hominis, similiter & pretiosum sanguinem, sed potius sumentes ut proprium corpus effectum, propriusque sanguis omnia vivificantis Verbi.* Sed Christum propriè loquendo sacrificari absque eo quod patiatur, figmentum Perronij est, ut scripturæ contrarium (ait enim, l *Non sæpe offert seipsum*, &c *alioqui oportuisset eum sæpe passum esse*) ita & a Gelasij mente prorsus alienum. Nam quando dicit, Agnum esse ἀθύτως θυόμενον, illum intelligit esse *immolatum inimmolate*, seu *sacrificatum absque sacrificio*: (perinde ac Chrysostomus de Abraham, m *filium jugulavit & non jugulavit*: quæ elegans antithesis est, per quam designat Christum proprie loquendo non immolari, immolari tamen dici posse in Eucharistia quoniam in ea repræsentetur immolatio ejus per panis fractionem & calicis a pane separationẽ. Eum enim esse illius sensum patet evidenter ex Augustino quando ait: n *Nonne semel Christus immolatus est in seipso, & tamen in sacramento non tantum per omnes Pascha solemni-*

k In declarat. anathem. 11.

l Hebr. 9. 25. 26.

m Chrysost. In dictum Pauli ex 1. Thess. 4. 15. tom. 5. ἵνα μὴ τὸν υἱὸν καὶ σὺν ἱερεῖ.

n Epist. 23.

Diuerſos de Gelaſij Cyzeni.

*ſacramentum, ſed omnia illa ſpiritu animabitur, aut utique mentibus qui intelligunt non ſpiritualia ſacramenta, in eam ſacramenta rerum remouentur ſacramenta. Ita, quemadmodum non non libenter, omnes ſacramenta non ſpiritu, & in hac omnia intelligimus ſpiritualem ſacramenta accipimus. Cuius erit ſpiritualem quam Cyzeni Gelaſij, ſacramentum ſanguinis Chriſti quam Chriſti eſt, ita ſacramentum ſolis ſine ſole, & ſacramentum ſolis ſine ſole, & ſacramentum ſolis ſine ſole, &

Sacram. Ecclesiæ, ac de ejus doctrina, & fide, & ritibus, & consuetudine, & de Sacramentis, & de Sacrificio, & de Sacerdotio, & de Ordinibus, & de Matrimonio, & de Purgatorio, & de Indulgentiis, & de Sanctorum veneratione, & de Sanctorum Reliquiis, & de Imaginibus, & de Ecclesiæ Romanæ Primatu, & de Ecclesiæ Romanæ Magisterio, & de Ecclesiæ Romanæ Potestate, & de Ecclesiæ Romanæ Auctoritate, & de Ecclesiæ Romanæ Infallibilitate, & de Ecclesiæ Romanæ Indefectibilitate, & de Ecclesiæ Romanæ Unitate, & de Ecclesiæ Romanæ Catholicitate, & de Ecclesiæ Romanæ Apostolicitate, & de Ecclesiæ Romanæ Sanctitate, & de Ecclesiæ Romanæ Visibilitate, & de Ecclesiæ Romanæ Perpetuitate, & de Ecclesiæ Romanæ Immortalitate, & de Ecclesiæ Romanæ Æternitate, & de Ecclesiæ Romanæ Omnipotentia, & de Ecclesiæ Romanæ Omniscientia, & de Ecclesiæ Romanæ Omnipræsentia

Euſtathius.

phanius Diaconus Euſtathium interpretantem Salomonis hoc dictum in Proverbijs, *comedite panem meum, & bibite vinum quod miſcui vobis*, ſic loqui: *per panem & vinum typos ἀντίτυπα corporalium Chriſti prædicat membrorum.* Ubi cum aſſerat, tum in Euchariſtia panem & vinum eſſe, tum ea eſſe typos corporis & ſanguinis Chriſti; typus autem ſeu *imago corporis Chriſti non poſſit eſſe ipſum divinum corpus*, fatente eodem i Epiphanio Diacono: evidenter indicat panem & vinum Euchariſtiæ non eſſe proprie Chriſti corpus & ſanguinem ſed typice tantum. Nec obſtat quod ibidem reſpondet Epiphanius ille, *Euſtathium & alios Patrum Euchariſtiam typum corporis & ſanguinis Chriſti tantum ante conſecrationem appellaſſe*, nō poſt. Id enim falſiſſimum eſſe jam ſupra k demonſtravimus: & rurſum probamus. Primo enim panis & vinum natura ſua, & exſe non ſunt typi corporis & ſanguinis Chriſti. Totum eſſe ſuum typicum & Sacramentale a conſecratione habent: *Noſter panis & calix*, inquit l Auguſtinus, *certa conſecratione myſticus fit nobis, non naſcitur. Proinde quod non ita fit, quamvis ſit panis & calix, alimentum eſt refectionis, non ſacramentum religionis.* At ſi ante conſecrationem non ſunt ſacramentum religionis, ante illā ſimiliter non ſunt typus corporis & ſanguinis Chriſti. Sacramentum enim religionis, & typus corporis & ſanguinis Chriſti manifeſtè Synonyma ſunt; Nā eo ipſo ſacramentum religionis ſunt, quia typus & imago ſunt corporis & ſanguinis Chriſti, & contra. Secundo, Euſtathij mentem eſſe panem & vinum etiam poſt ipſam conſecrationem ſic appellari, liquido patet ex eo quod de illis ſic loquatur in ipſo participationis actu Spectatis. Ait enim Dominū anticipatione Prophetica in Proverbijs dicentem, *comedite panem meum & bibite vinum quod miſcui vobis*, prædicaſſe per panem & vinum corporalium membrorum ſuorum typos: hoc eſt, nos invitaſſe ad corporis & ſanguinis ſui typos participandos. Atqui participatio eorum non fit niſi poſt conſecrationem: Poſt conſecrationē igitur typos eſſe intelligit, perinde loquens ac Cyrillus Hieroſolymitanus, ſive Author Catecheſeon myſtagogicarum illi tributarum, quando ait: m *Guſtantes, non panē & vinum jubentur guſtare, ſed antitypū corporis & ſanguinis Chriſti.* Nec juvaret rurſum reſpondere. Per antitypa ſeu typos corporalium Chriſti mēbrorum Euſtathium intelligere, aut ipſū unet Chriſti corpus inviſibile ſub accidentibus panis & vini deliteſcens quod ſui ut viſibile, quale olim erat in cruce & nunc in cœlo eſt, antitypum ſeu typus ſit, Aut ipſa panis & vini accidentia ſub quibus eſt. Neutrū enim ſubſiſtere poteſt. Non prius: Sive quia idem ſui typus eſſe nō poteſt, ut annuente Nicena Synodo II. affirmat Epiphanius Diaconus; Sive quia abſurdū eſt: rei viſibilis inviſibilē typū ſtatuere, *quomodo* enim, inquit n Gregorius Nyſſenus, *ex inviſibili viſibile cognoſcetur?* Sive quia Euſtathius ipſe negat aliquid inviſibile eſſe corporeum, & è contra: o *Si erat inviſibilis*, inquit, de pſeudo Samuele Pythoniſſæ loquens) *ſine dubio incorporeus erat*: Et poſt illum Cyrillus Alexandrinus ſive Author libri de Sacroſancta Trinitate inter ejus opera: p *quomodo corpus eſſe poteſt id quod inviſibile eſt?* Et Vigilius ſeu potius Gelaſius qui de impalpabilitate & inviſibilitate loquens, ait: q *carnē his conditionibus ſubjacere impoſſibile eſt*, carnem, ſcilicet, ipſam Dominicam; Et Didymus; r *Cum Deus inviſibilis ſit, rem autem inviſibilem confeſtim conſequens ſit corporis eſſe expertem, Deus ergo incorporeus exiſtens, inviſibilis eſt*; Et ante illos omnes Methodius; s *Deus eſt incorporeus, & propterea inviſibilis*; ſeu denique, quia ipſemet Euſtathius apertè indicat, panem & vinum eſſe antitypa illa de quibus agit; quandoquidem affirmat, Dominum apud Salomonem dicentem, *Comedite panem meum & bibite vinum quod miſcui vobis*, per panem & vinum prædicare typos corporalium Chriſti membrorum. Nec ſimiliter poſterius: tum quia aliud ſunt accidentia panis & vini, aliud panis & vinum, *quemadmodum aliud eſt candor*, inquit ipſe t Euſtathius, *aliud corpus candidum*; hic autem innuit panem & vinum eſſe antitypa de quibus loquitur: tum quia de typis illis agit tanquam de cibo & potu, inquiens; *Comedite panem meum & bibite vinum quod miſcui vobis*, Accidentia enim nec cibus & potus, nec alimentum ſunt, ut u libro priore a nobis confirmatum eſt ex Philoſopho, & alijs. Sed & adhuc obſervandum eſt, Euſtathij mentem eſſe, verba illa quibus Dominus in Euchariſtiæ diſtributione uſus eſt, eadem quoad ſenſum eſſe cum ijſdem ipſius apud Salomonem, *Comedite panem meum & bibite vinum quod miſcui vobis.* Unde duo neceſſario reſultant. Unum eſt, Dominum, cum in Euchariſtiæ celebratione diceret, *Accipite & edite, hoc eſt corpus meum*, & *Bibite, hoc eſt ſanguis meus*; pronomen *hoc* de pane ac vino enunciaſſe: perinde ac ſi dixiſſet, *Accipite & edite, hic panis eſt corpus meum*; *bibite, hoc vinum eſt ſanguis meus.* Quomodo enim Euſtathius affirmare poſſet, illum de Euchariſtia per anticipationem dixiſſe, *Comedite panem meum & bibite vinum meum quod miſcui vobis*, niſi pronomen *hoc* de pane & vino ab eo fuiſſe pronuntiatum intelligeret? At hoc poſito, verba illa ſacramentalia in ſenſu figurato eſſe accipienda, ipſi Adverſarij fatentur. Alterum, quod prius illud clariſſime explicat, eſt, eorundem verborum ſacramentalium ſenſum eſſe, *hic panis eſt typus corporis mei*; *hoc vinum eſt typus ſanguinis mei.* Nam quomodo rurſum Euſtathius aſſerere poſſet, inillis apud Salomonem verbis prædicari typos corporalium Chriſti membrorum, ab eo ſcilicet

Euſtathius.

i *Ibid.* οἱ πατέρες τοῦ Χριστοῦ τύπον, εἶτα ἐσθίεσθαι αὐτὸ τὸ θεῖον σῶμα.

k *In Examine Authoris Conſtitutionum Clementi tributarum cap. 2. ad fin.*

l *Conf. Fauſt. l. 20. c. 13.*

m *Catech. 5.* γευόμενοι οὐ σίτου ἢ οἴνου πλέονος γεύεσθαι, ἀλλὰ ἀντίτυπα τοῦ Χριστοῦ σώματος.

n *Contr. Eunom. l. 1.* πῶς ἐξ ἀοράτου τὸ ὁρατὸν, &c. πῶς ἐκ τῶν ἀοράτων τὰ φαινόμενα;

o *De Engaſtrimytho.* εἰ μὲν ἀόρατος ἦν, οὐ μεμφόμενος ἀξιοῖ σῶμα.

p *C. 3.* πῶς γὰρ σῶμα, &c. τὸ ἀόρατον.

q *Contr. Eutych. l. 4.*

r *Cassn. in Ioan. 4. 24.* ἐπεὶ ἀόρατος ὁ θεὸς, ἀσώματον δὲ ἐνδέχεται τὸ ἀόρατον σῶμα.

s *De reſurr. apud Photium cod. 234.* ἀσώματον ἄν, διὰ τὸ ἀόρατον.

t *In hexaem.* εἰς ἐστιν ἡ λευκότης, ἕτερον δὲ τὸ λευκὸν σῶμα.

u *C. 19.*

Edition. Ed Louvain. ut ubi non est, ubi adorandum non est, ibi non adoretur. Edition. Ed. Louvain.

Euſebius. torij quòd in cruce oblatum eſt, tum quod ejus ſit applicatio, non illibenter concedimus. Sed hoc ſenſu negamus eam magis verè & propriè ſacrificium propitiatorium appellari, quam aut baptiſmum, aut preces, per quæ ſimiliter aut applicatio fit, aut obtinetur, veri ſacrificij propitiatorij in cruce facti. At Concilium Tridentinum horum non contentum multo ulterius pergit. Ait enim, *miſſa ſacrificium eſſe vere propitiatorium*; per adverbium *vere* intelligens *proprie & ex ſe*. Quod confirmat, tum addendo, *per ipſum fieri ut miſericordiam conſequamur*; tum aſſerendo, *Deum illo placari* quia *Chriſtus ibi incruente immoletur*; tum denique hoc canone ſententiam noſtram ſupra declaratam ut mutilam condemnando: h *Si quis dixerit, miſſa ſacrificium tantum eſſe laudis, & gratiarum actionis, aut nudam commemorationem ſacrificij in cruce peracti, non autem propitiatorium, vel ſoli prodeſſe ſumenti*, &c, *anathema ſit*. His enim omnibus apertiſſime indicat, miſſaticum illud ſuum ſacrificium per ſe eſſe propitiatorium. Quod ſi Perronius ſecundum Euſebium negat, ei de tam ingenua profeſſione gratulamur: interim nihilominus ab illo quærentes, cur ad crucis ſacrificium per Euchariſtiam nobis applicandum, neceſſarium exiſtimet in ipſa Chriſtum immolari, quandoquidem per baptiſmum illud quoque ſacrificium applicari certiſſimum ſit, ubi tamen Chriſtum nullomodò immolari apud omnes in confeſſo eſt?

h *Can.* 3.

Sed jam illum audiamus poſtrema Euſebij verba contra nos retorquentem: *Quamobrem*, inquit, *affirmaret Euſebius ſacerdotes Chriſtianos honorari præſtantiori ſacrificio, quam Veteris Teſtamenti fideles qui in Dei Spiritu Chriſti ſigna & figuras offerebant: & qua de cauſa rurſum appellaret veteris legis ſigna*, infirma elementa, ſymbola & imagines veritatem ipſam non continentia, *niſi intelligeret Veteris Teſtamenti ſigna fuiſſe Simpliciter ſigna ſignificantia & continentia, novi autem ſigna eſſe ſimul ſignificantia & continentia*? Verum *continere* non ſemper *Phyſice* ſumitur, ut ſupponit Perronius, pro continere includendo ad modum Vaſorum, arcarum, pixidum & aliorum ejuſmodi, ſed plerumque *civiliter* pro continere declarando & ſignificando, prout ſcripta, teſtamenta, contractus, ſigna & ſacramenta continere dici ſolent. Sic enim Origenes ait, a *ſigna & prodigia dici quæ utrumque contineant*, ſcilicet, aliquid *mirabile, & ſimul aliquid futurum*. Et Cyprianus de noſtra cum Chriſto vnione per mixtionem vini & aquæ in Euchariſtico poculo ſignificata: *quod ſcilicet*, b inquit, *perſpicimus in ſacramento Dominici calicis contineri*. Et rurſum: c *Sacramentum Paſcha non aliud in Exodi lege continet, quam ut agnus qui in figura Chriſti occiditur, in domo vna edatur*. Et Ambroſius de aqua in vinum mutata diſſerens: *hoc ſignum* d inquit, *totum utique reſurrectionis ſignum continet*. Et Gaudentius: e *Omne corpus divinæ ſcripturæ, tam Veteris quam novi Teſtamenti, filium Dei continet, aut venturum promittens in hominem, aut jam veniſſe declarans*. Et Procopius f *Duæ juvencæ figuram duorum populorum qui in unitatem ſpiritualem per fidem coaluerunt, continent*. Euſebius ipſe denique, hæc Geneſeos verba, *Gratiosi oculi ejus a vino*; Et *albi dentes ejus ut lac*, exponens: *hæc* g inquit, *exiſtimo Novi Teſtamenti Salvatoris noſtri myſteria tacite continere*. Poſteriore autem hoc ſenſu *Continere* dico ab Euſebio uſurpari, videlicet, pro deſignare ac teſtificari. Id primo. Addo autem ſecundò Euſebij mentem non eſſe, ſigna Vetera nullomodo veritatem ipſam continuiſſe, id eſt, Chriſtum ſignificaſſe: comparate enim loquitur, non ſimpliciter & abſolutè; ſed tantum, illum non ſignificaſſe prout noſtra eum deſignant. Quemadmodum enim trita locutione dicitur, exigua vaſa, quæ parum liquoris continent, majorum comparatione nihil continere, ita & obſcura ſigna, qualia ſunt communiter rerum futurarum ſigna, collata cum clarioribus qualia ſunt præteritarum, non ſignificare. Ea autem differentia eſt inter Veteris & Novi Teſtamenti ſigna. Nam illa Chriſtum venturum tantummodò pollicebantur, hæc eum veniſſe teſtantur: *Lex & Prophetæ*, inquit h Auguſtinus de utriſque generatim loquens, *uſque ad Ioannem Baptiſtam ſacramenta habebant prænuntiantia rem futuram, noſtri vero temporis ſacramenta veniſſe conteſtantur*. Et rurſum: i *Præcepta eadem*, &c, *ſacramenta non eadem, quia alia ſunt ſacramenta dantia ſalutem, alia promittentia ſalvatorem. Sacramenta Novi Teſtamenti dant ſalutem, ſacramenta Veteris Teſtamenti promiſerunt ſalvatorem. Cum ergo jam teneas promiſſa, quid quæris promittentia ſalvatorem, jam habens?* Quomodò autem intelligit nos habere Chriſtum? Anne in ſacramentis contentum? Minimè ſane: Non enim minus loquitur de baptiſmo quam de Euchariſtia, Et tamen nemo aſſerit illum proprie in aqua baptiſmi contineri; ſed intelligit, illum nos habere, ſcilicet, per incarnationem: & adventus hujus veritatem ſacramenta noſtra continere ſeu deſignare. Subdit enim: *hoc dico, teneas promiſſa*, &c. *quia jam venerit Chriſtus qui per Prophetas prænunciabatur*. Et ipſemet Euſebius non longe poſt verba objecta: k *Nos qui vera & imaginum exemplaria per myſterioſam Chriſti œconomiam* (hoc eſt, *per* incarnationem; quod notandum non per Euchariſtiam) *accepimus, non amplius vetera deſideramus*. Deinde, ſigna vetera veritatem illam obſcurè admodum deſignabant: *Iudæi*, inquit m Chryſoſtomus, *paſcha celebrabant, ſed tanquam in ſpeculo & ænigmate. Hæc autem ſecreta myſteria in mentem earum non veniebant nec ſciebant quid illa præ-*

Euſebius. d *Serm.* 20. *Vid* & 22. & 65.
e *In Exod. tract.* 2.
f *In Numer.*
g *Demonſtr. l.* 8. *infra citando grac.*
h *Contr. liter. Petiliani l.* 2. *c.* 37.
i *In Pſalm.* 73.
k ἡμεῖς τὰ ἀληθῆ καὶ τῶν εἰκόνων τὰ ὑποδείγματα λαβόντες τὴν μυστικὴν οἰκονομίαν τοῦ Χριστοῦ παραλαμβάνομεν, οὐκέτι τὰ παλαιὰ διωκόμεθα. *Ita lib.* 8.
l ἀληθῆ καὶ εἰκόνια δὲ incarnatione.
m *In* 1. *Cor. hom* 34 ἐπειδὴ λαβεῖν ἐδύνατο, οὐκ ἐκ τῶν μυστηρίων. τὰ δὲ λανθάνοντα μυστήρια οὐδὲ εἰς τὸν τότε ἤλθεν, οὐδὲ ἐνόησε, ἀλλὰ τὸ σκιὰν καὶ αἴνιγμα.

a *In Epiſt. ad Roman. l.* 10.
b *Lib.* 2. *Epiſt.* 3. *alias Epiſt.* 63.
c *Idem de Vnitate Eccleſ.*

Eucharistia, ita prædicatum. Et Augustinus: *Non ea res est, quæ tota videatur, tota apprehendatur, tota comprehendatur.* Unde ambigebamus, si Nicodemus veniam ei *Caput fecisse fugæ* fama objectam fuisse. Certum Sacramentum nullis illum defensionibus, Nicodemus: *Quomodo potest homo nasci senex? numquid potest in ventrem matris suæ introire, & renasci?* Ambrosius: *Quomodo fulmina fiat & fulminationem Christi corpora sunt, & corpora sacramenti reficiuntur ejusdem substantiæ.* Leo Romanus: *Et Tertullo Domino Deo nostro, ut quod in sua natura visibile fuit, transierit ad sacramentorum rationem, & plena spiritualis sacramenta, sanctorum ejusdem spiritum dona sortiantur.* Et rursus: *Exemplum mysterii nobis fecit mulier, ut per filiam Evæ ad filium Mariæ festinaret, quam promissam Abrahamæ.* Denique Fulgentius: *Verbi Dei caro factum est, ut quod nobis in carne fuerat significatum, nobis in carne perficeretur.* Quicquid ergo de vi panis & vini, quicquid denique in ratione corporis, & sanguinis Christi, quicquid de Sacramento Eucharistiæ, & Ecclesiæ, quicquid de Sacramento Ecclesiæ, & Eucharistiæ, quicquid de Sacramento Baptismi, & Eucharistiæ, quicquid de Sacramento Eucharistiæ, & Baptismi, quicquid de Sacramento Baptismi, & Ecclesiæ, quicquid de Sacramento Ecclesiæ, & Baptismi, quicquid de Sacramento Baptismi, & Eucharistiæ, quicquid de Sacramento Eucharistiæ

Euſebius. *ſecundum Sanctiones Eccleſiaſticas perficientes, vino & pane corporis ejus pretioſique ſanguinis myſteria deſignant, ipſo Melchiſedek divino Spiritu hæc præcontemplato, & futurorũ imaginibus anteviſo.* ὁ Σωτὴρ ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ, τῷ τοῦ Μελχισεδὲκ τρόπῳ, τὴν τῆς ἐπουρανίου ἱερουργίας εἰσάγει καὶ νῦν ἀληθῆ τὰ αὐτὰ θεαπευόντων ἄνωθεν. ὅπερ γὰρ ἐκεῖνος ἱερεὺς ἐθνῶν τυγχάνων, σκιαῖς φαίνεται θυσίαις σωματικαῖς κεχρημένος, οὕτω δὴ μόνῳ ἐν ἄρτῳ τὸν ἀθέσμου εὐλογῶν, τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον, πρῶτος μὲν αὐτὸς ὁ Σωτὴρ καὶ κύριος ἡμῶν, ἔπειτα οἱ ἐξ αὐτοῦ πάντες ἱερεῖς ἀνὰ πάσαν τὴν ἔθνη τὴν πνευματικὴν ἀπαιτοῦντος καὶ τὰς ἐκκλησιαστικὰς θεσμοὺς ἱερουργίαν, οὕτω καὶ ἄρτῳ, τοῦτ' ἔστι σώματος αὐτοῦ καὶ τῷ Σωτηρίῳ αἵματος αἰνίττονται τὰ μυστήρια, τῷ Μελχισεδὲκ τοῦτο πνευματικῶς θεοδοκήσαντες, ἐκ τῶν μελλόντων τοῖς εἰκόσι προκεχρημένου. huc uſque Euſebius: Unde varia nobis contra Adverſarios argumenta, ſigillatim proponenda & diſcutienda.

Primo enim ait, poſt præſtantiſſimum illud corporis ipſius ac ſanguinis Dominici ab eo oblatum in cruce ſacrificium, ſacrificium quod nobis jam ſupereſt offerendum ex Salvatoris mandato, non aliud eſſe quam memoriale illius ab eo oblati. Ergo, inquam, non idem eſt quoad ſubſtantiam cum ſacrificio quod ipſe Dominus in cruce obtulit. Memoriale enim ſacrificij corporis & ſanguinis Domini, non idem eſt cum ſacrificio corporis & ſanguinis Domini, ſicut memoria paſſionis non eſt ipſamet paſſio. Nam memoriale eſt in earum rerum genere quæ ad aliquid referuntur. Nihil autem ad ſeipſum realiter referri poteſt, ut unanimiter docent Philoſophi omnes. Directè contra Adverſarios affirmantes in ſacrificio quod in Euchariſtia offertur, e *eumdem illum Chriſtum contineri & immolari qui in ara crucis ſeipſum cruente obtulit, eumdem hoſtiam, eumdemque offerentem.* Verum pugnat Perronius adverſus id quod diximus, de memorialis natura, idque varijs exemplis hinc inde corraſis, quibus oſtendere conatur corpus & ſanguinem Domini in Euchariſtia oblata, memoriale & monumentum eſſe, tum ſacrificij crucis, tum corporis ipſius & ſanguinis Dominici qualia in cruce erant. Nam, inquit, *Nonne Cyprianus ſcribit*, f Tu Domine ſacerdos Sancte Sancti hujus ſanguinis plenitudinem reliquiſti, & conſtituiſti nobis inconſumptibiliter potum vivificum crucis ſignum & mortificationis exemplum? *Et Chryſoſtomus*: g Chriſtus ex hoc fonte (*id eſt, ex Calice*) præbet nobis non aquam, ſed ſanguinem vivificum, mortis quidem ſymbolum, ſed vitæ cauſa exiſtens? *Et Nicetas in Gregorium Nazianzenum*: h Perceptio carnis & ſanguinis comprehendit commemorationem mortis & paſſionis Chriſti? *Et Auguſtinus*: i Chriſtiani peracti ejuſdem ſacrificij memoriam celebrant ſacroſancta oblatione & participatione corporis & ſanguinis Chriſti? *Quid amplius dicam? Nonnè idem Auguſtinus*, Martyrum corpora, memorias Martyrum, & *ipſummet proprium & naturale Chriſti corpus quod in ſepulchro jacebat viſibile & palpabile, memoriam Chriſti appellat? Nonne ait* k Oculi (*Magdalenæ*) qui Dominum quærierant & non invenerant, Lachrymis jam vacabant, amplius dolentes quod fuerat de monumento ſublatus, quam quod fuerat in Ligno occiſus, quoniam Magiſtri tanti cujus eis vita ſubſtracta fuerat, nec memoria remanebat? *Denique, Nonnè Calvinus ipſe ait*: l Quod hinc nonnulli colligunt, abeſſe igitur a Cœna Chriſtum, quoniam memoria non niſi rei abſentis ſit, prompta eſt reſponſio, ſecundum hanc rationem qua cœna eſt recordatio, Chriſtum ab illa abeſſe: neque enim adeſt Chriſtus viſibiliter. *Cur igitur Euchariſtia ſimul eſſe non poterit, & ſacrificij crucis memoria, & corpus & ſanguis Chriſti? Et qua de cauſa non poterimus ſimul offerre Deo memoriam ſacrificij crucis, & idem ſacrificium crucis, diverſo modo, idem nempe quoad rem oblatam quia res eadem in utroque offertur, & memoriam ſacrificij crucis quoad oblationis modum, quia ibi oblatum eſt cum reali occiſione, hic tantum cum repræſentativa?* Sed exemplis ſuis Perronius nobis illudit. Non enim illa contrarium evincunt ejus quod ſupra obſervavimus. Nam nec Chryſoſtomus (Pſeudo-Cyprianum ſiquidem non moror quem ſupra oſtendi eſſe novitium ſcriptorem) per *ſanguinem vivificum* proprium Domini ſanguinem deſignat, ut ſupponit Adverſarius, ſed *myſticum* ſeu typicum ut ipſemet m alibi loquitur; Nec Nicetas & Auguſtinus per *corpus & ſanguinem Domini*, ſubſtantiale Domini corpus, propriumque ſanguinem, ſed illorum ſacramenta quæ n *ſecundum quemdam modum*, id eſt, ratione *ſimilitudinis*, corpus & ejus ſanguis appellantur; Nec corpora Martyrum, ſunt aut animæ aut perſonæ Martyrum, quorum memoria eſſe dicuntur; Nec corpus Domini mortuum, anima aut divinitas aut perſona vivens ejus erat quarum memoria appellatur ab Auguſtino. *Mortui enim homines, homines non ſunt*, ut Abulenſis o obſervat. Quod & ante illum Didymus & Chryſoſtomus p notaverant; Vnde & a ſimili plane conſequitur memoriam ſacrificij corporis & ſanguinis Chriſti, non eſſe ipſummet ſacrificium corporis & ſanguinis ejus nec memoriam corporis idem ipſum corpus, ut initio concludebamus. Fruſtra autem quoque Calvinus nobis objicitur quaſi a nobis diſſentiens. Secus enim ſe res habet. Nam quando Calvinus ait,

e *Concil. Trident. ſeſſ. 22. c. 2.*

f *Serm. de paſſione. ubi edit. meus Colonienſ. anni* 1544. *legit* conſumptibiliter.

g *In Matth. homil. 7.*

h *In orat. 2. de Paſcha.*

i *Contr. Fauſt. l. 20. c. 18.*

k *In Ioan. tract. 121.*

l *In 1. Cor. 11.*

m *Tom. 5. ſerm. de reſurrect.* μᾶλλον μυστικῶς οὖν οὐ κυρίως τοῦτο τὸ σῶμα Χριστοῦ Χριστός.

n *Auguſt. Epiſt. 23.*

o *In Exod. 24. 30.*

p *Dydimus in Epiſt. Iacobi cap. 2. ſeu potius latinus aliquis Author ſub ejus nomine. Vid. in 1. Petri c. 1.*

Eucharistiæ, mysterium, sicuti hæc sanctorum fecundum quam- *Eucharistiæ*
cum effectuosa, Christus ait de illa: Ego sum panis vitæ qui descendi de cœlo, & panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita. Quod si Christum panis dicit descendisse sanctorum animas reficientem hic est, fecundum corporum fabefactantem, quem ex cœlo venisse ille fecundum spiritum panis fuisse. Adeoque etiam visibilem eum ille simplicium fuisse pro modo suo, fed qui ex modo fuo infigniebat effectus. Nec supernaturalium ignarus ingenio, Chrysostomus *tanta carnis animalem & ignobilem, tanta spiritualem & nobilem virum; sic Augustinus, & immortalem corporis vitam, & sine corporibus beatam vitam; & corporis* [illegible] *quantum excellentia & dignitas.* Cæterum ad eum modum, quo Christus fecundum naturam visibilem. Quod & notum quo loco a Pentecostes venerandis Ecclesiæ initiis, *Neque enim, inquit, adeo Carnis infirmus, neque nobis extraneus fuit Dominus, ut ejus divinitatem mentium non capiat excellentia; imagine tamen nos mutat, ut nobis ad fe, fed ut ejus proximum non ut alienum fibi constituatur.*

Sequitur Salvianus cognoscendi quam & memoriæ Dominici facultas, in eum præcipit, quod ut proficiscitur ostiæ nobis *Ostiæ* enim carnalium, illud in obtinendæ fpiritualium *Eucharistiæ* corporis & fanguinis ejus excellitur cœnæ: *Sanctis, inquit, hujus mysterium in sanctificandum per fanctificationem corporis & sanguinis fanctificandum sanctificandum sanctificandum.* Nonnulla, quæque, per propria corporis ejus fanguinisque sanctificatum. Subjicit enim corporis & fanguinis Christi ejus fanctificandum ejus fanctificandum ejus fanctificandum

Euſebius. *nec unguentum bonus odor nec lucem ſplendor relinquit*, id impugnat hoc argumento, quod accidentia nequeant ſine ſubjecto ſubſiſtere: *Splendor*, o inquit, *cum ipſe natura Lucis congenitus ſit, & eſſentialiter Luci coëxiſtens, non poteſt ſubſiſtere extra id in quo eſt. At vero ipſum Dei Verbum ſecundum ſe eſſentiatus eſt & ſubſiſtit, &c.* At quis dicat Euſebium ita ſtupidum fuiſſe ut in eodem opere neget accidentia poſſe ſubſiſtere ſine ſubjecto, & ſimul, accidentia panis & vini in Euchariſtia ſine illo actu exiſtere ἀνυφάλωτος affirmet?

Sed quid hic tamdiu moror? Euſebium enim, tum per memoriam quam ait pro ſacrificio a nobis eſſe offerendam, tum per ſymbola corporis & ſanguinis Dominici, non proprium Domini corpus ac ſanguinem intelligere, nec accidentia panis & vini, ſed verum panem & vinum quæ illorum ſymbola ſint, ex ipſius verbis Sole clarius apparet. Dicit enim, *quemadmodum Melchiſedec ſolo pane & vino Abraham benedixit, τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον, ita & nos in cunctis gentibus Spiritalem Hierurgiam ſecundum Sanctiones Eccleſiaſticas perficientes, pane & vino myſteria corporis ac pretioſi ſanguinis exprimere*: ac rurſum; *Melchiſedec futurorum imaginibus eſſe ante uſum.* Intelligit autem vero pane veroque vino Melchiſedec uſum eſſe; oblationem ergo noſtram, veri panis verique vini oblationem eſſe ſimiliter intelligit. Atque ſane hæc eſt non unius Euſebij, ſed totius antiquitatis ſententia. Sic enim Juſtinus: a *De noſtris Gentium quæ in omni loco offeruntur ſacrificijs, hoc eſt pane Euchariſtiæ & poculo Euchariſtiæ, prædixit Propheta nos glorificare nomen ejus.* Sic & Irenæus jam a nobis ſupra citatus. Sic Clemens Alexandrinus: b *Melchiſedec Rex Salem, ſacerdos Dei altiſſimi, panem & vinum, Sanctificatum cibum dans in typum Euchariſtiæ.* Sic Cyprianus: c *Quis magis Sacerdos Dei ſummi quam Dominus noſter Jeſus Chriſtus, qui ſacrificium Deo Patri obtulit, & obtulit hoc idem quod Melchiſedec obtulerat, id eſt, panem & vinum, ſcilicet corpus & ſanguinem?* Nota, idem quod Melchiſedec: unde patet, id quod addit de corpore & ſanguine, non de proprio corpore & ſanguine Dominico, ſed de figurato & typico intelligendum, ſicut & poſt illum Hieronymus accipiendus eſt ſimiliter loquens. Sic Ambroſius: d *Non humani, ſed divini eſt muneris Sacramentum quod accepiſti ab eo prolatum qui benedixit fidei Patrem Abraham.* Sic Macarius: e *In Eccleſia offertur panis & vinum antitypum carnis & ſanguinis Chriſti.* Sic Author Commentarij in Epiſtolam ad Hebræos Ambroſio tributi: f *Conſtat pecudum victimas perijſſe quæ fuerunt in ordine Aaron, ſed manere Melchiſedec inſtitutum, quod toto orbe terrarum in ſacramentorum erogatione celebratur.* Sic Hieronymus ex ſententia, ut g obſervat, Hippolyti, Irenæi, Origenis, Euſebij, Didymi, Emiſſeni, Apollinarij & Euſtathij: *Melchiſedec pane & vino ſimplici puroque ſacrificio Chriſti dedicaverit ſacramentum.* Sic Pelagius: h *Melchiſedec multò poſt futurum Domini Sacramentum antè ſignavit, ac ſacrificio panis & vini myſterium corporis & ſanguinis expreſſit.* Sic Auguſtinus: i *Melchiſedec prolato ſacramento Cœnæ Dominicæ novit æternum ejus ſacerdotium figurare.* Et rurſum variis in locis: k *Ubique offertur ſub ſacerdote Chriſto quod prætulit Melchiſedec, quando benedixit Abraham.* Author ſermonis quinti de Paſchate Euſebio Emiſſeno male tributi: *Melchiſedec oblatione panis & vini hoc* (nimirum, quod in Eccleſia celebratur) *Chriſti ſacrificium præſignavit.* Sic Arnobius: l *Chriſtus per myſterium panis & vini factus eſt ſacerdos in æternum.* Sic Fulgentius: m *Chriſto nunc, id eſt, tempore novi teſtamenti, cum Patre & Spiritu Sancto cum quibus una eſt illi divinitas, ſacrificium panis & vini in fide & Charitate ſancta Eccleſia Catholica per univerſum orbem terræ offerre non ceſſat.* Sic Caſſiodorus: n *Quem ordinem Melchiſedec per myſticam ſimilitudinem juſtiſſimus rex inſtituit, quando Domino panis & vini fructum obtulit. Conſtat enim pecudum victimas periſſe quæ fuerunt ordinis Aaron, & Melchiſedec manere potius inſtitutum, quod toto orbe in ſacramentorum erogatione celebratur.* Sic Iſidorus Hiſpalenſis oo *Non ſecundum Aaron pecudum victimas, ſed oblationem panis & vini, id eſt corporis & ſanguinis ejus ſacramentum in Sacrificium offeramus.* Sic denique Primaſius vel potius Haymo: o *In cujus ordine ſacerdotij* (Melchiſedec) *Chriſtus factus eſt ſacerdos, non temporalis, ſed æternus nec offerens victimas legales, ſed inſtar illius panem & vinum, carnem videlicet & ſanguinem ſuum.* Per carnem enim & ſanguinem deſignari, non proprium corpus & ſanguinem Dominicum, ſed illorum ſacramenta communiſſimè ſic appellata, patet tum ex eo quod immediate ſubiungit: *Iſta duo munera panem videlicet & vinum, commiſit Eccleſia ſua in memoria ſui offerenda: unde patet ſacrificium pecudum perijſſe quod fuit ordinis Aaron, & illud manere potius quod fuit ordinis Melchiſedec*; tum ex Authore commentariorum in Geneſin Eucherio tributorum illam loquendi formulam nobiſcum ſic exponentes: *non ſecundum Aaron pecudum victimas, ſed oblationem panis & vini, id eſt, corporis & ſanguinis ejus Sacramentum in ſacrificium offeramus.* En clare & perſpicue myſticum ſacrificium quod ſecundum Euſebium, totamque antiquitatem nobis offerendum ſupereſt, non proprij ſane corporis & ſanguinis Dominici, ſed tantum typici, videlicet, Sacramenti corporis & ſanguinis ejus quod ſecundum Subſtantiam vere panis & vinum eſt, atque idem ſpecie cum ijs quæ obtulit Melchiſedec.

ὅτι γὰρ ἀναφές ἐστι τὸ φῶς καὶ ἀνυπόστατον ἐκτὸς οὗ ἐστιν ἐν ᾧ γεγένηται καὶ ὑφέστηκε, καὶ ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ οὐσιωθεὶς καὶ ὑποστὰς οὐκ ἐκτός ἐστιν οὗ ἐστιν ἐν ᾧ γεγένηται καὶ ὑφέστηκε, καὶ ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ οὐσιωθεὶς καὶ ὑποστὰς οὐκ ἐκτός ἐστιν οὗ ἐστιν ἐν ᾧ γεγένηται καὶ ὑφέστηκε.

a *Dialog. cum Tryph.*

b *Stromat. l. 4.*

c *Lib. 2. Epiſt. 3. Idem Hieron. Quæſt. in Geneſ.*

d *De bis qui initiant. c. 8.*

e *Homil. 27. vid. Iſidor. Peluſiot. l. 1. epiſt. 431. & Theodor. in geneſ. q. 64. & in Pſalm. 109.*

f *In 5. ad Hebr.*

g *In Epiſt. ad Evagrium.*

h *Epiſt. ad Demetriad.*

i *Epiſt. 95.*

k *De Civit. Dei lib. 17. c. 17. & l. 16. c. 22. Et l. 18. c. 35. Et Contr. adverſar. leg. l. 1. c. 20. Et 83. quæſt. q. 61. Et in Pſalm. 109.*

l *In Pſalm. 109.*

m *De fide ad Petrum c. 19.*

n *In Pſalm. 109.*

oo *In Comm. cap. 14.*

o *In Hebræos. c. 5. vid. & infr. in Macario.*

p *Lib. 1. q. 18.*

CAPVT III.

Quid hoc Sacramento contineatur.

Sacramentum hoc continet sub panis & vini speciebus, tanquam sub propriis & debitis signis, ipsum Christum Dominum verum Deum & hominem, ac proinde integrum Christum, & verum Sacramentum sumitur à dignè sumentibus, non autem comeditur, aut bibitur, sed sumitur tantum, & frangitur, ac ministratur. Quæ omnia ad rectam hujus Sacramenti explicationem, & ad pietatem, quæ in eo sumendo exercenda est, pertinent.

Sacramentum hoc continet sub panis & vini speciebus, tanquam sub propriis & debitis signis, ipsum Christum Dominum verum Deum & hominem, ac proinde integrum Christum, & verum Sacramentum sumitur à dignè sumentibus, non autem comeditur, aut bibitur, sed sumitur tantum, & frangitur, ac ministratur. Quæ omnia ad rectam hujus Sacramenti explicationem, & ad pietatem, quæ in eo sumendo exercenda est, pertinent.

Quid hoc Sacramento contineatur.

Sacramentum hoc continet sub panis & vini speciebus, tanquam sub propriis & debitis signis, ipsum Christum Dominum verum Deum & hominem, ac proinde integrum Christum, & verum Sacramentum sumitur à dignè sumentibus, non autem comeditur, aut bibitur, sed sumitur tantum, & frangitur, ac ministratur. Quæ omnia ad rectam hujus Sacramenti explicationem, & ad pietatem, quæ in eo sumendo exercenda est, pertinent.

Euſebius. prium corpus habeat, nec novi corporis aptatione illi opus ſit quaſi corpore carenti: ſimileque olim commentum ridebat Tertullianus in Marcione dicente, h *Propterea panem corpus ſibi finxit, quia carebat corporis veritate.* Supereſt igitur ut id intelligat de corpore ſymbolico, ſeu de corporis ſymbolo, quod proinde non ſit proprium Domini corpus, ſeu, accurative loquendo, proprie illius corpus.

h *Contr. Marcion. l. 4.*

Perronius nobiſcum manus hic non auſus conſerere, Primo ſe in fugam dedit. Cum enim nihil haberet quod ad tot & tam ſolida argumenta directe reponere poſſet, hoc ſummatim utitur effugio: *Euſebium hîc diſputare contra Iudaos, quibus, ut ait* i *Hieronymus*, non licebat prodere ſacramentum; *ac proinde quandoquidem fas erat coram illis dicere panem & vinum Euchariſtiæ ſymbola eſſe corporis & ſanguinis Chriſti, Chriſtumque juſſiſſe proprij corporis imaginem efficere, nec tamen ijs Euchariſtiæ myſterium aperire, colligendum inde in contrarium, fidem Eccleſiæ eſſe, panem & vinum Euchariſtiæ aliud eſſe quam ſymbolum & imaginem corporis, verum nempe ac proprium Dominicum corpus & ſanguinem. Atque eam eſſe Euſebij mentem, evinci tum ex eo quod ad finem addit*, hæc opus habere ampliori inquiſitione, tempuſque prohibere plura dicere, *tum ex Iſidoro qui contra Benjaminum Iudæum agens, Euchariſtiam ſeu ſacrificium Chriſtianorum* panem *appellat*, proprium *vero* incarnationis Chriſti corpus, *ad Marathonium Monachum ſcribens.* Sed hæc plane futilia ſunt. Nam, ut omittam nos minime argumentari ex Euſebij ſuppreſſione aliqua, Verum ex ipſius dictis cum Adverſariorum hypotheſi prorſus incompatibilibus, dico de more quidem communi non fuiſſe, tùm de Euchariſtia, tùm de Baptiſmo coram non initiatis clare & aperte loqui, ne forte illa propter ſimplicitatem contemnerent, ut loco ſuo fuſius docebimus: Sed addo, id non adeo ſtricte erga Iudæos obſervari ſolitum quam erga Ethnicos, ſicut apparet ex ipſo Hieronymi loco a Cardinale notato & truncato, ubi non ſimpliciter ait, *nefas eſſe Iudæis ſacramentum revelare*, ſed *Hebræis perſuadebat* (apoſtolus ſcilicet in Epiſtola ad Hebræos) *non jam fidelibus, quibus paſſim proderet Sacramentum*: Nota, *paſſim*; Nec eam obſervationem locum habuiſſe niſi extra caſum neceſſitatis. Quando enim gravis aliqua de illis aperte loquendi ſe offerebat occaſio, tùm conſuetudinem neceſſitati poſtponebant, ut apparet ex apologiâ Juſtini Martyris ad Imperatores Romanos, in qua, Perronio ipſo & obſervante & agnoſcente, *Eccleſiæ univerſalis de hoc argumento fidei rationem reddit.* Euſebium autem gravem hîc cauſam & neceſſariam a communi & ordinaria ſilentij conſuetudine recedendi habuiſſe ex ejus ſcopo apparet. Propoſitum enim illi erat

i *In Epiſt. ad Evagrium.*

k *De Euch. l. 2. Amb. 3. p. 185.*

per Prophetarum prædictiones, & collationem eorum quæ ſub Euangelio acciderunt cum ijs quæ in Veteri olim Teſtamento prænuntiata fuerant, religionis ac fidei Chriſtianæ veritatem Judæis demonſtrare. In hunc autem finem adduxerat ea quæ Patriarcha Jacobus de Juda pronuntiaverat, quo illorum complementum in Domino oſtenderet: Atque ubi devenilset ad poſtrema hæc illius verba, *gratioſi ejus oculi a vino*, &, *Albi dentes ejus ut lac*, ait ea *occulte Novi Teſtamenti Servatoris myſteria continere.* Neceſſe igitur erat ad Prophetici illius ænigmatis intelligentiam Judæoſque perſuadendos, illum Hiſtoriam Euchariſtiæ referre ejuſque naturam, uſum ac finem exponere, ac manifeſtum facere Dominum in ea compleviſſe quod Prophetico Spiritu longe ante a Patriarcha prædictum fuerat. Itaque, ſi quod hic ait, *Dominum juſſiſſe proprij corporis imaginem efficere*, & cætera quæ notavimus, vera doctrina eſt, ut fatetur Perronius; neceſſario conſequitur (quandoquidem impoſſibile eſt imaginem idem eſse cum eo cujus imago eſt, ſecundum Euſebium ipſum) panem conſecratum non eſse proprie corpus ipſummet Domini, ſed typice tantum, ſeu proprij corporis ſymbolum. Nec obſtat quod objicitur, Euſebium ad finem addere, *hæc opus habere ampliori inquiſitione, tempuſque prohibere plura dicere*: Non enim id Euſebius de Euchariſtia dicit, ſed de Prophetia Jacobi, quam majori indagatione, longioreque interpretatione indigere recte obſervat, *ut appareat*, inquit, *tempora quoque Salvatoris noſtri adventus è ſurſum ab Antiquis Prophetis cognita, in divina ſcriptura tradita fuiſſe.* Nec obſtat rurſum quod objicitur ex Iſidoro. Cum enim *corpus incarnationis Chriſti, & proprium corpus incarnationis Chriſti*, idem ſit, perinde ſane dicere eſt, *panem eſſe corpus incarnationis Chriſti*, &, *eſſe proprium incarnationis corpus.* Senſus enim utrobique eſt, panem eſſe proprium illud corpus, typice ac ſymbolice, ut infra fuſius in Iſidoro docebitur.

Euſebius.

Sed quemadmodum Parthi, licet in fugam præcipites, averſi ſagittas ac tela vibrare ſcribuntur, ſimiliter & Perronius, Ait enim ſecundo: *Demonſtrabo ex Euſebio ipſo, quando de Euchariſtia interius & coram ſolis initiatis agebatur, eis impoſitam credendi neceſſitatem quod illa Chriſti corpus foret.* Poſt hæc, inquit a *Euſebius*, Cornelius aliud Novati facinus peſſimum adjungit, *his verbis*: Oblationibus factis, cuique partem dividens & diſtribuens miſeros homines benedictionis loco juſjurandum dare cogit, ambabus manibus accipientis manus prehendens, nec quem-

a *Hiſt. lib. 6. c. 35.* πείθουσι γὰρ τοὺς ἀσεβοῦντας ὑπὲρ τοῦ μὴ ἀληθεύειν ὀμνύειν τὰ μέρη, καὶ ὑποδιδοὺς αὐτὰ, ἐκέλευε δι' αὐτῶν ὀμνύειν, τὰς παλαμὰς αὐτῶν ἀνθρώπων ἀσεβῶν ἀναγκάζων, παῖζων ἀμφοτέραις χερσὶ τὰς τῶν λαμβανόντων, καὶ μὴ ἀφιεὶς ἐν ἀμύητον οὐδὲν τοῦτο. τοῖς γὰρ εἰκῆ χρῆσθαι λέγει. ὅμοσόν μοι τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μηδέποτε ἐπὶ κακῷ ἐπιστρέψαι σοι Κύριον. καὶ ὁ ἄθλιος ἄνθρωπος ἐ σκοπεῖ χάσκει, εἶτα σκύπτει αὐτὸ προσέχοντα. καὶ εἶτα ἐπιτῶ λαμβάνοντι τὴν ἀρχὴν εἰπὼν, τὸ αἷμα, εἶτα ἀπέλθοντος τοῦ Κυρίου, λέγει.

quam

Eucharistiæ quam dicebamus ipsa sanctificata. Ipsius vero ita referens: Sicut enim per corpus & Sanguinem Domini nostri Jesu Christi, nostra nascitur substantia, & ad Christum refertur: Et infantes homo non amittit quidquam ipsi sumpserit, permanet substantia incipientis, pro Autem quod dixisse videtur, Ita, & Christum non revertur. Quo loco aperiam prius fides profitenda corporis & Sanguinis Christi in hac Eucharistia, per quæ Nazianzenus mysteriorum ratiæ, quamque consecrationem persuadet per eum. Christi sanguinem & Corpus Christi, quæ nobis Mysteriorum Ipsius Celebratione, & Sanguinis

Ecclesiæ, & quod ab illis, qui ex Ecclesia exierunt, non sunt veri Christi discipuli, non sunt veri Christi Ecclesiæ, non sunt veri Christi Sacerdotes, non sunt veri Christi Sacramenta, quod Canones ostendunt.

CAPUT IV.

QUIDNAM Apostolus intelligat, cum loquitur de Ecclesia Christi, quæ sit, & ubi sit, ostendimus. Nunc videamus, quid de illis sentiendum sit, qui ab Ecclesia exierunt, aut qui ab ea excommunicati sunt, quod ad Sacramenta attinet, quæ ipsi administrant. Et primum quidem, quod ad Baptismum attinet, Canones ostendunt, quod Baptismus, qui ab illis datur, non sit Baptismus Christi, sed Baptismus Antichristi. Nam Baptismus Christi est, qui datur in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, ut habetur in Evangelio. Quod autem Baptismus, qui datur ab illis, qui ab Ecclesia exierunt, non sit Baptismus Christi, sed Baptismus Antichristi, ostendunt Canones, quia ipsi non habent Christum, neque Spiritum Sanctum, quia ab Ecclesia exierunt, quæ sola habet Christum, & Spiritum Sanctum. Quod autem ipsi non habeant Christum, neque Spiritum Sanctum, quia ab Ecclesia exierunt, quæ sola habet Christum, & Spiritum Sanctum

Juvencus. *transferens, quatuor libros compoſuit*: in quorum ultimo ſcripturæ verba de Euchariſtiæ inſtitutione ſic reddit;

Hæc ubi dicta dedit, palmis ſibi frangere panem
Diviſumque dedit, ſanctoque precatus
Diſcipulos docuit proprium ſe tradere corpus.
Hinc calicem ſumit Dominus, vinoque repletum
Magnis ſanctificat verbis, potumque miniſtrat
Edocuitque ſuum ſe diviſiſſe cruorem.
Atque ait: hic ſanguis populi delicta remittit:
Hunc potate meum. Nam (veris credite dictis)
Poſt hac non unquam vitis guſtabo liquorem,
Donec regna Patris melioris munere vitæ
In nova me rurſus concedent ſurgere vina.

Hunc autem locum objicit [d] Alphonſus de Caſtro; nec tamen diſtincte notat quid in illo cauſæ ſuæ patrocinari exiſtimet, adeo ut nobis conjectatione opus ſit. An igitur illi propoſitum fuit urgere, Juvencum, poſt ſcripturam, panem & calicem corpus & cruorem Domini indigetare? Sed id fruſtra opponeret. Non enim inde ſequitur illum cenſuiſſe ea ſubſtantialiter & proprie eſſe corpus & ſanguinem Domini. Alioqui quandoquidem Chryſoſtomus ait: [e] *Solet ſcriptura carnis nomine appellare myſteria, itidem & Eccleſiam totam, eam dicens eſſe corpus Chriſti*; ſimiliter colligerem Eccleſiam proprie eſſe Chriſti naturale corpus, quod tamen falſum eſt. Rurſum quoque cum [a] Ignatius, [b] Origenes, [c] Euſebius, [d] Gaudentius, [e] Ambroſius, [f] Author commentariorum in pſalmos apud Hieronymum, Et alter itidem de manducatione Agni, [g] Heſychius Hieroſolymitanus, denique [i] Etherius & Beatus, *ſermones ſcripturarum* corpus & ſanguinem Domini pariter nuncupent, concludendum quoque erit eos ſic proprie & ſubſtantialiter appellari: quod tamen nemo conceſſerit. Sed forte Alphonſus ſpectavit ea Authoris verba, *Diſcipulos docuit proprium ſe tradere corpus*; ac ſibi viſus eſt in vocabulo *proprium* inſolubile quid reperiſſe. Verum & in hoc fallitur. Similiter enim dicerem, Eccleſiam eſſe ſubſtantiale & proprie dictum Chriſti corpus, ſi quidem [k] Nyſſenus illam quoque dicit eſſe *proprium Chriſti corpus*. Cauſa autem erroris hujus eſt, quod non conſideret proprium non ſemper dici oppoſite ad *figuratum* ſed quandoque oppoſite ad *alienum*, & ſimpliciter *ſuum* deſignare: ut quando idem Nyſſenus ait, [l] *Deum hominem formaſſe παῖς ἰδίαις χερσὶν proprys manibus*, id eſt, ſuis. Eo enim ſenſu illud accipit Juvencus, neque alia de cauſa, loco *ſuum* adhibuit, niſi propter rationem metri cui magis conveniebat. Quod ſi præterea Alphonſus reſpexit ad ea Authoris verba, *hic ſanguis populi delicta remittet*; quaſi hæc ab eo de liquore in calice Euchariſtiæ contento enunciata forent: reſpondebo rurſum illum decipi. Verba enim illa nihil aliud quam expreſſio ſunt eorum Domini, *ſanguis meus, qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum*. Ea autem, *qui pro multis effundetur* &c, recte obſervavit ex Adverſarijs ipſis Cajetanus determinationes eſſe prædicati & referri ad hæc verba *ſanguis meus*, non autem ad præcedens illud *hoc*, ſeu *hic calix*: ut ſenſus eſſe queat, *hoc* (ſcilicet, vinum quod in calice eſt) *eſt* (figurate videlicet) *ſanguis ille meus qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum*. Perinde ac ſi de ſtatua Alexandri Magni dicerem, *hoc eſt Alexander qui Darium debellavit*: Senſus enim hujus propoſitionis tantummodo foret, *hæc ſtatua repræſentative eſt Alexander ille qui Darium debellavit*. Vel quemadmodum Leo Romanus ait; [n] *Verbi caro de utero Virginis ſumpta nos ſumus*: Ubi hæc verba *de utero virginis ſumpta*, de carne quidem propria a Verbo aſſumpta affirmantur, nec tamen ſupponunt nos proprie carnem illam eſſe. Sed quid tamdiu moramur in hujus loci examine? illum retorquere poſſumus contra Adverſarios ipſos. Non modo enim Juvencus diſerte affirmat, Dominum panem fregiſſe ac diviſiſſe, quod de proprio Domini corpore affirmari nequit cum frangi non poſſit, ſed & de illo quod corpus ſuum foret aſſeruiſſe. Unde manifeſte ſequitur eorum verborum *hoc eſt corpus meum* ſecundum illum ſenſum eſſe: *hic panis fractus & diviſus quem vobis trado, eſt corpus meum*. Qui ſenſus plane noſter eſt, ac juxta ſententiam noſtram figurate intelligendus, aut prorſus ineptus, abſurdus & impoſſibilis.

a *Epiſt. ad Philadelph.*
b *In Numer. hom. 23.*
c *Contr. Marcell. l. 3. c. 12.*
d *Serm. 2. in Exod.*
e *In Luc. l. 6. c. 7.*
f *In Pſalm. 147.*
h *In Levit. l. 5.*
i *Contr. Elipand. l. 1.*
k *In illud: Tunc filius ſubjicietur.* τὸ ἴδιον σῶμα ὃ ἐστιν ἡ ἐκκλησία.
l *In verba, faciamus hominem orat. 2.*

d *Contr. hæreſ. vocab. Euchariſtia. hæreſ. 4.*
e *In c. 5. ep. ad Galat.* τὴν τῶν σωμάτων διάρθρωσιν πάλιν τὴν τῶν μυστηρίων τελετὴν ἔνιοι καλοῦσι γραφήν, τὴν τῶν ἁπάντων, ὡς ἔοικε, σύλλογον καὶ ἕνωσιν καὶ ἀγάπην τοῦ χριστοῦ.
m *In 3. Thom. q. 75. art. 1.*
n *De nativit. Dom. ſerm. 10.*

---

*Examen Teſtimoniorum * Athanaſij.*

CAPUT I.

PRODEAT jam Athanaſius quem [o] Nazianzenus & [p] Theodoretus *veritatis tubam ac præconem*, & Cyrillus *inconcuſſum fidei regulam* indigerant. In ejus etenim ſcriptis occurrunt nonnulla pro fidei quam tuemur veritate teſtimonia.

Primus locus habetur tractatu in illud Evangelij; *Quicunque dixerit Verbum contra filium hominis*; Ubi exponens hæc Domini ex Joan. 6. verba: *hoccine vos ſcandalizat? Quid ſi igitur filium hominis ſpectaveritis aſcendentem ubi prius erat? Spiritus eſt qui vivificat: Caro non prodeſt quicquam. Verba quæ ego locutus ſum vobis, Spiritus ſunt & vita*; ait: [r] *Ambo de ſe*

* *Fuit Epiſcopus anno Dom. 326.*
o *Orat. 21.*
p *Epiſt. 82.*
q *De feſt. Paſchal. hom. 8.*
r ἀμφότερα αὐτὰ ἑαυτῶν εἶπεν, σάρκα τὴν πνεῦμα. πρὸς τὸ πνεῦμα τὸ σῶμα ὡς τὸ κεῖ σάρκα διέστειλεν, ἵνα μὴ μένον τὸ φαινόμενον, ἀλλὰ καὶ τὸ ἀόρατον αὐτῶ πιστεύοντες μάθωσιν, ὅτι οὐ λίθος, οὐδὲ ἐστι σαρκικὸν τὸ ἀναπεμπόμενον. τέλειος γὰρ ἔμελε τὸ σῶμα ὡς βρῶσιν ἵνα τῷ Θ τῶν σῶν πιστεύσῃ τὸ τεθνηκὸς τὸ τῶν τεθνηκότων ἀναστήσον. ἀλλὰ λέγει τοῦτο τὸ εἰς ἀγαθὸν ἀναβαίνειν διανοήσεσθαι Θεὸν Θ υἱὸν Θ ἀνθρώπου, ἵνα τὸ ζωοποιὸν εἶναι αὐτὸν ἀφελωσιν τὸ καὶ λοιπὸν τὴν σάρκα βρῶσιν οὐκέτι ἀγρίως καὶ σαρκικῶς τεθνηκότα σαρκὸς σάρκα βρῶσιν οὐκέτι ἀγρίως καὶ σαρκικῶς τεθνηκότα νομίσωσι· ἃ γὰρ λελάληκα φησὶν ὑμῖν, πνεῦμα ἐστὶ καὶ ζωή. ἴσον τὸ εἰπεῖν, τὸ μὲν ἀνωφελὲς καὶ διάφορον ἔσεσθε Θ τότε ὅταν θεωρήσητε τεθνηκότα τὸν ἀναβαίνοντα ὅπου ἦν τὸ πρότερον· τὸ δὲ ζωοποιὸν καὶ ὠφέλιμον ἔσεσθε Θ τότε ὅταν πιστεύσητε τὸ τεθνηκὸς τὸ τῶν τεθνηκότων ἀναστήσον.

Athanasius.

affirmavit, carnem & Spiritum, & Spiritum a carne discriminavit ut non solum visibile, sed & invisibile ejus credentes discerent ea quæ loqueretur non carnalia esse, sed spiritualia. Quot enim corpus ipsius ad esum sufficeret, ut totius orbis fieret alimonia? Sed propterea ascensionis suæ in cœlos mentionem fecit, ut eos a corporali intelligentia abstraheret, ac deinde carnem de qua locutus erat cibum è supernu cœlestem & spiritualem alimoniam ab ipso dandam intelligerent. Quæ enim dixi vobis, *inquit*, Spiritus sunt & vita. *Quod perinde est ac si diceret: Corpus meum quod ostenditur & datur pro mundo, in cibum dabitur ut spiritualiter in uno quoque distribuatur & fiat singulis tutamen in resurrectionem vitæ æternæ.* Ubi quatuor observanda sunt. Primò enim ait, ea quæ Dominus in prolixo illo de manducationis suæ sermone in Euangelio secundum Joannem disseruit, *non carnalia esse, sed spiritualia.* Negare autem non potest ea esse carnalia respectu Subjecti quod edendum est, videlicet, carnis Christi: Nam subjectum illud vere in se carnale est, ut fatentur omnes; Et ipse Athanasius paulo ante affirmat, inquiens, *Dominum se filium hominis appellando corporalitatem suam ostendisse.* Superest igitur ut ea carnalia esse neget respectu modi manducationis, qui proinde non est corporalis & oralis, sed Spiritualis. Secundo id rursum confirmat his verbis: *Quot enim corpus ipsius ad esum sufficeret ut totius orbis alimonia fieret?* Nam cum caro Christi ad totius orbis alimoniam sit ordinata, id quidem præstare potest si spiritualiter intelligatur edenda, quandoquidem spiritualis esus de alimonia spirituali nihil consumat: minime autem, si corporaliter supponatur accipienda, cum ea sit magnitudinis finitæ ac determinatæ, quæ omnibus sufficere non potest. Tertio: *propterea*, inquit, *ascensionis suæ in cœlos mentionem fecit ut eos a corporali intelligentia abstraheret.* Quid autem est Athanasio corporalis intelligentia manducationis carnis Christi, nisi intelligentia de manducatione corporali ejusdem carnis? Ac rursum: quomodo corporalem hanc intelligentiam a Domino exclusam esse observat? Mentione, videlicet, ascensionis suæ in cœlos. Carnem enim suam in terra non erat relicturus, sed supra cœlos, ubi nunc est, elevaturus: & eam nihilominus ad vitæ adeptionem necessariò esse manducandam affirmabat. Absentem igitur, non præsentem, ac proinde spiritualiter, non corporaliter & oraliter: nihil enim nisi præsens oraliter edi potest. Denique *propterea*, inquit, *ascensionis suæ in cœlos mentionem fecit, ut eos a corporali intelligentia, abstraheret, ac deinde Carnem de qua locutus erat cibum è supernis cœlestem & spiritualem alimoniam ab illo dandam intelligerent.* At vero si caro Christi, utpote in cœlos elevata, cœlitus nobis danda est & *spiritualiter*, ut in sequentibus loquitur, non igitur corporaliter sub accidentibus panis. Cœlitus enim danda est, absque eo tamen quod a cœlis unquam discedat. Ac denuò, cum illam dicat spiritualem esse alimoniam, eam esse spiritualiter percipiendam intelligit Spiritualis enim cibus spiritualiter sumendus est, non oraliter. Respondent Adversarij varie: primo in genere: secùdo in specie ad observationes nostras.

Athanasius.

Et quidem Perronius & Cotteretellus perpetuus ejus pedisequus, negant tractatum hunc e quo sumus argumentati Athanasij esse, ac audacter asserunt illum esse [a] *Pseudepigraphum & falsò Athanasio suppositum, nec antiquitatem illius uspiam meminisse sub Authoris nostri nomine.* Ignorantiam sane cum temeritate mixtam: nec in hodierna literarum luce ullomodo venia dignam. Nam tractatum illum vere Athanasij esse patet, tum ex phraseologia quæ eadem omnino est cum alijs ejus scriptis, tum ex Gobaro testante Athanasium [b] *in multis libris Theognostum admittere*; cujus tamen [c] semel tantum meminerit in libris suis, si tractatum hunc excipias in quo illum laudat; tum denique ex Concilio [d] Romano mille prope annis celebrato, ubi sub ipsius Athanasij nomine tria ejus loca citantur. Ita constat sermoni huic certitudo sua. De observationibus jam videamus.

a *De Euchar. l. 2. Author. 10. Cotterell. de nominib. Sacramenti c. 14 p. 210.*

b *Apud. Photij biblioth. auth. 232.*

c *In decret. Synod. Nicen. Constr. Art.*

d *Concil. Lateran. sub. Martino. 1.*

Ad primam summatim respondet Perronius: *Athanasij illius imaginarij mentem non esse carnem Christi ab objecto manducationis nec carnē pariter nostram ab actu manducationis excludere, sed tantum omnem agentem carnalem humanum ac corporalem a Causa efficiente distributionis Christi arcere velle ac ejus efficientiam ad solam Christi divinitatem referre. In his enim Domini verbis*, Spiritus est qui vivificat, caro nòn prodest quicquam, *per Spiritum divinitatem intelligit, per carnem humanitatem: ac proinde Spiritualis & Spiritualiter ibi pro divino & divine ab eo posita sunt. Sensus igitur est*, Christus Spiritum a carne discriminavit, ut in eo credentes non id modo quod videbatur, *humanitatem scilicet*, sed & invisibile ejus *nimirum divinitatem*, discerent ea quæ ipsis loquebatur non esse Carnalia sed Spiritualia; *hoc est, non esse opera humana, sed divina, non esse opera quæ a simplici agente Carnali qualem Iudæi Dominum esse putabant, aut a potentia creata & naturali procedere queant, sed opera divina miraculosa & supernaturalia ab omnipotente Spiritu & divinitate Christi proficiscentia, &c.* Verum in hac solutione duo tantummodo vera sunt, reliqua falsa. Nam verum quidem est Athanasium carnem Christi a manducationis objecto non excludere. Ac verum rursus, illum in supra citatis Domini verbis per *carnem* humanitatem, per *Spiritum* divinitatem Domini intelligere: & proinde per *Spiritualia* innuere posse divina & per Spiritus vim & efficaciam adimpleta. Sed

Ambros. Ecclesiæ dicit: quod figura est corporis & sanguinis Christi, secundum quod ipse dicit: Hoc facite in meam commemorationem. Et Augustinus dicit: Nisi manducaverimus carnem Filii hominis, & sanguinem ejus bibamus, vitam non habebimus. Et Chrysostomus dicit: Quod videtur panis & vinum, non est panis & vinum, sed corpus & sanguis Christi. Et Damascenus dicit: Panis & vinum non figura tantum sunt corporis & sanguinis Christi, absit hoc dicere: sed ipsa deificata corpus & sanguis Christi. Et Dionysius dicit: Quod sacra Eucharistia non est simplex panis & vinum, sed divina quædam res, quæ per panem & vinum ostenditur. Et Gregorius dicit: Quod panis & vinum, quæ videntur, non sunt panis & vinum, sed corpus & sanguis Christi. Et Ambrosius dicit: Quod panis & vinum, quæ videntur, non sunt panis & vinum, sed corpus & sanguis Christi. Et Augustinus dicit: Quod panis & vinum, quæ videntur, non sunt panis & vinum, sed corpus & sanguis Christi. Et Chrysostomus dicit: Quod panis & vinum, quæ videntur, non sunt panis & vinum, sed corpus & sanguis Christi. Et Damascenus dicit: Quod panis & vinum, quæ videntur, non sunt panis & vinum, sed corpus & sanguis Christi. Et Dionysius dicit: Quod panis & vinum, quæ videntur, non sunt panis & vinum, sed corpus & sanguis Christi

Athanasius.

Tertio objicit hoc verbo : *Do* [illegible] *ut* [illegible] *fingulorum eft videtur, quod videtur.* [illegible] *Nunc enim & ufpicua Dominus profiteor, & fub* [illegible] *ea ut corpus & corpus ufpicua.* [illegible] *Ita hoc tenus non?* [illegible] *Contingat fatue hic ne-* [illegible] *gotium, Chriftianos infam verum non ef-* [illegible] *fe non negant.* Haec verba, Bellarmino, *Ita non poffunt accipi nifi ore in his verbis.* Mali. [illegible] *Ita Chriftus dicit, manus autem Chriftus* [illegible] *Tum ufpicuit, aut non carnem fub manu-* [illegible] *carnem, aut non carnem fub manducari, aut* [illegible] *ore corporis fumi, cum manus fuchariftiæ. Ubi* [illegible] *Chriftus manducatur non eft ufpicua, Chriftus* [illegible] *manducatur non eft ufpicua, Chriftus manducatur non eft ufpicua, Chriftus manducatur non eft ufpicua, Chriftus

Hilarius. sic reddit ; *Nunc & ipsius Domini professione & fide nostra verè caro est & verè sanguis est* ; cum ea immediate integra protulisset. Sic enim habet locus integer : *De naturali in nobis Christi veritate quæ dicimus, nisi ab eo discimus, stultè atque impiè dicimus. Ipse enim ait :* Caro mea vere est esca , & sanguis meus vere est potus. Qui edit carnem meam & bibit sanguinem meum , in me manet & ego in eo. *De veritate carnis & sanguinis non reductus est ambigendi locus : Nunc enim & ipsius Domini professione & fide nostra verè caro est & vere sanguis est.* Hilarium autem intelligere , carnem illam tanquam Spiritualem alimoniam a nobis in Eucharistiæ ipsius communione Spiritualiter esse manducandam , sanguinemque hunc pariter fide accipiendum & hauriendum ; quid, quæso, prohibet? Non certe Adversarij objectiuncula. Falsum enim est quod ait , secundâ hanc intelligentiam cum prima concidere, & eamdem prorsus esse. Nam Aliud est credere Christum pro nobis incarnatum & mortuum fuisse, aliud autem eum tanquam spiritualem animarum nostrarum cibum fide edere & haurire. Illud est fides in Christum in genere ; hoc vero particularis fidei illius actus : quod & rectè ex vestratibus observavit Alexander. Sic enim ipse in Summa Innocentij 4. jussu conscripta ; a *Manducatio non est cujuscunque , sed cibi : unde non a quolibet actu fidei operantis per dilectionem est Spiritualis manducatio , sed solum ut est respectu cibi , & cibi talis, scilicet , carnis Christi expositæ pro nobis in cruce ad pretium redemptionis.* Sed rursus ridiculum est quod subjungit Bellarminus de argumento Hilarij a Divinitate ducto. Longissime enim abest ab Authoris nostri mente. Nam quando Hilarius ait ; *An hoc veritas non est? Contingat planè his verum non esse , qui Christum Iesum verum esse Deum negant* ; non nulla ibi est ipsius argumentatio a Domini nostri divinitate deducta , sed potius imprecatio contra Arrianos divinitatis naturam Christo denegantes , ut eis ipsum habere pro vero animæ cibo tanquam indignis non contingat.

a 2 Part. 4. q. 10. artic. 3.

Quartò , inquit , *probatur ex eo : quod Hilarius repetit sæpissime , Christum naturaliter esse in nobis per sumptionem Eucharistiæ. Nam apud Hilarium , vnum esse in alio naturaliter, est naturâ vnius vere esse in altero , ut patet ex multis locis, sed maxime ex illis verbis quæ habentur in eadem pagina* , Cur, gradum quemdam , atque ordinem consummandæ vnitatis exposuit , nisi ut cum ille in Patre per naturam divinitatis esset nos contra in eo per corporalem ejus nativitatem , & ille rursus in nobis per sacramentorum inesse mysterium credereturᵇ *Vbi docet filium esse in Patre naturaliter , quia natura filij vere est in Patre cum sit vna utriusque natura , Item nos esse in Christo naturaliter , quia vere naturam nostram sibi Deus univit per mysterium incarnationis. Denique Christum naturaliter esse in nobis , quando sumimus Eucharistiam , quia carnem suam nobis vnit. Sicut igitur vere & propriè natura filij est in Patre , & natura nostra in Christo ; ita necesse est , vere & propriè natura carnis Christi sit in nobis.* At ego contra contendo , nec esse de Hilarij mente asserere , naturam carnis Christi secundum locum vel ubi per Eucharistiæ sumptionem in nobis proprie existere , nec si talis sensus ejus foret, illum propositum suum ullomodo fuisse assecuturum. Propugnaturus enim erat (ut jam supra observabamus) Orthodoxorum pro Consubstantialitate Patris & filij argumentum , ductum ex his verbis , *Ego & Pater unum sumus* ; Ad quod respondebant Arriani , ea verba de sola voluntatis vnitate esse accipienda , sicut quando Dominus ipse alibi ait : *b Non pro his rogo tantum , sed & pro his qui credituri sunt per verbum eorum in me , ut omnes vnum sint , sicut tu Pater in me , & ego in te , ut & ipsi sint in nobis :* ut quia homines , inquiebant , *in Deum refundi non possunt , vel ipse invicem in vnum atque indiscretum acervum coire , id quod vnum sunt ex vnitate sit voluntatis.* Ut ergo illud tueretur refellendam suscipit ipsorum responsionem , tum ex ipso scripturæ loco ab ijs adducto , tum ex alio simili verbis ab Adversario citatis immediate præposito , & ab eo caute prætermisso, inquiens: *Quod in eo per sacramentum Communicatæ carnis & sanguinis simus, ipse testatur dicens;* c Et hic mundus jam me non videt, vos autē me videbitis, quoniam ego vivo & vos vivetis, quoniam Ego in Patre meo, & vos in me, & ego in vobis. *Si voluntatis tantum vnitatem intelligi vellet, Cur gradum quemdam atque ordinem consummandæ vnitatis exposuit , nisi ut cum ille in Patre per naturam divinitatis esset , nos contra in eo per corporalem ejus nativitatem , & ille rursus in nobis per sacramentorum inesse mysterium crederetur?* Ad illam vero confutandam , argumentumque confirmandum , quid illi erat agendum? Probandum ne illi erat in hoc posteriore loco quem Eucharistiæ mysterio coactè aliquantum accommodat , naturam carnis Christi secundum locum vel ubi per id mysterium in nobis proprie existere, ut inde Patris & filij consubstantialitatem colligeret? Minimè sanè. Ostendendum illi erat in his verbis , *Vos in me , & ego in vobis* , Dominum voluntatis tantum unitatem intelligi nolle , ut ipsemet testatur , sed realem quandam. Nihil autem prorsus ad realis hujus unitatis demonstrationem Carnis Christi secundum locum vel ubi in nobis existentia , conferre potuisset. Nam rectè supra monebant Nemesius & Vasques ; *ut ex duobus vnum quid , aut vnum alterum fieri dicatur non satis est conjunctio duorum , seu propinquitas secundum locum seu substantiam , nisi alia aliqua ratione inter se connecti dicantur.* Proinde , quamvis Hila-

b Ioan. 17. 20. 21.

c Ioan. 14. 19. 20.

Hilarius. rius vtatur hac loquendi formula; *Chriſtum in nobis per ſacramentorum ineſt myſterium; nos in eo per corporalem ejus nativitatem*; atque a ſimili *ille in Patre per naturam divinitatis*; quia, videlicet eandem Dominus ipſe adhibuerat, cum diceret, *Ego in Patre meo, & vos in me, & ego in vobis*: id tantum vult innuere, nos per ſacramentorum myſterium non ſolius voluntatis, ſed realem vnitatem cum illo habere, eum nobiſcum per incarnationem, ideoque & cum Patre per divinitatis naturam, cum præter eam quæ voluntatis eſt nulla realis vnio ipſius cum Patre niſi ſubſtantialis intelligi poſſit. Sic enim [cc] alibi ad realem vnitatem exprimendam ait: *Revelatum eſt Chriſtum eſſe in nobis, in pauperibus, in tribulatis corde, in humilibus terra*, &c. Per realem autem ſeu naturalem quam nos cum illo habere vnitatem dicit, eam quæ Spiritualis ſit ab eo deſignari, ipſemet ibidem indicat. Ait enim: *ut ille in nobis per Sacramentorum ineſſe myſterium crederetur*. Nam cum de ſacramentis plurali numero loquatur, oſtendit ſe loqui non modo de Euchariſtia, ſed etiam de baptiſmo, de quo ante pariter dixerat: *Quid hic animorum concordia faciet, cum per id vnum ſint, quod vno Chriſto per naturam vnius baptiſmi induantur?* Per baptiſmum autem non aliam quam Spiritualem cum eo vnitatem habemus. Locus quoque quem hic adhibet ad naturalis hujus vnitatis confirmationem, *Ego in Patre meo, vos in me, & ego in vobis*, non magis appoſitus eſt Euchariſtiæ quam baptiſmi myſterio. Præterea, etſi daremus illum tantum hic agere de Euchariſtia, reciproce intelligit Chriſtum in nobis per ſacramentorum ineſſe myſterium & nos in illo: *Quod*, inquit, *in eo per ſacramentum communicatæ carnis & ſanguinis ſimus, ipſemet teſtatur, dicens: Et hic mundus jam me non videt, vos autem me videbitis, quoniam ego vivo, & vos vivetis, quoniam ego in Patre meo, & vos in me, & ego in vobis.* At certè per Euchariſtiam non ſumus in ejus carne, vel ſtomacho per propriè dictam inexiſtentiam; nec igitur ille in nobis. Denique ſola ſpiritualis unitas eſt quæ nos cum Chriſto realiter connectat. Nam conjunctio illa quæ tantum fit per propinquitatem ſecundum locum ſeu ſubſtantiam, qualis eſt carnalis illa ab Adverſario ſuppoſita, nullomodo realiter cum Chriſto connectit: alioqui reprobi omnes, imo & mures & ſorices carnem Chriſti comedentes, realem haberent cum eo conjunctionem, quod falſum & abſurdum eſt. Sic igitur non de communionis omni moda ſimilitudine ſed de veritate participationis carnis Chriſti in genere intelligenda eſt & urgenda Hilarij comparatio. Secus, quandoquidem ait, *Chriſtum in nobis per ſacramentorum ineſſe myſterium, & nos in eo per corporalem ejus nativitatem*; atque ex priori illo colligat Bellarminus naturam Singularem carnis Chriſti vere & Hilarius. propriè eſſe & reſidere in unoquoque Euchariſtiæ communicantium ſtomacho: Similiter ex poſteriore colligerem ego, ſubſtantiam ſingularem uniuſcuiuſque noſtrum per incarnationis myſterium in Chriſti ſtomachũ vere & proprie ingredi & inexiſtere; quod tamen, tanquam abſurdum, nemo fatebitur.

Quinto, inquit Bellarminus, probatur ex illis alijs verbis ejus, ubi explicans illud; *Sicut miſit me vivens Pater, & ego vivo propter Patrem, & qui manducat carnem meam, & ipſe vivet propter me*, ſic ait: *hæc vero vita noſtra cauſa eſt, quod in nobis carnalibus manentem per carnem Chriſtum habemus, victuris nobis per eum ea conditione qua vivit ille per Patrem. Si ergo nos naturaliter ſecundum carnem per eum vivimus, id eſt, naturam carnis ſuæ adepti, quomodo non naturaliter ſecundum Spiritum in ſe Patrem habeat, cum vivat ipſe per Patrem?* Ex infra dicit, *filium Dei carnaliter in nobis permanere* per Euchariſtiam. Inde autum duplex argumentum ſtruit.

Prius hoc pacto: *Quid potuit*, inquit, *quæſo clarius dici quam in nobis Carnalibus Chriſtum per carnem ſuam Carnaliter manere? Si enim fide tantum, & non corporis inſtrumento Chriſti carnem manducaremus; non eſſet in nobis carnalibus, id eſt, in nobis quatenus carne conſtamus, ſed eſſet in mente & animo noſtro tantum; neque eſſet in nobis per carnem, ſed per fidem & Spiritum, neque eſſet carnaliter, ſed ſpiritualiter.* Verum Sophiſtam agit Bellarminus: Lectoribus enim ſuis illudit componens quæ dijungenda ſunt, quaſi Hilarius in eadem periodo aſſeret, Chriſtũ in nobis carnalibus per carnem ſuam carnaliter manere: quod falſum tamen eſt. Id enim Hilarius non dicit, ſed Chriſtum in una clauſula *in nobis carnaliter* manere, in alterâ vero, *per carnem ejus nos vivere, id eſt naturam carnis ſuæ adeptos*, affirmat: pro uno ac eodem ſumens *Carnaliter* & *ſecundum carnem*, atque hiſce verbis deſignans, non participationis modum, ſed objectum ſeu rem ipſam participatam. Tritum enim eſt apud Veteres Hiſce Adverbijs *carnaliter, corporaliter, humanitus, divinitus*, & *Spiritualiter* eo ſenſu uti. Ut quando Ignatius ſeu quis alius ſub ejus nomine ait in Epiſtola ad Smyrnæos apud Theodoretum: [a] *Chriſtus poſt reſurrectionem manducavit & bibit cum Apoſtolis ſuis velut carnaliter & Spiritualiter Patri unitus*; id eſt, ſecundum carnem & ſecundum Spiritum. Et [b] Athanaſius in oratione tertiâ contra Arrianos. *Verbum corporaliter creatur*, id eſt, Secundum corpus, ſeu carnem. Et in quarta de ultima hora loquens; [c] *eam noverat ut Deus, ignorabat vero carnaliter*, hoc eſt, ut paulo ante dixerat, *ſicut homo, & Secundum carnem*. Et ibidem paulo poſt: [d] *Carnaliter dixit, Non Novi*. Et rurſum: [e] *Carnaliter interrogans* (id eſt, ſecundum

a Dial. 2. σωματικῶς τε συνανεπαύσω ἰησοῦ τῷ πατρί.
b ὁ λόγος σωματικῶς κτίζεται.
c οὐδεὶς οἶδε τοῦτο, ἀγνοεῖ δὲ σωματικῶς.
d σωματικῶς εἶπεν, οὐκ οἶδα.
e σωματικῶς ἐπυνθάνετο· ἤδει δὲ σωματικῶς ὡς ἄνθρωπος λέγων ὁ κύριος.

Hilarius.

cundum carnem) *divinitus ſciebat quæ Petrus illa erat dicturus.* Et in oratione de humana natura ſuſcepta: f *Quando Apoſtolus ait, In Chriſto habitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter, intelligendum id eſt in carne ejus.* Et Amphilochius Icomenſis g *Niſi natus eſſet* (Dominus) *Carnaliter, neque tu natus eſſes Spiritualiter.* In quæ verba Cyrillus; h *Significat hoc loco, Carnaliter, ſecundum carnem, ſicut ſcilicet divinè, ſecundum divinitatem.* Et Ambroſius de Euſebio Vercellenſi: i *Quanto plus illum Arriana perfidia corporaliter* (id eſt, ſecundum carnem) *lacerabat, tanto magis eum Catholica integritas Spiritualiter* (hoc eſt, ſecundum Spiritum) *refovebat.* Et Auguſtinus: k *Immortalitas corporis, &c. licet corporaliter habeatur, incorporea quædam excellentia eſt.* Et Cyrillus Alexandrinus: l *Virgo Dominum Carnaliter genuit*; id eſt, *ſecundum carnem*, ut ipſemet ſe explicat. Et rurſum: m *Spiritualiter ſimul & corporaliter ſanctificamur & vivificamur*, hoc eſt, quoad Corpus & Spiritum. Denique & ipſe Hilarius, quando ait, nos in Chriſto per incarnationis myſterium *corporaliter vniri*, hoc eſt, eamdem naturam corporalem habere. Ad eumdem igitur modum dicit, filium Dei *carnaliter in nobis manere* per Euchariſtiæ myſterium; pro eo quod ante dixerat, nos naturam carnis Domini vere adipiſci, nos eum vere manducare; ac proinde realem & indiſſolubilem unionem cum eo habere, quam per manſionis vocabulum deſignat. Manſionem autem ſpiritualem intelligit, non eam quæ fiat per propinquitatem ſecundum locum ſeu ſubſtantiam: perinde ac Gregorius Nyſſenus; inquiens o *qui in illo eſt*, (Chriſto ſcilicet) Aut, ut vertit Hervetus, *qui illum ingreditur, prorſus in ſe recipit eum in quem ingreſſus erat, ipſo verbo ſic dicente, p qui manet in me, & ego in eo.* Nemo enim, credo, dixerit aut locum illum ſcripturæ de inexiſtentia carnis noſtræ in Chriſti ſtomacho, & carnis ipſius in noſtro; eſſe accipiendum, aut Nyſſenum quid ſimile ibi deſignare voluiſſe. Et jam ſupra obſervavimus Hilarij ſcopum eo tantum ſpectare ut oſtendat, nos realem unitatem cum Chriſto habere: quod & patet ex totius ſermonis concluſione, ubi improbata unione ſolius voluntatis ab Arrianis propoſita, in contrarium ait; *cum & per honorem nobis datum Dei filij, & per manentem in nobis carnaliter* (id eſt ſecundum carnem) *filium, & in eo nobis corporaliter & inſeparabiliter unitis, myſterium vera ac naturalis unitatis ſit prædicandum.* Spiritualem autem unitatem veram & realem eſſe, quis negaverit? Nec obſtat quod urget Bellarminus: *Si fide tantum, & non corporis inſtrumento Chriſti carnem manducaremus, non eſſet in nobis carnalibus* (proüt loquitur Hilarius) *id eſt in nobis quatenus carne conſtamus, ſed eſſet in mente & animo noſtro tantum.* Conſequentiam enim illam negamus. Nam Hilarius per inexiſtentiam unitatem realem intelligit, ac de nobis carnalibus loquitur tantummodò ut oſtendat nos totos cum Chriſto uniri, nec Spiritum modo noſtrum eſſe unum cum illo realiter Spiritum, ſed & carnem noſtram, ſeu membra noſtra vere quoque eſſe ipſius membra, quemadmodum q Apoſtolus teſtatur: quod σωματίζεται ex ſola Spirituali manducatione proficiſcitur. q 1. Cor. 6. 15.

Hilarius.

Poſterius argumentum ejuſdem Bellarmini ſic ſe habet: *Præterea, Comparatio Hilarij aperte convincit. Ipſe enim dicit, filium ſecundum Spiritum vivere propter Patrem, quia vita Patris qua Spiritus eſt, verè tribuitur filio: & eodem modo nos vivere propter Chriſtum ſecundum carnem, quia vere caro ejus nobis in ſacramento communicatur.* Idem alijs licet verbis fere objicit Perronius. Sed fruſtra. Quis enim noſtrum negat carnem Chriſti in Euchariſtiæ Communione nobis vere communicari, eamque nos vere manducare? Quæſtio eſt, An Hilarius illam intelligat a Domino communicari ſub accidentibus panis, inſtrumento corporis manducandam. Id autem pro principio ſupponunt quod controvertitur. Nam negamus eam eſſe Hilarij mentem, aut ipſius verba tale quidpiam deſignare. Tantum enim intelligit, hoc quod etiam ſecundum carnem inſpe vitæ æternæ vivimus, procedere ex eo quod vivificam ejus carnem vere & ſpiritualiter manducaverimus, ſic & id quod Chriſtus vivit per Patrem indicio eſſe illum ſecundum Spiritum naturaliter & realiter Patri eſſe conjunctum, non vero ſolius voluntatis & conſenſus unitate, ut docebant Arriani. Quod ſi contendant Adverſarij, ex communione carnis Chriſti non poſſe nos in ſpe vitæ æternæ ſecundum carnem vivere, niſi caro noſtra oraliter illam edat, probationem exigimus & quidem validam, ad calendas (ſcilicet) Græcas ab illis afferendam. Id enim, & in ſe falſiſſimum eſt, & ipſius Hilarij placitis omninò repugnans, ut poſt ſumus oſtenſuri.

Sic autem expenſis, &, ut ſpero, confutatis Adverſariorum objectionibus ex hoc Hilarij loco ductis, ex abundantia juris ulterius progrediamur, & diſpiciamus, an non forte idem rubus, cujus ſpinas avulſimus, in veritatis gratiam ſit nobis roſas præbiturus. Id certe nobis pollicemur.

Primò igitur, quemadmodum Hilarius ait, nos per Euchariſtiæ participationem unitatem naturalem habere cum Chriſto, ſimiliter quoque dicit, fideles inter ſe & cum Chriſto unitatem naturalem habere per fidem, regenerationem & baptiſmum: *Quomodo*, inquit, *non naturalem in his intelligis unitatem, qui per naturam unius fidei unum ſunt?* Et rurſum: *ceſſat in his aſſenſus unitas qui unum ſunt in ejuſdem regeneratione natura.*

f Ὅτε λέγει ὁ Ἀπόστολος, ὅτι ἐν Χριστῷ κατοικεῖ πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος σωματικῶς, νοητέον ἐν τῇ σαρκὶ αὐτοῦ. *Idem & Hieron. in c. 49. Eſa.*

g *Apud Cyrill. in defenſ. anathem. 1. adverſ. Oriental.* εἰ μὴ γὰρ ἐγεννήθη σωματικῶς, οὐδὲ σὺ ἐγεννήθης πνευματικῶς.

h *Ibid.* ἀλλὰ δὴ σωματικῶς τὸ σωματικῶς, τὸ κατὰ σάρκα φησὶ, τουτέστι κατὰ τὴν θεότητα, πρόδηλος ἐστὶν ὁ τοῦ Θεοῦ, τὸ κατὰ φύσιν.

i *Serm. 69.*

k *Epiſt. 57.*

l *Hom. Paſchal. 17. & anath. 1.* σωματικῶς τουτέστι.

m *In defenſ. anathem. 1. adverſ. Oriental.* τοιοῦτον γοῦν σωματικῶς ἐστι καὶ σωματικῶς τὸ ἄρτον τοῦ Χριστοῦ σώματα ἀποκαλούμενα καὶ ζωοποιούμενα.

n *Contr. Neſtor. l. 4. c. 6.* πνευματικῶς τε ἅμα καὶ σωματικῶς ἑνούμεθα τῷ Χριστῷ καὶ ζωοποιούμεθα.

o *In Cantic. homil. 14.* ἀλλ' ὅτι οὐ κατὰ θεότητα ἀλλὰ κατὰ σάρκα ἡμῖν ἕνωσις τὸ ἐμμένειν τὸν Χριστὸν ἐν ἡμῖν, οὗτος ἀπόστολος λέγει, ὅτι ὁ μένων ἐν ἐμοὶ, κἀγὼ ἐν αὐτῷ.

p *Ioan. 15. 5.*

Digitized by Google

Hilarius. Denique : *Quid hic animorum concordia faciet, cum per id unum ſint quod uno Chriſto per naturam unius baptiſmi induantur?* Unio autem illa naturalis, tum fidelium inter ſe per fidem, regenerationem & baptiſmum, tum eorumdem cum Chriſto quo omnes per baptiſmum induuntur, myſtica tantum eſt & ſpiritualis: Ergo & pariter eorum cum Chriſto unitas per Euchariſtiæ communionem. Reſpondet Bellarminus: *Hilarius non eodem modo loquitur de unione per fidem, ſeu regenerationem, vel baptiſmum, & de unione per Euchariſtiam. Nam non dicit Chriſtum eſſe in nobis per fidem, vel per baptiſmum, ſicut dicit eſſe per Euchariſtiam: neque dicit ex fidelibus unum eſſe in alio per fidem, ſed omnes eſſe unum per fidem.* Sed hæc levia ſunt. Supponit enim Bellarminus, aliud eſſe apud Hilarium, aliqua eſſe unum naturaliter, aliud autem, unum eſſe in alio naturaliter; & ad hoc poſterius neceſſe eſſe ut natura unius vere ſit in alio: quorum utrumque falſum eſt. Familiariſſimum quippe eſt apud Veteres illas duas loquendi formulas, quamvis in ſpeciem differentes, eodem omnino ſenſu uſurpare. Nyſſenum jam ſupra audivimus: alios jam afferamus. Baſilius ipſius frater in libro de Virginitate: *Dominum*, [a] inquit, *incorruptionis noſtra domum oportet recognoſcere, in ipſo manentes & habitantes. In ipſo enim vivimus, & movemur, & ſumus, ut eum tanquam totius virtutis domum per vitam incolentes, non excidamus eo quod in ipſo eſt incorruptionis domicilio. Sicut enim inhabitat & inambulat in his qui digni ſunt, ita rurſus qui digni ſunt in ipſo habitant. Id circo poſtquam a ſeculi negotijs ſuſcepit, ingreſſos in ipſum & in ipſo habitantes, ne ab eo excidamus provide monet*, &c. Hieronymus ſimiliter [b] *Multitudo credentium unum Eccleſiæ corpus effecta, rurſum in latere Chriſti ponitur, & coitæ locum replet, & unum viri corpus efficitur, ipſo Domino id in Euangelio poſtulante: Pater da, ut quemodo ego & tu unum ſumus, ſic & ipſi in nobis unum ſint.* Et Hilarius ipſe: *Non enim quis in eo erit, niſi in quo ipſe fuerit.* Ubi, in aliquem ingredi, in eo habitare, cum eo unum eſſe, apertè pro eodem ponuntur. Quod & Gregorius Nyſſenus clarius adhuc confirmat, inquiens: [c] *Nihil aliud eſt habere Deum, quam unum Deo.* Nec juvaret excipere, vocabulum *naturaliter* hiſce locis non extare. Nam ut prætermittam naturaliter apud Hilarium ſumi pro realiter, quo ſenſu negari non poteſt Baſilium & Hieronymum de reali & vero ingreſſu, realique inhabitatione & unitate agere; naturalem quoque ſecundum Hilarium inhabitationē & unitatem intelligi, patet ex eo quod Hieronymus hæc Domini verba proferat, *quemodo Ego & tu* (Pater) *unum ſumus*; quæ de naturali unitate dicta eſſe utrinque concedimus. Quis tamen ingreſſum illum in Chriſtum, hanc in eo habitationem ac unitatem aliter quam de Spiritali accipiendam eſſe contendat? Sed, inquit, Adverſarius, quamobrem igitur Hilarius non dicit, Chriſtum in nobis eſſe per fidem vel per baptiſmum, ſicut dicit eſſe per Euchariſtiam, nec fideles eſſe unum in alio per fidem, ſed eſſe omnes unum per fidem? Reſpondeo, cum utriuſque locutionis eadem ſit vis & poteſtas, perinde fuiſſe Hilario hac vel illa uti. Nam tum ſcriptura, tum Patres de unione fidelium inter ſe, ac de baptiſmo agentes, eandem locutionem adhibent quam uſurpat Hilarius de Euchariſtia. An non enim Apoſtolus ait de fidelibus, [c] *Sumus alij aliorum membra?* Quid autem eſt eſſe illos invicem membra, niſi alios in alijs eſſe? An non rurſum ait de Chriſto, [d] *habitare illum per fidem in cordibus noſtris?* De baptiſmo vero Chryſoſtomus verbis diſertis: [e] *Si Chriſtus filius Dei eſt, tu vero filium ipſum induiſti, in ipſo habens, & ad ipſum transformatus, in unam cognationem atque in unam ſpeciem perductus es.* Et rurſum: *Quomodo ſumus ex carne & ſanguine ejus?* &c [f] *hoc ſimus in lavacro.* Item: *quemadmodum natura noſtra factus eſt, ita nos ſubſtantia ejus, & ſicut ille nos in ſeipſo habet, ita & eum nos habemus in nobis.* Et Marcus Eremita de homine baptizato: [g] *A baptiſmate Chriſtum in ſeipſo reconditum habet, ſecundum Apoſtolum.* Imo & ipſe Hilarius quando de Chriſto ait: *Ut ille rurſum in nobis per ſacramentorum ineſſe myſterium crederetur.* Id enim referre videtur, ut jam ſupra a nobis eſt obſervatum, tum ad baptiſmum, tum ad Euchariſtiam. Sed & quamvis daremus illum in Euchariſtiæ ſolius mentione hanc loquendi formulam adhibuiſſe, id duabus de cauſis ab eo factum eſſe potuit. Prior quia ſcripturæ locus quem urgebat eandem locutionem uſurpaverat, *Ego in Patre meo, vos in me, & ego in vobis.* Poſterior, quia in communione Euchariſtiæ agitur de manducatione carnis Chriſti. Nam cum per manducationem in viſcera noſtra traijciatur alimentum, ac nobis inſit, Spiritualiſque communio quam habemus carnis Dominicæ manducatio indigetetur, quid mirum ſi ex analogia carnem Chriſti per manducationem in nobis eſſe dixerit? Denique, quod eodem redit, de baptiſmo expreſſe aſſerit, *nos per illius naturam uno Chriſto indui.* At vero æque neceſſe eſt, ut Chriſtum naturaliter per baptiſmum induamus, eum eſſe præſentem in baptiſmo, ac illum in Euchariſtia præſentem eſſe oportet ut eum ibi manducemus. Cum ergo illum in baptiſmo induamus abſque eo quod nobis ſecundū locū ſeu ſubſtantiam propinquus ſit, (*myſtice* enim, inquit [g] Marcus, *per baptiſmum Chriſtus ſuſcipitur*) Pariter & eum in Euchariſtiæ communione comedimus & bibimus; ac proinde Spiritualiter, non corporis inſtrumento.

Secundò,

Hilarius.

c *Epheſ.* 4. 25.

d *Epheſ.* 3. 17.

e *In Gal.* 3. 27. εἰς Χριστὸν ἐνδύσῃ, σὺ δὲ ἐν αὐτῷ κάθησθαι καὶ ἐνοικεῖν, ἐν σεαυτῷ ἔχεις τὸν τῆς ἀφθαρσίας, εἰς μίαν συγγένειαν καὶ μίαν ἰδέαν ἦλθες.

f *In Epiſt. ad Epheſ. hom.* 20. οὕτω καὶ ἡμεῖς γίνεσθε τῷ λαμπρῷ, &c. εἰ δὲ ὁ υἱὸς ἐν ἡμῖν διὰ τῆς ἀφθαρσίας φύσεως, οὕτως ἐσμὲν τῆς οὐσίας αὐτοῦ. καὶ ἐν ἡμῖν ἐσμὲν, καὶ ἔχει τὸ ἐκείνου, οὕτω καὶ ἡμεῖς ἐν αὐτῷ ἐσμὲν καὶ τὸ ἐκείνου ἔχομεν.

g *Vbi ſuper ad fin.* συνάπτομεν ἀλλήλοις καὶ ἑνούμεθα, ὅτι μετέχομεν τοῦ Χριστοῦ.

a Οὐ γὰρ ἔστιν ἐν τῷ ἀφθαρσίας ἡμῶν οἰκήσει ἐπιμαίνεσθαι εἰς αὐτὴν μέχρι τοῦ μὴ ἐκβῆναι. εἶτα εἰς αὐτὴν ζῶμεν, καὶ κινούμεθα, καὶ ἐσμὲν ἐν αὐτῷ ὡς ἂν εἴποι τις αὐτὸν ἔχοντες οἰκητήριον τῆς ἀφθαρσίας. ἀλλὰ μὴ ἀπολείπειν, μηδὲ ἐκπίπτειν τῆς εἰς αὐτὸν ἀγαπητῆς ἕξεως. ἀλλ' ἐν ἀξίοις, οὕτω πάλιν οἱ ἄξιοι εἰς αὐτὸν ἐνοῦσιν. διὸ καὶ ὅταν λάβῃ ἡμᾶς ἐκ τῶν ἀγαθῶν τὸν τέλειον ἀφηγήσασθαι εἰσελθεῖν εἰς αὐτὸν καὶ ἐν αὐτῷ κατοικῆσαι, ἵνα καὶ ἀπαλλάξωμεν ἡμᾶς ἀφ' ἑαυτῶν φησὶν, &c.

b *In 5. ad Epheſ. vid. & in Galatas.* 3. 27.

Digitized by Google

Hilarius. Secundo, idem Hilarius ait: *Nos vere verbum carnem cibo Dominico ſumimus*; per cibum Dominicum Euchariſtiam intelligens, *omnium conſenſu*, ut Bellarminus obſervat. Non ergo credidit verbum carnem & Euchariſtiam idem ſubſtantialiter eſſe. Diſtinguit enim verbum carnem tanquam id quod ſumimus a cibo Dominico tanquam ab eo per quem ſumimus: Quæ autem ut duo diſtinguuntur non unum & idem ſunt. Nec poſſet ab ineptia Hilarius excuſari ſi Euchariſtiam ſubſtantialiter verbum carnem eſſe cenſuiſſet. Perinde enim foret ac ſi dicerem, *Verbum carnem verbo carne*, ſeu, *Chriſtum Chriſto ſumimus*: quæ tautologia eſſet ridicula. Fruſtra autem quis exciperet, per cibum Dominicum intelligi panis accidentia. Ea enim negamus eſſe & cibum, & cibum Dominicum, nec id ſive ex Hilario, ſive ex alio Patrum Adverſarij unquam ſunt probaturi. Supereſt itaque ut per cibum Dominicum verum panem Euchariſticum ſecundum nos intelligat, per cujus communionem corpori Domini, imo ipſi Verbo Carni Spiritualiter communicemus.

Tertio ſic loquitur: *Quod autem in nobis naturalis hæc unitas ſit, ipſe ita teſtatus eſt*: Qui edit carnem meam & bibit ſanguinem meum, in me manet, & ego in eo. *Non enim quis in eo erit, niſi in quo ipſe fuerit, ejus tantum in ſe aſſumptam habens carnem, qui ſuam ſumpſerit.* Certum autem eſt eum per naturalem unitatem non intelligere, ex Chriſto ſumpto, & ſumente unum ens fieri naturale; *Indigna* enim *hæc doctrina* foret, ut agnoſcunt

h In 6. Ioan. annot. 29. i Palat. Ibid.

b Toletus & *i* Palatios: *ſed loquitur*, inquit hic, *modo nobis conſueto. Quæ affirmare enim volumus eſſe realiter & verè, dicimus naturaliter ita eſſe.* Sic enim *naturale* quandoque ſumitur; ut quando Apoſtolus ait, nos *k natura filios iræ fuiſſe*. Ubi, inquit *l* Cyrillus, *natura deſignat verè*. Et rurſum: *m vnio naturalis, hoc eſt, vera.* Quod & Hilarius ipſe innuit, inquiens: *Qui per rem eamdem vnum ſunt, etiam unum natura ſunt, non tantum voluntate.* Unitatem autem illam naturalem & realem, ſeu inexiſtentiam noſtri in Chriſto & Chriſti in nobis ex manducatione carnis ejus profluentem, ac proinde manducationem quæ ejus cauſa eſt, Spirituales tantum eſſe, non corporales, hic apertiſſime docet, cum ait: *Non enim quis in eo erit, niſi in quo ipſe fuerit, ejus tantum in ſe aſſumptam habens carnem qui ſuam ſumpſerit.* Nam per manducationem illam dicit Chriſtum eſſe in nobis, & nos reciproce in Chriſto. Non autem intelligit nos eſſe vel fore in Chriſto per inexiſtentiam ſecundum locum ſeu ubi: nec ergo pariter Chriſtum in nobis; Itaque Spiritualiter tantum. Deinde, loquitur de ejuſmodi manducatione & inexiſtentia ſine qua nemo prorſus in illo erit: ac proinde de ſpirituali, non de corporali. Nam ſi corporalem & oralem intelligeret, nec Veteres Patres qui olim ſub lege vixerunt unum realiter cum Chriſto nobiſcum fuerunt, nec in Chriſto unquam erunt, quandoquidem carnem ejus oraliter nunquam manducarunt, neque quiſquam ſimiliter fidelium hodiernorum, imo & infantium abſque Euchariſtiæ communione decedentium. At conſequens falſum & abſurdum eſt, & quoad priorem partem ipſiuſmet Hilarij placitis prorſus repugnans. Sic enim ipſe de Davide: a *Se per aſſumptionem carnis in cæleſtibus collocandum Propheta non neſcit, quippe concorporales & conparticipes effecti ſimus in Chriſto.* Et de omnibus efficaciter redemptis a Domino generatim: b *Comparticipes & concorporales & conformes ejus effecti ſunt.* Et poſt illum Ambroſius: c *Hoc Dominus Patrem orat, ut omnes unum ſimus. Nec ſolum Moyſes & Helias in Chriſto unum ſunt, ſed etiam nos unum ſumus corpus Chriſti. Ergo illi tanquam in uno corpore recipiuntur in Chriſti corpus, quia & nos unum erimus in Chriſto Ieſu.* Ergo dicendum eſt falſum eſſe & antecedens. Sic valide retorquemus contra Adverſarios primum hunc Hilarij locum ab illis nobis oppoſitum.

a In Pſalm. 56.

b In Pſalm. 60.

c In Luc. l. 7. ad cap. 9.

Secundus locus ducitur è libro de Trinitate tertio, ubi de Domini ad Diſcipulos ingreſſu loquens, ait: *Facili rationem quiſquis eris cæleſtium rerum ſcrutator, expone. Erant Diſcipuli incluſi, & ſecreto poſt paſſionem Domini congregati conſederant. Dominus Thomæ fidem propoſitis conditionibus confirmaturus aſſiſtit, palpandi corporis & contrectandi vulneris obtulit facultatem: & utique qui compunctus recognoſcendus ſit, neceſſe eſt ut corpus in quo eſt compunctus attulerit. Quæro ergo per quas clauſa domus partes ſeſe corporeus intulerit. Diligenter enim Euangeliſta expreſſit, dicens*: Venit Jeſus januis clauſis, & ſtetit in medio Diſcipulorum ſuorum. *An conſtructa parietum penetrans, & ſolidam lignorũ naturam impenetrabilem tranſcurrit? Stetit namque corporeus, non ſimulatus aut fallax. Sequantur ergo oculi mentis tuæ penetrantis ingreſſum, & cum eo clauſam domum intelligentia tua viſu introëat. Integra ſunt omnia & obſerata: ſed ecce aſſiſtit medius, cui per virtutem ſuam univerſa ſunt pervia. Inviſibilibus calumniaris, ego a te viſibilium expoſco rationem. Nihil cedit ex ſolido, neq; per naturam ſuam aliquid tanquam lapſu inſenſibili ligna & lapides admittunt. Corpus Domini à ſeſe non deficit, ut ſeſe reſumat ex nihilo, & unde qui aſſiſtit in medio eſt? cedat ad hæc & ſenſus ſermo, & extra rationem humanam eſt veritas facti.* Huc uſque Hilarius, *docens*, inquit Perronius, *corpus Domini in illo ad Diſcipulos ingreſſu dimenſiones januarum penetraſſe, nec locum occupaſſe*: Ac proinde non durum videri debere quod idem ab ijs in Euchariſtia locum non occupare dicatur. Verum quamvis illi damus Hilarium tale quidpiam ſenſiſſe, id tamen non tanti foret. Hilarius enim de natura carnis Chriſti

Hilarius.

Cathecumenis, & Pœnitentibus, & Energumenis, & Infi-
delibus. Lib. 8. Constit. c. 12. Lib. 8. Constit. c. 13. Lib. 8. Constit. c. 14. Lib. 8. Constit. c. 15. Lib. 8. Constit. c. 16. Lib. 8. Constit. c. 17. Lib. 8. Constit. c. 18. Lib. 8. Constit. c. 19. Lib. 8. Constit. c.

Julius Firmicus.

esse Julium Episcopum Mediolanensem qui adfuit Concilio Romano sub Julio anno Domini 337; ac forte Maternum cognominatum. Sed suspicio est stramineo fundamento undequaque nixa. Quendam enim nomine Maternum, Episcopum Mediolani fuisse sub Diocletiano & Maximiano habetur in c Actis Victoris Martyris: Alterum autem rursus cognomine quoque Maternum, vel etiam nomine Julium, aut Julium Firmicum, Julij Episcopi Romani temporibus ibidem Episcopum fuisse, nemo Veterum observavit. Contra, testari videtur d Athanatius Julianis temporibus Mediolanensem Episcopum fuisse, vel Eustorgium, vel Protalium. Ad Concilium autem illud Romanum quod attinet, purum putum figmentum est nefandi illius impostoris Isidori Mercatoris. Farrago enim tantum est ex Cassiodori Historia tripartita, & alijs Authoribus ab hoc plagiario in Concilij formam redacta: quod mirum est Rubeo, Baronio & Binio non suboluisse.

c *Apud Surium. tom. 3. ad 10. maij.*

d *Contr. Arrian. orat. 1. Et ad Constantium. Apolog. 1.*

Ex Julio Firmico igitur, eleganti quidem scriptore quicumque ille fuerit, sed declamatore potius quam Theologo, quod & Binius innuit eum varijs in locis *caute legendum* esse monens, objicit e Scribonius hæc verba: f *Christi immortalem sanguinem bibimus, nostro sanguini Christi sanguis adjunctus est.* Nihil autem inde concludit locum adduxisse contentus. Facile tamen est conijcere quid sibi velit. Nam supponit procul dubio per Christi sanguinem ab Authore intelligi *propriam* Domini sanguinem. Cur non autem potius *mysticum*, hoc est, vinum sanguinis sacramentum similitudinis ratione sic appellatum? Ut enim taceam, Firmicum, si de proprio sanguine loqueretur, fidem Ecclesiæ haud initiatis proditurum ex Adversariorum hypothesi, falsum quoque est proprium Domini sanguinem nostro proprie adjungi, cum nec extra venas effundatur, nec sanguinem nostrum contingat, utpote ex ipsamet eorum sententia contactus haud capax quoquomodo sumpti. Nec contra facit quod sanguinem de quo loquitur immortalem appellet. Non enim inde sequitur eum de proprio Domini sanguine loqui. Nam præterquam quod Theodoretus, quem de Eucharistia *male sensisse & scripsisse*, hoc est, nobiscum sensisse, Authores præfationis Dialogorum ejus in Editione Romana, g Alanus, h Gregorius de Valentia & alij fatentur, Eucharistiam nihilominus mysticum pariter & i *immortale convivium, immortalemque cibum* appellari; facile est respondere mysticum Domini sanguinem, licet substantia verè vinum sit, ab Authore nostro immortalem dici potuisse, idque dupliciter, id est, tum passive, tum active sumpto immortalis vocabulo. Passive, ut designaret se de ejusmodi sanguine loqui qui absque venarum relatione ac effusione propinaretur, ac proinde de mystico, non de proprio. Nam proprius Domini sanguis nisi a corpore per venarum relationem separatus, ac de consequenti mortalis, proprie bibi dici nequit. Sanguinem enim in corpore contentum una cum corpore & indivisum sumere: non est bibere, sed edere. Active rursus, ad significandum sanguinem illum mysticum nos ad immortalitatem parare. Eo si quidem sensu Ammonius divina eloquia k *potum immortalitatis* appellat: & Severus baptismum l *immortalitatis mysterium*; & Ignatius (si tamen ipse est) panem Eucharistiæ ab ipso Christo distinguens, illud immortalitatis præstandæ beneficium ei attribuit: *Unum*, m inquit, *panem frangentes, immortalitatis pharmacum, antidotum ad non moriendum, sed in Deo vivendum per Iesum Christum.* Imo & ipse Firmicus in eodem tractatu: n *alius est cibus qui languentes relevat, errantes revocat, lapsos erigit, qui morientibus aterna immortalitatis largitur insignia. Christi panem; Christi poculum quære, ut terrena fragilitate contempta substantia hominis immortali pabulo saginetur.* Christi enim panis Christus non est, juxta hanc Tertulliani regulam, o *nulla res alicujus ipsa est cujus est.* Nec juvaret regerere Authorem nostrum post nonnulla interposita adijcere: *Ut autem manifestius diceretur, quinam esset ille panis per quem misera mortis vincuntur exitia, ipse Dominus Sancto & venerando ore signavit, ne per diversos tractatus spes hominum pravis interpretationibus fallerentur. Dicit enim in Euangelio Ioannis: ego sum panis vitæ, qui venerit ad me non esuriet, & qui crediderit in me non sitiet unquam. Item in sequentibus hoc idem simili modo significat. Ait enim: Si quis sitit, veniat & bibat, qui Credit in me. Et rursus ipse, ut Majestatis suæ substantiam credentibus traderet, ait: Nisi ederitis carnem filij hominis, & biberitis sanguinem ejus, non habebitis vitam in vobis;* ac proinde per panem Christi eum intelligere propriam Domini carnem, de qua constat agi capite sexto Joannis. Mens enim illius non est, panem de quo Joannis sexto, quemque ibi in sequentibus Dominus ipse de carne sua exponit, eumdem esse cum *pane Christi*, hoc est, cum pane Eucharistiæ de quo ante erat locutus: Fatentur enim ipsi Adversarij in hisce Domini verbis, *Ego sum panis vitæ, qui venerit ad me non esuriet*, &c, non agi de pane Eucharistiæ, nec de eo esse p *controversiam*, Author autem noster de eodem pane intelligit illa verba, *Ego sum panis vitæ*, &c, *nisi ederitis carnem filij hominis*; Sed postquam monuisset, panem Christi, id est, panem Eucharistiæ æternæ immortalitatis insignia nobis largiri, Christum ait apud Joannem manifestius dicere, quinam proprie sit ille panis per quem miseræ mortis vincuntur exitia, videlicet, Dominus

Julius Firmicus.

k *Caten. in 4. Ioan.* Τοῦτο ἀθανασίας.

l *Caten. in 20. Ioan.*

m *In epist. ad Ephes. supr. cit.*

n *Cap. 19.*

o *Contr. Praxeam.*

p *Bellarmin. de Eucharist. l. 1. c. 5. §. Quantum ad primum.*

e *De Eucbar. disp. 5. q. 9. f Cap. 22.*

g *De Eucbar. l. 1. c. 35.*

h *De transsubst. l. 2. c. 7.*

i *In Psalm. 21. 27. & 30.*

Julius Firmicus.

minus ipse per panem illum Christi designatus, seu corpus & sanguis ejus panis & poculum Eucharistiæ antitypa sunt. Accurate enim, stricte & proprie loquendo, corpus & Christi sanguis sunt quæ nobis æternam vitam & immortalitatem præstant: panis vero & poculum ejus, videlicet, panis & poculum Eucharistiæ æternæ immortalitatis insignia & symbola tantum nobis largiuntur. Dicuntur nihilominus locutione sacramentali nobis quoque vitam & immortalitatem largiri, non ex se (quod indicium est illa non esse proprie carnem & sanguinem Christi) sed, ut supra observabat Ignatius, *per Iesum Christum*, per ea moraliter operantem. Jam vero Authorem nostrum intelligere panem vitæ κυριακὸν sic appellatum, hoc est, Christum Dominum, seu proprium ejus corpus & sanguinem a nobis edi & bibi, non ore, sed fide, manifestissimum videtur ex ipsius verbis. De eodem quippe objecto, ac pariter de eodem participationis modo [g] accepit tum ea verba, *Ego sum panis vitæ, qui venerit ad me, non esuriet, & qui crediderit in me, non sitiet unquam*; tum & hæc *Si quis sitit, veniat & bibat, qui credit in me*; Et rursum, *nisi ederitis carnem filij hominis & biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Postquam enim adduxisset priora illa, *Ego sum panis vitæ* &c ait: *Item, in sequentibus. Hoc idem simili modo significat*; & tum adducit posteriora. At in confesso est apud omnes, in illis prioribus verbis non agi de participatione quæ corporis ore fiat, nec in sequentibus hisce, *Si quis sitit veniat & bibat, qui credit in me*, ex capite [q] septimo desumptis, ac Eucharistiam nullomodo spectantibus: Nec ergo pariter in his, *Nisi ederitis carnem filij hominis & biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Quod & adhuc colligitur ex eo quod subdit: *Rursus ipse, ut maiestatis suæ substantiam credentibus traderet, ait; nisi ederitis carnem filij hominis*, &c. Quare enim credentium mentionem ibi faceret, nisi ad significandum carnem & sanguinem Christi, perinde ac vitæ panem ibidem immediate ante memoratum, credendo edi & bibi, non vero proprie atque oraliter sumendo? His autem sic explicatis resumit quod prius dixerat de pane ac poculo Christi, ac concludit: *Quare nihil vobis sit cum tympanis cibo odij, miseri mortales, & salutaris cibi gratiam quærite, & immortale poculum bibite*; videlicet, ut ostenderet vim calicis Eucharistici immortalitatis insignia nobis donantis.

g Vers. 37.

Examen Testimoniorum ex Catechesibus Cyrillo Hierosolymitano tributis.

Cyrillus Hierosolymitanus.

SUB Constantio vivebat Cyrillus Hierosolymitanus ab Adversarijs mirum in modum hodie laudatus, tanquam [a] *gravissimus & Sanctus antistes, cujus*, [b] inquiunt, *Scriptores Ecclesiastica Historia honorificam semper faciunt mentionem*: ab [c] Epiphanio tamen accusatus *communicationis* cum semi-Arrianis Georgiæ Laodiceæ & Basilio Ancyræ Episcopis, a [d] Ruffino & [e] Socrate *variationis in fide & communione*, ab incerto authore vitæ Athanasij *zeli impietatis*, a [f] Theodoreto denique, quod *per contentionem suam cum Acacio Cæsariensi de primatu, sibi communicantibus gravissimorum incommodorum causa fuerit.* Testatur autem [g] Hieronymus illum *in adolescentia catecheses composuisse.* Ac præcedente quidem seculo nonnullæ sub ejus nomine a Grodicio editæ sunt ex duobus exemplaribus uno Græco Cardinalis Hosij, altero Sclavonico Jacobi Ukanski Gnesnensis Archiepiscopi: nostro autem eædem & multo plures a Joanne Prevotio ex varijs exemplaribus Bibliothecæ Vaticanæ, octodecim, videlicet, *Illuminatorum*, quinque vero *mystagogica*, multis sane de causis nobis merito suspectæ. Fatetur enim Prevotius se *Græcarum aliquot catecheseon excusarum insumtas prope lacunas supplevisse, mendas correxisse, reliquas vero nec paucas, nec unquam editas descripsisse.* Nescimus autem quisnam fides sit Codicum illorum Romanorum quos non licet inspicere, ne dicam etiam ipsius Prevotij supplentis & corrigentis. Metuimus enim fraudes Danaum & inimicorum dona. Corruptas eas esse in varijs locis, pridem ostenderunt ex Nostris eruditissimi viri: & nos quoque vidimus tractatum exiguum [h] manuscriptum incerti Authoris περὶ θείων μυστηρίων, in quo nonnulla loca quæ sunt in Mystagogicis sub nomine Cyrilli proferuntur, verum cum sat magna dissimilitudine: ut taceam nesciri sit ne ille vetus Author, an Græculus quidam recentior. In Catechesibus illuminatorum aliquot reperiuntur loca a Theodoreto, Damasceno & Cyparissiota citata, ut verisimile sit, vel omnes, vel saltem aliquas, licet non omnino puras, illius esse. Mystagogicarum vero nec idem videtur esse stylus, nec Veterum quisquam notus meminit. Simlerus ante multos annos monuit, in manuscripto Augustano eas tribui Joanni cuidam Hierosolymitano: quod æque incertum. Demus tamen Adversarijs eas vere esse Cyrilli, ac ostendamus in eis nihil prorsus esse quod illorum causæ faveat, ut frustra sibi spondent.

a *Prevot. in op dedicator. & Bellarm. de Eucbar. l. 2.*
b *Gradecim in vita Cyrill.*
c *Hæres. 73.*
d *Histor. lib. 1. c. 23.*
e *Histor. l. 5. cap. 8.*
f *Histor. l. 5. c. 27.*
g *In Catalogo.*
h *In bibliotb. Regia.*

Primum

Digitized by Google

Cyrillus Hieroſolymitanus.

Primum igitur, inquit [i] Bellarminus, *initio Catecheſis quartæ myſtagogicæ, & in totâ fere Catecheſi hortatur ad non dubitandum de veritate corporis Domini in Euchariſtia: quod certè ſupervacaneum eſſet, ſi Euchariſtia eſſet ſolum ſignum corporis Domini. Nemo enim dubitare ſolet de ejuſmodi rebus quæ nullam habent Difficultatem.* Sed levis eſt objectio. Id ad quod Cyrillus hortatur, eſt ad non dubitandum panem eſſe corpus Domini, Sacramento, vidélicet, & virtute. Cum enim de more foret ſignorum Euchariſticorum naturam & efficaciam Catechumenis occultare, ut ipſemet Cyrillus obſervat, illi ſane poterant, propoſitum panem in ſacra menſa videntes, exiſtimare eum eſſe ſimplicem panem qualis eſt menſarum communium, myſterio & virtute carentem. Ac proinde quemadmodùm illos ante monuerat de baptiſmo, [k] *ad eum non eſſe accedendum tanquam ad ſimplicem aquam*, & de oleo quo ungebantur, [l] non ſuſpicandum illud eſſe ſimplex unguentum, quod eis in mentem venire poſſe judicabat, ita & eos hortatur ne panem in ſacra menſa viſibiliter propoſitum pro ſimplici & communi pane ſumant, ſed eum, myſticè & virtualiter eſſe Domini corpus exiſtiment. Quod nullomodo Adverſarijs favet. Verba illius ſunt: [q] *Ille* (Paulus, ſcilicet) *modò clamabat*: Quod nocte qua Dominus noſter Jeſus Chriſtus tradebatur, accepit panem, & gratijs actis fregit & dedit Diſcipulis ſuis, dicens, Accipite, edite, hoc eſt corpus meum. Et accipiens calicem, gratijſque actis dixit, Accipite, bibite hoc eſt ſanguis meus. *Cum igitur ipſe affirmet & dicat de pane*, hoc eſt corpus meum, *quis deinceps audebit dubitare? Ac eodem quoque confirmante & dicente*, hoc eſt ſanguis meus, *quis dubitare poterit, dicens, non eſſe ipſius ſanguinem?* Hortari enim ad non dubitandum panem & poculum eſſe corpus & ſanguinem Chriſti, Cyrillo nihil aliud eſt quam docere, tenendum eſſe, panem & poculum eſſe ſigna ſacramentalia & virtualiâ corporis & ſanguinis ejus. Quod patet, tum ex Auguſtino, tum ex Cyrillo ipſo. Ex Auguſtino. Is enim ipſamet Cyrilli verba uſurpans, *Non dubitavit*, [r] inquit, *Dominus dicere*, hoc eſt corpus meum, *cum daret ſignum corporis ſui.* Ex ipſo Cyrillo ſimiliter: Ait enim Dominum affirmaſſe & dixiſſe de pane, *hoc eſt corpus meum.* Secundum illum igitur ſenſus horum verborum eſt, *hic panis eſt corpus meum.* At inquit alibi ipſe Bellarminus: [ſ] *Quæ ſententia, aut accipi debet tropicè, ut panis ſit corpus Chriſti ſignificativè, aut eſt plane abſurda & impoſſibilis. Nec enim fieri poteſt, ut panis ſit corpus Chriſti*: videlicet, proprie. Nec eum juvat effugium quo declinare conatur cum Perronio Lethale illud telum, inquiens: *Quod autem Cyrillus dicit de pane, Chriſtum affirmaſſe illum eſſe ſuum corpus, non ſignificat panem materialem eſſe corpus Domini, ſed panem conſecratum, qui figura externa panis materialis eſt, ſed quoad ſubſtantiam panis cœleſtis; illum, inquam, panem, corpus Domini eſſe confirmat.* Primo enim, ut omittam Adverſarios panem materialem & panem conſecratum inepte opponere, quaſi unus ac idem panis non poſſet ſimul eſſe materialis & conſecratus, mens Cyrilli eſſe non poteſt ſecundum ipſorum Hypotheſin Dominum de pane conſecrato eſſe locutum. Dicit enim Dominum affirmaſſe de pane, *hoc eſt corpus meum.* Intelligit ergo in iſta propoſitione pronomen *hoc* pro pane ſupponere, ac proinde neceſſariò pro pane materiali, non verò pro conſecrato. Nam cum Dominus proferret pronomen illud *hoc*, conſecratio ſecundum eos erat adhuc in fieri, hoc eſt, nondùm peracta erat. Deinde, ut concedamus Cyrillum intelligere Dominum de pane conſecrato eſſe locutum, (Id enim ſane verum eſt, cum panis ſanctificatio juxta eum fiat non verbis, *hoc eſt corpus meum*, ſed *per adorandæ Trinitatis invocationem*, id eſt, per gratiarum actionem, quemadmodum expreſſe monet [t] Catecheſi prima) panem tamen ſemper materialem deſignabit qui corpus Chriſti ſit, non ſubſtantia, ſed myſterio. Intelligit enim Dominum corpus ſuum affirmaſſe de pane quem Paulus ait illum accepiſſe, gratijſque actis fregiſſe. Corpus autem ſuum proprium & ſubſtantiale nec Dominus acceperat, nec gratijs actis fregerat, ſed panem materialem & proprie dictum: De pane igitur materiali & propriè dicto, quamvis per invocationem Trinitatis Sanctificato, Dominum corpus ſuum affirmaſſe intelligit, ac de conſequenti ſacramentaliter & myſtice, non proprie. Denique hæc ipſa Adverſariorum interpretatio Cyrilli ſermonem, aut falſum aut ineptum & inutilem reddit. Quæro enim utrum velint: An Cyrillum intelligere Chriſtum corpus ſuum affirmaſſe & prædicaſſe de figura externa panis hoc eſt, de accidentibus panis conſecrati; An vero de ſubſtantia panis cœleſtis, id eſt, de proprio corpore ſuo? Si prius: falſo diceret, *cum Dominus affirmet & dicat de pane*, hoc eſt corpus meum, *quis deinceps dubitabit?* Non enim modo dubium eſt, ſed & ſimpliciter falſum accidentia panis eſſe corpus ipſum Domini. Si poſterius: diceret Dominum de corpore ſuo corpus ſuum affirmaſſe in hunc ſenſum, *hoc corpus meum eſt corpus meum*; tautologice & inepte. Deinde inutiliter. Fruſtra enim hortaretur, demonſtrato Chriſti corpore, ad non dubitandum illud eſſe corpus Chriſti. Quis enim dubitare poteſt corpus Chriſti ſubſtantiale, eſſe ipſum Chriſti corpus? Ut taceam verba illa *hoc eſt corpus meum*, hoc pacto ſpeculativa tantum conſtitui. Supereſt itaque ut Cyril-

Cyrillus Hieroſolymitanus

[i] *De Euch. l. 2. c. 13.*

[k] *Catech. 3. illum. infra citanda.*

[l] *Catech. 3. myſtag. infra citanda.*

[q] αὐτὸς γὰρ ὁ ποτὲ φάσκων, ὅτε παρεδίδοτο ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου ζωῆς ὁ Σωτὴρ ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, λαβὼν ἄρτον, καὶ εὐχαριστήσας, εἶπε, Τοῦτό μού ἐστι τὸ σῶμα, τὸ ὑπὲρ πολλῶν κλώμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν· καὶ τὸ ποτήριον δὲ ὡσαύτως μεθ' ὑμνου λαβὼν, καὶ εἰπὼν, Τοῦτό μού ἐστι τὸ αἷμα, τὸ ὑπὲρ πολλῶν ἐκχυνόμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν· τίς ἔτι λοιπὸν ἀμφιβάλλει, μὴ οὐ καὶ τοῦτο βεβαιοῦν ἡμᾶς τὸν αἷμα αὐτοῦ τὸ εἶναι τὸ αἷμα;

[r] *Contr. Adimant. c. 12.*

[ſ] *De Euchar. l. 1. c. 6. Nemo.*

[t] ἐπικλήσεως θεμένης, ὁ μὲν ἄρτος γίνεται σῶμα Χριστοῦ.

Cyrillus Hierosolymitanus, qui post medium quartum saeculum floruit, Catechesi mystagogica quinta, quæ est prima de Eucharistia, cap. 1. [illegible] Ἐπειδὴ δὲ ἐπεκαλέσαμεν τὸν φιλάνθρωπον Θεὸν ἐπὶ τὴν προκειμένην θυσίαν, τὸν Θεὸν τῆς εἰρήνης, ὃς τὰ ἐν οὐρανοῖς καὶ τὰ ἐπὶ γῆς συνήρμοσε, καὶ τὸν μεσίτην ἐπικαλεσάμενοι τῆς πρὸς ἡμᾶς εὐμενείας, καὶ τὰ προκείμενα ἱερὰ καὶ ἅγια θύματα, ἐπικαλούμεθα τὸν Θεὸν, ὃν ἐπικαλούμεθα, ἵνα ἐκπέμψῃ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπὶ τὰ προκείμενα· ἵνα ποιήσῃ τὸν μὲν ἄρτον σῶμα Χριστοῦ, τὸν δὲ οἶνον αἷμα Χριστοῦ· πάντως γὰρ ὃ ἂν ἅψηται τὸ ἅγιον Πνεῦμα, τοῦτο ἡγιάσθη καὶ μετεβλήθη. Ἐπειδὴ δὲ ἐπεκαλέσαμεν τὸν φιλάνθρωπον Θεὸν ἐπὶ τὴν προκειμένην θυσίαν, τὸν Θεὸν τῆς εἰρήνης, ὃς τὰ ἐν οὐρανοῖς καὶ τὰ ἐπὶ γῆς συνήρμοσε, καὶ τὸν μεσίτην ἐπικαλεσάμενοι τῆς πρὸς ἡμᾶς εὐμενείας, καὶ τὰ προκείμενα ἱερὰ καὶ ἅγια θύματα, ἐπικαλούμεθα τὸν Θεὸν, ὃν ἐπικαλούμεθα, ἵνα ἐκπέμψῃ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπὶ τὰ προκείμενα· ἵνα ποιήσῃ τὸν μὲν ἄρτον σῶμα Χριστοῦ, τὸν δὲ οἶνον αἷμα Χριστοῦ· πάντως γὰρ ὃ ἂν ἅψηται τὸ ἅγιον Πνεῦμα, τοῦτο ἡγιάσθη καὶ μετεβλήθη. Ἐπειδὴ δὲ ἐπεκαλέσαμεν τὸν φιλάνθρωπον Θεὸν ἐπὶ τὴν προκειμένην θυσίαν, τὸν Θεὸν τῆς εἰρήνης, ὃς τὰ ἐν οὐρανοῖς καὶ τὰ ἐπὶ γῆς συνήρμοσε, καὶ τὸν μεσίτην ἐπικαλεσάμενοι τῆς πρὸς ἡμᾶς εὐμενείας, καὶ τὰ προκείμενα ἱερὰ καὶ ἅγια θύματα, ἐπικαλούμεθα τὸν Θεὸν, ὃν ἐπικαλούμεθα, ἵνα ἐκπέμψῃ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπὶ τὰ προκείμενα· ἵνα ποιήσῃ τὸν μὲν ἄρτον σῶμα Χριστοῦ, τὸν δὲ οἶνον αἷμα Χριστοῦ· πάντως γὰρ ὃ ἂν ἅψηται τὸ ἅγιον Πνεῦμα, τοῦτο ἡγιάσθη καὶ μετεβλήθη.

Ambrosius, qui ante medium quartum saeculum floruit, lib. 4. de Sacramentis, cap. 4. Quid ergo dicimus? Ergo non est sanguis? Sed est sanguis, qui animam nostram redimit. Ergo non est caro? Sed est caro, quæ pro nobis crucifixa est

Cyrillus Hieroſolymitanus

f *De Sancta Trin. dial. 3.* μεθιστορεῖται εἰς τὸν υἱόν.

t *In Ioann. l. 4. c. 3. ad init.* ὁ λόγος τὸ μετειλῆφεν ἡμᾶς σαρκὸς ἡμᾶς δι' ἡμᾶς σαρκοφόρος· ἐαυτῷ ζῶντα, πάντως ὅλον εἰς ἡμᾶς μεταποιούμενον.

Secundum est, quod Cyrillus *communicantes monet, ut summa diligentia provideant, ne mica ulla Eucharistiæ cadat, neve amittatur. Quod*, inquit Bellarminus, *magnum est argumentum veritatis.* Per veritatem autem intelligit præsentiam illam realem quam tuetur corporis Christi sub accidentibus panis. Quomodo autem illa probetur ex Cyrilli admonitione, oblitus est ostendere. Id tamen vult, ut opinor, *tantam cautionem non videri fore adhibendam, si Eucharistia esset tantummodo Christi signum, non autem Christus ipse.* Hoc vero nos illi negamus. Annon enim apud omnes in confesso est Christum in verbo quod prædicatur non aliter quam in signo aut significative esse? Augustinus tamen, aut quicumque alius sit sub ejus nomine, in receptione prædicationis & in susceptione Eucharistiæ eamdem omnino cautionem vult adhiberi: [a] *Quanta sollicitudine observamus*, inquit, *quando nobis corpus Christi ministratur, ut nihil ex ipso de nostris manibus in terram cadat, tanta sollicitudine observemus, ne verbum Dei quod nobis erogatur, dum aliquid aut cogitamus aut loquimur, de corde nostro pereat.* Origenes similiter: [b] *Nostis, qui divinis mysteriis interesse consuevistis, quomodo cum suscipitis corpus Domini, cum omni cautela & veneratione servatis, ne ex eo parum quid decidat, ne consecrati muneris aliquid delabatur. Reos enim vos creditis & recte creditis, si quid inde per negligentiam decidat. Quod si circa corpus ejus conservandum tanta utimini cautela, & merito utimini; quomodo putatis esse minoris piaculi verbum Dei neglexisse quam corpus ejus?* Ex hac igitur cautione nullomodo colligi potest, panem Eucharistiæ aliter esse corpus Christi quam in sacramento, seu signo. Sed addo, Cyrillum ipsum manifestissime ostendere panem illum Eucharistiæ quem Christi corpus appellat; panem esse proprie dictum quoad substantiam, idque vafre a Bellarmino fuisse dissimulatum. Cyrillus enim communicantes monet, ut summa diligentia provideant, (non, *ne mica ulla Eucharistiæ cadat, neve amittatur*, ut loquitur Adversarius, sed) *ne ex ipso corpore quid deperdatur, ne mica aliqua ex illo excidat.* Intelligit ergo ejusmodi corpus de quo aliquid a toto separari queat & è quo mica aliqua excidere possit. De proprio autem Domini corpore clarum est id dici non posse. Impossibile enim est, aut aliquid ejus a toto suo divelli, aut ab eo separatum per micas in terram cadere. Id tantum convenit pani proprie sic appellato, qui proinde corpus Christi a Cyrillo appellatur, non quod illud substantia sit, sed quia sit sacramento, hoc est, quoniam sit ejus antitypum.

Cyrillus Hierosolymitanus

[a] *Lib. 50. homil. in 26.*

[b] *In Exod. homil. 13.*

Tertium est, *quod* Cyrillus *jubet*, inquit Bellarminus, *ut flexo genu & adorantium in morem accedant ad Eucharistiam.* Unde Perronius triumphabundus exclamat: [c] *Quid ad hoc Plessæus? Ne Verbum*, ait, *respondet, ne syllabam quidem, mutum tanquam Seriphia rana.* Rideret illustrissimus Plesiæus, si in vivis esset, juvenilem hanc jactantiam, ac postquam observasset verba Cyrilli genuflexionem a Bellarmino memoratam non necessariò requirere, sed tantum quamdam corporis incurvationem cujus frequens erat usus apud Orientales; Responderet primo, etsi προσκύνησις & σέβασμα de quibus Cyrillus loquitur, ad Eucharistiam directe referrentur, nihil inde lucri ad illos esse rediturum: quoniam eo sensu nullomodo sumerentur pro adoratione & cultu Deo debitis, sed pro veneratione & reverentia rebus sacris competenti. Quo sensu [d] Josephus προσκύνησιν templis tribuit, & post Josephum [e] Clerus Ecclesiæ Apameensis; Constantius [f] προσκυνητὸν νόμον appellat, Hidorus [g] Pelusiota προσκυνούμενον Salvatoris sepulchrum, Leo Secundus Romam, [h] thronum Apostolicum προσκυνητὸν, [i] Justinianus denique baptismum alterum religionis Christianæ Sacramentum προσκυνητὸν indigetat. Eo autem pacto sarcasmus de rana Seriphia ad Perronium ipsum rediret. Sed rursum responderet Plesiæus necesse non esse προσκύνησιν & σέβασμα, quocumque sensu sumantur, ad Eucharistiam referre, commodeque posse ad Christum ipsum referri qui procul dubio a nobis adorandus est in sanguinis ejus typici susceptione. Idem enim Chrysostomus fieri debere observat in auditione verbi Dei: *Rex ipse*, [k] inquit, *incurvat se propter Deum in Sanctis Evangeliis loquentem.* Imo & in susceptione baptismi: [l] *Postquam ad thalamum Spiritus perveneritis*, ἐπειδὰν παραγένησθε πρὸς τὸν νυμφῶνα τοῦ Πνεύματος, ἐπειδὰν ἐκφέρωσι τὸν νυμφίον τῆς ψυχῆς, ἐπειδὰν πλησίον γένησθε τοῦ φοβεροῦ ἐκείνου καὶ παντοίας γεμούσης ἀγγέλων, οἳ οὐ παύονται βοῶντες πρὸς ἄλληλους, ἅγιος ἅγιος ἅγιος

[c] *De Eucharist. l. 3. c. 13.*

[d] *Antiquit. l. 13. c. 5. & 6.*

[e] *In Concil. 6.*

[f] *Apud Athanas. De Synod. Arimin. & Seleuc.*

[g] *Lib. 4. epist. 27.*

[h] *Concil. sub Menna Act. 5.*

[i] *Novell. 6.*

[k] *In illud. attendite Ne eleemosy. vestr. faciat.* ὥσπερ οὖν ἐκεῖ τὸν δι' ἡμᾶς ἀρχιερέα ἐνταῦθα ἐπιλέγοντα ὁρῶν.

[l] *In illud, Simile est Regnum cælor.* ἐπειδὰν παραλάβητε ἡ νυμφῶνα Πνεύματος, ἐπειδὰν ἐκφέρωσι τὸν νυμφίον τῆς ψυχῆς, ἐπειδὰν πλησίον γένησθε τοῦ φοβεροῦ ἐκείνου καὶ παντοίας γεμούσης ἀγγέλων, οἳ οὐ παύονται βοῶντες πρὸς ἄλληλους, ἅγιος ἅγιος ἅγιος ἐπὶ γῆς

postquam

Cyrillus Hierosolymitanus

postquam ad porticum gratiæ accurreritis, postquam prope tremendam simul & desiderabilem piscinam veneritis, & tanquam captivi procideritis coram Rege, omnes similiter in genua vos projicite. Cur non & idem Cyrillus, eodemque sensu in Eucharistiæ pariter susceptione moneret esse præstandum? Sic autem rursum Perronius Seriphia rana fieret. Denique Plessæus locum hunc retorquere posset, & quidem validissime. Quando enim Cyrillus ait; *Deinde, postquam communicaveris corpori Christi, accede ad calicem sanguinis ejus*; Et rursum, *ex sanguine Christi sumens*, loquitur de ejusmodi sanguine Domini, de quo immediate subjungit, *& cum adest adhuc humiditas in labijs tuis.* Sanguis autem Christi proprius & substantialis, cum, ex adversariorum ipsorum confessione, in corpore contentus sit, nec ab eo separatus, nulla potest humiditate eum suscipientium os & labia perfundere. Id tantum convenit sanguini ejus typico, seu antitypo sanguinis ipsius, videlicet, vino: Ac proinde sanguis typicus a Cyrillo ibi intelligitur, non substantialis. Ad hoc vero Perronius non jam instar ranæ Seriphiæ mutus foret, sed omninò instar piscis.

Sic expendimus & exposuimus quicquid Adversariis placuit ex Cyrillo adducere.

Objecerat autem sibi Perronius locum ex Catechesi quinta Mystagogica ubi Author exponens hanc Orationis Dominicæ petitionem, *panem nostrum ἐπιούσιον da nobis hodie*, ait: m *Panis hic communis non est ἐπιούσιος: panis vero iste Sanctus ἐπιούσιος est eo quod substantiam animæ confirmet. Panis hic non in ventrem abit & in secessum emittitur, sed in totam consistentiam tuam distribuitur ad utilitatem corporis & animæ.* Ac duo respondeverat. Prius: *hæc verba* tota tua consistentia, *non posse specialiter designare animam quæ est natura simplex & indivisibilis, sed structuram & compositionem resultantem ex plurimis membris & partibus; quod ne vel tenues quidem Grammatici ignorant.* Posterius; *per ventrem, designari ventrem inferiorem seu aluum, non vero superiorem seu stomachum.* At si tantummodò de solutione illius retundenda ageretur, id nobis sat facilè foret. Σύγκρισιν enim sive consistentiam non tantum dici de compositione resultante ex pluribus membris & partibus, ut per inscitiam supponit, sed & de naturis intellectualibus, & ut loquitur, indivisibilibus, de Angelis videlicet & de anima, constat n ex Basilio, o Gregorio Nysseno & p Maximo, σύγκρισιν Angelis & animæ varijs in locis tribuentibus, Basilio potissimum ad Cyrilli modum dicente de Christo: q *appellat se panem quod rationalis cibus sit idoneus, consistentiam animæ retineus.* Sed & rursum, licet concederemus Cyrillum non nisi de ventre inferiore loqui (quamquam perinde ac Cyrillus r alter Christum Spiritalem cibum verisimiliter opponit cibis corruptibilibus qui in ventrem tum superiorem tum inferiorem descendunt) potest certe corpus Christi a Lerentericis sumptum cum incorruptis speciebus ex Adversariorum hypothesi ad ventrem inferiorem descendere: quod tamen Cyrillus de hoc pane ἐπιουσίῳ negat contingere posse. Sed nolo locum hunc urgere, cum non constet de quo pane Cyrillus hic agat. Potest enim per eum panem designare Spiritum Sanctum quem *immortalitatis panem* atque *escam vitæ* f Irenæus & Victorinus indigetant, & de quo hanc petitionem exponit Athanasius inquiens; t *Dominus panem cœlestem appellat hic Spiritum Sanctum; panem nostrum ἐπιούσιον da nobis hodie.* Docent enim u Irenæus & x Clemens Alexandrinus eum in nos distribui, transplantari & commisceri. Potest quoque & Cyrillus eumdem panem intelligere de *verbo divino*, de quo Isidorus Pelusiota supra dictam orationis Dominicæ petitionem a alicubi interpretatur, *potissimum*, inquit, *de verbo divino animam incorporalem nutriente, atque in ejus substantiam quodammodo se miscentem & abeuntem, sapientibus viris id dictum esse visum est.* Itaque ab ejus citatione supersedeo, obiter interim monens illum in libello jam supra bis memorato *de divinis mysterijs* referri, sed aliter & ampliorem in parte sui media, in hunc modum: ἄρτος ὁ ἄρτος ὁ ἄρτος, ἐπιούσιος ἐστιν, ἐπὶ τὴν οὐσίαν τῆς ψυχῆς τρεπόμενος καὶ ἐμμένων τῇ καθαρσει, &c: Unde rursum patet hasce Catecheses (sicut initio monebam) varie adulteratas & interpolatas fuisse.

m ὁ ἄρτος ὁ κοινὸς οὗτος ὁ ἡμέτερος οὐκ ἔστιν ἅγιος ἐπιούσιος. ἄρτος δὲ ὁ τοιοῦτος ὁ ἅγιος ἐπιούσιος ἐστιν ἐπὶ τὴν οὐσίαν τῆς ψυχῆς τρεπόμενος, εἰς τὴν τοῦ σώματος ἀναδίδοται εἰς εὐφλαστον σύστασιν τῆς ψυχῆς.

n In Psalm. 32. & 44.

o De anim. & resurrect.

p De mystag. Ecclesiast. c. 5.

q Contr. Eunom. l. 1. ἀσυγχύτως λέγει, &c. ἅμα δὲ, εἰς οἰκονόμιαν σαρκὸς λογικῆς συγχώρων, τὸ λόγικον τὴν οὐσίαν τῆς ψυχῆς.

r In Joan. l. 3. c. 4. ad fin. seu in c. Joan. 6. 27.

*Examen Testimoniorum * Macarij Ægyptij.*

* Scripsit homilias suas circa annum Dom. 368.

SEQUITUR Macarius celebris Anachoreta, *de quo*, inquit b Cossetellus, *Palladius in Historia Sanctorum Patrum refert, eum cum Eucharistiam fidelibus distribueret, vidisse Angelum Dei ad altaris dextram stantem, ac communionem Sancto cuidam viro nomine Marco qui pietate florebat inter Ægyptios propria manu tradentem.* Verum, aut inscitia, aut ἀβλεψίᾳ deceptus est. Macarius enim ille de quo id c Palladius narrat, non est Author Homiliarum mox a nobis citandarum. Nam eæ sunt Macarij Ægyptij & senioris, ut eum d Palladius indigetat, ad differentiam illius alterius quem Alexandrinum & juniorem nuncupat. Ex Macario igitur Ægyptio & seniore illustre habemus pro fidei nostræ veritate testimonium. Is enim exponens hæc Apostoli verba, e *quæ oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt*; non quidem secundum proprium & directum

b Des noms du S. Sacram. p. 296.

c Histor. Lausiac. c. 20.

d Ibid. c. 19.

e 1. Cor. 2. 9.

corum

f Lib. 4. c. 47. & 75.

t De natur. hom. suscep. contra Apollinar.

u Iren. lib. 5. pluries, & Victorin. in Apocalyps.

x Stromat. lib. 6.

a Epist. l. 2. ep. 281.

Macarius. eorum ſenſum quem *f* alibi ſequitur, ſed per accommodationē quamdam alteri ſubjecto, ait: g *Illo tempore* (ſcilicet, ante Chriſti adventum) *magnates & juſti, & Reges, & Prophetæ venturum Redemptorem noverant: At paſſurum eſſe & crucifigendum ac ſanguinem ejus in cruce fundendum non noverant, nec audierant,* (id eſt, intellexerant) *nec in cor eorum aſcenderat futurum baptiſmum ignis & Spiritus Sancti, ac in eccleſia offerendum eſſe panem & vinum antitypum carnis & ſanguinis ipſius, ſumentesque ex hoc pane viſibili Spiritualiter carnem Domini conesturos*, &c. Unde tria nobis argumenta.

Primum ducitur ex eo quod ait, *In Eccleſia offerri panem & vinum.* Nam ſi id quod in Eccleſia Sacerdotis manu communicantibus offertur panis eſt & vinum; non igitur proprie eſt corpus & ſanguis Domini: panis enim & vinum nec ſunt nec dici poſſunt proprie eſſe corpus & ſanguis Domini, cum ſubſtantialiter ab eis differant.

Reſpondet primo Coffetellus nos *audaciter nimis præſupponere Macarium loqui de pane & vino poſt conſecrationem, cum nihil ſit in ipſius verbis quod id innuat.* At contra h Bellarminus confidenter ait, Macarij verba id apertiſſime indicare. Loquitur enim ibi de pane & vino, tum velut de antitypis corporis & ſanguinis Chriſti, tum in ipſo actu participationis ſpectatis, tum denique tanquam corporis Chriſti communicativis: *In eccleſia,* inquit, *offertur panis & vinum antitypum carnis & ſanguinis Chriſti, & ſumentes ex hoc viſibili pane ſpiritualiter carnem Domini comedunt.* Panis autem & vinum nec antitypa corporis & ſanguinis Domini ſunt, nec eorum communicativa, nec eduntur niſi poſt conſecrationem.

Reſpondet ſecundo, *Euchariſtiam a Veteribus panis & vini oblationem communiter appellari, tribus de cauſis. Prima eſt, ad exprimendam analogiam inter ſacrificium Dominicum & ſacrificium Melchiſedek, qua conſiſtit, non in eo quod uterque, panem & vinum obtulerit eodem modo, ſed in eo quod quemadmodum Melchiſedek non obtulit Deo brutorum ſacrificia, ſed ſacrificium panis & vini, ſic & Dominus in ultima cœna pro nova legis ſacrificio, nec agnos, nec hœdos, nec Tauros obtulit, quo ſenſu Auguſtinus ſcribens contra Iudæos, quibus nefas erat ſacramentorum ſecreta revelare, ajebat,* i Manibus non offerimus carnem; *ſed proprium corpus & ſanguinem ſub ſignis & ſymbolis panis & vini, qua Melchiſedek dedicaverat in typum Euchariſtiæ ſub Lege naturæ. Atque id tota antiquitas declarat adeo manifeſte, ut neceſſe ſit eos qui id confiteri nolunt, caudori in univerſum renunciaſſe, diſputandumque ſuſcipere ſolem meridie non lucere.* Quis magis ſacerdos Dei ſummi, k *inquit Cyprianus*, quam Dominus noſter Jeſus Chriſtus qui ſacrificium Deo Patri obtulit, & obtulit hoc idem quod Melchiſedek obtulerat, id eſt, panem & vinum: ſuum ſcilicet corpus & ſanguinem? *En veram explicationem panis ejus & vini qua ſecundum Macarium in Eccleſia offeruntur, per qua Cyprianus ac univerſa antiquitas Domini noſtri Jeſu Chriſti corpus & ſanguinem intelligit.* Stupendam profecto hominis vertiginem! Nam, (ut prætermittam verba ex Auguſtino ab eo citata, non Auguſtini eſſe, ſed Judæorum quos ibi loquentes inducit) ſupra reſpondebat, nos magna cum audacia aſſeverare, Macarium loqui de pane & vino poſt conſecrationem, idem vero ipſe pari audacia aſſerit inquiens, per panem & vinum, Macarium, Cyprianum, & totam antiquitatem corpus & ſanguinem Domini intelligere. Panis enim & vinum corpus & ſanguis Domini non ſunt niſi poſt conſecrationem. Toti autem antiquitati, & Macario imponit, Cyprianique verbis contra ipſius mentem prorſus abutitur. Primo enim falſiſſimum eſt, antiquitatem teſtari Dominum in ultima cœna ſub ſignis (id eſt, accidentibus, ut ipſe intelligit) panis & vini proprium corpus & ſanguinem ſuum Deo Patri obtuliſſe, atque in hoc conſiſtere analogiam ſacrificij Melchiſedek & ſacrificij Euchariſtici. Nam contra univerſa antiquitas obſervat Melchiſedek & Chriſtum in eo convenire, quod panem & vinum uterque obtulerit. Id jam ſupra probavimus ex varijs Patrum locis capite ſecundo examinis Euſebiani: Addamus expreſſa verba Heſychij Hieroſolymitani, qui ait; l *Habes ecce intelligibilis Melchiſedek oblationem qua in pane & vino perficitur.* Et Cyrilli Alexandrini qui Melchiſedek & Chriſti convenientiam ex Paulo obſervans & exponens; *Statuit,* m inquit, *ſymbolum ſacerdotij præſtantioris, quam eſt Legale, benedictionem Abrahæ factam, vinique & panum oblationem: Neque enim aliter* (Nota contra Adverſarium negantem *eodem modo* utrumque obtuliſſe panem & vinum) *a Chriſto benedicimur.* Et rurſum: n *In exemplum rei, ipſum ſacerdotij modum manifeſte expoſuit: panes & vinum obtulit Melchiſedek.* Secundo, non minus quoque a veritate alienum eſt quod ſupponit rurſus, Cyprianum oblationem panis & vini de corpore & ſanguine Domini interpretantem, per id corporis & ſanguinis proprium Domini corpus & ſanguinem deſignare. Intelligit enim corpus & ſanguinem typicum, hoc eſt, ſacramentum corporis & ſanguinis quod in pane & poculo conſiſtens, ut obſervat Facundus, corpus & ſanguinem Chriſti vocamus, quia in ſe myſterium corporis & ſanguinis contineat. Quod patet, tum ex Synodo Carthaginenſi per locutionis inverſionem præcipiente; a *ne in ſacris aliud quid offeratur quam Domini corpus & ſanguis, ſicut ipſe Dominus tradidit, hoc eſt, panis & vinum*

aqua

Macarius.

f *Homil.* 37.
g *Homil.* 27.
κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν οἱ μεγάλοι, καὶ ἄρχοντες, καὶ βασιλεῖς καὶ προφῆται ἔτι μὲν οὐκ ἐγνώκεισαν ἐλεύσεσθαι τὸν λυτρωτὴν τὸν κόσμου. ἔτι δὲ παθητὸν καὶ σταυρωτὸν καὶ αἷμα ἐκχεῖσθαι ἐπὶ ξύλου, οὐκ ἔγνωσαν· οὐκ ἤδεισαν· οὐκ ἤκουσαν· οὐκ ἀνέβη αὐτῶν ἐπὶ καρδίαν ὅτι ἔσται βάπτισμα πυρὸς καὶ πνεύματος ἁγίου. καὶ ὅτι ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ προσφέρεται ἄρτος καὶ οἶνος καὶ ὕδωρ· καὶ αὐτὰ τὰ σημεῖα τοῦ σώματος καὶ αἵματος τοῦ Χριστοῦ ἐστιν· οἱ μεγάλοι καὶ προφῆται οὐκ ἔγνωσαν ἕως οὗ ἐφανερώθη τὸ μυστήριον τοῦ σταυροῦ καὶ τοῦ θανάτου καὶ τῆς ἀναστάσεως τοῦ Κυρίου ἰδίου.

h *De Euchar. l.* 2. *c.* 15. § *Altera ſolutio. ad fin.*

i *Contr. Iudæos c.* 9.

k *Lib.* 2. *Epiſt.* 3.

l *In Leviticum l.* 6.

m *Glaphyr. in Geneſ. l.* 2. διέχειν τῶν ἴσων εἶναι τοὺς συμβόλους, τὸ προτυπῶσαν τοῦ Δεσπότου καὶ Σωτῆρος, ἀναίμακτον καὶ ἄρτους οἴνου προσφερόμενον, ἐυλογούμενον τοῦ ἐκ τούτων σωθῆναι Χριστοῦ.

n *Ibid. paulo infr.* αὐτὸν δὲ τὸν ἱερουργίας τοῦ τρόπον, εἰς μυστήριον τοῦ ἀπαγγελθὲν ἐπιτίθησι σαφῶς. ἄρτους γὰρ καὶ οἶνον ἐξενήνοχε Μελχισεδέκ.

a *Apud. Synod. Trullanæ*

Macarius. *aqua mixtum*; Sed & ex ipſo Cypriano quando ait: *Dominus obtulit hoc idem quod Melchiſedek obtulerat, id eſt panem & vinum, ſumm ſcilicet corpus & ſanguinem.* Id enim falſiſſimum foret ſi de proprio corpore & ſanguine Domini loqueretur. Nam proprium Domini corpus & ſanguis ſpecie & ſubſtantia differunt a panc & vino quæ obtulit Melchiſedec. Quæ autem ſpecie & ſubſtantia differunt, *hoc idem* eſſe dici non poſſunt. At contra id rectè dicitur de corpore & ſanguine myſtico, hoc eſt, de ſacramento corporis & ſanguinis. Cum enim quoad ſubſtantiam vere ſit panis & vinum, hoc idem eſt tum ſpeciè, tum ſubſtantia quod obtulit Melchiſedec. Denique falſum eſt, per panem & vinum quæ ſecundum Macarium in Eccleſia offeruntur, intelligi proprium corpus & ſanguinem Dominicum. Macarius enim contrarium plane teſtatur. Nam poſtquam dixiſſet, *in Eccleſia offertur panis & vinum*; ait, *antitypum corporis & ſanguinis ejus.* Per panem igitur & vinum id intelligit quod a corpore Domini & ſanguine diſtinguitur tanquam typus a re cujus typus eſt. *Typus* autem veritas non eſt, ſed (ut docet [b] Ambroſius) *umbra veritatis.* Deindè ſubjungit: *Et ſumentes ex hoc viſibili pane.* At proprium Domini corpus in Euchariſtia viſibile non eſt ex Adverſarij ipſius confeſſione: per panem ergo quem ait in Eccleſia offerri Macarius, proprium Domini corpus nullomodò intelligitur.

[b] De fid. l. 3. c. 5.

Secunda cauſa, inquit, *propter quam, hæc oblatio corporis & ſanguinis Domini, vocatur oblatio panis & vini, ea eſt; quia videlicet panis & vinum elementa ſunt & ſenſibilis materia ex qua fit oblatio corporis & ſanguinis Chriſti: Ac propterea priuſquam oblatio corporis & ſanguinis Chriſti actu fiat, panis & vinum Deo prius offeruntur ut anguſtiori huic ſacrificio dedicentur, & Sacerdos de his terrenis ſubſtantijs Deum alloquens ait, Suſcipe, ô Sancte Pater, hanc immaculatam hoſtiam.* Sed hæc æquè Ludicra ſunt ac præcedentia. Primo enim Adverſarius ſecum turpiſſimè pugnat. Nam ſupra reſpondebat, per panem & vinum quæ ſecundum Macarium in Eccleſia offeruntur, intelligi corpus & ſanguinem Dominicum: hîc verò ſui oblitus ait, per panem & vinum deſignari terrenas ſubſtantias panis & vini quæ Deo offeruntur antequam corporis & ſanguinis Chriſti oblatio actu fiat. Quam malè ſibi conſtat mendacium! Deindè, quid ſibi vult quod ait, oblationem panis & vini materiam ſe nſibilem eſſe ex qua fit oblatio corporis & ſanguinis Chriſti? Nam, & inauditum eſt oblationem unam eſſe alterius oblationis materiam, nec, oblatio panis & vini ullomodò dici poteſt ſenſibilis materia ex qua fiat oblatio corporis & ſanguinis Chriſti, niſi panis & vinum pariter dicantur eſſe materia ex qua corpus Chriſti ſanguiſque fiant: quod de proprio corpore ſanguineque Dominico intellectum falliſſimum eſt. Poſtremo, nec Macarius ait, oblationem panis & vini materiam eſſe ex qua fiat oblatio corporis & ſanguinis Chriſti, ſed affirmat, panem & vinum eſſe rem ipſam oblatam in typum corporis & ſanguinis Chriſti, pro nobis (ſcilicet) in cruce oblati; & purum putum figmentum eſt univerſæ antiquitati ſex priorum ſeculorum prorſus incognitum, quod obtrudit Adverſarius de duabus oblationibus, quarum una ſit panis & vini, altera proprij corporis & ſanguinis Chriſti. Patres enim unam tantummodò agnoverunt, videlicet, panis & vini quæ myſticum corpus & ſanguis Chriſti ſunt, ad proprij corporis & ſanguinis oblationem commemorandam & deſignandam. Quod liquido docet, tum ipſe Cypriani locus a Cotterello ſupra adductus, ubi ait; *Dominus noſter ſacrificium Deo Patri obtulit, & obtulit hoc idem quod Melchiſedec obtulerat, id eſt panem & vinum; ſumm ſcilicet corpus & ſanguinem*, panis & vini oblationem cum ſui corporis & ſanguinis de quibus loquitur oblatione identificans; tum & illuſtris alius Fulgentij Ruſpenſis Epiſcopi, dicentis: [c] *Firmiſſimè tene & nullatenus dubites, ipſum vnigenitum Deum Verbum carnem factum ſe pro nobis obtuliſſe ſacrificium & hoſtiam Deo in odorem ſuavitatis, cui cum Patre & Spiritu Sancto a Patriarchis, Prophetis & Sacerdotibus tempore Veteris teſtamenti animalia ſacrificabantur, & cui nunc, id eſt, tempore Novi Teſtamenti, cum Patre & Spiritu Sancto, cum quibus illi eſt vna divinitas, ſacrificium panis & vini in fide & Charitate, Sancta Eccleſia Catholica per vniverſum orbem terra offerre non ceſſat. In illis enim carnalibus victimis figuratio fuit carnis Chriſti, quam pro peccatis noſtris ipſe ſine peccato fuerat oblaturus, & ſanguinis quem erat effuſurus in remiſſionem peccatorum noſtrorum: in iſto autem ſacrificio gratiarum actio atque commemoratio eſt carnis Chriſti quam pro nobis obtulit, & ſanguinis quem pro nobis idem Deus effudit.*

[c] De fide ad Petrum. c. 19.

Tertia denique cauſa, inquit Adverſarius, *propter quam Patres Euchariſtiam appellarunt oblationem panis & vini, ea eſt, quia licet in actuali oblatione corporis & ſanguinis Chriſti ſubſtantia panis & vini mutata ſint, earum nihilominus apparentia externa, ſigna & imagines aut accidentia etiam poſt conſecrationem remanent, & ſacrificium ſit ſub externis vtriuſque ſymbolis, ideoque panis & corpus Chriſti, vinum & ſanguis Chriſti non cenſentur duo ſacrificia, ſed vnum, quoniam non ſimpliciter offerimus Deo panem & vinum, ſed panem & vinum conſecranda & transformanda in corpus & ſanguinem Chriſti, nec præciſe & ſimpliciter offerimus corpus & ſanguinem Chriſti in propria ſpecie, (alioqui eſſe ejus naturale deſtruendum foret) ſed corpus & ſanguinem Chriſti ſub ſymbolis panis & vini, a quibus pro-*

Digitized by Google

Macarius. *pteres ſacrificium plerumque appellationem mutatur.* At quis non mirabitur hominem hunc Chamæleonte mutabiliorem? Primò enim reſpondebat, per panem & vinum Macarium intelligere corpus & ſanguinem Chriſti. Secundò, eum intelligere, non corpus & ſanguinem Chriſti, ſed terrenas ſubſtantias panis & vini quæ Deo offerrentur priuſquam oblatio corporis & ſanguinis Chriſti actu fieret. Jam vero utrumque negat, & vult Macarium per panem & vinum deſignare, non corpus quidem & ſanguinem Chriſti, non ſubſtantias panis & vini, ſed earum accidentia ſub quibus offerantur corpus & ſanguis illius. Sic Lectoribus illudit minus perſpicacibus. Multa autem falſa & inepta ſimul congerit. Falſum enim eſt quod ait, Veteres exiſtimaſſe, tum ſubſtantias panis & vini in Euchariſtia mutari eo quo intelligit ſenſu, tum in ea remanere accidentia panis & vini abſque panis & vini ſubſtantijs. Ad prius enim quod attinet, Gelaſius Romanus Epiſcopus (ut impræſentiarum hunc ſolum adducam) diſerte contrà aſſerit; d *eſſe non deſinit ſubſtantia vel natura panis & vini.* De poſteriori Claudianus in genere: a *Verumnam probare valeamus manere quod in ſubjecto eſt, ipſo intereunte ſubjecto?* Et in ſpecie Macarius ipſe quando dicit; *In Eccleſia offertur panis & vinum.* Accidentia enim panis & vini abſque eorum ſubſtantijs non magis panis & vinum ſunt, quam ſimplex albedo homo eſt. Nec Veterum ullus unquam dixit corpus proprium Domini in Euchariſtia offerri ſub accidentibus panis. Somnia hæc & portenta ſunt ab Adverſarijs conficta. Quid autem eſt quod Coffetellus tanquam corollarium ſubjungit, Chriſti corpus & ſanguinem non offerri in propria ſpeciè, alioquin eſſe ejus naturale fore deſtruendum, ſed ſub ſymbolis panis & vini? Id enim, ſi quid video, prorſus ineptum eſt. Nam ſub quacumque forma, vel ſua, vel aliena, corpus Chriſti offerri dicatur, eſſe ejus naturale ſeu ſubſtantiale deſtrui neceſſe eſt. Id enim requirit oblationis natura: b *Verum & reale ſacrificium, veram & realem mortem, aut deſtructionem rei immolatæ deſiderat*, inquit Bellarminus. Subdit autem, deſtructionem corporis Chriſti fieri per comeſtionem, *nec tamen amittere eſſe ſuum naturale, ſed tantum eſſe ſacramentale quod habebat in Euchariſtia.* Verum contra c Gamachæus pertendit Chriſti corpus *amittere eſſe ſuum ſubſtantiale, cum deperdat eſſe quod ibi habebat & per conſecrationem productum fuerat*: *Eſſe* enim illud erat *ſubſtantiale*; ac proinde rectè dici *ſubſtantialiter illic deſinere, & interitum pati ab extrinſeco.* Magno ſane Chriſtianæ religionis ludibrio, piarumque animarum ſcandalo, quod & vidit ipſe Gamachæus, monens, *melius dici corpus Chriſti tunc deſinere, vel amittere eſſe quod ſub ſpecibus habebat, vel non amplius ibi conſervari, quam ut dicatur interire, ne forte ex modo loquendi aliquod ſcandalum oriatur.* Sed hæc obiter. Macarius.

Secundum noſtrum argumentum ducitur ex eo quod Macarius ait, panem & vinum quæ in Eccleſia offeruntur *antitypum eſſe carnis & ſanguinis Chriſti.* Nam antitypum corporis & ſanguinis ſe habet ad corpus & ſanguinem, ut relatum ad correlatum, ſignum ad ſignatum, & imago ad id cujus imago eſt. At relatum non eſt proprie correlatum ſuum, nec ſignum ſignatum, nec imago eſt id cujus imago eſt, ut res ipſa clamat, & nos ſupra in examine Pſeudo-Clementis & Euſebij Cæſarienſis probavimus ex plurimis Patrum locis. Addamus hic & Chryſoſtomum qui ait ſimiliter: d *Illa ſunt vera, hæc verò typi.* Et rurſum: *recte illa vocavit antitypa. Typum enim ſolum habent, non autem virtutem; quemadmodum in imaginibus typum habet hominis imago, ſed non virtutem.* Et Authorem Commentarij in Lucam Tito Boſtrenſi male tributi; dicentem: e *Imagines ad veritatem effinguntur, non tamen ſunt ipſa veritas.* Panis igitur & vinum, quæ in Eccleſia Macarius dicit offerri, non ſunt proprie corpus Domini & ſanguis: ac proinde typice tantum, hoc eſt, eorum antitypa. Reſpondet primò Perronius, f *Macarium non deſignare, utrum antitypi nomen indat ſpeciebus ſacramentalibus ob id quod ſunt ante conſecrationem, & cum primò ad altare offeruntur, an vero ob id quod ſunt poſt conſecrationem.* Sed facile refellitur. Panis enim & vinum ante ſanctificationem nullomodo antitypa ſunt corporis & ſanguinis Chriſti. Nam id habent a conſecratione, cum antea panis communis, vinumque commune forent. Teſtatur Auguſtinus: g *Noſter panis & calix*, &c, *certa conſecratione myſticus fit nobis, non naſcitur.* Deinde, Macarius non modo illa conſiderat in ipſo participationis actu, ſed & quâ communicativa corporis & ſanguinis Chriſti, ut patet ex eo quod addit; & *ſumentes de hoc viſibili pane ſpiritualiter carnem Chriſti comedunt.* At neque eduntur, neque communicativa ſunt carnis & ſanguinis Chriſti niſi poſt conſecrationem. Prius apud omnes in confeſſo eſt: poſterius quoque, nî fallor. Et id Victor Antiochenus expreſſe docet: h *Cum Dominus ad Apoſtolos dicit*, hoc eſt corpus meum; *Item*, hic eſt ſanguis meus; *Certo apud ſe ſtatuant, vult, poſteaquam benedictio & gratiarum actio ad panem vel calicem propoſitum acceſſerit, per panis quidem ſymbolum corporis Chriſti, per calicem vero ejuſdem ſanguinis participes ſe fieri.* Reſpondet ſecundò Coffetellus *Euchariſtiam duabus de cauſis figuram ſeu antitypum appellari poſſe*, videlicet, *tum ratione apparentiæ exterioris*, ſeu accidentium panis & vini, quô & i aliqui cum illo detorquent verba illa Macarij, ὅτε ἐφανερώθη

d *Libr. de duabus naturis.*
a *De Statu damnat. l. 5. c. 3.*
b *De Miſſa l. 1. c. 27.*
c *In 3. Thom. tom 3. q. 77. accidens. c. 7.*
d *In Epiſt. ad Hebr. hom. 17.* οὐκοῦν ἐκεῖνα ἀλληθινὰ, τοῦτο δὲ τύποι. *Et rurſum:* καλῶς εἶπεν οὐκοῦν ἀντίτυπα. ἄρα οὖν ἔχω μέτρον, ἐγὼ δὲ οὐ τὸν ἔχω. ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων τύπον ἔχει ἡ ἀνθρωπότης, ἀλλ' οὐ τὴν ἀρετήν.
e *In Luc. c. 14. 16.* ἡμεῖς πλάσθημεν κατὰ τὸ ἀλληθινόν. ἐπὶ δὲ τοῦτο ἡ πίστις ἀλλ' οὐ τὰ ἀληθινά.
f *De Euchar. l. 2. auth. 30.*
g *Contr. Fauſt. l. 20. c. 13.*
h *In Marci cap. 14.*
i *Vide Scribonium de Euchariſt. diſput. 5. q. 9. & Coffetell. de nominib. Sacramenti c. 20. id innuentes.*

Macarius. μόνα ἄρτα, quasi non de vero; sed tantum apparente pane loqueretur; *tum quoniam corpus & sanguis Domini separatim posita sub rerum mortuarum & insensibilium symbolis, imagines sunt, figura, signa & antitypa corporis & sanguinis in arbore crucis visibili forma immolatorum.* Verum, prius illud falsum esse jam supra diximus. Macarius enim ait, panem & vinum esse antitypum corporis & sanguinis Christi: accidentia autem panis & vini absque panis & vini substantijs nequaquam sunt panis & vinum. Nec juvaret argutia φαινομένα ἄρτα. Nam φαινόμενα plerumque designat res quæ apparent quod vere sunt: quod plurimis testimonijs in Cyrillo confirmavimus. Adjiciamus & alia. Sic enim Clemens Alexandrinus: i *Hominem vocat Scriptura dupliciter, τὸν τὸ φαινόμενον, eum qui apparet* (hoc est, corpus) *& animam.* Sic & Ammonius Dominum Judæis loquentem inducens: k *Vos idcirco me non cognovistis, quia nihil praeterquam quod apparet τὸ φαινόμενον intelligere voluistis.* Et rursum: *Ad corpus meum quod apparet τὸ φαινόμενον respicientes, falso de me judicatis.* Sic denique Macarius ipsemet de adolescentibus in fornacem Babylonicam conjectis: *cum essent,* l inquit, *in hoc apparenti igne, ἐν τῷ φαινομένῳ πυρὶ, in cordibus suis ignem caelestem & divinum habebant.* Eo autem sensu vocabulum id usurpari in Eucharistia, seu a Macario, seu ab alijs Veterum, colligere est ex Augustino in sermone ad infantes de hoc sacramento, inquiente: m *Quod videtis panis est & calix, quod vobis etiam oculi vestri renuntiant.* Neque enim ibi, aut panis, aut calix, præterquam de vero pane & calice accipi possunt. Posterius quoque a Coffetello confictum, de corpore Christi quod suimet typus & figura sit, falsum similiter & absurdum est, valideque confutatur tùm ex Macario ipso antitypi nomenclaturam non carni & sanguini Christi, sed pani & vino sacramentali tribuente, tum ex universa antiquitate (ut jam supra observavimus) simpliciter & absolute negante, etiam in ipsa Eucharistica materia, idem esse posse sui typum ac figuram. Respondet ultimo Perronius, *antitypum ibi sumi pro exemplo seu apographo quod rei tantum continet quantum ipsa res:* Atque in hunc finem adducit Eutychium. Sed quam hoc falsum sit, absurdum, & ἀνύστατον, ut corpora numero plura Domino affingens, quemadmodum apographa ab exemplaribus suis numero sunt differentia, suo loco n supra manifeste demonstravimus, ut non necesse sit quæ diximus hic repetere.

Tertium nostrum argumentum ducitur ex hisce verbis: *Et sumentes de hoc pane visibili spiritualiter carnem Christi comedunt.* Distinguit enim Macarius inter panem carnis antitypum, & carnem ipsam. Et panem quidem oraliter edi innuit, de carne vero ait, eam spiritualiter manducari; cum tamen ex hypothesi Adversariorum dicere potius debuisset, *& sumentes de hoc pane visibili oraliter carnem Christi manducant,* si quidem ea est juxta ipsorum sententiam, carnis Christi in Eucharistia existentis conditio, ut oraliter ab omnibus comedatur. Indicio manifesto illum non existimasse carnem Christi aliter quam spiritualiter edi. Scribonius in Recollectorum Monachorum familia Theologiæ professor, nodum hunc quem solutu difficiliorem judicabat, instar Alexandri concidit. Nam in hujus o loci productione vocabulum Spiritualiter expunxit: qua fide Lectores judicent. Alij verecundius agunt, & dissolvere conantur. Primo enim Coffetellus respondet, manducare Spiritualiter Christi carnem *Macario nihil aliud esse, quam eam manducare, non in forma sua visibili & modo cruento, dentibusque conterendo ad instar ciborum communium, sed sub forma & apparentia panis absque ulla laceratione & dentium impressione.* Ridiculè sane. Quis enim mentis compos diceret, aut carnem sub forma piscis, aut pilulas auri folio involutas sine contritione deglutire, esse illas Spiritualiter edere? Papæ! qualem Spiritualitatem! Seriò ne, an joco id dicit? Perronius autem alio utitur effugio. Ait enim, Spiritualiter *non ibi significare mentaliter & putative* (sic enim manducationem Spiritualem putativæ nomine profane dehonestat) *sed Supernaturaliter, miraculose, & per operationem omnipotentem Spiritus Dei: perinde ac quando Epiphanius dicit,* b Heliam & Enoch translatos esse in corpore Spiritualiter; *Aut, si libet vocabulum* Spiritualiter *ad Spiritum nostrum referre, modo soli Spiritui comprehensibile, non vero sensui.* Verum hæc solutio quamvis prima fronte præcedenti speciosior, non minus aliena est ab Authoris nostri mente. Nam si ageretur, quemadmodum in exemplo quod affert Epiphanij, de vi per quam Christi corpus juxta eorum hypothesin sit in sacramento præsens sub accidentibus panis, dici sane posset illud in Eucharistia Spirituali sisti ad designandam causam efficientem hujus præsentiæ, vim Spiritus videlicet, non autem naturæ: Cum vero hic quæstio non sit de causa præsentiæ, sed de manducatione, nulla cum vera similitudine dici potest, manducare Spiritualiter, esse manducare miraculose & per omnipotentem Spiritus operationem, nisi forte hæc operatio respiciat fidem manducationis organum quod ab ipso Dei Spiritu nobis tribuitur. Nam posito miraculum esse ac operationem Supernaturalem Spiritus Dei in constituendo Christi corpore sub accidentibus panis, sicut in translatione Heliæ & Enoch, nihil tamen ejusmodi habetur in manducatione illius quæ simpliciter fit per organa naturalia: ac

i *Stromat. lib. 3.*

k *Comm. in Ioann c. 8. Vid. & Serv. in orat. de Sigillis a Chrysost. tom. 6.*

l *Homil. 11. Vid & homil. 17. ad initium, φυτῶ φαινομένῳ τῷ ξύλῳ ὁμοῦ.*

m *Apud Fulgent. de baptismo. Æthiop. c. ult.*

n *In examine Constitution. Clementi. tribuitur.*

a *De Euchar. disput. 3. §. 9.*

b *Haeres. 64.*

Macarius. lia : ac proinde *ſpiritualiter* ibi deſignare non poteſt ſupernaturaliter & miraculoſe per divinam vim Spiritus. Sed addo Veteres apertiſſimè teſtari, *manducare carnem Domini Spiritualiter*, eſſe illam manducare, non ore, ſed fide, non dente, ſed corde, non corpore, ſed Spiritu, ac ſancta imitatione. Sic enim Baſilius exponens hæc Davidis verba, Guſtate & videte, quam bonus eſt Dominus ; *multoties*, c inquit, *obſervavimus animæ facultates iiſdem appellari nomenclaturis quibus membra externa vocantur. Quandoquidem enim Dominus noſter verus eſt panis, & caro ejus verus cibus, neceſſe eſt ut voluptas lætitiæ hujus panis per guſtum intellectualem in nobis gignatur.* Sic Theodorus Heracleotes: d *qui ſincere œconomiam ejus in carne excipiunt, atque animæ ratiocinatione per aſſenſum dogma hoc quodammodò deguſtant, rationabiliter* (Corderius Jeſuita interpres, Spiritualiter) *carnem edunt & percipiunt ſanguinem per fidem.* Sic Didymus: e *Vita panis qui deſcendit, Verbum Dei eſt nutritorium, quo veſcitur qui ad eum venit exercitio virtutum. Verum cum non ſolum per actionem ad eum accedendum ſit, ſed & ſcite credendo ſecundum veram contemplationem, ex illo tanquam fonte aqua viva bibitur, atque velut ex vinea ſumitur vinum cor hominis exhilarans. Unde ipſum virtutum operatione ſuſcipientes manducamus, & per intelligentiam bibimus quaſi vita ſaturati, & nulla amplius ſitis vexandi, ab ipſo potati.* Sic Auguſtinus: f *Quid eſt panis de regno Dei, niſi qui dicit*, Ego ſum panis vivus qui de Cœlo deſcendi? *Nolite parare fauces, ſed cor.* Et rurſum: g *Credere in eum, hoc eſt manducare panem vivum. Qui credit in eum, manducat, invisibiliter ſaginatur, quia & invisibiliter renaſcitur.* Sic Facundus loquens de B. Petro dicente, Domine, ad quem ibimus, verba vitæ æternæ habes; *ſi myſterium*, h inquit, *intellexiſſet* (ſcilicet manducationis carnis Dominicæ) *hoc potius diceret, Domine cur abeamus non eſt, cum credamus nos corporis & ſanguinis tui fide ſalvandos.* Sic denique plures alij locis ſuis adducendi. Sed præſtat audire Macarium ipſum ſe exponentem, atque carnem Dominicam cibum cordis & animæ fideique conſtituentem : *Niſi anima*, i inquit homilia prima, *regeneretur amodò in terram illam viventium, & inde Spiritualiter nutriatur, & Spiritali modo creſcat proficiens Domino, induaturque a divinitate arcanis veſtimentis cœleſtis pulchritudinis, impoſſibile eſt illam ex ſeipſa ſine cibo illo vivere in gaudio & quiete. Habet enim & divina natura, panem vitæ eum qui dicit*, Ego ſum panis vitæ, *& aquam viventem, & vinum exhilarans cor hominis, & oleum Lætitiæ, & multiplicem cibum Cœleſtis Spiritus, & veſtimenta Lucis cœleſtia a Deo procedentia : in iis conſiſtit anima vita æterna.* Et paulò poſt: k *Hæc non ſunt ſimpliciter verba effutita, ſed opus vitæ Spiritualis, opus veritatis quod in digna & fideli anima fit. Si igitur factus es thronus Dei, & aſcendit ſuper te Cœleſtis auriga, & facta eſt anima tua tota oculus Spiritualis, & tota Lux, & ſi nutritus es cibo illo Spiritali, & bibiſti ex illa aqua viva, atque induiſti arcana luminis veſtimenta, ſi denique homo tuus interior expertus iis omnibus abundat ; ecce vivis vitam vere æternam, anima tua amodò cum Domino quieſcente. Ecce adeptus es, & accepiſti hæc a Domino in veritate, ut veram vitam vivas.* Et homilia quarta : *Seipſum incorporat Dominus in eſcam & potum, ſicut ſcriptum eſt in Euangelio*, qui manducat panem hunc vivet in æternum : *ut meſſabiliter tranquillet & impleat animam Lætitia ſpirituali. Ait enim*: Ego ſum panis vivus. Et paulo ante: *Se in qua vult transfigurat in gratiam fidelium & dignarum animarum.* Et homilia decima quarta : l *Quandò quis ſecreta ſua, hoc eſt, mentem & cogitationes dedicat Deo, non occupatus & vagans aliò, ſed ſeipſum cogens, tum Dominus eum myſteriorum participē facit in ſanctimonia & puritate majori, in cibumque Cœleſtē ſe dat, & potum ſpiritualem. Quemadmodum ſi quis ſit multa bona poſſidens, & ſervos, & filios, alium cibum dat ſervis, alium propriis filiis è ſemine ſuo natis, quoniam filij hæredes ſunt Patris, & cum eo manducant, Patri ſuo aſſimilati ; Sic & Chriſtus verus Dominus omnia ipſemet creavit, nutritque pravos & ingratos: filios vero quos è ſemine ſuo genuit, & participes effecit gratia ſua, & in quibus formatus eſt Dominus, peculiari refectione & alimento, & cibo, & potu, præter ceteros homines paſcit, & ſeipſum ipſis dat converſantibus cum Patre ſuo, ſicut ait Dominus : Qui manducat carnem meam, & bibit ſanguinem meum, in me manet, & ego in illo* & mortem non videbit. Et homilia decima quinta: m Spiritus admonet animam quæ, &c.

Macarius.

b *Ibid.* τῶν τοιούτων οὐκ ἀπὸ ἀνθρωπίνου λόγου λαλεῖται ἡμῖν ἀλλ' ἐκ τοῦ πνεύματος ζωῆς, ἐκ τοῦ ἀληθείας, ὅτι τὴν οἰκείαν τῇ πιστῇ ψυχὴν γεγενῆσθαι. ὅτι δὲ οὐκ ἀνθρώπινον ἡμῖν ἐστὶ τὸ ῥῆμα, ἀλλὰ τοῦ πνεύματος ἐστὶ τὸ ἀληθὲς, ἐκ τῆς ἐπιβεβαιώσεως ἴσμεν ἐπὶ τῶν ἀποστόλων· ἐπεὶ γὰρ ἀνθρώπινον ἦν τὸ ῥῆμα, ἐν τῷ ἀκούειν ἀπ' αὐτῶν τὸν λόγον ἡ ψυχὴ ἐν ἄλλῃ ἀφῆλικίᾳ πνευματικῆς καὶ τελείας φύσεως ἐγένετο· ἐπειδὴ δὲ τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ ἐστὶ τὸ ἀληθὲς, καὶ τὸ ἐπιβεβαιοῦν ἐπὶ τῶν ἀποστόλων τὸν λόγον, ἐν ἄλλῃ ἡλικίᾳ πνευματικῆς καὶ τελείας φύσεως ἐγένετο ἡ ψυχὴ, ἵνα ζῇ καὶ ζωὴν ἀληθῆ.

c *In Pſalm* 34. γ. πολλαχοῦ τοιαῦτα ἐπιμνησθέντες ὧν ἔθος ἐστὶ τοῖς ἐμοῖς καὶ τῆς ψυχῆς αἰσθητηρίοις ἐπὶ ἡ αἴσθησις ἀληθὴς ἐνέργειαν ἡμῶν, καὶ ἡ ἀκοὴ ἀντὶ ἀληθοῦς ἐμβάσεως, ἀντιλαμβάνεται τῶν ἐκείνου ῥημάτων, ἀφ' ὧν ἡ ψυχὴ λαμβάνει ἐκ τοῦ συνήθους ἐθισμοῦ τὰ ἀναλογοῦντα ἑαυτῇ. καὶ ἡ μὲν ὄψις ἐπὶ τὸ ἀόρατον καὶ νοητὸν ἀναβαίνει, ἡ δὲ ἀκοὴ ἐπὶ τὴν πίστιν καὶ ἀκοήν.

d *Catena in Joan. G. §.* οἱ ἐθελοντὰς τὴν τοιαύτην οἰκονομίαν ἀντιλαμβανόμενοι καὶ ἐσθίοντες καὶ πίνοντες, τῷ ἀληθεῖ ἄρτῳ, καὶ τῷ τῆς ψυχῆς λογικῷ βρώματι, καὶ τῷ τῆς συνέσεως ἐδέσματι, καὶ τῷ μεθύσματι τῷ τῆς ἀγάπης, λογικῶς ἐσθίουσι τὸν σάρκα καὶ μεθύουσι τὸ αἷμα τοῦ Σωτῆρος· καὶ δὴ γίνονται, λογικῶς ἐσθίοντες τὸν ἄρτον καὶ μεθύοντες τὸν οἶνον, ἐν ἀγάπῃ καὶ ἐν πίστει καὶ ἐν ἐλπίδι καὶ ἐν ὑπομονῇ καὶ ἐν μακροθυμίᾳ καὶ ἐν ἐγκρατείᾳ καὶ ἐν ἁγνείᾳ καὶ ἐν ἁπλότητι καὶ ἐν ἀκακίᾳ καὶ ἐν ἀφθορίᾳ καὶ ἐν ἀληθείᾳ καὶ ἐν εἰρήνῃ καὶ ἐν δικαιοσύνῃ καὶ ἐν πᾶσι τοῖς ἀγαθοῖς τοῖς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.

e *Ibid. in* γ. 59. ζωῆς ἄρτος καλεῖται ὁ Σωτὴρ ἡμῶν διὰ τὸ ἀληθινὸν λόγον εἶναι, ὃν ἐδίδου ἀεὶ αὐτοῖς ἐκκλησιαζομένοις τὴν τῶν ἀγίων τροφήν· ἐπειδὴ δὲ ὁ μόνος ἀληθῶς ἄξιος ἐστὶν ἐν ἡμῖν ὁ ἐξ αὐτοῦ ζῶν, καὶ ἐκ πηγῆς ὕδωρ ζῶν πίνων καὶ ἐκ κοιλίας αὐτοῦ ἐκρέον ποταμοὺς ὕδατος ζῶντος, καὶ ἐσθίων τὸν ἄρτον τὸν ἐξ οὐρανοῦ καταβάντα, ἵνα μή τις ἐξ αὐτοῦ φάγῃ καὶ μὴ ἀποθάνῃ, ἀλλ' ἔχῃ ζωὴν αἰώνιον, ἐπὶ τοσοῦτον ἐκλείπει τὰ ἀνθρώπινα, καὶ ἐπὶ τὰ θεῖα ἀναβαίνει, ὡς μηδὲν ἔτι ἐν τῷ ἀνθρώπῳ ἐκείνῳ ἀνθρώπινον εἶναι, ἀλλὰ πάντα θεῖα καὶ ἐν θεῷ γεγενῆσθαι.

f *De verb Dom ſerm.* 33. g *In Ioan. tract.* 26. h *Lib.* 12. i ἡ ψυχὴ, ἐὰν μὴ γένηται ἐκεῖ ἐν τῇ ἐκείνῃ τῶν γῆν ζώντων, κἀκεῖθεν πνευματικῶς καὶ ἀνέκλειπτον πνευματικῶς τοῦ κυρίου ἀπολάβῃ, καὶ ἀμφιέσῃ ἐπὶ τὸ θεῖον ἄφθαρτον ἀφθαρσίαν πᾶσαν, χωρὶς ἐκείνης τὸ τροφῆς ζῆσαι αὐτὴν τὸ ἀπλοῦν καὶ ἀπαπαύσει ἀφ' ὧν πάσχει. ἴσχει γὰρ ἡ θεία φύσις καὶ ἄφθαρτον ζωῆς, ἐν αὐτῷ, ἐν ᾧ ἐστὶ ὁ ἄρτος τῆς ζωῆς. καὶ ὕδωρ ζῶν, καὶ οἶδεν ἐνθρέψασα τροφὴν ἀφθαρσίας, καὶ ἀγαλλιάσεως ἄλλης, καὶ πνευματικὸν τροφὴν ἀφθαρσίαν πνεύματος, καὶ εἰδώλατος ἄγαμον ἐν τῷ θεῷ τυγχάνοντα. οὐ τοίνυν ἐστὶ, ἡ αἰώνιος ζωὴ τῶν ψυχῶν.

k *Ibid.* τῶν τοιούτων οὐκ ἀπὸ ἀνθρωπίνου λόγου λαλεῖται ἡμῖν ἀλλ' ἐκ τοῦ πνεύματος ζωῆς, ἐκ τοῦ ἀληθείας, ὅτι τὴν οἰκείαν τῇ πιστῇ ψυχὴν γεγενῆσθαι. ὅτι δὲ οὐκ ἀνθρώπινον ἡμῖν ἐστὶ τὸ ῥῆμα, ἀλλὰ τοῦ πνεύματος ἐστὶ τὸ ἀληθὲς, ἐκ τῆς ἐπιβεβαιώσεως ἴσμεν ἐπὶ τῶν ἀποστόλων· ἐπεὶ γὰρ ἀνθρώπινον ἦν τὸ ῥῆμα, ἐν τῷ ἀκούειν ἀπ' αὐτῶν τὸν λόγον ἡ ψυχὴ ἐν ἄλλῃ ἀφῆλικίᾳ πνευματικῆς καὶ τελείας φύσεως ἐγένετο· ἐπειδὴ δὲ τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ ἐστὶ τὸ ἀληθὲς, καὶ τὸ ἐπιβεβαιοῦν ἐπὶ τῶν ἀποστόλων τὸν λόγον, ἐν ἄλλῃ ἡλικίᾳ πνευματικῆς καὶ τελείας φύσεως ἐγένετο ἡ ψυχὴ, ἵνα ζῇ καὶ ζωὴν ἀληθῆ.

l Ὅταν τις κρυπτὸν, τυτίον, ἢ τὸν νοῦν καὶ τοὺς λογισμοὺς δίδωσι τῷ θεῷ, μὴ ἀσχολούμενος, μήτε φαντασιούμενος ἀπαχθῆ, ἀπ' ἑαυτὸν βιαζόμενος, τότε ὁ κύριος μυστηρίου ἀξιοῖ τοῦτον τὸν ἁγιασμὸν καὶ τελειότητα πλείονι, καὶ τροφὴν ἐπουρανίου δίδωσιν αὐτὸν καὶ πόμα πνευματικόν. ὅταν ἐκεῖ ἡ τις κεκτημένος πολλὰ οὐσίαν, καὶ δούλους, καὶ τέκνα, ἄλλην τροφὴν δίδωσι τοῖς δούλοις, καὶ ἄλλην τοῖς ἰδίοις τέκνοις τοῖς ἐκ τοῦ σπέρματος αὐτοῦ γεγενημένοις· ἐπειδὴ καὶ τέκνα κληρονομεῖ τὸν πατέρα, καὶ μετ' αὐτὸν ἐσθίουσι, ἀφομοίνται τῷ πατρὶ αὐτῶν. οὕτω καὶ ὁ χριστὸς ὁ κληθεὶς διατάσσει, πολλὰ αὐτοὺς ἔχειν, καὶ τρέφει τοὺς πατρικοὺς καὶ ἀγαθείους. τὰ δὲ τέκνα ἃ ἐγέννησεν ἐκ τοῦ σπέρματος αὐτοῦ, καὶ οἷς μετέδωκεν ἐκ τοῦ χάρατος αὐτοῦ, ἐξ ὧν ἐμορφώθη ὁ κύριος, ἰδίαν ἀνάπαυσιν καὶ τροφὴν, καὶ ἔρεισιν καὶ πόσιν, ὥσπερ τοὺς λοιποὺς παῖδας οἰκτείρει, καὶ δίδωσιν ἑαυτὸν αὐτοῖς ἀναστρεφόμενος μετὰ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, ὡς φησὶν ὁ κύριος, ὁ τρώγων μου τὴν σάρκα καὶ πίνων τὸ αἷμα, ἐν ἐμοὶ μένει κἀγὼ ἐν αὐτῷ, καὶ ζήσεται ὁ μὴ θνήσκων. m *Homil.* 15. ψυχὴ τῷ λόγῳ τοῦ χάρατος ἐπομνηστεύθη· ἦν τὸ πνεῦμα τοῦτο ἢ ἦν, &c. μεταλαβοῦσα θείας καὶ ἐπουρανίου τροφῆς.

pragu-

Macarius. *pregustavit divinum & cœlestem cibum.* Denique homilia quadragesima septima: a *proficit anima quæ Spiritus Sancti vitam accepit, de agno gustavit, ejus sanguine unctа est, & verum panem Verbum vivum manducavit.* Eccè, quid sit Macario, carnem Dominicam spiritualiter manducare; corde videlicet & anima manducare. Itaque, ut resumam argumentum, quandoquidem panem carnis antitypum oraliter edi innuit, carnem vero ipsam contra per Spiritum & animam, nec nisi a dignis & Spiritu Sancto semineque divino regenitis, evidentissimè sequitur corpus ipsum Dominicum non esse in Eucharistia sub accidentibus panis, quoniam ibi & oraliter, & a servis & indignis promiscuè ederetur, quibus tamen Macarius Dominum se dare negat.

a ... ψυχὴ, λαβοῦσα ζωὴν πνεύματος ἁγίου, καὶ ἐπιγνοῦσα ἑαυτὴν ὅτι βασιλικὸν γένος ἐστὶ, καὶ ἱερατεύμα ἅγιον τῷ κυρίῳ, καὶ ἔφαγεν τὴν ἀληθινὴν σάρκα, καὶ ἔπιεν τὸ ἀληθινὸν αἷμα, καὶ ζῇ τῷ κυρίῳ.

Sed objicit Perronius, *Macarium, si ita foret, directè contra nos, imò & contra se pugnaturum.* Qua verò de causa? *Quoniam*, inquit, *non solum Adversarij docent, hanc Apostoli sententiam*, b Patres nostri eundem cibum spiritualem manducarunt; *significare, Patres veteris Testamenti mentaliter & per apprehensionem fidei corpori Christi communicasse, sed & Macarius ipse inquiens alibi:* c Incorporat se Dominus in cibum & potum, sicut scriptum est in Evangelio, qui manducat panem hunc, vivet in æternum: ut inenarrabili modo tranquillet & repleat animam lætitia spirituali. Ait enim, Ego sum panis vivus. Similiter & in potum liquoris cœlestis, sicut dicit; qui biberit ex hac aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. Et omnes, inquit, eumdem potum spiritalem biberunt. Sic unicuique Sanctorum Patrum apparuit, prout ei libuit, & expediebat: aliter Abrahæ, aliter Isaaco, aliter Jacobo, aliter Noé, aliter Danieli, Davidi, Salomoni, Esaiæ, & cuique Sanctorum Prophetarum: aliter Heliæ, aliter Moysi. Et ego quidem existimo, Mosem dum esset in monte, in jejunio illo quadraginta dierum spiritali illi mensæ continenter accubuisse, ejusque delitias participasse. *At, si Patres Veteris Testamenti eumdem nobiscum cibum mentaliter & intellectualiter manducarunt, si in aqua petra sanguinem Christi putativè biberunt, si in manna carnem ipsius intellectualiter ederunt: hoc est, si crediderunt ea esse figuras corporis & sanguinis Christi, & ore ipsa sumentes per apprehensionem fidei corpori & sanguini Christi futuris communicarunt; quomodò dicit Macarius, oculum non vidisse, nec aurem audivisse, nec ascendisse in cor Patriarcharum, Regum, Prophetarum, & aliorum magnorum virorum Testamenti veteris, quod sub novo panem visibilem participantes carnem Dominicam spiritualiter essemus manducaturi, si, per spiritualiter manducare tantummodò intelligeret putativè, mentaliter & intellectualiter edere, non autem verè, realiter, & oraliter, sed per virtutem operationis Spiritus Dei? Erat nè mirabilius, ineffabilius, incomprehensibilius, Christianos mentaliter & per fidem ac cogitationem carni Christi communicaturos in sumptione panis Eucharistia, quam Patres Judaicos eidem Christi corpori per fidem communicare in sumptione manna aut aquæ è petra profluentis?* Idem cum Perronio objicit Cossetellus, & hoc argumentum *indissolubile* vocat. Stramineum & futile rectius indigetasset. Tale enim revera est. Nam, ut omittam eos ineptè opponere manducationem spiritualem, manducationi veræ & reali, quasi manducatio spiritualis vera & realis non esset; dico mysterium illud quod Macarius in cor veterum Justorum, Patriarcharum & Prophetarum ingressum esse negat, non consistere in manducatione spirituali carnis Christi secundum se considerata, sed in eo, quod universa terra, hoc est, non modò justi ex Judæis, sed & Gentiles ipsi tum fœderis exortes, ipsius quoque communionem habituri forent, idque in novis sacramentis in suorum locum subrogatis. Hoc enim est quod veteres Patres non comprehenderunt, Deum nempe sublaturum & aboliturum tot & tanta sacrificia, signa & symbola carnis & sanguinis Christi præfigurativa, & alia in eorum locum substituturum; id est, panem atque vinum, in eundemque usum destinaturum per universum terrarum orbem, scilicet, ad designandum & communicandum corpus & sanguinem Christi. Nam sacrificia, signa, ac sacramenta sua perpetua fore credebant, remque illis figuratam sibimet solis propriam, nec Gentibus communicandam. Nec juvaret regerere, Malachiam esse locutum de illa oblatione quæ ab Ecclesia ubique esset facienda, quamque plurimi Veterum de Eucharistia exponunt: ac proinde eam Justis illis & magnis viris testamenti veteris incognitam non fuisse. Nam hæc objectio non contra nos foret, sed contra Macarium ipsum qui pariter ait, non ascendisse in cor justorum Christum fore crucifigendum, sanguinemque ejus effundendum; de quo tamen in confesso est Prophetas fuisse locutos. Rursum ipsa quoque contra Chrysostomum foret. Chrysostomus enim ait: d *Judæi pascha celebrabant, sed tanquam in speculo & in ænigmate. Secreta enim mysteria hæc, neque in intelligentiam eorum venichant, neque noverant quid illa pranunciarent. Agnum videbant mactatum, & sanguinem bruti, & portas eo unctas: quod autem filius Dei incarnatus mactaretur, & universam terram liberaret, & daret Græcis & Barbaris sanguinem suum gustandum, & cœlum omnibus aperiret, &c. neque illorum quis, nec aliorum hominum ullus cogno-*

b 1. Cor. 10. 3.

c Homil. 4. Ὁμοιοποιεῖ ἑαυτὸν ὁ θεὸς βρῶσιν καὶ πόσιν ὁ κύριος, καθὼς γέγραπται ἐν τῷ εὐαγγελίῳ ὁ τρώγων μου τὴν σάρκα καὶ πίνων μου τὸ αἷμα ἔχει ζωὴν αἰώνιον. ἵνα ἀνεκφράστως ἀτρεμίσῃ καὶ πληρώσῃ τὴν ψυχὴν τῇ χαρᾷ τοῦ πνεύματος. λέγει γὰρ ὅτι ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος τῆς ζωῆς. ἐποίησε καὶ εἰς ποτὸν ὑδατικὸν ἀναγαγών, καθὼς φησι, &c.

d In 1. ad Cor. hom. 24. ἐπιτίλλει τοῖς Ἰουδαίοις ὡς. ἐν αἰνίγματι & ἐν ἐσόπτρῳ. τὰ δὲ ἀνωφελῆ ταῦτα μυστήρια, ἃ δὴ οὐκ ἦσαν ἴδιά τινα ἦν ἃ ἐκείνοις ἀποφαίνει ἀλλὰ σοφίζεται ἑαυτὸν ἐκφεύγων, καὶ αἷμα ἀλόγου & θύειν ἐκέλευε τοῦτο. ὅτι δὲ ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ σφαγήσεται, καὶ τὴν οἰκουμένην ἐλευθερώσει πᾶσαν, & θάνατον & βασιλείαν τοῦ αἵματος τούτου, & τὸ ἄνοιγον πᾶσι, &c. ταῦτα δὲ οὐ τοιοῦτον ἦν, ὥστε τῶν ἀνθρώπων μηδένα, ὅτι σφάγιον, ὅτι εἰς τὴν ἡδονὴν βάλλειν τινα,

Macarius. verat, aut in animum ſuum inducere poterat. Sed facilis eſt reſponſio. Senſus enim utriuſque eſt, admiranda hæc myſteria ſub revelatione Novi Teſtamenti completa, magnis quoque viris ſub Veteri Teſtamento non liquidò ac diſtinctè cognita fuiſſe, ſicut jam nobis ea ſunt. Nam licet Prophetæ de iis tum loquerentur, diſtinctam tamen eorum cognitionem non habebant propter obſcuritatem futuritionis. Comparatè itaque ad nos, ea negant etiam in Sanctorum Patriarcharum atque juſtorum cor aſcendiſſe: quod ſanè verum eſt.

Sed objicit rurſum Scribonius hanc clauſulam: *Et ſumentes ex hoc viſibili pane, ſpiritualiter Chriſti carnem manducant.* Nec tamen diſtinctè notat quid inde velit elicere, adeo ut nobis conjectura hic opus ſit. Fortè ergo exiſtimat Macarij mentem eſſe, omnes de hoc pane viſibili percipientes, carnem Dominicam ſpiritualiter edere, ac proinde neceſsè eſſe ut vocabulum ſpiritualiter aliud ibi deſignet quam facultatem ſpiritualem cordis & animæ, quandoquidem ſecundum nos non omnes de pane ſacramentali ſumentes, carnem ipſam Dominicam ſpiritualiter manducant. Verum, ſi id velit Adverſarius, falſum ſupponit. Macarius enim non vult omnes promiſcuè panem antitypum carnis ſumentes, carnem ipſam Dominicam ſpiritualiter manducare, ſed id tantum intelligit de iis qui *fide* (ut loquitur e Auguſtinus) *carnem accipiunt.* Nam *qui non manet in Chriſto, & in quo non manet Chriſtus*, f inquit, *procul dubio nec manducat ſpiritualiter carnem ejus, nec bibit ejus ſanguinem, licet carnaliter & viſibiliter premat dentibus ſacramentum corporis & ſanguinis Chriſti.* Rurſum autem fortè voluit, Macarium dicere non potuiſſe, ſumentes ex hoc pane viſibili ſpiritualiter Chriſti carnem manducare, niſi caro illa in hoc pane præſens foret. Sed inepta, ſi ita eſt, & futili conſequentia. Pariter enim dicerem, Chriſti carnem in aqua baptiſmi reapſe eſſe præſentem, ſiquidem Fulgentius ſimiliter notat, g *unumquemque fidelium corporis ſanguiniſque Dominici participem fieri, quando in baptiſmate membrum corporis Chriſti efficitur.* Et Cæſarius Arelatenſis, qui poſtquam adduxiſſet hæc verba, *Niſi manducaveritis carnem filij hominis, & biberitis ejus ſanguinem, non habebitis vitam in vobis*, ſubjungit: h *Quod teſtimonium contra Pelagij blaſphemias evidentiſſimum atque validiſſimum eſt, qui aſſerere aperta impietate præſumit, non propter vitam, ſed propter regnum cœlorum baptiſmum parvulis conferendum: Sub his enim Domini verbis, quibus Evangeliſta pronuntiat, non habebitis vitam in nobis, apertè intelligenda eſt omnis anima munere baptiſmi vacua, non ſolum gloria carere, ſed vita.* Quod tamen conſectarium Adverſarij, ſcio, non dabunt.

e *De verb. Dom. ſerm. 33.*
f *In Joann. tract. 26.*
g *De bapt. Æthiop. c. ult.*
h *Homil. 7.*

Examen Teſtimoniorum a Baſilij Cæſarienſis. Baſilius.

a *Floruit ad annum 370.*

CAPUT I.

EODEM tempore florebat Baſilius Cæſareæ in Cappadocia Epiſcopus, b *Eccleſiæ columna & firmamentum, & fidei columen, & regula veritatis*, ut eum Gregorius Nazianzenus & Heſychius indigetant: qui varijs quoque & illuſtribus teſtimonijs fidei noſtræ ſuffragatur.

b *Oration. 19. Et Heſych. contra c. 65.*
c *Epiſtol. 28.*

Primum ducitur è libro primo de baptiſmo, ubi poſtquam edduxiſſet ea quæ de inſtitutione Euchariſtiæ tum ab Evangeliſtis, tum a Paulo referuntur, quærit: *Quid utilitatis habent hæc verba?* Et reſpondet: d *ut edentes & bibentes perpetuo recordemur ejus qui pro nobis mortuus eſt, & reſurrexit.* Referuntur autem hæc verba, edentes & bibentes, ad panem & calicem de quibus ex Paulo immediate ante dixerat: *quotieſcunque ederitis panem hunc, & poculum hoc biberitis*, &c. At vero ſi edendus nobis eſt hic panis, bibendumque hoc poculum in recordationem Chriſti qui pro nobis mortem obijt, evidenter conſequitur nec panem hunc eſſe ſubſtantialiter Chriſtum, nec Chriſtum in illo pane realiter eſſe præſentem. Memoriale enim diſtinguitur ab eo cujus memoriale eſt: nec memoria rurſum eſt, niſi rerum abſentium. Reſpondet e Perronius, *intentionem Baſilij non eſſe quærendi, quæ ſit vtilitas verborum Domini per ſacerdotem ſuper verba Domini prolatorum, ſed quis ſit fructus eorum omnium qua in ſcripturis de Euchariſtia dicuntur: nec rurſum Baſilium loqui de vtilitate reali & ſupernaturali quam conſequimur ex Euchariſtia verbis, ſed de vtilitate morali quam nobis affert conſideratio Verborum, hoc eſt corpus meum quod pro vobis dabitur. Hoc facite in mei recordationem, quotieſcunque manducaveritis panem hunc & biberitis de hoc poculo, mortem Domini annuntiabitis*, &c. Verum hæc prorſus extra oleas. Neque enim ullomodo attingunt argumentum noſtrum quod deſumptum eſt ex natura recordationis, quæ abſentiam rei cujus recordatio eſt ſupponit. Teſtatur Auguſtinus: f *Nemo recordatur niſi quod in præſentia non eſt poſitum.* Cicero ſimiliter quando ait: g *Memoria eſt, per quam animus repetit illa quæ fuerunt*, ſcilicet, aliquando præſentia, jam verò non ſunt.

d c. 3. hæc ἐσθίοντες καὶ πίνοντες ἀεὶ μνημονεύομεν ἧς ἀπέθανε καὶ ἀνέστη.
e *Defenſio l. 2. Anſw. 25.*
f *In Pſ. 37.*
g *De Inventione Rhet. l. 2.*

Secundum ſumitur è libro ſecundo contra Eunomium, ubi ait: h *fructus terræ, geniminа, non vero natos appellamus: non enim amplius bibam, inquit, de geniminе vitis hujus.* Verba ſanè obſervatione digna. Baſilius enim oſtenſurus, fructus terræ in ſcripturis non appellari τέκνα, ſeu natos & filios, ſed geniminа, id probat ex Domino in Euchariſtiæ celebratione dicente, *non amplius bibam de geniminе*

h Οὐκέτι γλυκάνω ῥᾴδιον ἐστὶ καὶ γόνιμα λέγειν καὶ γόνον τέκνα δὲ τοὺς ἐκ γονῆς. ἀλλ' οὐδὲ μὴν πίομαι, φησὶν, ἐκ τοῦ γλυκάνοντος ἀμπέλου τούτου.

Basilius.

genimine vitis hujus. Intelligebat igitur Dominum in Eucharistia verum terræ fructum bibisse, vinum videlicet, non autem sanguinem proprium, Quod & rursum patet; tum quia si per genimen vitis proprium Domini sanguinem intellexisset, locum illum ineptè adduxisset ad probandum fructus terræ genimina appellari, cum Domini sanguis non sit de fructibus terræ de quibus quæstio habebatur; tum quia pugnasset cum propriis hypothesibus. Nam paulo ante dixerat: i *Nullibi, eum qui ex se sit, quispiam genimen appellasse demonstratur. Cujus ratio manifesta est: quia filius & natus animatorum nomina sunt, genimen vero non semper.* Inanimatum igitur vitis fructum intelligebat a Domino esse in Eucharistia bibitum, non autem proprium ipsius sanguinem qui ex omnium confessione animatus erat. Nec juvaret respondere, hæc verba, *non amplius bibam de genimine vitis hujus,* a Domino k usurpata fuisse, sive cum loqueretur de calice legali, sive cum ageret de Eucharistico, Basiliumque potuisse ad priorem respicere, in quo sane verum terræ fructum, verum vinum Dominus potaverat. Nam primo apertè liquet ex disputationis serie, Basilij mentem esse hæc verba ex Matthæo adducere, unde tria alia loca similiter affert: quod & ad marginem notavit Trapezuntius evidentia rei coactus. Apud Matthæum autem de calice Eucharistico loquitur Dominus in hisce verbis, non de legali. Deinde, nisi Basilius intellexisset in utroque calice verũ vitis fructum, hoc est, verum vinum a Domino fuisse bibitũ, monere certe debuisset se non ex Matthæo, sed ex Luca hæc adducere, ac speciatim notare, legalis calicis ratione solum afferri: alioquin infœliciter pugnasset cum Eunomio, eadem scilicet verba bis sed sensu prorsus diverso a Domino prolata, æquivocè objiciens cõtra disputationis leges. Denique ipsemet ait, *nullibi*, seu nullo scripturæ loco, *quemquam eum qui ex se sit, genimen appellasse reperiri.* Intelligit ergo in ijsdem verbis etiam de calice Eucharistico prolatis Dominum nihil quod ex se substantialiter foret, genimen indigetasse; non proprium itaque sanguinem qui ex illo substantialiter erat tanquam fructus mysticæ vitis; Ac proinde significat, verum terræ fructum, hoc est, verum vinum & proprie sic appellatum in Eucharistia a Domino esse bibitum. Sed de hisce verbis infra rursus apud Nyssenum, Deo dante, acturi sumus.

Tertium ducitur è varijs locis in quibus Basilius docet Christum esse proprium animæ cordisque cibum, ac ore cordis sumendum, *Dominus,* l inquit, *panem se vocat quod rationalis sit cibus valde proprius ad confirmandam animæ substantiam.* Ex rursum: m *quoddam est os intellectuale interioris hominis quo nutritur suscipiens verbum vita quod est panis qui de cælo descendit.* Et iterum: n *Multoties observavimus facultates animæ ijsdem cum membris externis nominibus appellari. Quoniam vero Dominus noster verus panis est, & caro ejus verus cibus, necesse est voluptatem lætitiæ panis hujus per gustum Spiritualem in nobis gigni.* Denique: o *quemadmodum Corpora nostra subalternis cibis firmantur, ita & quiddam est animam nutriens & prabens ei ad ea qua bona sunt firmitatem. Quid autem illud est? Nimirum, quod dixit Dominus: Caro mea verus cibus est, & sanguis meus verus est potus.* Nam si Christus, seu caro Christi, proprius est & consentaneus animarum cibus, prorsus ineptum est asserere illa per os corporis sumi. Par enim absurditas est affirmare cibum corporis anima esse sumendum, &, animæ cibum per corpus esse edendum. *Spiritus* enim, ut observat p Cyrillus, *nutritur Spiritualiter, corpus autem secundum propriam naturam, id est, corporaliter.*

Quartum ducitur è libro de Spiritu Sancto, ubi ad probandam Spiritus Sancti divinitatem ait, eum esse loco incircunscriptum, & rursus ad demonstrandam hanc incircunscriptionem observat illum in pluribus ac dissitis locis simul fuisse: *Aliarum Virtutum qualibet,* q inquit, *in circunscripto loco esse creditur. Nam Angelus qui adstabat Cornelio non erat in eodem loco, quo cum adstaret Philippo, neque qui loquebatur Zacharia ad altare per idem tempus etiam in cœlo stationem suam implebat. At Spiritus simul & in Abacuk agere & in Daniele in Babylonia creditus est; & in Cataractu dictus est versari cum Hieremia, & cum Ezechiele in Chobar. Spiritus enim Domini replevit universam terram.* Et rursum alibi: r *cum jaceant corpora, aliud hic, aliud illic, & aliæ Virtutes inter se medium quid habeant, non ita se habet Spiritus, nec pars ejus singulis dispertita divinitus vivere facit, sed omnia ejus virtute tota vivunt, & ubique adest, Deo qui eum mittit assimilatus, & secundum esse, & secundum ubique in omnibus similiter esse.* At vero, si & corpora & Angeli eo quod sint naturæ circunscriptæ non simul sunt in pluribus locis; Spiritus autem Sanctus in contrarium, quoniam naturæ est incircunscriptæ, hic & alibi simul est, an non evidenter sequitur existentiam in pluribus simul locis non posse subsistere cum circunscriptione naturæ, ac proinde corpus Domini quod natura circunscriptum est, non posse hic & illic esse in varijs simul locis sub accidentibus

Basilius.

n *Ibid.* πολλαχοῦ παρεσήμηνε, ὅτι ἔξω μέν ἐσμεν ἀνθρώπου, ὀνόματα κατὰ τῶν ψυχῆς αἰσθητικῶν δυνάμεων. ἐπὶ δὲ ἄρτου ἐσμὲν ἀληθοῦς ὁ πνευματικὸς ἄνθρωπος, ἡ ἐν αὐτῷ ἀληθὴς ἐν βρώσει, ἀναγκαίως ἐδηλώθη τῶν ἐνεργούντων ἄρτου, λέγω δὲ πνευματικῶν ἡμῶν νοητῶν ἐγγίνεσθαι.

o *In Esai.* c. 3. ὥσπερ τὰ σώματα ἐκ τῶν καθ' ἡμέραν τροφῶν συναυξάνεται, οὕτως καὶ τὸ τῆς ψυχῆς τρέφον καὶ αὐξητικὸν αὐτῆς εἶναι τὴν κατ' οὐσίαν. ἄρτος ἐστὶν ὁ ἄνθρωπος. ὅτι δὲ σαρκὸς ἀληθῶς ἐστὶ βρῶσις.

p *De Mirab.* L. 10. τρέφεται τὸ πνεῦμα πνευματικῇ σαρκὶ δι' ἑαυτοῦ κατ' ἰδίαν φύσιν, τυπικῶς σωματικῆς.

q *De Spir. Sanct.* c. ἅπασαι ἐφ' ἑαυτῶν δυνάμεις οὐ συγχρονοῦσι τόπῳ συγχέονται πρὸς ἀλλήλας. ὁ μὲν τοῦ Κορνηλίου ἐπεστὰς Ἀγγέλῳ οὐκ ἦν ἐν αὐτῷ τόπῳ καὶ ὥρᾳ τοῦ Φιλίππου, οὐδὲ ὁ λαλῶν τῷ θυμιάματι τοῦ Ζαχαρίου διελεγόμενος κατ' ἐκεῖνον ὡρισθεὶς ἐν οὐρανῷ τὸν αὐτὸν ἐποίει χρόνον τῇ ἐπὶ γῆς ἐνεργείᾳ. τὸ μέντοι πνεῦμα, ἅμα ἐν Ἀβακοὺκ ἐνεργοῦν καὶ ἐν Δανιὴλ ἐν Βαβυλωνίοις ἐπισκήπτον. καὶ ἐν τῷ περιόδῳ ἡμέρᾳ ἐν Ἰερεμίᾳ καὶ μετ' Ἰεζεκιὴλ ἐν τῷ Χοβάρ. πνεῦμα γὰρ Κυρίου πεπλήρωκε τὴν οἰκουμένην. r *Contr. Eunom. l.* 5. *ad fin.* καθάπερ τὰ σώματα, τῷ μὲν ὧδε, τῷ δὲ ὧδε, καὶ τὰ ἄλλα δυνάμεων ἀφ' ἑαυτῶν τὰ μέσα ἔχειν τινὰ μέντοι, ἐν τῷ πνεῦμα ὄντα, οὐδὲ μέρος ἐστὶν αὐτοῦ ἰδίως περιεχόμενον ζωὴν ποιεῖ θείαν, ἀλλὰ πάντα ζῇ τῇ ὅλῃ αὐτοῦ δυνάμει, καὶ πάρεστι πανταχοῦ, καὶ ὁμοίως αὐτὸ θεῷ ἀφιδρύσθαι, καὶ κατὰ τὸ εἶναι, καὶ κατὰ τὸ πανταχοῦ· ἐν πᾶσι ὁμοίως εἶναι.

Basilius. panis & vini? Nec juvaret respondere, Basilium id tantum velle, Angelos & corpora non esse simul in pluribus locis naturaliter, quamquam in ijs supernaturaliter esse possint, Spiritum vero Sanctum in illis naturaliter existere. Primò enim argumentum ductum ab incircunscriptione naturæ docet eum intelligere, Angelos & corpora nullomodo esse aut esse posse in pluribus simul locis, sive naturaliter, sive supernaturaliter. Nam si proprium est naturæ incircunscriptæ hic & illic simul esse, quicquid naturæ circunscriptæ est nullo pacto potest hic & illic esse. *Circunscriptum* enim esse dicitur id *quod cum alibi est totum, non potest simul esse alibi*, inquit b Author libri de Spiritu de anima inter Augustini opera. Deinde, nisi ita foret: Argumentum Basilij a Pneumatomachis facile solutum fuisset. Respondissent enim Spiritum Sanctum esse in pluribus locis supernaturaliter, non vero naturaliter: & πολυτοπίαν corporis Christi in Eucharistia in exemplum attulissent. Necesse ergo est Basilium intellexisse nihil circunscriptum prorsus esse posse simul in pluribus locis, seu naturaliter seu miraculose. Denique ex eo quod Spiritus Sanctus hic & illic sit, concludit eum incircunscriptum esse, adeoque ubique esse & in hoc Deo simillimum. Corpus igitur Domini, si hic & illic simul foret, juxta Basilium circunscriptione careret ac proinde ubique esset, ipsique Deo simillimum. Falsum autem consequens est: igitur & antecedens.

b Cap. 18.

Quintum ducitur ex Epistola ad Cæsariam, ubi agens de participatione Eucharistiæ, & ostendere volens eos qui in Ecclesia communionem receperunt aliquid penes se reservare posse, propriaque manu sibimet post communicare: *In Alexandria*, c inquit, *& in Ægypto quilibet etiam de plebe ut plurimum habet domi suæ communionem (& quando vult ex ipsa sumit) Nam cum semel sacerdos sacrificium peragat & distribuat, qui suscepit illud integrum simul, & quotidie de illo sumpserit quod a dante susceperat, credere debet se recte sumere & suscipere. Nam & in Ecclesia Sacerdas partem dat, & qui suscipit eam retinet cum omni libertate, & sic propria manu ori admovet. Perinde quippe est quoad virtutem, sive quis a sacerdote partem unam recipiat, sive plures simul.* Quid autem illud est cujus unam partem vel plures simul distribui ac sumi posse in Eucharistiæ communione observat? Non certe proprium ac substantiale Domini corpus: non enim particulatim & frustillatim comminui potest, ex omnium confessione. Ergo corpus symbolicum, panem videlicet; quod proinde non est proprium ac substantiale Domini corpus. Frustra autem quis objiceret, Basilium ipsum sub epistolæ initium aperte significare se de proprio Domini corpore agere; quando ait: d *Singulis diebus communicare & participare sanctum corpus & sanguinem Christi, bonum & utile est, cum ipse perspicue dixerit*, qui edit carnem meam & bibit sanguinem meum habet vitam æternam. *Quis enim dubitat, quin vitam frequenter participare, nihil aliud sit quam frequenter vivere?* An non enim, inquies, de proprio suo corpore Dominus loquebatur, cum diceret, *qui edit carnem meam* &c? Ac rursum, quomodo Basilius Eucharistiæ sacramentum *vitam* appellaret, nisi eam intelligeret corpus Dominicum esse proprie ac substantialiter? Sed facilis responsio est. Nam nos quidem existimamus Dominum in hisce verbis de proprio suo corpore loqui, non de symbolico, hoc est, de signo corporis; Veteres nihilominus ea interdum sumpsisse de proprio ejus corpore: interdum de symbolico, testis est Fulgentius Episcopus Ruspensis: *Salvator dixit*, e inquit, *Nisi manducaveritis carnem filij hominis & biberitis ejus sanguinem non habebitis vitam in vobis. Quod quisquis non solum secundum veritatis mysteria, sed secundum mysterij veritatem considerare poterit, in ipso lavacro sanctæ regenerationis hoc fieri providebit.* Quid enim est sententiam hanc considerare secundum mysteria veritatis, nisi eam intelligere de signis corporis & sanguinis Christi, hoc est, de symbolico corpore & sanguine: eam vero rursum spectare secundum veritatem mysterij, nisi eam exponere de proprio Christi corpore, quod procul dubio mysterij veritas est? Basilius igitur illa in priori notione considerat & exponit. Ad alterum vero, dicimus nihil obstare quominus Eucharistia, etsi tantummodo symbolicum Christi corpus sit, ac verus substantia panis, *vita* nominetur, quandoquidem Basilius ipse baptismum qui aqua substantialiter modo est, eodem appellat nomine. Provocans enim ad baptismi susceptionem, *ô homo*, f inquit, *ad vitam te appellamus.* Sic autem utrumque sacramentum indigetat ob virtutem vivificam qua prædita sunt, cujus mentionem facit ipse Basilius hoc loco de Eucharistia agens, & cum eo Epiphanius quando ait: g *Panis quidem Alimentum est* (id est, vere panis) *virtus autem in eo est ad vivificationem.*

d καὶ τὸ κοινωνεῖν ἢ καθ' ἑκάστην τὸν ἁγίου, καὶ μεταλαμβάνειν τοῦ ἁγίου σώματος καὶ τοῦ τιμίου αἵματος τοῦ Χριστοῦ, καλὸν καὶ ὠφέλιμον. αὐτὸς γὰρ σαφῶς λέγοντος, ὁ τρώγων μου τὴν σάρκα καὶ πίνων μου τὸ αἷμα, ἔχει ζωὴν αἰώνιον. τίς γὰρ ἀμφιβάλλει, ὅτι τὸ μετέχειν συνεχῶς τῆς ζωῆς, οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἢ ζῆν πολιτευόμενον;

e De bap. Æthiop. c. ult.

Sextum & ultimum ducitur ex liturgia illi tributa. Nam quamvis illa nobis valde suspecta sit, eo quod Græca quam nunc habemus non conveniat, nec cum Latina veteri translatione, nec cum ea quam Syri habent ab Andrea Masio Latine reddita, sed multo prolixior sit, ut ipse observat, inquiens; h *is fuit perpetuo hominum in religione sensus ut intra*

f In exhort. ad baptism. ἐπὶ ζωὴν σε καλοῦμεν, ὦ ἄνθρωπε.

g In Compendio. ἐστὶ μὲν ὁ ἄρτος, ἡ δὲ δύναμις ἐν αὐτῷ εἰς ζωοποίησιν.

h In præfat. Anaphoræ.

c Epist. 289. ἐν Ἀλεξανδρείᾳ δὲ καὶ ἐν Αἰγύπτῳ, ἕκαστος καὶ τῶν ἀπὸ τοῦ λαοῦ τὰ πολλὰ τὴν ἑαυτοῦ μετάληψιν ἔχει παρ' ἑαυτῷ (καὶ ὅταν βούληται μεταλαμβάνει ἐξ αὐτῆς· hæc ultima ex codice Canonum Ecclesiæ Græcanicæ in Bibliotheca Regia num. 2110.) Ἅπαξ γὰρ τὸν ἱερέα τελειοῦντα καὶ διδόντα, ὁ λαβὼν αὐτὰ οἷς ἔθος ἐστὶν, καθ' ἑκάστην μεταλαμβάνειν τοῦτο δὲ διδόντος, ἑκάστην μεταλαμβάνειν καὶ τὸν ἐσθίοντα πιστῶς ὠφέλιμον καὶ γὰρ τὸ τῇ ἀναλήψει ὁ ἱερεὺς ἐπιδοὺς τὸν μερισμὸν, καὶ τὸν ἔχοντα αὐτὸν ὁ ἐπιδεξάμενος μετ' ἐξουσίας ἀπίησι, καὶ οὔτω συνάπτει τῇ τιμῇ τῇ ἰδιοχείρῳ. πιστὸν ἔσται ἐν τῇ δωρέᾳ, ὅτι μέτα μερίδα δίκαιοι ἔσονται καὶ ἁγίων, εἶπε πολλοὺς μερίδας ἔχειν.

Digitized

Basilius.

intra præscriptas a Patribus Ceremonias quantumvis sanctissimas sese continere pauci potuerint, unde pro temporis tractu, ad illas pro vario Antistitũ pietatis affectu alia atque alia addita, multa etiam mutata videre est; nihilominus quoniam Adversarij eam Basilij esse volunt, fiat eis secundum fidem suam, quam ab Authoris fide alienam esse facile est demonstrare. Sic enim loquitur Author: i *Confidentes appropinquamus sancto altari tuo, & proponentes antitypa sacri corporis & sanguinis Christi tui, te rogamus & obsecramus, Sancte Sanctorum, pro beneplacito bonitatis tuæ, ut veniat Spiritus Sanctus tuus super nos, & super proposita hæc dona & ea benedicat, sanctificet*, &c. Nam si panis & vinum sunt antitypa seu *configuralia* (ut vetus versio vocabulum antitypa reddit) corporis & sanguinis Christi, habent se ad corpus & sanguinem Christi ut figura ad res ab ea figuratas. *Figura* autem *non est veritas, sed imitatio veritatis*, ut docet k Gaudentius, & cum eo tota antiquitas.

i Πεποιθότες προσεγγίζομεν τῷ ἁγίῳ σου θυσιαστηρίῳ καὶ προτιθέντες τὰ ἀντίτυπα τοῦ ἁγίου σώματος καὶ αἵματος τοῦ Χριστοῦ σου, δεόμεθε καὶ παρακαλοῦμεν τὴν ἀγαθότητά σου, ἐπιφοιτῆσαι τὸ πανάγιόν σου πνεῦμα ἐπὶ τὰ προκείμενα δῶρα ταῦτα, καὶ εὐλογῆσαι αὐτὰ καὶ ἁγιάσαι, &c.

k *In Exod. tract.* 2.

Respondet primo Perronius, *se jam antea observasse vocabulum* antitypa *varie a Patribus sumi, nec semper designare simplices figuras representativas, sed sæpe figuras essentiales quæ tantumdam rei continent quantum ipsæ res, ut patet ex verbis Eutychij*, quæ rursum adducit. Verum & nos a supra ostendimus quam falsa sit & absurda ipsius observatio, ut necesse non sit jam actum iterum agere. Eutychio autem a nobis examinato, tria loca hîc subjungit: unum ex Cyrillo: duo alia ex Theophylacto. Locus Cyrilli talis est: b *Deus influit oblatis δύναμιν ζωῆς* (hoc est ut ipse pertendit *essentiam vitæ*) *convertens ea in veritatem propriæ carnis*. Theophylactus autem: c *Transelementat Dominus panem & vinum eis δύναμιν corporis & sanguinis sui*, hoc est, *in substantiam alimentalem*, inquit, *corporis & sanguinis*. Et rursum: d *panis nobis quidem apparet, sed essentia caro est*. Hæc autem ideo affert ut ostendat in Eutychio δύναμιν sumi pro substantia. Sed ridicule supponit tanquam certum & concessum, quod falsissimum est, Cyrillum scilicet & Theophylactum δύναμιν pro substantia, non vero pro facultate ac virtute accipere. Cyrilli enim locus nullibi inter ejus opera reperitur, sed tantum in Catena Thomæ Aquinatis in Lucam, illum sic referentis: *influit oblatis vim vitæ convertens ea in veritatem propriæ carnis*; Ubi recte quidem reddit δύναμιν ζωῆς per *vim vitæ*, non autem substantiam vitæ, contra Perronium ipsum, sed Cyrillo in postrema clausula turpiter imponit. Nam verba illa Cyrillo tributa Græcè reperiuntur ex aliquo Veterum innominatim citata e in Commentario Manuscripto Victoris Antiocheni in Marcum, in iisque habetur panem & vinum converti, non in veritatem corporis, ut falso Thomas eum loquentem inducit, sed in efficaciam seu energiam illius: ἐνίησι, inquit, τῆς προκειμένοις δύναμιν ζωῆς καὶ μεθίησιν αὐτὰ πρὸς ἐνέργειαν τῆς ἑαυτοῦ σαρκός. Elias quoque Cretensis eadem verba usurpans ἐνέργειαν similiter habet, non veritatem. Nec δύναμις in Theophylacto aliter est accipienda. Quo & sensu sumi potest quod in loco secundò ait: *Panis quidem nobis apparet, sed τῷ ὄντι caro est*; videlicet, quasi dixisset, *panis simplex nobis videtur, sed certè caro est*, sacramento nimirum & virtute. Nam τῷ ὄντι & ὄντως non semper *essentialiter* significant: ut quandò Clemens Alexandrinus ait, f *fidem esse τῷ ὄντι sanguinem fidei*; & Chrysostomus, g *amicitiam esse ὄντως murum*; & per regenerationem h *Creaturam fieri ὄντως aliam*; & eos i qui miseros despuunt *ὄντως lapideos esse*; & Nyssenus, k *Dominum esse τῷ ὄντι agricolam*; & Proclus B. Virginem l esse *ὄντως Iovem nubem*, Chrysippus, m *arcam ὄντως regiam*; Germanus Constantinopolitanus, n *terram ὄντως desiderabilem, & divinum ὄντως Dabir*; ipse denique Theophylactus, o *scripturas Sanctas esse τῷ ὄντι portam*; & Judæos *ὄντως Cæcos esse*. Quamquam, etsi concederemus Theophylactum τῷ ὄντι accipere eo ipso quo vult Perronius sensu, non id sanè tanti foret, cum sit Author valdè recens, atque in hoc ipso a Veterum fide desciviisse dici possit. Irenæus enim nongentis circiter antè Theophylactum annis perstringit ut ridiculam servorum quorumdam imaginationem existimantium, p *divinam communionem τῷ ὄντι carnem & sanguinem esse*. Sed hæc obiter dicta sint, Adversarij digressione eò nos adigente, cum sciamus alioqui ea ad locum Basilij de quo jam agimus prorsus esse aliena.

Basilius.

f *Pædag.* lib. 1. c. 6.

g *In Act. homil.* 40.

h *In Epist. ad Ephes. hom.* 4.

i *In Joan. hom.* 82. *in Græc.*

k *Orat.* 1. *in resurrect. Christi.*

l *Orat. de incarnat.*

m *De Laudib. Virgin. Mariæ.*

n *Orat. in nativit. virgin.*

o *In Joann.* 10.

p *Apud Œcumen. in* 1. *Petr.* 3.

Verum ait secundo, dari posse solutionem præcedente breviorem, Basilium nempe, appellare panem & vinum antitypa corporis & sanguinis Christi ante consecrationem, non post: idque jam olim observasse, tum q Damascenum, tum etiam r Epiphanium Diaconum in secunda Synodo Nicena dicentem; *quæ Basilius in sequentibus affert manifestam Patris intelligentiam reddunt, quod ante sanctificationem appellentur antitypa.* Sed cum perspiceret a nobis inter cætera id objici posse, Basilium panem & vinum antitypa appellare post prolationem verborum, *hoc est corpus meum, hoc est sanguis meus*, ac proinde post consecrationem, aut saltem Basilium, Damascenum & Epiphanium Diaconum nullomodo censuisse consecrationem fieri prolatione horum verborum; objectionem hanc multis difficilem visam esse præfatus, se novam solutionem, veram tamen allaturum ait: scilicet, *quamvis hic terminus exprimatur post verba sacramentalia, ordinem nihilominus*

q *De Orthodox. fid. l.* 4. *c.* 14.

r *Act.* 6. *in med.* Ἐκ τοῦ ἁγίου Βασιλείου ἐπιλύθη ἀπορία τινῶν.

Basilius. *minus Græce constructionis præteritum esse & referri ad tempus quod verba sacramentalia præcessit*; Confidentes, *inquit*, appropinquamus sancto altari tuo, & postquam proposuimus antitypa sacri corporis & sanguinis Christi tui, te rogamus & obsecramus, &c. *In Græco enim habetur non* προθέντες *quod est participium præsens, sed* προθέντες *quod est participium aoristum seu indeterminatum, quodque ibi præteritum necessario designat, ac verti debet* postquam proposuimus. Sed imaginaria est hæc necessitas. Nam quamvis vocabulum προθέντες, aut, ut quædam editiones legunt, προθέντες sit participium aoristum, tritum tamen est & communissimum ejusmodi præterita pro tempore præsenti usurpare; quod & ipse Basilius facit in verbis immediate sequentibus, inquiens: *Rogamus te & obsecramus*, &c. *ut Spiritus S. tuus veniat super nos & super hæc proposita dona, eaque benedicat, sanctificet & consecret*, &c. quamvis in Græco verba ἐλθεῖν, εὐλογῆσαι ἁγιάσαι & ἀναδεῖξαι infinita aorista sint. Multo autem hic aptius & congruentius Aoristum illud προθέντες per tempus præsens exponere cum veteri Latina Basilij versione, duplici argumento ostendimus. Primo enim manifestum est clausulam hanc, προθέντες τὰ ἀντίτυπα τῶν ἁγίων σωμάτων, idem designare cum illa præcedente *offerentes tibi tua ex tuis*, tanquam ipsius repetitionem aliis tantummodo verbis expositam. Unde & Liturgia Arabica Basilij posteriorem tantum habet. Eam autem exprimit per verba temporis præsentis: † *Offerimus tibi has tuas oblationes ex eo quod tuum est.* In Græca igitur pariter accipienda sunt hæc verba, προθέντες τὰ ἀντίτυπα τῶν σωμάτων, atque sic vertenda, *proponentes antitypa corporis* in tempore præsenti, non vero, *postquam proposuimus*, in præterito. Deinde, hæc eadem verba arctam habent connexionem cum eis sequentibus, *rogamus te ut Spiritus Sanctus tuus veniat super nos & super proposita hæc dona*, τὰ προκείμενα δῶρα τοῦτα. Vocabulum autem προκείμενα est participium præsens, quod propositionem quæ in fieri sit exprimit: προθέντες itaque ei correspondens per participium præsens similiter reddendum est.

† *Biblioth. 4. Patr. edit. 4. tom. 6.*

Perronius tamen fictitiæ suæ solutionis necessitatem quatuor ratiunculis statuminare conatur.

Prima est: *quia Basilius ante verba sacramentalia proponendi vocabulo usus, illud in tempore præterito adhibuerat ac dixerat*: Reliquit nobis salutaris suæ passionis monumenta hæc quæ secundum ipsius mandata [a] proposuimus; *qua locutione designabat se de propositionis actione tanquam præterita agere*. Præclare sane. Quasi vero propositio seu collocatio panis & vini in mensa Eucharistica, de qua Basilius tanquam de re præterita loquitur in verbis ab Adversario citatis, obstaret quominus illa Deo post offerret, hisce verbis, *proponentes antitypa corporis & sanguinis Christi tui te rogamus*. Quis enim nisi stupidus hæc inter se pugnare judicaret?

a προτίθεμεν.

Secunda est: *quia Basilius constructiones variat, & tempus propositionis antityporum distinguit tanquam præteritum a tempore assistentiæ sacerdotis ad altare tanquã præsenti. Nam exprimit tempus adventus Sacerdotis ad altare per participium præsens* confidentes, *& rursus per verbum præsens* appropinquamus, *propositionem autem antityporum per participium præteritum* προθέντες, *ac proinde ostendit propositionem antityporum assistentiam sacerdotis atque ejus actionem ad altare præcessisse*. Sed simplex repetitio est eorum quæ supra dixerat, jam a nobis confutata. Respondimus enim participia aorista communiter adhiberi ad præsens tempus designandum, adeoque Basilium προθέντες ita sumere: quod & reliqua seu verba seu participia præsentis temporis cum quibus ponitur congruentissimè fieri palam indicant.

Tertia ducitur, *ex hodierna Ecclesiæ Græcæ praxi. Nam propositio donorum secundum Græcorum Liturgiam non fit in altari sacrificij vel consecrationis, sed ante, in altero minori altari ad lævam sito & ad hoc destinato, quod altare prothesεos seu propositionis appellatur. Atque ideo collocatio eorumdem donorum quæ post fit super altare sacrificij propositio seu prothesis non nominatur, sed depositio seu apothesis, nec ulla alia actionum quæ ad altare sacrificij fiunt prothesis dicitur, sed ea tantum quæ ad altare propositionis, Vbi panis & vinum proponuntur & dicuntur Deo, & figuræ representativæ fiunt corporis & sanguinis Christi per preces & Cæremonias quasdam quibus Græci sacerdotes utuntur, non vero corpus & sanguis ipsius nisi in altari sacrificij.* Id autem probat ex Hieremia Patriarcha Constantinopolitano, scriptore novitio, & ex Cabasila & Germano Constantinopolitano vetustioribus, quorum testimonia necesse non est huc adducere. Fatemur enim illos habere distinctionem prothesεos & apothesεos a Perronio memoratam: sed addimus eam esse posteriorum Græcorum novitium figmentum. Neque enim aut Basilius, aut ante Basilium ullus, aut etiam post eum per aliquot secula quis illius mentionem fecit: nec Basilij temporibus in unaquaque ecclesia duo altaria, id est, Eucharisticæ duæ mensæ fuerunt, sed unica tantum. Dualitas illa longe post ipsius obitum introducta est: unde plane iniquum est ipsius intentionem ex posteritatis degeneris additionibus exponere velle.

Quarta denique ducitur *ex Liturgia Syriaca Basilij ab Andrea Masio latine reddita. Nam ea*, inquit, *exprimit verbum*, proponere, *in præterito perfecto & ait*: Cum fiducia accedimus ut

Basilius. mus ut contingamus altare tuum Sanctum, & qui proposuimus typum corporis & sanguinis Christi tui, te rogamus, &c; *distinguens tempus propositionis tanquam præteritum, a tempore assistentia ad altare, & consecrationis tanquam præsente.* Sed primò, quis nos cautos faciet in Syro non fuisse participium præsens מקרבין [b] Syris usitatum, ex præjudicio autem ab interprete redditum per præteriti temporis Verbum? Similem enim fraudem fecit Victor Scialach in versione Liturgiæ Ægyptiacæ & Arabicæ Gregorio Nazianzeno tributæ quamquàm falsò, ut [c] opinor. Ibi enim sacerdotem inducit Deo sic loquentem: *offero tibi Domine præcepta liberationis meæ*, cum tamen in Ægyptiaco haberetur *mcymbolam*, id est, τὰ σύμβολα liberationis meæ, ut propriis oculis vidi in codice vetustissimo quem mihi ostendit doctissimus Salmasius. Deinde, ut & Masium a malæ fidei suspicione liberem, an non fieri potuit in codice Syriaco quemadmodum & in Græco, Verbum quidem fuisse præteriti temporis, sed nihilominus perinde ac Græcum προθέντες per præsens reddendum, quod Masius praxi posteriorum delusus non adverterit? Dubitandi sane causam habemus idoneam. Nam exemplar Græcum & versio Arabica Liturgiæ Basilij sicut & altera Gregorij supra citata, oblationis actualis hoc loco mentionem faciunt. Sic enim Græca paulo ante, [d] *tua ex tuis tibi offerentes secundum omnia & per omnia.* Et Arabica: *offerimus tibi has tuas oblationes ex eo quod tuum est secundum omnia & propter omnia & in omnibus.* Et altera Gregorij: *offerimus tibi hæc sacrificia tua ex ijs quæ tua sunt per omnia & propter omnia & in omnibus.* Syriaca autem hujus oblationis nihil prorsus habet, nisi in ea clausula de qua contendimus in illa loqui dicatur. Cum ergo probabile non sit rem adeo gravis momenti in ipsa esse omissam, conjectura vehemens est eam ibidem contineri, ideoque a Masio verti debuisse, *proponentes typum corporis & sanguinis Christi tui, te rogamus* &c. Denique, quis novit utrum hæc Syriaca Liturgiæ Basilij Græca versio vetus sit, an novitia & a Syris recentioribus ad temporis sui praxin, sicut & a Græcis, [e] detorta & conformata? Id Masius ipse ibidem se suspicari testatur. Imo, quis dubitet eam novitiam esse, cum in ea mentio fiat, non modò ipsius Basilij, sed & Chrysostomi & Cyrilli & multorum aliorum Basilio longe posteriorum?

Cum igitur nova illa Perronij responsio non magis firma sit quam ipsius fundamenta, quæ debilissima esse manifeste ostendimus, parvi sane illa nobis est. Concedimus tamen illi, absque ullo ad quatuor illas ratiunculas respectu, veram esse Damasceni & Epiphanij Diaconi responsionem, Basilium videlicet, ibidem panem & vinum carnis & sanguinis Christi antitypa appellare ante sanctificationem seu consecrationem. Quamvis enim illa post prolationem verborum quæ sacramentalia vocant, *hoc est corpus meum, hoc est sanguis meus*, titulo hoc insigniat, id sane fit ante orationem consecrationis quæ in Liturgia Græca immediate subjungitur: *Rogamus te & obsecramus, Sancte Sanctorum, pro beneplacito bonitatis tuæ, ut veniat Spiritus tuus Sanctus super nos & super hæc proposita dona, & ea benedicat, sanctificet & consacret, & panem efficiat pretiosum corpus Domini & Dei & Salvatoris nostri Iesu Christi, & poculum hoc ipsum pretiosum sanguinem.* Damascenum enim & Epiphanium censuisse consecrationem fieri hac oratione, non autem verbis *hoc est corpus meum, hoc est sanguis meus*, eaque ratione dixisse Basilio panem & vinum præ consecratione antitypa esse appellata, evidentissimè patet ex ipsius Epiphanij verbis. Ait enim: *quæ Basilius in sequentibus affert manifestam Patris intelligentiam reddunt, quod ante Sanctificationem appellentur antitypa.* Nam ea quæ Basilius in sequentibus affert, nihil aliud sunt quam preces quibus petit a Deo panis & vini per adventum Spiritus sui Sanctificationem & consecrationem. Unde liquet illa ante non fuisse consecrata, licet verba *hoc est corpus meum, hoc est sanguis meus*, prolata fuissent, ac proinde ea verba sanctificationis non esse operativa. Sed & indè nobis argumentum suppeditatur contra novam illam Perronij solutionem. Nam si Damascenus & Epiphanius aoristum illud προθέντες intellexissent, perindè ac Perronius, de tempore præterito, quamobrem Epiphanius probaturus Basilium panem & vinum Eucharistiæ antè consecrationem antitypa nominasse, non urget vim Aoristi præterito tempore sumendi, sed aliud medium adhibet, aitque Basilij mentem ex sequentibus patere, nimirum ex oratione qua consecratio petitur? Ignorabant illi, scilicet, quæ vis foret hujus participij προθέντες; aut potius probè callebant illud ibi fungi participij præsentis tempore, ideoque ad aliam solutionem confugiebant. Ea tamen pace illorum libere dixerim, erronea & nulla est. Nam nulla typica & sacramentalis qualitas contingit pani & vino, præterquam ex consecratione: *Noster enim panis & Calix*, inquit [a] Augustinus, *certa consecratione mysticus fit nobis, non nascitur*; & cum Augustino Veteres omnes asserentes, panem & vinum ante consecrationem nihil esse nisi panem communem & vinum simplex. Ac proindè necesse est Basilium illa præ consecratione antitypa appellantem, hac appellatione per anticipationem esse usum & præsuppositio consecrationis respectu. Commentum enim est Græcorum posteriorum absurdum & infrunitum, panem & vinum ante consecrationem esse typos corporis

[b] Exod. 25. 36.

[c] *Mentionem facit ipsius met Gregorij & Cyrilli, &c. Vid. ad margin. notam Victoris Scialach.*

[d] τὰ σὰ ἐκ τῶν σῶν προσφέροντες κατὰ πάντα, καὶ διὰ πάντα.

[e] *Vid. Not. Margin. Andreæ Masij, in hunc locum.*

[a] *Contr. Faust. l. 20. c. 13.*

Basilius.

Catholicis Scriptoribus Basilius, Ambrosius, Hieronymus, Augustinus, Chrysostomus, Cyrillus, Theophylactus, Theodoretus, Damascenus, Anselmus, Bernardus, Petrus Damianus, & alii innumerabiles, quos recitare longum esset.

CAPUT VI.

De ore spirituali & Spirituali cibo.

SUPEREST, ut dicam, quomodo Christus ore spirituali, & spirituali cibo sumatur. Ore spirituali sumitur Christus, quia fide, quæ est spiritualis oculus animæ, videtur, & per eam in animam recipitur. Spirituali cibo sumitur, quia non in ventrem, sed in animam per fidem recipitur. Nam sicut ore corporali sumitur cibus corporalis, quia per os in ventrem recipitur: ita ore spirituali sumitur cibus spiritualis, quia per fidem in animam recipitur. Et sicut cibus corporalis ventrem replet, & sustentat: ita cibus spiritualis animam replet, & sustentat. Et sicut cibus corporalis ventrem non replet, nisi ore corporali sumatur: ita cibus spiritualis animam non replet, nisi ore spirituali sumatur. Et sicut cibus corporalis ventrem non sustentat, nisi ore corporali sumatur: ita cibus spiritualis animam non sustentat

Basilius. *qui Competentes non erant.* Quod nos jam in Hilario supra probavimus ex variis Veterum locis, & infra in Augustino, Deo dante, amplius ostendemus. Sed stupenda est Bellarmini vel cæcitas vel incuria, qui non deprehendit Basilium hoc loco loqui, non modò de Eucharistia, sed & de baptismo, & de oleo unctionis, ac alijs ejusmodi, ac ibidem exponere qua de causa extraneis vulgo celarentur, quia videlicet, inquit, [n] *Veteres probe edocti erant venerationem mysteriorum silentio conservari.*

n πάλιν ἐκεῖνα διδάσκομεν τῶν μυστηρίων τὴν σεμνὴν σιωπὴν φυλάττεσθαι. a *Regul. 8. c. 2.*

Tertia ducitur ex moralibus, *ubi*, inquit Perronius, *postquam Basilius pro regula posuisset,* [o] quod in ijs quæ dicuntur a Domino dubitandum non est aut hæsitandum, sed omne Dei verbum verum & possibile esse certo statuendum est, licet natura repugnet: in hoc enim consistere certamen fidei; *inter Cæteras propositionis hujus probationes, exemplum affert Capernaitarum qui dubitarunt, & quasiverunt quomodo Dominus carnem suam illis manducandam dare posset, severeque fuerunt reprehensi.* At, inquit, [p] *quænam est repugnantia naturæ & quodnam fidei certamen, hæc verba intelligere, non secundum litteram, sed juxta figuram & allegoriam?* Nulla sane repugnantia in iis qui sic intelligunt, quoniam intelligentia tollit repugnantiam omnem, fideique certamen abrumpit: At in non intelligentibus, quales erant Capernaitæ juxta litteram illa sumentes, magna erat repugnantia, natura quippe ἀνθρωποφαγίαν ut barbaram abhorrente. Cum igitur Capernaitæ propter barbariem illam quam ex verbis Dominicis necessario profluere imprudenter existimabant, quod de carnis suæ manducatione dixerat, impossibile censerent; monet Basilius, verba Dominica propter apparentem in illis repugnantiam quam tollere non valeamus, non ideò esse in dubium revocanda, sed fide suscipienda ut vera & possibilia, eorumque deinde sensum studiosè & humiliter quærendum & inveſtigandum. Sic & Augustinus alicubi: [c] *si quid in scripturis audiat quod carnaliter sonet, etiam si non intelligit, credat tamen Spirituale aliquid significari.* Et ipsemet Basilius: [d] *prius oportet fide simplici credere scripturis, quia divinitus inspirata & utiles sunt, deinde subtiliter & accurate intelligentiam in eis deliteſcentem scrutari.* Et rursum in libris de baptismo sibi quæstionem hanc proponens, *an omni verbo Dei credendum sit, sibique persuadere plenitudine fidei vera esse quæcumque dicit, quamvis reperiatur aliquod opus aut verbum seu Domini, seu Sanctorum quod videatur contrariè se habere;* respondet: [e] *si mandatum nobis detur, nec quomodo implendum sit exponatur, obsequamur Domino dicenti, Scrutamini scripturas, & imitemur Apostolos a Domino ipso quærentes dictorum suorum interpretationem: atque ex ijs quæ ab eo alio in loco dicta sunt, discamus quod verum ac salutare est.* Quid autem hoc facit ad probandum manducationem carnis Dominicæ juxta Basilij mentem propriè & secundum litteram accipiendam esse? Posset enim argumentum, simile Perroniano, formari super id quod Dominus inquiebat, [f] *colligite vobis thesauros in cælo*, concludique, ea verba secundum litteram esse a nobis intelligenda, quandoquidem [g] Basilius illa enumerat inter præcepta quæ simplici fide credenda esse asserit. Quis autem ferret hominem adeo ἀνεπιλογίστως & inepte disputantem? Basilium autem, carnis Christi manducationem Spiritualiter & fide fieri, supra audivimus multis in locis affirmantem.

b *De Sancto Augusti. c. 10.*

c *De Catechizand. rudib. c. 26. vid. & Nyssen. præfat. in Cantica. & Chrysost. in Ioan. homil. 47. in græco.*

d *In Esa. c. 7.* ἐπειδὴ δεῖ πάλιν πίστιν πίστει χρῆσθαι, ὅτι θεόπνευστος ἡ γραφή, ἵνα καὶ ἡμεῖς τὸ ἐφικτὸν τοῦ νοήματος ἀντλῶμεν τῆς διανοίας.

e *De bapt. l. 2.* ἀπὸ ποίου ἐφικτὸν δεῖ, πᾶσι τοῖς ῥήμασι μὴ ἐναντιοῦσθαι, ἀκριβῶς ἐξετάσαντας τὸ εὐαγγελικὸν λόγιον, ἐρευνᾶτε τὰς γραφάς, καὶ μιμησόμεθα τοὺς Ἀποστόλους αὐτὸν τὸν κύριον ἐπερωτήσαντας τὸν ἐξηγήσασθαι τὰ παρ' αὐτοῦ εἰρημένα, καὶ τὰ παρ' αὐτῷ ἐν τῷ ἑνὶ τόπῳ εἰρημένα μανθάνοντας τὸ ἀληθὲς καὶ σωτήριον.

Quarta objectio præcedentibus speciosior ducitur à libris de baptismo, *ubi Basilius sic loquitur*, inquit Bellarminus: [h] *Si tales mihi adversus eos posita sunt qui temere ad ea Sacra accedunt, quæ ab hominibus sanctificantur, quid dicendum est de eo qui in tantum ac tale mysterium (Eucharistia) temerarius est? Quantò enim majus aliquid is est templo, secundum Domini vocem, tanto gravius & terribilius est in anima impuritate constitutum corpus Christi temere contingere, quam sit accedere ad arietes vel tauros*, &c. Unde Bellarminus & Perronius varia deducunt argumenta, & quidem (ut ipsi sibi persuadent) insolubilia.

Primum est ex eo quod Basilius ait, eos qui in impuritate animæ constituti sunt, hoc est, impios & indignos quandoque comedere corpus Christi: Nam impij & indigni & in impuritate animæ constituti; Christi corpus fide & anima comedere non possunt. Ore igitur manducant; quod fieri non potest nisi in Eucharistia realiter præsens sit. Respondeo, Adversarios falso præsupponere corpus Christi de quo Basilius ibi loquitur, de proprio Domini corpore intelligi: *Dominus* enim *quod ad corpus illud attinet*, inquit ipse; Basilius, *in cœlis nunc esse cognoscitur*, non igitur amplius in terra; sed loquitur de corpore typico & symbolico, hoc est, de corporis sacramento, de quo Augustinus: [k] *Pene quidem sacramentum omnes corpus ejus dicunt.* Concedimus enim ejusmodi Domini corpus posse ab indignis, ab impijs, & impuris, & ad judicium comedi, idque Basilium [l] multis in locis docere. Nam differt a proprio corpore tanquam signum à re significata, tanquam antitypum ab exemplari quod refert: idque Basilius ipsemet innuit, modo dicens corpus Christi indigne tractari & ad judicium edi, interdum [m] *puritatem mysteriorum contaminari*, & [n] *terribile judicium habere qui ad sancta accedit indigne*, & *absque ulla gratiarum actione accedit ad tale mysterium.*

f *Matth. 6. 20.*

g *De baptis. l. 2. interrog. 4.*

h *De bapt. l. 2. q. 2.* ἐὰν τοίνυν ἀπειλὴ κεῖται, &c. ἐὰν γὰρ πλείων ἢ ἐκεῖ ἀδὴ κεῖται καὶ τὸν ἔνοχον φωνῇ, ὅσῳ τὸ ἀνώτερον ἢ φοβερώτερον τὸ τοῦ μυστηρίου ψυχῆς πλείονος ἅψασθαι τοῦ σώματος καὶ αἵματος κυρίου ἢ πόδας. Idem & q. 2. & in reg. brevior. interr. 309.

i *Constitut. Monast. c. 4.* Καὶ κυρίου θάνατον τὸ ἀναξίοις εἶναι καὶ τοῦ σώματος κοινωνοῖς.

k *De Verbis Dom. secund. Ioann. serm. 53.*

l *Moral. regul. 21. c. 1. & regul. 80. c. 21 & in regul. brevior. interrog. 172.*

m *In Esa. 1. 31.* τὸν τοιοῦτον πάλιν μυστηρίων καταγνώσεται.

n *De bapt. l. 1. c. 3.* κρίμα φοβερὸν ἔχει ὁ τῶν μυστηρίων ἁγιασμὸς καὶ πνευματικὴ ἐνέργεια καὶ ἀναξίοις αὐτοῖς γενόμενος. Εἰ infr. ἀγαθὸν τοῖς ἀναξίοις, τὸ ἁγίου μυστηρίου, τὸ κρίμα ἴσχει.

Secundum argumentum quo probare satagunt

Matthæi. capite 26. Marci capite 14. Lucæ capite 22. Ioannis capite 6. Pauli ad Corinthios prima capite 11. Quæ omnia ita sunt inter se conformia, ut nihil in eis reperiatur, quod non ad eandem fidem pertineat. Nam quod Matthæus, Marcus, & Paulus, Hoc est corpus meum, Lucas autem, Qui pro vobis datur, Ioannes vero, Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus, nihil ad rem pertinet. Quia quod Lucas dicit, Qui pro vobis datur, idem est ac si dixisset, Hoc est corpus meum. Quod Ioannes dicit, Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus, idem est ac si dixisset, Hoc est corpus meum. Quod Matthæus, Marcus, & Paulus, Hoc est corpus meum, idem est ac si dixisset, Qui pro vobis datur. Quod Lucas dicit, Qui pro vobis datur, idem est ac si dixisset, Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus. Quod Ioannes dicit, Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus, idem est ac si dixisset, Hoc est corpus meum. Quod Matthæus, Marcus, & Paulus, Hoc est corpus meum, idem est ac si dixisset, Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus. Quod Lucas dicit, Qui pro vobis datur, idem est ac si dixisset, Hoc est corpus meum. Quod Ioannes dicit, Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus, idem est ac si dixisset, Qui pro vobis datur

Basilius.

ptismorum scilicet legalium & nostri) *quanta inter somnia & veritatem, inter umbras & imagines & veritatem subsistentem.* Imo & in hoc ipso opere quemadmodum ait, corpus illud Christi de quo agit comparatum tauris & arietibus, esse p *excellentiæ incomparabilis*, similiter & de baptismo nostro reliquis collato, q habere, *incomparabilem excellentiam & ex uberantiam gloriæ:* apertissime indicans ingentem quidem differentiam intercedere inter sacramenta nostra & vetera, inter baptismum nostrum & baptismata legalia, inter Eucharistiam nostram & veteres arietes & tauros, sed eam non consistere in ipsa sacramentorum substantia, (baptismus enim noster substantialiter aqua est, sicut & veterum baptismata) verum in gloria & abundantia virtutis. Nostra enim sacramenta sunt *virtute majora*, inquit r Augustinus. Sic igitur Basilij propositum non est asserere, tantam esse differentiam inter hostias templi & Eucharistiam, quanta est inter Christum & templum secundum affirmationem Domini, (verba enim Domini secundum proprium eorum sensum non hic applicat, sed analogice tantum perinde ac in baptismo) sed tantummodò sacramentum Eucharistiæ supra templum & arietes tauroscue veteres in eo oblatos extollere, ut pote virtute & abundantia gratiæ longe præstantius, atque inde concludere periculosius esse ad id indigne accedere, quam ad tauros & arietes nullius aut exiguæ virtutis & sanctitatis illi comparatos.

p *De bapt. l. 2. q. 2.* ἀναγκαῖον ὃ ὑπερέχει.
q *De bapt. l. 1. c. 2. supra citato:*
r *Contr. Faust. l. 19. c. 13.*

Sed urget Bellarminus, *Basilium in sequentibus monere ut sumpturi Eucharistiam diligentissimè purgemur a sordibus peccatorum, ne incidamus in peccatum eorum qui Christum occiderunt.* Verba Authoris sunt: s *Mundemus nos ab omni inquinamento*, &c, *& sic ad sancta accedamus, ut fugiamus judicium eorum qui occiderunt Dominum.* At, inquit Bellarminus, *ista comparatio indigne communicantium cum illis qui Christum occiderunt, cogit omnino, ut intelligamus vere & realiter corpus Christi contineri in Eucharistia. Nam ideo comparantur inter se ista peccata, quia utrumque attingit Christum in seipso; & Christum, non ut est in cœlo, sed ut est in Eucharistia, quia impij non possunt Christum attingere, ut est in cœlo, sed solum ut est in Eucharistia.* Sed hæc mera somnia sunt. Nam commune Veteribus est ad majorem delictorum & criminum exaggerationem, eorum comparationem συγκρίνειν instituere cum illorum facinore qui Dominum crucifixerunt, quamvis ea peccata Christum in seipso non attingant. Sic enim Apostolus ad Hebræos ait, t *eos qui post veritatis agnitionem prolabuntur, rursum Christum crucifigere.* Sic Author Constitutionum affirmat illos, u *qui initiatos iterum baptizare tentant, Dominum denuo crucifigere.* Sic Hilarius Diaconus: a *Cum mensæ Dæmoniorum communicat*, &c, *corpus Domini crucifigit.* Sic Chrysostomus: b *qui edit panem & bibit calicem Domini indigne, reus erit corporis & sanguinis Christi*, &c, *Quare? quia effudit illum.* Sic Augustinus: c *Minus peccaverunt Judæi Christum crucifigentes in terra ambulantem, quam qui contemnunt in cœlo sedentem.* Sic Cyrillus Hierosolymitanus: d *Si quis vestrum blasphemiæ verbum Christum crucifixit*, &c, *bene speret modò pœnitentiam agat.* Sic Synesius loquens de quodam Andronico qui crudelissimas leges foribus templi affigi jusserat: *dies ille*, e inquit, *secundam crucem Deo intulit.* Sic Theodoretus: f *qui in templa Deo dicata profanas manus extendunt ad eorum contumeliam aut destructionem*, &c, *punitionem recipient quemadmodum in Deum ipsum audaciam exerentes.* Sic Fulgentius de eo qui pœnitentiam negligit: g *In eo deterius peccavit quam si Christum occidisset, in quo tempus neglexit congruum, quod est remissioni peccatorum Longanimitate divina concessum.* Sic Primasius: h *apud multos etiam Christus occiditur, sive qui eum resurrexisse non credunt, sive qui apud se vitijs damnabilibus negant.* Sic denique ipsemet Basilius ait: i *eos, qui, postquam Christum per baptismum induerunt, peccato se mancipant, proculcare corpus ejus & sanguinem testamenti profanum ducere.* Quidni ergo quoque diceret, eos qui ad Eucharistiam, quæ Christi typicum corpus est, seu signum corporis ejus, cum immunditia accedunt, severè punitum iri instar illorum qui Dominum occiderunt, quamvis ipsummet Dominum in se non attingant? *Quisquis enim*, inquit k alibi, *regiam imaginem contumelia afficit, condemnatur tanquam in ipsum regem delinquens.*

s Χριστόν δὲ πάντος μολυσμοῦ, &c. ἵνα ὄντως συστοιχήσωμεν θείοις ἁγίοις, ἵνα φύγωμεν τὸ κρίμα τῶν φονευσάντων τὸν κύριον.
t *Hebr. 6. 6.*
u *Lib. 6. c. 15.* τοὺς μεμυημένους αὖθις βαπτίζειν ἐπιχειροῦντες, ἀνασταυροῦν τὸν κύριον.
a *Apud Ambros. in 1. Cor. 10.*

Ephræm Edessenus

b *In 1. Cor. hom. 27. & ad Colos. hom. 3. Et hom. 37. in Matth in Latino. vid. & Author. Operis imperf. in Matth. hom. 35.*
c *In Psalm. 68.*
d *Cateches. illum. 3.* εἴ τις ὑμῶν λόγοις βλασφήμοις ἐμέμψατο ἢ χερσὶν, &c. ἐπλήττετο ἴσως μετανοῶν.
e *Epist. 58.* ἐπειδὴ τὰ ἐμέσματα ἐπανοίγει φησὶ τὸ δεύτερον σταυροῦν τὸν θεόν.
f *Libello adversus eos, qui quærunt qualem pœnam Judæi daturi sint*, &c. *inter Athanasij opera.* ἐφ' ὕβρει τῆς τιμῆς τοῦ ἁγιάσματος ἐπανέστησαν τῷ χριστῷ ἀφ' ὕβρει τοῦ ἁγιάσματος ἐπανέστησαν ἐφ' ὕβρει τῆς τιμῆς, &c. οὕτω δηλαδὴ ὡς τῷ θεῷ τὴν τίλλοντες ἐπανέστησαν.
g *De remiss. peccat. l. 2. c. 17.*
h *In cap. 2. Apocal.*
i *In Esa. 3. supr. citat.*
k *In Esa. 13.* ὁ βασιλικὴν εἰκόνα προσβάλλων, οὐκ εἰς αὐτὸν ἁμαρτάνων τὸν βασιλέα κρίνεται.

Examen Testimoniorum a *Ephræm Ecclesiæ Edessenæ Diaconi.*

a *Florebat eodem tempore quo Basilius.*

CAPUT I.

EPHRÆM, inquit, b Hieronymus, *Edessena Ecclesiæ Diaconus, multa Syro sermone composuit, & ad tantam venit claritudinem, ut post Lectionem scripturarum, publice in quibusdam Ecclesiis, ejus scripta recitentur.* Editi autem Latine sunt temporibus nostris a Gerardo Vossio tomi tres operum ejus ab eo ex Græcis manuscriptis codicibus qui Romæ sunt, conversi, multipici sane nomine nobis suspecti. Primò enim quamvis suppositium fragmentum sub Amphilochij nomine a Vossio editum referat Basilium precibus suis miraculose & absque labore donum linguæ Græcæ Ephræm a Deo impe-

b *In Catalogo.*

Ephræm Edeſſenus

traſſe, eumque Sacerdotem ordinaſſe, utrumque tamen falſum eſſe teſtantur Theodoretus & Sozomenus, ille inquiens, [a] *Ephræm contra Adverſariam veritati doctrinam ſcripſit lingua uſus Syriaca*; hic autem: [b] *obijt*, inquit, *& quamvis in ordine Clericali ad Diaconatum modò conſcendiſſet, non minus tamen celebris per virtutem fuit apud omnes, quam illi qui propter Sacerdotium, &c, in admiratione fuerunt.* Syra igitur lingua cum ſcripſerit, quæ ejus jam habentur è Syro primum in Græca, deinde ex Græcis in Latina converſa eſſe neceſſe eſt. At quis nos certos reddet, Græca omnia quæ jam extant è Syro conuerſa fuiſſe? Nonnulla enim Græcè primitus ſcripta fuiſſe, ac proinde Ephræm falſo affixa, patet tum ex eo quod [c] Irenæi & Athanaſij ipſiſſima verba ſine ulla mutatione in illis citentur, ut jam pridem ex noſtris obſervarunt viri [f] doctiſſimi; tum ex eo quod in quibuſdam alluſiones ſint ad Græca vocabula, ut quando in Encomio Baſilij Author ait, Baſilium eſſe *baſin fidelium*, & *baſin virtutum*, quæ poſteriora verba Voſſius vertit *greſſum virtutum*, cum tamen in Scholijs notet Græca manuſcripta habere ἡ τῶν δρετῶν βάσις, perinde ac in præcedentibus. Rurſum, quis nos cautos faciet, Ephræm nactum eſſe, aut ſat fidos, aut ſat peritos interpretes Græcos, cum ignoti prorſus ij ſint? Quænam etiam & fides eſt, verſionem illam Græcam quæ Romæ habetur, valdè eſſe veteſtam, nec fortè Græcorum eſſe ab Ephræm ætate longè remotorum? Ait quidem Voſſius in uno codicum reperiri, eum deſcriptum eſſe Διὰ χειρὸς Ϝ Ἰωνᾶ Ϝ ἁμαρτωλῆ ἐν τῷ ἔτει τῆ κυρίᾳ Φ. λ. α. κατ' ἐπιταγὴν τῆ ὁσιωτάτυ καὶ πνευματικῆ ἡμῶν πατρὸς Νίκωνος, *per manus Ionæ peccatoris anno Domini 531. juſſu ſanctiſſimi ſpiritualiſque Patris Nicons.* Sed quamvis codex is id habeat, ſuſpectus tamen valde eſt, tum propter ſuppoſititium Amphilochij fragmentum quod pariter habet, tum quia hiſtoria Eccleſiaſtica tanti illius viri Niconis nullam prorſus ad initium ſeculi ſexti mentionem faciat. Nico enim ille, cujus fragmenta habemus [g] in Bibliotheca Patrum, recenſetur a [h] Binio inter Viros ſeptimi ſæculi; male tamen, cum non vixerit ante decimum, ſi quidem mentionem facit [i] Nicolai Patriarchæ Conſtantinopolitani, cujus nominis primus poſt annum Domini milleſimum Patriarcha conſtitutus eſt. Denique, nec valde fidimus Voſſij ipſius Latinæ ex Græco verſioni. Una enim cum operibus Ephræm edidit orationem quamdam ſub Chryſoſtomi nomine, in qua mentio fit Dionyſij Areopagitæ tanquam *volucris cœli*, eamque, ut veriſimilius illi affingeret, in verſione ſua corrupit, prout [k] ſupra obſervavimus. Qui autem in uno infidelis eſt, ſuſpectus eſt in omnibus. Unde enim nobis conſtare poteſt eum in Ephræm operibus fuiſſe fideliorem, ac præcipuè Romæ ſcribentem, ubi indices expurgatorij quotidie fiunt? Deinde; quemadmodum dari poteſt, aliqua vere Ephræm eſſe in ijs operibus, ut tractatum *de Margarita*, è quo [l] Leontius & [m] Ephræm Antiochenus aliqua adducunt, *teſtamentum* item, licetvalde [n] interpolatum, è quo Gregorius [o] Nyſſenus nonnulla profert, & fortè orationes aliquas a [p] Photio memoratas, de quarum nihilominus integritate nihil certi habemus, plurima tamen ibi ſunt ab Ephræm genio valde aliena. Teſtatur enim [q] Hieronymus ſe in ejus *de Spiritu Sancto Græco volumine, quod quidam de Syriaca lingua verterat, acumen ſublimis ingenij etiam in tranſlatione cognouiſſe.* Idem & fere Baſilius obſervat de alio ipſius opere. Gregorius quoque Nyſſenus ait: *Omnia ejus ſcripta & opera demonſtrationibus plena eſſe.* In hiſce vero operibus [r] infinita leviſſima ſunt, & acumen ſublimis ingenij minime redolentia, ut cuivis legenti facile erit judicare. Sed, eſto; genuina ſint, ut volunt Adverſarij. Facile eſt oſtendere Ephræm, ſive Authorem (quiſquis ſit) eorum operum, in Euchariſtica noſtrum eſſe controverſia.

Nam in tractatu de natura Dei curioſè non ſcrutanda, *Diligenter intuere*, inquit, *quomodo in manibus panē accipiens benedixit ac fregit in figuram immaculati corporis ſui, calicemque in figuram pretioſi ſanguinis ſui benedixit, deduque Diſcipulis ſuis.* Locum ſane egregium! in quo quatuor obſervanda ſunt. Primū eſt, conſecrationem panis & vini benedictione fieri, non igitur verbis *hoc eſt corpus meum, hoc eſt ſanguis meus.* Alludit enim ad benedictionem, cujus in Euchariſtiæ inſtitutione Evangeliſtæ meminerunt, quæ præceſſit horum verborum prolationem. Secundum eſt, Dominum in Euchariſtia panem accepiſſe, benedixiſſe, fregiſſe, ac dediſſe. Panis igitur adhuc eſt in ipſa diſtributione, hoc eſt, poſt conſecrationem, poſt quam tantummodo diſtribui ſolet. Tertium eſt, panem illum eſſe figuram corporis Domini: non igitur proprie & ſubſtantialiter corpus ipſum Dominicum. *Fieri enim non poteſt*, inquit [s] Gregorius Nazianzenus, *ea, quæ repræſentant, ad totam rei veritatem plane pervenire.* Et Gaudentius; [t] *Figura non eſt veritas; ſed imitatio veritatis.* Quartum denique eſt, horum verborum *hoc eſt corpus meum*, ſenſum eſſe: *hic panis quem accepi, benedixi & fregi, eſt figura corporis mei.* Manifeſtum enim eſt, Ephræm in hiſce Domini verbis pronomen *hoc* de pane intelligere, ac verba *eſt corpus meum* de figura corporis ſumere. Nam quomodo inde exſculpere poſſet, Dominum panem fregiſſe ac dediſſe in figuram corporis ſui, niſi intelligeret Dominum dicere voluiſſe, hic panis fractus eſt figura corporis mei? Ineluctabile prorſus argumentum, [u] quod Adverſarij nec reſpondent nec reſpondere poſſunt. Ad tertium vero, duo ſubterfugia

Ephræm Edeſſenus

c *Hiſtor. l. 4. c. 27.*
d *Lib. 3. c. 15.*
e *De virtut. c. 8. & in verbo attende tibi ipſi, cap. 10.*
f *Rivet. in Critic.*
g *Edit. 4. tom. 3.*
h *In Epiſt. ad Enchyſtiū*
i *In Indic. Chronolog.*
k *In examine Pſeudo-Dionyſij.*
l *Contr. Neſtor. & Eutych. l. 1.*
m *Apud. Phot. Cod. 229.*
n *Confer. teſtam. cum narratione ad Monach. de ſua Converſione. Item, cum Confeſſione & ſui reprehenſione.*
o *Orat. in Ephram.*
p *Cod. 196.*
q *Vbi ſupra. Baſil. in Hexaem. hom. 2. Nyſſenus in Ephram.*
r *Vid. de variis tormentis inferni, & alibi paſſim.*
s *Orat. 37.* ἀδὶ γὰρ ἀδύνατον τὰ ἀναζωμένων ἀδὶ ἀσὶν πᾶσαν ἰκανὸν ἐξομοιῶσαι τὰ μιμούμενα τῷ μιμηθέντι.
t *In Exod. tract. 3.*

Ephræm Edeſſenus

fugia Coffetellus affert, quibus & tertium addit Voſſius.

u *Des mom du S. Sacrem. c. 20.*

Reſpondet enim ille primo: u *Euchariſtiam duas facies habere, unam externam & accidentalem, qua oculis noſtris proponit imagines panis & vini ſub quibus Dominus donare nobis voluit corpus & ſanguinem ſuum, juxta quam vere figura eſt, ſignum & ſymbolum; Alteram internam & eſſentialem, ſecundum quam continet carnem hanc & ſanguinem, quorum ſigna ſacramentalia imagines ſunt.* At quid hic monſtri nobis confingit de duabus faciebus Euchariſtiæ, quarum una externa ſit & accidentalis, altera autem interna & ſubſtantialis? Interna enim facies alicujus rei non minus accidentalis eſt quam externa; perinde ac recta & poſtica panni ſuperficies. Sic decebat mendacium nugatoria diſtinctione incruſtare. Senſus autem illius eo redit, ut per panem quem Ephræm ait Dominum fregiſſe & dediſſe in figuram corporis ſui, intelligantur accidentia panis, non vero panis ſubſtantia. Abſurdiſſimè profectò. Nam, ut præteream accidentia panis non magis panem eſſe quam albedo hominis homo ſit, nec niſi inepte affirmari poſſe Lineas mathematicas & colores abſque ſubjecto frangi poſſe, cũ accidens ſecundum philoſophos accidenti non accidat, niſi in quantum ambo eidem ſubjecto conveniunt; dico, non modo Veteres nunquam obſervaſſe eſſe in Euchariſtia accidentia panis abſque panis ſubſtantia, ſed & Ephræm aperte docere ſe de pane propriè dicto & ſubſtantiali lòqui, quando ait Dominum panem fregiſſe & dediſſe in corporis ſui figuram. Loquitur enim de pane quem ſecundum Euangelium in manibus acceperat. Negari autem non poteſt, verum illum panem fuiſſe quem acceperat & benedixerat. Nec juvaret excipere, panem illum per benedictionem alium factum fuiſſe. Nam verum quidem eſt aliud factum fuiſſe, videlicet, ex communi benedictum & ſacrum, id eſt, figuram ſacramentalem corporis Domini: ſed eumdem tamen ſubſtantia remanſiſſe, patet ex loquendi formula, *Dominus in manibus panem accipiens benedixit ac fregit in figuram immaculati corporis ſui, &c, deditque Diſcipulis ſuis.* Ea enim plane docet de eodem ſubſtantiali ſubjecto hæc omnia in eadem ſermonis ſerie enuntiari: nec ullum proferri poteſt ſimilis locutionis exemplum, in quo res aliter ſe habeat. Nam, quam ridiculus foret hic ſenſus: *Dominus accepit verum panem ſubſtantialem & benedixit & fregit*, & deinde *dedit*, id eſt, *dedit non verum panem, ſed accidentia panis*? Dedit enim eum panem quem fregerat, benedixerat & acceperat, non alterum. Differentia tantum in qualitate eſt. Nam panem communem accepit, ſed eum fregit & dedit benedictione ſanctificatum, id eſt benedictum & ſacramentalẽ effectum, non reſpectu ſimpliciter accidentium ſuorum (totus enim panis ſubſtantia & accidentibus conſtans benedictionem accepit) ſed ſubſtantiæ etiam ipſius.

Ephræm Edeſſenus

Reſpondet ſecundò Coffetellus, *Euchariſtiam integram comparatam corpori Chriſti in cruce extenſo & ſupplicys Lacerato, ac ſanguini pro peccatorum noſtrorum expiatione effuſo, figuram dicti corporis & ſanguinis Chriſti, quæ ſub alia forma repræſentat.* Quam obſcurè, quam latebroſè! Mens ejus eſt; per panem de quo Ephræm ait, Dominum eum dediſſe in figuram immaculati corporis ſui, intelligi Euchariſtiam integram; id eſt, non modò accidentia panis, quæ ſupra faciem externam Euchariſtiæ nominabat, ſed & cum illis corpus ipſummet Chriſti ſubſtantiale, glorioſum & inviſibile ſub iis deliteſcens; ac utraque ſimul figuram eſſe ejuſdem corporis, proùt in cruce olim fuit, viſibilis & extenſi. En myſterium quod tegit hiſce Verborum involucris. Abſurdiſſimum autem eſt, atque a Veterum mente prorſus alienum. Nam, ut mittam accidentia de quibus ſat ſupra diximus, conſtans eſt veterum ſententia, *quicquid inviſibile eſt, prorſus incorporeum eſſe*, & è contra. Id enim diſertè aſſerunt Methodius, Euſtathius Antiochenus, Didymus, Author Libri de ſacro-Sancta Trinitate inter Cyrilli opera, & Vigilius ſeu potius Gelaſius Romanus, a nobis *b* alibi citati. Quibus & jam addo Gregorium Nyſſenum maximum Ephræm admiratorem, qui ait: *c Corpus non eſt quod colore, forma, ſoliditate, ſpatio, gravitate & cæteris attributis præditum non eſt.* Et Titum Boſtrenſem obſervantem: d *Omne quod ſub aſpectum cadit, cum ſit corpus, natura oppoſitum eſt inaſpectabili & incorporeo, cujus opus eſſe poteſt, & quidem opus valde admirabile, ſimilitudinem verò nullam habere poteſt cum inviſibili & incorporeo.* Quomodo igitur Ephræm intelligere poſſet per panem corpus ipſum Chriſti glorioſum & inviſibile? Deinde, Veteres ſimiliter docent, nihil eſſe poſſe ſuùipſius imaginem & figuram; ut ex innumeris illorum teſtimoniis *e* ſupra a nobis adductis, prolixè comprobavimus. Unum; Auguſtinum impræſentiarum afferam: *Quid abſurdius, f* inquit, *quam imaginem ad ſe dici?* Qui ergo diceret Ephræm, corpus Chriſti prout eſt in Euchariſtia, eſſe ſui ipſius figuram, & imaginem prout erat olim in cruce? Repugnat quoque ipſa ſignorum natura: *Signum* enim, inquit *g* Auguſtinus, & cum eo *h* Origenes, *i* Caſſiodorus & *k* Sedulius, *eſt res præter ſpeciem quam ingerit ſenſibus, aliud aliquid* (Nota, aliquid aliud, non ergo ſeipſam) *ex ſe faciens in cogitationem Venire.* Denique res ipſa clamat, ridiculum omnino eſſe, rem inviſibilem rei viſibilis figuram conſtituere: *quomodò*, enim, *l* inquit Nyſſenus, *ex inviſibili cognitionem viſibilis quis faciet?* Corpus autem Chriſti ſecundum Adverſarium in Euchari-

In Euſtathio ſupra.

c *De opific. hom. c. 24.* Οὐκ ἐν σῶμα, ὃ τὸ χρῶμα, καὶ τὸ σχῆμα, καὶ ἡ ἀντιτυπία, καὶ ὁ ἀριθμὸς, καὶ τὸ στερεὸν, καὶ τὰ λοιπὰ τὰ ἰδιώματα.

d *Const. Manich. l. 2. vide & Nazianzen. de Theolog. Orat. 2.*

e *Vid. in examine Conſtitut. Clement. & Euſebij.*

f *De Trinit. l. 7. c. 1.*

g *De Doctr. Chriſt. l. 2. c. 1.*

h *In 4. ad Roman.*

i *In Pſalm. 134.*

k *In 4. ad ad Roman.*

l *Contr. Eunom. l. 1. & Gretzero ibi dicto.*

Ephræm Edeſſenus

Euchariſtia inviſibile eſt: non poteſt igitur ſui viſibilis repræſentatio & figura eſſe. Ut præteream, Ephræm ipſum aperte teſtari ſe loqui de pane quem Dominus fregerat, & in confeſſo ſit apud omnes Dominum proprium ſuum corpus in Euchariſtia non fregiſſe. Nec juvaret excipere, quod innuit Coffetellus, corpus quidem Chriſti per & ſe & ſolitarie ſumptum prout eſt in Euchariſtia, non eſſe ſuiipſius figuram, ſed conjunctum cum accidentibus panis. Nam inde tantum patet, accidentia ſecundum illum, eſſe figuram corporis Chriſti, quod in ſolutione præcedente jam repoſuerat per naturam externam Euchariſtiæ, non autem corpus Chriſti ſuimet figuram eſſe, quod in hac ſubjungit.

Sed præter hæc duo Coffetelli effugia, quorum priore utitur & [m] Voſſius, hic quoque aliud ex Innocentio Papa ſuperaddit, adhuc magis in ſulſum: *ſi quia figura*, inquit, *eſt ſacramentum altaris, veritas eſſe negatur; Ergo nec mors nec reſurrectio Chriſti veritas eſt, ſi quidem eas imaginem & ſimilitudinem eſſe tradit Apoſtolus: quin & Petrus exemplum in ſua paſſione Chriſtum nobis reliquiſſe ſcribit*, &c. Nam nec Paulus mortem ac reſurrectionem Domini imaginem & ſimilitudinem appellat, ut ſupponit bonus Pontifex; tantumnodò ait, [n] *Si complantati facti ſumus ſimilitudini mortis ejus; reſurrectionis pariter erimus*; Nec Petrus Dominum exemplum appellat [o] eo quem innuit loco, ſed tantum, *Dominum* ait, *exemplum nobis reliquiſſe*; quæ longè aliud innuunt quam Adverſarius ineptè obtendit: nec quamvis uterque illud ipſum aſſereret, id ei foret propitium. Mors enim Chriſti mortis Chriſti imago non foret, ſed rei alterius, nec reſurrectio Chriſti rurſum ſuiipſius imago: Ac proinde cum Euchariſtia figura corporis Dominici appelletur, non erit propriè corpus ipſum Dominicum.

m *Notis in hunc locum.*

n Rom. 6. 5.

o 1. Petr. 2. 21.

CAPUT II.

In quo reſpondetur ad Objectiones.

AT, inquiunt Adverſarij, Ephræm in hoc ipſo tractatu ſic loquitur: *Participa immaculatum corpus & ſanguinem Domini tui fide pleniſſima, certus quod agnum ipſum integre comedas. Ignis immortalis ſunt myſteria Chriſti. Cave ea temerè ſcruteris, ne in ipſorum participatione comburaris. Abraham Patriarcha cœleſtibus Angelis terrenos cibos appoſuit, illique eos comederunt. Ingens ſane miraculum eſt cernere Spiritus incorporeos in terra carnium cibos manducantes: Sed hoc profecto excedit omnem admirationem, omnem mentem, omnemque ſermonem, quod nobis fecit unigenitus Chriſtus filius Salvator noſter. Ignem quippe & Spiritum manducandum atque bibendum præſtitit nobis carne veſtitis, corpus videlicet & ſanguinem ſuum.* Ephræm Edeſſenus

In quæ verba ſic Bellarminus: [a] *Ad hoc teſtimonium neque reſpondent Adverſarij, neque reſpondere aliquid poſſunt. Nam difficultas ad credendum, myſterij inſcrutabilitas, & miraculum ſuperans omnem mentem, (quæ tria in hoc ſacramento prædicat S. Ephræm) clariſſime teſtantur, non eſſe Euchariſticam panem materialem qui tantum ſignificet corpus Domini, ſed eſſe ipſum verum Domini corpus. Adde, quod Ephræm facit antitheſin quandam. Dicit enim miraculum fuiſſe, quod Angeli, qui ſunt incorporei, in corpore aſſumpto manducarint cibos corporeos: ſed mirabilius eſſe, quod nos homines corporei & luteî comedamus ignem & Spiritum, id eſt, corpus cœleſte Chriſti. At nulla eſſet admirationis cauſa, ſi tantum in ſigno corpus Chriſti manducaremus, imo multo mirabilior fuiſſet illa Angelorum manducatio, quam noſtra ſit.* Idem, alijs licet verbis, obſervant Coffetellus & Voſſius, ut neceſſè non ſit eorum verba adducere. Sed mirum eſt illos potuiſſe ſibi perſuadere, nos nihil prorſus habere quod ad illorum objectionem reponamus, cum tot & tam multa ſuppetant. Nam ſive hic Ephræm de Euchariſtia loquatur, ſive non, ſive per corpus & ſanguinem, de quibus agit, intelligat corpus & ſanguinem ſymbolicum quæ alibi appellat [b] *myſteria corporis & ſanguinis*, ſive proprium & ſubſtantiale Domini corpus, propriumque ſanguinem; nihil ait quod aut tantillum faveat Adverſarijs aut nobis noceat. Nam ſi demus illum de Euchariſtia agere, facile erit reſpondere illum per corpus & ſanguinem quæ dicit eſſe fide participanda, deſignare ſacramentalia ſigna, videlicet, panem & vinum quæ corpus & ſanguis Domini typice & ſymbolice ſunt, mentemque illius eſſe nos certiſſima fide perſuaſos eſſe debere, ea non eſſe quid commune & ſimplex prout ſenſus illa dijudicant, ſed eſſe *ignem & ſpiritum*, hoc eſt, virtute divina & ignea Spiritus Sancti repleta, quemadmodum Diatypoſis a Gelaſio Cyzicceno Nicenæ Synodo tributa de baptiſmo ait, [c] *in fide baptizamus & fide baptizati per ſacram invocationem plenas ſanctificatione Spiritus & divino igne aquas conſidera*; ac per ea tanquam per efficacia ſigna nos agnum integrum comedere, hoc eſt, Chriſtum Deum ſimul & hominem. Ea enim eſt ſignorum ſacramentalium virtus, ut ſi fide ad illa accedamus, corporis & ſanguinis Chriſti, ſimulque divinitatis ſeu Spiritus ejus communionem nobis indulgeant. Unde & Pſeudo-Dionyſius Areopagites illa vocat, [d] *venerabilia ſigna per quæ Chriſtus ſignificatur & participatur.* Et Victor Antiochenus: [e] *Cum Dominus ad Apoſtolos dicit, hoc eſt corpus meum; Item, hic eſt ſanguis meus, certo apud ſe ſtatuant vult, poſtquam benedictio & gratiarum actio ad panem vel calicem propoſitum acceſſerit, per panis quidem ſymbolum*

a *De Euchar. l. 2. c. 18.*

b *Sentent. ex collat. S. Patr. Item paræneſ. 30.*

c Τὸ πίστει βαπτίζεσθαι καὶ τὸ πίστει βαπτίζεσθαι ἀξιοῦ τὸν ἱερὸν ἐπικλήσεως πλήρη τῷ ἁγιάσματι καὶ πυρώδη τὰ ὕδατα.

d *Eccl. Hierarch. c. 3.*

e *In Marc. c. 14.*

Ephræm Edeſſenus

bolum corporis Chriſti, per calicem vero ejuſdem ſanguinis participes fieri. Nec tamen inde ſequitur, agnum integrum ſeu Chriſtum Deum & hominem, aut in ſignis ſacramentalibus realiter eſſe præſentem, aut ibidem a nobis oraliter manducari: Alioquin idem de baptiſmo dicendum foret, cum teſtetur f Cyrillus nos in eo ſimiliter *ovis ſpiritualis participes fieri*; & Fulgentius, g *nos in eo manducare carnem & ſanguinem Domini*; Et h Leo Romanus, & i Marcus Eremita, nos in eo *Chriſtum ſuſcipere*; ſed ſenſus Ephræm eſt, nos in Euchariſtiæ communione per fidem & ſpiritualiter corpus & ſanguinem Domini manducare & bibere; quemadmodum ore corpus & ſanguinem typicum, hoc eſt, figuras corporis & ſanguinis ejus, manducamus & bibimus. Quod & Macarius ſupra obſervabat: k *In eccleſia offertur panis & vinum antitypa Corporu & ſanguinis ejus, & ſumentes de hoc viſibili pane ſpiritualiter carnem Domini comedunt.* Et ipſemet l Ephræm: *Eſt anima noſtra ſponſa Sancta facta immortalis Sponſi: Nuptiarum autem copula divina ſunt ſacramenta per quæ Sancta anima jungitur Sponſo, dum cum timore atque tremore dignè ſumuntur.* Annon autem mirabile eſt nos Luteos & corporeos divinum ignem & Spiritum, tùm in baptiſmo, tùm in Euchariſtia ſumere, & agni integri & theanthropi participatione gaudere? Sed addo ſecundò, longè probabilius videri Ephræm hic agere de proprio corpore & ſanguine Domini, atque de eorum participatione, non in Euchariſtiæ uſu, ſed in ipſo paſſionis actu per fidem ſpectatorum, idque ſeriem ſermonis ejus evidenter innuere. Nam poſtquam dixiſſet, *diligenter intuere quomodò Dominus in manibus panem accipiens, benedixit ac fregit in figuram immaculati corporis ſui, calicemque in figuram pretioſi ſanguinis ſui benedixit, deduſque diſcipulis ſuis*; ac inde occaſionem ſumpſiſſet nos ad hujus ſacramenti communionem exhortandi, his verbis, *& eſto tu quoq; ſacramentorum ejus particeps*: illicò & immediatè hortatur ad conſideranda varia paſſionis Dominicæ myſteria, agnumque divinum occiſum & immolatum fide ſpectandum & manducandum; *Atque inde deſcendens*, inquit, *in impij atque injuſti Caiphæ atrium cum Domino tuo ingredere, & perſiſte conſtanter, ut contumelias quas ipſe pro te paſſus eſt conſpicias, perfectuſque amator Domini tui inveniaris. Sequere ulterius illum, & ad crucis locum adſiſte, tanquam fidelis ſervus Domino tuo. Intuere, quo pacto ex ipſius Latere ſanguis manavit & aqua, in redemptionem animæ tuæ, frater*: *ac ſedulo quoque attende, ubinam illum de cruce depoſitum recondunt, primoque mane cum mulieribus ad ejus ſepulchrum perge ac revolutum ab eo Lapidem cerne, & adſiſtentes illic Angelos vide. Audi, quid Angeli dicant mulieribus, ſurrexit Dominus vere, ſicut dixit vobis. Hæc omnia prudenter, perfectè, fideliter atque indubitanter conſidera, & cuncta vera eſſe ſicut geſta referuntur firmiſſimè crede. Nam niſi fidei oculis iſta omnia clare perſpexeris, non poteris a terra in cœlum elevari, Chriſtique paſſiones ſpiritualiter contueri. Si quidem fidei oculus, cum in corde cujuſpiam clare ac liquide Lucis inſtar effulſerit, pure quoque atque ſincere Dei Agnum contemplatur qui pro nobis occiſus & immolatus eſt, donavitque nobis corpus ſuum ſanctum & immaculatum, ut jugiter eo vejcamur, ſitque ipſius nobis participatio in remiſſionem peccatorum. Hunc fidei oculum qui poſſidet, manifeſte ac lucide intuetur Dominum, & certa pleniſſimaque fide ſanctiſſimum Agnum immaculati, unigeniti cœleſtis Patris filij corpus manducat ac ſanguinem bibit, haudquaquam curioſe divinam ſanctamque fidem perſcrutans. Nam fides Dei eſt quæ in nobis operatur, & futura proſpectat, fideſque ſemper appellatur, & non curioſitas. Credis Chariſſime, unigenito filio Chriſto Ieſu, quod pro te ſuper terram ſit natus in carne: quid ergo inſcrutabilia ſcrutaris, ac imperveſtigabilia veſtigas? Si enim iſta curioſe rimaris, non jam fidelis nuncupaberis, ſed curioſus, Eſto itaque fidelis & innocens. Participa immaculatum corpus & ſanguinem Domini tui fide pleniſſima, certus quod Agnum ipſum integre comedas. Ignis immortalis ſunt myſteria Chriſti: cavè, ea temerè ſcruteris, nè in ipſorum participatione comburaris, &c.* Eo autem ſenſu rectiſſime dicit Ephræm, eum qui corpus & ſanguinem Chriſti pro nobis in cruce immolati fide plena participat, certum eſſe debere ſe Agnum integrum, id eſt, non ſolum Chriſtum hominem, ſed & eumdem Chriſtum Deum comedere. Perindè enim loquitur, ac Gaudentius quandò ait: a *Caput divinitatis ejus cum pedibus incorporationis, & interioribus ſimul jubemur manducare myſteriis.* Et Nazianzenus: b *Quicquid Verbum carnale habet & alibile, edi debet & conſumi cum interioribus & occultis mentis, & in Cœleſtem ſpiritualem diſtribui à capite & pedibus, videlicet, a primis contemplationibus divinitatis & vltimis incarnationis meditationibus.* Mirabile autem, ſeu miraculum illud eſt quod Ephræm tantoperè effert, quodque præcellere dicit miraculo Angelorum ab Abraham cibatorum. Stupendum enim planè fuit, Spiritus incorporeos ac Cœlorum indigenas hominum carnalium cibum in terra edere: Sed miraculum majus eſt, corporales ac terrenos homines Angelorum cibo paſci, & ignem Spiritumque edere, hoc eſt, Chriſtum non modò quatenus homo eſt, ſed & quatenus Deus eſt. Nam Chriſtus quatenus Deus eſt, Angelorum propriè cibus eſt. *Quid ſuavius*, inquit c Auguſtinus, *pane Angelorum? Quomodo ergo non eſt ſuavis Dominus, quando panem Angelorum manducavit homo? Non enim & aliunde vivit homo, & aliunde vivit Angelus.* Et rurſum: d *Reſpice altitudinem ipſius. In principio erat Verbum. Ecce*

Ephræm Edeſſenus

f *Glaphyr. in Exod. l. 2.*
g *De baptiſ. ad Dſcop. c. ult.*
h *De paſſion. ſerm. 14*
i *De bapt.*
k *Homil. 27.*
l *De contrem. judic. & compunct.*
a *In Exod. tract. 2.*
b *Orat. 42.* ἔστι, μὲν ἐν σαρκώσει καὶ λόγῳ τῷ πρόσφορον, καὶ τῷ σιδηθῆναι τοῦτο πρόσφορον ἐν τῷ βρωθῆναι τοῦτο καὶ διαλυθῆναι εἰς τὸν πάντων ἀνθρωπάλιον ἀνακεῖσθαι τόπον, ἄχρι καθάπαξ τοῦ πάθους, καὶ τὸ ἀρχαῖον τῆς θεότητος θεραπεύσωμεν καὶ τὸ πλάσαν τοῦτο καὶ σαρκώσαν φερώμεθα.
c *In Pſalm. 134.*
d *De temp. ſerm. 327.*

Quæ ergo ratio fuit, ut Christus Dominus in hoc Sacramento sub panis & vini speciebus nobis præsentiam suam exhiberet? Primo, ut fides nostra haberet meritum, cum non videat, nec sensibus comprehendat, sed solo auditu credat. Secundo, ut memoria Passionis ejus, & beneficiorum, quæ pro nobis gessit, perpetuo nobis esset in veneratione. Tertio, ut gloriæ suæ futuræ nobis esset pignus. Quarto, ut nos ejus corpore & sanguine pascendo, unum cum eo corpus mystice efficeremur, & simus membra de membris ejus, de carne ejus & de ossibus ejus. Ephes. 5. Quinto, ut sit nobis spiritualis medicina, per quam a vitiis curemur, & peccata nostra, quæ quotidie committimus, dimittantur. Sexto, ut sit nobis viaticum, per quod in hac vita mortali ad cœlestem patriam transeamus. Septimo, ut sit nobis singulare & præcipuum pietatis & charitatis suæ erga nos ostendendæ documentum.

Sermone 3. Quinta Dominica Quadragesimæ.

Quæ ergo ratio fuit, ut Christus Dominus in hoc Sacramento sub panis & vini speciebus nobis præsentiam suam exhiberet? Primo, ut fides nostra haberet meritum, cum non videat, nec sensibus comprehendat, sed solo auditu credat. Secundo, ut memoria Passionis ejus, & beneficiorum, quæ pro nobis gessit, perpetuo nobis esset in veneratione. Tertio, ut gloriæ suæ futuræ nobis esset pignus. Quarto, ut nos ejus corpore & sanguine pascendo, unum cum eo corpus mystice efficeremur, & simus membra de membris ejus, de carne ejus & de ossibus ejus. Ephes. 5. Quinto, ut sit nobis spiritualis medicina, per quam a vitiis curemur, & peccata nostra, quæ quotidie committimus, dimittantur. Sexto, ut sit nobis viaticum, per quod in hac vita mortali ad cœlestem patriam transeamus. Septimo, ut sit nobis singulare & præcipuum pietatis & charitatis suæ erga nos ostendendæ documentum.

Ephræm Edeſsenus Didymus.

Chriſtianorum confeſſione, corpus Chriſti, quod naturæ eſt circunſcriptæ & creatæ, in pluribus locis ſimul ſit. Prudentior autem multo Didymus fuit, quam ut ſe hæreticorum Ludibrio propinaret, potiſſimum cum Hieronymus illum ex hoc opuſculo Laudans, dicat: *Didymus meus oculum habens Sponſæ de Cantico Canticorum, procul altius intuetur: & antiquum nobis morem reddidit, vt Videns vocetur Propheta*; &c, *Apoſtolicum virum ex ipſo ſermone exprimens, tam ſenſuum nomine, quam ſimplicitate Verborum*: Ac proinde dicendum eſt, eum nullomodo credidiſſe corpus Chriſti ſimul eſſe ubicumque locorum Euchariſtia Celebratur. Nec juvaret reſpondere, mentem ipſius eſſe, Angelum eſſe non poſſe ſimul in pluribus locis propria naturalique virtute, quemadmodum Spiritus Sanctus in iis eſt. Nam & hæretici reſpondere potuiſſent, Spiritum Sanctum in pluribus locis non eſſe Virtute propria, ſed tantum ex vi divina & ſupernaturali: quam tamen exceptionem nunquam leguntur attuliſſe, nec ex eorum parte Orthodoxi ſcriptores ſibi unquam oppoſuiſſe ſoluendam & confutandam, indicio manifeſto eos utrinque conveniſſe in hoc fundamento, id, quod in pluribus locis ſimul invenitur, incircunſcriptæ naturæ eſſe. Sed addo, manifeſtum eſſe ex ipſius Didymi verbis, eum argumentum ſuum non deducere directe a Virtute per quam Spiritus Sanctus in pluribus locis ſimul eſt, ſed ex ipſa ſimultanea in pluribus exiſtentia: *Spiritus Sanctus*, inquit, *ſi unus de creaturis eſſet, ſaltem circumſcriptam haberet ſubſtantiam, ſicut vniverſa quæ facta ſunt*, &c. *Cum autem in pluribus ſit, non habet ſubſtantiam circumſcriptam*, &c. Et rurſum: [a] *Si Spiritus hic veritatis juxta naturas corporum certo ſpatio circunſcriptus eſt, alium deſerens locum ad alium commigravit. Sed quomodo Pater non conſiſtens in loco, ultra omnem corporum eſt naturam, ita & Spiritus veritatis nequaquam locorum fine clauditur, cum ſit incorporalis, &, ut verius dicam, univerſam excellens rationalem Creaturam.* In primo enim loco argumentum ejus ita ſe habet: Omnis creatura ſubſtantiam ſuam habet circunſcriptam, aut locorum ſpatijs, ſicut corpora, aut proprietate ſaltem ſubſtantiæ, ut Spiritus. At Spiritus Sanctus ſubſtantiam habet omnino incircunſcriptam: Creatura igitur non eſt. At vero quomodo probat, eum ſubſtantiam incircunſcriptam habere? Quia, inquit, *in pluribus ſit*, Supponit igitur quicquid actu in pluribus eſt, naturam habere neceſsario incircunſcriptam, ac proinde increatam. Unde conſequitur eadem neceſſitate, aut Domini corpus incircunſcriptæ eſſe increatæque naturæ ſecundum Didymum, cum ſimul ſit in pluribus, aut, quandoquidem falſum eſt illud eſſe incircunſcriptum, falſum ſimiliter eſſe illud in pluribus ſimul exiſtere. In ſecundo autem loco ſubſternit hoc axioma, inſeparabile proprium eſſe cujuſlibet ſubſtantiæ circunſcriptæ in uno loco eſſe, nec poſſe in alio eſſe niſi per migrationem ex priore, adeò, ut ipſemet Spiritus Sanctus, ſi juxta naturas corporum circunſcriptus eſſet, quandò in uno loco eſſet, non poſſet ſimul eſſe in alio, niſi illum locum deſerens ad hunc commigraret. Chriſti autem Domini corpus, vere corpus eſt ac, proinde circunſcriptum: Igitur juxta Didymum hic & illic ſimul eſſe nullomodo poteſt.

[a] Libri 2.

Epiphanius.

Examen Teſtimoniorum Epiphanij.

CAPUT I.

SEQUITUR Epiphanius Conſtantiæ Cyri Epiſcopus, e quo loca aliquot utrinque proferuntur, hoc eſt, tam ex noſtra quam ex Adverſariorum parte. Quo jure, videndum.

Primus Locus ducitur ex Anchorato, ubi ſic loquitur: [b] *Videmus quod Salvator accepit in manus ſuas, ſicut habetur in Evangelio, quod ſurrexit in Cœna, & accepit hæc, & gratijs actis dixit*, hoc meum eſt hoc. *Atque videmus quod æquale non eſt, neque ſimile, non imagini incarnatæ, non inviſibili divinitati, non lineamentis membrorum. Illud enim rotundæ formæ eſt, & quod ad facultatem attinet, ſenſus expers. Et voluit ex gratia dicere*, hoc meum eſt hoc. *Et nemo fidem denegat ſermoni. Qui enim non credit illum eſſe verum, prout* (ſeu, *quandoquidem*) *dixit, gratia & ſalute excidit. Verum quod audivimus, credimus, quoniam illius eſt.* Quo loco apertiſſime innuit Epiphanius panem ſubjectum eſſe de quo Dominus corpus ſuum enuntiavit. Ait enim Dominum affirmaſſe corpus ſuum de eo quod eſt rotundum quoad formam & inſenſibile quoad facultatem. Quid autem illud eſt quod rotundum eſt quoad formam, & inviſibile quoad facultatem, niſi panis? De pane igitur affirmavit corpus ſuum: in hunc ſenſum: *hic panis*, ſeu, *hoc quod eſt rotundum & ſenſus expers, eſt corpus meum.* Hoc autem poſito, propoſitio neceſſario figurate tantum vera eſt, ſicut dicimus, Nam, inquit [c] Bellarminus: *Aut accipi debet tropice, ut panis ſit corpus Chriſti ſignificative, aut eſt plane abſurda & impoſſibilis.* Quid autem reſpondent Adverſarij? Perronius Argumentum diſſimulat, non videns (opinor) quomodo illud ſolveret. Bellarminus audacior, excipit; [d] *res illa rotunda & inſenſibilis non eſt panis eo loco, ſed aliquid panis ſpeciem præ ſe ferens. Vult enim Epiphanius dicere, ſacram Euchariſtiam verè eſſe corpus Domini, licet exteriori forma ac ſpecie rotunda & inſenſibilis ſit, ut merus panis videatur.* Imprudenter primò & abſurdè: Nam ſi res illa rotunda & inſenſibilis,

[b] ἐφ' ἑαυτῷ ὅτι ἔλαβεν ὁ Σωτὴρ ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοῦ, καὶ εὐχαριστήσας εἶπε, τοῦτό μου ἐστὶ τὸ σῶμα. ἐφ' ἑαυτῷ ὅτι οὐκ ἴσον ἐστὶν οὐδὲ ὅμοιον τῇ ἐνσαρκωθείσῃ ἐκείνου ἰδέᾳ, οὐδὲ τῇ ἀοράτῳ θεότητι, οὐδὲ τοῖς τῶν μελῶν. τὸ μὲν γὰρ ἔστι στρογγύλου εἴδους καὶ ἀναισθήτου κατὰ δύναμιν. τὸ δὲ θέλημα χάριτος εἶπεν, τοῦτό μου ἐστὶ τὸ σῶμα. τὸ δὲ εἰπεῖν ἀληθὲς τῷ λόγῳ. ὁ γὰρ μὴ πιστεύων ἄρτον ἄρτον ἀληθῶς, οὐ πίπτει, ἀπέστη τῆς χάριτος, τῆς τοῦ Σωτῆρος. ἐπὶ δὲ ἀκίνητον μὲν (legendum ἀκίνδυνον μὲν) πίπτομεν, ὅτι ἐπὶ ἀκίνητον.

[c] *De Euchariſt. l.* 1. *c.* 1.

[d] *De Euch. l.* 2. *c.* 20.

Epiphanius.

sibilis, non est panis eo loco, sed aliquid panis speciem præ se ferens, hoc est, rotunditas seu accidentia panis, cum Epiphanius affirmet Dominum de illa corpus suum enuntiasse, sensus juxta eum erit: *hæc rotunditas*, seu, hæc *figura rotunda est corpus meum*: quo nihil falsius aut stultius dici potest, secundum Bellarminum ipsum. An enim rotunditas panis est proprie & substantialiter Domini corpus? Deinde etiam falso, & contra Epiphanij mentem. Epiphanium enim, non aliquid panis speciem præ se ferens, sed veram panis substantiam intelligere, dupliciter ipsemet indicat. Nam ait, illud quod Dominus per gratiam corpus suum appellavit, esse aliquid rotundum, hoc est, subjectum rotunditate affectum: Subjectum autem rotunditate affectum substantiam esse necesse est. Deinde, expresse testatur, rotundum illud esse id quod Dominus in manus suas acceperat. Nam postquam dixisset: *Videmus quod Salvator in manus suas accepit sicut habetur in Evangelio, quod è Cœna surgens hæc acceperit*, &c subjungit; *illud rotundum est & quoad facultatem insensibile, & tamen ex gratia dicere voluit, hoc est meum hoc.* At verus substantia panis id erat quod Dominus acceperat in manus suas: Verus igitur substantia panis illud est quod per rem rotundam & insensibilem intelligit Epiphanius, non aliquid panis speciem tantum præ se ferens; Ac proinde manet argumentum insolutum.

Jam vero inspiciamus quid in toto Authoris nostri discursu Adversarij sibi propitium esse putent. Varias inde objectiones formant, quas omnes diligenter congessit [a] Perronius, subtiliterque persequitur, ut necesse non sit aliorum verba huc adducere.

[a] *De Euch. l. 2. Author. 19.*

Prima, quam diffuse admodum proponit, ducitur ex Epiphanij scopo. *Scopus* enim *illius in eo erat*, inquit, *ut ostenderet, verba Historiæ creationis mundi allegorice non debere exponi, atque Origenem impugnaret qui paradisi terrestris descriptionem interpretationibus figuratis & allegoricis in nihilum redigebat: disputatio autem de homine ad imaginem Dei conducto quam ibi interponit, ex accidenti tantum ibi inseritur propter Origenis cavillationes. Docebat enim Origenes Paradisum Eden Cœlum esse, & hominem quem in illo paradiso Deus collocaverat, tantummodo fuisse Adami animam, corpusque ejus non formatum fuisse nisi post expulsionem è paradiso, nimirum, quando Deus illi atque Evæ pelliceas tunicas fecit, per quas Origenes corpora intelligebat. Epiphanius igitur confirmaturus verum fuisse Adamum ex corpore & anima constantem quem Deus in horto collocaverat, ac proinde Hortum illum cœlum non fuisse, sed terræ regionem quamdam; urget, scripturam dicere, eum ipsum hominem quem Deus ad imaginem suam efformaverat è luto, in paradiso fuisse locatum. At vero quia Origenes imaginis nomine abutebatur, affirmata* Epiphanio

Epiphanius.

Adamum ad imaginem Dei factum non fuisse, nisi eo ipso tempore quo corpore carebat & in cœlo versabatur ex sola anima constans, ac post peccatum & propter peccatum corpore indutum fuisse & desisse tum esse ad imaginem Dei; contendit Epiphanius determinari non debere qua in parte imago Dei resideat, & obiter impugnat interpretationes varias id decidentes, ac docet credendum esse, totum quidem hominem ad Dei imaginem fuisse formatum, quamvis quomodò id fiat comprehendere non valeamus: perinde ac multa alia incomprehensibilia, verbi gratia, quomodo Eucharistia corpus Christi esse queat, nihilominus credimus, quia ea Deus dixit, cujus verba verissima sunt. En seriem sermonis ejus: Ad eumdem modum, *inquit*, plerique paradisum allegorizant, ut fanaticus Origenes qui phantasiam potius quam veritatem in mundum invehere voluit, & ait, paradisum illum non fuisse in terra. *Et paulò post*: Si ergo paradisus non fuit in terra, nec vera sunt quæ in Genesi scripta sunt, sed allegorica dicta sunt, nihil deinceps consequens, sed ad allegoriam universa transferentur. In principio autem creavit Deus cœlum & terram, quæ non allegorica sunt, sed visibilia; tum firmamentum, inquit, & mare, & ligna, &c, visibilia omnia in veritate facta, atque hominem quem in veritate formavit, ac formatum in paradiso locavit, cum eum ipsum ad imaginem suam feciſſet, imaginem, inquam, Dei. Tu vero Dei dona, cave, curiosius perscruteris, quæ secundum gratiam homini data sunt. Non negamus homines omnes ad imaginem Dei esse factos: Quomodo vero illud, secundum imaginem, accipiendum sit curiosè non scrutamur. Nequè enim formatum esse ipsum corpus ad imaginem dicimus, neque animam, neque mentem, neque virtutem. Multa quippe sunt quæ id asserere prohibeant. Sed, nec quoque dicimus, corpus non esse ad imaginem, neque animam. Fidelium porrò est scripturam admittere, & non negare, quemadmodum infidelium est repudiare gratiam (*hoc est, dona quæ naturam superant*). In homine igitur est id quod est juxta imaginem, cujusmodi vero sit illud soli Deo cognitum est. *En quomodo Epiphanius sermonem hunc inchoat. Deinde ostendit, affirmari non posse, imaginem Dei consistere, aut in corpore, aut in anima, aut in mente, aut in virtute, aut in baptismo, & addit, hominem non esse ad imaginem Dei constitutum per naturam aut generationem, quia imaginem illam non habet æqualiter cum Deo, sed per gratiam, &c. Demum concludit*: Cæterum, quæ ab illo constituta sunt subtrahere nolumus: Verus enim est ille qui, ad imaginem ut esset, homini ex gratia largitus est. *Inter exempla autem rerum similium quæ ad resolutionis probationem afferre se posse asserit, rerum, inquam, quæ cre-*

Digitized by Google

Epiphanius.

qua credi debent, quamvis non appareant; Eucharistiam specialiter adducit, in qua verba Domini pro veris suscipimus, quamvis effectus veritatis eorum non videatur: Videmus, *inquit*, Salvatorem in manus accepisse, ut in Evangelio legitur, quod è cœna surgens hæc acceperit, & gratijs actis dixerit, hoc meum est hoc. Atqui videmus æquale illud non esse nec simile: non imagini incarnatæ, non invisibili divinitati, non membrorum lineamentis. Illud enim rotundum est quoad formam & invisibile quoad potentiam (sic enim falso Perronius *invisibile* vertit pro insensibili), & nihilominus ex gratia dicere voluit, hoc meum est hoc. Neque quisquam est qui ei sermoni fidem non adhibeat. Nam qui verum illum non esse credit sicut dixit, a gratia & salute excidit. Nos autem credimus ejus esse, id quod audivimus: *Sic enim legenda est hæc postrema clausula, &c. Denique, ut ostenderet digressionem hanc de imagine Dei esse tantum additamentum ad disputationem contra Allegoristas, ad propositum suum redit quod in eo versabatur ut confirmaret historiam paradisi terrestris allegorice non esse accipiendam, atque illud connectit per hæc sequentia verba*: Adamus igitur in paradiso constitutus est, & de arbore edit. Paradisus porro in Eden erat ad Orientem: fons autem de Eden ascendebat. Non dicit, descendebat, ne Eden è cœlo esse suspicemur, &c. *Cui autem jam non manifestum sit, Epiphanium credere non potuisse hæc verba*, hoc est corpus meum, *allegorice sumi debere, non autem vere, proprie, & litteraliter? Annon enim Elleboro dignus fuisset, si in sermone in quo thema probandum, erat, veritatem verborum Dei per allegorias non esse dissoluendam, adduxisset hanc propositionem*, hoc est corpus meum, *tanquam locutionem figuratam & allegoricam, & cum hoc sensu: hoc est signum, imago, & figura corporis mei?* Ibidem, ferit Origenem, fanaticumque appellat, eo quod *Scriptura veritatem per allegorias suas destrueret, & paradisi terrestris descriptionem, atque universam historiam priorum Geneseos Capitum figuratè & allegorice interpretaretur. Ex professo contra eum agit, & ostendit hæc omnia recipi debere vere, proprie & litteraliter, & prout dicta sunt. Clamat, opera Dei allegoricè non esse sumenda, quoniam omnia ei sunt possibilia. Denuntiat ad finem sermonis, se omnia hæc exempla congessisse ad ostendendum, se nihil ex Scriptura inficiari velle, sed quicquid ea dicit cum simplicitate suscipere, Deoque credere, cui soli deferendum est quod incomprehensibilia noverit. Et tamen in medio sermonis, in eminentiori parte, in supremo theatri loco adduxerit, scilicet, hæc verba, hoc est corpus meum, ad ea allegorice intelligenda & exponenda? Credibile id foret de fatuo aliquo, non vero de Epiphanio. Vltra progredior. Asserit verba illa, Deus ad imaginem suam hominem formavit, pure & simpliciter credenda esse prout sonant, absque expositione, interpretatione, & curiositate. In hanc rem ait, fidelium officium esse scripturam confiteri, nec eam inficiari: admittendum esse, imaginem Dei esse in homine, unico Deo quomodo id sit cognoscente, incuriose autem atque innocenter Deo credendum esse, qui in omnibus verum dicit. Alibi id pariter urget in tractatu de hæresi Audianorum, & in Epistola ad Ioannem Hierosolymitanum. Denique pro Conclusione hujus additamenti affert hic exemplum Eucharistiæ, in qua fidem adhibemus verbis Christi, quamvis effectus veritatis eorum nobis non appareat. Post hæc autem omnia, quis dicat illum credidisse verba Eucharistica figurate & allegorice esse exponenda? Absit. Quid enim omnium hominum stultissimus in causa sua præjudicium deterius afferre potuisset, Adversario contra se arma ministrando? An non sensus communis illum è contrario adigebat ad fugiendas enuntiationes omnes figuratas & allegoricas, & solas reales & litterales adducendas, ne Adversario ansam daret eas adversus retorquendi, & propriis exemplis contra ipsum militandi?* Huc usque Perronius mira verborum φλυαρία. Verum, quando illi daremus, Authoris disputationem eo prorsus modo, quem, supponit procedere, Epiphaniumque observaremus sive propter annorum gravitatem (Octuagenarius enim prope erat cum hæc scriberet) sive propter modicam disputandi peritiam nonnulla sibi parum consentientia incaute effundere, nihil adversus eum peccaremus. Simile quid enim jam olim in eo notavit Patriarcha Photius: *infirmus*, a inquit, *ut plurimum est in disputationibus adversus impias hæreses susceptis.* Petavius quoque Jesuita ipsius interpres, interdum ait: b *Quod sit acumen in illa Epiphanij ratiocinatione, vix assequi possum*; interdum; c *Illud non modo falsum, sed & contra Hypothesin est.* Imo & in hac ipsa quæ præ manibus est ex Anchorato disputatione, Adversarij ipsi tria ab illo posita aut falsa esse, aut parum verisimilia; & rejicienda affirmant. Primo enim ibidem Epiphanius ait, *Veteres Deum vidisse*, oculis sc. corporis, *& veritatem vidisse*: Quæ opinio (inquit d Petavius) *si Deum ipsum oculis usurpatum* (mens autem illius talis est) *existimet, falsissima est.* Secundo ait: paradisum illum in quem Apostolus se raptum fuisse testatur, paradisum terrestrem esse. At inquiunt, Estius & f Petavius: *Communis aliorum sententia verisimilior est, & nobis multo magis probatur.* Denique, negat definiri aut comprehendi posse quomodo imago Dei sit in homine. At g Pererius opinionem hanc *falsam* indigetat. Et Gregorius de Valentia: h *Non est in hac re Epiphanio assentiendum.* Quidni ergo pace viri Sancti pariter dicere poterimus, eum hîc parum firmiter solideque disputare? Sed antequam id ostendere aggrediamur, percurrenda nobis & paucis expendenda est series disputationis Perronianæ, quæ

a *Biblioth. cod.* 122. αἱρέσεις ἰσὶ πλῆθος ἐν πολλοῖς καὶ τῶν δοκούντων εἶναι ὀρθῶν εἰσὶν ἐμπλοκαί. *Vid. & eod. dic.* 59.

b *Ad hæres.* § *num* 3.

c *Ad hæres.* 28. & 29. n. 4.

d *Num.* 54.

e *In* 2. *Cor.* 12. 4.

f *Num.* 54.

g *In Genes. l.* 4. *q.* 1. *de imag. ad margin.*

h *Tom.* 1. *disput* 7. *q.* 3. *punct.* 1. *§. Ex qua sequitur.*

Epiphanius.

by Google

Epiphanius.

quæ admodum captiosa est. Primo enim veteratorie innuit Epiphanium hîc impetere velle opinionem Origenis de imagine Dei in homine, cujus tamen in hac disputatione Epiphanij nec vola nec vestigium apparet. Deinde, occasionem disputationis ipsius supprimit ac dissimulat, quo possit lectoribus facilius imponere. Ad intelligentiam igitur altius repetendum est Epiphanij propositum, & observandum illum paulo ante loca a Perronio adducta, prolixè egisse contra Arrianos & pro Corollario subjunxisse, eos consuevisse i *vera in aliena commutare, & tropice dicta tanquam vera errantes sumere.* Quod postquam exemplis aliquot allatis ostendisset, addit; k *Ad eum modum plerique & Paradisum allegorizant, ut fanaticus Origenes qui phantasiam potius quam veritatem in mundum invehere voluit.* Cum autem Origeni valde infensus foret, sive ex motu proprio, sive ex l Theophili Alexandrini suasione, nec elabi pateretur occasionem vel minimam ipsius perstringendi, mordicus eam arripit quam accidentaria ipsius de paradiso imaginationis mentio ei suppeditabat, ac illum impetit hoc argumento, videlicet, omnia quæ in libro Geneseos de Creatione referuntur Historicè, non autem allegoricè esse sumenda, alioquin in fumum & nihilum redactum iri quæcumque ibi narrantur: *Si nusquam*, m inquit, *in terra paradisus, nec vera sunt quæ in Genesi scripta sunt, sed allegoricè intelligenda, nihil deinceps consequens, sed omnia erunt allegorica.* At vero cum in hac ipse sententia esset, definiri non posse quomodo imago Dei in homine foret, negaretque posse dici eam esse, vel in corpore, vel in anima, vel in mente, vel in virtute, vel in baptismo, vel in aliis ejusmodi, judicaretque sibi objici posse, eam igitur allegorice esse intelligendam, contra hypothesin suam de omnibus in Genesi Historicè accipiendis; objectioni illi occurrere conatur & ait, quamvis homo dici nequeat Dei imaginem habere ratione ullius rerum commemoratarum, repugnantiaque apparea in hoc pronuntiato, hominem ad imaginem Dei fuisse formatum, credendum nihilominus id esse verum, quandoquidem Deus dixit, cujus effata omnia vera sunt: Et addit, multa esse similia, hoc est, in quibus sunt repugnantiæ apparentiæ, quæ pro veris recipimus, ut, exempli gratia, quæ de Eucharistia dicuntur. En principium, progressus ac series disputationis Epiphanij ab Adversario callide dissimulata aut saltem non satis enucleate proposita. His vero sic expositis, respondeo Epiphanium non satis solidè & perspicue soluere instantiam quam sibimet opposuerat, idque duplici de causa. Prior est, ex falso fundamento quod substernit, nimirum, dici non posse imaginem Dei in homine consistere, aut in corpore, aut in anima, aut in mente, aut in baptismo, aut in aliis ejusmodi. Nam inde probabilissime illi objiciebatur, aut illum non esse in homine, aut figurate & allegorice esse intelligendam: à quo non se satis extricat per ignorantiæ suæ confessionem, post enumerationem omnium in quibus imago Dei constitui potest, universalemque eorum rejectionem. Posterior, quia non distinguit, proüt par erat, inter propositiones allegoricas. Ex enim duorum sunt generum. Nam allegoria quandoque laxe sumitur pro typo ac figura, ac proinde allegorica propositio pro propositione in qua aliquid vel figurate appellatur, vel dicitur esse id cujus typus & figura est: ut quando Chrysostomus notat Paulum c. 4. epistolæ ad Galat. v. 24. a *abusive typum allegoriam vocasse*; Et quando Epiphanius ipse in hoc ipso libro agnoscit Dominum *ænigmatice dici januam, lapidem, columnam*, &c, *ænigmatice* pro *figurate* simpliciter sumens. Quandoque vero stricte sumitur pro b propositione quæ aliud omnino in vocibus præfert, aliud prorsus habet in sensibus: quo sensu forte Epiphanius ipsemet ait: c *Omnia divina verba non allegoria opus habent, sed ut se habent accipienda sunt.* Ad instantiam igitur illi respondendum erat distincte ex hypothesi sua, propositionem hanc, *homo est imago Dei*, non esse allegoricam, vocabulum, *allegoricam* eo sensu accipiendo, quo in descriptione paradisi Origenes: videlicet, stricte & accurrate loquendo, quamvis alio quodam sensu figurato vera foret. Ea enim ratione *utcunque* (sicut d Petavius in alio argumento de eo loquitur) tuebatur argumentum suum, *qua in genesi dicuntur allegorica non esse.* Sed addo, quamvis id distincte non excipiat & perspicue, proüt poterat, eum tamen satis innuere sensum suum talem esse, quando ait: e *Habent omnes id quod est juxta imaginem, sed non secundum naturam. Non enim secundum æqualitatem Dei habent homines id quod est juxta imaginem.* Nam si juxta illum homines imaginem Dei non habent secundum naturam & æqualitatem: sequitur eos tantum esse imaginem Dei impropriam & artificialem naturali oppositam. Unde & a simili, si idem de pane Eucharistico corpus Christi appellato sentiendum esse asserat, de quo post inquiremus; statuendum pariter erit illum Christi corpus esse, non juxtà naturam & æqualitatem cum proprio ejus corpore, sed tantum per gratiam, hoc est, sacramento & virtute. Sic abit in fumos Cardinalis declamatio primam objectionem continens.

Epiphanius.

Secunda, quæ primæ quodammodo repetitio est, sed aliter proposita, sic se habet: *Affirmat Epiphanius propositionem hanc.* Deus creavit hominem ad imaginem suam, *esse inscrutabilem, inintelligibilem, incomprehensibilem.*

Intellign

i τὰ ἀλλότρια ἐξιστρέψαι οἱ φιλόκενοι ἐκ ἀπόρρητα, καὶ τὰ προπετῶς ἐκφερόμενα, ὡς τὰ ἀληθινὰ λαμβάνει σαφῶς. k ὅντως οἱ πολλοὶ κατὰ τοῦτο παραδείσου ἀλληγορεῦσι, &c. *Vid. Socrat. l. 6. c. 9.*

m εἰ δὲ οὐκ ἔστιν ἐπὶ γῆς παράδεισος, καὶ οὐκ ἀληθινὰ τὰ ἐν αὐτῷ γεγραμμένα, ἀλλὰ ἀλληγορεῖται, ἐροῦσι, ἐπὶ τῆς ἀναλήψεως, ἀλλὰ πάντα ἀλληγορεῖται.

a *In 4. ad Galat.* κατάχρησιν τοῦ τύπου, ἀλληγορίαν εἰώθασιν.

b *Vid. Chrysostom. ibid. & August. de doctrin. christ. l. 3. c. 11.*

c *Hæres. 61.* πάντα τὰ θεῖα ῥήματα οὐκ ἀλληγορίας δέονται ἀλλ' ὡς ἔχει.

d *Ad hæres. 55. n. 3.*

e ἔχουσι μὲ πάντες τὸ κατ' εἰκόνα, ἀλλ' ὁ κατὰ φύσιν. ὁ γὰρ κατ' ἰσότητα θεῖαν οὐ πάντες τὸ κατ' εἰκόνα.

Epiphanius. *Intelligit igitur eam quoque propositionem*, hoc est corpus meum, *credi debere, non exponi, rem esse inscrutabilem, inintelligibilem, incomprehensibilē. Asserit clausis oculis recipiendam esse hāc propositionem*, Deus creavit hominem ad imaginem suam, *absque inquisitione, inquam, esse recipiendam, absque interpretatione, absque curiositate; quoniam quicquid Deus ait verum est, debemusque ipsius verbis simpliciter, incuriosè & innocenter credere. Atque ibi pro digressionis suæ sigillo & corollario exemplum Eucharistiæ adducit: Longe igitur abest ab hac sententia propositionem Eucharisticam figuratam & allegoricam esse. Vbi enim simplex fides & Confessio periculosiores sunt quam in allegorijs? E-Contra vbi inquisitio, interpretatio & curiositas magis necessaria sunt quam in allegorijs, ne forte in brutam hanc servitutem, imo & idolatriam per quam quis signa pro rebus ipsis sumit & adorat, delabamur. Quamobrem rursum simplicitatem & fidem exigere, si quidem allegoria non fidei objectum sunt, sed intelligentiæ, nec allegoria vlla secundum Adversarios fidei Doctrinam constituit?* Respondeo primò Epiphanium duo observare circa hanc propositionem, *homo est ad imaginem Dei.* Prius est, *hominem imaginem Dei non habere secundum naturam & æqualitatem Dei*: quod sanè verissimum est. Posterius, [f] *traditionem secundum Ecclesiasticam doctrinam credere, secundum imaginem esse totum hominem, non decernere autem qua in parte situm est id quod est secundum imaginem*, an in Corpore, an in anima, an in mente, an in virtute, an in baptismo, & similibus: In his enim omnibus reperiri graves causas quæ determinationem prohibeant, ideoque in particulari nihil esse determinandum, nec etiam determinari posse, sed [g] *absque curiositate & fuco* id esse in genere credendum cum a Deo proficiscatur, qui in omnibus verax est. Qua in parte supra audivimus Perrerium & Gregorium de Valentia disertè notantes, *Epiphanio in hac re non esse assentiendum.* Nam, inquit Gregorius, *traditio ecclesiastica*, &c, *asserit illam* (imaginem Dei, scilicet) *omnino esse in hominis mente, vt Patres a nobis citati; tum in hac, tum in præcedenti assertione, satis locupletes testes esse possunt.* In hanc rem autem adduxerat, [h] Basilium, [i] Nyssenum, [k] Ambrosium, & [l] Augustinum; quibus & addi possunt [m] Tertullianus, & Chrysostomus, [n] Theodoretus, & plures alij: adeò ut Epiphanius id ex mera imperitia dixerit. Respondeo secundò, quando addit: *Et quot similia proponi possunt*; illicò adducens exemplum Eucharistiæ; mentem illius non esse, comparationem instituere inter has duas propositiones, *homo est Dei imago*, &, *hoc rotundum est corpus meum*, tanquam *omnimodò* similes, & quarum neutrius sensus in specie decidendus sit aut decidi possit; Id enim non modo falsum & absurdum foret, ac contra ipsorum Adversarium sententiam, quis sit posterioris sensus, certò determinantium, sed etiam contra ipsummet in libro adversus hæreses id pariter decidentis, ut in sequentibus Deo dante ostendemus; Verum, tanquam *secundum quid* similes. Similitudo autem quam inter eas esse intelligit, triplex est. Prima, quod in utraque sit apparentia repugnantiæ ad id quod esse dicuntur. Nam de posteriori: *videmus*, inquit, *quod Dominus de Cœna surgens hac acceperit, & gratijs actis, dixerit*, hoc est meum hoc. *Et videmus quod æquale non est, nec simile, non incarnata imagini, non invisibili divinitati, non lineamentis membrorum.* Secunda, quod neutra propter repugnantiæ apparentiam in allegoriam convertenda sit, prout Origenes paradisum Eden in allegoriam mutabat. Nam hæc propositio, *hoc est meum hoc*; id est, *hoc rotundum est corpus meum* ex Epiphanij sententia, non est allegorica, stricte sumendo allegoricæ vocabulum, cum subjectum illius supponat pro vero pane quem Dominus in manus suas acceperat, attributum vero designet corpus ipsummet Domini ad mortem tradendum, quod de illo pane enunciat; sed est metonymica, in signis & sacramentis usitatissima: *solet* enim, inquit [p] Augustinus, *res quæ significat, ejus rei nomine quam significat nuncupari.* Tertia, utramque pro vera esse accipiendam, ut à Deo qui verax in omnibus est profectam: quod sane indubium est. Quartam & ego, jam supra notatam colligo ex ipsius mente, neutram videlicet substantialiter esse accipiendam. Vult enim Epiphanius homines habere quidem imaginem Dei, sed tamen non juxta naturam & æqualitatem Dei; panem ergo similiter esse quidem Domini corpus, non tamen juxta naturam, hoc est, substantiam, & æqualitatem corporis. Leve autem admodum est quod Perronius objicit, propositionem illam *hoc est corpus meum*, ex Epiphanij sententia non posse esse figuratam & allegoricam, cum eam fide objectum esse asserat, figuræ autem & allegoriæ fidei objectum non sint, sed intelligentiæ, nec vllum fidei articulum constituere possint. Nam præterquam quod multoties observavi propositionem illam, quamvis figurata sit, non tamen esse allegoricam, Adversariumque perpetuo confundere figuram & allegoriam, quæ inter se differunt ut genus & species; respondeo, cum præterea supponere propositionem seu figuratam seu allegoricam, non posse simul esse objectum intelligentiæ, & fidei objectum: quod sane falsissimum est. In ejusmodi enim propositione aliquid est circa quod versatur intelligentia, aliquid circaquod versatur fides. Intelligentiæ est expendere & discernere figuratam loquendi formam, seu, ut loquitur [a] Augustinus, *locutionem versare omnibus modis, ut, an figurata sit constet, an propria*, &

[f] *Hæres. 70.*

[g] *In Anchor. πρὸς ἀντεξάρχους καὶ ἀπροαιρέτους πίστιν μὴ ἀληθινὴν εἶναι τὴν.*

[h] *Basil. in Hexaëm. homil. 10.*
[i] *De opific. hom. c. 4. & in orat. Catechet. c. 5.*
[k] *In Hexaëmerō l. 6 c. 8.*
[l] *De quantit. animæ c. 2. Et de Civitat. l. 11. c. 26.*
[m] *Contr. Marcion. l. 2. c. 9.*
[n] *In Genes. hom. 23. Item 2. & 4.*
[o] *In Genes. q. 20.*

[p] *Qu. est. sup. Levitic. l. 3. q. 57.*

[a] *De Doctr. Christ. l. 3. c. 24.*

Rubrica. 1. Ante ordinem missæ præmittitur quædam rubrica, quæ dicit, quomodo sacerdos debeat se præparare ad celebrandum, et quomodo debeat se habere in celebrando. Et dicit, quod sacerdos debet se præparare ad celebrandum per orationem, et per meditationem, et per contritionem, et per confessionem, et per satisfactionem, et per devotionem, et per humilitatem, et per patientiam, et per misericordiam, et per caritatem, et per fidem, et per spem, et per timorem, et per reverentiam, et per obedientiam, et per castitatem, et per abstinentiam, et per jejunium, et per vigilias, et

Epiphanius.

tum externa (ut falso supponit Perronius) sed etiam interna subjecti illius de quo corpus Christi enunciatur, antequam quo sensu id fiat intelligatur. In ejusmodi enim apprehensione sese offert repugnantiæ apparentia Epiphanio observata: ac proinde nihil obstat quominus dicamus sensum tamen illorum verborum secundum Epiphanium hunc esse, ut panis ibi dicatur esse corpus Christi, *id est figura illius*, sicut ante audivimus Tertullianum ea exponentem. Sed addo Epiphanium non tantum intelligere, panem dici corpus Christi, quia corpus illud *figurate & typice* sit, sed quia illud etiam sit *virtute*. Id enim, ut supra notavi, ipsemet alibi dicit: & hic etiam videtur innuere (ut supra notavi) cum ait Dominum quoad virtutem *& gratia dixisse, hoc est meum hoc*. Per gratiam enim verisimiliter non tantum designat beneplacitum & authoritatem Domini, sed & per amplificationem modum ipsum, secundum quem intelligit panem esse corpus Christi, videlicet, non per identitatem naturæ, sed per virtutis & gratiæ additionem: prout jam ante dixerat, homines imaginem Dei habere, *non secundum naturam*, sed *ex gratia*, hisce verbis designans non modò unde beneficium id accipiant, sed etiam eos non illud habere per naturæ cum Deo identitatem, verum tanquam gratiam quandam in ipsis insitam. Sic enim & ipse alio in loco hanc loquendi formulam usurpat quando ait, [a] nos filios Dei *non secundum substantiam vera appellatione censeri, sed simpliciter & secundum gratiam*; opponens, esse secundum substantiam, τῷ esse secundum gratiam. Theodoretus autem de Eucharistia nominatim agens, id expressius observat: *Ille*, [b] inquit, de Domino loquens, *qui, quod natura corpus suum erat, frumentum & panem vocavit, & se rursum vitem nominavit, sic & visibilia symbola corporis & sanguinis sui appellatione honoravit, non naturam mutans, sed naturæ gratiam adjiciens.* Idem quoque sensus est Authoris Dialogorum Cæsario Gregorij Theologi fratri falso [c] tributorum, qui hæc ab Epiphanio, nisi fallor, mutuata habet: [d] *Videmus Sanctum illum panem hodie in altari incruento tempore divini & mystici officij, super impolluta mensa propositum, non similem imagini salutaris corporis Dei & Verbi, neque similiter propositum cum pane vini poculum immixto ipsius sanguini, non articulationi membrorum, non carnali & sanguineæ qualitati, non invisibili & inaspectabiliter unita forma experti divinitati. Illud enim sanguineum est, animatum, nervosum, rubrum, articulatum, variis arteriis & venis distinctum, quibus opifex illud Verbum variegatum erat usque ad pilos & ungues. Comam enim Dei voco comam Christi, pariter & pedes, & ungues, & sanguinem & aquam. Nam propter me meis unitum est Verbum. Estque hoc quidem arrectum, articulatum, incedendi vim habens & agendi. Illud autem* (panis, scilicet) *rotundum est, inarticulatum, inanimatum, exangue, immobile, neutrique simile, non ei quod visibile est aut invisibili divinitati. Credimus nihilominus divino eloquio, quamvis non sit simile aut æquale, esse tamen ipsum divinum corpus κυρίως καὶ ἀπαρότως potestative ac congruenter, quod in divina mensa consecratur, & universo cœtui sacro integre dividitur, & indesinenter participatur.* Adverbium κυρίως quod Leunclavius reddiderat *proprie*, verti ego *potestative*, tum ad vitandam homonymiam quæ est in vocabulo proprie, tum habita ratione Origenis hujus adverbij κυρίως, tum congruenter ad Epiphanij, unde totus hic locus verisimiliter desumptus est, mentem. Nam κυρίως apud Græcos non semper ponitur pro *proprie* oppositè ad figuratum, sed etiam sæpe de ijs dicitur quæ mystice tantum & figuratè sunt quæ dicuntur esse. Sic enim Gregorius Nyssenus alludens ad nomen Israel Jacobo Patriarchæ a Deo inditum, eo quod Deum vidisset secundum Græcorum interpretationem, quamvis a Veritate Hebraica alienam, ait; [e] *mundos corde Deum videre, eos autem qui Deum* (sic) *viderunt Israel κυρίως & esse & dici.* Ubi clarum est eum nullomodo velle, mundos corde esse propriè & substantialiter Patriarcham Jacobum, sed esse, perinde ac illum, *mystice* tamen Israel eo quod suo modo Deum videant. Et ibidem paulo ante: [f] *Non quicumque ex Israel sunt, Israel sunt, sed quicumque Deum intuentur ex operatione, propriè κυρίως hac appellatione denominantur.* Et rursum de Ecclesiæ præsidibus loquens: ὁ Φθαλμοὶ, [g] inquit, *κυρίως καταχρηματίζονται, oculi proprie* (seu *vere*) *cognominantur.* Manifestum enim est κυρίως ibi non sumi pro *proprie* per antithesin ad *figurate*, sed pro *vere*, licet mystice & figurate. Nam Ecclesiæ præsides, oculi tantum dicuntur appellatione mystica. Vocabulum quoque ipsum ex origine sua significat *potestative*. Denique idem eô hic designat Author quod Epiphanius per nomen δύναμις quando ait, *in pane* Eucharistico *virtutem esse ad vivificandum.* Nam panis Eucharisticus cum nihil simile habeat imagini incarnatæ, non quidem est Christi corpus secundum substantiam (impossibile enim est, id quod est rotundum, nihilque simile habens lineamentis corporis Christi, esse substantialiter illud corpus, aut corpus Christi de subjecto rotundo, inarticulato, inanimato, exangui, immobili, insensibili absque figura enunciari) sed illud tamen est, quandoquidem ipse Dominus eum corpus suum appellavit, mystice videlicet & virtualiter: ac licet ejusce panis particulæ tantum communicantibus dividantur, tota tamen ratio symbolici corporis in eis est, integre-

Epiphanius.

a *Hæres. 76. ad c. 8. Αἰτῶ. ὁ κατ' εἰκόνα τῆ ἀληθινῆ ἴσωσιν ὁμοιοπαθείας, ἀλλὰ χαλάσεως, τῆ κατ' χάριν.*

b *Dialog. 1.*

c *Dial. 3. cîgat Maximũ longè posteriorem. Et dialog. 2. interv. 110 mentionem facit Sclavenorum · quod populorum nomẽ nõ nisi circa tempora Caroli magni notum fuit.*

d *Dialog. 3. interv. 165.*

e *In Cantic. hom. 6.* εἰ γὰρ πάντες ὄψονται τὸν Θεὸν οἱ τῇ καρδίᾳ καθαροὶ, οἱ δὲ τὸν Θεὸν εἶδον, Ἰσραὴλ ὀνομάζονται.

f *Οὐ πάντες οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, Ἰσραὴλ. ἀλλ' ὅσοι βλέπουσι τὸν Θεὸν, οὗτοι κατὰ συνεργίαν κυρίως τῇ ἀξιώσει ταύτῃ προσαγορεύονται.*

g *In Cantic. homil. 7.*

Epiphanius. integreque ſuſcipitur, perinde ac ſi totas panis ſumeretur.

Quarta objectio Perronij, eſt: *Epiphanius immediate poſt teſtatur, apparentiam repugnantiæ vinci per fidem; non igitur ſolui per allegoriam, quando dicit*: Et nemo fidem denegat ſermoni. *Quamobrem enim advocare fidem, niſi ſit propoſitio miraculoſa; incredibilis & incomprehenſibilis, ſi quidem fides tantum eſt illarum rerum quæ nec fieri naturaliter nec humanitus comprehendi poſſunt?* Ludicrè ſanè. Nam, ut prætermittam recoctam illam de allegoria crãbem ſupra ſatis exagitatam, quis ei conceſſerit fidem non requiri niſi in propoſitionibus miraculoſis, incredibilibus & incomprehenſibilibus? Id falſum & abſurdum eſt. Fides enim advocatur ad ea omnia quæ nobis dicit Deus humiliter ſuſcipienda ex authoritate dicentis, quamvis prima trõte repugnantia quædam in eis nobis occurrat, nec eorum ſenſus in particulari nobis adhuc evidens ſit. Nam eo reſpectu fides prævia eſſe debet intelligentiæ: *Credendum eſt*, inquit *h* Baſilius, *omni verbo Dei, ſibique perſuadendum plenitudine fidei vera eſſe quæcunque dicit, quamvis reperiatur aliquod opus aut verbum ſeu Domini, ſeu Sanctorum quod contrarie videatur ſe habere.* Et rurſum: *i prius oportet fide ſimplici credere ſcripturis, quia divinitus inſpiratæ ſunt & veles, deinſubtiliter & accurrate intelligentiam in eis deliteſcentem ſcrutari.* In eodem ſenſu Epiphanius hic ait, neminem fidem denegare hiſce verbis, *hoc eſt corpus meum*, etiam ſi, priuſquam ſenſus eorum intelligatur, repugnantiæ apparentia in eis forte occurrat. Quid hoc ad cauſam Adverſariorum?

h *De bapt. l. 2 ſupra. Citat. in Baſilio.*

i *In Cap. 7. Eſaiæ. vid. & Chryſoſt. de prophetiarum obſcuritate tõ. 3. Græcol.*

Quinta objectio talis eſt: *Epiphanius addit*; qui non credit ſermonem hunc eſſe verum, gratia & ſalute excidit. *At quis ignorat comminationes & promiſſiones non adhiberi in rebus ad quarum executionem nullum obſtaculum, nulla ſe offert difficultas; ac quotiecunque propoſitio aliqua duos ſenſus habere poteſt, unum humanitus impoſſibilem, incredibilem, incomprehenſibilem, alterum creditu facilem, plauſibilem, omni repugnantia humana, omni difficultate carentem, comminatioque ſit & indicitur pœna eam non credenti, fidem ad eam exigi ratione Senſus illius qui creditu difficilis eſt, non autem illius qui difficultate caret?* At ego contra dico obſervationem illam Perronij interdum eſſe falſiſſimam. Exemplum in promptu eſt. Nam cum Dominus Nicodemo Comminatorie diceret, k *Amen, Amen, dico tibi, niſi quis fuerit genitus denuò, non poteſt videre regnum Dei*; propoſitio illa duos ſenſus habere poterat, unum creditu facilem ac omni humana repugnantia vacuum, videlicet, generationem hanc de renovatione ſpirituali intelligendo, alterum humanitus incredibilem, incomprehenſibilem, impoſſibilem, eam nimirum accipiendo de hominis reditu in matris uterum, ac reiterato de ipſius aluo egreſſu. An igitur Nicodemus propter vim comminationis propoſitioni huic à Domino admibitæ, eam tenebatur in ſenſu difficiliori & humanitus incredibili amplecti ac ſuſcipere? Minimè. Nam in contrarium increpatur à Domino quod illam ſic accepiſſet. Facellat proinde audax & commentitium Adverſarij axioma. Ad Epiphanij autem verba quod attinet, ea ſanè ſenſum habent in ſe veriſſimum. Mens enim illorum eſt, licet non intelligatur ratio veritatis hujuſce propoſitionis, *hoc eſt corpus meum*, eam eſſe nihilominus pro vera accipiendam, quoniam à Domino eſt. Nam illius veritatem negare ac inficiari propter intelligentiæ defectum, id equidem Dominum foret mendacij reum peragere, ac proinde à gratia & ſalute excidere. Sic & Chryſoſtomus: l *Si Dei ſunt, honorare ſolum illa oportet & credere: ſi enim non credamus, nec Deum eſſe perſuaſi erimus.*

k *Ioan. 3. 3.*

Epiphanius.

l *In 1. ad Tim. hom. 1.* εἰ γὰρ, πρᾶγμα ἀνθρωπίνης φύσεως, καὶ ἀπιστοῖτο· νῦν δὲ θεοῦ πράγματα, καὶ ὑπερβαίνοντα τὴν ἡμετέραν ἐπιστήμην.

Sexta objectio ita concipitur ab Adverſario: *Epiphanius ait*; Nemo fidem denegat ſermoni. Qui enim non credit illum eſſe verũ, ſicut dixit, gratia ac ſalute excidit. *Nota*, inquit, ſicut dixit. *Quid enim clarius Epiphanius proferre potuiſſet ad deſignandum non eſſe allegoriam, ſed veritatem formalem & expreßam? Nemo enim neſcit propoſitiones allegoricas veras non eſſe ſicut dicuntur, ſed ſicut intelliguntur, ſolemneque eſſe Adverſarijs aſſerere, verba Euchariſtiæ ſecundum dictionem, κατὰ ῥητὸν, non eſſe ſumenda, ſed ſecundum intelligentiam.* Verum, ut adhuc taceam de allegoria, ſi res ita ſe habeat, peſſime ſane meruit de Cauſa Romana Jeſuita Petavius, qui in editione ſua hæc peremptoria verba, *ſicut dixit*, imprudens omiſit. Ingens, ac vix expiandum pæne proditionis crimen! Sed fallitur Perronius, ut plerumque ſolet, ex Græcæ linguæ imperitia. Nam conjunctionem ὡς ſæpiſſime ſumi pro *ſiquidem* ſeu *quoniam*; atque phraſin hanc ὡς εἶπεν, non ſemper ſignificare *ſecundum dictionem* ſeu *literam*, ut falſo ſupponit, ſed interdum vertendam eſſe *quoniam dixit*, ſeu *quandoquidem dixit*, diſcere potuiſſet ab Authore probæ fidei, videlicet Chryſoſtomo. Chryſoſtomus enim agens de hiſce Domini verbis, *niſi quis fuerit genitus denuo, non poteſt videre regnum Dei*; ait: m *Ne ratiocinatione quæ Dei ſunt inquiramus, nec ea, quæ illinc ſunt, conſequentiæ rerum terrenarum ſubjiciamus, aut naturæ neceſſitati, Sed omnia pie intelligamus credentes* ὡς εἶπεν αἱ γραφαί. Nam nec Perronius ipſe auderet aſſerere, verba illa eſſe vertenda, *ſecundum dictionem* ſeu *Literam ſcripturarum*, cum regeneratio illa, cujus occaſione Chryſoſtomus ſic loquitur, non ſit ſecundum literam, ſed ſenſu myſtico & ſpirituali accipienda. Senſus igitur eſt, nos credere debere ijs quæ de Deo edocentur, quoniam ſcripturæ ea dicunt, quæ ſane veraces ſunt. Similiter quoque loquitur Epiphanius, per verba ὡς εἶπεν, illud ipſum intelligens, quod immediate poſt

m *In Ioann. homil. 24. in Græc.*

Epiphanius.

poſt ait: *quod audivimus, credimus, ὅτι ἀληθὲς ἐστὶν, quia illius eſt.* Quis enim non deprehendit illum rem eamdem utrobique exprimere? Ad eumdem modum [a]Cyrillus poſt allata hæc Apoſtoli verba, Quicumq; in Chriſtum baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis; *Verus eſt ſermo*, inquit. Nec tamen, credo, volebat, Chriſtum proprie loquendo veſtimentum eſſe quo induamur.

[a] *De adorat. lib. 11. bis.* ἀλαθὴς ὁ λόγος. *Vid.* Cyr. *in Abacuk c. 3. ubi de Chriſto ait:* Nomen tibi *eſt* propitiatorium, *& verus eſt ſermo.*

Septima denique & ultima objectio ſic ſe habet: *Concludit Epiphanius Catholicos credere, Euchariſtiam id eſſe* Chriſti quod audiverunt. *Quid autem audiverunt, niſi quod Verba* hoc eſt corpus meum, *ſonant: ac proinde quid aliud eſt, quam dicere, propoſitionem illam ſecundum verborum ſonum eſſe accipiendam?* Sed primo male exponit poſtremam hanc Epiphaniani loci Clauſulam. Monuit, & recte, Petavius, eam ſic eſſe legendam: ὅτι ἣν ἠκούσαμεν, πιστεύομεν, ὅτι ἔστιν αὐτοῦ. Quæ de verbo ad verbum reddenda ſunt: *quod audivimus, credimus, quia illius eſt.* Deinde ineptiſſime hinc argumentatur. Pariter enim dicerem: Catholici credunt Dominum id eſſe quod audiverunt. Quid autem audiverunt niſi quod hæc verba ſonant, [b] *Ego ſum oſtium*, [c] *Ego ſum via*, [d] *Ego ſum vitis*: ac proinde quid aliud eſt quam dicere, propoſitiones illas ſecundum ſonum verborum eſſe accipiendas? Quis autem ferret hominem tam abſurdè ratiocinantem? Senſus Epiphanij eſt, Catholicos de Euchariſtia id credere quod audiverũt, quoniam id quod audiverunt a Domino ipſo profectum eſt. Præpoſuerat autem, eos audiviſſe, Dominum de eo quod eſt rotundum & quoad vim ſenſus expers, videlicet, de pane, corpus ſuum enunciaſſe; Illud igitur eſt quod eos credere dicit. Atqui credi nullomodo poteſt, id quod eſt rotundum & quoad vim ſenſus expers, eſſe corpus Domini proprie & ſubſtantialiter, quandoquidem hæc duo diſparata ſunt, nec proprie & ſubſtantialiter conjungi poſſunt: Ac proinde non illud eſt quod a Catholicis credi Epiphanius intelligit.

[b] Ioann. 10. 7.
[c] Ioann. 14. 6.
[d] Ioann. 15. 1.

CAPUT II.

SECUNDUS Epiphanij locus a nobis expendendus habetur in ſermone compendioſo de fide Eccleſiæ, quem etiam repetit in Anacephalæoſi, ubi occaſione Dominici baptiſmi ſic loquitur: [e] *Dominus minus ad aquas deſcendit deus potius quam accipiens, largiens potius quam alicujus indigens, illuminans eas & roborans in typo eorum quæ in ipſo erant perficienda: ut qui in eum crederent & fidem veritatis haberent, diſcerent eum vere incarnatum, vereque baptizatum fuiſſe; & ſic per ipſius accommodationem ipſi quoque accedentes acciperent deſcenſus ejus virtutem, & ab ejus illuminatione illuminarentur: impleto hac ratione Prophetico oraculo dicente,* [f] ad immutationem virtutis, ad largitionem ſalutis virtutis (id eſt, *ſalutaris virtutis*) panis a Jeruſalem acceptæ, & virtutis aquæ. *His enim in Chriſto roborantur panis virtus & vis aquæ; ut non panis ipſe nobis ſit virtus, ſed virtus panis* (ei, ſcilicet a Chriſto indita). *Ac cibus quidem panis eſt, ſed virtus in eo eſt ad vivificationem. Neque tantummodo ut aqua nos repurgaret, ſed ut in virtute aquæ per fidem, actionem, ſpem, & myſteriorum initiationem, & ſanctificationis advocationem, in ſalutis perfectionem nobis fieret.* Huc uſque Epiphanius, in cujus verbis cum illuſtriſſimus Pleſſæus obſervaſſet, eum loqui de Euchariſtia perinde ac de baptiſmo, ac aſſerere, tum aquam baptiſmi, tum panem Euchariſtiæ, valida reddi in Chriſto, virtutemque ſpiritualem ad vivificationem ab eo accipere, ac proinde panem non fieri corpus Chriſti per ſubſtantialem ſui commutationem, ſed per adeptionem virtutis, corpuſque illius eſſe virtute non ſubſtantia; reſpondet Perronius, eum *Epiphanij mentem minime eſſe aſſecutum.* Qua vero de cauſa? *Nam Epiphanius*, inquit, *per* virtutem panis, *non intelligit virtutem accidentalem pani collatam, ſed Ieſum Chriſtum qui eſt virtus eſſentialis panis, id eſt, Verbum ſubſtantiale Patris per quem omnes creaturæ facta ſunt, ac in eſſe & virtute conſervantur, & per quem, ut ait Irenæus, Lignum fructificat, deſluunt fontes, & dat primum quidem fœnum, poſt deinde ſpicam, deinde plenum triticum in ſpica; quique (ſicut Paulus loquitur) fert omnia verbo virtutis ſuæ, panique, nutriendi vim largitur, nec panis tantum, ſed cuilibet rei proiit vult, ut homo non ſolo pane vivat, ſed & omni verbo ex ore Dei procedente. Rurſum & per aquæ virtutem Epiphanius non intelligit virtutem accidentalem aquæ, ſed Spiritum Sanctum, qui ea eſt aquæ ſubſtantialis, æterna & inexhauſta, de qua ipſe Dominus ait:* [g] Quiſquis biberit ex aqua illa quam ego ei dabo, non ſitiet in æternum; ſed aqua illa quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam. *Alludit enim ad Prophetiam capitis tertij Eſaiæ, ubi Propheta verbis allegoricis & ænigmaticis apud Prophetas uſitatiſſimis, ait,* Deum è Jeruſalem & Juda ſublaturum virtutem panis & virtutem aquæ. *At per virtutem panis & aquæ ibi Patres intelligunt non virtutem panis & aquæ elementaris, ſed Chriſtum & Spiritum Sanctum:* Fortitudo panis, *inquit* [h] *Hieronymus ſtudioſus Epiphanij Lector*, auferetur ab

[e] καὶ μεταλαμβάνει τοῦ ὕδατος, οὐχ ὡς ἐπιδεόμενος αὐτοῦ, ἀλλὰ βουλόμενος αὐτὸ ἁγιάσαι, καὶ ἐν ἑαυτῷ ἀναπλάσαι τὸ ἀνθρώπινον γένος. ὅπως οἱ εἰς αὐτὸν πιστεύοντες ἐν ἀληθείᾳ, καὶ ἔχοντες τὸν τύπον τῆς ἀληθείας, κηρύσσῃ ὅτι ἀληθῶς ἐσαρκώθη, καὶ ἀληθῶς ἐβαπτίσθη, καὶ ἵνα τοῦτο λέγῃ τὸ αὐτὸ συγκαθίζησιν καὶ ἀνθρώπου ἔχόμενον, λαβὼν τὸ αὐτὸ κρίσεως τὸν ἄνθρωπον, καὶ φωτίζων λαὸν τὸ αὐτὸ φωτισμόν, τελειωθέντα δὲ τὸ τῆς οἰκονομίας ἔτος, εἰς μεταλαγὴν ἀναπλάσεως καὶ σωτηρίου τὸ ἀνθρώπινον γένος, καὶ τὸ ἰσχυρὸν τοῦ ὕδατος. σὺν τοῖς δὲ τὸ χεῖρον ἰσχυροποιούμενον τὸ ἀμύλου, καὶ τῇ τοῦ ὕδατος ἰσχύϊ. ἵνα οὖν ἄρτου ἡμῖν γίνηται ἄναπλασις, καὶ ἀνάπλασις ἄρτου. καὶ

[f] Epiphanius. βρῶσις μὲν ὁ ἄρτος, ἡ δὲ δύναμις τὸ ἄνωθεν εἰς ζωὴν αἰώνιον. οὐχ ὅτι τὸ ὕδωρ ἁπλῶς σωτήριον, ἀλλ' ὅτι τὸ τῆς ἰσχύος τοῦ ὕδατος, ἤγουν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ ἀθάνατον, καὶ ἀνεξάντλητον ἔχει τὸ ἀμύλου. *Eſa.* 3.

[g] Joann. 3. 14.

[h] *In Eſai. c.* 3.

Epiphanius.

tur abeis, ille qui dicit, Ego ſum panis vivus qui de cœlo deſcendi; Et Fortitudo aquæ, de quâ idem Dominus loquebatur: Omnis qui biberit ex aqua hac, ſitiet iterum, qui autem biberit ex aqua quam ego dabo ei, non ſitiet in æternum; ſed aqua quam ego dabo ei fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam. *Epiphanius igitur alludere volens ad allegorias & ænigmata prophetiæ hujus, idque eodem ſtylo allegorico, quod par erat, per virtutem panis è Ieruſalem ablatum Chriſtum intelligit Iudæis ereptum, & per fortitudinem aquæ Spiritum Sanctum: atque, in ſolemnitate baptiſmi in qua utrumque ſacramentum de more erat ſimul tribuere, impleri quod Propheta dixerat de tranſlatione & exhibitione panis & aquæ, quoniam in Euchariſtia datur nobis virtus panis ſublata è Ieruſalem, videlicet Chriſtus, & in baptiſmo ſimiliter virtus aquæ, id eſt, Spiritus Sanctus.* Sed hæc facile refelluntur. Primo enim fallaciter admodum dicit, Patres in Eſaiæ loco ab Epiphanio adducto, per robur panis, & robur aquæ intelligere Chriſtum & Spiritum S. non autem vim panis & aquæ elementaris, cum tamen unum Hieronymum adducat. Nam Chryſoſtomus aliter: c *Severiſſima vindicta eſt, quando Deus non ipſam ſubſtantiam tollit, ſed virtutem quæ in ea eſt, ita ut unquam exſatiatis ipſo etiam proſpectu puniantur.* Ipſe quoque Hieronymus litteralem hujus loci ſenſum exponens: *Fortitudo*, d inquit, *panis, & fortitudo aquæ pro omni cibo & potu accipitur.* Secundo & abutitur allegorica illa Hieronymi interpretatione. Mens enim Hieronymi neque eſt, neque eſſe poteſt Chriſtum & Spiritum Sanctum quoad ſubſtantiam è Ieruſalem fuiſſe ſublatos. Nam de utroque pariter loquitur. Certum autem eſt Spiritum Sanctum cum ubique ſit per naturam, è nullo loco ſubſtantialiter auferri poſſe. Ergo dicitur auferri quando alicunde auferitur ipſius vis & gratia. Ac proinde idem de Chriſto eſt intelligendum. Idque etiam ipſe Hieronymus innuit, quando ait in ſequentibus: *Habent Iudæi panem, ſed abſque fortitudine, habent aquas, ſed abſque robore.* Denique, quamvis daremus Hieronymum loco citato per virtutem panis & virtutem aquæ, non intelligere virtutem accidentalem pani & aquæ inditam, ſed Chriſtum & Spiritum Sanctum, non ideo concederemus eumdem hic eſſe pariter Epiphanij ſenſum. Epiphanium enim per virtutem panis & virtutem aquæ, virtutem accidentalem ſeu pani Euchariſtiæ, ſeu aquæ baptiſmi inditam per conſecrationem, intelligere, multa ſunt quæ evincunt.

Primò enim poſtquam adduxiſſet hæc Eſaiæ verba ad quæ alludit, *ad immutationem virtutis, ad largitionem virtutis ſalutaris panis à Ieruſalem acceptæ, & virtutis aquæ*; ea nobis applicans ait: hic in Chriſto roborantur, (ſeu ad verbum, *potentes fiunt*) *virtus panis & virtus aquæ.* Ubi tria ſunt obſervanda. Primum eſt, illum per virtutem panis & aquæ eam virtutem deſignare quam panis Euchariſtiæ & aqua baptiſmatis in ſe naturaliter antè conſecrationem habent. Secundum eſt, in naturali illa utriuſque virtute per conſecrationem, mutationem contingere. Nam *potentes*, inquit, *fiunt in Chriſto virtus panis & vis aquæ.* Fieri autem potentes & robuſtas in Chriſto, nihil aliud deſignare poteſt, quam robur & vim ſupernaturalem in Chriſto accipere. Intelligit ergo mutationem illam fieri, non per converſionem aut deſitionem ſubſtantiæ, ſed per additionem virtutis: quemadmodum & id requirunt prophetica verba ad quæ alludit, ubi dicitur; *ad immutationem virtutis*, ſcilicet, naturalis, *ad præbitionem virtutis*, ſcilicet, ſupernaturalis. Et ante Epiphanium Theodotus: e *Panis & oleum ſanctificantur virtute nominis, nec talia manent qualia ſumpta ſunt, ut videri poſſet, ſed virtute in virtutem ſpiritualem tranſmutantur. Sic & aqua exorcizata & baptiſma facta, non modò retinet quod minus eſt,* (ſcilicet, aquæ ſubſtantiam) *ſed & ſanctificationem aſſumit.* Tertium eſt, potentiam illam ſeu virtutem in quam tranſmutantur, à Chriſto diſparari: *potentes*, inquit, *fiunt in Chriſto*: mutationem igitur illam non ad Chriſtum terminari, ſed ad vim ſeu efficaciam ab eo proficiſcentem. Quid clarius? Mutationem enim communem facit, tum pani Euchariſtico, tum aquæ baptiſmatis. At in aqua baptiſmatis nulla prorſus fit immutatio ſubſtantiæ ipſius aquæ: nec ergo in pane vinoque Euchariſtiæ.

Epiphanius.

Secundò, poſtquam dixiſſet, *hîc in Chriſto potentes fiunt virtus panis & vis aquæ*, immediatè ſubjungit: *ut non panis ipſe nobis fiat virtus, ſed virtus panis.* Quaſi diceret: naturalis panis virtus potens quidem reddita eſt in Chriſto, ad nos ſcilicet vivificandos, ut in periodo ſequente mox obſervabit, ſed ita tamen ut ſciendum ſit, panem non fieri virtutem illam vivificam, ſed tantummodò, virtutem quæ in illo eſt id eſſe, quod effectum illum ſupernaturalem producat. Duo igitur innuit: unum eſt, panem Euchariſticum poſt conſecrationem panem adhuc remanere: Alterum, virtutem eſſe in eo, ab eo diſparatam & à Chriſto profectam, à qua, non autem ab eo, vivificatio profluat. En ſenſum, ut reor, ſatis clarum & perſpicuum verborum alioqui prima fronte obſcurorum propter *incomptam & ſalebroſam* (ut alicubi notat f Petavius) *Epiphanij orationem.* Petronius autem longè ſecus ea accipit, ac etiam adverſus nos torquere conatur, licet parum fœlici ſucceſſu: *Vocabulum δύναμις*, inquit, *non ſemper* virtutem *ſignificat, ſed quandoque* alimentum, *eo autem vitur Epiphanius per alluſionem elegantem ad ſignificationum ſuarum va-*

c *In Epiſtolâ ad finem Clementis Alexandr. ſupr. citat.*

f *In præfat. ad lectorem.*

ἐμπλεστέρων ἐστὶ σημείων, ὅσων μὲ αὐτὸν ἀναιρεῖ τὸν ἄρτον, ἀλλὰ τὴν ἐξ αὐτοῦ ἐπιφανεῖσαν δύναμιν, ἅτε τῇ ἕξει προσηκόντως μὲ δίδωσι ἐμπλαμβάνειν.

d *Ibid. in 3. Eſai.*

Digitized by Google

Epiphanius.

rum mysteriorum, & ait, panem non nobis fieri virtutem, hoc est, alimentum, *sed virtutem panis*, id est Christum, *qui est ea virtus panis ablata à Ierusalem, de qua Propheta loquitur. Itaque prudenter observat hanc differentiam inter Eucharistiam & baptismum, vt dicat virtutem panis sublatam è Ierusalem, hoc est, Christum, esse in pane Eucharistico:* panis, inquit, cibus est, virtus autem in eo est ad vivificationem; *cum tamen nullomodò dicat de virtute aqua, id est de Spiritu Sancto, eum esse in aqua baptismi, sed tantummodò, aquam baptismi operari in virtute virtutis aquæ, hoc est, Spiritus Sancti. Ac proinde tantum abest ut Locus hic quid unquam de reali præsentia corporis Christi in Eucharistia, quin potius eam omnino confirmet & stabiliat.* Sed tot & tam falsa accumulat & implicat, ut quid primò, quid ultimò, ordine aggrediamur, vix satis nobis constet. Nam supponit rursum quod jam supra confutavimus, per virtutem panis & vim aquæ, intelligi substantias Christi & Spiritus Sancti. Deinde, de novo supponit δύναμιν quandoque *alimentum* significare: quod falsum est. Undè enim id est probaturus? [a] Alibi, scio, hanc in rem duo loca profert ex Gregorio Nysseno, quorum prior est: [b] *Corporis nostri constructio per eam quæ intromittitur virtutem δύναμιν, manet in essentia, atque hæc δύναμις alimentum est & dicitur*; posterior, in quo agit de pane à Domino manducato; *panis*, inquit, *in illo corpore transmutatus, transibat εἰς τὴν θείαν δύναμιν*, hoc est, inquit Perronius, *in alimentum divinum*. Sed ineptè utrobique. De priori, manifestè patet. Quis enim non videt hæc verba, *alimentum est & dicitur* qualificationem esse virtutis illius quæ corpora nostra sustentat, ac proindè virtutem illam non poni à Gregorio pro alimento? Absurdissimè siquidem hoc sensu dicturus esset, *hoc alimentum, alimentum est & dicitur*. De posteriori similiter. Ridiculè enim prorsus diceretur à Gregorio, panem à Domino manducatum, ac in corpus ejus mutatum, transire in alimentum divinum: Nam postquam panis manducatus est ac in corpus mutatus, non amplius transit in alimentum: Sed sensus ejus est, panem a Domino manducatum ac in corpus ejus conversum & cum eo identificatum, divinæ virtutis communionem recipere. Nullo ergo Perronius innixus testimonio, temere & falso ait, δύναμιν quandoque alimentum significare. Tertio, fictitia quoque est illa, quam Epiphanium ait statuere, differentia inter Eucharistiam & baptismum. Nam quemadmodum Epiphanius dicit, non panem, sed *virtutem panis*, seu, *virtutem quæ in pane est*, a Christo nos vivificare, ita & per *virtutem aquæ* quam pariter a Christo habet, per fidem & operationem ad salutis perfectionem pervenire nos asserit. Communissimum enim est Veteribus observare, tum Christum, tum Spiritum Sanctum, id est, utriusque virtutem esse in baptismo, a qua virtute, non ab aqua, proprie pendeat sanctificationis effectus. Sic enim [c] Cyrillus Hierosolymitanus de Spiritu Sancto: *Cum duplex sit homo, ex corpore & anima compositus, duplex quoque purificatio, incorporea quidem incorporeo, corporea vero corpori. Et aqua sane mundat corpus, Spiritus autem signat animam, ut aspersi, & abluti corpus aqua munda accedamus ad Deum. Cum itaque descensuros nos in aquam, ne ad simplicitatem aquæ attendito, verum Spiritus Sancti efficacia salutem excipe.* Et rursum: [d] *Aqua exterius circumdat, Spiritus autem intus animam incomprehensibiliter abluit.* Et Gregorius Nazianzenus: [e] *quandoquidem duplices sumus, ex corpore & anima constantes, &c, gemina quoque purgatio est, per aquam scilicet & per Spiritum, illam visibilem & corporeo modo accepsam, hunc vero incorporaliter & invisibiliter concurrentem, illam typicam, hunc verum & intima purgantem.* Et Nyssenus: [f] *Hoc beneficium non aqua largitur: esset enim omni creatura sublimior; sed Dei præceptum, & accesso Spiritus mystice ad libertatem nostram venient. Aqua vero subservit ad ostendendam purgationem.* Et Theodorus Mopsuestenus: [g] *Modum quo per Christum regeneremur exposuit, dum in aqua quidem conferri illum, sed Sancto Spiritu propriam in elemento efficaciam excerente, id fieri dicit. Deus siquidem, & non aqua, Spiritus adoptionis appellatur, quandoquidem ipsius virtute regenerationem consequimur. Quam ob causam in baptismo Spiritum cum Patre & filio nominamus, aqua vero non meminimus, ut inde appareat eam instar symboli & commoditatis gratia assumpsi, Spiritum autem velut effectorem una cum Patre & filio invocari.* Et Apollinarius: [h] *Dominus gratia regenerationem tribuit, quæ aqua quidem corporis humani sordes & maculas abstergentis adminiculo, Spiritus vero Sancti animam sanctificantis & divinitate repletis, efficacia perficitur.* Et Ammonius: [i] *Aqua*

Epiphanius.

[c] *Catech. 3: illum. inter.* διὰ τοῦτο ὁ μὲν ἄνθρωπος ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος συγκείμενος, διπλῆν ἔχει τὴν κάθαρσιν. τὸ μὲν ἀσώματον ἀσωμάτῳ, τὸ δὲ σῶμα σώματι προσφέρεται. καὶ τὸ μὲν ὕδατι τῷ ἀσωμάτῳ, τὸ δὲ σῶμα τῷ σωματικῷ καθαίρεται. καὶ τὸ μὲν ὕδατι τῷ θείῳ πνεύματι, τὸ δὲ σῶμα ὕδατι φθαρτῷ. ἐπεὶ οὖν διπλοῦς ἐσμεν, ἐκ σώματος καὶ ψυχῆς συγκείμενοι, διπλοῦν ἔχομεν καὶ τὸν καθαρμόν. καὶ τὸ μὲν ὕδατι τῷ ψυχικῷ, τὸ δὲ πνεύματι τῷ θείῳ καθαιρόμενοι τῷ σώματι. καὶ τὸ μὲν ὕδατι τῷ σώματι, τὸ δὲ πνεύματι τῷ ψυχικῷ καθαιρόμενοι τῷ σώματι. διὰ τοῦτο ὁ μὲν ἄνθρωπος ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος συγκείμενος, διπλῆν ἔχει τὴν κάθαρσιν. τὸ μὲν ἀσώματον ἀσωμάτῳ, τὸ δὲ σῶμα σώματι προσφέρεται. καὶ τὸ μὲν ὕδατι τῷ ἀσωμάτῳ, τὸ δὲ σῶμα τῷ σωματικῷ καθαίρεται. καὶ τὸ μὲν ὕδατι τῷ θείῳ πνεύματι, τὸ δὲ σῶμα ὕδατι φθαρτῷ. *Idem Ambros. in Luc. l. 2. c. de respons. Ioannis.*

[d] *Cateches. 17. illumin.*

[e] *Orat. 40.* διττῶν ὄντων ἡμῶν, ἐκ ψυχῆς λέγω καὶ σώματος, καὶ διττὴ ἂν εἴη ἡ κάθαρσις, δι' ὕδατος τι φημι, καὶ τοῦ πνεύματος, καὶ μὲν φανερόν τι καὶ σωματικὸν λαμβανομένη, καὶ ἄϋλος καὶ ἀσώματος καὶ ἀθεώρητος ἑτέρα. καὶ δὴ τοῦτο μὲν, καὶ ἄϋλον καὶ βάθη κρυπτόμενον. καὶ ἄλλως γὰρ οὐ πάσης ἦν πίστεως ἐνθυμεῖσθαι. ἀλλὰ δῆτα ἀσώματόν τι καὶ ἄϋλον τὸ πνεῦμα ἐπιφοίτησις μυστικὴ ἰσχυρίσηται πρὸς τὴν ἡμετέραν ἀλυσιτέλειαν. ὕδατος γὰρ ἐπαρκοῦσα πρὸς ἐνδεῖξιν τὸ καθήρασθαι.

[f] *In baptism. Christ.* πίστιν τὴν ἀναγκαίαν ἡ τὰ ὕδατα χορηγήσει. οὐ γὰρ ἂν πάσης τὸ πίστεως ἐφικέσθαι. ἀλλὰ δῆτα ἀσώματόν τι καὶ ἄϋλον τὸ πνεῦμα ἐπιφοίτησις μυστικὴ ἰσχυρίσηται πρὸς τὴν ἡμετέραν ἀλυσιτέλειαν. ὕδατος γὰρ ἐπαρκοῦσα πρὸς ἐνδεῖξιν τὸ καθήρασθαι.

[g] *Catech. in Ioann.* 3. ς. τὸν τρόπον ἐξηγησάμενος τὸν διὰ τοῦ βαπτίσματος ἀναγεννήσεως, τὸν μὲν ὕδατος τὸ ἐν αὐτῷ τελεῖσθαι τὸ λουτρὸν, φησὶν, τὸν δὲ πνεύματος τὸ τῆς υἱοθεσίας τελεῖσθαι τὴν οἰκείωσιν. ὁ δὴς γὰρ τὸ πνεῦμα υἱοθεσίας λέγεται, οὐχ ὕδατος, ἐπειδὴ τοῦτο τῇ δυνάμει τοῦ ἁγίου πνεύματος διχόθεν. τοῦτο γὰρ ποιεῖ τὸ τοῦ βαπτίσματος, τὸ μὲν πνεῦμα μὴ ξένον ἡμῖν ἀναμίζεσθαι, τῷ δὲ ὕδατος ἐκ μεμιάνθαι, ὡς φαίνεσθαι, ἐν τῷ μὲν σύμβολον τῇ χρείᾳ λαβεῖν ὕδωρ προσλαμβάνεται. τὸ δὲ ὡς οἰκεῖον πνεῦμα τῇ υἱῷ προσκαλούμενον.

[h] *Ibid.* τῇ χρείᾳ τὴν ἀναθέσεως ἐκδίδοις, ὅπως ἐπιτελοῦται δι' ὑπηρεσίας μὲν ὕδατος τὸ σῶμα καθαιρόμενον διὰ τὸν αἰσθητόν τε καὶ τὸν ὁρατὸν ῥύπον. δι' ἐνεργείας δὲ πνεύματος τὴν ψυχὴν ἀγιάζοντος τῇ πληρούσῃ θεότητι.

[i] *Ibid.* τὸ ὕδωρ καθαίρει τὸ σῶμα, τὸ δὲ πνεῦμα τὴν αἰσθητὴν ἁγιάζει ψυχήν. τὸ ὕδωρ ὁρᾶται πίπτον, τὸ δὲ πνεῦμα τὸ πίπτον οὐ βλέπεται.

a *De Euchar. l. 2. Antith. 37.*

b *Verum locum est ex Catechet. orat. 5. 37.*

Epiphanius.

qua corpus abluit, & Spiritus invisibilem animam sanctificat. Aqua matricis loco sumitur, Spiritus vero vice fungitur Dei effectoris. Et Augustinus: k *Aqua exhibens forinsecus sacramentum gratiæ, & Spiritus operans intrinsecus beneficium gratiæ.* Denique Gelasius Cyzicenus: l *Aquam vides, considera virtutem Dei in aquis absconditam. In Sancto enim Spiritu & igne nos baptizari docent sacra oracula.* Similiter etiam de Christo. Sic enim Ambrosius: m *Gratius puto hoc baptismum esse quo nos abluimur, quam illud quo Salvator baptizatus. Hoc enim celebratur per Christum, illud celebratum est per Ioannem. In illo se magister excusat, in isto nos Salvator invitat.* Et rursum de baptismo agens: n *Christe, in tuis te invenio sacramentis.* Et iterum: ▪ *Crede illic divinitatis esse præsentiam.* Et Augustinus: p *Quod dicimus*, Christus *ipse baptizat, non dicimus, ipse tenet & in aqua corpus credentis tingit, sed ipse invisibiliter mundat.* Denique, ne nimis prolixus sim, Cyrillus Alexandrinus: q *Cognoscentes ipsum aquæ Sanctæ piscinæ inconspicuum innatare, Lavamur cum fide, non ad depositionem sordium carnis juxta scripturam, sed ad eluendam lippitudinem quandam & impuritatem oculorum mentis, ut deinceps puri pure divinam pulchritudinem intueri valeamus.* Ubinam ergo jam extat commentitia illa Adversarij differentia inter Eucharistiam & baptismum, quandoquidem de utroque audimus eadem prorsus à Veteribus prædicari?

Sed & verba Epiphanij immediate sequentia, & à Perronio objecta, totam ejus cavillationem evidentissime jugulant. Epiphanius enim exponens quod dixerat, panem non fieri vim vivificam, sed tantum, vim vivificam in eo esse; Nam *panis*, inquit, *cibus est, virtus autem in illo est ad vivificationem.* Loquitur autem de pane post consecrationem. Quid autem est, panem adhuc cibum esse, nisi alimentum esse? Quid rursum, cibum & alimentum esse, nisi verum ac materialem & substantialem panem esse? *Alimentum enim ad materiam pertinere, non ad accidentia*, varijs in locis docet & probat r Philosophus. Addo jam & Nemesium Philosophum Christianum: *Nullum corpus*, s inquit, *aliter eo quod vacet corpore.* Si igitur panis consecratus adhuc cibus est, verum ac materialem panem esse necesse est: virtus autem adventitia simul in eo est ad spiritualem sumentium vivificationem.

Sed objicit Perronius, Epiphanium paulò ante sic loqui: a *Ecclesia portus tranquillus est pacis, & suavitas quædam vitis Cyprum redolens, & botrum nobis proferens benedictionis* εὐλογίας (sic Veteres Eucharistiam appellabant) *nobisque quotidie largiens potum labores solventem, sanguinem Christi purum & verum.* Ex quo quidem loco nihil ausus est concludere, eum adduxisse contentus. Respondeo tamen primo illum debuisse probare, non tantummodo, sicut facit, supponere, Epiphanium loqui de sanguine Christi proprio in Eucharistiæ celebratione communicato. Nihil enim obstat quominus dicamus eum hic agere de Christo vero benedictionis botro, deque ipsius sanguine quatenus eum quotidie Ecclesia nobis largitur, non per viam Eucharistiæ, sed per viam prædicationis. Hoc enim sensu ajebat Hieronymus; b *Consuetudo apud nos istiusmodi est, ut his qui baptizandi sunt, per quadraginta dies tradamus sanctam & adorandam trinitatem.* Et Gregorius c I. Paulus *Deum prædicando infundebat audientibus.* Et Origenes: d *Bibere dicimur sanguinem Christi, non solum sacramentorum ritu, sed & cum sermones ejus recipimus.* Et Author commentariorum in Psalmos inter Hieronymi opera, sive Beda sit, sive quis alius: ▪ *quando audimus sermonem Dei, & sermo Dei, & caro Christi, & sanguis ejus in auribus nostris funditur.* Quisquis autem attenderit ad ea quæ in Epiphanio locum objectum præcedunt, idque immediate, facile deprehensurus est eam esse ipsius mentem, proindeque a quæstione de Eucharistia de qua nunc agimus prorsus alienam. Sed secundo, Perronio demus Epiphanium agere de Eucharistia & proprio sanguine Christi: ideone sequeretur, ut ipse ariolatur, sanguinem Domini substantialiter esse & ab Ecclesia dari in poculo consecrato? Præclarè. Ergo & quando Chrysostomus de baptismo loquens, ait: f *Ego non tibi largior vestimentum regium, sed tibi regem ipsum præbeo ut eo induaris*; similiter sequi dicam, Christum substantialiter esse & a baptizante dari in aqua baptismi: quod nihilominus Perronius ipse, scio, concedere nollet. Denique, rursum supponendo hîc Epiphanium de Eucharistia agere, nihil esset quod nos adigeret, ut per sanguinem Christi purum & verum quem in Ecclesia quotidie dari ait, proprium Domini sanguinem intelligeremus. Id enim convenienter recteque accipi posset de sanguine ejus typico, hoc est, de vino sacramentali, quod purum & verum vocaret ad differentiam falsorum & impurorum sanguinis symbolorum ab hæreticis administratorum, aut cum aqua sola, ut apud Ebionitas, Marcionitas & Encratitas, aut cum menstruis fœmineis, ut apud Gnosticos, referente ipso g Epiphanio. Eo enim sensu non modo quicquid mixtum est, in genere dici potest esse, h *Non purum*, sed etiam in specie, prava doctrina, *impura & falsa* appellatur, ad distinctionem sanæ doctrinæ quam Isidorus Pelusiota i *Veram ac puram potionem* appellat, quemadmodum & Cyrillus baptismum nostrum k *fidelem aquam*, & verbum divinum, purum

k *Epist.* 23 & *in* 1. *Joan. tract.* 6.
l *In diacypos. de baptism.* Ὕδωρ ὁρᾷς; σκόπει τὸ ἐν τοῖς ὕδασι πνεῦμα ἁγιαστικὸν καὶ θεῖον ἐνεργοῦν. ἐν γὰρ πατρικαῖς ἀγίαις ἡμῖν παραδόσεσι μανθάνομεν, ὅτι τὸ βαπτίζεσθαι ἡμᾶς ἐν ὕδατι καὶ πνεύματι ἁγίῳ οὐ τὴν ἀλογίστου ἐμπαθοῦς σαρκὸς ἀπόθεσιν μόνον ἐνεργεῖ, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀθανασίαν ἐμφαίνει τῆς ἁγίας ψυχῆς, καὶ τὴν ἀνάστασιν τοῦ τῶν ἁμαρτιῶν ἐμποδίου σκηνώματος ἀναλύουσιν, ἵνα λοιπὸν καθαρὸν καθαροῖς τὸ θεῖον ἐμπνεύσῃ πνεῦμα.
m *Sermon.* 41.
n *Apolog. David.* c. 12.
o *De his qui initiant.* c. 2.
p *Contr. liter. Petilian.* l. 3. c. 49.
q *In Ioan.* l. 6. *seu in Ioan.* 9. 6. & 7. ἀνοὺς ὑμῖν δοθέντα ἀφέσεως ἁμαρτιῶν ἐπιτυχεῖν καὶ ἁγίας κληρονομίας ἀξιωθῆναι γενόμενοι, λουόμεθα μὲν ὕδατι, ἀλλ' οὐκ ἐπὶ τῷ τὴν ἐν σαρκὸς ῥυπαρίαν ἀποθέσθαι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῷ τὴν ἐν ψυχῇ ἁγνείαν ἐπιδείξασθαι, καὶ τὴν ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν ἀναστάσεως τοῦ τῶν ἁμαρτιῶν ἐμποδίου σκηνώματος ἀναλύουσιν, ἵνα λοιπὸν καθαρὸν καθαροῖς τὸ θεῖον ἐμπνεύσῃ πνεῦμα.
r *Vid. supr.* l. 2. c. 19.
s *De Anima* c. 2. εἰδὼς πάντως ἀσώματα σώματος διαφέροντα τρόπῳ τινί.
a *In Compend. serm. de fide Eccles.* ἀσκληπιὸς λιμὴν, ὁ ἰησοῦς ὁ σωτὴρ, ὁ ἐνθέσεως ἡμῖν ἀγαθὸς ἐπὶ τῷ τὴν ἁμαρτίαν ἀφελεῖν, καὶ βότρυν φέρων ἡμῖν τῆς εὐλογίας, καὶ λυσίπονον ἡμῖν πόμα καθ' ἑκάστην ἡμέραν, αἷμα Χριστοῦ χορηγούμενον, ἅγιον, ἀληθές.

f *In Epist. ad Coloss. homil.* 10. ἐγὼ οὐ τὴν πορφυρᾶν δίδωμί σοι καὶ βασιλικὴν, ἀλλ' ἀνθ' ἐκείνης καὶ βασιλέα παρέχω.
g *Hæres.* 30. 42. 46. 26.
h *Isidor. Pelus. l.* 2. *ep.* 3. οἶνον ἄκρατον, *de mixtione.*
i *Lib.* 1. *Epist.* 169. τὸν ἀληθῆ καὶ ἀνεπίπλαστον πόμον. *vid. & l.* 3. *ep.* 125.
k *In Esa.* 33. 16. ὕδωρ πιστὸν τὸ τῶν ἁγίων βαπτισματων. *Item hom. paschal.* 16. καθαρὸν ἡμῖν ἄζυμον καὶ θεϊκὴν τροφήν.

b *Advers. error. Ioan. Hieros.*
c *Moral. in Iob. l.* 27. c. 8. *al.* 6.
d *In Numer. homil.* 16.
e *In Ps.* 147.

Gregorius Nazianzenus.

l *Hæreſ. 46.* τὰ παρ' αὐτοῖς δὲ ὕδατος μυστήρια μόνον γίνεται καὶ ὅτι μυστήρια ἐστὶν, ἀλλὰ καὶ μίμημα τοῦ ἀληθινοῦ ψιλοῦ γινόμενα. ὅτι γὰρ καὶ ἐν τούτῳ ἐλεγχθήσονται διὰ τοῦ ὕδατος τοῦ σωτῆρος λόγου, λέγοντος, ἀμὴν λέγω ὑμῖν διὰ τοῦ γενήματος τῆς ἀμπέλου πιόντες, &c.

purum & fermento carentem cibum. Idque de Eucharistia monet ipsemet Epiphanius, quandò contra Encratitas scribens, ait: l *Mysteria apud illos per aquam tantum fiunt, nec mysteria sunt, sed ad comparationem verorum falsa sunt.* Addit autem: *redarguentur à recto Salvatoris verbo dicentis, Non amplius bibam de genimine vitis hujus, donec bibam illud novum in regno cœlorum vobiscum.* Quo dicto plane ostendit, sanguinem Christi typicum, in Eucharistia purum nec adulteratum ab Ecclesia propinatum, esse adhuc cum bibitur, genimen & fructum vitis, hoc est, verum substantia vinum. Encratitæ enim in Eucharistia sua vinum nec sanctificantes, nec etiam bibentes, non recte convincerentur hoc Domini testimonio, nisi per genimen vitis, quod se bibisse innuit, vinum aquæ oppositum, hoc est, verum vinum Epiphanius intelligeret.

Examen Testimoniorum Gregorij Nazianzeni.

CAPUT I.

GREGORIUS, primo * Nazianzi coadiutor Patris, deinde Constantinopolitanus Episcopus, eodem tempore floruit quo superiores Patres, ejusdemque fidei illustria similiter reliquit testimonia, a nobis jam adducenda & ab Adversariorum corruptelis vindicanda.

* *Sasima, quo destinatus fuerat à Basilio, non adijt.*

Primus locus ducitur ex oratione secunda de Theologia, ubi enumerans absurda quæ sequerentur, si Deum corpus esse assereretur, ait: m *Quomodo salvabitur, Deum omnia permadere & implere, juxtà illud,* Nonne cœlum & terram ego impleo, dicit Dominus; *&*; Spiritus Domini replevit orbem terrarum; *Si partim circumscribat, partim circumscribatur? Aut enim per vacuam universitatem grassabitur, & res omnes nobis peribunt, vt sic Deus contumelia afficiatur, tum corpus effectum, tum ijs quæ fecit Carens; aut corpus in corporibus erit, quod impossibile est; aut implicabitur & opponetur, aut instar liquidorum miscebitur, atque alia secabit, ab alijs quoque secabitur, quod ipsis etiam Epicuri atomis absurdius est & anilius; sicque nobis collabetur, nec corpus habebit nec connexionem sermo de corpore.* Et ibidem, paulo antè: n *Si Deus corpus est, quomodo corpus illud est immensum, infinitum, figuræ expers, intactile & invisibile? An hæc quoque in corpora cadunt? O Licentiam!*

m *Orat. 34.* πῶς γὰρ σωθήσεται, τὸ πάντων πληροῦν καὶ πάντα χωρεῖν, εἰ μὴ τὸ, οὐχὶ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν ἐγὼ πληρῶ, λέγων κύριος; καὶ, πνεῦμα κυρίου πεπλήρωκε τὴν οἰκουμένην, εἰ τὸ μὲν περιγράφοι, τὸ δὲ περιγραφοίτο. ἢ γὰρ διὰ παντὸς χωρήσει ἀπερίληπτον, καὶ πάντος, καὶ τὰ πάντα διέξεισι χωρήσαν ἀθρόον, ἢ ὥσπερ ὅσα τῶν ὑγρῶν μίγνυται, καὶ τὸ μὲν τέμνει, τὸ δὲ τμηθήσεται, ὁ καὶ τῶν Ἐπικουρείων ἀτόμων ἀτοπώτερόν τι καὶ γραωδέστερον, καὶ οὕτω διαπεσεῖται ὑμῖν, καὶ σῶμα οὐκ ἔξει, οὐδὲ πλοκὴν ἕξει ὁ περὶ σώματος λόγος. ‖ πῶς τὸ ἄπειρον καὶ ἀόριστον, καὶ ἀσχημάτιστον, καὶ ἀναφὲς, καὶ ἀόρατον, ἢ καὶ πᾶσι σώμασι; ἢ γὰρ αὐτὴ φύσις σωμάτων.

Non enim hæc corporum natura est. Addamus & alia duo loca valde similia. Prior locus est ex Epistola prima ad Cledonium, ubi ait: o *Vas vnius modij capax, duos modios non continebit, neque locus corporis vnius duo corpora, aut plura.* Et ibidem paulo post: *Hæc intellectualium natura est, ut incorporaliter & indivisibiliter, & inter se, & cum corporibus misceantur.* Posterior ex oratione trigesima septima, ubi de Spiritu Sancto agens, sic loquitur: p *Est per omnes Spiritus penetrans intellectuales, puros, tenuissimos, Angelicas puta virtutes, quemadmodum & Propheticos, & Apostolicos, eodem tempore, nec tamen in ijsdem locis, (alij enim eorum alibi sparsi erant) quod ostendit illum esse incircumscriptum.* Palmarium sanè in rem nostram testimonium. Primo enim negat Gregorius penetrationem dimensionum tantopere ab Adversariis laudatam, & pluralitatem corporum in uno loco simul: *Impossibile est*, inquit, *corpus esse in corporibus: Locus vnius corporis non continebit duo corpora*; idque, & quod ex ejus positione sequitur, *absurdius esse atque anilius ait ipsis Epicuri atomis.* Secundo pariter negat impalpabilitatem & invisibilitatem corporum, & in eos qui asserunt, aliquid corpus esse, & tamen impalpabile & invisibile esse, tanquam in temerarios exclamat, *O Licentiam!* aitque id prorsus esse contra corporum naturam. Tertiò, rursum quoque negat corporum incircumscriptionem, circumscriptionemque asserit corporibus adeò propriam, & ab iis inseparabilem esse, ut Deus ipse, si corpus esset, necessariò foret circumscriptus. Denique & negat corporum polytopiam. Nam non tantum ait, Si Deus corpus foret, nullomodo salvari posse quod scriptura dicit, illum esse simul in cœlo & in terra; sed & addit, inde perspicue probari Spiritum Sanctum esse incircumscriptum, ac proinde Deum, eò quod in diversis locis simul sit, polytopiam ex diametro circumscriptioni contrariâ esse declarans. Quî autem hæc ille asseregeretpotuisset, tam acriter, tam absolutè, si corpus ipsũ Domini in pluribus simul locis, ubicunque videlicet Eucharistia celebratur, credidisset esse substantialiter præsens, incircumscriptum, impalpabile ac invisibile? Quam levè ac stramineum fuisset illud argumentum quod in Adversarios vibrat, tanquam eos ad absurda, anilia, & fatua, & ἀσύστατα adigens? Facillime enim ab illo se extricassent. Nam ad primam instantiam in promptu fuisset excipere, corpora in corporibus supernaturaliter esse posse, pluraque corpora simul in eodem loco: ac proinde Deum, quamvis corpus foret, omnia corpora nihilominus penetrare posse. Ad secundam; Deum quidem impalpabilem & invisibilem esse, non tamen ideo sequi eum non esse corpus, cum corpus ipsum Domini in Eucharistia sit impalpabi-

Gregorius Nazianzenus.

o *Orat. 51.* ἀγγέλου μιᾶς χωρητικὸν, δύο χωρῆσαι δυνατὸν, ἢ δὶς τοσοῦτον ἐνὸς τόπου δύο ἢ πλείονα σώματα. Et paulo post: τοσαύτη γὰρ ἡ τῶν νοερῶν φύσις, ἀσυμπάτως καὶ ἀχωρήτως, καὶ ἀλλήλοις, καὶ σώμασι μιγνυμένη.

p *Orat. 37.* διὰ πάντων χωρεῖ νοουμένων, τοσούτων, τοιούτων, λεπτοτάτων, ἀγγελικῶν οἱονεὶ δυνάμεων, ὡσπερ καὶ θεοφανικῶν, καὶ ἀποστολικῶν, καὶ πνευτὸν, καὶ ἐπὶ τοῖς ἀνθρώποις τόποις, ἀλλ' οὐκ ἀπεριγράπτως ἐνιζανόντων, ἀλλὰ πάντα τὸ ἀπερίγραπτον.

Gregorius Nazianzenus.

palpabile & inviſibile, & nihilominus eorpus ſit. Ad tertiam; circunſcriptionem poſſe ſeparari a corpore, ut patet exemplo corporis Chriſti, quod in Euchariſtia incircunſcriptum eſt. Ad quartam denique, licet Deus corpus eſse cenſeatur, ſalvari tamen poſſe quod ſcriptura ait, eum ſimul in cœlo & terra eſse, idque eodem exemplo corporis Dominici quod in cœlo ſimul & terra eſt; nec valere argumentum ductum a polytopia ad incircunſcriptionem, cum idem corpus per virtutem divinam in pluribus ſimul locis eſſe poſſit, etiam ſi circunſcriptum ſit. Quò vero jam abjiſſent inſultationes illæ, ſarcaſmique Gregoriani? Quanta eum ignominia palinodiam agere eum coegiſſent? At de tanto viro, tam gravi, tam Theologo ut vulgo indigetatur, pene nefas eſt exiſtimare eum adeo ſtupidum bardum ac delirum fuiſſe, ut tam leve argumentum atque ex uno ex præcipuis fidei Chriſtianæ capitibus & articulis facile refutabile, tanquam palmarium & invictum triumphabundus objicere ſuſceperit: ac proinde in contrarium potius ſtatuendum eſt, eum hypotheſin illam de corpore Chriſti in Euchariſtia impalpabili, inviſibili, incircunſcripto, nullomodo tenuiſſe.

Secundus locus ducitur ex oratione vndecima, ubi panem & vinum Euchariſtiæ corporis & ſanguinis Domini Antitypa indigetat. In ea enim de Gorgonia ſorore ſua gravi morbo & adverſus remedia pertinaci conflictata loquens, ait: a *Deſperans de omnibus aliis ad omnium medicum confugit, atque intempeſta nocte obſervata, cum morbus nonnihil remiſiſſet, ad altare cum fide procumbit, eumque, qui ſuper ipſo honoratur, magno clamore invocans, & cum omnibus appellationibus, ac omnes quas unquam operatus erat virtutes ei quaſi in memoriam revocans:* (*Sapiens enim ipſa erat & callebat veteres novaſque Hiſtorias*) *& tandem pia & præclara quadam impudentia effertus. Eam qua Chriſti ſimbria profluvium ſanguinis compreſſerat, imitatur. Quid autem fecit? Cum caput ſuum, cum æquali clamore multiſque lachrymis ad inſtar ejus quæ olim Chriſti pedes rigavit, altari admoviſſet* (per altare autem intelligit *ſacram & myſticam* Euchariſtiæ *menſam* ut eam b alibi nominat) *nec ſe prius inde diſceſſuram quam obtenta ſanitate eſſet communita, deinde hoc ſuo pharmaco corpus totum perfudiſſet, & ſi quid uſquam antityporum pretioſi corporis vel ſanguinis manus ſua theſauris averat, id lachrymis admiſcuiſſet; O rem admirandam! repente diſceſſit ſe ſanatam ſentiens, anima, corpore & mente Levis, pro Spei mercede id quod ſperaverat adepta, & per animæ robur corporis robore accepto.* At ſi panis & vinum antitypa ſunt corporis & ſanguinis Chriſti, non ſunt illud corpus & ſanguis propriè ac ſubſtantialiter, ſed typice tantum. Nam typus & res a typo figurata relativè opponuntur: extrema autem relatorum realiter a ſe differunt, ex omnium confeſſione. Reſpondent Adverſarij varie.

Gregorius Nazianzenus.

Primò enim c Vaſques negat per antitypa corporis vel ſanguinis intelligi panem & vinum Euchariſtiæ, aitque Gregorium potius intelligere *reliquias aliquas, aut ſigna aliqua corporis & ſanguinis Chriſti*, puta, *imagines aliquas paſſionis Chriſti quas Gorgonia in aliqua parte altaris recondiderat.* Verum, ut hæc reſponſio quoquomodo valeret, probandum erat Vaſques, ea quæ commemorat, *corporis vel ſanguinis Domini antitypa*, nonnunquam a Veteribus fuiſſe appellata. Sacramenta enim id nominis apud Veteres ſæpiſſime accipere, patet ex plurimis eorum teſtimonijs. Gregorius ipſe alibi de pane & poculo Euchariſtiæ loquens, ea tum d *figuram*, tum e *magnorum myſteriorum antitypum* tum f *ſalutis meæ typos* alternatim indigetat: At vero de reliquiis, de imaginibus, & alijs ejuſmodi in Veterum ſcriptis nihil tale reperitur. Demonſtrandum eſt, non ſupponendum, ea aliquando corporis & ſanguinis Chriſti antitypa dicta fuiſſe. Alioqui, qua facilitate id a Vaſques affirmatur, eadem a nobis negatur. Commentum tamen illud ſuum varijs argutiolis ſtatuminare conatur. Ex verò in compendium redactæ ſic ſe habent. Prima eſt, per altare ad quod Gorgonia procubuiſſe dicitur, *non poſſe intelligi, nec altare quod erat in Eccleſia, nec altare quod foret intra propriam ipſius domum.* At quamvis id illi daremus, quid faceret ad confirmandum per antitypa corporis & ſanguinis panem & vinum Euchariſtiæ non eſſe intelligenda? Nihil prorſus. Neque enim Gregorius ait, Gorgoniam antitypa illa ſumpſiſſe in altari ad quod procumbebat, ſed aliunde accepta & penes ſe recondita, tum cum ad altare procumberet eduxiſſe. Sed addo ipſum quoque tanquam verum præſupponere, quod forte falſum eſt. Cur enim altare illud non rectè accipi poſſet de altari quod in Eccleſia foret? *quia*, inquit, *credibile non eſt, eo tempore extra domum exiſſe, cum ſolum per parvi temporis ſpatium vis morbi remiſiſſet.* Præclare. Quaſi Eccleſia in propinquo eſſe non potuerit, ac ægritudinis vi remittente (Illa enim ebullitio ſanguinis erat) improvidis cuſtodibus aut dormitantibus ad eam properare. Annon enim quid ſimile ab ægrotis factitari quotidie ſolet? Secunda, magis ad rem, eſt: *Gregorium*,

c In 3. Thom. tom. 3. diſput. 197. c. 4.

d Orat. 42.
e In Apologetico. Item orat. 1.
f Orat. 17.

a Orat. 11. πάντας ἀπογνοὺς τοὺς ἄλλους, ἐπὶ τὸν κοινὸν ἰατρὸν κατέφυγε, καὶ νυκτὸς ἀκέραιον παρατηρήσας, μικρῷ κλίνασα τῆς νόσου, τῷ θυσιαστηρίῳ προσέπεσε, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων μνησθεῖσα ὧν ποτε ἔργων ἐπεδείξατο τὴν θεὸν, ὡς ἀνακαλουμένη μεγάλῃ τῇ βοῇ, καὶ πικροῖς συὶ κλαυσὶ τοὺς πόδας ἀντὶ τῶν πάλαι δακρύων ὑπομύσασα. σοφὴ γὰρ ἐκείνη καὶ τὰ παλαιὰ καὶ τὰ νέα, τέλος ἰσοῦται λοιπὸν καὶ τῆς πάλαι αἱμορροούσης ἀναχωνεύσασα. μιμεῖται τὴν προσπόλευσιν Χριστῷ ξαρέσασα πάσχουσα πάθος. καὶ τί ποιεῖ; τῷ θυσιαστηρίῳ τὸν κεφαλὸν ἑαυτῆς ἐγκλίνασα, μᾶλλον τῆς ἴσης βοῆς, καὶ δάκρυσι τῶν ποδῶν, ὅπερ τις πάλαι τοῦ θείου Χριστοῦ ἐποίησε, βρέξασα, καὶ μὴ πρόσω ἀνίδεον ἢ τὸ ἰσχύειν τοῦ ἀκεσθῆναι, ἀλλὰ τοῦ πιεῖν ἐκείνου φάρμακον τοῦτο τὸ σῶμα πᾶν ἐπιλιβόμενα, καὶ ἅπερ ἐν τῶν ἀλαβάστρων ἢ πρὸς σώματος ἢ ἔξω σώματος ἐκ χειρὸς ἐβαστάσαμεν, ταῦτα κεραμεύσασα τῇ δάκρυσι, καὶ τοῦ ῥύματος, ἀπέλθοι ἰσθὶ καὶ θεραπεία τοῦ ἕλκους, καθὰ καὶ τῷ σώματι τῇ ψυχῇ, καὶ ἀμφοτέροις, μεθ' ἡλικίας ὑγιείας τὸ ἰλαρίζεσθαι, καὶ τῇ τῆς ψυχῆς ἐνεργείᾳ κερασαμένη τοῦ σώματος. b Orat. 2. & 4. & 19. & 40.

Digitized by Google

Cognitio prædicamentorum necessaria ad quæstiones Scripturæ.

Quæstiones Scripturæ non possunt absque prædicamentorum cognitione solvi

Scripsit Lanfrancus, Berengarium, ut ait, ab Ecclesia damnatum, ut hæreticum, quia dixerat panem et vinum altaris post consecrationem esse tantummodo sacramentum corporis et sanguinis Christi, non autem ipsum verum corpus et verum sanguinem Christi, et quia dixerat illud corpus et sanguinem non sentiri a fidelibus nisi sacramentaliter, non autem in veritate. Quæ duo Lanfrancus ait esse contra fidem. Sed Berengarius, ut ipse dicit, nunquam hoc dixerat, sed semper credidit, et credit, panem et vinum altaris post consecrationem esse verum corpus et verum sanguinem Christi, et illud corpus et sanguinem sentiri a fidelibus non solum sacramentaliter, sed etiam in veritate. Quæ duo ipse ait esse de fide. Ecce quomodo Lanfrancus, ut ipse dicit, Berengarium damnavit, quia dixerat quod ipse non dixerat, et quia dixerat quod ipse dicit esse contra fidem. Ecce quomodo Lanfrancus, ut ipse dicit, Berengarium damnavit, quia dixerat quod ipse non dixerat, et quia dixerat quod ipse dicit esse de fide

Gregorius Nazianzenus.

rie. Addo ego, *airì*, in ejuſmodi compoſitionibus non proprie ſignificare æqualitatem ſed tantum ſimilitudinem.

g *Apud Billium. omnes. in orat. 11. Nazianzeni.*

Quarto reſpondent g Roſſenſis, Gardinerus, Sanctelius, & Billius, *antitypum corporis & ſanguinis Chriſti intelligi ipſummet corpus & ſanguinem Chriſti, quæ prout in ſacramento ſunt modo inviſibili & indiviſibili antitypum ſeu ſymbolum ſunt corporis viſibilis, prout erat olim in cruce, & nunc in cælo eſt. Quæ quidem ratio*, inquiunt, *ne nova videatur, audiamus quid in ſententijs Proſperi dicat Auguſtinus: Caro ejus eſt quam forma panis opertam in ſacramento accipimus, & ſanguis ejus quem ſub vini ſpecie ac ſapore potamus. Caro videlicet carnis & ſanguis ſacramentum eſt ſanguinis: Carne & ſanguine, utroque inviſibili, intelligibili & ſpirituali, ſignificatur corpus Chriſti viſibile & palpabile, plenum gratia & divina majeſtate.* Verum in utroque turpiter allucinantur. Nam primo verba illa quæ tanquam ex Auguſtino citant, nec habentur in ſententijs Proſperi, nec in ullo Auguſtini ſcripto, nec Auguſtini ſunt. Lanfranci ſunt, ex quo Ivo ea citat, ab Algero & Gratiano falſo Auguſtino tributa, ut agnoſcit b Bellarminus, & prolixe obſervat i Perronius. Deinde, ea tùm Lanfraci, tum eorum omnium reſponſio, directe cum Authoris noſtri placitis pugnat. Supra enim illum audivimus affirmantem, nullum corpus eſſe inviſibile, Deumque ipſum, ſi corpus eſſet, neceſſario fore viſibilem. Qui ergo hic dicere poſſet corpus Chriſti inviſibile antitypum eſſe ſui ipſius viſibilis? Annon cum plane ſtupidum eſſe oporteret? Denique, ipſamet Authoris verba effugium hoc confutant. Ait enim Gregorius: *Si quid antityporum pretioſi corporis vel ſanguinis manus theſaurizaſſet*; per illud *quid* manifeſte pauxillum deſignans antityporum corporis vel ſanguinis Chriſti. Proprij autem corporis & ſanguinis Dominici, nec pauxillum, nec particulæ vel fruſtula ſumi poſſunt, cum ſint indiviſibilia ſecundum Adverſarios ipſos. Per antitypum igitur corporis & ſanguinis non deſignat corpus ipſum & ſanguinem Dominicum.

h *De Euch. l. 2. c. 24.*
i *De S. Auguſtino, c. 8.*

Quintò reſpondet Perronius: *Etſi Gregorius loquatur de antitypis jam conſecratis, antitypum ſæpè denotare communicationem quam res eſſentiæ ſuæ alteri tribuit, quemadmodum ignis eſſentiam ſuam materijs combuſtibilibus, & ſigillum eſſentiam ſuam, hoc eſt, formam ſubjecto quod ſignat. Quo ſenſu Gregorius docet, filium, etiam ſecundum eſſentiam divinam, typum Patris eſſe, & Patrem Archetypum filij*: Hujuſmodi enim, k *inquit*, ſimplicium rerum natura eſt, ut non partim ſimiles ſint, partim diſſimiles, ſed totæ totius typi ſint, eædemque potius ſint quam ſimiles; *Et Eutychius à Niceta relatus, corpus Chriſti integrum reperiri in antitypis.* Verum, quam erronea ſit antitype hæc acceptio, in Apoſtolicarum conſtitutionum examine adeò prolixè contra Perronium ipſum ſupra oſtendimus, ut neceſſe non ſit de eadem hîc agere. Solummodò hîc dixero, Gregorij mentem non eſſe, filium, etiam ſecundum eſſentiam eſſe Patris typum ac ſimilitudinem, cum ipſe alibi formaliter dicat, l *aliud ſimilitudo, aliud veritas*; *Nam homo ad ſimilitudinem & imaginem Dei factus eſt, nec tamen Deus eſt*; ſed hoc tantum velle, typum illum eſſe Patris qui in ſe habeat quicquid Pater habet, cum imaginum viventium, rerumque ſimplicium ea natura ſit, ut typi ſint, archetypi ſui totum habentes, excepta ſola relatione per quam ab eo diſtinguuntur.

k *Orat. 36.*

Gregorius Nazianzenus.

l *In tract. de fide contra. Arrianos ex verſione Ruffini malè Ambroſ. tribut. (vid. Auguſtin. epiſt. 111.) ſeu erat. 49.*

Sexto denique cum Billio, Gamachæo, & alijs reſpondet Perronius: *Sacramentum duas naturas habere, unam externam, accidentalem, & viſibilem, alteram internam, eſſentialem & inviſibilem; ſecundum illam, figuram eſſe, ſecundum hanc, veritatem: juxta hæc* a *S. Hilarij verba*; Corpus Chriſti quod ſumitur de altari, figura eſt, dum panis & vinum videntur extra, veritas autem dum corpus & ſanguis Chriſti in veritate interius creditur. *Et* b *Paſchaſij*; Eſt figura vel Character hoc quod exterius ſentitur, ſed totum veritas, & nulla adumbratio quod intrinſecus percipitur. *Quid ergo mirum eſt, Euchariſtiam à Veteribus denominari, interdum ex parte naturæ externæ & viſibilis juxta quam figura eſt, non res, interdum ex parte naturæ internæ & inviſibilis juxta quam res eſt, non figura, abſque eo quod veritati unius per alterius appellationem præjudicium ullum fiat? S. Petrus Dominum appellat,* c Hominem à Deo electum; *& Paulus* d imaginem Dei inviſibilis, & figuram ſubſtantiæ Patris; *nec tamen illi denegant titulum & veritatem Dei. Similiter Gaudentius Nazianzeni contemporaneus, ait*: e quomodo panem de multis tritici granis in pollinem redactis per aquam conflci, & per ignem neceſſe eſt conſummari, rationabiliter in eo accipitur figura corporis Chriſti, qui novimus ex multitudine totius humani generis unum eſſe corpus effectum, per ignem Sancti Spiritus conſummatum: *Nihilominus quoque dicit*: Ipſe igitur creaturarum creator & Dominus qui producit de terra panem, de pane rurſus quia & poteſt & promiſit, efficit proprium corpus, & qui de aqua vinum fecit, & de vino ſanguinem ſuum. *Et rurſum*; cum panem conſecratum & vinum Diſcipulis ſuis porrigeret, ſic ait, hoc eſt corpus meum: hic eſt ſanguis meus. Credamus quæſo, cui credidimus. Neſcit mendacium veritas. *Et paulò poſt alludens ad agni paſchalis leges*: Univerſa, quemadmodum tradita ſunt, credamus, non infringentes os ipſius illud ſolidiſſimum, hoc eſt corpus meum. *At verò ſi Gaudentio & aliis veterum licuit, Euchariſtiam figuram corporis Chriſti appellare, in Catecheſibus etiam ſacramentalibus ad quas vetitum erat haud initiatos*

a *Apud Gratian. de conſecrat. diſt. 2. Canon. Corpus.*
b *De corpor. & ſangu. Domini c. 4.*
c *1. Petri. 2. 4.*
d *Hebr. 1. 3.*
e *In Exod. tract. 2.*

Gregorius Nazianzenus.

admitteret, absque eo tamen quod reali subspecie-bus corporis veritati quidpiam decederet; quanto magis fas fuerit Gregorio idem facere, non tantum in oratione fynebri eos initiati & non initiati promiscue intuerant, ac ubi proinde Ecclesia mysteria nefas erat propalare, sed etiam in Historia quam se ideo referre dicit, ut publicaretur, tum fidelibus, tum infidelibus? Hæc ille, verbosè admodum, quæ clarius loquendo eò redeunt, Gregorium videlicet, per corporis & sanguinis antitypa intelligere accidentia panis & vini sub quibus Domini corpus invisibile delitescat. Ex duobus autem illis quæ simul involuit, utrumque falsissimum est, & à Gregorij mente prorsus alienum. Nam, ut supra jam observavi, Gregorij axioma est, nihil quod sit invisibile esse vere corpus: quomodo igitur mens illius esse posset, naturam internam & essentialem Eucharistiæ esse corpus invisibile? Deinde & species illas seu accidentia panis & vini sine subjecto subsistentes pariter confutat, inquiens; *si quid antityporum pretiosi corporis aut sanguinis manus thesaurizasset.* Nam per *quid antityporum* evidenter intelligit *paululum Eucharistiæ*, ut loquitur *f* Eulebius, quod ab ampliori sive massa sive liquore separatum & divisum privatim recondidisset. At vero lineæ, superficies, qualitates à subjectis suis esse inseparabiles, universa testatur antiquitas. Loca aliquot adducemus. Sic enim Methodius: *g Qualitas à materia quoad subsistentiam separari non potest.* Et rursum: *Omnium rerum ea res magis impossibilis est.* Sic Cyrillus Alexandrinus Commentariò in Joannem: *h Unum quodque eorum separabile est intellectu, sed unum natura, & unum ex uno inseparabili quodam & continenti progressu prodit.* Et rursum: *i quomodo, quæso; non summa istud insania videbitur? Subjectio enim, quomodo subsistere per se censebitur, nec ulli rei inexistere? Hæc enim ejusmodi necessario accidunt.* Et paulo post: *k Quod si nullum subjectum sit, ubique præexistat entia quod ista fieri solent, quomodo erunt ipsa per se quæ in accidentium ordine intelliguntur & denumerantur?* Et in thesauro: *l Ingenitum de essentia Dei ut inseparabile prædicatur, quemadmodum de quovis corpore color.* Sic & ipse Nazianzenus probat Spiritum Sanctum non esse qualitatem, quia si qualitas foret, in subjecto esse deberet: *Omnino, m* inquit, *supponendum est Spiritum Sanctum aut esse ex numero rerum quæ per se subsistunt, aut earum quæ in alio videntur, quarum illæ ab intelligentibus substantiæ appellantur, hæ vero accidentia.* Denique Ludibrium est apud Philosophos, lineas, superficies, nigredines, albedines, realiter à se invicem absque subjectorum suorum una cum illis divisione separari posse; accidens enim accidenti non accidit nisi in quantum ambo eidem subjecto accidunt. Nec quicquam contra faciunt quæ in responsionis suæ subsidium Perronius in sequentibus adducit. Primò enim verba illa quæ tanquam ex Hilario Episcopo Romano profert, nullomodo illius sunt. Paschasij conceptio est à falsario Gratiano tantisper interpolata, & Hilario Romano per impostu ram tributa: Nec in hoc illi, cujuscumque sit, convenit cum Perronio. Fictitius enim ille Hilarius ait, corpus Christi figuram esse, Perronius vero corpus Domini rem esse, non vero figuram. Quod si forte velit ὑποβολιμαῖος ille, corpus Christi dici figuram & typum sui ipsius, propter accidentia panis quibus est circumvolutum, ridendum se propinabit. Perinde enim sane est ac si quis diceret, hominem esse figuram ac typum sui ipsius propter Vestimenta quibus indutus est. Adeo sibi male semper constat mendacium. Secundo, falsum est quod subjungit Perronius, Apostolum, videlicet, Dominum appellare *figuram substantiæ Patris.* Id enim nobiscum & recte Bellarminus negat: *Non est, n* inquit, *filius imago essentiæ, sed personæ. Nam illius est imago cujus est filius: imago enim distinguitur ab exemplari ut res producta à producente.* Verba Apostoli sunt, filium esse characterem seu figuram ὑποστάσεως, id est, personæ Patris. Unde à simili contra Perronium infero, quod quemadmodum filius, cum figura sit & typus Patris, non sit ipse Pater, sic & Eucharistia cum sit antitypum seu typus corporis & sanguinis Dominici, non sit proprie loquendo corpus & sanguis illius. Tertio, & abutitur Gaudentij verbis. Quando enim is ait: *Dominus de pane efficit proprium corpus*; non ibi sumit *proprium* oppositè ad figuratum, sed simpliciter pro suo, sicut in sequenti periodo se exprimit, cum dicit, *de vino efficit sanguinem suum.* Sensus autem illius est, Dominum de pane symbolicum ac typicum corpus suum efficere, quemadmodum ante dixerat, *in pane rationabiliter accipitur figura corporis Christi*: Unde nobis facile est eum, & quidem valide contra Perronium retorquere. Nam si juxta Gaudentium panis Eucharistiæ figura est corporis Christi; *figura* autem, ut ibidem Gaudentius affirmat, *non est veritas, sed imitatio veritatis*; panis ergo Eucharistiæ non est veritas corporis Christi, sed tantum illius figura. Denique, quod obtrudit de silentio mysteriorum coram non initiatis, nec eo sensu verum est quo ipse id intelligit, nec in rem illius facit. Quod enim Veteres coram non initiatis reticere consueverant, non sane est, *Eucharistiam esse corpus & sanguinem Christi*; sed, *Eucharistiam esse panem & vinum*, ne forte ea de causa contemtui haberetur. Testis esto Theodo-

Gregorius Nazianzenus

n *De christo lib. 2. c. 4.*

f Lib. 6. Histor. c. 36. ὃν καὶ ἐν ἀντιτύποις ἁγίου σώματος καὶ αἵματος ἐν μικρῷ τινι ἐναπέθετο. *g Apud Photium Cod. 234.* μὴ δυνατὸν χωρίζεσθαι ὑποκειμένου τὰ συμβεβηκότα, καὶ τὰ ἐπιφανόμενα ἀπὸ τῶν ἐνόντων ἀναιρεῖσθαι. *Et paulo ante:* τὰ ἀσώματα ἀδιάστατα.

h In Joann. l. 1. c. 3. ad fin. ἕκαστον ἐστὶ τῇ θεωρίᾳ χωριστὸν, φύσει δὲ ἓν, καὶ ἐξ ἑνὸς, ἀμερίστου τινὸς καὶ συνεχοῦς προόδου.

i In Joann. l. 4. c. 1. πῶς οὐκ ἄνοια δόξει μᾶλλον, εἰ μὴ μόνον ὑποκείμενον λαμβάνοιτο ἀναφαίρετον, ἀλλὰ καὶ ἐν ὑποκειμένῳ τὰ ἐνόντα πάντα ἐν ὑφεστῶσι πράγμασι θεωρεῖσθαι μὴ δυνάμενα; τὰ γὰρ τοιαῦτα ἀναγκαίως τῷ οἷς ἐνυπάρχει συμβαίνει.

k καὶ ὑποκειμένου μὲν ὄντος, ἐνυπαρχόντων δὲ ἀεὶ τῶν ἐν ὑποστάσεσι θεωρουμένων, ἐκεῖνα δὲ ἐν ὑποκειμένοις ἀναιρουμένων, πῶς ἂν ἔτι ἐκεῖνα ἐν ἑαυτοῖς ὑφεστῶτα ἀναιρεθείη; *l Assertione 31.* τὸ ἀγέννητον ἐν τῇ θείᾳ οὐσίᾳ ἀχώριστον ἀποφαίνεται, ὅπερ ἐπὶ τῶν σωμάτων τὸ χρῶμα. *Vid. & de Trin. dial. 2. in Orat. 37.* τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἢ τῶν καθ' ἑαυτὰ ὑφεστηκότων ποιότητα εἶναι φήσομεν, ἢ τῶν ἐν ἑτέροις θεωρουμένων, ἵν' τὸ μὲν ἄκλινες ἐκείνου τοῦτο δείκνυσι, τὸ δὲ συμβεβηκός.

Gregorius Nazianzenus.

Theodoretus. Is enim in Dialogo in quo fingit intereſse haud initiatos, ac ea de cauſa jubet coram ijs myſtice loqui de Euchariſtia, eam diſerte affirmat corpus & ſanguinem Chriſti eſse: *Poſt ſanctificationem*, inquit [a] Eraniſtes, *quomodo appellas dona quæ offeruntur?* Reſpondet Orthodoxus: *corpus Chriſti & ſanguinem Chriſti.* E. *Et credis te recipere corpus & ſanguinem?* O. *Sic credo.* At contra ſibi valde cavet ab Euchariſtia panem & vinum appellanda: *Eraniſt. quomodo appellas donum quod offertur antè invocationem ſacerdotalem?* O. *Aperte dicendum non eſt: veriſimile enim eſt adeſſe aliquos myſterijs non initiatos.* E. *reſponſio ſiat enigmaticè.* O. *Cibum ex talibus ſeminibus.* E. *Alterum vero ſymbolum quomodò vocamus?* O. *Commune & hoc nomen eſt potus ſpeciem ſignificans.* Atque illud ipſum hic obſervat Nazianzenus, panis quidem atque vini nominationem ſupprimens propter non initiatos, ita tamen ut initiati ea poſſent intelligere, ac ex ejus verbis colligere & concludere, ipſa eſse antitypa corporis & ſanguinis Chriſti; non igitur (ut dicebamus) proprie & ſubſtantialiter corpus ejus & ſanguinem.

[a] *Dialog. 2.*

Verum Perronius defendentis partes ſuſtinere non contentus, jam audet nos impugnare ex ipſomet Gregorij loco a nobis adducto. *Nam hic textus Gregorij*, inquit, *oſtendit contactum manualem Euchariſtiæ de quo loquebatur, nullomodo derogare veritati fidei, venerationis & adorationis corporis Chriſti in ſacramento. Quo enim illuſtriori ſigno teſtari poterat Gorgonia quanti ſacrum illud pignus faceret, quam eo quod hic exerit? Declarat enim ſe in illo eandem valetudinis fiduciam conſtituere, quam Hæmorroiſſa & Magdalena in contactu veſtimentorum & pedum Domini, ac credere illud corpori ſuo per contactum applicando (edere quippe non poterat, cum nondum eſset baptizata) ſe hoc pacto ſanitatem recuperaturam.* Miram hominis inconſtantiam! Supra enim contendebat, idque duobus argumentis, Gregorium panem & vinum non niſi ante conſecrationem appellare antitypa, jam vero vult illum ea poſt conſecrationem hoc nomine indigetaſſe, atque ex beneficio quod abijs Gorgoniam ſperaſſe ſibi perſuadet, colligit ea fuiſſe vere & ſubſtantialiter corpus & ſanguinem Domini. Sed mirari deſinite: *vir enim duplici corde,* [a] inquit Beatus Jacobus, *inconſtans eſt in omnibus vijs ſuis.* Fictitia autem primo ſunt omnia quæ hic effutit. Neque enim Gregorius ait, Gorgoniam ſpem ſanitatis in Euchariſtiæ contactu repoſuiſſe: id gloſſema Perronij eſt, nec verum exiſtimamus Gorgoniam tunc ſacramentum edere nō potuiſſe, aut non fuiſſe baptizatam. Et quamvis ea vera forent, eſſent tamen inutilia. Cur non enim Gorgonia ſpem valetudinis in Euchariſtiæ ſive eſu ſive contactu, quamvis ipſa tantum antitypum Chriſti foret, reponere potuerit, perinde ac [b] hæmorroiſſa ex veſtimentorum Domini, & [c] paralyticus ex aquarum piſcinæ contactu ſanitatis recuperandæ fiduciam conceperunt? Quis dixerit antitypum ſive ſacramentum Chriſti inferius quiddam eſſe Dominicæ veſtis fimbria, aut piſcinæ aquis?

[a] *Jacob. 1. 8.*

Gregorius Nazianzenus.

[b] *Marc. 5. 28.*

[c] *Joann. 5.*

Sed rurſum Bellarminus aduerſus nos ex hoc loco argumentum ducit. Nam *Gregorius ait*, inquit: *ad altare cum fide procumbit, eum, qui in ipſo colitur, magno cum clamore obteſtans, &c. Quid autem ſuper altare colatur, dubium eſſe non poteſt, cum nihil ibi ponatur a Chriſtianis niſi panis & vinum mutanda in corpus & ſanguinem Chriſti: unde Optatus paulo ante citatus vocabat altare ſedem corporis Chriſti.* Sed levis eſt objectio. Quis enim negaverit Chriſtum honorari in altari, hoc eſt in *ſacra menſa*, ut ipſemet Gregorius alibi loquitur, cum in ea ſacramentum corporis & ſanguinis ejus per ipſius invocationem conficitur & conſecratur, ac rurſum in ejus gloriam fidelibus diſtribuitur? Verum demus Bellarmino Gregorium intelligere, Chriſtum coli in altari per venerationem Euchariſtiæ redditam; quo ſenſu dicitur ab [d] Auguſtino, *qui operatur aut veneratur vile ſignum divinitus inſtitutum, cujus vim ſignificationemque intelligit, non hoc veneratur quod videtur & tranſit, ſed illud potius quo talia cuncta referenda ſunt*; quid promovebit? Attendite acumen hominis: *Si colitur*, inquit, *in ſymbolo, vel eſt ipſe revera in eo ſymbolo; vel non eſt. Si eſt, errant Sacramentarij, qui id negant: ſi non eſt, ergo licet ſaltem coram ſymbolis procumbere, & ibi Chriſtum licet abſentem adorare: Ergo licet Euchariſtiam & imagines Chriſti venerari, neque eſt idolatria, ut ipſi paſſim clamant.* In ſymbolo reapſe præſentem & incluſum eſſe negamus; coram menſa Euchariſtica procumbere licere damus ad Dominum honorandum, non autem menſam colendam: Euchariſtiam denique ut ſignum utile divinitus inſtitutum venerandam confitemur. De imaginibus vero id non pariter concedimus; tum quoniam ſigna utilia nullomodo ſunt, *cum plus valeant*, inquit [e] Auguſtinus, *ad corrigendam miſeram animam, quæ ea habent, oculos, nares, manus, pedes, quam ad corrigendam*; tum quia ſigna non ſunt divinitus inſtituta, quemadmodum antitypa corporis & ſanguinis Chriſti.

[d] *De Doctrin. Chriſt. l. 3. c. 9.*

[e] *In Pſ. 113.*

CAPUT II.

TERTIUS locus ducitur ex oratione contra Maximum, ubi de Adverſarijs ſuis loquens, ait: [f] *Ab altaribus*

[f] *Orat. 28.* Ἀπὸ τῶν θυσιαστηρίων ἀπέχεσθε· ἀλλ' οὐδὲ τοῖς ἄλλοις ἀπόδοτε τοῦτο, ἵνα μὴ καὶ τοῖς ἄλλοις ἀπόδωμεν· ἀλλ' οὐδὲ τὸ ἔσχατον τῆς ἀβρότητος ἀνάσχησθε· τὸν ἐπὶ θυσιαστηρίου, τὸν ἐπὶ θρόνου δικαίου, τὸν ἐπὶ σωτηρίου, τὸν ἐλεημοσύνης, πρεσβύτερον τῶν ἀσωμάτων, ὃν πρῶτον εἶναι ἐκ ἀληθοῦς

Gregorius Nazianzenus.

me arcebunt? At altare aliud ſcio, cujus figura ſunt ea quæ nunc cernimus, ſuper quod nec aſcia aſcendit, nec manus, nec auditum eſt ferrum, nec ullum inſtrumentum, ſed totum mentis hoc opus eſt, eòque per contemplationem ſubvehimur. Huic adſtabo, in hoc grata immolabo, ſacrificium, oblationem, & Holocauſta, tantoqs, quæ nunc offeruntur excellentiora, quantò veritas umbra antecellit. Teſtimonium ſane conſideratione digniſſimum. Aſſerit enim Gregorius ſe ab altaribus expulſum, poſſe nihilominus excellentiorem oblationem Deo offerre, quam eæ ſint quas in altari, ſeu menſa Euchariſtiæ myſtica ſolebat offerre, imo tanto præſtantiorem quanto veritas umbræ præcellit. Unde evidenter conſequitur oblationes illas quæ in altari Euchariſtico fiunt, non eſſe proprij corporis & ſanguinis Domini, tum quia nihil excellentius a nobis offerri queat quam proprium corpus & ſanguis ejus, tum quia corpus & ſanguis ejus nullius alterius oblationis typus & umbra dici poſſint. Perronium valde uſſit, pupugitque hic locus: ideo ſe in omnes partes verſat, ut ab eo ſe expediat.

Reſpondet igitur primò, quærendo *quidnam illud ſit quod Sancti in gloria cœleſti offerunt Deo ſuper hoc altare intellectuale. Nam verba hæc* ſacrificium, oblationem, & holocauſta excellentiora ijs quæ jam offeruntur, *oſtendunt Gregorium loqui de oblationibus quæ in altero ſæculo fiunt, non autem hic. Ideoque Elias Cretenſis commentario in hunc locum, ſic eum exponit:* Adſtabo huic altari, videlicet, poſt mortem. *Non dicent autem Adverſarij, id quod Sancti in gloria cœleſti Deo offerunt præſtantius ijs quæ fideles in hoc ſeculo ei offerunt, eſſe proprium Chriſti corpus. Nam non admittent Sanctos beatos Chriſti corpus in ſuperuis corporaliter offerre: illud autem à fidelibus in hoc ſeculo intellectualiter offerri, negari non poteſt. Supereſt igitur oblationem illam cœleſtem, cujus oblationes noſtræ umbræ tantum & figura ſunt, non eſſe oblationem corporis naturalis Chriſti: ac proinde Gregorium oblationes noſtras; umbras & figuras appellare, abſque oppoſitione ad veram oblationem corporis Chriſti, & de conſequenti appellationem hanc nihil minuere de vera earum conditione, nempe, quod ſint oblationes reales corporis Chriſti.* Quam perplexè! quam tenebroſè! Sic Sepia atrum cruorem per aquas effundere ſolet, ut elabi poſſit. Spondeo nihilominus illum non eſſe elapſurum: Dico ergo ad ipſius interrogationem, id quod Sancti beati ſuper altare intellectuale Deo offerunt, non eſſe proprium Chriſti corpus, ſed laudes & gratiarum actiones quæ procul dubio præſtantiores ſunt oblatione panis & vini quæ in Euchariſtia fit. Addo vero, quæſtionem hanc eſſe prorſus inutilem. Gregorium enim non loqui de oblationibus quas Beati in Cœlo peragunt, nec de ijs quas ipſe quoque poſt mortem ibidem erat oblaturus, ſed de iis quas non obſtante Adverſariorum violentia hic facturus erat; adeo perſpicuum eſt ex ſerie ſermonis ejus, ut mirum ſit Perronium & commentatorem Eliam aliter ſentire potuiſſe: Scopus enim ipſius eſt, declarare, ſi per vim injuſtam Petri Alexandriæ Epiſcopi quem paulò poſt nominat, & aliorum Maximum in ejus locum ſubrogare ſatagentium, tum Epiſcopatu ſuo, tum in Eccleſia ſua Conſtantinopolitana panem & vinum Euchariſtiæ prout ſolebat offerendi facultate privetur; ſolatium tamen ſibi non defuturum, quippe qui probè ſciat altare eſſe ſpirituale in cœlis ſuper quod offerre a nullo impediri queat, cum in eo aſcenſus fiat per contemplationem: ibidemque ſe oblaturum præſtantiora ſacrificia quam quæ prohiberetur offerre, ſacrificia, inquam, quorum ea quæ peraguntur in Euchariſtia, umbræ tantum ſunt & imagines. Per ſacrificia autem illa intelligit non modo laudes, preces & gratiarum actiones, ſed & eas ipſas oblationes, de quibus Apoſtolus ait: a *Siſtite corpora veſtra hoſtiam vivam, ſanctam, Deo placentem, rationalem cultum veſtrum.* Earum enim omnium intellectualium oblationum ſignum eſſe & imaginem oblationem Euchariſtiæ, teſtatur Auguſtinus inquiens: b *Sacrificium viſibile inviſibilis ſacrificij ſacramentum, id eſt, ſacrum ſignum eſt.* Et rurſum poſt allata Apoſtoli ſupra citati verba: c *hoc eſt ſacrificium Chriſtianorum: multi unum corpus ſumus in Chriſto. Quod etiam ſacramento altaris fidelibus noto frequentat Eccleſia, ubi ei demonſtratur quod in ea oblatione quam offert, ipſa offeratur.* Rurſum Gregorius, eas oblationes multo præſtantiores eſſe aſſerit Euchariſtiæ oblatione. Et poſt illum alicubi commentator ejus Nicetas: d *Propinqui cœlo facti, per activa virtutis pennas à rebus terrenis ſurſum evecti, in ipſum quoque cœlum proſpiciamus &c, ad ipſam Trinitatem ſcilicet ſpiritualiter appropinquantes, atque agni ſacrificium offerentes, hoc eſt, ſacroſanctum illud ſacrificium quod celebrare docemur, vel etiam majus, nimirum ut nos ipſos Deo totos offeramus & conſacremus.* Quis autem ſanus dixerit; aut in genere oblationem præſtantiorem a nobis offerri poſſe quam ea quæ ſit proprij corporis & ſanguinis Dominici; aut in ſpecie, ſeu oblationem proprij corporis & ſanguinis Dominici (ſi quidem in Euchariſtia fieret) ſignum eſſe & imaginem oblationis noſtri, cum *ſignum inferius ſit* (teſtante e Chryſoſtomo) *re cujus eſt ſignum*; ſeu oblationem noſtri longe excellentiorem eſſe oblatione proprij corporis & ſanguinis Domini? Gregorius tamen affirmat, oblationem illam quæ ſit in Euchariſtia eſſe tantum umbram ac imaginem oblationum noſtrarum ſpiritualium, ac iis longe inferiorem. Non intelligit igitur proprium Domini corpus realiter eſſe in Euchari-

Gregorius Nazianzenus

a *Rom. 12. 1.*

b *De civit. Dei l. 10. c. 5.*

c *Ibid. c. 6.*

d *In orat. 42. num. 5.*

e *In Epiſt. ad Rom. hom. 8.* οὐδὲν αὐτῶν τῶν ἀνθρωπίνων, καὶ ὑπὲρ τοῦτο, ὅσον σημεῖον τῶν πραγμάτων ἐστὶ καὶ εἰκὼν τῶν σημείων.

Gregorius Nazianzenus.

Eucharistia contentum, ibique Deo offerri: sed id tantum intelligit de pane & vino, quorum oblatio quæ per preces Deo fiebat ante illorum distributionem umbra tantum est, & signum oblationis spiritualis ea multo præstantioris.

Vidit Perronius primam illam responsionem interrogationi junctam minime satisfacere. Secundam igitur addit, sed nihilò meliorem. *Respondeo*, inquit, *verum quidem esse, nullam esse excellentiorem oblationem oblatione corporis Christi, quoad opus operatum, ut loquuntur scholastici, hoc est, quoad valorem rei oblatæ in se, sed non quoad opus operantis, id est, quoad ea quæ ex parte nostra contribuimus. Nam quoad opus operantis offerentium, multæ sunt oblationes præstantiores & gratiores Deo actione illa externa per quam corpus & sanguis Christi ei offeruntur, imo sine quibus oblatio externa corporis & sanguinis Christi ei grata non est; scilicet, contritio cordis nostri, immolatio vitiorum, oblatio affectionum, sacrificium internum nostri, quibus sacrificium externum corporis & sanguinis Christi comitatum esse debet, si illud tanquam ex nobis veniens gratum Deo esse cupimus.* Deinde, in hunc sensum exponit quod in Missa dicunt, ac post loca Augustini & Nicetæ a nobis supra citata, & aliorum quæ necesse non est referre, concludit denique, *Gregorij mentem esse, sacrificia Spiritualia quæ in cœlo a Sanctis offerentur, quoad opus operantis, non vero quoad opus operatum longe fore excellentiora oblatione externa corporis & sanguinis Christi.* Sed hæc mera commenta sunt ab Authoris nostri mente penitus aberrantia. Nam, ut prætermittam quod jam supra observavi, falsissimum esse Gregorium loqui de eo quod post obitum in cœlo peracturus esset; cum sole lucidius sit eum formaliter loqui de eo quod facturus esset, si & ab Episcopatu & a sacerdotij munere violenter abdicaretur; dico Gregorium ipsum adeo clare ostendere, se oblationum de quibus agit, excellentiam ratione operis operati, seu in seipsis, non vero respectu sui offerentis considerare, ut ipsemet Perronius sibi contradicens id fateri coactus sit. Plessæum enim iucusans quod quædam Authoris nostri verba Gallicè male reddidisset: *Id patet*, *f* inquit, *tum & scopo & serie discursus Gregorij Nazianzeni, qui vult conferre dignitatem altaris invisibilis cum altaribus materialibus & visibilibus, & concludere illud his esse præstatius quia hæc illius signa sint, tum ex analogia & proportione quam intendit introducere inter comparationis terminos: videlicet, quemadmodum altaria visibilia figuræ sunt altaris invisibilis, sic & res quæ offeruntur in altaribus visibilibus figuras esse earum quæ in invisibili offeruntur.* Quid clarius? *comparat*, inquit, *Gregorius res & res quæ offeruntur*; non igitur dispositionem illius qui eas offert. Sed & quamvis non agnosceret, facillime cogi posset illud agnoscere. Gregorius enim ait: *ad hoc altare* (sc. cœleste) *adstabo*, &c; *in hoc grata immolabo, sacrificium, oblationem, & Holocausta tantò ijs quæ nunc offeruntur excellentiora, quanto veritas umbra antecellit.* Ubi primo per sacrificium, oblationem & Holocausta, non intelligit actionem nec dispositionem offerentis: eæ enim continentur in verbo, *immolabo*; sed victimas & hostias; id est, res offerendas. Deinde, res illas offerendas non confert cum dispositione ejus qui in Eucharistico altari hic offert, sed cum rebus quas hic offert. Tertio addit, hostias & victimas illas, quas in altari invisibili esset oblaturus, longe excellentiores esse iis quæ nunc offeruntur in Eucharistia. Excellentiam ergo rerum ratione sui inter se comparat, non offerentis respectu qui in utrarumque oblatione eodem simpliciter modò se esset habiturus. De se enim loquitur, qui quoad opus operantis idem tum in illarum, tum in harum oblatione foret. Præterea, quis nescit excellentiam alicujus rei qualitatem esse illius internam & absolutam, ac proinde præstantiam illam cum altera comparando, collationem rerum esse quoad propriam earum perfectionem & dignitatem? Sed, quod adhuc notabilius est, Gregorius inter illas comparationem instituit, tanquam inter res duas, quarum una inferior est, altera excellentior, una umbra, altera lux, una signum, altera veritas. At vero, quandò opponitur excellentia cujusdam victimæ tanquam veritatis, excellentiæ alterius tanquam umbræ & figuræ, quis adeo pervicax erit ut audeat contendere non esse oppositionem præstantiæ earum in se? Quid enim est in illis veritas, nisi earum interna propriaque perfectio? Itaque, ut resumam argumentum, cum absurdissimum sit dicere, hostias nostras intellectuales excellentiores esse proprio corpore & sanguine Domini, illasque esse veritatem, proprium vero Domini corpus & sanguinem earum umbras & signa: Gregorius autem asserat, hostias illas intellectuales quas erat oblaturus in ara Cœlesti ibi per contemplationem evectus, præstantiores longe esse victimis quas offerebat in altari Eucharistico, illasque veritati comparet, has umbræ; evidenter concluditur illum non intellexisse proprium esse Domini corpus & sanguinem quæ in mensa Eucharistica & essent & offerrentur, sed eorum tantum figuras & antitypa, panem & vinum scilicet, quæ hostijs nostris spiritualibus collata, longè sunt inferiora.

Gregorius Nazianzenus.

f *ad initiũ c. 6.*

Milleterius autem aliud effugium quærit. Ait enim, p *Gregorium per excellentiorem illam oblationem quam* veritatem *indigetat, intelligere oblationem corporis mystici, hoc est, Ecclesiæ & membrorum ipsius, de qua Augustinus*; q quod sacramento altaribus noto frequentat Ecclesia, ubi ei demonstratur, quod in eâ oblatione quam

p *P. 794. ℣ 5.*

q *De Civit. Dei l. 10. c. 6.*

Gregorius Nazianzenus.

ne quam offert, ipsa offeratur: *per oblationem autem quam* umbram *appellat, non oblationem Eucharistiæ, sed oblationem externam quam Ecclesia facit donorum quæ offert pro beneficentia ac subventione necessitatis membrorum suorum*, &c; ac proindè argumentum nostrum à Gregorij mente aberrare. Verum solutio ipsius est quæ à scopo Gregorij toto cœlo recedit. Gregorius enim non loquitur in genere de iis oblationibus quæ ab Ecclesiæ plebe fieri solerent, sed de iis quas ipsemet secundum ordinariam sacerdotij sui functionem in altari Eucharistiæ offerre soleret, quæque similiter ab alijs sacerdotibus offerri de more est. Nam supramemorata illa verba, quemadmodum jam antea à nobis observatum est, ad consolationem suam fundit. Testificatur autem illam in eo sitam esse, quo dsi fortè Adversariorum suorum violentia, tum sacerdotio suo, tum ordinariorum sacrificiorum offerendorum facultate privaretur, ligari nihilominus ab iis ita non posset, quin super altare Cœleste alia valeret offerre longè excellentiora, internum scilicet sui ipsius sacrificium, ac cordis contriti sanctique oblationem. Mens igitur illius est, internum Spiritus contriti sacrificium, longè præstantius esse illis quæ in altari seu mensa Eucharistica sacerdotio suo fungens Domino offerre soleret. Id autem falsissimum foret, si in altari proprium Domini ipsius corpus & sanguinem offerre consuevisset: concludendum igitur est ex ipsius sententia proprium Domini corpus & sanguinem in altari Eucharistiæ Deo offerri, sed illorum tantum velut umbras & antitypa, nimirum, panem & vinum.

Atque hæc sunt quæ ex Gregorio *καθ' ὑπεναντίωσιν* proferenda judicavimus. Non quod non sint alia loca eamdem veritatem pariter attestantia. (Nam alibi quoque Eucharistiam a *figuram* & b *antitypum magnorum mysteriorum* appellat) sed quia non adeo nervosa sint & perspicua, ut subtilis Adversarius ab iis se expedire nequeat. Nobis autem propositum est, non numero, sed pondere pro veritate certare. Jam vero inspiciamus quid in Gregorio sibi favere Adversarij existiment.

a Orat. 42.
b Orat. 1.

CAPUT III.

In quo respondetur ad Objectiones.

c Orat. 1. εἰδὼς ὅτι μεγάλῳ καὶ θείῳ ἀξίᾳ, καὶ μεγάλου καὶ θείου δεῖται θύτου, εἰ μὴ πάντων λογικῶν ἀνιερώτερον ἐπιθυμεῖ φαίνεσθαι, καὶ τὸν θεῖον ἐκεῖνον τόπον ἐπιστέγασμένον, ὃν μόνοι οἱ παῖδες τῆς ἱερᾶς ἐκείνης ἀναπτύσσουσι πύλης, καὶ ἔσω τοῦ καταπετάσματος εἰσφέρουσι τὸ τῆς ἐξουσίας, καὶ τὸ μεγάλων μυστηρίων ἀντίτυπον; ἢ πῶς ἱερεῖον χωρὶς τῆς ἄνωθεν ἐπιφοιτήσεως;

PRIMUS locus quem objiciunt habetur in Apologetico, ubi sic loquitur: c *Sciens neminem magno, & Deo, & Sacrificio, & Pontifice dignum esse, nisi qui prius se ipsum Deo exhibuerit hostiam viventem, sanctam, ac rationale obsequium acceptumque ostenderit, Deoque sacrificium laudis ac spiritum contritum obtulerit (quod solum sacrificium, is qui omnia dat, à nobis exposcit) quomodò auderem illi offerre sacrificium externum* (Eucharistiam, scilicet) *magnorum mysteriorum antitypum? aut quomodò sacerdotis habitum ac nomen induere?* At quomodò, inquit Perronius, *non inde colligitur, præter sacrificium internum & metaphoricum fidelium; quod consistit in laudibus, sui ipsius oblationibus, humiliationibus cordis & Spiritu, aliud externum esse solis sacerdotibus reservatum, exemplar & antitypum magnorum mysteriorum, quod legis Evangelica sacrificium esse non potest nisi excellentius sit sacrificio legis Ceremonialis, nec his excellentius esse potest quæ figuræ erant corporis & sanguinis Christi, nisi simul veritas & figura sit?* Verum, jam supra multoties observavimus, omninò impossibile esse aliquid respectu ejusdem, veritatem simul & figuram esse: *quid enim absurdius,* d inquit Augustinus, *quam imaginem ad se dici?* Et Gregorius ipse capite primò citatus: *aliud similitudo, aliud veritas.* Nihil ergo minus intendit, quam quod concludit Perronius. De Eucharistia loquitur quam ibi appellat, tum magnorum mysteriorum antitypum, id est, typum corporis & sanguinis Christi, tum sacrificium externum ratione ad seipsum habita & ad sui ipsius sacrificium internum ac spirituale. Quid autem per sacrificium illud externum intelligat, corpus ne & sanguinem Christi, an vero panem & vinum eorum antitypa, ipse supra satis innuit cum diceret, sacrificium hoc antityporum corporis & sanguinis Christi longè esse inferius sacrificio interno & spirituali Cordis. Quî enim id auderet affirmare, de proprio corpore & sanguine Domini? Id igitur de pane & vino intelligit. Sed audiamus Fulgentium id disertè & totidem verbis exponentem: e *Christo nunc, id est, tempore Novi Testamenti, cum Patre & Spiritu Sancto cum quibus illi una est divinitas, sacrificium panis & vini in fide & Charitate Sancta Ecclesia Catholica per universum orbem terra offerre non cessat.* Sacrificium autem id vocant, quia priusquam panis & vinum communicantibus distribuerentur, solebant per preces Deo offerri, sicut videre est in Liturgiis, *tua ex tuis offerimus tibi Domine.* An vero id excellentius esse debeat sacrificiis Legis Ceremonialis, hic non inquirit Gregorius. Parergon id est Perronij. Sed hoc illi demus. Negamus præstantiam illam in rerum oblatarum substantia quærendam: *Signis* enim, inquit f Augustinus, *sacramentisque mutatis res non sunt diversæ.* Differentia in virtute spectanda est: *prima,* g inquit rursum, *sacramenta ablata sunt, & alia instituta, virtute majora, utilitate meliora.*

Gregorius Nazianzenus.

d De Trinit. l. 7. c. 8

e De fide ad Petrum.

f Contr. Faust. l. 19. c. 16.

g Ibid. c. 13.

Secundus locus ducitur ex oratione de baptismo,

Gregorius Nazianzenus

ptiſmo, ubi ait: h *Pauper acceſſit? In mentem tibi veniat, ex quam gravi paupertate ad quantas divitias provectus es. Pane carens & potu, Lazarus fortè quis alter eſt ad domus tuæ fores provolutus? Moveat te myſtica menſa, ad quam acceſſiſti: moveat te panis ille, cujus particeps factus es, calix ille cui communicaſti, cum Chriſti paſſionibus initiareris.* At, inquit Perronius, *quamquam ibi à Gregorio veritas corporis & ſanguinis Chriſti obtecta ſit ambiguitate verborum panis & potus, ad eludendam Catechumenorum curioſitatem, & vitandam in fidelium deriſionem, non tamen ita obducta eſt, quin initiati facile poſſent concipere, per panem & potum quem poſt baptiſmum percipimus, non intelligi panem & potum corruptibilem, ſed panem de quo ipſe alibi ait* i Fame affectus eſt, ſed multa hominum millia aluit, ipſeque panis eſt vivificus & cœleſtis. *Et in oratione præcedenti:* k Manna typus erat panis vitæ, & potio divini potus. *Quamobrem enim, cum ad fores noſtras pauperem aliquem videmus pane & potu egentem, diceret, ſacram hanc menſam, panem quem accepimus, poculumque cui communicavimus*, confundere *nos debere vel* pudefacere, *ſi per panem intelligeret panem farinaceum, non autem panem vivificum & incorruptibilem? Annon vocabulum illud* confundere *vel* pudefacere, *infert argumentum à majori ad minus, ac oſtendit exemplum adductum ad pudorem hunc nobis incutiendum, majus eſſe actione propter quam adducitur, comparationiſque terminos prorſus eſſe inæquales & diſpares: ac proindè nos non confundere velle per collationem largitionis panis corruptibilis, ſed per collationem largitionis panis incorruptibilis cum largitione panis corruptibilis,* &c? *Itaque, cui jam manifeſtum non eſt Gregorij mentem eſſe, non panem corruptibilem (cujus Dominus in Euchariſtia non multò magis nobis dat quam in cæteris menſis, imo minus, ſicut ait Concilium Nicenum,* a parum accipimus, ut ſciamus quod non ad ſatietatem, ſed ad ſanctificationem) *in Euchariſtia datum illud eſſe quod nos confundere & pudefacere debet, ſed panem cœleſtem, divinum & incorruptibilem: Senſumque loci eſſe, menſam Euchariſticam, in qua Dominus adeo liberalis eſt, ut nobis pro vita æterna alimento propriy corporis ſui ſubſtantiam, id eſt, verum panem cœleſtem & incorruptibilem adminiſtret, confundere nos debere, ſi detrectemus pauperibus dare panem noſtrum terreſtrem & Corruptibilem?* Sed mirum eſt Perronium tam levem objectionem tantopere prædicare, quaſi demonſtratio foret. Nihil enim ſanè minus eſt. Nam verè quidem obſervat, Gregorium argumentari à majori ad minus, comparationiſque terminos inæquales eſſe debere, falſum nihilominus eſt quod huic fundamento ſuperſtruit, illum videlicet, inæqualitatem illam ſpectare in ſubſtantia rerum comparatarum, quarum una ſit corruptibilis, altera incorruptibilis, & per eum panem & calicem unde argumentum ducit

h *Orat.* 40. πένης προσῆλθε, καὶ ἐφρόντισε πόσην ἐπλούτησας. ἄρτε δεόμενον ἢ πόματος, λάζαρος ἴσως τις ἄλλος θύραις σαῖς προσῤῥίμματο, ἀλλ' ἐφρόντισε τὴν μυστικὴν τράπεζαν ἣν προσῆλθες. ἢ ἄρτον ἢ μυστικὸν ἐφάνη σοι τὸ πλῆθος ἢ ποτηρίου καὶ χριστῷ πάθους τὸ μέθυσον.

i *Orat.* 35. p. 575. ἐπείνασεν, ἀλλ' ἔχρισε ψυχὰς χιλιάδας, ἄρτος ἦν ὁ ζωοποιὸς ἡμῖν καὶ ἄφθιτος.

k *Orat.* 39. p. 634.

a *Concil. Nicen. in Diaſp.*

designare panem ſubſtantia incorruptibilem, hoc eſt, Chriſti proprium corpus. Per panem enim & poculum illud, Gregorius intelligit panem & vinum Euchariſtiæ, quæ licet ſubſtantia panis & vinum proprie ſint, adeoque corruptibilia, officij tamen ratione non ſunt ſimplex panis & vinum, ſed ſacramenta ſeu antitypa corporis & ſanguinis Chriſti, de quibus in oratione ad præſidem iratum, ajebat ſimiliter: b *offero tibi*, &c, *menſam hanc ad quam communiter accedimus, & ſalutis meæ typos, quos eodem ore perago, quo hanc ad te deprecationem obeo, hoc, inquam, ſacrum & nos ſurſum elevans myſterium.* Non enim proprium Domini corpus & ſanguis ſalutis noſtræ typi ſunt, ſed panis & vinum oratione ſanctificata & ſacramentum effecta. Quod & patet ipſis verbis Concilij Nicæni, ſeu potius Gelaſij Cyziceni ab Adverſario citatis: *non multum*, inquit, *ſumimus, ſed parum, quia non ad ſatietatem, ſed ad ſanctificationem.* Nam de pane ſubſtantia incorruptibili, hoc eſt, de proprio Chriſti corpore non niſi abſurde & inepte dici poteſt, multum aut parum ipſius ſumi, cum non niſi totum & integrum ſumi poſſit. Id neceſſario eſt intelligendum de pane Euchariſtiæ qui ſubſtantia vere panis eſt materialis & diviſibilis, cujuſque pauxillum in communione hujus ſacramenti diſtribuitur & percipitur. In hoc autem pane, quemadmodum & in poculo, Gregorius hic nullomodo ſpectat ſubſtantiam; in ſignis enim, inquit c Auguſtinus, *ne quis attendat quod ſunt, ſed quod ſigna ſunt, id eſt, quod ſignificant*; nec ab eorum incorruptibilitate argumentatur, prout fingit Adverſarius, quamquam incorrupta quadamtenus dici poſſint, ut Dionyſius Alexandrinus aquam baptiſmi *aquam incorruptibilem* d appellat; ſed in ijs conſiderat quod antitypa ſint corporis & ſanguinis Chriſti, & ſalutis noſtræ typi, in quo valde diſtant à pane communi ad cujus diſtributionem eorum reſpectu hortatur. Nam cum dignetur Dominus nobis largiri hunc panem qui, etſi *parum ſumimus*, inquit Gelaſius, *nos ſanctificat*, etſi *modicum accipimus*, inquit e Auguſtinus, nihilominus *in corde ſaginamur*; annon pudore ſuffundi ignominiaque debemus, ſi indigentibus panem & potum communem ad ſuſtentanda corpora inclementer denegemus?

b *Orat.* 17. προσάγω σοι ἱκετηρίαν τὴν τράπεζαν ταύτην ἣν ἅμα τοῖς τύποις τῆς ἐμῆς σωτηρίας, οὓς διὰ τοῦ αὐτοῦ πλάσματος, ἀφ' ὧν νῦν σοὶ ἐπὶ θείαν ἀναφέρω ἱερὰν μυστικὴν λατρείαν.

c *De Doctrin. Chriſtl. l.* 3. c. 1.

d *Contr. Paul Samoſat. ad fin.* ἀπαγορεύσατε αὐτῷ καὶ ὕδατος φάσκοντι, τῷ μὴ μεστῷ.

c *De Verb. Domini ſerm.* 33.

Tertius denique locus habetur in oratione ſecunda de Paſchate, ubi Gregorius ſic loquitur: f *Ne animo titubes, ſanguinem Dei & paſſionem & mortem audiens, nec impiè corruas Dei defenſor videri cupiens: ſed ſine pudore ac dubitatione corpus ede, ſanguinem bibe, ſi modò vitæ deſiderio teneris, nec ſermonibus de carne fidem abro-*

f *Orat.* 42. μήτε ἐν λογισμοῖς ἀπιστήσῃς, αἷμα θεοῦ πίνων καὶ σάρκα, μὴ ἀποκρουσθῇς ἀπὸ τῆς θεοπρεποῦς ἀναιδείας, ἐὰν ὄντως ἐπιθυμητὴν ἔχῃς τὴν ζωήν, μήτε ἀπιστήσῃς λόγοις, μήτε ἀπέλθῃς τὸ πάθος ἐμπλήσῃς.

Gregorius Nazianzenus.

gans, nec ijs quæ de passione habentur, offensus. In quæ verba sic Bellarminus: *Hortatur Gregorius ad fidem erga tantum mysterium, etiam si Adversarij, id est, Philosophi Gentiles nos irrideant, quod dicamus nos Christi carnem manducare: Hæc autem Cohortatio supervacanea esset; si tantum in signo Christi carnem manducaremus.* Et rursum paulo post: *Gregorius explicat eo loco varios ritus quibus manducabant Iudæi Paschalem agnum, & accommodat illos ad manducationem Eucharistiæ.* Verum, ut præteream quod de Eucharistia observat, de qua non satisliquet, utrum Gregorius loquatur, nec nè; dico si per carnem & sanguinem de quibus dicit; *sine pudore ac dubitatione corpus ede, sanguinem bibe, si modo vitæ desiderio teneris*; intelligatur proprium corpus & sanguis Domini, sensum ejus esse perspicuum; credendum, videlicet, esse, Dominum veram carnem assumpsisse, vereque in ea passum fuisse, nec de eo ullomodo esse aut erubescendum, aut dubitandum, hacque fide carnem illam esse manducandam, sanguinemque bibendum, videlicet, spiritualiter. *Est* enim, inquit g Basilius, *os quoddam intellectuale hominis interioris per quod nutritur, recipiendo verbum vitæ quod est panis qui de cœlo descendit.* Nam quid prohibet, etiam in ipsius Eucharistiæ communione, nos panem Eucharistiæ oraliter comedendo, & poculum bibendo, spiritualiter quoquè carnem & sanguinem Domini quorum signa sunt, spiritualiter manducare ac bibere? id certè fieri debet, & à fidelibus actu fieri supra observabat Macarius inquiens: h *In Ecclesia offertur panis & vinum, antitypum carnis & sanguinis ejus, & sumentes de hoc pane visibili spiritualiter carnem Domini manducant.* Nam sacramenta non propter se instituta sunt, sed ut per ea ad res ijs *significatas intentio nostra feratur*; ut i alicubi Augustinus observat. Sin autem per corpus & sanguinem Gregorius intelligat *salutis nostræ typos*, hoc est, panem & vinum Eucharistiæ, *corporis & sanguinis appellatione* aliquando *honorata*, quemadmodum notat k Theodoretus, idque *ex similitudine*, ut addit l Augustinus; sensus quoque perspicuus erit: nempe, corpus illud sanguinemque symbolicum, si *virtutis vivificæ quæ in illis est* (sicut monet m Epiphanius) participes esse velimus, manducandum esse & bibendum, absque eo quod dubitemus aut erubescamus, seu de incarnatione Dei, seu de ejus passione ac morte. Qui enim de ijs, aut dubitat, aut erubescit, ei ad Eucharistiam nullomodo est accedendum. Nam, inquit n Justinus, *Dominus noster Iesus Christus dedit nobis hunc panem facere* (id est, cõsecrare) *in memoriam ipsum incarnatũ fuisse propter eos qui in eum essent credituri, quorum quoque de causa patibilis factus est: poculum similiter in recordationem sanguinis ejus nos jussit gratias agentes facere.* Quid autem hoc pro Adversarijs?

g In Ps. 33. ὡς μέν τι καὶ παντὸς σίτου ἴδιον ἐστόμα, ἐν τῷ ἔσω ἀνθρώπῳ μετὰ τοῦ λόγου τῆς ζωῆς, ὃς ἐστιν ἄρτος ὁ ἐξ οὐρανοῦ καταβάς.

h Homil. 37.

i De Magistro c. 8.
k Dialog. 1.
l Epist. 23.
m In Anacephaleosi.
n Dialog. cum Tryph. ἔστιν ἐν παιδείαις ἀνθρώπου ἔσω ἀφανοῦς Χριστὸς πολὺς εἰς ἀνάμνησιν. ἔστι καὶ συμβολικῶς ἀντὶ τοῦ διὰ τὸν μυστικὸν αὐτὸν, ἐὰν μὴ πιστεύσωμεν τοῖς λεγομένοις, μὴ εἶναι ἔστι πρὸς ἀπόδειξιν ἀναμνήσεως ἔστι σώματος ἀνθρωπείου ἀναλαβεῖν ἐνεργοῦντος θεοῦ.

Examen Testimoniorum Gregorij Nysseni. Gregorius Nyssenus.

CAPUT I.

GREGORIO Nazianzeno proximè jungemus alterum ejusdem nominis, Gregorium, scilicet, Nyssenum, Basilij fratrem, quem jactitant Adversarij indubitatum esse transsubstantiationis suæ patronum. Quam falso autem id dicant, facile est ostendere, tum ex aliquibus ipsius testimonijs quæ plane in contrarium eunt, tum explicatione locorum quibus abutuntur. Prius illud hoc capite, Deo dante, demonstrabimus: posterius autem præstabimus in sequenti.

Primus locus, quamvis indirectus, ducitur ex libris contra Eunomium, ubi ait: a *sed non est ea quæ divinitatis propria sunt in natura carnis intelligere.* Exponens autem illa quæ divinitatis propria esse asserit: *Nihil*, b inquit, quod *loco circumscribitur Deus est, sed Proprium divinitatis est, ubique esse, & omnia permeare, & nullo spatio concludi.* Ubi tria evidenter docet. Primum est, ea quæ circunscripteam habent substantiam (*circunscriptam* autem *illam habent* inquit c Didymus, *universa quæ facta sunt, quia etsi non circunscribantur loco & finibus invisibiles creaturæ, tamen proprietate substantiæ finiuntur*) ita esse in locis ubi sunt, ut extra ea nec sint nec esse possint. Nam ex eo quod Deus & ratione corporum & ratione Spirituum incircunscriptus sit, concludit eum alicubi ita esse, ut alibi etiam simul sit, imò ubique sit. Quomodo ergo intelligere posset corpus Christi quod circunscriptum esse necesse est, hic & alibi simul esse, puta, in tot locis quot Eucharistia celebratur, mediante enscio quâ panis in illum transsubstantiatione? Secundum est: incircunscriptum esse, & ubique esse, convertibilia esse, ut quicquid incircunscriptum sit ubique sit, & quod ubique sit incircunscriptum sit; & è contra. Unde consequitur, aut corpus Christi actu ubique esse, si in Eucharistia incircunscriptum sit, ut docent Adversarij, aut si actu non ubique sit, falsum esse illud in Eucharistia incircunscriptum præsens haberi. Tertium denique, incircunscriptionem & ubiquitatem ita divinitatis esse proprias, ut eas tas non sit in natura carnis intelligere. Primò ergo non credidit corpus Christi vere in Eucharistia esse sub accidentibus panis per mutationem substantiæ panis in illud: si enim in illa realiter esset, incircunscriptum inibi esse necessarium omnino foret. Deinde, si vere esset substantialiter præsens in pluribus locis simul, posset esse in innumeris ac consequenter in omnibus, ac ita ubique esse. At, inquit Gregorius, divinitatis id proprium est: quod autem di-

a Contr. Eunom. l. 6. alias 5. εἰδὲ τὰ ἐν τῇ θεότητι φύσεως ἴδια οὐ τῇ τοῦ σαρκὸς φύσει νοεῖν.

b l. 3. alias 2. ἴδιον δὲ θεότητος τὸ μὴ ἐν τόπῳ περιγράφεσθαι, ἀλλ' ἐν παντὶ εἶναι. ἴδιον δὲ θεότητος τὸ μηδενὶ διαστήματι περιλαμβάνεσθαι, ἀλλὰ πανταχοῦ εἶναι, καὶ μὴ ἄλλοτε ἄλλου τόπου ἐπιβατεύειν, καὶ ἄλλοτε ἄλλου ἀπεῖναι.

c De Spiritu S. l. 1.

Gregorius Nyſſenus.

tem dvinitatis proprium eſt, in natura carnis nefas eſt intelligere. Nec juvaret excipere, quod alicubi *d* Bellarminus facit, *corpus Chriſti de facto & reipſa non eſſe ubique, neque unquam fore; & ideo differentiam eſſe.* Nam ad abſurditatem ſufficit, illud ubique eſſe poſſe: *quod* enim, inquit, Cyrillus, *potentia aliquid fieri poteſt, id aliquando actu eſſe poteſt, tametſi nondum factum ſit.* Unde, ſicut recte concluditur: quod ubique actu eſt, Deus eſt, ſic & valet hæc conſequentia: Quod ubique eſſe poteſt, Deus eſſe poteſt. Carnem autem Deum eſſe poſſe, falſum & hæreticum eſt.

Secundus locus ducitur è libro de opificio hominis, ubi de corporum ſolidorum tum natura tũ proprietatibus eſſentialibus agens, ait: *f Si comprehenditur à mente, color, ſoliditas, quantitas, cætera ejuſmodi attributa, quorum ſingula, ſi ſubjecto adimantur, tota corporis ratio diſſolvitur; Conſequens erit aſſumere, ea quorum abſentiam corporis diſſolutionis cauſam reperimus, concurſu ſuo materialem naturam generare. Nam, ut corpus non eſt, cui color, & figura, & ſoliditas, & ſpatium, & pondus, & reliqua attributa deſunt, licet vnumquodque eorum corpus non ſit, ſed aliud quid à corpore peculiariter inveniatur; ſic è contrario, vbi concurrunt quæ diximus, conſiſtentiam corporalem operantur.* Egregium hoc teſtimonium. Docet enim, id corpus non eſſe quod locum non occupat, corporiſque naturam diſſolui & perire, ſi color, figura, ſpatium, & cætera attributa ei adimantur: undè planè evincitur loci occupationem à corpore nulla virtute ſeparari poſſe, ſive naturali ſive ſupernaturali, cum nulla virtus, niſi ſupernaturalis, ei locum adimere queat, nec locus ab eo abſque ipſius ruina & diſſolutione divelli. Ex Gregorij igitur hypotheſi admittendum eſt aut corpus Domini (ſi quidem in Euchariſtia eſt) vel ſpatium occupare, vel verum corpus non eſſe; aut, ſi utrumque falſum eſt, ex Adverſariorum ipſorum confeſſione, illud juxta Gregorium in Euchariſtia non eſſe, cum in ea per ſpatij occupationem eſſe non poſſit. Non me latet, illum, alicubi dicere attributa illa omnia, poſt reſurrectionem *in aliquid rerum divinorum immutatum iri*: ſed cum id Origeniſmus merus ſit, probabile omnino eſt locum illum eſſe ex iis quæ Origeniſtæ in ejus ſcriptis corruperunt.

Tertius locus ducitur è libro in Hexaëmeron, ubi exponens hæc ſecundum verſionem Græcam Geneſeos verba, *Terra erat inviſibilis & incompoſita*, & obſervans id dictum fuiſſe ad deſignandum omnia poteſtate tantum fuiſſe in primo Dei ad creandum appulſu, tanquam vi quadam ſeminis ad mundi procreationem conjecta, actu vero res ſingulas minime fuiſſe: Terra enim, inquit, erat inviſibilis, & incompoſita; *g Quod perinde eſt ac ſi diceretur, erat & non erat: ſi quidem ad eam nondum concurrerant qualitates. Nam hujus intelligentiæ indicium eſt, quod eam inviſibilem ſcriptura appellat. Quod enim inviſibile eſt, color non eſt: Color autem eſt velut quis fluxus ex ſuperficie figura. Figura verò non eſt ſine corpore. Quamobrem, ſi inviſibilis erat, & colore carebat omnino: ſimul autem ſpectatur ſine figura & proinde ſine corpore.* Palmarium quoque non minus quam præcedens in rem noſtram teſtimonium. Abſolute enim negat, id, quod inviſibile eſt, actu corpus eſſe. Cujus rationem reddit, quia quicquid inviſibile eſt, colore carere, neceſſe eſt, conſequenterque figurâ, ac proinde etiam corpore. Qui ergo intelligere aut credere potuerit corpus Chriſti per ſubſtantialem panis immutationem, in Euchariſtia actu inviſibile eſſe?

Quartus locus ducitur ex oratione in baptiſmum Chriſti, *ubi*, inquit *h* Perronius, *Gregorius Nyſſenus varias prærogativas referens quas conſecratio rebus affert ad eas ſeu in ſe ſeu noſtri reſpectu in præſtantiorem conditionem evehendas, inter plurima exempla adducit altare Eccleſiæ quod initio Lapis communis eſt, ſed poſt dedicationem altare Sacrum eſt, quod à ſolis ſacerdotibus deinceps, idque cum veneratione tangitur; deinde addit & exemplum Sacerdotis qui ante ordinationem homo Laicus eſt, per benedictionem autem Auguſtus fit & venerabilis: Inter duo autem illa interſerit clauſulam hanc de Euchariſtia: i* panis initio communis eſt, ſed poſtquam myſterium eum conſecraverit, corpus Chriſti dicitur & eſt. Sic myſticum oleum, ſic vinum (olei mentionem male omiſit Perronius) ante benedictionem res ſunt exigui pretij; poſt ſanctificationem vero Spiritus, utrumque eorum excellenter operatur. *In Græco habetur:* ἑκάτερον αὐτῶν ἐνεργεῖ διαφόρως, quodque eorum operatur (aut, eſt) differenter. *Verbum enim Græcum* ἐνεργεῖν *valde ambiguum eſt. Aliquando enim Apoſtolus illud ſumit pro*, eſſe actu. *Budæus obſervat, illud nonnunquam ſignificare*, miracula operari. *Beza ait, paſſive poſſe accipi, & deſignare fieri. Inde autem Pleſſæus concludit: Ergo panis Euchariſtiæ non magis ſubſtantia mutatur quam altare. Ego quoque ſimiliter concludam; Ergo virga Moſis ſubſtantia mutata non eſt, quando ſerpens facta eſt. Eam enim Gregorius inter cætera exempla profert. Scopus autem ipſius eſt Lectoribus oſtendere, rerum præſtantiam non eſſe dijudicandam ex conditionis earum naturalis vilitate, quando quidem Deus eas interdum evehit ſupra materiæ dignitatem: Ideoque adducit varia exempla creaturarum quas gratia Dei nobilitat, aliquas per mutationem ſubſtantiæ, quaſdam per mutationem qualitatis, nonnullas denique per ſimplicem vſus mutationem. Igitur ſecundum Pleſſæi Logicam, omnia hæc exempla ſunt ejuſdem generis, nec ſufficit ea convenire in conditione communi ſpeciei quæ ejuſmodi*

Gregorius Nyſſenus.

d De Euchariſt. l. 3. c. 4.

e In Theſauro aſſert. 32. p. 275. τὸ γὰρ δυνάμει ὑφεστὼς ἤδη πως ἐστὶ, κἂν μήπω γέγονεν. *vid. & aſſert. 15. p. 152. ad init.*

f De opific. homin. c. 24. ἐὰν οὖν νοητὸν μὲν τὸ χρῶμα τοῦτο ᾖ καὶ ἀντίτυπον, καὶ τὸ πηλίκον, καὶ τὰ λοιπὰ τὰ ζητούμενα ἰδιώματα, ἕκαστον δὲ τούτων ἀφωρισθῇ τῇ ἐπινοίᾳ, πῶς ὁ τοῦ σώματος συνιστάλησεται λόγος, ἀφαιρεθέντων αὐτῶν, ἃ τὸν ὄγκον τοῦ σώματος ἀπετέλουν; ἐν γὰρ τῷ ἀφαιρεῖν τὰ συνθέτοντα τὸν ὄγκον λείπεται τὸν σωματικὸν ὄγκον τῇ ὑλικῇ φύσει ὑπολαμβάνειν. εἰ γὰρ οὐκ ἔστι σῶμα, ἢ τὸ χρῶμα, καὶ τὸ σχῆμα, καὶ ἡ ἀντιτυπία, καὶ ἡ διάστασις, καὶ τὸ βάρος, καὶ τὰ λοιπὰ ἅπερ ἰδιώματα τοῦ σώματός ἐστι, ἀπ' ἐκείνων ἢ τοῦ σώματος, καὶ τὸ ἰδιάζον ὑποκείμενον. οὕτω καὶ τὸ μονόχροον, ὅταν δ' ἀπὸ σώματος ἀφαιρεθῇ, καὶ σωματικὸν οὐκέτι ἔσται, ἀλλ' ἐπιφάνεια. *Idem habet in libr. de anim. & reſurrect. pag. 672.*

g ὅπερ ἴσον ἐστὶ τῷ λέγειν, ὅπερ, καὶ οὐκ ἦν. ἡ γὰρ τοῦ σώματος ἀναδιδομένου πρὸς ἑαυτὸν αὐξήσεως ἡ τῶν ἀλόγων πάντων, ὅτι ἀόρατόν ἐστιν ὁ λόγος φησίν. τὸ γὰρ ἀόρατον, χρῶμα οὐκ ἔστιν. τὸ δὲ χρῶμα, ὄγκος ἐστὶν ἐπιφάνειαν ἔχων χρώματος. τὸ δὲ σχῆμα, οὐκ ἄνευ σώματός ἐστιν. εἰ δὲ ἀόρατόν ἐστι, καὶ ἀσχημάτιστον τὸ ἀσώματον. *Vide & de vita Moſis edit. græca Latina. p. 236.*

h De Euch. l. 2. Anth. 16.

i ἄγεται ἐπὶ τίνας χρείας. ἀλλ' ὅτι αὐτὸν τὸ μικρὸν ἱερουργεῖται, σῶμα Χριστοῦ λέγεται καὶ τὸ γίνεται. ὅτι τὸ μυστικὸν ἔλαιον, ὄντως ἐστὶν, ἀλείφει ἀεὶ τοὺς ἄξια ὄντας τῆς εὐλογίας, καὶ ἁγιάζει τὸν ἅπαξ καὶ ἐπὶ σωτηρίᾳ χρισθέντα, ἐκπνεῖ δὲ αὐτῶν εὐωδίαν ἀφθαρσίας.

Gregorius Nyſsenus.

ejuſmodi eſt, gratiam Dei augere dignitatem rerum quas ad miniſterium ſuum adhibet. Ait, hominem Laicum, per ordinationem fieri ſacerdotem & Paſtorem, ac lapidem per dedicationem fieri altare. Recte. Sed altare & Paſtor ſuntne ſubſtantiarum vocabula, ut Chriſtus & ſerpens, an vero qualitatis aut relationis? Et cum ſint diverſi generis, cur etiam non diverſæ erunt mutationes? Hæc ille vafre admodum. Nam nec Gregorij ſcopum proût par erat exhibet, nec vim argumenti noſtri, quod alio modo ſe habet. Gregorij enim ſcopus non in eo ſimpliciter erat ut oſtenderet, rerum præſtantiam non eſſe dijudicandam ex conditionis earum naturalis vilitate, quandò quidem Deus eas interdum elevat ſupra materiæ dignitatem, quemadmodum fingit Perronius; ſed in eo potiſſimum verſabatur ut demonſtraret, creaturas natura viles, conſecratas & ſanctificatas, adhiberi a Deo ad effectus extraordinarios & ſupernaturales exerendos, ideoque venerabiles eſſe & honore dignas: idque occaſione aquarum baptiſmalium, quæ cum ſecundum materiam exigui pretij ſint, poſt ſanctificationem nihilominus regenerationis Lavacrum nobis ſunt. Ad verificationem igitur & illuſtrationem hujus theſeos, varia adducit exempla rerum natura vilium & abjectarum quæ poſt ſanctificationem magnæ ſunt efficaciæ, atque inter cætera exemplum olei quo baptizati vngebantur; item, panis Euchariſtici, ſimiliter & vini, *panis*, inquit, *initio communis eſt, ſed poſtquam myſterium eum conſecraverit, corpus Chriſti dicitur & eſt. Sic oleum myſticum, ſic vinum ante benedictionem res ſunt exigui pretij, poſt ſanctificationem vero quæ a Spiritu eſt, utrumque eorum excellenter operatur.* Sic enim recte vertit Laurentius Sifanus. Perronius autem ut hunc Authoris ſcopum eludat, obſervat in Græco eſſe, ἑκάτερον αὐτῶν ἐνεργεῖ διαφόρως, hoc eſt, inquit, *operatur* (aut, *eſt*) *differenter*; aitque Ariſtotelem ἐνεργεῖν nonnunquam ſumere pro *eſſe actu*. In quo dupliciter peccat. Nam primò ἐνεργεῖν, nec apud Ariſtotelem, nec apud alios Authores Græcos ſumitur pro *actu eſſe*, niſi quando agitur de actu & potentia, & τὸ ἐνεργεῖν opponitur τῷ poteſtate eſſe. Locus enim Ariſtotelis ad quem ex Budæo reſpicit Adverſarius, ejus ordinis eſt: πᾶν, inquit, τὸ δυνατὸν, οὐκ ἀεὶ ἐνεργεῖ. Author quoque noſter idem vocabulum, ſeu ἐνέργεια quæ abeo derivatur, eodem ſenſu alicubi uſurpat, cum ait Scripturam dicere, *Terra erat inviſibilis & incompoſita*; videlicet, [a] inquit, ut oſtenderet ὅτι τῇ μὲν δυνάμει τὰ πάντα ἦν ἐν πρώτῃ τοῦ θεοῦ πλάσει τὴν κτίσιν ὑφεστῶσα, &c. ἐνεργείᾳ δὲ τὰ καθ' ἕκαστον οὔπω ἦν; *omnia poteſtate quidem fuiſſe in prima Dei ad creationem appulſu, actu vero ſingula non fuiſſe.* Cum igitur in eo de quo jam agimus loco nulla prorſus ſit oppoſitio inter actum & potentiam, dici nulla ratione poteſt, ἐνεργεῖν ſumi debere pro *actu eſſe*, dicendumque potius eſt ibi poni pro *operari*. Deinde & Perronius adverbium διαφόρως male vertit per *differenter* ab interprete diſcedens. Nam ſi exiſtimat hoc vocabulum non poſſe ſumi pro *excellenter*, ridendus ſane eſt propter linguæ Græcæ ignorantiam & imperitiam. Sin autem id tantum velit, non debere hic accipi in ea ſignificatione, facile confutabitur ex ipſa ſeriè diſcurſus Gregoriani. Gregorij enim eam mentem eſſe, *utrumque eorum operatur excellenter*; probatur, tum ex prodoſi, tum ex apodoſi ſermonis ipſius. Nam baſis ſeu fundamentum ſermonis ipſius, propter quod alia omnia exempla adducit, jacet in aquis baptiſmatis, de quibus ſic loquitur: [b] *Ne contemnas divinum Lavacrum neque ipſam tanquam commune parvi facias propter uſum aquæ*: τὸ γὰρ ἐνεργοῦν μέγα καὶ ἀπ' ἐκείνου θαυμαστὰ γίνεται τὰ πλούμενα, *Nam id quod operatur magnum eſt & ab eo mirabiles exiſtunt effectus.* Quis enim non videt, τὸ ἐνεργοῦν μέγα, & ἐνεργεῖ διαφόρως eodem ſenſu utrobique dici, ſcilicet, ad deſignandum mirabiles qui ab illis proficiſcuntur effectus? Concluſio quoque quam ex his omnibus exemplis denique format, idem manifeſte indicat: *Atque ita*, [c] inquit, *ad multas res animum applicans comemptibilia viſui erunt quæ apparent, magna autem ſunt quæ ab illis efficiuntur.* Et paulo poſt: [d] *Hæc omnia, cum ſint materia inanimata & inſenſibiles, poſtquam virtutem Dei acceperunt, magnis miraculis inſervierunt.* His autem ſic expoſitis, argumentum nobis præſtò eſt, & quidem validiſſimum contra tranſſubſtantiationem. Cum enim Gregorius dicat; *ſic oleum myſticum, ſic vinum, ante benedictionem res ſunt exigui pretij, poſt ſanctificationem vero Spiritus utrumque eorum excellenter operatur*; apertiſſime ſupponit oleum myſticum & vinum Euchariſtiæ poſt ſanctificationem ſubſtantialiter id quod erant remanere. Theſis enim probanda erat, res ſecundum materiam viles & contemtibiles poſt conſecrationem magnos effectus producere. At ſi vinum Euchariſtiæ per conſecrationem ſubſtantialiter deſineret eſſe quod erat, & in ſubſtantiam ſanguinis Chriſti mutaretur, tantum abeſt ut hoc exemplo theſin ſuam confirmaret, quin potius eam deſtrueret & tolleret. Non enim res forent juxta materiam viles, exiguique pretij, ſed res excellentiſſimæ, videlicet ſanguis Chriſti, imo Chriſtus ipſe, qui magnos & admirandos effectus operarentur. Exemplum quoque olei ab illo ſimul adductum, eò neceſſè adigit. Nam quemadmodum non oleum foret quod excellenter operaretur, ſi per ſanctificationem in aliam quamdam ſubſtantiam tranſmutaretur, (non

Gregorius Nyſſenus.

b *Paulo antè.* μὴ καταφρονήσῃς, τοῦ ὕδατος χάριν, λουτρὸν μηδὲ οὕτω κοινὸν ἡγοῦ διὰ τὴν χρῆσιν τοῦ ὕδατος, &c.

c *Ibid.* οὕτω καὶ ἐπὶ πολλὰ τῶν πραγμάτων φέρων τὸν νοῦν, καὶ ἐν τοῖς φαινομένοις, μεγάλα ἐκ τούτων ἀπ' ἐκείνων πλούμενα.

d *Ibid.* καὶ ταῦτα πάντα ὕλαι τυγχάνοντα ἄψυχοι καὶ ἀναίσθητοι τοῖς μεγάλοις θαύμασιν ὑπηρέτησαν τῇ τοῦ θεοῦ δεξαμένα δυνάμει.

a *In Hexaëmeron. Vid. & Chryſoſt. in 1. ad Cor. homil. 39.*

Digitized by Google

Gregorius Nyſſenus.

tur, (nonſentis enim non ſunt operationes) ſed eſſet res illa in quam tranſmutatum fuiſſet; ſimiliter etiam non vinum, ſi per ſanctificationem in ſanguinis Dominici ſubſtantiam mutaretur, excellenter operaretur, ſed ſanguis Dominicus in quem converſum fuiſſet. Atqui affirmat Gregorius, oleum eſſe & vinum quæ excellenter operentur poſt ſanctificationem: Intelligit ergo utrumque etiam poſt ſanctificationem ſubſtantialiter remanere. Denique id ipſum invincibiliter colligitur ex verbis concluſionis jam ſupra allatis, ubi Gregorius ait: *Atque ita ad multas res animum applicans, contemptibilia viſui erunt quæ apparent, magna autem ſunt quæ ab illis efficiuntur.* Clariſſime enim docet res eſſe, tum viles, tum oculis apparentes a quibus effectus illi mirabiles inſtrumentaliter producuntur. Sanguis autem Chriſti, nec res vilis dici poteſt, nec id eſt in Euchariſtia quod in oculos incurrit: Gregorij ergo mens non eſt mirandos illos effectus ab eo produci.

Fruſtra autem quis exciperet per ea quæ *viſui apparent* Gregorium intelligere accidentia vini. Nam verum quidem eſt, ſubſtantias per accidentia ſua in oculos noſtros incurrere: ſed hoc nihil ad propoſitum. Ut enim omittam Gregorium non potuiſſe exiſtimare figuram vini abſque ſubſtantia vini in Euchariſtia eſse, cum diſerte affirmet *figuram* corporis *non eſſe ſine corpore*, quemadmodum ſupra ex ipſo obſervavimus; per ea quæ apparent, intelligit ea omnia de quibus locutus erat; aquam ſcilicet baptiſmi, oleum myſticum, & vinum Euchariſtiæ, ac de iis ſimul ſpectatis concluſionem ſuam format. At vero non intelligit ab accidentibus ſive aquæ ſive olei, produci effectus illos de quibus loquitur, ſed ab aqua & ab oleo: nec ergo pariter ab accidentibus vini, ſed a vino ipſo. Verum, quid opus eſt per conſequentiam colligere, quod diſertis verbis Gregorius profitetur? An non enim expreſse ait: *Oleum myſticum & vinum ante benedictionem res ſunt exigui pretij, poſt ſanctificationem vero Spiritu vtrumque eorum excellenter operatur?*

Nec rurſum juuaret opponere virgam Moſis quæ in ſerpentem converſa eſt, quando per eam Deus voluit ſublimia efficere; vnde a ſimili dici poſſet vinum etiam poſt tranſmutationem magnos effectus operari. Nam exempla urgenda non ſunt præter Authoris propoſitum. Gregorius autem non affert exemplum virgæ in ſerpentem mutatæ, ut recenſeat effectus qui ab ea poſt mutationem & quamdiu in ſtatu ſerpentis fuit, profecti ſunt, (eo enim ſenſu non diceret virgam eos eſse operatam, ſed ſerpentem;) Verum tantummodo ut referat ſublimia illa quæ poſtquam è ſerpente rurſum in virgam redijt, virga ipſa operata eſt. Vult enim converſionem virgæ in ſerpentem fuiſſe veluti quamdam illius cõſecrationem ad mirandos illos effectus quos ea non actu ſerpens, ſed è ſerpente poſtmodum virga, præſtitura foret: *Virga Moſis*, inquit, *erat nucea: Quid autem aliud erat quam lignum commune, quod qualibet manus cadit & portat, & concimat ad placitum, & igni ad arbitrium tradit? vbi autem Deus voluit per illam ſublimia & ineffabilia miracula efficere, mutabatur lignum in ſerpentem.* Deinde ſublimia illa particulatim referens: *percutiens*, inquit, *aquas, aliquando eas ſanguinem effecit, aliquando ranarum fœtum innumerum producebat, & rurſum mare ſcindebat, quod vſque ad imum fundum diducebatur, & non confluebat.* Unde, ut quadrent exempla, neceſſe quidem eſt dicere, Gregorium loqui de effectibus, qui, tum ab oleo myſtico, & vino Euchariſtiæ poſt utriuſque ſanctificationem, tum a virga poſt ipſius in ſerpentem mutationem, profecti ſunt, ſed ita tamen ut intelligatur verum vinum illos eſse operatum, quemadmodum vera virga eſt à qua ſublimia illa miracula effecta ſunt. Quod funditus, ut jam notavi, tranſubſtantiationem evertit. Sed addo, quamvis daremus Gregorium loqui de mirabilibus virgæ utin ſerpentem converſæ, ac in eo etiam ſtatu illa virgæ tribuere, id non eſse ſuffragaturum effugio propoſito. Potuerit enim ea virgæ tribuere, cum eadem illa numero materia, quæ ſub virgæ forma fuerat, in ſerpente foret, & mirabilia illa per eam partim ederentur. At cum in Euchariſtia ſecundum Adverſarios nihil remaneat poſt conſecrationem nec materiæ nec formæ vini, dicere Gregorius niſi inepte non poſſet, vinum poſt conſecrationem excellenter operari. Cum igitur id affirmet, ſupereſt ut intelligat vinum poſt conſecrationem vere vinum remanere, ac proinde falſum eſse illud ſubſtantialiter mutari.

Gregorius Nyſſenus.

Sed obſervat Perronius, Gregorium dicere de pane Euchariſtiæ, *σῶμα Χριστοῦ λέγεσθαί τε καὶ γίνεσθαι*, *corpus Chriſti dicitur & eſt.* Verum, quid inde? Sic loquitur, inquit, *ad ſignificandum non ſimplicem eſſe mutationem appellativam, ſed realem, non mutationem ſecundum dici, ſed ſecundum eſſe.* Per realem autem mutationem, ſubſtantialem mutationem intelligit. Sed inepta eſt obſervatio. An enim in Veterum ſcriptis adeo parum verſatus eſt, ut in eorum lectione non deprehenderit, communiſſimam apud illos hanc loquendi formam *dicitur & eſt*, & adhiberi, etiam quando agunt de ijs quæ non proprie & ſubſtantialiter, ſed figurate tantum ceu per quandam ſimilitudinem illa ſunt, quæ dicuntur eſse? Innumera pene exempla proferre poſſumus. Sic enim [a] Irenæus: *Homo per fidem inſertus, & aſſumens Spiritum Dei, & ad aliud accipit vocabulum, ſignificans illam quæ in melius eſt tranſmutationem, jam non caro & ſanguis, ſed*

[a] Contr. hæreſ. l. 5. c. 10.

Gregorius Nyſſenus.

ſubſtantia vinum. Nam ſi per genimen vitis accidentia tãtum vini intellexiſſet Gregorius, Eunomio manus dediſſet. Illicò enim excepiſſet, quemadmodum genimen vitis non eſt accipiendum de vero ſubſtantia vino, ſed tantum de apparenti, ſimiliter & filium genimen Dei appellatum non eſſe verum ſubſtantia Deum, ſed tantum ſecundum apparentiam. At vero quis Gregorium ita ſtupidum crediderit, ut ſe proprio gladiò expoſuerit confodiendum? Intelligit ergo verum vinum à Domino in Euchariſtia eſſe bibitum, ac proindè per ſanctificationem ſubſtantia non mutatum.

CAPUT II.

In quo reſpondetur ad Objectiones.

AUDIVIMUS Gregorium pro nobis apertè loquentem: jam vero inſpiciamus quid Adverſarij ex eo in contrarium nobis objiciant.

Primus locus ducitur è libro de vita Moſis, ubi diſputat, inquit [b] Bellarminus, de manna Judæorum, & eum cibum confert cum Euchariſtia de qua ſic loquitur: *Panis eſt abſque ſemine, abſque aratione, abſque ullo humano opere nobis paratus. Is deſuper deſluens invenitur in terris. Panis enim qui de cœlo deſcendit, qui verus cibus eſt, qui ænigmatice hac Hiſtoria ſignificatur, non incorporea quædam res eſt: quo enim pacto res incorporea corpori cibus fiet? Res autem, quæ incorporea non eſt, corpus omninò eſt.* Hic autem, ait Bellarminus, *duo habemus, quæ excludunt omnes, quæ fingi poſſent ab Adverſarijs, expoſitiones. Nam primò Gregorius dicit, panem Euchariſtiæ ſine ſemine, ſine aratione, ſine opere humano fieri, quod certè non convenit pani triticeo: loquitur igitur de vero corpore Chriſti, cui illa omnia conveniunt. Secundò dicit, eumdem panem corpore manducari: non ergo loquitur de corpore Domini, ut eſt in cœlo & ſola fide ſumitur, ſed de vero corpore, ut eſt in Euchariſtia.* Perronius autem prius illud collegæ ſui argumentum diſſimulans, ſecundum tantummodò urget: *Lectores*, inquit, *obteſtor. Nam ſi neceſſe eſt corpus Chriſti, verum corpus eſſe, quoniam aliter non poſſet fieri corporibus noſtris cibus, an non conſequitur nos illud, etiam corpore, accipere & edere?* Sed argumenta ſunt ſtraminea & futilia. Nam primò quamvis daremus Gregorium hîc agere de pane Euchariſtico, & dicere, eum parari, non modò ſine ſemine & aratione, ſed *& abſque opere humano*, quod ex ſuo Bellarminus poſt Trapezuntium addit; non ideò ſequeretur illum non eſſe verum ſubſtantia panem. Quis enim neſcit panem ſacramentalem, non qûa ſubſtantia panis eſt, ſed qûa ſacramentalis eſt, talem non fieri per ſemen & agriculturam, & opus humanum, propriè & accurratè loquendo, ſed per Chriſti benedictionem & Spiritus Sancti adventum? An non vero idem Patres de baptiſmo quoque obſervant? Chryſoſtomus: c *In eo præcipua pars eſt Spiritus, per quem & aqua operatur.* Imo & tota: d *Angelorum Dominus*, inquit, *totum operatur: e hîc totum eſt Spiritus: f nihil in propoſita introducit homo, ſed univerſum divina virtutis opus eſt: g omnia Deus perficit*; Et Gregorius ipſe: h *Aqua cum nihil aliud ſit quam aqua, ſuperna gratia ei benedicente in intellectualem regenerationem hominem renovat.* Et rurſum: *Id non largitur aqua, ſed Dei præceptum, & acceſſus Spiritus myſticè ad Libertatem noſtram veniens.* Quis tamen indè concluderet, aquam baptiſmi ideò veram ſubſtantia aquam non amplius eſſe? Sed addo ſecundò, ſuppoſititia eſſe omnia quæ Adverſarij hîc effutiunt. Primò enim falſum eſt, manna conferri à Gregorio cum pane Euchariſtico. Comparatio quam inſtituit, eſt inter manna & Chriſtum qui erat i veritas mannæ, Chriſtum, inquam, quatenus in terra reperiatur non per viam Euchariſtiæ, ſed per viam incarnationis. Secundò & falſum eſt, Gregorium hîc affirmare de pane Euchariſtico, eum nobis parari ſine ſemine & aratione & opere humano; Id enim de manna & de Chriſto tantũ dicit. Denique falſum eſt, illum aſſerere, corpus Chriſti corporis cibum eſſe; cibus enim non eſt dentis, ſed mentis. Gregorius id de manna, non de Chriſti corpore dicit. Decepti ſunt Adverſarij, ſeu propria inadvertentia, ſeu falſa & erronea Trapezuntij verſione à Frontone Ducæo prout par erat non recognita, quę totum hunc locum miſere corrupit & depravavit. Verba Gregorij, ſed paulo altius repetita, ſic ſe habent: a *Poſtquam nihil illis* (Iſraelitis) *amplius ſupereſſet peregrinorum ciborum quos ex Ægypto attuleranr, deſuper in eos deſluit cibus quidam varius ſimul & ſimplex*; ſcilicet manna. *Simplex enim erat viſu: qualitas autem varietatem habebat, cum vnicuique conveniente ſier et juxta deſiderij ſui formam. Quid autem hinc diſcimus? Per quot purgationes eunque congruas ſeipſum purgare ab Ægyptiaca & peregrina vita, & anima*

b *De Euch. l. 3. c. 16.*

Gregorius Nyſſenus.

c *In Acta homil. 1.* τὸ ἁγιαστικὸν τὸ πνεῦμά ἐστι, δι' οὗ καὶ τὸ ὕδωρ σώζεται.
d *In Ioann. hom. 35.* ὁ τῶν ἀγγέλων δεσπότης ἐστὶ τὸ πᾶν ἐργαζόμενον.
e *In Epiſt. ad Rom. hom. 16.* οὐσιωδῶς τὸ πᾶν πνεῦμά ἐστιν.
f *In 1. Cor. hom. 8.* οὐδὲν ἀνθρώπινον εἰς τὸ ἀποτέλεσμα εἰσφέρει, ἀλλὰ τὸ πᾶν τῆς θείας δυνάμεως ἔργον ἐστί.
g *In 2. ad Timoth. hom. 2.* πᾶν ὁ θεὸς ἐργάζεται.
h *Orat in baptiſm. Chriſt.* τὸ μὲν ὕδωρ ὕδωρ ἄλλο τι παρὰ τοῦτο ὕδωρ, ἀναπείθει δὲ τὴν ἀνθρωπίνην χλεύην ὑπείκειν τῇ θείᾳ δυνάμει.

i *Vid. Cyrill. de adorat. l. 10.* a μαθώμεν ἀνθ' ὧν ὑπελαφθείσης ἀποφίλου τροφῆς, ἣν ἐξ Αἰγύπτου ἐπεστείλαντο, οἵαν ἔσχεν ἐπιρροὴν ἡ τροφὴ πρώιλη τὸν ὅλον ἡμῶν μετασκευάσαι. τὸ μὲν γὰρ φαυλίζοντες μετασκευὴν ἦν. ἡ δὲ ποιότης τὸ κάλλιστον ἔχει, ἐφ' ἑκάστου καταφόρως καὶ τὸ οἰκεῖον ἑκάστῳ τῆς ἐπιθυμίας ἐξευρίσκον. τί οὖν ἐστι ἡ μεταβολή; ἀπὸ ὅσων πρὸς ἀρετὴν ἀφορμῶν ἐσμὲν ἀπηλλάχθαι δεῖ καὶ πρὸς ἃ πάλιν ἀναβῆναι τὴν ἀποφίλη ζωὴν, ὅσα κινδύνου τῆς ψυχῆς ἐστὶ βλάπτειν πάσης τῆς κατὰ τρυφὴν, ἣν ἀπεστείλαντο Αἰγύπτιοι καὶ ὅσοις τὴν καλλίστην τροφὴν ἐπὶ ἴσης καθαρᾷ τῇ ψυχῇ δίκαιόν ἐστι τὸ ἐναντίον ἡμῖν τοῖς ὑπ' ἐναντίοις ἀδίφυσιν, ἀπ' ἐναντίου δεῖ ἄνωθεν τῆς ἀπάτης, ἄνωθεν μὲν καλῶν, ἐπὶ δὲ γῆν ἐνεστώσης. τοῖς δὲ πάντως τὴν ἀληθῆ πατρίδα βρῶσιν, λέγω δὲ τὸν ἐπουράνιον ἀνάγκαιόν ἐστι, ὃν ἐν ἀρχῇ ὁ ἀρχηγὸς καλέσας, σὺν ἀναπαύσει ἡ χρῆσις ἦν. πᾶς γὰρ ὁ σώφρων τροφὴ γίνεσθαι τὸ ἀναπαύειν· τὸ δὲ πανάπαυστον τοῦτο δεῖται, ὅτι ἄρσεις ὅτι σκορὶ ἐπαίρονται. ἀπ' ἐναντίου μέντοι, ὡς ἄρτι ἐνεφύσησε τὸ θεῖος πάντας τροφῆς, ἐς οἷ πανάπαυστον μετέχουσι, τὸ κῦ τὴν πατρίδα μυστήριον λέγω δὲ ἐπουρανίους πάντας ἀποτελούμενοι. ἄρτος ζῶντος ἀναγκαῖος ἄρτος, ὃς λόγος ἐστὶ, τὸ πολυποίκιλον τοῦ ποιητοῦ κῦ πᾶς τὸ ἰδιοπάθειν ἐπιτηδειότητος συνεξαναλίσκων τὴν δύναμιν. εἶδε γὰρ ὁ μόνος ἀρχὴν ἄναρχος, ἀπὸ τῆς γαλακτοτροφίας καὶ κρέας καὶ λαχάνου, καὶ ὅ τι περ ἂν ἡ τοῦ σωματοφθόρου κατασκευὴ τοῦ καταβόλου.

Gregorius Nyſſenus.

ſua vas omni malitia quo veſcuntur Ægyptij cibo vacuare, & ſic de ſupernis venientem cibum pura anima in ſe recipere, (Chriſtum videlicet) *quem ſatio nobis qui ex agricultura ſumus, non produxit, ſed paratus panis eſt abſque ſemine abſque aratione, è ſupernis defluens & in terra repertus. Intelligis autem omnino* (hoc eſt intelligere debes) *verum hunc cibum per Hiſtoriæ enigma* (id eſt, per manna), *quod ſcilicet panis hic* (manna) *de cœlo deſcendens, incorporea res non eſt: quomodò enim res incorporea corpori cibus fieret? res vero quæ incorporea non eſt, corpus omnino eſt. Hujus autem panis corpus non aratio, non ſemen produxit, ſed terra qualis eſt manens plena reperitur* (id eſt, reperta eſt) *divini hujus cibi quem eſurientes ſuſcipiunt* (hoc eſt, ſuſcipiebant) *per hoc miraculum de virginali myſterio præſtructi*, videlicet, de incarnatione Verbi. *Si quidem inculti hic panis, Verbum quoque eſt, qualitatis varietate ſecundum illud edentium habitudines virtutem ſuam commutans. Novit enim non ſolum panis eſſe, ſed & lac, & caro, & olus, & quicquid aſſumenti congruum & expetitum ſit.* Huc uſque Gregorius: è cujus verbis aperte liquet, eum oſtendere volentem, manna Chriſtum præfiguraſſe, inter illud & Chriſtum congruentias quatuor cõſiderare. Prima eſt in eo, quod manna Iſraelitis datum non fuerit niſi cibis quos ex Ægypto attulerant deſtitutis: ſic enim ait & Chriſtum non niſi in anima pura & malitia vacua eſſe recipiendum. Secunda eſt, manna fuiſſe panem ſine aratione paratum ac de cœlo deſcendentem: ſimiliter & Chriſtum. Tertia, manna de cœlo deſcendens, corpus nihilominus fuiſſe, quoniam aliter corporibus cibus eſſe nequiviſſet: id autem præfiguraſſe virginale myſterium, hoc eſt, verbi incarnationem. Quarta denique, manna ſe conformaſſe ad illud manducantium varia deſideria: Chriſtum ſimiliter virtutem ſuam conformare ſecundum habitudines illum ſuſcipientium, ſe non modo panem, ſed & lac & carnem & olus efficiendo proùt unicuique congruum & opportunum eſt. En veram & perſpicuam paralleliſmi hujus Gregoriani analyſin: ubi quis non videt eum nullomodo loqui de pane Euchariſtico, ſed de Chriſto ipſo, nec de Chriſto aſſerere quod corporibus cibus ſit, ſed de manna, at vero è contra de Chriſto ipſo affirmare, eum anima pura eſſe ſuſcipiendum?

Nec juvaret objicere, Gregorium de Domino in præſenti tempore dicere, *eum de ſupernis defluere & in terra reperiri.* Jam enim ſupra monui illum intelligere id factum eſſe per incarnationem, de qua per enallagen quaſi ea adhuc fieret, in præſenti tempore loquitur, perinde ac de manna loquens quaſi adhuc decideret, idem præſens tempus uſurpat: *poſtquam*, inquit, *nihil illis amplius ſupereſſet ciborum quos ex Ægypto abſtulerant deſuper in eos defluit cibus quidam varius ſimul & ſimplex*; hoc eſt, defluebat. Sic & Cyrillus eamdem cum Gregorio inter manna & Chriſtum comparationem inſtituens: *imbris inſtar*, [b] inquit, *Deus Iſraelitis per deſertum manna demiſit*; id eſt, demittebat. Ut taceam Chriſtum etiam nunc inſtar ſpiritualis manna nobis per prædicationem Euangelicam defluere quotidie. Sic enim Iſidorus: [c] *per nubes Evangelicas vniverſo orbi pluitur.*

Secundus locus ducitur ex oratione Catechetica, ubi ait: [d] *Quoniam homo eſt duplex, anima & corpore contemperatus, neceſſe eſt ut qui ſervantur per utrumque attingant eum qui duxit ad vitam. Ergo anima per fidem ad ipſum contemperata, hinc ſalutis occaſionem habet. Nam vnio cum vita, communionem vitæ habet. Corpus autem alio modo venit ad participationem & contemperationem ejus qui ſalutem dat. Quomodò enim qui venenum ex inſidiis ſumpſerunt, alio medicamento mortiferam vim extinguunt, ſic etiam oportet ſalutare medicamentum inſtar lethalis admitti intra viſcera hominis ut per illa in totum corpus diſtribuatur virtus ejus quod fert opem. Ita cum guſtaverimus quod noſtram diſſoluit naturam, rurſus neceſſe eſt ut opus habeamus eo quod cogit id quod erat diſſolutum: ut cum in nobis fuerit ſalutare hoc medicamentum, veneni damnum corpori inditum per contrariam repellat affectionem. Quid hoc ergo eſt? Nihil aliud quam illud corpus, quod & morte oſtenſum fuit eſſe potentium, & noſtræ vitæ fuit initium. Quomodo enim parum fermenti, ut dicit Apoſtolus, ſibi aſſimilat totam conſperſionem, ita corpus morte a Deo affectum cum fuerit in noſtro, totum ad ſe tranſmutat & tranſfert. Quomodo enim, cum quod eſt exitiale miſtum fuerit cum ſano, quicquid eſt contemperatum ſimul redditur inutile, ita etiam immortale corpus cum fuerit intra eum qui ſumpſit, vniverſum quoque tranſmutat in ſuam naturam. Sed fieri non poteſt, ut ſit aliquid aliter intra corpus, niſi per eſum & potum miſceatur viſceribus. Neceſſe eſt ergo eo modo quo natura poteſt, viviſicam Spiritus virtutem recipere. Cum autem ſo-*

Gregorius Nyſſenus.

b *De Adorat. lib. 10.* ἐντεῦθεν ἄνωθεν ἐφίησι τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ τὸ μάννα κατὰ τὴν ἔρημον.

c *In Exod. c. 23.*

d *Cap. 37.* ἐπειδὴ δὲ συνθὲς τὸ ἀνθρώπινον, ψυχῆς τε καὶ σώματος συγκεκραμένον, ἀνάγκη τοὺς σῴζεσθαι τοὺς ἀνάγοντας πρὸς τὴν ζωὴν κεκινημένους. ἐν ἀμφοτέροις τοῖς σῳζομένοις ἐφάπτεσθαι ἡ ψυχὴ μὲν διὰ πίστεως αὐτοῦ ἀναπεμφθῆναι πρὸς ἀθανασίαν ἔχει. ἡ δὲ διὰ τοῦ ζωὴν εἶναι τοῦ τῆς ζωῆς κοινωνίαν ἔχει. τὸ δὲ σῶμα ὅταν πρὸς τὸ μὴ ὂν ἀπὸ τοῦ ὄντος ἀποπίπτῃ. ἀπὸ μὲν οὖν τοῦ ἄντος οὐκ ἔστι τι μᾶλλον ἢ σῶμα, μὴ ἀεὶ βρώσεως καὶ πόσεως ταῖς σωλάγχνοις προσκεκινημένον. ἐκεῖ δὲ ἀποπίπτειν καὶ τὸ ἄναντες τῇ φύσει πρὸς τὸν ζωοποιὸν ἄνεσιν τοῦ πνεύματος δέξασθαι. μόνον γὰρ δεδεγμένον σῶμα τοῦ οἰκείου τοῦτο δέξασθαι τὸν χαρακτῆρα, ἄλλως δὲ ἀνεχώρητον μὲν ἦν ἄνατον εἰς ἀθανασίαν ἡρεῖσθαι τὸ κρεῖττον σῶμα, οὐ μὴν ἀεὶ γε πρὸς τὸ ἀθάνατον κατασπάσεως δὲ μετουσίαν ἐφ' ἑαυτοῦ φέρον. σκοπῶμεν οὖν εἰκὸς, πῶς ἐμένει δυνατὸν τὸ ἐν οἰκείῳ σώματι πᾶσι τοσούτοις ἐπιῶσι καὶ πίνουσι τὴν οἰκουμένην εἰσοικεῖ κεμιγνύμενον, ἄλλο δὲ ἐκ τοῦ ἀεὶ γε μέρους χύσεως, καὶ ἀνὰ μένον ἐφ' ἑαυτὸ ἄλλο, &c.

lum illud

Digitized by Google

Gregorius Nyſſenus.

lum illud corpus quod Deum ſuſcepit, hanc gratiam acceperit, oſtenſum ſit autem aliter fieri non poſſe, ut noſtrum corpus ſit in immortalitate, niſi per communionem cum immortali factum ſit particeps incorruptionis, oportet conſiderare, quomodò fieri potuerit, ut vnum illud corpus quod tam multis fidelium millibus in vniverſo terrarum orbe ſemper dividitur, totum per partem ſit in vnoquoque, & ipſum in ſe totum maneat. Vt ergo fides ad id quod eſt conſequens aſpiciens de ſenſu propoſito nullam dubitationem habeat, oportet orationem noſtram pauliſper immorari in naturali corporis conſideratione. Quis enim neſcit quod noſtri corporis natura ſecundum ſe in propria quadam ſubſiſtentia vitam non habet, ſed per quamdam influentem in eam virtutem, ſeipſam continet & in eſſentia manet, perpetua motione ad ſe attrahens id quod deeſt, & repellens id quod eſt ſupervacaneum, &c. Ea autem virtus alimentum eſt & dicitur, &c. Alimentum autem præcipuè homini eſt panis, & ad humoris perdurationem & conſervationem potus, non ipſa ſola aqua, ſed vino ſæpe condita, ad opem ferendum interno noſtro calori. 2 Qui ergo ad ea aſpicit, poteſtate ad corporis noſtri magnitudinem aſpicit. Nam cum illa in me fuerunt, fiunt ſanguis & corpus, nutrimento per vim alterantem ad formam corporis redacto. His a nobis hoc modo diſtinctis, rurſum ad propoſita revocanda eſt cogitatio. Quærebatur enim quomodo quod vnum eſt corpus illud Chriſti, vivificat vniverſam hominum naturam in cunctis in quibus fides eſt, omnibus diſtributum, & ipſum minime diminutum. Fortaſſe ergo non procul abſumus a probabili ratione. Nam ſi cujuſvis corporis ſubſiſtentia nutrimento, nimirum cibo & potu conſtet, ſit autem cibus ille panis, potus vero aqua vino exhilarata: Dei autem Verbum, ſicut prius eſt definitum, Deus exiſtens & verbum, humana eſt natura contemperatum, & cum eſſet in noſtro corpore non aliam aliquam humanæ naturæ innovavit conſtitutionem, ſed per ea quæ ſunt conſueta & congruentia corpori ſuo dedit permanſionem, cibo & potu ſubſiſtentiam continens. Cibus autem erat panis. Quomodo ergo in nobis, ſicut jam ſæpe dictum eſt, qui panem vidit, quodammodo humanum videt corpus, quia cum in eo ſit, hoc fit; ita illic quoque quod Deum ſuſcepit corpus, cum panis alimentum accepiſſet, quadam ratione idem erat cum eo, alimento, ut dictum eſt, tranſeunte in naturam corporis. Nam quod eſt omnium proprium, id quoque in illa carne admittendum eſt, nempe, quod illud corpus pane continebatur. Corpus autem Dei Verbi inhabitatione ad divinam tranſmutatum eſt dignitatem. Recte quoque & nunc Verbo Dei ſanctificatum panem in Dei Verbi corpus credo tranſmutari. Es enim panis erat poteſtate illud corpus. Sanctificatum autem fuit habitatione Verbi quod tanquam in tabernaculo habitavit in carne. Igitur vnde in illo corpore tranſmutatus panis tranſiit in divinam virtutem, per idem & nunc æquale fit. Nam & illic gratia Verbi ſanctum fecit corpus cui ex pane conſiſtentia erat, & quodammodo ipſum quoque erat panis: & hic ſimiliter panis, ſicut dicit Apoſtolus, ſanctificatur per Verbum Dei & orationem, non quidem per manducationem & potationem migrans in corpus Verbi, ſed ſtatim in corpus verbi per verbum tranſmutatus ſicut dictum eſt à Verbo, hoc eſt corpus meum. Cum autem omnis caro alatur etiam per humorem, (neque enim, niſi cum eo conjungatur quod in nobis terreſtre eſt, in vita permanſerit) quomodo per durum & ſolidum alimentum ſoliditatem corporis fulcimus, eodem modo etiam humori adjungimus acceſſionem ex natura ejuſdem generis. Qui quidem cum fuerit in nobis per vim alteratricem ſanguis fit, & maxime ſi per vinum vim in calidum tranſmutandi acceperit. Quoniam ergo hanc quoque partem accepit caro illa Dei ſuſceptrix ad ſui conſiſtentiam, Verbum autem quod manifeſtatum eſt ideo ſe admiſcuit infirmæ hominum naturæ, ut communione divinitatis ſimul deificetur humanitas; ea de cauſa per diſpenſationem gratiæ ſe per carnem inſerit omnibus credentibus quibus conſiſtentia eſt ex pane & vino, corporibus credentium contemperatus, ad vnione cum eo quod eſt immortale, homo incorruptionis particeps fiat. Hæc autem dat, virtute benedictionis in illud tranſelementata eorum quæ

2 οὗτος ὁ πρὸς ταῦτα βλέπων, δυνάμει πρὸς τὸ ἔγγιον ἔσται τοῦ ἐμοῦ σώματος βλέπων. τὸ γὰρ ἐμοὶ σύνθρομα αἷμα καὶ σῶμα γίνεται τροφῆς ἀλλοιωθείσης δυνάμει πρὸς τὸ τοῦ σώματος εἶδος ἡ τροφὴ μεταβάλλουσα. τίνων ἡμῖν διαφερόντως ἡ τροφὴ, ἐπιμενόντων πάλιν πρὸς τὸ προκείμενον τὴν ἀρχαίαν. ἐζητεῖτο γὰρ πῶς τὸ οἰκεῖον σῶμα τοῦ Χριστοῦ, πᾶσιν ζωοποιὸν τὴν τῶν ἀνθρώπων φύσιν, ὃ ἔστιν ἡ πίστις ἡμῶν, πρὸς πολλῶν μυριάδων, καὶ ἀυτὸ ἡ μεταβάλλον, τοῖς θείοις ἐγγὺς ἐστὶ καὶ ἀθανασίας λέγω γεύεσθαι. ἐν γὰρ πᾶσιν σώματος ἡ τροφὴ εἰς τὸ τροφῆς γίνεται, ἄνευ δὲ βρώσεως καὶ πόσεως ἐστὶν. ἔστι δὲ τὸ τῆς ζωῆς ἄρτος, καὶ ὁ τῇ πίστει ὕδωρ ἐφευρεμένος τοῦ αἵματος. ὁ δὲ τοῦ θεοῦ λόγος, τροφὴς εἰς ἄνθρωπος διέρχεται, ὁ καὶ θεὸς ἦν καὶ ὁ λόγος, τῇ ἀνθρωπίνῃ συνεπεφύτο φύσει, καὶ εἰς τοῦ σώματος ἀκριβῆ γλοιῶδος, εἰς ἅπαν τὸ ὑπὸ τοῦ ἀνθρωπίνη φύσει τὸν σύνθρονον. ἅπαν δὲ τοιοῦτον τὸ καὶ κρεπάλαι ἔδεται τοῦ καθ' ἑαυτὸν σώματος τὸν ἀθανασίαν, βρῶσιν καὶ πόσιν ἀξιοπρεπῆ τὸν ἀνάστασιν. ὁ γὰρ βρῶσις ἄρτος καὶ ὕδωρ πόσις ἐν ἡμῖν, τροφὴ γὰρ πανταχοῦ ἄρτος, ὁ δὲ ἄρτος ἰσόν, τοῦτον ἴσον τὸ ἀνθρώπινον βλέπον σῶμα, ὅτι εἰς τοῦτο οἰκεῖον γενόμενον, τοῦτο γίνεται. ὅταν καὶκεῖ τὸ θεοδόχον σῶμα τὴν τροφὴν ἄρτου παραδεξάμενον, λόγῳ ἴσῃ τοιοῦτον ἐν οἰκείῳ τῇ τροφῇ, τροφὴς ἄρτος, ἀφ' ἧς τὸν ἴδιον σώματος φύσιν μεθιστάμενος. τὸ γὰρ πάσιν ἴδιον καὶ ἐν' ἐκείνῳ τὸ σωτηρὸν ὁμολογήσει, ὅτι ἄρτος κἀκεῖνο τὸ σῶμα διεργάζετο. τὸ δὲ σῶμα τῷ οἰκείῳ ἑαυτοῦ θεῷ λόγῳ ἀφ' ἧς τὸν θεῖον μετατιθέμενον, κἀκεῖ ἐν καὶ οὗτος τὸ θεοῦ λόγου ἑαυτοῦ θεοῦ ἀγαπαζόμενον ἄρτου εἰς σῶμα ἑαυτοῦ θεοῦ λόγου μεταποιοῦσ πιστεύομεν. καὶ γὰρ οἰκεῖον τὸ σῶμα, ἀλλὰ τῇ δυνάμει ἐν. ἀγαπᾶσθαι ἡ τῇ ἐν σωτῆρος ἑαυτοῦ λόγου τὸ σωτηρίου ὁ τῇ σαρκί. ἄκρον ἔθει τὸ οἰκεῖον τοῦ σώματος μεταποιεῖσθαι ἄρτου, εἰς θείαν μετάθεσιν δύναμιν, ἀφ' ἑαυτοῦ καὶ οὗτος τὸ ἴσον γίνεται. οἰκεῖ γὰρ ἡ τοῦ λόγου χάρις ἄγιον ἐποίησε σῶμα, ᾧ οὐκ ἦν ἄρτος ἡ σύγκρασις ἦν, καὶ τροφὴ ἴσον καὶ ἀνθρώπου ἦν. τὸ τοίνυν τοιοῦτος ὁ ἄρτος, τροφὴς φησὶν ὁ παῦλος, ἁγιάζεται ἀφ' λόγου θεοῦ καὶ ἐντεύξεως, ἡ ἀφ' βρώσεως καὶ πόσεως εἰς τὸ σῶμα τοῦ λόγου, ἀπ' ἐνθοῦς εἰς τὸ σῶμα τοῦ λόγου μεταποιούμενος, τροφὴς ἄρτος ἐστὶ τοῦ λόγου, ὅτι τοῦτο ἐστὶ τὸ σῶμα ἐκ. πάσης ἡ σαρκὸς καὶ ἀφ' ὑγρᾶ τροφόμου (ἡ γὰρ ἄνευ δίχα τοῦ εἰς τοῦτο συζυγίας, τὸ τὸ ἀνθρώπου γενόδες τὸ τοῦ ζῶντος) ἄσπερ ἀφ' τερέου καὶ ἀνθρώπου τροφῆς τὸ στερεὸν τοῦ σώματος ὑποστηριζόμεθα. ἡ αὐτὸν τοῦτον καὶ τοῦ ὑγροῦ τὴν εἰσοδίαν τὸν ἐκ τροφῆς ταυτότητα φύσεως. ὅπερ τὸ ἡμῖν γλοιῶδες ἀφ' ἀνθρωπίνης δυνάμεως ἐξαμαυροῦται, καὶ μᾶλλον καὶ ἀφ' οἶνος λάβοι τὴν δύναμιν εἰς τὴν εἰς τὸ θερμὸν μεταποίησιν. ἐπὶ τοῦ δὲ καὶ τοῦτο μέρος ἡ θειότης οἰκείου σαρκὸς εἰς τὸν σύγκρασιν ἑαυτῆς παιδεύσαι. ὁ ἡ φανερωθεὶς λόγος διὰ τοῦτο κεκοινώνηκεν ἀνθρώπου τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει, ἵνα τῇ τῆς θεότητος ἐκείνοις συναπολαύσῃ τὸ ἀνθρώπινον. τοῦτο χάριν πᾶσι δοῦ πιστεύουσι τῇ οἰκονομίᾳ τοῦ χριστοῦ, ἑαυτὸν οἰκοῦσι διὰ τῆς σαρκός, οἷς ἡ σύγκρασις ἐξ ἐκ τοῦ καὶ ἀρτοειδοῦς, τοῖς σώμασι τοῦ ἀναστασιμάρου, εἰς τὸ τοῦ πρὸς τὸ ἀθανασίαν ἑαυτοῦ, καὶ ἀθάνατος ἡ ἀφθαρσίας μέτοχος γένοιτο. τοῦτο ἡ δίδωσι, τῇ τοῦ εὐλογίας δυνάμει πρὸς οἰκεῖον μεταστοιχειώσεως τοῦ φυσουμένου τὴν φύσιν.

Gregorius Nyſſenus.

apparent natura. Huc uſque Nyſſenus Latinè a nobis allatus, non ex Gallica Perronij verſione, ſed ex interpretatione Gentiani Herveti hic & illic a nobis recognita. Gallica enim Perronij verſio in multis locis erronea & falſa eſt. Nam ubi Nyſſenus dicebat: *Neceſſe eſt eo modo quo natura poteſt viviſicam Spiritus virtutem ſuſcipere*; ipſe vocem *Spiritus* abſtulit & repoſuit *corpore*, tũ in Græco, tum in verſione ſua. Ubi Nyſſenus loquens de pane a Domino manducato dixerat: *In hoc corpore, panis mutatus tranſijt in divinam dignitatem*; ipſe vertit *panis tranſmutatus in illud corpus.* Ubi Nyſſenus ſcripſerat: *Illic gratia Verbi, ſanctum effecit corpus*; ipſe vertit, *gratia Dei producebat hoc ſanctum corpus.* Denique ubi Author dixerat: *panis, ſicut dicit Apoſtolus, ſanctificatur per Verbum Dei & orationem, non quidem per manducationem & potationem migrans in corpus Verbi, ſed ſtatim in corpus verbi mutatus, ſicut dictum eſt a Verbo, hoc eſt corpus meum*; quibus verbis innuebat panis cõſecrationem fieri virtute Verbi tanquam cauſa primaria efficiente, oratione vero, &, ut ad finẽ loquitur, benedictione, tanquam cauſa inſtrumentali, effectumque hunc deſignari per verba, *hoc eſt corpus meum*: ipſe contra ut Lectoribus fallaciter imponeret conſecrationem fieri verbis, *hoc eſt corpus meum*, vertit; *ſubito mutatus in corpus per Verbum, ſicut dictum eſt, mediante Verbo, hoc eſt corpus meum*, contra fidem Græci textus, & Latinam verſionem Herveti, Zeni & Morelli. Sed ſolennè id illi eſt, ſeu ex linguæ imperitiâ, ſeu potius ſæpiſſime ex conditione genij totius ad fraudem compoſiti. Illi autem ſat fuit hunc locum adducere, nec ullum ex eo format argumentum. Alij multipliciter argumentantur, ex vocibus, ex phraſibus, ex poſitionibus, ex quæſtionibus & reſponſionibus, in quæ omnia operæpretium erit ſpeciatim inquirere, poſtquam in genere quædam obſervaverimus.

Primò igitur Noſtrorum nonnulli dubitant, utrum hæc oratio Catechetica Gregorij ſit, nec-ne. Quoniam, inquiunt, Suidas, Nicephorus & Photius in catalogo operum hujus Authoris, nullam hujuſce orationis mentionem faciunt. Deinde, quia in hoc ipſo capite objecto, locutiones habet omnino Eutychianas: ut quando vnionem naturarum in Chriſto, *mixtionem & contemperationem* appellat, addens, naturam *humanam in dignitatem divinam fuiſſe mutatam*, imo & *deificatam.* Denique, quia ſub finem operis meminit Severi Hæretici Acephali qui ſat diu tantum vixit poſt Gregorij obitum. Verum, nec placet reſponſio, nec rationes in quibus fundatur. Ad primam enim duo excipi poſſunt. Prius eſt: Suidam, Nicephorum & Photium ne decimam quidem partem operum Gregorij recenſere: unde mirum non foret eos hujus orationis non meminiſſe. Satis eſſe, Authores illis longe vetuſtiores, Theodoretum, videlicet, non in tribus ſuis dialogis, ut falſo notat Perronius, ſed in duobus, ſecundo nimirum & tertio, [b] Leontium item & [c] Maximum, illius mentionem facere, & ex ea loca aliquot adducere. Poſterius eſt, Photium etiam ipſum eam agnoviſſe, cum [d] teſtetur Germanum Conſtantinopolitanum Apologiam ſcripſiſſe ad hanc cum alijs quibuſdam ejuſdem Authoris vindicandam Adverſus Origeniſtas, qui eas erroribus ac dogmatibus ſuis infecerant. Probabiliſſimè autem dici poteſt nos eam habere quæ ab Origeniſtis corrupta fuerit. Notat enim, & rectè Morellius, falſam Origenis opinionem immixtam reperiri cap. 35. ſub finem. Cui & addiderim, comparationem utris cum corpore, qua utitur ipſo cap. 37. ab Adverſarijs objecto, ſumptam quoque eſſe ex [a] Origene. Quamquàm, cum Gregorius, quemadmodum & Baſilius ipſius frater, ac eorum amiciſſimus Gregorius Nazianzenus, maximus fuerit Origenis admirator, facilè contingere potuit eum in quibuſdam Origenis dogmata eſſe ſecutum; quod etiam Stephanus Gobarus apud [b] Photium, & [c] Græci recentiores in ipſo obſervant: Germanum autem Conſtantinopolitanum pio in Gregorium zelo Origeniſmorum invidiam ab illo amoliri volentem, Origeniſtarum adulterationi attribuiſſe aliquot etiam genuinos & proprios ejus nævos. Ad ſecundam pariter dici poteſt, eam eſſe infirmiſſimam. Nam non modo Veterum quamplurimi ante Gregorium, Irenæus, Tertullianus, Novatianus, Cyprianus, Euſtathius Antiochenus, Athanaſius, Apollinarius, Euſebius, Hilarius, Macarius, Epiphanius, Ambroſius, Nazianzenus, Auguſtinus, Leporius, Synesius, Leo Romanus, & Theophylactus, ad deſignandam naturarum in Chriſto vnionem, ijſdem vocabulis [d] *commixtionis*, [e] *contemperationis*, & [f] *Deificationis* uſi ſunt, ſed & ipſemet Gregorius in [g] ſcriptis quæ ab omnibus genuina judicantur, Periculoſe, fateor; Inde enim Eutychiani hæreſeos ſuæ evulgandæ anſam acceperunt: Orthodoxo tamen ſenſu, quod jamdudum obſervarunt, Cyrillus Alexandrinus, Ruſticus Diaconus [h] & Photius. Tertia denique, licet firmiſſima appareat, nihil tamen eſt. Obſervo enim, quod a nemine Scholiaſtarum Gregorij animadverſum eſt, finem hujuſce orationis ſeu poſtremas novemdecim lineas in quibus Severi mentio fit, non eſſe Gregorij, Sed fragmentum ex Theodori libello de incarnatione, neſcio quo pacto huic orationi aſſutum.

Gregorius Nyſſenus.

b *Contr. Eutych. & Neſtor. l. 3. ex c. 10. Et lib. 2. ex c. 37.*
c *In cap. 3. Eccleſiaſt. Hierarch. ex c. 22.*
d *Biblioth. cod. 233.*
a *Vid. Method. apud Epiphan. hæreſ. 64.*
b *Apud Phot. cod. 232.*
c *Apolog. de purgator.*
d *Iren. l. 1. c. 21. & l. 5. Tertull. Cõtr. Marcion. l. 2. ad fin. Novat. de Trinit. Cyprian. de Idolor. Vanit. Euſtath. apud Facund. l. 11. c. 2. Nazian. orat. 1. 37. 39. 51. & carm. 2. Auguſt. Ep. 3. Lepor. in libell. Emendat. Hilar. de Trinit. l. 2. & 8. Syneſ. hymno 7. Apollin. catem. in Ioannem. 6. 55.*
e *Macar. hom. 32. Epiph. in Anchor. Ambroſ. de myſter. paſch. c. 4. Nazianzen. ora. 38. Leo de nativit. Dom. ſerm. 1. & 2. Theophyl. in 6. Ioan.*
f *Euſeb. demonſtr. l. 7. c. 3. Athanaſ. edit. Pariſ. Graecol. tom. 1. p. 349. 352. 490. 500. 504. Nazianz. orat. 38.*
g *Contr. Eunom. l. 3. 5. 6. alias. 2. 4. 5. & in Epiſt. Contr. Apollinar.*
h *Contr. Neſtor. l. 1. & apud Ruſticum Contr. Acephal. & Phot. biblioth. cod. 230.*

Secundò,

Gregorius Nyſſenus.

Secundo, ajunt alij, ipſius teſtimonium in quæſtione de qua agimus non eſſe admittendum, cum hoc graviſſimo errore laboraverit, ut crediderit eo ipſo temporis momento quo Dominus Euchariſtiam Diſcipulis ſuis dedit, i *corpus ipſius ineffabiliter & invisibiliter fuisse mactatum, animamque jam fuisse in ijs* (locis) *in quibus eam* poteſtas (poſt) *depoſuit, ac una cum divina virtute illi immixta regionem hanc in corde* (terræ) *habitaſſe.* Quod & obſervat Lorinus, k inquiens: *Mirum eſt, id potuiſſe in mentem venire tanto viro Gregorio Nyſseno.* Verum, perſuadere mihi non poſſum eum adeo delirum fuiſſe, exiſtimoque potius eum de Domini morte tanquam præſente eſſe locutum, non quod re vera foret, ſed tum quia myſtice & repræſentative mactaretur per fractionem panis & poculi a pane ſeparationem, tum quia hoc ſacramento ita conſtituto teſtaretur ſe corpus ſuum ad mortem deſtinare, eaque deſtinatione jam quaſi inanimè ac mortuum eſſet, ſpectarique deberet.

i *In Chriſti reſurr. orat.* 1. ἀῤῥητως τὸ σῶμα ἐτεθνήκει, ἡ ψυχὴ τὸ σύνηθες ἦν, ὅτε οὐκ ἀπῆν ἡ ἰσχὺς ἡ θεία καὶ ἀόρατος αὐτῷ μὴ ἀποχωρίσασα τὸ ἀνθρώπινον.

k *In Acta* 13. 30.

Tertio obſervant & nonnulli, orationem hanc Catecheticam non modo depravationis eſſe ſuſpectam, ut patet, tum ex locis a Theodoreto ex ea citatis quæ non omnino congruunt cum iis quæ nunc habemus, tum ex additamentis ex Theodoro ſupra memoratis, tum ex eo quod poſtquam capitibus 34. 35. & 36. prolixe egiſſet de baptiſmo, capite vero, 37. de Euchariſtia; de baptiſmo rurſum agat c. 40. plane extra ordinem; ſed & conceptionem illam quam ad myſterium Euchariſtiæ explicandum adhibet novitiam eſſe, a nemine Veterum ante uſurpatam, & a Gregorio non tanquam valde ſolidam, ſed tanquam probabilem tantum propoſitam. Quod ſane a vero non eſt alienum. Gregorius enim ipſemet hanc conceptionem proponens ſic loquitur: *Fortaſſe non procul abſumus a probabili ratione.* Nam ſic fere paſſim loquitur, quando in medium adducit aliquid non adeo certum & ſolidum: ut quando, verbi gratia, de triduana Domini ſepultura ab illo male intellecta agens, ait; l *Siſte paululum, & forte hic ſermo tibi præſtiturus eſt rei intelligentiam.* Et rurſum: *hæc excogitavimus, recte ne, an non, Lectorum eſto judicium.* Quis enim de rebus certis, ſolidis, & exploratis in hunc modum loqueretur? Verum, his etiam omiſſis, eum dico nihil habere, quod aut Adverſariorum cauſæ re vera patrocinetur, aut non valeat benigna commodaque expoſitione ad eum ſenſum reduci quem illius certo eſſe in capite præcedenti perſpicue oſtendimus. Id autem nos planum facturos eſſe ſpondemus, exacta & accurata refutatione omnium quæ ex eo Adverſarij nobis objiciunt.

l *Orat.* 1 *in reſurrect.*

Primùm ergo m Vaſques, n Gamachæus, o Mæratius, & alij innumeri urgent vocabulum *tranſmutationis* quo utitur Gregorius quando ait, ἄρτον μεταποιεῖσθαι *panem tranſmutari.* Nam *recte*, inquit p Vaſques, *notavit Gabriel in 4. diſt. 11. q. 1. art. 2. poſt concluſ. 4. id quod in aliud convertitur, non manet, ſed deſinit.* Confirmari id poteſt ex ipſo Gregorio qui alicubi ait: q *mutatio eſt tranſitio ab eo in quo aliquid eſt, in id quod non eſt.* Sed levis eſt objectio. Nam verum quidem eſt, id quod mutatur quadantenus deſinere eſſe quod erat, aliter enim non foret mutatio: falſum nihilominus eſt, quod Adverſarij ſupponunt, quicquid mutatur, ſubſtantialiter deſinere eſſe quod erat. Nam verbum græcum μεταποιεῖσθαι, quemadmodum & Latinum *tranſmutari*, exſe mutationem ſubſtantialem non deſignat; ſed tantum mutationem in genere, quæcumque illa ſit, ſive ſubſtantiæ, ſive qualitatis, conditionis, ſtatus & virtutis, ex materia ſubjecta non ex vi vocabuli determinanda. Probari id poſſet ex innumeris r Cyrilli Hieroſolymitani, ſ Baſilij, t Nazianzeni, u Chryſoſtomi, & aliorum teſtimonijs. Sed neceſſe nullomodo eſt, cum ipſemet Gregorius nobis multa ſuppeditet. Nam hoc verbo paſſim utitur ad mutationem qualitatis & ſtatus deſignandam. Ut quando de Charitate fraterna loquens, ait: a *ea abſente, totus imaginis* (Chriſtianæ) *Character tranſmutatus eſt.* Et de Facie Moſis coruſcante: b *Ejus ad glorioſius tranſmutatio.* Et de anima ad bonum traducta: c *cum tranſmutata eſt, ſuaviloſa efficitur.* Et de Chriſti Diſciplina; d *per eam homines ad melius tranſmutari.* Et de regeneratione: e *ad id quod divinum eſt tranſmutatio.* Et rurſum: f *ad id quod divinius eſt tranſmutatio.* Et de gloria futura: g *manifeſtabimur in gloria tranſmutati ad id quod divinius eſt.* Imo & in ipſo orationis Catecheticæ loco ab Adverſarijs objecto: *Corpus immortale cum fuerit in noſtro totum ad ſeipſum tranſmutat*: quod bis repetit. Et rurſum: *Corpus verbi Dei inhabitatione ad divinam dignitatem tranſmutatum eſt.* Et ad finem orationis de nova per baptiſmum generatione loquens: *quæ per regenerationem*, h inquit, *vita noſtra tranſmutatio ſit, non fuerit tranſmutatio, ſi in eo in quo ſumus, permanemus. Nam qui in ijſdem verſatur, non video quemadmodum exiſtimandus ſit factus eſſe alius, in quo nihil eſt mutatum ex ijs quibus cognoſcitur, &c. nihil tamen eorum quæ propriè naturam humanam exprimunt, tranſmutatur. Eſſet enim mutatio in deterius, ſi quid deleretur ex ijs quæ propria ſunt naturæ.* Quidni ergo & ſimiliter aſſerere poſſet, panem tranſmutari, abſque eo quod deſinat ſubſtantialiter eſse quod erat, quandoquidem ex communi per conſecrationem fit ſacer & myſticus, & ſecundum quendam modum, ſicut infra explicabitur, corpus etiam

m *Diſſert.* 180. *c.* 3.

n *Tom.* 3. *ad q.* 75. *c.* 3.

o *De Euchariſt. diſp.* 7. *ſect.* 1.

p *Ibid. Numer.* 30.

q *De inſcript. Pſalmor. c.* 8. τῶν γὰρ ἐν ἡμῖν ἀρετῶν ἃ μὲν ἐπὶ τὸ κρεῖττον ἐπιδίδωσι, καὶ ὅτε μὴ ἔστιν, οὐκ ἔστι τὸ ἐν ἐκείνοις μεταποιούμενον.

r *Catechef.* 7. & 18.

ſ *Homil. de S. Mamante.*

t *Orat.* 27. & 40.

u *Chryſ. hom.* 47. *in Matth.* & *hom.* 2. *in Ioann. Et de pœnit. hom.* 5.

a *De homin. opific. c.* 5. μὲν ἐπιμένουσα ταὐτὸν, ἄτρεπτος ὁ χαρακτὴρ καὶ ἀμετάβλητος τῆς ζωῆς ἐκείνου ὃν ἀπ' αὐτοῦ μεταποιούμενος. τὸ δὲ τοῦτο

b *De vita Moſis.* ἐπὶ τὸ ἀμείνονα μεταποίησις.

c *In inſcript. Pſalm. c.* 8. μεταποιεῖσθαι δηλονότι ἐπὶ τὸ ἄμεινον.

d *In Cantic. hom.* 1. μεταποιήσας ἀπὸ τῆς τοῦ Χριστοῦ μαθητείας ἐπὶ τὸ διάφορον.

e *Ibid. hom.* 8. ἐπὶ τὸ θεῖον μεταποιούμενος.

f *Ibidem.*

g *Ibid. hom.* 9. ἔσται τοῦ ἀκρίβους φανερωθῆναι τὸ δίχα μεταποιήσεως ἐπὶ τὸ θεῖον ἐπεκτεῖναι.

h *Cap.* 40. ἡ ἀπὸ τοῦ ἀναγεννήσεως γινομένη μεταποίησις τῆς ζωῆς ἡμῶν ἐστὶν ἀπὸ οὗ μεταποίησις οὐκ ἔσται ἀπὸ τοῦ ἐν ᾧ ἐσμεν ἀμεταποιήτου. τὸ δὲ οὐ τοῦτο

αὐθις ὅτε, οὐκ οἶδα πῶς ἐστι ἄλλος ἐκ μεγάλης γενόμενος, ἐφ' ᾧ μηδὲν τῶν γνωρισμάτων μεταποιῆται, &c. ἀλλ' ἄλλο ἐστὶ τὸ χαρακτηρίζον ἴδιόν τινα ἀνθρωπίνου φύσεως τὸ μεταποιεῖσθαι χέοντα. τὸ γὰρ οὐ πρὸς τὸ χεῖρον ἡ μεταποίησις ἦν, εἰ δὲ τοῦτο ἐκπεφεύγοι τὸ ἴδιον τῆς φύσεως.

Gregorius Nyſſenus. i *In 3. Thom. diſput. 50. ſect. 1.*

Chriſti? Suarez certè id videtur agnoviſſe, cum ait: i *licet antiqui Patres vſi fuerint variis nominibus, omnia tamen illa, vel generalia ſunt, vt nomen converſionis, mutationis, tranſitus & migrationis, vel accidentaria mutationi magis ſunt accommodata.*

l *Vbi ſupra.*

Secundò urgent verbum μεταστοιχειώσας, *tranſelementans*: nam, inquit l Suarez, *magis accedere videtur ad proprietatem myſterij explicandam, quia ſignificat mutationem vſque ad prima elementa*: Illico tamen addit: *illa vox & durior eſt, & non ſatis accommodata*: *ſignificare enim poteſt converſionem vnius elementi in aliud, vel reſolutionem mixti in elementa.* Sed cæcus judicat de coloribus. Nam verbum μεταστοιχειῶν, aut ſumitur pro μεταχημα-τίζειν, & μεταπλάττειν, hoc eſt, transfigurare, ut illud Suidas exponit, vel ſignificatione deducta a nomine στοιχεῖον quatenus dicit *elementum & corpus ſimplex*, deſignat tranſitum a ſimplicitate, qualis eſt elementorum, ad aliquid compoſitum: quo ſenſu Auguſtinus alicubi dicit, m *accedit verbum ad elementum & fit ſacramentum, etiam ipſum tanquam viſibile verbum.* Vtrolibet autem ſenſu accipiatur, (ego ſane quidem ad poſteriorem magis inclinaverim) ex ſe, atque ex vi originis ſuæ nullomodo tranſmutationem ſubſtantialem importat, ſed tantum mutationem in genere ex materia ſubjecta dijudicandam: fateor, a interdum ſumi pro mutatione ſubſtantiali: ſed tamen ſæpius longe ſumitur ad mutationes qualitatis & Virtutis exprimendas. Sic enim Nazianzenus ait; b *Chriſtum aſſumpſiſſe carnem ad naturæ noſtræ tranſelementationem*; & Cyrillus Alexandrinus, *ut* c *eam ad vitam tranſelementaret.* Sic idem Cyrillus in glaphyris: d *Iſraëlitæ in novum populum tranſelementati ſunt*: e *per reſurrectionem Chriſti in novam veluti vitam tranſelementantur.* Et in libris de adoratione: f *Chriſtus omnia ad novitatem tranſelementat*: g *Evangelicæ inſtructionis vivifica efficacia, animam & corpus & Spiritum ad propriam quodammodò qualitatem tranſelementat*: h *in beatitudine & ſanctificatione tranſelementati ſumus ad id quod initio eramus.* Et commentario in Eſaiam: i *Tranſelementati ſumus in Chriſto ad novitatem vitæ Sanctæ*: k *Ineffabilis quadam eſt & intelligibilis tranſelementatio*: l *tranſelementavit omnia Chriſtus ut melius ſe habeant.* Et commentario in Michæam: m *per Chriſtum humana tranſelementantem, nova facta ſunt.* Et in Zachariam: n *homo ex turpioribus ad ea quæ honeſta ſunt intelligibiliter eſt tranſelementatus.* Et in Joannem: o *Deus ad priſtinam imaginem humanitatem per Spiritum tranſelementare conſtituit*: p *tranſelementata eſt in Chriſto ad divinioremſtatum naturæ*: q *oportebat nos ad novitatem vitæ pia tranſelementari.* Et de aqua baptiſmi: r *ſenſibilis aqua per Spiritus efficaciam ad divinam quamdam & ineffabilem vim tranſelementatur.* Denique in ſ quamplurimis alijs locis quæ ad vitandum faſtidium nobis ſatis erit ad marginem indicare. Sic Euſebius Theſſalonicenſis de corpore Domini poſt reſurrectionem: t *ad incorruptionem & indolentiam tranſelementatum eſt.* Et Chryſoſtomus: *Chriſtus princeps eſt reſurrectionis noſtræ, tranſelementationiſque ex corruptione in incorruptionem.* Quod & ipſum habet Anaſtaſius Sinaita. Sed truſtra quærimus apud alios ſcriptores quod in ipſo Gregorio abundè nobis præſtò eſt. Nam novemdecim tantum in locis, ſi benè obſervavi, præter eum de quo contendimus, hoc vocabulo utitur, atque in illis omnibus nè uno quidem excepto, ad mutationem conditionis & virtutis, non autem ſubſtantiæ, deſignandam. Sic enim in libro de hominis opificio, de reſtauratione univerſi futura loquens: u *Omnia in aliam quamdam conditionem tranſelementanda eſſe accepimus.* Et libro de vita Moſis: x *Chriſtus quod mutabile & paſſibile eſt per communionem ejus quod immutabile eſt, ad impatibilitatem tranſelementavit.* Et in inſcriptionem Pſalmorum: a *Sperata reſurrectio in aliam quandam vitæ conditionem naturam eſt tranſelementatura.* Et rurſum: b potentia Chriſti quod terreſtre & luteum erat in incorruptam naturam tranſelementavit. Et in Pſalmum Sextum: c *Tunc humana vita ad divinius tranſelementabitur.* Et in Cantica de donis à myſtico Sponſo Sponſæ datis loquens; Ea ſunt, d inquit, *natura tranſelementatio*, &c. Item: e *poſt reſurrectionem corpus in incorruptibile erit tranſelementatum.* Et de idololatra loquens: f *vanitati idolorum attendens in id quod aſpiciebat tranſelementabatur.* Et de Regeneratione tractans: g *tranſelementata eſt ligni natura per regenerationē in argentum & aurum.* Et rurſum: h *audiamus,*

Gregorius Nyſſenus. o *Lib. 2. c. 1. p 122.* μεταστοιχεῖν εις τὸν ἀρχαῖον ἀνήγαγε τὸν ἀνθρωπον. *vid. & pag. 253. 366. edit. Pariſienſ.* p *In Joann. 12. 27. pag. 704.* ἀφθαρσίαν διὰ τῆς θανατικῆς μεταστοιχειώσεως. q *In Joann. 16 7. p. 919.* ἀφθαρσίαν καὶ ἀπαθειαν πολιτεύεσθαι μεταστοιχειωθέντας. *vid. & pag. 923. & 1092.* r *In Joann. 3. 5. p. 147.* ἀπὸ τῶν τῆ πνεύματος ἐνεργείας τὸ ἀνθρώπινον ὅλον ἀφθαρσίαν καὶ ἀπάθειαν μεταστοιχειῶσαι δύναται. *Et in margine.* μεταστοιχειῶσαι. *Et Cateu. in Joan. 3. 5.* ſ *De S. Trinit. Dial. 3. p. 473. 474. & dial. 7. p. 653. Et de recta fide p. 167. Et homil. paſch. 16 p. 216. Et hom. 17. p. 233. Et hom. 19. p. 252. & hom. 20. p. 264 Et hom. 23 p. 281. & hom. 24. p 294. Et Contr Neſtor. l. 2. p. 32. Et l. 3. p 70 & 72 Et l 5. p. 122. Et contr. Iulian. l 8. p. 278. vid. & apud. Gobarum in bibliotb. Photij. cod. 232. cap. 50.* t *Apud. Photij Biblioth cod. 162.* ἀφθαρσίαν καὶ ἀπάθειαν μεταστοιχειῶσαι. *Ibid. & hoc verbum rurſum eodem ſenſu uſurpat de reſtauratione mundi loquens Chryſoſtomus ibidem cod. 277. ex hom. de incarn. Anaſtaſ. ἁγίῳ cap. 13.* u *De hom. opific. c. 24.* τὸ πᾶν ἀλλοίωσιν καὶ πάλιν εἰς ἄλλο ἴσως μεταστοιχειῶσαι κτίσασα. x τὸ τρεπτὸν τε καὶ ἐμπαθὲς ἀφ' ἑαυτοῦ πρὸς τὸ ἀτρεπτον καὶ ἀπαθὲς μεταστοιχειώσει. a *c. 5. ἀλλοιώσεως ἀναστάσεως εἰς ἄλλο ἴσως ζωῆς μεταστοιχειώσεως.* b *Ibid. c. 8.* τὸ γηϊνὸν τε καὶ ἐπίκηρον εἰς τὸ ἀπαθὲς φύσει μεταστοιχειῶσαι. c *ἀνθρωπίνης ζωῆς μεταστοιχειωθείσης εἰς τὸ θειότερον.* d *Hom. 1. μεταστοιχείωσις φύσεως.* e *Ibid.* μὴ τὸν αὐτὸν τὸ μὲν ζῶον μεταστοιχειωθὲν πρὸς τὸ ἄφθαρτον. f *Ibid hom 5.* ὁ τῆ μεταπλάσει τὸ εἰδώλιον ἀποστοιχειῶν, μεταστοιχειῶν πρὸς τὸ βλεπόμενον. g *Ibid. hom. 7. μεταστοιχειώσας δ' ἑνὶ τῆ φύσει ἀφ' ἑαυτοῦ πολιτείαν εἰς ἀρχαῖόν τι καὶ ἀρχέτυπον.* h *Ibid. hom. 9.* ἀκεσαμένῳ ἐξ εἰς ἓν συμφυΐαν ταυτὸν καὶ αἷματος, εἰς ὃ τὸν πνευματικὸν μεταστοιχειωθῆναι φύσιν.

nos qui

a *Vid. Chryſoſtom. ad Olympiad. Epiſt. 2. Cyrill Glaphyr. in Geneſ. l. 7. c. de Ruben. Et in Exod l. 2. ad initium: & lib. 3. c de Petra. Et in Numer. ſub finem. Et de Adorat lib. 2. poſt medium. Et de recta fide ad Theodoſ. Et in c. 1. Oſeæ* b *Ad Neſtarium ſeu orat. 47.* μεταστοιχειῶσαι τὴν φύσιν ἡμῶν. c *Glaphyr. in Geneſ. l. 1. de Adam.* ἵνα μεταστοιχειώσῃ πρὸς ζωήν.

m *In Joann. trin. 80.*

d *In Geneſ. l 4.* μεταστοιχειώθημεν εἰς νέον. e *In Numer. ad fin.* εἰς νέαν ἄνωθεν ζωὴν μεταστοιχειώθημεν. f *l. 17.* πάντα πρὸς καινότητα νέαν ἄνωθεν ζωὴν μεταστοιχειώσεως. g *Ibid.* τὴν ἀναισθησίαν παραδύντας τῆς ζωοποιὸν ἐπέγνωσιν, ψυχὴν τε καὶ σῶμα πρὸς ἰδίαν ἕξιν πάντα μεταστοιχειοῖ. h *Ibid.* εἰς μακαριότητα καὶ ἁγιασμὸν μεταστοιχειούμενος πρὸς τὸ ἐξ ἀρχῆς. i *Lib. 5 pag 760.* μεταστοιχειώθημεν εἰς καινότητα ζωῆς ἁγίας. k *Ibid. p. 771.* ἀρίστην νῦν καὶ θειοτέραν μεταστοιχείωσιν. l *Ibid. p. 858.* μεταστοιχειώσας τὰ πάντα πρὸς τὸ ἀμείνονα ἔχειν. m *In cap. 5 Zachar.* δι' αὐτοῦ φησὶ, μεταστοιχειωθέντες τῆ ἀληθείᾳ. n *In cap. 12.* εἰς τὸ ἀρχαῖον εἰς τὸ ἄμεινον μεταστοιχειώσαντος.

Gregorius Nyſſenus.

nos qui jam ſumus extra carnem & ſanguinem, in ſpiritualem tranſelementati naturam. Et in Epiſtola ad Letorum : i *per baptiſmi gratiam ex regeneratione ſunt tranſelementati.* Et Contra Eunomium : k *a mortali ad immortale ſit noſtra natura tranſelementatio.* Item : l *Scriptura hominis ad Chriſtum tranſelementationem facturam appellat.* Et libro de Virginitate : m *Omnes tranſelementationem neceſſario expectant.* Et tractatu de perfectione ad Olympium : n *Chriſtus ſibi per mortem coronam œconomice confecit, per paſſionem ſpinam in honorem & gloriam tranſelementans.* Et oratione in Chriſti reſurrectionem : o *Advenit alia generatio, vita alia, alia vita forma, ipſius natura noſtra tranſelementatio.* Et oratione de mortuis : p *corpore per novam generationem tranſelementato ad divinius anima conformabitur.* Et rurſum : q *ad diviniorem conditionem tranſelementati.* Denique in Epiſtola ad Euſtathiam, Ambroſiam & Baſiliſſam : r *Chriſtus naturam noſtram ad divinam virtutem tranſelementavit.* Quid igitur obſtare poteſt quo minus pariter dicamus, panem juxta Gregorij ſententiam tranſelementari, quando ex communi ſacer fit & ſacramentalis, etſi ſubſtantialiter permaneat eſſe quod erat?

Sed, inquiunt Adverſarij, Gregorius ait, Dominum tranſelementaſſe *naturam rerum apparentium.* Quid autem eſt natura niſi ſubſtantia? Præclarè. Quaſi *natura* non ſæpiſſime ſumeretur pro qualitate & conditione, diceretur que res mutari, non propter ſubſtantiæ ipſius deſitionem, ſed propter acceſſionem alicujus qualitatis, ſtatus aut virtutis. Sic enim Macarius de Sanctis poſt reſurrectionem : s *Omnes in divinam naturam tranſmutantur.* Et rurſum : *Converti oportet & tranſmutari animas noſtras a priori conditione in alterum ſtatum & divinam naturam.* Et Hilarius : t *Corpus ipſum per fidem mortificatum in naturam animæ evadit.* Et rurſum : u *demutatio terrenorum corporum in Spiritualem atque ætheream naturam*: Et Nazianzenus ſupra citatus : *Chriſtus carnem aſſumpſit ad naturæ noſtræ tranſelementationem.* Et Ambroſius : a *Diſcant naturam poſſe converti, quando petra aquas fluxit, & ferrum aqua ſupernatavit.* Et Chryſoſtomus : b *pietas juvenum* (in Babylone) *naturam rerum mutavit.* Et apud Chryſoſtomum Author operis imperfecti in Matthæum ! c *Num tibi promittit Deus*, &c. *Angelicam naturam?* Et Aſterius : d *Longæ conſuetudinis vis in naturam tranſmutatur, ut proverbium habet & experientia demonſtrat.* Et Auguſtinus, ſive potius (ut ego quidem exiſtimo) Julianus de Lazaro loquens : e *Quem ideo Chriſtus vitæ naturæ reſtituit, ut mutaret naturam & vitæ ordinem verteret.* Et Cyrillus ſupra citatus: *tranſelementata eſt in Chriſto ad diviniorem ſtatum natura.* Et rurſum : f *tranſelementati ſumus in ea quæ ſunt ſupra naturam, & filij Dei per gratiam appellamur.* Et iterum: g *per Spiritum Sanctum in aliam velut naturam migramus.* Et Iſidorus Peluſiota de Judæis : h *in Lapidum naturam migrabant.* Et ipſemet Gregorius ſupra citatus : *potentia Chriſti quod terreſtre & luteum erat in incorruptibilem naturam tranſelementavit.* Et rurſum : *tranſmutatur ligni natura in argentum & aurum.* Item, *naturæ tranſelementatio.* Et ; *in ſpiritualem ſumus tranſelementati naturam*, Et iterum : i *Lapides in humanam tranſmutantur naturam.* Et de anima : k *in naturam ſontis transfertur.* Et de Chriſto myſtico ſponſo in hortum ſuum deſcendente: l *In id quod majus & pretioſius eſt fructuum naturam mutavit.* Et rurſum : b *ex bona natura in ferinam ſævitiam tranſmutari.* Contra, c *per orationem ex humana natura ad divinius mutari*, Et de S. Stephano: d *extra naturam humanam factus & in Angelicam gratiam tranſmutatus.* Denique in ipſomet orationis Catecheticæ loco ab Adverſarijs objecto: *immortale corpus cum fuerit in eo qui ſumſit, totum quoque tranſmutat in ſui ipſius naturam.* Cur non ergo & pariter diceret, Dominum naturam panis benedictione tranſelementaſſe, intelligens nihilominus Dominum non ſubſtantiam, ſed tantum illius qualitatem tranſmutaviſſe, eum de communi ſacrum & myſticum efficiendo?

At Author, inquiunt rurſum, diſerte affirmat *panem tranſmutari in corpus Verbi.* Pergite : quid inde? *Ergo ſubſtantialiter mutatur in Chriſti corpus.* Id autem male. Annon enim Perronius expreſſe monet, e *tritum eſſe apud eos qui cum majore emphaſi loqui volunt, qualitatum affirmationes & negationes per modum affirmationum & negationum ſubſtantiæ exprimere?* Id jam quamplurimis Veterum teſtimonijs in ipſamet etiam mutationum materia in Cyrilli examine ſupra probavimus, quô lectores ſtudioſi recurrere poſſunt. Addamus hic & alia. Sic enim Euſebius Cæſarienſis : f *Salvatoris noſtri*, inquit, *poſt reſurrectionem in divinitatem tranſmutatio.* Et Epiphanius. g *manus Moſis in nivem fuit tranſmutata.* Et Nazianzenus : *In Chriſtum tranſmutatus ſum in baptiſmate.* Et Paulinus Nolanus : i *ſubjecta ſubdita Deo anima caro tranſit in Spiritum.* Et rurſum : k *in phœnicum vitijs tingentibus converti.* Et Hieronymus : l *per ignem Spiritus Sancti omnia quæ cogitamus, loquimur, & facimus, in ſpiritualem ſubſtantiam convertantur.* Et Auguſtinus : m *Quid iſta caro? non illam debemus contemnere. Quid eſt hoc? fœnum,*

Gregorius Nyſſenus.

i Οὐκ ἀναλογήσαιμι μεταστοιχειώσεως ἀλλ' ἢ λαμπρᾶς χάριτος.

k *Lib. 2. alias 1.* Διὰ βαπτίσματος πρὸς τὸ ἀθάνατον ἡ φύσις ἡμῶν μεθίσταται.

l *Lib. 5. alias 4.* Τὸν ἄνθρωπον πρὸς Χριστὸν μεταστοιχειοῖσθαι, παλιγγενεσίαν ἀναγράφων.

m *c. 4.* Πάντα τὸν μεταστοιχείωσιν ἀναγκαίως ἐκδέχεται.

n Εἰς ἡμῶν τὴν δόξαν μεταστοιχείωσιν ἀλλ' ἢ πάθος τὸν ἄκανθαν.

o *Orat. 1.* Χάριτος ἄλλη φύσεως, βίος ἑτέρου, ἄλλο ζῶον εἶδος, ἄνωθεν ἡ φύσις ἡμῶν μεταστοιχείωσις.

p Ἡ μὴ πάντα ἀλλ' εἰς παλιγγενεσίαν μεταστοιχειωθῆναι, πρὸς τὸ θειότερον ἡ ψυχὴ μεθίστασθαι.

q *Ibid.* Εἰ πρὸς τὸν θειότερον μεταστοιχειωθῆναι καταίσιον.

r Τὴν φύσιν ἡμῶν πρὸς τὴν θείαν δύναμιν μεταστοιχειώσατο.

rr *In Ioan. tract.* 80.

s *Hom.* 34. & 44. *in Cyrillo ſupr. citat.*

t *In Matth. Can.* 10.

u *In Pſalm.* 138

a *In Hexaemeron. l.* 3. *c.* 2. b *Ad popul. Antioch. homil.* 4. c *Homil.* 7. d *Homil.* 5. *An liceat. dimitt. uxor. μαχομένη σωτηρίας δύναμις, ἡ μὲν εἰς φύσιν μεταποιεῖσθαι μὴ λόγον ἔχει, ἡ δὲ πόθεν ἐπιδείξει.* e *De verb. Dom. ſerm.* 52.

Gregorius Nyſſenus.

f *Contr. Neſtor. l.* 3. μεταστοιχειώθημεν εἰς τὴν ἄνω φύσιν καὶ υἱοὶ θεοῦ χρηματίζομεν, &c.

g *In Ioann. l.* 11. *c.* 11. *ad fin.* εἰς ἑτέραν ἄρτιον μεθιστάμενοι φύσιν.

h *Lib.* 1. *ep.* 254. εἰς λιμένα φύσιν μεθίστησι.

i *Præf. in Cantica* πρὸς τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν μεταποιήσαι λέγει.

k *In Cant. hom.* 9. εἰς πηλὸς φύσιν μεταπλάσας. *Vide & Petrum Chryſol. ſerm.* 45. *Veniat Chriſtus, ut ipſam naturam in cœleſtem commutet ſubſtantiam.*

l *In Cantic. hom.* 10. πρὸς τὸ μᾶλλόν τι καὶ ἁμαίπεσον τὴν ἴδιαν μεταβαλεῖν φύσιν.

b *De orat. hom.* 1. εἰς θεοειδῆ ἀπείκασαν καὶ ἀμιγῆ φύσιν μεταποιήσας.

c *Ibid. hom.* 5. μεταβαλὼν πρέπον ἑαυτῷ τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν πρὸς τὸ θειότερον.

d *De S. Stephan.* ἐξ ἀνθρώπου καὶ ἀνθρώπου φύσεως καὶ πρὸς τὴν ἀγγελικὴν μεταποιηθεὶς χάριν.

e *Refutat. locor. ex Auguſt. c.* 21. f *Demonſt. l.* 3. Καὶ ἡμᾶς μὲν τῷ ἀναβιώσεως τὴν θείαν μεταβολὴν. g *Hæreſ.* 64. πάλιν τῇ χειρὶ τοῦ Μωσέως εἰς χιόνα μεταβαλὼν. h *Orat.* 40. Χριστὸν μεταποιούμενον τοῦ βαπτίσματος. i *Epiſt.* 4. k *Epiſt.* 17. l *In* 48 *Exe. biel.* m *Sermon.* 12. *ex* 40. *a Symundo edit.*

Gregorius Nyſſenus.

ſed aurum erit: noli contemnere fœnum & mutatur in aurum. Ille enim qui potens fuit mutare aquam in vinum, potens eſt mutare fœnum in aurum, & de carne facere Angelum. Et ibidem: *Caro mortalis convertitur in corpus Angeli.* Et de Chriſto loquens: n *Vno die tria, alio quinque millia credentium in ſuum corpus converſa ſuſcepit.* Et Gaudentius de veneranda baptiſmatis aqua: nn *Dominus Ieſus inviſibili virtute hanc aquam convertit in vinum, ita ut baptizati ab illis confeſtim divini Spiritus in ſe operantis ſaporem repentina linguarum gratia teſtarentur.* Et Cyrillus: ■ *In novum fermentum mutatio.* Et in Joannem, Chriſtum loquentem inducens: p *Qui me recipit per receptionem carnis meæ, in ſeipſo vivet, totus in me tranſelementatus.* Et rurſum: q *Verbum carni ſuæ vnitum, totam quodammodo in ſeipſam transfert.* Et in Theſauro: r *Verbum nos ad proprium mutavit.* Et ſ iterum: *In filium Dei tranſelementamur.* Et Petrus Chryſologus: t *Aurum convertit hominem in jumenta.* Et Caſſianus de Chriſto: u *natura carnis in ſpiritualem tranſlata eſt ſubſtantiam.* Sed quid neceſſe eſt, ut alios addamus præter ipſum Gregorium? Nam de Chriſto loquens, ait: x *Dicimus, corpus illud in quo paſſionem ſuſcepit divina natura contemperatum, per contemperationem illud ipſum factum eſſe quod eſt natura quæ illud aſſumpſit.* Et Ibidem: b *Caro non eadem erat cum divinitate antequam ipſa tranſmutaretur in divinitatem.* Et alibi, c Chriſtum loquentem inducens: *Poſſibile non eſt aliquem mecum vivere, niſi per mortis myrram tranſmutetur ad thuris divinitatem.* Et de fidelibus: d *per verba orationis Dominus mutat quodammodò naturam humanam ad id quod divinius eſt, & Deos fieri ſancit qui ad Deum accedunt.* Et in ipſomet orationis Catecheticæ loco ab Adverſarijs objecto: e *corpus morte à Deo affectum, tum fuerit in noſtro, totum in ſe tranſmutat & tranſfert.* Quis enim eſt, qui hæc Nyſſeni & aliorum Patrum dicta, de mutatione ſubſtantiali velit eſſe intelligenda? Nemo ſanè, niſi ſtipes ſit, aut eos ſtipites & deliros eſſe judicet. Nam omnia de mutatione conditionis, ſtatus, aut virtutis accipienda ſunt. Ad eumdem ergo & modum ſumendum eſſe dicimus quod hic Gregorius ait, panem per conſecrationem in Chriſti corpus mutari. Mens ejus enim magis non eſt, panem ſubſtantialiter mutari in Chriſti corpus, quam aut carnem ejuſdem Chriſti in ipſius divinitatem, aut nos in ipſius corpus. Sed quemadmodum dicit, carnem mutatam eſſe in divinitatem, non quod caro eſſe ſubſtantialiter deſierit, ſed quia *tranſmutata eſt verbi Dei inhabitatione ad divinam dignitatem*, ut ibidem obſervat, & alibi, quia e *aſſumit virtutem divinitatis*; Et ut loquitur Caſſianus, f *quia quicquid fuerat prius ſubſtantiæ duplicis, factum eſt virtutis vnius*: Ac rurſum, ſicut intelligit corpus Domini nos in ſe non ſubſtantialiter, ſed myſticè tantum & moraliter mutare per virtutis ſuæ communicationem; Similiter etiam ait, panem per conſecrationem in corpus Chriſti mutari, non quod ſubſtantialiter deſinat eſſe quod erat, ſed quia corpus Chriſti fiat ſacramento & virtute. Sic enim Veteres hanc mutationem exponunt: *Panis & oleum*, inquit g Theodotus, *ſanctificatur virtute nominis, nec talia ſunt (vt videri poſſet) qualia ſumpta ſunt, ſed virtute in virtutem Spiritualem tranſmutata ſunt.* Et Epiphanius: h *ineo* (ſc. pane) *virtus eſt ad vivificationem.* Et apud Victorem Antiochenum, ſeu Cyrillus, ſeu quis alius Veterum: i *Condeſcendens Deus infirmitatibus noſtris, propoſitis influit virtutem vitæ & transfert illa in efficaciam carnis ſuæ*: quæ verba & apud k Eliam Cretenſem reperiuntur. Et Cyrillus: l *Minima Eulogia totum corpus noſtrum in ſe miſcet, ſuaque replet efficacia*; Et Theodoretus obſervans in pane & vino *mutationem fieri eſſe per gratiam*, ac quæ ſit mutatio illa, exponens: *Dominus*, m inquit, *viſibilia ſymbola appellatione corporis ſui honoravit, non naturam* (hoc eſt, ſubſtantiam) *mutans, ſed naturæ gratiam adjiciens.* Et Theophylactus: *Dominus ſpeciem panis & vini ſervat, in virtutem autem carnis & ſanguinis tranſelementat.* Per ſpeciem autem ſecundum uſum Veterum, non accidentia, ſed ſubſtantiam intelligit. Denique, & ipſe Nyſſenus, quando de oleo, & de vino Euchariſtiæ, ac proinde quoque de pane ait: *ante benedictionem res ſunt exigui pretij, ſed poſt ſanctificationem Spiritus utrumque eorum excellenter operatur.* Quid enim aliud his verbis innuit, niſi mutationem quæ pani & vino per conſecrationem accidit, non eſſe in ſubſtantiæ deſitione conſiderandam, ſed in adjectione virtutis, ſimilis ei quæ ineſt naturali Chriſti corpori, vnde corpus & ſanguis Chriſti, Sacramento & efficacia, non immerito appellantur? Nam eodem prorſum ſenſu Ammonius de baptiſmo loquens, ait: n *Senſibilis aqua ad divinam virtutem elevatur, & ſanctificat eos in quibus fuerit, ſolo conceptu differentiam à Spiritu habens, quandoquidem virtute id ipſum eſt.*

Nec igitur verba μεταποιεῖν & μεταστοιχειοῦν, nec quod addit Gregorius, *naturam rerum apparentium benedictionis virtute tranſelementari*, & *panem in corpus Dei Verbi mutari*, Adverſariorum figmentis ullomodo ſuffragantur. De Cæteris jam videamus.

Primò ergò, inquit Bellarminus, Grego-

n *Contr. Eretic. l. 4. c. 14.*

o *De adorat. l. 17.* ἐκ τῶν φύσεων μεταβολή.

p *In Ioann. 6. 58.* ὁ ἁψάμενος μεταλήψεται ἐξ ἐμοῦ ἐμοῦ ὄντος ἐξ ἀληθείας, οὐ καθ' ἑαυτὸν ζήσεται πάντως ὅλος ἐκ μεταποιουμένου.

q *In Ioann. 6. 55.* ἀναμίξας ὁ λόγος τῷ ἰδίῳ σώματι ὅλον ἑαυτὸν ἐποίησε.

r *Aſſert. 24.* μεταβολὴ εἰς τὸ ἐνεῖναι.

ſ *De Trinit. dialog. 3.* μεταστοιχειοῦται εἰς τὸ εἶναι.

t *Serm. 29.*

u *De incarnat. l. 3. c. 3.*

a *Contr. Eunom. l. 5. al. 4.* τὸ σῶμα ἐν τῷ πάθει ἰδιοῦται τῇ θείᾳ φύσει καὶ μεταποιεῖται, ἀκίνητον πάντως φυλάττουσα, ὡς ἔφαμεν, τὴν ἀναλλοίωτον φύσιν.

b *Ibid.* οὐκ ἦν ἐν ἀρχῇ ἡ αὐτὴ τῇ θεότητι σὰρξ μεταποιηθεῖσα πρὸς τὴν θείαν φύσιν. *Vide & l. 6. alias. 5. & ad Theophil. contra Apollinar. ubi idem. ait. & orat. 1. de reſurr.*

c *In Cantic. hom. 8.* ὁ γὰρ ἐν ἀνθρώπου ἴσως ὢν ζῶον τὸ μὲ ἀποθνῄσκειν λέγ' ἀπ' ἐκείνου σημαίνεσθαι πρὸς τὴν τῆς λιβάδος φύσιν.

d *De Orat. dominic. 3.* ſupra citat.

e *Contr. Eunom. Orat. 5. aliàs 4. ad finem.* μεταλαμβάνει τὴν τῶν θείων ἀνάμιξιν.

f *De incarnat. l. 3. c. 3.*

g *Epitom. Theodot. ad finem. Cæterum Alex.* τῷ ἄρτῳ τὸ ἴλεως ἐπιφέρεται τῇ ἐνεργείᾳ τῆς ἁγιάσεως, ἀπὸ μὲν οὐσίας ὄντα καὶ τὸ φαινόμενον οἷα ἐπιλήψῃ, ἀλλὰ δυνάμει εἰς δύναμιν μεταβαλλόμενα.

h *In Compend. Δυνάμεις δὲ αὐτοῦ εἰς ζωογόνον.*

i *In Marc. 14 in Græca Bibliotb. Regia.* συγκαταβαίνοντος τοῖς ἀσθενείαις ἡμῶν τοῦ θεοῦ λόγου τὰ ἐνεργήματα τῆς ἰδίας ἀθανασίας εἰς ζωοποιοὺς δυνάμεις ἐπιφέρει τοῖς μεταλαμβάνουσιν ἐνεργοῦντα τὴν ἰδίαν σωτηρίαν.

k *In 1. orat. Greg. Nazianzeni.*

l *In Ioan. 6. 57.* ἐλαχίστη εὐλογία σύμπαντα ἡμῶν εἰς ἑαυτὴν ἀναφέρει σῶμα, τῇ ἰδίᾳ ἐπιφορᾷ ἀναπλάττουσα.

m *Dialogo 2. Vid. & Theophylactum in Marci c. 14.* τὸ μὲν εἶδος ἄρτου ἐστὶ φυλάττον, εἰς δύναμιν δὲ σαρκὸς καὶ αἵματος μεταποιεῖται. n *Catech. in Ioan. 3. 5.* τὸ αὐτὸ δυνατὸν ὕδωρ πρὸς θείαν ἀναπτυχθῆναι δύναμιν, καὶ ἁγιάζειν τοὺς ἐν οἷς γίνεται. τὸ ὕδωρ ἐπινοίᾳ μόνον διαφορὰν ἔχει πρὸς τὸ πνεῦμα, ἐνταῦθα ἐν τῇ ἐνεργείᾳ.

Gregorius Nyſſenus.

rius dicit & ſæpius repetit, corpus Chriſti immortale conjungi per Euchariſtiam cum noſtro mortali corpore, & illud ſibi ſimile reddere, id eſt, efficere ut glorioſum & immortale quandoque reſurgat. Verba ejus ſunt: *quemadmodum parum fermenti totam maſſam ſibi ſimilem reddit, ſic & corpus illud quod a Deo traditum eſt morti,* (ſic enim Græca habent) *cum fuerit in noſtro, totum ad ſe tranſmutat & transfert.* Et rurſum: *ſe per carnem inſerit omnibus credentibus, ut unione cum eo quod eſt immortale, homo incorruptionis particeps fiat.* Reſpondeo, verum quidem eſſe Gregorium ſic loqui, ſed non inde ſequi, corpus Chriſti per ſubſtantiam ſuam in credentium corpora ingredi, in ijſque eſſe, nec talem eſſe Gregorij mentem; ſed ſenſum illius tantummodò eſſe, Chriſti corpus in noſtra ingredi per virtutem ſuam, ſeu, virtutem ei quam habet ſimilem à Spiritu Sancto pani Euchariſtiæ inditam: quemadmodum medicamenta nonnunquam ſumimus, non per ſubſtantiæ eorum maſſam, ſed per virtutem aquæ aut vino aut alijs liquoribus infuſam. Dixi, non indè ſequi, corpus Chriſti per ſubſtantiam ſuam in credentium corpora ingredi, in ijſque eſſe. Ratio eſt: quia Veteres ſimiliter dicunt, nos in baptiſmo Chriſtum Deum & hominem recipere, carnes ipſius edere, ac eum à baptiſmate in nobis reconditum habere. Sic enim Chryſoſtomus: a *Si Chriſtus filius Dei eſt, tu vero filium ipſum induiſti, in teipſo habens & in ipſum transformatus, in vnam cognationem, atque in vnam ſpeciem perductus es.* Et rurſum: b *Quomodo ſumus ex carne & ſanguine ejus, &c? Hoc ſimus in Lavacro.* Et paulo poſt: *quemadmodum ergò filius Dei natura noſtra factus eſt, ita nos ejus ſubſtantiæ, & ſicut nos ipſe in ſe habet, ſic & eum nos in nobis habemus.* Et apud Chryſoſtomum Author homiliæ in venerabilem crucem: c *Quicumque in Chriſtum baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis. Chriſtum autem cum audieris, non Deum ſolum intelligas, neque ſolam in carne diſpenſationem, ſed vtrumque.* Et Cyrillus Alexandrinus: d *Fieri non poterat vt Gentes injectam ſibi cæcitatem excuterent, & divinam ſanctamque lucem contemplarentur, hoc eſt, Sanctæ ac conſubſtantialis trinitatis notitiam aſſequerentur, niſi Sanctæ ejus carnis fierent participes, & peccatum nigredinem inducens eluerent, exuerentque Diaboli poteſtatem, videlicet, per Sanctum baptiſmum.* Et Fulgentius: e *Niſi manducaveritis carnem filij hominis, & biberitis ejus ſanguinem, non habebitis vitam in vobis. Quod quiſquis, non ſolum ſecundum veritatis myſteria, ſed ſecundum myſterij veritatem conſiderare poterit, in ipſo Lavacro Sanctæ regenerationis hoc fieri providebit.* Denique Marcus Eremita, de fideli: f *Chriſtum à baptiſmo in ſeipſo reconditum habet, ſecundum Apoſtolum.* Et rurſum: *per baptiſmum myſticè recipitur Chriſtus.* Quis tamen ideo concludere voluerit, ſeu Chriſtum, ſeu Chriſti carnem ſecundum ſubſtantiam ſuam per baptiſmum in nobis eſſe? Nemo ſane. Senſus enim eſt, Chriſti carnem in nobis eſſe, non quidem per ſubſtantiam, ſed tantum per *virtutem* Spiritus vivificantis ſui *in aquis* baptiſmi abſconditam, ut loquitur g Gelaſius Cyzicenus. Quod & expreſſe indicat Marcus Eremita quærens: *Baptizatus quem myſtice recipit, Chriſtumne an Spiritum Sanctum? Interdum enim Chriſtum, interdum Spiritum Sanctum inhabitare dixiſti:* Et reſpondens; h *Per baptiſmum Spiritum Sanctum ſuſcipimus. At quoniam dicitur etiam Spiritus Dei, & Spiritus Chriſti, hac de cauſa per Spiritum Sanctum Patrem & filium recipimus.* Dixi quoque, nec eam pariter eſſe Gregorij mentem, ut corpus Domini juxta ſubſtantiam ſuam in credentium corpora ingrediatur: quod multipliciter probari poteſt. Primò enim teſtantur Veteres ſolius divinitatis eſſe ingredi in hunc & in illum, & omnia permeare. Didymus Alexandrinus Gregorij contemporaneus: i *Introire in aliquem, increatæ naturæ eſt ejus, quæ participetur a pluribus.* Et Ambroſius: k *Angeli ad paucos mittebantur, Spiritus autem Sanctus populis infundebatur. Quis igitur dubitet divinum eſſe* (hoc eſt, Deum) *quod infunditur ſimul pluribus, nec videtur?* Imo & ipſemet Gregorius: l *proprium divinitatis eſt per omnia ire.* Corpus autem Chriſti nec eſt increatum, nec Deus, *nec fas eſt*, ait ipſe Nyſſenus, *quæ Deo propria ſunt in natura carnis intelligere.* Secundo id patet ex iis quæ ſubſternit toti huic diſputationi. Fructum enim a primo parente contra prohibitionem editum conſiderat tanquam m *panem mortis*, ſeu tanquam mortem ipſam, (*mortuus* enim *panis mors eſt*, inquit n Origenes) per quam corporis noſtri natura diſſoluta eſt, contrà vero corpus Chriſti tanquam mortis antidotum, ac conſequenter panem Euchariſtiæ tanquam medium, per quod ipſius communionem habemus: affirmatque quemadmodum exitiale venenum mortis, ſeu mors ipſa in viſcera noſtra ingreſſa eſt, ſic & *oportere & neceſſarium eſſe* ſalutare medicamentum, ſeu vitam, id eſt, corpus Chriſti ſpiritu vivificante repletum, in nos quoque ingredi & per viſcera noſtra diſtribui, *nec aliter fieri poſſe ut corpus noſtrum in immortalitate ſit.* Falſiſſimum autem id foret, ſi de corporis Domini ſecundum ſubſtantiam ſuam in credentium corpora introitu loqueretur. Hac enim ratione, tum corpora fidelium qui ſub Veteri teſtamento

Gregorius Nyſſenus.

f *De baptiſmo.* Καὶ τὸ βαπτισμάτος τὸ Χριστὸν ἐν ἑαυτῷ κεκρυμμένον ἔχει. *Et longè poſt:* τὸ μὲν ἀποκεκλεισμένον μυστικῶς ἐν τῷ βαπτισματι, ἐστὶ τὸ ἐν Χριστῷ.

g *In Diatyp. de baptiſm.* γένεσιν τὴν ἐν τῷ ὕδατι λουτρὸν κεκτῆσθαι καὶ θεῖαν δύναμιν.

h *Ubi ſupra.* τὸ ἅγιον πνεῦμα δεχόμενοι ἐν τῷ βαπτισματι, ἐπειδὴ ἡ τοῦ πνεύματος θεοῦ λέγεται, καὶ πνεῦμα Χριστοῦ. πάντα χάριν ἐν τῷ πνεύματι τὸ παρέχον τῷ υἱῷ διὰ πνεύματος.

i *De Spiritu S. lib.* 3.

k *De Spiritu S. l.* 1. *c.* 7.

l *Contr Eunom. c. præced. Citat.*

m *Ambroſ. in Lucam lib.* 7.

n *In Matth. hom.* 3.

a *In Galat.* 3. 27. οἱ ἐν Χριστῷ υἱοὶ τοῦ θεοῦ, οὐ δύνανται ἐνδύσασθαι τὸν υἱὸν, ἔχων ἐν ἑαυτῷ πρὸς αὐτὸν ἀφομοιωθῆς, εἰς μίαν συγγένειαν καὶ μίαν ἰδέαν ἦλθες.

b *In Epiſt ad Epheſ. hom.* 20. πῶς οὖν τοῦ σώματος αὐτοῦ ἐσμὲν καὶ ἐκ τῶν ὀστέων αὐτοῦ; &c. οὕτω καὶ ἡμεῖς γεγόναμεν ἐκ τοῦ λουτροῦ. *Et infra:* εἷς ἐστὶν ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ τὴν ἀπαθῆ φύσιν, οὕτως ἡμεῖς τὴν ἀπαθῆ αὐτοῦ. καὶ ὡς ἡμᾶς σπείρεται ἔχει ἐν ἑαυτῷ, οὕτω καὶ ἡμεῖς αὐτὸν ἔχομεν ἐν ἡμῖν.

c Ὅσοι εἰς Χριστὸν ἐβαπτίσθητε, Χριστὸν ἐνεδύσασθε. Χριστὸν δὲ ὅταν ἀκούσῃς μὴ τὸ θεῖον λογίου μόνον, μηδὲ τὴν ἐνσάρκου οἰκονομίαν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ σωματοφόρον.

d *In Ioan.* 9. 6. οὐκ ἦν ἐπίφορος τοῖς ἔθνεσι δύναμις τὴν ἐπικειμένην αὐτοῖς λιπαρεστάτην πλάνην, καὶ τὸ θεῖον τε καὶ τὸ ἄγιον θεὸς ἐπαθρῆσαι, εἰ μὴ μέτοχα τοῦ ἁγίου καὶ ὁμοουσίου τριάδος γνῶσιν ἀνελάβοντο, εἰ μὴ μέτοχα μέτοιχε τοῦ ἁγίου αὐτοῦ σώματος, καὶ ἀπολάσαιτο τὴν προαιμιλαίουσαν ἀμαρτίαν, ἀπεδύσατο δὲ τὸ ἀμβολὸν τὸν ἐκείνου, ἀλλὰ τὸ ἁγίου ἀληθοῦς βαπτίσματος. e *De baptiſm. Æthiop. c. ultim.*

Digitized by Google

Gregorius Nyſſenus. o *Contr. Eunom. lib. 6. alias. 5.*

teſtamento fuerunt, tum & eorum corpora qui hodie abſque Euchariſtiæ communione obeunt, ad immortalitatem nunquam eſſe perventura. Nam & utrorumque corpora venenum mortis hauſerunt, & medicamento illo ſalutari opus habuerunt, hoc eſt, corpore Domini *quod ſolum*, inquit Nyſſenus, *hanc gratiam accepit*, ut remedium mortis eſſe poſſet: Et tamen id ipſum corpus juxta ſubſtantiam ſuam, in corporibus ſuis nunquam habuerunt. Dicendum ergo ſupereſt ad verificandam Gregorij hypotheſin, illum ſolummodo velle corpus Chriſti in nos ingredi per virtutem Spiritus ſui, quæ virtus ejus eſt. Hoc enim pacto Veteres, tum per fidem, tum etiam in ſignis ſacramentiſque ſuis corporis Domini communionem habuerunt, ſicut nos hodie in noſtris. Comparatio quoque illa quam adhibet, eo nos ducit. Quomodo enim intelligit mortem in corpora noſtra eſſe ingreſſam? non certe ſecundum ſubſtantiam (ſubſtantia enim caret, cum privatio tantummodo ſit) ſed per virtutem ſuam, ut ita dicam, cum eſu fructus vetiti concurrentem: Similiter ergo & vitam, hoc eſt, Chriſti corpus, non per ſubſtantiam ſuam, ſed per virtutem ſuam pani Euchariſtico inditam. Quod & innuit, inquiens: *Neceſſe eſt, eo modo quo natura poteſt, ſpiritus viviſicam recipere virtutem.*

Secundo, inquit Bellarminus, *Gregorius quærit, quomodò poſſit vnum corpus toti mundo communicari, & tamen ſemper integrum manere*: conſiderandum, *ait*, eſt, quomodo fieri queat, ut cum illud unum corpus aſſiduè per totum orbem terrarum tot fidelium millibus impertiatur, totum cujuſque per partem evadat, & in ſeipſo totum permaneat. *Quæ quidem quæſtio abſurdiſſima eſſet, ſi tantum in ſigno Chriſti corpus manducaretur; nulla enim difficultas in ea re fingi poſſet. Reſpondet autem ad quæſtionem, ac dicit, panem qui ponitur in altari, converti in carnem* Chriſti, *& eo modo, omnes qui hoc pane veſcuntur, vere ſumere* Chriſti *carnem, ſine vllo ejus detrimento: quæ ſanè acutiſſima eſt & veriſſima reſponſio. Nam vult dicere, ut habeamus & comedamus veram* Chriſti *carnem, non eſſe opus ut* Chriſtus *de cœlo deſcendat, ſed manente illo ſalvo & incolumi in cœlo, verti quotidiè panem in corpus ejus, & eo modo à multis manducari.* Verum, ut præteream quod jam ſupra ſæpè obſervavi, Gregorij mentem ſecundum nos non eſſe, Chriſti corpus in noſtra per ſolum ſignum ingredi, ſed per virtutem quoque ſuam pani Euchariſtico inditam; dico, quæſtionem quam ſibi proponit Gregorius, non ſupponere ſpecialem intelligentiam modi per quem corpus Chriſti corporibus noſtris communicatur, ſed tantum neceſſitatem ac veritatem communicationis illius in genere. Nam cum generatim ante dixiſſet, oportere neceſſario corpus Chriſti nobis communicari; alioquin immortalitatem nunquam habituris, nec diſtincte & in ſpecie ibidem explicuiſſet, quomodo & qua ratione communio illa fieret, merito interrogat, qui fieri poteſt ut corpus illud tot fidelium millibus per terrarum orbem ſimul dividatur, & tamen integrum maneat. Nam membratim & per particulas diſtribui, dici non poteſt: *quot enim*, inquit Athanaſius, *a corpus ipſius ad eſum ſufficeret, ut totius orbis fieret alimonia?* Totum quoque & integrum pluribus propriè ſimul communicari, non minus impoſſibile eſt, cum id procul dubio Deus ſit, *quod pluribus ſimul infunditur nec videtur*, ut ſupra monebat Ambroſius. Reſpondet igitur, id fieri per Euchariſtiam, pane in corpus Chriſti mutato, & à nobis manducato ac intra corpus recepto. Mutari autem panem in corpus Chriſti, ſenſu intelligit à Bellarminiano prorſus diverſo: virtualiter nimirum, non ſubſtantialiter. Mens enim ejus eſt, panem per ſanctificationem Spiritus vim quandam, ei quæ ineſt propriè Dominicæ carni ſimillimam accipere, & ſic corpus Chriſti fieri & dici, tum ſigno & ſacramento: tum etiam virtute: ſicque ore manducatum & corporibus noſtris infuſum, Chriſti corpus in illis eſſe integrum & indiviſum, cum vis ejus vivificans integra & indiviſa pani Euchariſtiæ (ſicut & aquæ baptiſmi, ut ante expoſuimus) indita recipiatur. Quod & ſic militer ac clarius ait innominatus aliquis Veterum apud Victorem Antiochenum, qui, ſi Thomæ *b* Aquinati credimus, Cyrillus Alexandrinus eſt: *Chriſtum*, *c* inquit, *oportebat commiſceri quodammodo noſtris corporibus per ſanctam ipſius carnem & pretioſum ſanguinem: quod habuimus in benedictione viviſicatma, ſcilicet, in pane & vino. Nam nè obtorpeſceremus, carnem & ſanguinem propoſita videntes in ſacris Eccleſiarum menſis, condeſcendens ut Deus noſtris infirmitatibus, propoſitis influit vim vitæ, & ea mutat in efficaciam carnis ſuæ, vt in communionem viviſicam ea accipiamus, & quaſi ſemen viviſicum in nobis inveniatur corpus vitæ.* Et Cyrillus indubitatus: d *minima Eulogia* (ſic vocat panem Euchariſticum poſt benedictionem) *totum corpus noſtrum in ſeipſam permiſcet, ſuaque replet efficacia, atque ita* (nota) *in nobis Chriſtus eſt, & nos rurſum in illo.* Quid clarius?

Gregorius Nyſſenus.

a *In Verbo. Quicunque dixeris Verbum, &c.*

b *In Luc. 22.*

c *Apud Victor. in Marcum cap. 14. vid. infrà in Cyrillo textum Græcum ex manuſcriptis.*

d *In Ioan. 6. 57.* ἐλαχίστη εὐλογία σύμμικτον ἡμᾶς ἑαυτῇ ποιεῖ καὶ ἐνοικεῖ ἀναφύρει τὸ σῶμα, καὶ τὴν ἐνεργείαν ἀναπλάττει ὅντως τὸ ἡμῶν γίνεσθαι Χριστὸν, καὶ ἡμᾶς δὲ πάλιν τὸ ἄνωθεν.

Sed, (inquit Bellarminus) *Gregorius dicit ita nunc mutari panem in corpus Domini virtute Verborum ipſius, quemadmodum cum ipſe in terris viveret, mutabatur panis quo ipſe veſcebatur, in carnem ipſius.* Verum, ut præteram quod ait de mutatione virtute verborum, ſupra à nobis in Perronio rejectum; dico primò, quamlibet Gregorius eam quam obſervat comparationem inſtitueret, illam nihilominus parum ei profuturam. Panis enim, tum cujuſlibet hominis reſpectu, tum reſpectu Chriſti ipſius, tripliciter ſpectari poteſt.

Primò,

Gregorius Nyſſenus.

Primò, in vi ſua naturali, & abſtracte ab eſu: quo ſenſu Gregorius ipſe de pane & vino loquens ait: *qui ad ea adſpicit, poteſtate aſpicit ad corporis noſtri magnitudinem*; poteſtate, ſcilicet, remota. Secundò poſt actum manducationis, quando per primam caloris noſtri operationem digeri incipit, & Chylus fit: quo ſenſu ipſemet ait: e *cibum per concoctionem mutari in tenuem quandam qualitatem*; & jam corpus noſtrum eſt poteſtate propinqua. Tertiò, quandò per ſuccedaneam & nobiliorem ejuſdem caloris actionem è Chylo in ſanguinem mutatur, & è ſanguine in carnis noſtræ ſubſtantiam & augmentum. Quamvis ergò Gregorius ſuprà obſervatam comparationem inſtitueret, facile eſſet reſpondere, reſtringendam illam eſſe ad eam mutationem quæ per caloris nativi primam illam operationem in pane efficitur. Nam, ſi duceretur ab ultima operatione per quam panis actu in ipſam carnem convertitur, ſequeretur, panem Euchariſtiæ mutari per tranſitionem materiæ ipſius ſub formam corporis Chriſti, ſicut panis per manducationem in carnem vertitur, tranſitione materiæ ejus ſub carnis formam: quod ſecundum ipſos Adverſarios (excepto Durando) falſiſſimum eſt. Ac propterea Vaſques ait: f *Cum Nyſſenus vtitur exemplo cibi qui conuertitur in ſubſtantiam animantis per actionem phyſicam, benignè interpretandus eſt, ne dicamus ipſum ſenſiſſe manere materiam panis.* Verum excuſatione illa non indigeret, ſimilitudinem ea ratione intelligendo quam obſervavimus, relatè nimirum ad primam in pane caloris noſtri actionem. Sic enim inter ſe congruent res comparatæ. Nam quemadmodum panis ſic digeſtus mutatur quidem in Chylum, ac poteſtate quadam in corpus, virtualiter ſcilicet, non autem in carnem ſubſtantialiter, ſic panis Euchariſtiæ per conſecrationem virtualiter mutabitur & fiet corpus Chriſti per ſimilitudinem virtutis & efficaciæ. Sed addò ſecundò, ſimilitudinem à Gregorio propoſitam, non eſſe inter mutationem panis, quem Dominus comedebat, in ipſius corpus, & panis Euchariſtici in idem corpus converſionem; Sed eſſe, inter *mutationem*, panis illius quem manducabat corpus ejus per concoctionem actu effecti, *in divinam virtutem*, & panis Euchariſtiæ virtute benedictionis in *corpus ipſius mutationem*. Verba ejus diſerta ſunt: *in illo corpore tranſmutatus panis, tranſijt in divinam virtutem, per idem nunc ſit ſimiliter. Nam illic gratia Verbi Sanctum effecit corpus cui ex pane conſiſtentia erat, & quodammodo ipſum quoque panis erat: & hîc ſimiliter panis, ſicut dicit Apoſtolus, ſanctificatur per Dei verbum & orationem*, &c, *& ſubitò in corpus Verbi tranſmutatur.* Quis enim non deprehendit, *mutationem panis* Chriſti corpus jam effecti per manducationem, *in divinam dignitatem & virtutem*, eſſe comparationis exemplar & fundamentum? Mens igitur illius eſt, quemadmodum panis à Domino manducatus & corpus ipſius actu effectus, Verboque divino hoc pacto unitus, mutabatur in dignitatem & virtutem divinam, ſic & panem Euchariſticum per operationem Spiritus & vim benedictionis mutari in corpus Verbi, hoc eſt, in illius virtutem. Cum enim id quod in exemplari eſt pro ſimilitudinis fundamento, in ipſius redditione debeat reperiri, ut comparatio quadret: id autem quod in exemplari pro ſimilitudinis fundamento ponitur, ſit illud, panem videlicet corpus Chriſti actu effectum & Verbo unitum, verti, non in eſſentiam & naturam divinitatis, ſed in illius virtutem, ſeu, ut alibi loquitur, virtutem divinitatis hac unione accipere; neceſſè eſt illum pariter intelligere, panem per benedictionem ita tranſmutari in Chriſti corpus, ut nihilominus in ipſius ſubſtantiam non mutetur, ſed tantum in ejus virtutem. Alioquin enim ſimilitudinis redditio cum exemplari nullomodò conveniret.

Gregorius Nyſſenus.

e *In Hexaem. ὁ εἰς ἐμὲ τροφὴς εἰς λεπτήν τινα ποιότητα μεταβαλλόμενος.*

f Fol. 181. c. 13. n. 144.

Verum, præter illas objectiones, Milleterius quoque habet nonnullas alias, paucis etiam confutandas.

Primò enim ait, juxta expoſitionem quam Gregorij verbis dedimus, a *ſequi, manducare ac bibere corpus & ſanguinem Chriſti in Euchariſtia non amplius eſſe actum fidei beneficium remiſſionis peccatorum ſibi applicantis per commemorationem mortis Chriſti & ſanguinis ejus pro nobis effuſi*, &c. Sed fallitur. Gregorius enim minimè excludit actum fidei reſpectu animæ, ſed ei aliquid addit ratione ipſius corporis. Verba ipſius ſunt: *quoniam homo duplex eſt, anima & corpore contemperatus, neceſſe eſt ut qui ſervantur per utrumque attingant eum qui ducit ad vitam.* Deindè explicans, quomodò per utrumque Chriſtum attingamus: *anima*, inquit, *per fidem contemperata, hinc ſalutis cauſam habet.* Ac de corpore ſubjungit, illud quoque ipſum attingere, nempè, per Virtutem pani Euchariſtico inditam.

a Pag. 194 & ſeq.

Secundò objicit, *indè quoque ſequi, fideles participes fieri corporis & ſanguinis Chriſti, non in ſubſtantia, ſed in virtute tantum*; quod ait, repugnare Liturgiæ noſtræ. Verum eadem ferè eſt objectio cum præcedenti, ſimiliterque reſoluenda. Subſtantiam enim corporis & ſanguinis Chriſti anima per fidem amplectitur, ſpiritualiterque participat: corpus vero ipſum *juxta modum naturæ poſſibilem* (ut ipſe Gregorius loquitur) *vim Spiritus viviſicam* quæ eadem corporis Chriſti virtus per unionem effecta eſt, in ſacramentali pane participat ac *ſuſcipit*.

Tertiò ait, *diſtinctionem mutationis in virtutem, non autem in ſubſtantiam, ratione panis & vini Euchariſtiæ, deſumtam eſſe ratione & Authoritate*

Ambrosius. *Authoritate.* Quamobrem autem ratione? *quia*, inquit, *quando substantia aliqua dicitur in aliam substantiam mutari, necessarium est mutationem esse substantialem.* At vero quam id falsum sit, variis exemplis ac nonnullis etiam ex ipso Gregorio ductis ad primum Adversariorum argumentum manifestum supra fecimus. Rursus, quamobrem authoritate? *quia*, inquit, *nec Gregorius Nyssenus, nec quivis alius Veterum unquam dixerunt mutationem quæ in Eucharistia contingit, fieri per impressionem virtutis corporis Christi in pane sacramentali, aut virtutem panis in virtutem corporis commutari.* At id quoque falsum esse, diserris Veterum testimonijs supra ostensum est.

Quarto ait, *hanc vanam repertum iri, si quæratur quid sit hæc virtus cujus impressionem panis sacramentalis recipit.* Verum, a semetipso quærat quænam sit hæc [b] *virtus sanguinis Christi quam Spiritum Sanctum aqua baptismi communicare* dicit, & idem concipiat contingere pani Eucharistico.

b p. 132.

Quinto, inquit, *solutio hæc introducit operationem potentiæ non minoris, & comprehensionis non minus difficilis quam sint rationes propter quas rejicitur ac impugnatur transubstantiatio.* Id vero falsissimum est: & quamvis verum foret, extra oleas prorsus. Quicquid enim inde sequatur, sensus tamen Gregorij est.

Sexto, inquit, *juxta hanc expositionem Veterum sententia manifeste repugnaret intentioni ipsius Christi qui dixit, caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus, qui manducat carnem meam & bibit sanguinem meum, habet vitam æternam.* Quarè verò repugnaret? *quia*, inquit, *omnes agnoscunt Christum de vero corpore & sanguine esse locutum: secundum autem hanc expositionem non manducaremus ac biberemus verum corpus & sanguinem, sed tantum panem & vinum quæ in se haberent virtutem corporis & sanguinis.* At primo quod dicit, *omnes* agnoscere, falsum est, ut sæpè monuimus, multis hæc Joannis loca de sacramento corporis & sanguinis exponentibus. Deinde & inepta est consequentia. Nam præterquam quod juxta Gregorium anima nostra verum Christi corpus & sanguinem per fidem manducat & bibit, quidni etiam mens ipsius esse posset, corpus quoque nostrum idem verum Dominicum corpus & sanguinem in pane & vino Eucharistico quoad virtutem communicata edere ac bibere, quemadmodum verum Christum induere dicitur qui virtutem ipsius aquæ baptismatis inditam suscipit?

*Examen Testimoniorum * Ambrosij.*

* *Factus est Episcopus Mediolanensis ann. Dom. 344.*

CAPUT I.

PRODEAT jam Ambrosius, factus Mediolanensis Episcopus anno Valentis undecimo, *hoc est*, inquit, Perronius, *anno mortis Dominicæ 350.* puerili decennij achronologia. Undecimus siquidem Valentis annus incidit in annum Dominicæ mortis trecentesimum quadragesimum, seu incarnationis ipsius trecentesimum septuagesimum quartum. Nobis quippè & hic Author varia & illustria suppeditat testimonia.

Ambrosius. c *De Euch. l. 2. Author. 16. in Gregor. Nysseno.*

Primus locus quem adducimus ducitur è libris de Spiritu Sancto, ubi hæc à Didymo (quod non obscurè [d] Hieronymus innuit) mutuata, habet: [e] *Cum omnis creatura certis naturæ suæ sit circumscripta limitibus, si quidem & illa invisibilia opera quæ non queunt locis & finibus comprehendi, substantia tamen suæ proprietate claudantur, quomodò quis audeat creaturam appellare Spiritum Sanctum qui non habeat circumscriptam determinatamque virtutem? Quia & in omnibus & ubique semper est, quod utique divinitatis & Dominationis est proprium: Domini enim est terra & plenitudo ejus. Et ideo cum Dominus servulos suos Apostolos destinaret, ut agnosceremus aliud creaturam esse, aliud gratiam Spiritalem, alios alò destinabat quia omnes simul ubique esse non poterant. Dedit autem omnibus Spiritum Sanctum, qui licet separatis Apostolis sic inseparabilis gratiæ munia infunderet. Erant igitur diversæ personæ, sed unus in omnibus operationis effectus, quia unus est Spiritus de quo ait:* [f] *Accipietis virtutem Spiritu Sancto veniente in vos, & eritis mihi testes in Jerusalem, & in omni Judæa & Samaria usque in fines terræ. Incircumscriptus igitur & infinitus Spiritus Sanctus qui se Discipulorum sensibus per separatarum divortia discreta regionum semotosque fines totius orbis infudit, quem nihil potest præterire vel fallere. Et ideò Sanctus ait:* [g] *quo ibo à Spiritu tuo, aut quò à facie tua fugiam? De quo hoc Angelo scriptura dicit? De qua Dominatione? De qua potestate? Cujus invenimus Angeli virtutem per plurimos esse diffusam? Angeli enim ad paucos mittebantur, Spiritus autem Sanctus populis infundebatur. Quis igitur dubitet, quin divinum sit, quod infunditur simul pluribus nec videtur, corporeum autem quod videtur a singulis & tenetur?* Locum sanè consideratione dignissimum. Nam, ut probet Spiritum Sanctum non esse creaturam, ait illum incircumscriptum esse: *incircumscriptum enim esse*, inquit [h] Theodoretus, *vere & proprie pertinet ad Deum omnium.* Ut autem incircumscriptum esse ostendat, ait illum ubique esse: ac rursus, ut ubique esse probet, illum in pluribus simul locis fuisse præsentem ex scripturæ locis confirmat. Qui igitur credere potuit corpus Dominicum in pluribus simul locis à se invicem distinctis, puta ubicunque Eucharistia celebratur, præsens simul extitisse? Nam si quod simul est in varijs locis separatis & discretis, secundum Ambrosium ubique est: quod autem ubique est, incircumscriptum est, ac quod incircumscriptum, non creatura, sed Deus; prorsus necesse est ex ipsius

d *Præf. libr. Didymi de Spiritu S.*

e *Lib. 1. c. 7.*

f *Act. 1.*

g *Psalm. 138.*

h *In Genes. q. 20.* τὸ ἀπερίγραπτον μόνῳ πρέπει τῷ ἀνάρχῳ καὶ τῷ ἄκτιστῳ θεῷ.

gitized by Google

Ambroſius.

ipſius hypotheſi, aut corpus Domini in pluribus ſimul locis non eſſe, aut vbique eſſe, incircunſcriptum eſſe, denique creaturam non eſſe. Creaturam autem non eſſe, falſiſſimum eſt ex omnium confeſſione: falſiſſimum igitur eſt illud in pluribus ſimul locis preſens eſſe. Sed addit ſecundo: *quis dubitet, quin divinum ſit quod infunditur ſimul pluribus, nec videtur à ſingulis & tenetur?* Per *divinum* autem intelligit Deum, ſive ut paulo ante dixerat, *non creaturam.* Vult enim probare Spiritum Sanctum, non eſſe creaturam, ſed verum ſubſtantia Deum. Quemadmodum vero id ante confirmaverat ad Angelos qui ſubſtantiæ ſuæ poprietate ita clauduntur, ut cum alicubi ſint, alibi ſimul eſſe non poſſint, jam idem colligit ex ipſius cum corporibus collatione. Nam corporum, inquit, ea ratio eſt ut ſingulis viſibilia ſint, & à ſingulis, non à pluribus ſimul teneantur: Spiritus autem S. pluribus ſimul infunditur, nec videtur, proinde non eſt ullomodo dubitandum, ipſum Deum eſſe. Quam ineptum autem ejus argumentum fuiſſet, ſi corpus Domini in Euchariſtia inviſibiliter latere, & pluribus ſimul communicari credidiſſet? Facillimum enim fuiſſet Adverſarijs excipere: *Age, fatere Ambroſi, annon Eccleſiæ & tuæ quoque fides eſt Chriſti corpus in Euchariſtia pluribus ſimul infundi nec videri, nec ideo tamen eſſe Deum, & non creaturam? Quam inepte ergo concludis dubium non eſſe Spiritum ſanctum eſſe Deum, eo quod pluribus ſimul infundatur, nec videatur?* At veriſimile nõ eſt, Ambroſium adeo bardum & vidiculũ fuiſſe ut tam falſum axioma atque vno ex primarijs fidei Chriſtianæ (ut Adverſarij contendunt) articulis, videlicet Euchariſtia, confutatu facillimum, pro indubitato obtrudere auſus fuerit: *quis dubitet*, inquit quin *divinum ſit quod pluribus ſimul infunditur nec videtur?* Idem quoque ait Author homiliæ de Trinitate ſub nomine Euſebij Emeſeni: *maximum divinitatis inſigne eſt poſſe ſimul omnes infundere, & integrum nihilominus permanere.* Itaque ſtatuendum eſt, nec ipſius, nec eccleſiæ fidem tum fuiſſe, corpus Chriſti in Euchariſtiæ communione pluribus ac innumeris inviſibiliter ſimul infundi.

Secundus locus ducitur ex epiſtola ad Juſtum, ubi exponens quid ſit Gomor, *menſura* videlicet, & *menſura vini quod lætificat cor hominis*, poſtquam allegorice illud eſſet interpretatus de ſapientiæ potu, id eſt, de jucunditate cordis, ſobrietate & prudentia, demum addit: [b] *plenius de ſanguine Chriſti intelligitur, cujus ad gratiam nil minuitur, nihil adangetur. Etſi parum ſumas, etſi plurimum hauriat, eadem perfecta eſt omnibus menſura redemptionis.* Locum rurſus egregium. Per ſanguinem enim illum Chriſti de quo loquitur, proprium & ſubſtantialem ipſius ſanguinem intelligere non poteſt. Nam cum ex

b Lib. 1. epiſt. 1.

ipſorum Adverſariorum confeſſione nonniſi ſimul cum corpore, totuſque & indiviſibiliter ſumi queat, de eo dicere non poſſet, *etſi parum ſumas, etſi plurimum hauriat.* Id tantum ei convenit, de quo parum aut multum haurire in noſtra libertate ſitum eſt. Ad ſi id non intelligit de proprio & ſubſtantiali Chriſti ſanguine, ſupereſt ut intelligat de ſymbolico, hoc eſt, de ſacramento ſanguinis ejus, ſeu de vino, quod proinde quamvis ſanguis ejus appelletur, non ſit tamen proprius & ſubſtantialis ſanguis, ſeu, accuratius loquendo, propriè ac ſubſtantialiter ſanguis, ſed typicè tantum & figuratè. De eo enim verum eſt quod hîc obſervat Ambroſius. Nã, & parum ipſius, & plurimum hauriri poteſt, perindeque omnino eſt quoad virtutem & gratiam. Neque enim ex eo quod plus hauritur, plus gratiæ accipitur. Hac ratione, ut infra de agno loquens ſubjungit, *gratia æqualis ſingulis dividitur.* Quod & Baſilius pariter obſervat de altera ſacramenti parte, videlicet de pane Euchariſtico quem eodem ſenſu Domini corpus appellat: *idem,* [c] inquit, *quoad virtutem eſt, ſive quis a ſacerdote partem vnam acceperit, ſive plures partes ſimul.* Nec juvaret objicere, Ambroſium dicere, nos per ſanguinem de quo loquitur, redemptionem habere: quod non niſi de proprio Chriſti ſanguine affirmari poſſe videtur. Nam, ut omittam dici poſſe, Ambroſium *redemptionem* laxe ſumere pro virtute & gratia ſanctificante, ut patet, tum ex periodo præcedente, ubi ait, *cujus ad gratiam nihil minuitur nihil augetur* tum ex paulo poſt ſequente, ubi ſimiliter dicit, *Gratia æqualis ſingulis dividitur, redemptio dividitur, donum dividitur.* reſpondeo, vocem redemptionis etiam ſtricte accipiendo, mentem illius non eſſe, ſanguinem de quo loquitur cauſam illius eſſe proprie, ſed id tantummodo velle, illum eſſe medium per quod redemptio proprio ſanguine Chriſti parta & effecta nobis communicetur. Sic enim hoc ſenſu [a] alibi loquitur: *Sicut Chriſtus ſemel pro omnibus immolatus eſt, ita quotieſcumque peccata donantur, corporis ejus ſacramentum ſumimus, ut per ſanguinem ejus fiat peccatorum remiſſio.* Et rurſum de Noè loquens: [b] *per vinum patuit deformitati, qui per diluvium excrevit ad gloriam: ſed Dominus & in eo creaturæ ſuæ gratiam reſervavit, ut ejus fructum nobis converteret ad ſalutem, ac per eum nobis remiſſio peccatorum provenret.* De baptiſmo quoque; [c] *plurima baptiſmatum genera præmiſſa ſunt, quia ſecuturum erat verum illud vnum in Spiritu & aqua ſacramentum baptiſmatis, quo totus redimitur homo*: quem in ſenſum & alij baptiſmatis aquam appellabant, [d] *fontem redemptionis, fontem ſanctificatum virtute cœleſti, & ita ſanctificatum vt homines per multa peccata diluendo ſanctificet.* Denique & de ſpiritualibus virginum ſacrificijs: [e] *Mentes altaria Dei confidenter dixerim, in quibus quoti-*

Ambroſius.

c Epiſt. 289. τοῦτο γὰρ τὸ ἓν ἐν τῇ δωρεᾷ, εἴτε πλείονα μερίδα λάβοι τις εἴτε ἐλάττονα ἑκάστῳ ἡ ἴσον μέρος, εἴτε πλείονας μερίδας ἐφ'

a De pœnit. l. 2. c. 3.

b In Hexaëmer. l. 3. c. 5 ult.

c Epiſt. l. 9. ep. 77.

d Author ſerm. de myſterio. baptiſmat. in append. ad 40. ſerm. Auguſt. ad Syrmondi edit.

e Virginib. l. 2.

Exod. 12. Levit. 23. Deut. 16. Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22. 1. Cor. 11.

Sacramentum quoque corporis & sanguinis Christi, quod in Ecclesia celebratur, non solum in memoriam & gratiarum actionem, sed & propitiatorium & impetratorium sacrificium esse, quod in Lege figuratum fuit, quod Christus in cruce obtulit, & quod Malachias nomine tenus designavit, Patres nostri docuerunt.

Malach. 1.

Hebr. 9.

Hebr. 10.

Hebr. 13.

Psal. 22.

Psal. 115.

Psal. 49.

Psal. 50.

Psal. 68.

Psal. 106.

Psal. 107.

Psal. 115.

Psal. 116.

Psal. 144.

Psal. 145.

Psal. 146.

Psal. 147.

Psal. 148.

Psal. 149.

Psal. 150.

Psal. 151.

Psal. 152.

Psal. 153.

Psal. 154.

Psal. 155.

Psal. 156.

Psal. 157.

Psal. 158.

Psal. 159.

Psal. 160.

Psal. 161.

Psal. 162.

Psal. 163.

Psal.

Ambroſius. crementis accepiſſe, teſtis eſt Hieronymus: a *Triticum de quo panis cœleſtis* (ſic enim Euchariſtiam vocat, perindè ac Ambroſius baptiſmum, b *Cœleſtem imbrem*) *efficitur, illud eſt de quo loquitur Dominus, Caro mea verè eſt cibus; rurſumque de vino, ſanguis meus verè eſt potus.* Et poſt Hieronymum Fulgentius, c obſervans, verba illa, niſi manducaveritis carnem filij hominis, &c, conſiderari poſſe, *& ſecundum myſterij veritatem*, hoc eſt, tanquam dicta de carne & ſanguine Domini quæ myſterij veritas ſunt, & *ſecundum veritatis myſteria*, hoc eſt, tanquam dicta de pane & vino quæ myſteria ſunt & ſigna propriæ carnis ſanguiniſque Dominici: quam poſtremam expoſitionem Ambroſius hîc ſequitur.

a *Inſeia c. 62.*
b *Sermon. 38.*
c *De bapt. Æthiop. c. ultimo.*

Quintus locus ducitur ex eodem in Lucam commentario, ubi exponens hæc Apoſtoli ad Coloſſenſes verba, d Si conſurrexiſtis cum Chriſto, *quæ ſurſum ſunt quærite, ubi Chriſtus eſt ad dexteram Dei ſedens*; ait: e *Ergo, non ſupra terram, nec in terra, nec ſecundum carnem quærere te debemus, ſi volumus invenire.* Et paulò poſt: *Stephanus non ſupra terram quæſivit, qui ſtantem te ad dexteram Dei vidit: Maria autem quæ quærebat in terra tangere non potuit. Stephanus tetigit, quia quæſivit in cœlo. Stephanus inter Iudæos vidit abſentem, Maria inter Angelos non vidit præſentem.* Cui & addendum eſt quod alibi quoque ait (niſi ſorte Maximus ſit) in eundem ſenſum ac iiſdem fere verbis: f *Quiſquis vult contingere Dominum Salvatorem, prius illum debet fide ſua ad dexteram divinitatis imponere, & credulitate cordis collocare in cœleſtibus, potius quam inter defunctos inquirere.* Et rurſum: Paulus *nos docuit quemadmodum ſalvatorem in cœleſtibus quæreremus, dicens*, quæ ſurſum ſunt quærite, ubi Chriſtus eſt in dextera Dei ſedens. *Et vt nos ab hac humili vel terrena inquiſitione Mariæ penitus ſubmoveret, addidit dicens*: quæ ſurſum ſunt, ſapite, non quæ ſuper terram. *Ergo jam non ſuper terram, nec in terra, nec ſecundum carnem quærere debemus ſalvatorem, ſi volumus eum invenire, atque contingere, ſed ſecundum divinæ majeſtatis gloriam, vt dicamus cum Apoſtolo Paulo*, Nunc autem ſecundum carnem non novimus Chriſtum: *Igitur & Stephanum beatus fide ſua non ſuper terram quæſivit Chriſtum, ſed ſtantem illum ad dexteram Dei recognovit: ibi illum reperit, vbi mentis devotione quæſivit.* Quis autem credat hominem adeò ſedulo ſolicitèque monentem, Chriſtum, nec ſupra terram, nec in terra amplius eſſe quærendum, ſed in cœlo ad Patris dextram, cenſuiſſe illum adhuc ſupra terram præſentem eſſe ſub accidentibus panis? Aut, quis non judicet illum potius eſſe dicturum, ſi quidem ea mens ipſius verè fuiſſet; *ſupra terram & in terra & ſecundum carnem quærere debemus ſalvatorem, ſi volumus eum invenire*: *Supra terram enim & in terra & ſecundum carnem eſt ſub accidentibus panis & vini, vbi illum pavos nos eſt reperire & contingere, quotieſcumque libuerit. Supervacaneum autem eſt eum cum multo labore quærere in cœlis abſentem, quem facile reperiamus in Euchariſtia præſentem.* Nihil autem horum dicit, ſed omnino contrarium: Non ergo credidit Chriſtum jam in terra in Euchariſtiæ ſacramento per propriæ carnis ſubſtantiam eſſe præſentem.

d *Coloſſ. 3.*
e *In Lucam lib. 14.*
f *Sermon. 58. qui inter Maximi ſerm. quoque reperitur.*

Sextus locus ducitur è libro primò de officijs, ubi ſic loquitur: g *Hic vmbra, hic imago, illic* (ſc. in cœlis) *veritas. Vmbra in lege, imago in Euangelio, veritas in cœleſtibus. Ante agnus offerebatur, offerebatur vitulus, nunc, Chriſtus offertur, ſed offertur quaſi homo, quaſi recipiens paſſionem, & offert ſeipſe quaſi ſacerdos, vt peccata noſtra dimittat. Hic in imagine, ibi in veritate, vbi apud Patrem pro nobis quaſi advocatus intervenit.*

g *c. 48.*

Septimus denique locus præcedenti congener habetur in commentario ſuper Pſalmum trigeſimum octavum, ubi ſic loquitur: *Etſi nunc Chriſtus non videtur offerre, tamen ipſe offertur in terris, quando Chriſti corpus offertur, imo ipſe offerre manifeſtatur in nobis, cujus ſermo ſanctificat ſacrificium quod offertur. Et ipſe quidem nobis apud Patrem advocatus aſſiſtit, ſed tunc eum non videmus. Tunc videmus cum imago tranſierit, veritas venerit. Tunc jam non per ſpeculum, ſed facie ad faciem ea quæ ſunt perfecta videbuntur. Aſcende ergo homo in cœlum, & videbis illa quorum vmbra hic erat vel imago.* Loca ſanè duo non contemnenda. Diſtinguit enim Ambroſius inter oblationes quæ fiebãt olim ſub lege, quas *vmbram* appellat, & eas quæ jam fiunt ſub Euangelio quas *imaginem* nuncupat, hoc eſt, figuram clariorem quam umbra ſit; *jam* enim, inquit h Nazianzenus, *paſchatis participes erimus, Nunc quidem typicè adhuc, tametſi apertius veteri, legale ſiquidem paſcha, nec enim dicere verebor, figura* (hoc eſt, paſchatis noſtri) *figura erat obſcurior*; & eam denique quæ jam ſit in cœlis, quam *veritatem* indigerat. Quam diſtinctionem & totidem verbis ante Ambroſium habet i Methodius, & poſt utrumque k Maximus. Subjungit autem, *Chriſtum nunc offerri, ſed in imagine quando corpus ejus* (ſacramentale videlicet) *offertur*: in cœlis contra *in veritate offerri vbi apud Patrem pro nobis quaſi advocatus intervenit.* Quid autem, quæſo, eſt oblatio in imagine, cum opponitur oblationi in veritate, niſi oblatio quæ fit in ſolo ſigno & repræſentatione? Perindè enim ſe habet oblatio in imagine ad oblationem in veritate, ac imago veritatis ad veritatem cujus imago eſt. *Imago autem alia eſt ab eo cujus imago eſt*, ut communi conſenſu Veteres docent in Euſebio Cæſarienſi à nobis ante citati. Ambroſius ipſemet ait: l *Nemo poteſt ipſe ſibi imago ſui eſſe.* Et rurſum: m *Melchiſedek in Chriſti typo ſacerdotem*

h *Orat. 42. μεθ' ἡμῶν ἐσόμεθα τὸ πασχάσιμον ἤδη, καὶ οὐκ ἐν σκιᾷ μόνον, ὡς τοῖς πρὸ ἡμῶν, ἀλλὰ καὶ ἐν εἰκόνι γνησιωτέρᾳ. τὸ γὰρ σκιᾶς εἰκὼν, καὶ πολλῷ μᾶλλον, τὸ τῆς ἀληθείας ἐν οὐρανοῖς.*
i *Apud Photium Cod. 237.*
k *In c. 3. Eccleſiaſt. Hierarch.*
l *De fide lib. 1. c. 4.*
m *De fide l. 3. c. 5.*

Ambroſius.

Ambroſius. *dotem Dei accipiamus ſed illum in typo, hunc in veritate. Typus autem vmbra eſt veritatis.* Denique; *ſigna ſunt iſta*, [a] inquit, *non veritas.* Intelligit ergo Chriſtum ſeſe jam in cœlis vere, realiter ac ſubſtantialiter Patri præſentem ſiſtere, Patrique offerre, hic vero, id eſt, in terra, non itidem realiter & ſubſtantialiter offerri, ſed tantum in imagine, ſigno & repræſentatione, per oblationem, videlicet, panis & vini, quibus, ut ait [b] Euſebius, Dominus *nos vti juſſit* tanquam *proprij corporis & ſanguinis ſignis & imaginibus.*

[a] *In Pſalm. 118. ſerm. 13.*

[b] *Demonſtrat. l. 8.*

CAPUT II.

In quo reſpondetur ad Objectiones.

AMBROSIUM audivimus perſpicue admodum pro nobis pronuntiantem: ſupereſt, ut expendamus quid ex illo Adverſarij in contrarium nobis objiciant.

Primus locus ducitur è tractatu *de his qui initiantur myſterijs*, quem non intertruncatum, ut eum Perronius ſubdole adduxit, ſed integrum adducemus, ubi ſic loquitur: [a] *Audi, quia vmbra eſt quæ apud Patres facta eſt*: bibebant, *inquit*, de conſequenti petra. Petra autem erat Chriſtus. Sed non in pluribus eorum complacitum eſt Deo: nam proſtrati ſunt in deſerto. Hæc autem in figuram facta ſunt noſtri. *Cognoviſti præſtantiora? Potior etenim lux quam vmbra, veritas quam figura, corpus Authoris (cœli) quam manna de cœlo. [Forte dicas: Aliud video, quomodò tu mihi aſſeris, quod corpus Chriſti accipiam? Et hoc nobis adhuc ſupereſt ut probemus. Quantis igitur vtimur exemplis? Probemus non hoc eſſe quod natura formavit, ſed quod benedictio conſecravit: majoremque eſſe vim benedictionis quam naturæ, quia benedictione etiam ipſa natura mutatur. Virgam tenebat Moyſes, projecit eam & facta eſt ſerpens. Rurſus apprehendit caudam ſerpentis, & in virgæ naturam revertitur. Videsigitur Prophetica gratia, bis mutatam eſſe naturam, & ſerpentis & virgæ. Currebant Ægypti flumina puro aquarum meatu, ſubito de fontium venis ſanguis cœpit erumpere. Non erat potus in fluvijs. Rurſus ad Prophetæ preces cruor ceſſavit fluminum, aquarum natura remeavit. Circumcluſus vndique erat populus Hebræorum, hinc Ægyptijs vallatus, inde mari clauſus. Virgam levavit Moyſes, ſeparavit ſe aqua & in murorum ſpeciem congelavit, atque inter vndas via terreſtris apparuit. Iordanus retrórſum converſus contra naturam in ſui fontis revertitur exordium. Nonne claret naturam, vel maritimorum fluctuum vel fluvialis curſus eſſe mutatam? Marath fluvius amariſſimus erat ut ſitiens populus bibere non poſſet. Miſit Moyſes lignum in aquam, & amaritudinem ſuam aquarum natura depoſuit, quam infuſa ſubito gratia temperavit. Sub Heliſæo propheta, vni ex filijs Prophetarum excuſſum eſt ferrum de ſecuri, & ſtatim merſum eſt. Rogavit Heliſæum qui amiſerat ferrum, miſit etiam Heliſæus lignum in aquam, & ferrum natavit, vtique & hoc præter naturam factum eſſe cognoſcimus. Gravior eſt enim ferri ſpecies quam aquarum liquor. Advertimus igitur majoris eſſe virtutis gratiam quam naturam, & adhuc tamen prophetica benedictionis numeramus gratiam. Quod ſi tantum valuit humana benedictio ut naturam converteret, quid dicimus de ipſa conſecratione divina, vbi verba ipſa Domini ſalvatoris operantur? Nam ſacramentum iſtud quod accipis ſermone Chriſti conficitur. Quod ſi tantum valuit ſermo Heliæ vt ignem de cœlo deponeret, non valebit Chriſti ſermo vt ſpecies mutet elementorum? De totius mundi operibus legiſti: quia ipſe dixit, & facta ſunt, ipſe mandavit & creata ſunt. Sermo ergo Chriſti qui potuit ex nihilo facere quod non erat, non poteſt ea quæ ſunt in id mutare quod non erant? Non enim minus eſt novas rebus dare, quam mutare naturas. Sed quoad argumentis utimur? Suis vtamur exemplis, incarnationiſque (exemplo) aſtruamus myſterij veritatem. Nunquid naturæ vſus præceſſit, cum Ieſus Dominus ex Maria naſceretur? Si ordinem quærimus, viro mixta fœmina generare conſueverat. Liquet igitur quod præter naturæ ordinem Virgo generavit. Et hoc quod conficimus corpus ex Virgine eſt. Quid hic quæris naturæ ordinem in Chriſti corpore, cum præter naturam ſit ipſe Dominus Ieſus partus ex Virgine? Vera vtique caro Chriſti quæ crucifixa eſt, quæ ſepulta eſt. Verè ergo carnis illius ſacramentum eſt. Ipſe clamat Dominus Ieſus: hoc eſt corpus meum. Ante benedictionem verborum cœleſtium alia ſpecies nominatur, poſt conſecrationem corpus Chriſti ſignificatur. Ipſe dicit ſanguinem ſuum. Ante conſecrationem aliud dicitur, poſt conſecrationem ſanguis nuncupatur. Et tu dicis, Amen, hoc verum eſt: quod os loquitur, mens interna fateatur, quod ſermo ſonat, affectus ſentiat.*

[a] *Cap. 9.*

Ambroſius.

Huc uſque Ambroſius, è cujus verbis Adverſarij variè argumentantur. Quoniam autem illuſtriſſimus Pleſſæus in hunc locum innuerat, *facere corpus Chriſti*, Ambroſio non eſſe, *facere proprium Chriſti corpus*, ſiquidem Chriſti corpus ante Euchariſtiæ conſecrationem actu eſt, conſtanſque eſt & vniformis Veterum ſententia, quod *quicquid ſit, antequam fieret, non erat*; ſed tantummodò, *facere ſacramentum corporis Chriſti*, quemadmodum ipſe Ambroſius ſe ibidem exponit, inquiens; *Sacramentum iſtud quod accipis Chriſti ſermone conficitur*; Et rurſum, *vera vtique caro Chriſti quæ crucifixa eſt, vere ergo carnis illius ſacramentum eſt*: Perronius, dilata tantiſper objectionum ſuarum productione, vafreque ſimul diſſimulatis duabus prioribus rationibus, in tertiam è poſtremis Ambroſij verbis deductam inſurgit & ait, [c] *communiſſimum eſſe apud Veteres vocem*; Sacramentum, *ſenſu abſtracto*

[b] *Vid. ſupr. lib. 1. c.*

[c] *De Euch. l. 2. Auth. 14. c. 1.*

Prologus. ...ad Ebroicas urbes ...ascendentes ...ad Ebroicas urbes ...ascendentes ...ad Ebroicas urbes ...ascendentes

Ambroſius.

carne Chriſti quæ crucifixa eſt, quæ ſepulta eſt, &c, ait: vera itaque caro Chriſti. At de illa quæ ſumitur in ſacramento dicit, vere ergo carnis illius ſacramentum eſt, diſtinguens ſacramentum carnis a veritate carnis, Ad locum autem quod attinet ex libro de Sacramentis, reſpondeo nec vocabulum *Sacramentum* in eo ſumi pro conditione ſacra, ut ſupponit Perronius, ſed in genere pro myſterio, nec quando ita ſumeretur, ad rem Adverſarij fore, cum Author illius alius ſit ab Ambroſio, ut poſt docebimus, & aliò ſpectet quam hoc loco Ambroſius. Sed quid opus eſt tandiu in hoc loco immorari? Nam quamvis daremus vocem, Sacramentum, in eo accipi, non pro ſacro ſigno, ſed pro ſacra conditione, nec de pane dici, ſed de carne ipſa Chriſti, ut contendit Adverſarius, nihil inde decederet de obſervationis Pleſſeanæ veritate, nimirum, apud Ambroſium, *conficere corpus Chriſti*, nihil aliud eſſe, quam conficere ſacramentum corporis Chriſti. Annon enim ſe ipſemet ſic exponit Ambroſius, ut initio obſervabamus, quandò paulò antè inquit: *Sacramentum iſtud quod accipis Chriſti ſermone conficitur?* Sacramentum enim ibi pro ſigno ſacro accipi, non pro ſacra conditione, nemo niſi cæcus non videat.

His autem ſic expeditis ad objectiones veniamus.

Primò ergo Perronius generatim & declamatoriè inſtat his verbis: *Cui bono cœlum & terram movere, afferre exempla creationis mundi, tranſmutationis creaturarum, generationis inenarrabilis corporis Chriſti, ad probandum Dominum potuiſſe panem Euchariſtiæ corporis ſui ſignum efficere? Quamobrem evocare Dei omnipotentiam, in medium adducere Hiſtorias mirabilium ejus ad hujus converſionis fidem facilius perſuadendam, niſi dignus vindice nodus, niſi ſit aliquid miraculoſum & extraordinarium? Qua de cauſa, tanta cum ſollicitudine axioma hoc fundare, Deum poſſe res efficere contra naturæ ordinem, ad oſtendendum potuiſſe efficere ut panis corpus Chriſti ſignificaret? Quærite enim ab Adverſarijs in quo conſiſtat conditio quam panis habet ſignum Chriſti corporis eſſe: reſpondebunt, in analogia & conformitate naturali quam cum eo habet, quia per naturam ſuam corpora noſtra alit, quemadmodum corpus Chriſti animas noſtras. Rem autem vſui ad quem aptitudine naturali diſpoſita eſt, applicare, eſt-ne operari contra naturæ ordinem, aut naturæ legibus vim facere? Quamobrem mirari, verba quæ ſunt intellectus inſtrumenta, operationes & converſiones mentales operari poſſe? Quid enim aliud ſunt omnes inſtitutiones & ſigna, quam mutationes mentales & intellectuales quæ ſiunt non in rei ſignificantis eſſentia, ſed in intellectu ejus qui illam pro ſigno accipit: ac proinde opus non habent potentia aliqua realiter operante, tantum abeſt ut omnipotentia Dei in eis requiratur, ſed tantum facultate intelligente & cognoſcente? Qua de cauſa hunc afferre omnia ſcriptura loca, ubi ſimplicia verba virtute ſupernaturali Spiritus Dei animata, operationes & mutationes reales produxerunt? An non ille fatuus, delirus, & phreneticus cenſendus eſſet, qui multa cum vehementia proferret, Deum potuiſſe cœlum ac terram creare, aquas fluviorum in ſanguinem, & virgam in ſerpentem mutare, virginemque partu actu capacem reddere, ad probandum Agnum Paſchalem aut panes propoſitionis (qui tamen in eo Euchariſtiæ præſtabant, quod radio quodam præſentiæ Dei opus haberẽt) à Deo figuras corporis Chriſti inſtitui potuiſſe? S. Ambroſius confert in hoc capite Euchariſtiam cum manna & aqua Petræ quæ Iſraelitis data ſunt, Ait, illam eſſe infinito præſtãtiorem & mirabiliorem, quia illa figuræ tantum erant corporis & ſanguinis Chriſti, hæc vero illius veritatis ſit. Sibimet objicit per modum quæſtionis, quomodo fieri poſſit Euchariſtiam eſſe corpus & ſanguinem Chriſti, ac reſpondet id fieri per omnipotentiam Dei qui rerum naturam mutare poteſt. Ac poſt hæc omnia, magnum id & incomprehenſibile miraculum ſuprema illa & ineffabilis omnipotentiæ divinæ operatio, mutatio hæc incredibilis & fidelibus omnibus incognita, ad quam miraculoſa æris in manna tranſmutatio & converſio ſupernaturalis ſibilantis petræ in fluidam aquæ naturam nullomodo accedunt, quia tantum ſigna erant corporis & ſanguinis Chriſti; in hoc ſimpliciter conſiſtet, panem fieri ſignum & figuram corporis Chriſti. Et hæc oculis Deus aſpicis æquis? Hæc ille tumide admodum & tragice. Sed judicent, quæſo, Lectores de genio hominis qui Deum* teſtem aſſumit, neminem niſi dẽlirum ex diſcurſu Ambroſij concludere poſſe, panem per conſecrationem ſacramentum, ſeu ſacrum ſignum corporis Chriſti fieri, quæ tamen ipſiſſima eſt Ambroſij ipſius concluſio. Sic enim diſerte Ambroſius: *Sacramentum iſtud quod accipis ſermone Chriſti conficitur.* Et ad finem: *vera vtique Caro quæ crucifixa eſt, quæ ſepulta eſt; vere ergo carnis illius ſacramentum eſt. Ipſe Clamat Dominus Ieſus; hoc eſt corpus meum.* Ubi, ut id obiter dicam, apertiſſime innuit ſenſum horum verborum, *hoc eſt corpus meum*, perinde illi eſſe ac ſi Dominus dixiſſet, *hoc eſt ſacramentum corporis mei.* Niſi enim verba hæc ita cenſuiſſet eſſe ſumenda, ex ijs non rectè probaſſet panem eſſe vere carnis Chriſti ſacramentum. At ſi adeo prava eſt Adverſarij concluſio, facile eſt colligere quales præmiſſæ eſſe debeant. Dico ergo primo Perronium nobis imponere, quaſi ſentiremus, conditionem quam panis habet corporis Chriſti ſignum eſſendi conſiſtere in analogia & conformitate naturali quam cum eo habet, quia corpora noſtra alit quemadmodum corpus Chriſti animas noſtras. Id enim eo ſenſu quem ipſe intelligit, falſum & abſurdum eſt, & a mente noſtra prorſus alienum. Nam inde ſequeretur panem quemlibet abſque ulla ordinatione & inſtitutione Dei, ſignum eſſe corporis Chriſti per ſe & naturaliter, cum panis quilibet conformitatem hanc

Ambroſius.

Ambroſius.

tem hanc naturalem per ſe habeat. At longè ſecus ſe res habet. Nam conformitas illa naturalis cauſa quidem partim eſt, cur Dominus panem potius quam aliquid aliud ad corpus ſuum ſignificandum ordinaverit, ut eo pacto ſignificatio per effectuum ſimilitudinem clarior evaderet: Aliud tamen eſt hæc analogia, aliud conditio ſigni quâ ſignum eſt. Illa præcedit, hæc ſequitur. Illa naturalis eſt, hæc voluntaria, & ex ordinatione ſpeciali proveniens. Quod & rectè obſervat ex ipſis Adverſarijs Alanus: *Licet*, a inquit, *ſit in creaturis aptitudo quædam ad ſignificationem effectuum ſpiritualium, tamen iſta aptitudo non niſi à divina inſtitutione determinatur ad peculiarem effectum. Habet enim aqua ex natura ſua ut mundiciem denotet, ſed ut determinatè animæ à peccato originali purgationem, & hominis ſanctificationem repræſentet, id eſt divina tantum inſtitutionis, per quam elevatur hæc creatura ſupra naturæ conſuetudinem, non ſolum quoad vim operandi, ſed etiam ſignificandi.* Nota, *quoad vim etiam ſignificandi.* Idem ergò cenſendum eſt de pane Euchariſtico: adeo ut quamvis in eo Ambroſius attenderet ad ſolam & ſimplicem ſignificandi corporis Chriſti conditionem, id abundè ſufficeret ad extraordinariam Dei operationem requirendam, cum panis exſe corporis Chriſti ſignum non ſit, ſed ex divina inſtitutione per quam elevatur, ſicut & aqua baptiſmi, ſupra naturæ conſuetudinem quoad vim ſignificandi. Secundò imprudenter & ineptè confundit Perronius ſigna communia cum ſacris, id eſt, ſacramentis, quali utrorumque eadem eſſet ratio: quod falſiſſimum eſt. Nam verum quidem eſt, in inſtitutione ſignorum communium id quod ad ſignificandum ordinatur, mutationem non pati, niſi civilem quamdam, ac præcipuam mutationem fieri in intellectu ejus qui illud in ratione ſigni jubetur apprehendere: At aliter ſe res habet in inſtitutione ſacrorum ſignorum ſeu ſacramentorum. Id enim quod ſacramentum ſit, præter determinationem ad ſignificandum ad quam elevatur ſupra naturæ conſuetudinem, ſanctificationem quamdam moralem conſequitur, per quam actu diſcriminatur, tum a ſignis communibus, tum ab eo ipſo quod ante erat. Quod; quia mirum eſt Perronio in mentem non veniſſe, illud ei in memoriam revocabo per verba Theophili Alexandrini Origenem in ſimili cauſa ſic commonentis: *Non recogitat*, b inquit, *aquas in baptiſmate myſticas adventu Sancti Spiritus conſecrari, panemque Dominicum, quo Salvatoris corpus oſtenditur, & quem frangimus in ſanctificationem noſtri, & ſacrum calicem, qua in menſa Eccleſiæ collocantur, & vtique inanima ſunt, per invocationem & adventum Sancti Spiritus ſanctificari.* At ſi panis Euchariſtiæ, perindè ac aqua baptiſmi, per conſecrationem ſanctificationem conſequitur, *nec ſanctificatur* (quemadmodum c Auguſtinus obſervat) *ut ſit tam magnum ſacramentum niſi operante inviſibiliter Spiritu Dei*; quid mirum, ſi Ambroſius ad illud carnis Chriſti ſacramentum efficiendum, Dei ipſius operationem (non contra naturæ ordinem, ut falſo ei affingit Perronius, ſed) præter naturæ ordinem requirat? Annon enim ſanctificatio divinæ omnipotentiæ directa operatio eſt? Sed addo, ex Authoris ipſius mente, ſacramenta quoque per conſecrationem non modo ſanctificationem moralem accipere, ſed & vim aliquam ſpiritualem eos etiam ſanctificandi qui illis cum ſano propoſito vtuntur. Sic enim ipſemet Ambroſius de baptiſmo loquens, ait: d *qui moritur in Chriſto, ſit ejus gratiæ particeps in lavacro.* Imo & baptiſmum e *aquam regenerationis* & f *gratiam* ipſam appellat: nimirum, quia g *in hunc fontem vis divina deſcendit*, & h *aqua ſit dulcis ad gratiam.* Et de ſanguine Sacramentali, hoc eſt, de vino, ut ſupra obſervabamus: i *plenius de ſanguine Chriſti intelligitur, cujus ad gratiam nil minuitur, nihil adaugetur. Etſi parum ſumas, etſi plurimum haurias, eadem perfecta eſt omnibus menſura redemptionis.* Quemadmodum & Auguſtinus de pane Euchariſtico: *modicum accipimus, & in corde ſaginamur.* Quod etiam expreſſè docet ex ipſis Adverſarijs ſupra memoratus Alanus Cardinalis, quaſi ex profeſſo contra Perronium agens: *Omnia ſacramenta*, l inquit, *ſignificant gratiam practice, hoc eſt, ut in actu ſanctificandi, qua ratio ſignificandi non poteſt vllo modo exiſtere in creatura, ex aptitudine generali ad repræſentandum aliud a ſe. Ideoque, quamvis libere poſſet homo vti quavis creatura in ceremonia ad memoriam cujuſcunque beneficij divini, tamen majus eſt hoc, determinate ſignificare idem vt operans & efficiens gratiam atque ſanctitatem in animis hominum: præſertim vbi actio circa creaturam, in qua eſt ſignificatio, nihil conferat ad talem effectum producendum.* At vero ſi vis illa ſanctificandi non eſt in pane ex aptitudine ſua naturali, cur ad panem in tali actu ſupernaturali conſtituendum, potentiam Dei præter naturæ ordinem non advocaret Ambroſius? Dico igitur tertio, Ambroſium magna illa Dei opera, variaque rerum mirabilium exempla in medium adducere, non ad probandum ſimpliciter panem fieri corporis Dominici ſignum & figuram, prout nobis affingit Perronius, ſed ad tria illa quæ obſervavimus confirmanda, panem, videlicet, ex communi ſacrum reddi, ad corpus Domini ſignificandum ordinari, corpus denique illius eſſe, non tantum in ſigno, ſed & ſimilitudine virtutis & efficaciæ in nobis ſanctificandis: in illorum nihilominus, ſeu ex Ambroſio adductione, ſeu ad argumentum ſuum applicatione, Perronium

a *De Sacramens. in genere c. 17.*

b *Paſchal. 1.*

Ambroſius.

c *De Trinitat. l. 3. c. 4.*

d *De fide reſurrect.*

e *Ambroſ. ſeu potius Proſper. de vocat. Gent. l. 2. c. 10.*

f *De obitu fratris.*

g *De his qui initiant. c. 4.*

h *Ibid. c. 3.*

i *Epiſt. l. 1. epiſt. 1.*

k *De verbis Dom. ſerm. 33.*

l *Vbi ſupra.*

Ambrosius.

ea, videlicet, lux sit, illa umbra fuerint, quod ea sit veritas, illa figura, quod ea sit corpus Authoris cœli, virtute, scilicet, & efficacia, de quo, ut paulo ante dicebat, *quicumque religiosè gustaverit corruptionem sentire non poterit*, illa vero corruptioni obnoxia nec incorruptionis præstandæ capacia. Quid hæc autem pro Adversarijs? Primo enim Eucharistia non tantum respectu manna & petræ, sed & reliquorum Signorum veterum *lux* potest appellari, quia signum clarius sit, tum propter revelationem & apparitionem Christi, tum propter verbum sacramentale adjunctum, naturæ ipsius declarativum, quod Veteribus sacramentis decerat. Hac enim ratione non modo g Eusebius, h Nazianzenus, i Chrysostomus, k Augustinus, & l Leo Romanus vetera signa *ænigmatica, obscura & obscuriora appellant*, nostra vero *aperta & lucidiora*, nosque *jam in luce esse*, sed etiam ipsemet Ambrosius manna & Eucharistiam alibi inter se comparans: *Manna* a, *inquit*, *subtile erat, & ad diem colligebatur, in diem alterum non servabatur, eo quod inventa sapientiæ in tempore sint gratiora, nec tam miranda quæ temporis spatio reperiuntur, quam illa quæ præsentis ingenij fundantur Vivacitate; sive quia futura revelantur mysteria, eo quod servatum manna usque ad solis exortum, esui jam esse non posset, id est, usque ad Christi adventum habere gratiam: Oriente autem justitiæ sole, & splendidioribus Christi corporis & sanguinis refulgentibus cessarent inferiora.* Secundo potest quoque Eucharistia *Veritas* appellari comparate ad signa Vetera, non quia figura non sit corporis & sanguinis Christi perinde ac illa, sed tum quia figura sit expressior quam illa fuerint & ad veritatem propius accedens, quo sensu vulgo dici solet de pictura hominem aliquem ad vivum referente, ipsissimum esse, ac b Chrysostomus & c Cyrillus ajunt, *omnia jam in Christo veritatem esse*; tum quia vetera signa nostrorum figuræ quædam fuerint, baptismi inquam, & Eucharistiæ, ut Veteres passim docent, ac illa fuerint per horum institutionem mutata & abolita. Quod enim typorum usum abolet, eorum veritas quodammodo dici potest, juxta illud Chrysostomi alia occasione dictum: d *quoniam venit veritas, nullus amplius locus est figuris.* Denique Eucharistia virtute & efficacia superat manna & petram, quemadmodum baptismus noster legalia baptismata quorum comparatione veritas pariter appellatur, sicut panis Eucharistiæ respectu manna & petræ. Sic enim Augustinus de ambobus generatim loquens: *prima*, e inquit, *sacramenta ablata sunt, & alia instituta, virtute majora, utilitate meliora.* Et Basilius de baptismo agens: f *quid comparas baptismata quæ solam appellationem communem habent, rerum vero tantam differentiam quanta est somniorum ad veritatem, & umbræ ac imaginum ad ea quæ essentialiter subsistunt?* Et rursum: ▮ *Domini baptisma omnem humanam rationem superat, & gloriam habet omni humano desiderio votoque sublimiorem, atque exuperantiam gratiæ & virtutis majorem* (supra alia) *quam sol supra stellas.* Imo & ipse Ambrosius: h *plurima baptismatum genera præmissa sunt, quia secuturum erat verum illud unum in spiritu & aqua sacramentum baptismatis, quo redimitur homo.* Quomodo igitur incomparabilis illa baptismatis nostri præstantia, non prohibet illum aquam substantialiter esse, similiter & excellentia panis Eucharistici seu corporis sacramentalis Christi supra manna & petram, nullomodo obstat quin substantialiter verè & proprie dictus panis sit. Atq; hæc dicta sint contra Perronij declamationem. Nec obstat quod objicit Milleterius, nos *non censere vllam esse virtutem sacramentis inditam, ac proinde aliam esse Ambrosij sententiam a nostra.* Id enim ambiguè ab illo dicitur. Nam si intelligat nos nullam efficaciam sanctificationis respectu sacramentis tribuere, sciens fallit, aut fallitur. Asserimus enim sacramenta signa esse efficacia. Sin autem mens ipsius sit, nos non censere virtutem quandam Spiritualem in ipsis esse inclusam, nec ea gratiæ causas physicas esse, sed tantum morales, hoc est, *quæ effectum non attingant proprie, sed tantum operari dicantur, quia ubi sunt, Deus juxta promissionem suam operatur & concurrit ad productionem effectus supernaturalis*, quemadmodum γ Bellarminus loquitur de charactere confirmationis; verum quidem ait: sed quamvis in eo ab Ambrosij fortassis sententia discederemus, id non tanti foret. Nam & ipsorum Adversariorum nonnulli, tum Veteres, ut Bonaventura, Altissiodorensis, Scotus, tum recentiores ut Canus, Ledesmius, Vasques & Gamachæus idem nobiscum hac in parte docent: testaturque Gamachæus, δ *quæstionem hanc dubiam esse inter Catholicos, nihilque de ea adhuc definitum, nec unam aut alteram partem ad fidem pertinere.* Sufficit nobis, Ambrosium a transsubstantiationis & præsentiæ realis fide penitus alienum fuisse, qualitercunque senserit de sacramentorum efficacia. Quamquam & in hac quoque parte ad sententiam nostram facile reduci possint quæcumque de illis ait.

Secundo Bellarminus, De Valentia, & alij innumeri objiciunt hæc verba: *Probemus non hoc esse quod natura formavit, sed quod benedictio consecravit.* At quod natura formavit, est panis: post consecrationem igitur non amplius panis est. Præclare sanè. Ergo quando Chrysostomus ait: i *Magna profecto est baptismi virtus*, &c. *non sinit homines esse homines*: Et Leo; ▮ *Susceptus à Christo Christumque suscipiens, non idem post lavacrum qui ante lavacrum fuit, sed corpus regenerati sit caro crucifixi*: Et Epiphanius; l *quando homo temperantiam possidet, caro non amplius*

g *Demonstr. l. 5. c. 3.*
h *Orat. 2. de pasch.*
i *In 1. Cor. hom. 34.*
k *In Psalm. 43. De passion. serm. 8. & 14.*
l *Epist. 62.*
b *In Joan. homil. 32.* ἀλήθεια τῶν τύπων.
c *Contr. Nestor. l. 4.* ἀλλὰ καὶ σκιαὶ μὲν εἰσὶν τῶν ἀληθῶς Μάννα ἄρτος οὐρανοῦ ἐστὶ πνευματικὸς, ἀλλ' οὐχὶ τὴν ἀλήθειαν· ἀλλὰ καὶ ὕδωρ πέτρα τότε ἦν ἐκ τῆς πέτρας ῥέον, ἀλλ' οὐκ ἐκείνη ἐστὶν ἡ ἀλήθεια.
d *In 1. Cor. homil. 15.*
e *Contra Faust. l. 19. c. 13.*
f *De Spirit. S. c. 14.* τὰ συγκρίνεις τὰ βαπτίσματα· ἐκεῖνα μὲν γὰρ σκιὰ, τὰ δὲ ἡμέτερα σώματα· ἐκεῖνα μὲν γὰρ προφητείαν, τὰ δὲ ἡμέτερα χάριν ἐργάζεται· ἐκεῖνα μὲν γὰρ τὸν νόμον ἐτέλει, τὰ δὲ ἡμέτερα καὶ τὸν νόμον πληροῖ καὶ τὴν χάριν ἐνεργεῖ.

Ambrosius.

g *De baptis. l. 1. c. 2.* τῶν μυστηρίων βαπτίσματος λόγῳ μόνῳ ἴσχυε κρείττονα πάντες ἀεὶ θρησκεύειν, δεῖται δὲ ἀναγκαίως πίστεως ἐπιβουλῆς δὲ ἰσχὺς ἀπίστοις. ὑπερβολὴν δὲ χάριτος καὶ δυνάμεως πλείονα, ἢ ὅσον ἥλιος ἀστέρων ἰσχύει.
h *Epist. 77.*

γ *De effectu Sacrament. l. 2. c. 19.*

δ *Tom. 3. ad q. 62. c. 5.*

i *In Acta hom. 23.* ὅτι τοῦ μείζονός ἐστι βαπτίσματος ἡ δύναμις, &c. διὰ τοῦτο ἀφίησιν ἀνθρώπους εἶναι ἀνθρώπους.
k *De passion. Dom. serm. 14.*
l *Hæres. 66.* μὴ κατ' ἐκεῖνον ἐγκράτεια, ἀλλ' οὐκέτι σάρξ ἐστιν.

Ambroſius.

amplius caro eſt; Et Cyrillus; m *natura carnis poſtquam incorruptibile & vivificum Dei Verbum ſuſcepit, non amplius eſt in iis in quibus erat*; pariter concludam, hominem poſt baptiſmum non eumdem eſſe ſubſtantia qui ante erat, carnilque ſubſtantiam per temperantiam & verbi Dei ſuſceptionem deſinere. Quod tamen Adverſarij, ſcio, non ſint probaturi. Et tamen eadem eſt in omnibus illis locis loquendi formula, cum ea qua utitur Ambroſius. Mens igitur illius non eſt nullomodo amplius eſſe quod natura formavit, ſed, non ſimpliciter & tantummodo eſſe id quod natura formavit. Quod enim natura formavit, panis eſt communis & ſimplex, poſt benedictionem vero non amplius panis ſimplex & communis eſt, ſed panis conſecratus: perinde ac quando ait de aqua baptiſmi poſt n invocationem Spiritus; o *Non eſt ſimplex aqua cœleſtis myſterij.*

m *Homil. paſchal.* 17. ὁ τῆς σαρκὸς φύσις τὸ ἄφθαρτον καὶ ζωοποιὸν Πνεῦμα λαβοῦσα οὐκέτι ἐστὶν ἐν οἷς ἦν, μεταβάλλουσα μὲν, οὐκ ἄλλη (οὐκ) ἐξ οὐκόντων.

n *De Spiritu S. l.* 1. *c.* 7.

o *Prolog. l.* 1. *De Spiritu S.*

Tertio objiciunt verba immediate ſequentia. Nam poſtquam dixiſſet Ambroſius: *Probavimus, non hoc eſſe quod natura formavit, ſed quod benedictio conſecravit*; addit, *majoremque vim eſſe benedictionis quam naturæ, quia benedictione etiam natura ipſa mutatur.* Et rurſum poſt: *Quod ſi tantum valuit humana benedictio ut naturam converteret, quid dicimus de ipſa conſecratione divina, ubi verba ipſa Domini Salvatoris operantur? Nam ſacramentum iſtud quod accipis ſermone Chriſti conficitur. Quod ſi tantum valuit ſermo Heliæ ut ignem de cœlo deponeret, non valebit Chriſti ſermo ut ſpecies mutet elementorum? De totius mundi operibus legiſti:* quia ipſe dixit & facta ſunt; ipſe mandavit & creata ſunt. *Sermo ergo Chriſti qui potuit ex nihilo facere quod non erat, non poteſt ea quæ ſunt in id mutare quod non erant? Non enim minus eſt novas rebus dare, quam mutare naturas.* Hæc ille: *vbi*, inquit Bellarminus, *tam aperte loquitur de mutatione reali, vt nimia impudentia ſit id negare.* Sed ridiculè ſupponit mutationem omnem realem ſubſtantialem illicò eſſe: Quaſi mutatio accidentalis mutatio realis non foret. Concedimus ergo quod hic ait Ambroſius, panem & vinum mutari, ſed negamus de ipſius mente eſſe, illa ſubſtantialiter mutari. Mutari ea intelligit, tùm quia ex communibus ſancta & ſacramenta fiant, tùm quia, cum ante benedictionis conſecrationem vim ſimpliciter haberent corpora alendi, per conſecrationem ſpiritualem vim accipiant nutriendi animas. Ea enim ſpiritualis vis adjectio, id potiſſimum eſt quod Veteres mutationem appellant, *Panis & oleum*, inquit p Theodotus, *ſanctificatur virtute nominis, nec talia manent qualia ſumpta ſunt, vt videri poſſet, ſed virtute in vim ſpiritualem tranſmutata ſunt.* Et Veterum aliquis innominatus, apud Victorem Antiochenum: *Condeſcendens Deus noſtris infirmitatibus influit propoſitis vim vitæ, & mutat illa in efficaciam carnis ſuæ.* Nec juvaret urgere, Ambroſium addere *naturam mutari.* Per naturam enim non intelligit ſubſtantiam; hoc enim ſenſu, *Dominus*, inquit q Theodoretus, *viſibilia ſymbola* (hoc eſt, panem & vinum) *corporis & ſanguinis ſui appellatione honoravit, non naturam mutans, ſed gratiam naturæ adjicens*; verum, conditionem eorum naturalem quæ per ſupernaturalis virtutis additionem mutetur & alia fiat. Commune enim eſt apud Veteres, & naturæ vocabulum, & naturæ mutationem, eo ſenſu uſurpare, ut ſupra varijs eorum teſtimonijs in Cyrillo & Nyſſeno manifeſtum fecimus. Ipſemet Ambroſius alibi de Thecla loquens ait, r *naturam beſtiarum virginitatis veneratione mutavit.* Et rurſum: *beſtia propria oblita natura naturam induerat quam homines amiſerant.* Et de Adoleſcentibus in fornacem Babylonicam conjectis: ſ *de jejunio adamanti transformata natura, vapore ignis, non ad diſpendium ſui, ſed ad gratiam mutabantur*: Et in Hexameron: t *diſcant naturam poſſe converti, quando Petra aquam fluxit, & ferrum vnda ſupernatavit.* Imo, annon & hoc ipſo loco ab Adverſarijs obiecto, ait, *Iordanis retrorſum converſus contra naturam in ſui fontis revertitur exordium. Nonne claret naturam vel maritimorum fluctuum, vel fluvialis curſus eſſe mutatam;* Et rurſum de ferro ſupra aquam natante, *quod ſi tantum valuit humana benedictio, ut naturam converteret, quid dicimus de ipſa conſecratione divina, ubi verba ipſa Domini ſalvatoris operantur?* Quidni ergo dixerimus Ambroſium intelligere, panis & vini naturam mutari, quomodo & Jordanis retrorſum fluentis, & ferri aquæ ſupernatantis naturam mutatas & converſas eſſe aſſerit? Sed forte inſtabunt Adverſarij, Ambroſium adhuc addere: *ſpecies elementorum mutari*; ſpecies autem eſſe ſubſtantias. Id vero probandum foret, non turpiter emendicandum. Per elementa Ambroſius confuſe intelligit res ad conſecrationem ſacramentalem propoſitas, quas Veteres nonnunquam hoc nomine appellabant, ut quando Auguſtinus occaſione baptiſmi generatim ajebat, b *accedit verbum ad elementum, & fit ſacramentum*; Per ſpecies autem elementorum plurali numero, diſtincte duas illas elementorum ſpecies quæ in Euchariſtiæ celebratione conſecrantur, quarum vna *alimentum eſt ſuccum*, ut c Juſtinus Martyr loquitur, altera *humidum*, panis videlicet & vinum: quo ſenſu & alibi loquens de vaſis aureis & argenteis quæ, licet ſacra, ad captivorum redemptionem confregerat, ait, d *Hic numerus captivorum, hic ordo præſtantior eſt, quam ſpecies poculorum.* At non magis intelligit illas ſubſtantialiter mutari, quam Chryſoſtomus ignem fornacis Babylonicæ, itidem & Leones in quorum foſſam conjectus fuit olim Daniel, de quibus ſimiliter ait: e *Elementa propriam ignorantiæ naturam in*

q *Dialog.* 2. ὁ τὰς φύσεις συμβολικὰς,

r *De Virginib. lib.* 2.

ſ *De Helia & jejun. c.* 7.

t *Lib.* 3. *c.* 20.

p *Supra Citat. in Nyſſeno c.* 2. *Vid. & Bertramum.*

b *In Joannis tract.* 80.

c *Dialog. cum Tryphon.*

d *Officior. l.* 2. *c.* 28.

e *In Pſ.* 10. τὰ στοιχεῖα τὴν ἴδιαν ἀγριότητα ἐφύλαξαν, οὐδὲ τὰ θεόφορα σώματα μετέβαλον· ἀλλ' οὐδὲ ἐν Βαβυλῶνι ἐν τῇ καμίνῳ ἐν Βαβυλῶνι, ἀλλὰ τὴν ἰδίαν φύσιν

by Google

Ambrosius.

ram in id quod erat illis vtile mutabantur, & fera non erant amplius fera, nec fornax fornax. Quis enim id aliter quam de mutatione qualitatis sumendum esse censeat?

Quartò objiciunt hæc verba, *hoc quod conficimus corpus ex Virgine est.* Sed facilis est responsio. Figurata enim locutio est quam hic usurpat Ambrosius, cujus tantummodò sensus est, corpus illud quod conficimus in Eucharistia, esse, mystice scilicet & sacramentaliter, corpus illud quod ē Virgine est; quemadmodum Dominus ipse de pane ait, *f* quod sit corpus pro nobis ad mortem traditum; Et Leo Romanus, g *Corpus regenerati sit caro crucifixi*, mystice nimirum, non substantialiter; Et rursum, h *Christi caro de vtero Virginis sumpta nos sumus.* Nam, (ut supra jam observabamus) corpus quod ē Virgine propriè natum est, jam fieri nequit, cum ex omnium Veterum mente i *nihil* in tempore *ad esse nisi ex non esse adducatur.*

f Luc. 22.
g De passion. Dom. serm. 14.
h De Nativit. Dom. serm. 10.
i Cyrillus in thesauro assert. 20. ἐ γὰρ οὐκ ἦν τὸ πρὶν ἦν, ἐκ τί ἂν μὴ ὄν.

Denique objicit Perronius, Eucharistiam distribuentes, ex Ambrosij observatione consuevisse communicantibus dicere, *Corpus Christi*; & communicantes respondere, *Amen*, seu *hoc verum est.* Verum de hac objectione jam supra in pseudo-Clemente & in Eusebio Cæsarienti egimus, & rursum infra in Leone, Deo juvante, tractabimus, ut necesse non sit hic ejus examen aliquod instituere.

Secundus locus ab Adversarijs ex Ambrosio objectus ducitur è commentario in Lucam, ubi Ambrosius exponens apparitionem Angeli Zachariæ ad dextram altaris factam, eamque Eucharistiæ applicans, ait: k *Non dubites assistere Angelum, quando Christus assistit, quando immolatur.* At certè, inquit Bellarminus, *non adsisteret Angelus, si sola figura corporis Dominici non ipse Christus in altari adesset.* Egregiam sanè consequentiam! Pariter enim concludam, non solam figuram corporis aut sanguinis Christi, sed ipsummet Christum in baptismali alveo esse, si quidem Angeli qui ex mente Veterum l *Ecclesiarum præsides sunt*, & *in Ecclesijs* semper sunt, baptismati, teste Cyrillo Hierosolymitano, assistunt. Sic enim ille ad baptizandos: m *Iam mentis oculos aperite, jam choros Angelicos recognoscite*, &c: *Iam auribus vestris, quemadmodum instruebamini, personet vox illa pulcherrima, quando salvatis vobis Angeli concinent, Beati quorum remissæ sunt iniquitates; quando tanquam columba splendida facie lucenteque anima Ecclesiam ingrediemini.* Et rursum: n *Vnusquisque vestrum assistet Deo coram exercituum Angelorum myriadibus.* Denique, n *saltabunt circa vos Angeli & dicent, quæ est ista, quæ ascendit dealbata?* Verum omissa consequentiæ ineptia, dico Ambrosij mentem nullomodo esse Christum per corporis sui substantiam in Eucharistia esse præsentem, quandoquidem ipsemet

i In Luc. lib. 2.
k Basil. Esa. 1. 21. Nazianz. ad finem orat. 32. Ephræm. De jejunio. Chrysost. in ascens. Domini. Cyrill. de Adoratione lib. 8.
l Præfat. Cateches. Hierosolymitan.
m Cateches. 3. illum. μύησιν ἐφεξῆς τῆς ἡμῶν πνευματικῆς τοῦ βίου εὐταξίας μυσταγωγοῦσι ἄγγελοι.
n Ibid. χορὸν ἔσεσθαι ἀγγέλων ἁγίων ἐν ἡμῖν, ἐπὶ τὸν ἐκκλησιαστήριον ἀναβαίνοντα ἀλλομένους.

ait, ut supra observabamus, o *non super terram nec in terra, nec secundum carnem quærere debemus salvatorem, si volumus eum invenire atque contingere*; sed intelligere illum esse in mensa Eucharistica, quemadmodum in ea immolatur & offertur. Testatur autem ipse rursum, Christum p *semel oblatum fuisse*, nec jam hic offerri, nisi *in imagine*, cum è contra in cœlis offerat se *in veritate.*

Ambrosius.
o Sermon. 58.
p De pœnitent. l. 2. c. 3.

Tertius locus ducitur è libris de Spiritu Sancto ubi Ambrosius tractans illud psalmi 98. *Adorate scabellum* pedum ejus, ait: q *per scabellum terra intelligitur, per terram autem caro Christi, quam hodie quoque in mysterijs adoramus, & quam Apostoli in Domino Iesu, ut supra diximus, adorarunt.* In quæ verba sic Bellarminus: *hic locus nullam admittit solutionem: & liber est indubitatus, & sermo est de adoratione Latria, & aperte Ambrosius dicit, carnem Christi verbo vnitam adorari a nobis in mysterijs, id est in Eucharistia.* Perronius autem ita hunc modum: r *Quis non videt Ambrosium ibi loqui de adoratione externa, corporali & visibili, actu celebrationis Eucharistiæ facta, atque directe, distincte & specialim ad corpus Christi directa quatenus in Eucharistia existit, non simpliciter quatenus in cœlo?* Sed mirum est Adversarios tam fragile argumentum pro insolubili obtrudere. Ut enim illis demus Ambrosium loqui de adoratione, tum interna, tum externa carnis Christi verbo vnitæ, vnde, quæso, probaturi sunt eum agere de adoratione, tum quæ in Eucharistia determinate fiat, tum carnis illius in Eucharistia, non in cœlo existentis? Neutrum enim dicit Ambrosius, Tantummodò ait: nos carnem Christi *in mysterijs*, id est, in mysteriorum celebratione *adorare.* At vero qua de causa quod de mysterijs plurali numero, hoc est, de sacramentis generatim dicit, ad Eucharistiam præcisè & determinatè restringunt? Quid obstat quominus ejus verba accipiamus de adoratione carnis tanquam verbo unitæ, quæ tum in baptismo, tum in Eucharistia fiat? Cum enim in baptismo *vivi intelligibilis participes* efficiamur juxta s Cyrillum, *in lavacro regenerationis carnem Christi manducemus & sanguinem bibamus & secundum mysterij veritatem & secundum veritatis mysteria*, juxta t Fulgentium, in baptismo denique u *Christum induamus* & x *totus homo* nolter *redimatur* juxta Ambrosium ipsum: redemptio autem per carnem Christi facta sit; quis dubitat carnem Christi in baptismo esse adorandam? *Nemo* enim, inquit a Augustinus, *illam carnem manducat, nisi prius adoraverit.* Imo, annon author incertus commentarij in Marcum inter Chrysostomi opera b ait: y *vos qui accepturi estis baptisma, primum tenete pedes salvatoris, lauate lachrymis, crine tergite?* Nihil autem aliud hoc est, quam Christum Deum & hominem adorare, si

q Lib. 3. cap. 12.
r De Euch. l. 3. c. 14.
s Glaphyr. in Exod. l. 2. αἱ πνευματικῶν ἔτι καὶ ἀσωμάτων ἀναδιανεύσεις. ἐξὸν γὰρ ἐνθάδε τοῦ βιοκλινοῦς.
t De bapt. Æthiop. c. ult.
u Serm. 33.
x Epist. 77.
a In Ps. 98.
b In Marc. homil. 14.

Paulino

Ambroſius.

Paulino Nolano credimus. Is enim hæc de adoratione interpretatur. Nam poſtquam dixiſſet, ſequi nos debere exemplum mulieris illius quæ pedes Domini exoſculata eſt, lachrimis rigavit & capillis ſuis terſit; *Exhortemur ergo nos invicem* c inquit *certatimque dicamus,* d *Venite, adoremus, & ploremus ante Dominum qui fecit nos.* Quin & ipſe Chryſoſtomus aut veterum quis alius de baptiſmo loquens, nunquid diſerte ait; e *poſtquam ad thalamum Spiritus perveneritis, poſtquam ad porticum gratiæ accurreritis, poſtquam prope tremendam ſimul & deſiderabilem piſcinam veneritis, & tanquam captivi procideritis coram rege, omnes ſimiliter in genua vos projicite, ac manibus in cœlum ſublatis ubi regie conſidet rex omnium, luminibuſque in immobilem illum oculum directis hujuſmodi verbis apud benignum Dominum utimini* &c. At vero, ſi Chriſtus Rex noſter in baptiſmo adorandus nobis eſt, nec tamen in eo, quaſi carne præſens re vera eſſet, adorandus, ſed quâ in cœlis ſedet, cur non & ipſum pariter, ſive carnem ejus in Euchariſtia adoraremus, quamvis, non in Euchariſtia, ſed in cœlis exiſtentem? Sed quid argumentis opus eſt? *Carnem Chriſti*, inquit Ambroſius, *in myſteriis adoramus.* Demus eum id intelligere in actu celebrationis Euchariſtiæ fieri: ideo ne mens ejus erit adorationem hanc illi exhiberi reapſe in Euchariſtia ſub accidentibus panis inviſibiliter exiſtenti, non vero qua in cœlis eſt? Nugas meras! Ambroſius ipſe contrarium ſat innuit. Nam, ut ſupra jam obſervavimus, exponens hæc Apoſtoli verba, *qua ſurſum ſunt quærite, ubi eſt Chriſtus ad dexteram Dei ſedens*; ait: f *Ergo jam non ſuper terram, nec in terra, nec ſecundum carnem quærere debemus ſalvatorem, ſi volumus eum invenire atque contingere, ſed ſecundum divinæ majeſtatis gloriam, ut dicamus cum Apoſtolo Paulo, nunc autem ſecundum carnem non novimus Chriſtum. Igitur & Stephanus Beatus fide ſua non ſuper terram quæſivit Chriſtum, ſed ſtantem illum ad dexteram Dei recognovit: ibi illum reperit, ubi mentis devotione quæſivit.* Quis autem negare audeat Chriſtum in actu celebrationis Euchariſtiæ adorari, ubi eſt, & ubi quærendus eſt ab ijs qui eum reperire deſiderant? At ille eſt, inquit Ambroſius, ad dexteram Patris, nec ſuper terram, nec in terra, nec ſecundum carnem quærendus eſt: Non igitur in Euchariſtia juxta illum adoratur, quâ in terra aut ſuper terram ſecundum carnem exiſtens, ſed quâ in cœlis eſt ad Patris dextram conſidens.

Quartus locus ducitur ex libro de incarnationis Dominicæ ſacramento, ubi Ambroſius ait: g *Si credas a Chriſto carnem eſſe ſuſceptam & offeras transfigurandum corpus altaribus, non diſtinguas tamen naturam divinitatis & corporis, & tibi dicitur: Si recte offeras, non autem recte dividas, peccaſti, quieſce.* At, inquit h Perronius, *quomodo in ſacramento noſtro Chriſtus corporis ſui figuram mutat, ſi corpus Chriſti ſub ſacramenti ſpecie non eſt?* Pulchre: Quaſi verbum *transfigurare* tantumodo accipi poſſet, pro *figuram mutare.* Atqui aliter ſumi poteſt, idque dupliciter. Primo, videlicet, pro *efficere*, ut quando Plinius de amygdalis, dicit: i *ex dulcibus transfiguruntur in amaras*; hoc eſt, amaræ efficiuntur. Quo ſenſu dicere poſſet Ambroſius, offerri corpus Chriſti altaribus trāsfigurandum, nimirum, ut innueret panem qui ad conſecrationē offertur, ideò offerri ut inde Chriſti corpus efficiatur, ſymbolicū videlicet, ſeu corporis ſacramētum: quemadmodum ipſemet ſupra dicebat, k *Sacramentum illud quod accipis ſermone Chriſti conficitur.* Secundo & ſimpliciter pro *figurare*, ſicut tranſmutare pro *mutare*, tranſdere apud l Veteres, vnde tradere, pro *dare.* Quo rurſum ſenſu dicere poſſet Ambroſius, *ſi offeras transfigurandum corpus altaribus*; videlicet, ad indicandum oblationes panis a fidelibus ad *vſum* Euchariſtiæ afferri ſolitas, ideo ab eis datas eſſe, ut inde corpus Chriſti figuraretur, ſeu, quod eodem redit, ut inde fieret figura ac ſacramentum corporis Chriſti; Quo ſenſu & alibi de pane & vino loquens ait, m *per ſacra orationis myſterium transfiguruntur in carnem & ſanguinem*, hoc eſt, figura fiunt corporis & ſanguinis; quemadmodum Author Librorum de ſacramentis, exponit; l *Fac nobis hanc oblationem aſcriptam, rationabilem, acceptabilem, quod eſt figura corporis & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti:* verboque compoſito *transfigurare* potius quam ſimplici *figurare* expreſſe uti ad deſignandum id pani, ut ſupra monebat, præter ſeu trans naturæ ordinem contingere, nempe, ex benedictione Chriſti. Utro autem horum ſenſuum Ambroſium loqui dicamus, nobis ſanè perinde eſt. Nam in eumdem concurrunt Ambroſij menti placitiſque conſentaneum, & à fictitio Perronij alienum. Ad ſcopum autem Ambroſij in hac allegorica meditatione; quod attinet, is eſt, non confundendas eſſe in Chriſto: ſed ſtudioſe diſtinguendas naturas divinitatis & corporis, & ad earum utrumque, quod cuique convenit, referendum, ut & n Etherius & Beatus adverſus Elipandum hoc ipſo Ambroſij loco abſque illius citatione vtentes obſervant. Ipſum enim Euchariſtiæ ſacramentum id innuere. Nam quamvis Dominus in ejus inſtitutione in concreto dixerit, *hoc facite in mei commemorationem*; tamen, ſi recte velimus offerre, dividendum eſt, & tenendum, panem qui offertur figuram eſſe, non divinitatis (figura enim archetypum ſuum per ſimilitudinem referre debet: *quomodo* verò, inquit Ambroſius in hoc ipſo o tractatu, *inviſibilis ſecundum ſimilitudinem colorem aptamus aut formam?*) ſed, corporis. Idem notat Theodoretus: p O. *Cujus putas ſignum & figuram eſſe ſanctiſſimum*

c *Epiſtol 4.*
d *Ex Pſalm. 94. 6.*
e *Tom. 6. In illud, Simile eſt regnū Cœlorum.* ὅτι δεῖ καὶ ἐν λιβητι τὸν συμφῶνα ἵστασθαι, ὅταν ἔλθητε ἐπὶ τὸν θεῖον γάμον, ὅταν ἐπιδημήσητε τῇ ποθεινοτάτῃ τοῦ Χριστοῦ, ὅταν πλησίον γένησθε τῆς φοβερᾶς ἐκείνης καὶ πολυποθήτου βασιλείας, ἵνα καὶ μετὰ πολλῆς τῆς εὐκοσμίας εἰσδράμητε εἰς τὸν νυμφῶνα, καὶ μετὰ τῶν ἀγγέλων ὅταν κλίνητε βασιλικῶς τὸ πρόσωπον ἅπαντες ὁμοῦ, καὶ τὰς ἐφθαλμὰς ἀνατείνητε εἰς τὸν ἀόρατον βασιλέα, καὶ τὰς ἐφθαλμὰς ἀνοίξητε τῆς διανοίας πρὸς τὸν ἀόρατον ἐφθαλμὸν, πάντως ποθεῖτε τὸν φιλάνθρωπον δεσπότην ἰδεῖν.
f *Serm. 58.*
g *Capit. 4.*
h *De Euch. l. 2. Author. 31. c. 4.*
i *Hiſtor. l. 17. c. 24.*
k *De his qui initiant. c. 9.*
l *Lib. 4. c. 5.*
m *Lib. 2.*
n *De Incarnat. c. 10.*
o *Dialog. 3.*

Ambroſius.

Pseudo-Ambrosius.

simum cibum, divinitatisve Christi Domini, an corporis & sanguinis? E. *Non dubium, quin illorum quorum & nomina acceperunt.* O. *Corporis & sanguinis dicis?* E. *Ita dico.* O. *Ut veritatis amicum decet, locutus es. Nam Dominus accepto symbolo non dixit, hæc est divinitas mea, sed,* p *Dialog. 3.* *hoc est corpus meum.* Et rursum: p O. *non igitur divinitatis mentionem fecit, ostendens (aut efficiens) passionis typum?* E. *Non.* O. *Sed corporis & sanguinis.* E. *Verum est:* O. *Corpus ergo cruci affixum est!* En ut ipsa Eucharistia juxta Ambrosij mentem inter duas Christi naturas dividendum esse innuat.

Ultimus denique locus ducitur ex sermone de passione S. Agnetis, ubi ea introducitur dicens: q *Iam corpus ejus* (Christi Cœlestis sponsi) corpori *meo sociatum est, & sanguis ejus ornavit genas meas.* Undè colligit Bellarminus, *corpus Christi secundum Ambrosium ingredi in corpus nostrum.* Sed mendacem decebat esse memorem. Nam, ut præteream incertum esse, utrum de Eucharistia ibi agatur, nec-nè, cum totus ille locus prorsus allegoricus sit, ut patet ex verbis præcedentibus immediatè, Ubi Agnes inducitur dicens; *A quo mihi jam thalamus constitutus est, cujus mihi organa modulatis vocibus canunt: jam mel & lac ex ore ejus suscepi, jam amplexibus ejus castis astricta sum*, &c; annon ipse Bellarminus alibi ait: a *Sermo nonagesimus de passione B. Agnetis dubius redditur, quoniam S. Ambrosius lib. 1. de Virginibus significat, beata Agneti cervicem gladio amputatam.* Stetit, inquit, oravit, cervicem inflexit. *At illius sermonis Author scribit, B. Agneti ad palum alligatæ, ut combureretur, cum flamma divinitus extincta esset, jussa Aspasij judicis gladio guttur fuisse perfossum.* Idem ante illum judicaverat b Erasmus: ut de eo necesse non sit ulterius inquirere.

q *Sermon. 90.*

a *De scriptor. Eccles. in Ambros.*

b *Præfat. tom. 3.*

Examen Testimoniorum Authoris Librorum De Sacramentis Ambrosio malè tributorum.

CAPUT I.

SEQUITUR Ambrosium, loco quamvis non suo, Ambrosij Simia. Sic enim appello Authorem Librorum de Sacramentis apud Ambrosium. Nam licet Bellarminus dicat; *Libros illos ejusdem Authoris esse, Cujus est liber de myster. init. res ipsa per se clamat, tanta est Styli & sententiarum similitudo*; Ego contra contendo tantam esse Styli dissimilitudinem, ut non *timidè*, prout nos loqui fingit Bellarminus, sed *audaciter* dixerim, illos non esse Ambrosij: quod varijs rationibus spondeo me probaturum. Id autem ajo, non quod ab Authore quisquis sit, quicquam metuamus, ut ex sequentibus patebit, sed unico veritatis amore in eo ducti.

Pseudo-Ambrosius.

Primo ergo, *Dicendi genus Ambrosij*, inquit c Sixtus Senensis, *prout rerum varietas expostulare videtur, varium est, sed ubique lucidum ac perspicuum eloquentiæ flumen effundens,* c *Biblioth. l. 4.* *ut ait Augustinus: qui etiam in* c *quarto de Doctrina Christiana volumine profert ex operibus Ambrosij pulcherrima quædam exempla triplicis Ambrosiana elocutionis, hoc est, summissæ, temperatæ, & grandis: ex quibus ostendit eum de humilibus summissè, de mediocribus temperatè, de magnis sublimiter pro rerum diversitate ac dignitate dixisse.* Contra vero Author Librorum de sacramentis ubique, locis ijs exceptis quæ ex Ambrosio transcripsit, barbarissimis scatet. Exempla aliquot proferre sufficiet, cum innumera sint. Libro primo: f *Nec hoc possum dubitare, quod in animum vestrum non potuerit cadere, quod cecidit in illum Syrum Naaman.* Et rursum de eodem Naaman loquens postquam eum Propheta hortatus esset ut se in Jordane lavaret: g *Ille cœpit cogitare secum & dicere, hoc est totum?* Libro secundo varias baptismi figuras recensens: *aliud*, h inquit, *etsi ordinem non tenemus.* Et rursum: i *possibilitas vitæ nostræ non admittebat ut terra operiremur & de terra resurgeremus.* Libro tertio agens de lotione pedum baptizatorum in Ecclesia Romana haud observata: k *Sed tamen & nos homines sensum habemus, ideo quod alibi rectius servatur, & nos rectè custodimus.* Et rursum: l *Sunt aliqui, scio certè aliquem fuisse qui diceret, cum illis diceremus, in hac ætate magis baptizari debes, dicebat ille, quare baptizet.* Libro quarto: m *Reliqua omnia quæ dicuntur, laus Deo defertur.* Et rursum: *Cecideratne ferrum securis in aquas, quasi ferrum sua consuetudine demersum est.* Denique: n *Crastina die, sabbatho & Dominica de orationis ordine dicemus, quemadmodum possumus.* Libro quinto: o *Quid est altare, nisi forma corporis Christi?* Et rursum: p *David Latabatur, & nihil se abesse dicebat.* Libro sexto: q *Paulus, non contrarius, sed interpres est Christi.* Et rursum: r *unde oratores isti sapientes hanc habent Disciplinam, ut judicem fautorem sibi præstent, incipiunt à Laudibus ejus, ut benevolum sibi faciant cognitorem.* Quis autem rivulos, amabo, cœnosos adeo ab hoc *eloquentiæ flumine* profluere posse, nisi ipse mentis turbatæ sit, judicaverit?

f *c. 3.* g *c. 5.* h *c. 4.* i *c. 6.* k *c. 1.* l *c. 2.* m *c. 4.* n *Cap. 6.* o *Cap. 2.* p *c. 3.* q *c. 3.* r *c. 5.*

Secundo, horum Librorum Author multa habet, quorum nonnulla levia sunt & ridicula, Ambrosianaque gravitate prorsus indigna, nonnulla repugnantia & contradictona, nonnulla etiam simpliciter falsa. Libro primo: *Roma*, s inquit, *fideles dicuntur qui baptizati sunt.* Quasi vero hæc appellatio Romæ peculiaris fuisset. At ubique t communis erat, in Oriente, in Meridie, in Septemtrione, in Occidente. Ambrosius ipse-

s *c. 1.* t *Tertull. de præscript. Cyrill. Hierosol. Cateches. 1. August. de verb. apost. serm.*

met Me-

Pseudo-Ambrosius.

Horum Librorum, quod temere admodum Bellarminus pronuntiat, an non contra injurium sit illi tribuere velle. Ex Adversarijs ipsis Arnaldus eos citans: *si tamen Ambrosij sunt*, b inquit. Ego censeo illos esse Authoris septimi seculi ex tractatu Ambrosij de *his qui initiantur*, explicato consarcinatos, & propter similitudinem Ambrosio attributos cum rapsodi nomen ignoraretur. Non enim mihi verisimile videtur Ambrosij esse putatos, ex eo quod notat Augustinus Ambrosium de sacramentis scripsisse. Id enim quidem ait Augustinus, sed & ita se explicat ut dubitationem omnem amoveat: *de Sacramentis*, c inquit, *sive de Prophetia scripsit. Hoc opus sic incepit: Sunt praecepta quadam.*

b De La frequent. Communio part. 3. c. 13.

c Retract. l. 2. c. 4.

CAPUT II.

IAM vero inquiramus, utrum horum Librorum Author in quæstione de qua agimus noster sit, an Adversariorum.

Perronius post Bellarminum & alios innumeros, hæc illius verba objicit: d *Panis est ante verba sacramentorum, ubi accesserit consecratio de pane fit caro Christi. Hoc igitur astruamus, quomodo potest qui panis est corpus esse Christi. Consecratione. Consecratio igitur quibus verbis est, & cujus sermonibus? Domini Iesu. Nam reliqua omnia quæ dicuntur, Laus Deo defertur, oratione petitur pro populo, pro Regibus, pro cæteris. Ubi venitur ut conficiatur venerabile sacramentum, jam non suis sermonibus sacerdos, sed utitur sermonibus Christi. Ergo sermo Christi hoc conficit sacramentum. Quis sermo Christi? Nempe is, quo facta sunt omnia. Iussit Dominus, & factum est cœlum. Iussit Dominus, & facta est terra. Iussit Dominus, & facta sunt maria. Iussit Dominus, & omnis creatura generata est. Vides ergo quam operatorius sit sermo Christi. Si ergo tanta vis est in sermone Domini ut inciperent esse quæ non erant, quanto magis operatorius est ut sint quæ erant, & in aliud commutentur? Cœlum non erat, mare non erat, terra non erat. Sed audi dicentem: Ipse dixit & facta sunt, ipse mandavit, & creata sunt. Ergo tibi ut respondeam, non erat corpus Christi ante consecrationem: sed post consecrationem dico tibi, quod jam corpus est Christi*, &c, perinde ac Ambrosius in tractatu supra citato. Verum, quid hinc Adversarij exculpserint? Author ait, panem esse ante consecrationem. panem, videlicet, *simplicem & communem*, ut Irenæus & Cyrillus Hierosolymitanus loquuntur; per consecrationem vero de pane *fieri* carnem Christi, & post consecrationem Christi corpus esse. Rectè. Ideone consequetur de pane fieri carnem propriè & substantialiter, aut panem quoad substantiam in propriæ carnis Christi substantiam transmutari? Minime gentium. *Fieri* enim, inquit e Cyrillus, *non semper de-*

d Lib. 4. c. 4.

e Thesauri assert. 20. p. 201: Τὸ γενέσθαι οὐ πάντως σημαίνει μεταβολήν.

signat naturæ (id est, substantiæ) *mutationem*. Alioqui quando Augustinus ait, u *non solum nos Christianos factos esse, sed Christum*: Et Leo: x *Corpus regenerati sit caro crucifixi*; Et Paulinus: y *Christus nos emit*, &c, *vt ingenium regale & sacerdotale mutati efficeremur sanguis ejus*; pariter dixerim ex simili loquendi formula nos in Christum ac Christi carnem & sanguinem substantialiter mutari. Rursum & quando Chrysostomus ait, z *post baptisma Angeli pro hominibus facti sunt*; Et ipsemet Author noster immediate post verba objecta; *Tu ipse eras, sed eras vetus creatura; postquam consecratus es nova creatura esse cœpisti*; similiter quis concluderet ex vi locutionis, post baptisma nos non amplius substantia esse homines, sed Angelos aut alias substantia creaturas: quod tamen omnium confessione falsum est. Necesse igitur non est, ex eo quod Author ait, de pane fieri carnem vel corpus Domini, id intelligere, quasi vellet panem ipsummet corpus Domini substantialiter esse effectum; sed ad ejus dicta verificanda sufficit, panem Christi corpus fieri & esse, tum signo & sacramento, tum similitudine virtutis. Quod & ipsemet explicat, cum ibidem ait, *vbi venitur ut conficiatur venerabile Sacramentum*. Et rursum: *Ergo sermo Christi conficit hoc Sacramentum*. Quis enim non videt illum rem eamdem diversa locutione exprimere, atque illi Synonyma esse, panem fieri corpus Christi, & panem confici sacramentum corporis Christi? Communissima quippe est ea loquendi formula per quam Rex, exempli gratia, à pictore vel sculptore fieri dicitur, quando ejus effigies, vel pictura delineatur vel lapide effingitur. Quemadmodum & olim Horatius

Pseudo-Ambrosius.

u In Ioan. tract. 21.

x De passion. serm. 14.

y Epist. 16.

z In Act. hom. 13. μᾶ τὸ φιλόσοφον ἀγάπας ἀλλὰ ἀδιάφορον μᾶλλον σημαίνει.

a *Faber incertus, scamnum faceret ne Priapum,*
Maluit esse Deum.

a Serm. 2. 2. Satyr. 8.

Talem autem esse Authoris ipsius mentem, licet hic respondentium partes tueamur, ex plenitudine juris probandum quoque suscipimus adversus leviculas Perronij exceptiones.

Primo enim postquam Author dixisset: *Ergo sermo Christi hoc conficit sacramentum. Quis sermo Christi? Nempe, is quo facta sunt omnia* &c, subjungit; *Si ergo tanta vis in sermone Domini Iesu vt inciperent esse quæ non erant, quanto magis operatorius est, ut sint quæ erant, & in aliud commutentur?* Non autem intelligit panem remanere quod erat iuxta qualitatem, videlicet, panem simplicem & communem; b *qui enim a terra panis est percipiens invocationem Dei, jam non communis panis est*: Intelligit ergo remanere juxta substantiam. At si intelligat eum juxta substantiam manere quod erat, in aliud ergo, nimirum, in corpus Christi, non substantia, sed qualitate mutatur, corpusque fieri dicitur quia illud fiat sacramento & virtute. Implicat enim contradictio-

b Irenæus l. 4. c. 34.

Pſeudo-Ambroſius.

tradictionem, ſubſtantialiter manere quod erat & ſubſtantialiter in aliud mutari. Hîc vero ſe valde torquet Perronius, ut elabi poſſit. Ait enim primò: *Lectionem hujus periodi dubiam eſſe, & incertum eſſe annon ſimpliciter legendum ſit*, ut quæ erant in aliud commutentur. *Ratio eſt, quia olim notaverit* c *Lanfrancus in quibuſdam codicibus ita legi, lectionemque hanc concordare cum ea Libri de initiandis, ubi ſimpliciter habetur; Sermo Chriſti qui potuit ex nihilo facere quod non erat, non poteſt ea quæ ſunt in id mutare quod non erant?* Verum, hæc parvi ſunt. Nam, ut omittam in d Vetuſtioribus Lanfranci editionibus ſimpliciter negari tale quid ab Ambroſio dictum, ac in recentioribus tantum, quibus undecim lineæ ex neſcio quorum codicum fide adjectæ ſunt hanc obſervationem haberi, quod fraudis etiam ſuſpicione laborat; quis Lanfranco credat, cum e Guitmundus, f Algerus, g Yvo, h Gratianus, i Anſelmus, & alij innumeri, omniaque exemplaria tam * manuſcripta quam edita, excepta Romana editione nupera & ſequentibus ad ipſius normam depravatis, conſtanter & uniformiter legant, *ut ſint quæ erant & in aliud commutentur*? Quis non potius judicaverit id a Lanfranco effugij gratia eſſe confictum, cum ab argumento Berengarij ex hoc loco, aliter ſe expedire cum probabilitate non poſſe animadverteret? Neque enim illum juvat ſimilitudo loci ex tractatu de initiandis. Nam quamvis ejuſdem Authoris ſorent, quod ſupra falſum eſſe probavimus, quis neſcit eumdem Authorem vno & altero loco aliter atque aliter pro libito loqui poſſe? Annon ſupra oſtendimus id ipſum à Tertulliano in eadem Euchariſtiæ materia eſſe factitatum? Reſpondet igitur ſecundo Perronius, eum eſſe non poſſe verborum illorum quem dicimus ſenſum, *cum teſtetur Ambroſius in tractatu ſupra memorato, panem poſt conſecrationem non hoc eſſe quod natura formavit.* Verum, cum in illius examine ſupra dixerimus, Ambroſij mentem haud eſſe, panem nullomodo amplius eſſe hoc quod natura formavit, ſed tantum, non id ſimpliciter eſſe quod natura formavit, videlicet, communem panem, cum per benedictionem in ſacramentum corporis Chriſti mutetur; de verborum eorum ſenſu impræſentiarum vlterius non inquiremus. Denique reſpondet, *Authorem noſtrum id tantummodo innuere, quandoquidem omnipotentia Dei res a non eſſe ad eſſe adduxit, quæ termini ſunt infinita diſtantia à ſe diſſiti & inter quos nulla eſt proportio & commenſuratio, illam potiori jure eas in latitudine vniverſali eſſendi conſervando, de ſpecie in ſpeciem commutare poſſe. Panis enim Euchariſtiæ per tranſubſtantiationem à conditione generali eſſendi non recedit, ſed ab eſſe ſpeciali ad aliud eſſe ſpeciale tranſit, hoc eſt, non abſolute terminatur ad non ens, ſed ad aliud ens cum quo jungitur ſucceſſione & contiguitate eſſendi, per perſiſtentiam & vnitatem accidentium ſub quibus vnus ex terminis alteri ſuccedit.* Idem fere habet Bellarminus, & alij. Verum id portentum ludibrio excipit Gregorius Nyſſenus: *Strepitus*, k inquit, *quidam eſt, & ſonus manu temere conflatus, hæc nihil ſignificans oratio*, &c. *Quomodo enim quis a ſua ipſius eſſentia divulſus, in eſſe permanet?* Et rurſum: l *poſſibile non eſt eum qui extra naturam ſit, in eſſe manere.* Optimè ſanè, & plane in rem noſtram. Primo enim ſecundum m Adverſarios *peracta conſecratione nihil omnino ſubſtantiæ panis remanet, nec magis eſt actu quam ſi nunquam fuiſſet, aut erat ante creationem mundi.* Quod autem ſimpliciter non ens eſt, & nihil, quomodo dici poteſt in latitudine vniverſali eſſendi conſervari? Deindè, Author ait de pane & vino, *vt ſint quæ erant.* At non ſimpliciter erant in latitudine univerſali eſſendi, ſed in eſſe ſpeciali panis & vini: Ergo ſi manent quod erant, in hoc eſſe ſpeciali panis & vini permanent. Tertiò addit, *vt ſint quæ erant & in aliud commutentur.* Quibus verbis duo innuit. Prius eſt, panem & vinum ita mutari, ut nihilominus perſiſtant eſſe quod erant. At ſi panis & vinum peracta conſecratione ſecundum ſubſtantias ſuas non magis actu ſunt, quam ſi nunquam fuiſſent, periſſe dici deberent, non autem eſſe mutata, ex Veterum mente. Sic enim Tertullianus: n *Diſcernenda eſt demutatio ab omni argumento perditionis. Aliud enim eſt demutatio, aliud perditio.* Poſterius eſt: idem ſubjectum, eſſe quod erat, & in aliud mutari. Non autem accidentia ſunt ex ipſorum Adverſariorum confeſſione quæ in aliud, id eſt, in Chriſti corpus & ſanguinem mutantur: Fateri igitur debent, non ſola eorum ratione Authorem dicere, *ut ſint quæ erant*; ac proinde ſubſtantiæ ratione id quoque ab illo aſſeri. Denique abſurdiſſimum eſt affirmare, ſubſtantias panis & vini, ſi peracta conſecratione in rerum natura nihil ſunt, in eſſe conſervari, tum per exiſtentiam corporis & ſanguinis Chriſti, quæ in earum locum ſuccedunt, tum per ipſarum accidentia quæ remanent. Nam quicquid verè eſt, per propriam exiſtentiam exiſtit, non per alienam. Alterius enim quod exiſtit, eſſe, eo ipſo quod ſit, non præſtat ut quod actu non eſt, exiſtat. Nec panis & vinum remanere dici poſſunt, ſi eorum tantum accidentia permaneant, cum accidentia illa panis & vinum non ſint.

Secundo, illuſtraturus Author quod dixerat, *Vt ſint quæ erant & in aliud cõmutentur*, ſubjungit: *Tu ipſe eras, ſed eras vetus creatura, poſtea quam conſecratus es, Nova creatura eſſe cœpiſti. Vis ſcire, quam nova Creatura? Omnis*, o inquit, *in Chriſto nova creatura. Accipe ergo quemadmodum ſermo Chriſti omnem creaturam mutare conſueverit, & mutat quando vult inſtituta natura.*

Cui au-

Pſeudo-Ambroſius.

c *De Sacramens. Euchariſt.*

d *Vid. Edit. Baſileenſ. apud. Henric. Petri. anno. 1555.*

e *De Sacra. ſeu Verit. Euchar. l. 3.* f *De Sacram. corp & ſang. l. 1. c. 7.*
g *Decret. part. 2. de Sacram.*
h *De Conſecrat diſtinct. 2.*
i *De Corpor. & ſang Dõ. vide & Valdenſ. tom 2. Holcot in 4. ſentent. q. 3. Biel in Canõ. lect. 40. Gaetium de præſ. Corp. Ch. claſſe 1. Catechiſm. Concil. Trid. ad parach. de Euchariſtia. Magiſter. ſentent. l. 4. diſt. 10.*
* *Ita legunt exemplaria duo biblioth. Reg. num. 31. & 1070.*

k *Contr. Eunom. l. 2. ad lin. 1.* ψόφος τίς ἐστι, καὶ ἀχὼ μάτην συγκεκρότηται, ὁ ἀνύπαρκτος οὗτος καὶ ἀνυπόστατος λόγος, &c. πῶς γὰρ τὸ τῆς οὐσίας ἴδιον χωρισθὲν τοῦ τὸ εἶναι μένει;

l *De anima & reſurrect. ante med.* ἀδύνατον δὲ τὸν παρὰ φύσιν τοῦ εἶναι μένειν.

m *Gamach. tom. 3. q. 74. c. 4.*

n *De reſurrect. carnis.*

o 2. Cor. 5. 17.

Pſeudo-Ambroſius.

Cui autem veriſimile ſit illum mutationis accidentalis exemplum ad theſeos ſuæ confirmationem ex induſtria elegiſſe, ſi in ea de mutatione ſubſtantiali ageretur? Ex poſſibilitate enim majoris aut æqualis, poſſibilitas minoris aut æqualis colligi poteſt, non vero majus ex minori. Quid ad id Perronius? *Intenſio*, inquit, *Authoris non in eo eſt ut conferat operationes diverſorum illorum verborum ſacramentalium formaliter, ſed analogice. Nam quia res quarum Baptiſmus & Euchariſtia ſacramenta ſunt, non in eodem genere vnivoco, ſed analogico conveniunt, Cum hæc ſacramentum ſit ſubſtantiæ, ille accidentis, hoc eſt, Euchariſtia nobis communicet & exhibeat ſubſtantiam, videlicet, corpus & ſanguinem Chriſti, baptiſmus autem qualitatem, effectum & virtutem, nimirum, gratiam Spiritus, ſimilitudines formales eſſe nequeunt, ſed analogicæ. In comparationibus autem analogicis ſufficit, conſequentias per proportionem & analogice deduci. Itaque tantum abeſt vt exemplum baptiſmi, ſuper quo tamen Ambroſius nullomodo inſiſtit, eo tantum obiter vtens & ornatus gratia, tanquam flore inter varios fructus, deroget mutationi ſubſtantiali Euchariſtiæ, quin contra ſumptum prout par eſt, ſcilicet, analogice, eam prorſus confirmet ac habiliat. Nam ſi verba ſacramentalia baptiſmi, qui ſacramentum qualitatis tantum eſt, operatur, non mutationem imaginariam, ſed veram & realem qualitatis mutationem in ſubjecto ſuper quod proferuntur, id eſt, in homine baptizato; quis non videt verba Euchariſtiæ, quæ ſacramentum ſubſtantiæ eſt, juxta analogiam & proportionem terminorum, veram & actualem ſubſtantiæ mutationem in ſubjecto de quo enunciantur, ſcilicet, in pane & vino operari debere?* At ego contra pertendo, mutationes illas duas ab Authore formaliter ad ſe invicem comparari. Nam exemplum mutationis in homine baptizato non obiter tantum adducit, ut fingit Adverſarius, ſed ex profeſſo ſicut cætera, nec in eo minus inſiſtit quam in reliquis, quæ pariter exempla ſunt mutationis accidentalis, non ſubſtantialis. Poſtquam enim attuliſſet exemplum incarnationis tanquam divinitus factæ contra naturæ inſtituta & ordinem; *Accipe aliud*, inquit. *Vrgebatur populus Iudæorum ab Ægyptijs, intercluſus erat mari, divino imperio virga Moyſes tetigit aquas, & ſe vnda divifit, non vtique ſecundum naturæ conſuetudinem, ſed ſecundum gratiam Cæleſtis imperij. Accipe aliud. Sitiebat populus, veniebat ad fontem, amarus erat fons, miſit lignum ſanctum Moyſes in fontem, & factus eſt dulcis fons qui amarus erat, hoc eſt, mutavit conſuetudinem naturæ ſuæ, accepit dulcedinem gratiæ. Accipe & quartum exemplum. Ceciderat ferrum ſecuris in aquas, quaſi ferrum ſua conſuetudine demerſum eſt, miſit lignum Heliæus, ſtatim ferrum elevatum eſt & aquis ſupernatavit, vtique contra conſuetudinem ferri. Eſt enim materies gravior quam aquarum eſt elementum.*

Ex his igitur omnibus non intelligis quantum operetur ſermo cæleſtis? Nota, *ex his omnibus.* Aperte enim indicat ſe hiſce cunctis exemplis ſimiliter uti. Tria autem hæc ultima non adhibet analogice, ut cum Perronio loquar. Nam ex mutatione quæ in illis olim facta eſt, ad panis & vini in Euchariſtiâ mutationis poſſibilitatem argumentatur. Ergò tanquam ab æqualibus, id eſt, formaliter: ac proinde ſimiliter in exemplo baptiſmatis quod illis proponit. Cum enim mutatio ſubſtantialis major ſit & potior accidentali, ſi illam in pane & vino Euchariſtiæ intervenire credidiſſet, poſſibilitatem ipſius, (ut initio dicebam) ex inæqualibus & minoribus, hoc eſt, ex mutationibus accidentalibus colligere non potuiſſet. Itaque ſtatuendum eſt eum non aliam in pane & vino quam accidentalẽ mutationem agnoſcere. Extra oleas autem primò eſt quod hic effutit Perronius de comparatione baptiſmi & Euchariſtiæ. Nam Author non confert aquam baptiſmi & panem & vinum Euchariſtiæ reſpectu earum rerum quarum utraque ſacramenta ſunt, ſed mutationem quæ in pane & vino per conſecrationem contingit, cum ea quæ in homine per baptiſmi conſecrationem ſimiliter efficitur, ac è poſteriori prioris poſſibilitatem colligit: malè, ut toties obſervavi, niſi æquales ſint. Deinde, etſi conferret, falſo ſupponit Adverſarius Euchariſtiam eſſe ſacramentum ſubſtantiæ, baptiſmum vero tantum ſacramentum accidentis. Nam baptiſmus ſacramentum eſt ſubſtantiæ perinde ac Euchariſtia, cum aqua baptiſmatis in confuſo ſignificet, tùm Spiritum Sanctum, tùm ſanguinem Chriſti, ſicut panis Euchariſtiæ diſtincte corpus, & vinum ipſius ſanguinem. Baptiſmus nobis exhibet carnem & ſanguinem Chriſti, quemadmodum Cyrillus & Fulgentius [b] ſupra obſervabant, nos in eo *ovis intelligibilis participes* fieri, Dominique *carnem manducare & ſanguinem bibere*; perinde ac Euchariſtia. Rurſum & Euchariſtia ſacramentum eſt accidentis perinde ac baptiſmus; tum quia juxta [c] Veteres panis & vinum *convertantur in efficaciam carnis & ſanguinis Chriſti*, quemadmodum aqua baptiſmi *in vim ſpiritualem tranſelementatur*; tum quia *eulogia panis & vini nos ſua repleat efficacia*, quemadmodũ aqua baptiſmi ſanctificatione ſua hominẽ qui eum ſuſcipit. Cum igitur utriuſque eadem ſit prorſus ratio, ac Author mutationem quæ baptizato accidit proferat ad adſtruendam mutationis quæ in pane & vino Euchariſtiæ contingit poſſibilitatem, quis non videt illum hoc loco ex æqualibus ſaltem, non autem ex inæqualibus & minoribus neceſſariò argumentari, proindeque panem & vinum Euchariſtiæ non magis ſubſtantialiter quam hominem qui baptizatur, ſed tantum accidentaliter & quoad virtutem mutari?

Pſeudo-Ambroſius.

b *In Ambroſ. c. 4.*

c *Vid. ſupra in Greg. Nyſſeno. & Ammonium Caten. in Ioan. 3. 5. Cyrill. in 6. Ioan. 51.*

Tertio ſubdit Author: *Sed forte dicis a Spe-*

Digitized by Google

Pſendo-Ambroſius.

d *Ambroſ. de his qui initiant. c. 5.*

e *Durandus Leodicenſis libel. de corpore & ſang. Domini legit, præmiũ.*

ciem ſanguinis non video. Sed habet ſimilitudinem. Sicut enim mortis ſimilitudinem ſumpſiſti, ita etiam ſimilitudinem pretioſi ſanguinis bibis, ut nullus horror cruoris ſit, & d pretium tamen operetur redemptionis. Quibus verbis innuit, quemadmodum in baptiſmo ubi e *adeſſe Dominum Ieſum invocatum precibus ſacerdotum* credimus, ubi eum induere, ipſius ſanguine tingi, eumque bibere dicimur, ſanguinem tamen ejus effuſum juxta ſubſtantiam non ſumimus, ſed ſimilitudinem illius, aquam videlicet, virtute ejus repletam, ſic & in Euchariſtia nos Chriſti ſanguinem juxta materiam ſuam non ſumere: id enim horrendum foret; ſed ejus ſimilitudinem, videlicet, vinum, ejus efficacia repletum, eaque ratione vere dici ſanguinem Domini a nobis accipi. Reſpondet primo Perronius: *Quaſi in baptiſmo non ſumeremus, non modo ſimilitudinem, ſed & verum effectum mortis Chriſti, quod ſufficit ad ſalvandam correſpondentiam analogicam & affirmativam quæ eo reſpectu eſſe debet inter Euchariſtiam & baptiſmum, quorum unum ſacramentum ſubſtantia eſt, alterum effectus & virtutis.* Sed palam eſt illum argumenti noſtri vim non concepiſſe, nec ad propoſitum reſpondere, ſed tantum eadem quæ jam ſupra attulerat omninò extra rem tædioſe repetere. Reſpondet quoque ſecundo ad modum objicientis: *Quaſi Ambroſius ſibi objiciens, nos non videre effigiem ſanguinis in calice, non ſupponeret ſubſtantiam ſanguinis inibi eſſe. Qua de cauſa enim quæreret, quomodò fit nos ſpeciem ſanguinis in calice non videre, ſi nihil ſit in calice niſi ſolum ſanguinis ſignum? Annon ille qui multum laboris inſumeret in reddenda ratione cur Iſraelita in aqua deſerti propriam ſanguinis Chriſti ſpeciem non viderent, Helleboro opus haberet? Propoſitum ergo hoc loco Ambroſio non eſt, Euchariſtiam & baptiſmum formaliter comparare, ſed analogicè tantum, & dicere, quemadmodum in baptiſmo, qui ſacramentum virtutis eſt, effectum virtutis mortis Chriſti ſub propria forma & viſibili mortis effigie non ſumimus, ſed ſub forma & imagine actionis quæ ſimilitudinem cum morte habet; ſic & in Euchariſtia, quæ ſacramentum ſubſtantiæ eſt, nos Chriſti ſanguinis ſubſtantiam ſub propria forma & viſibili ſanguinis effigie non accipere, ne nobis horrorem incutiat, ſed ſub ſpecie externa quæ ſimilitudinẽ aliquam cum ſanguine habet. Quod Cyrillus a Thoma Citatus poſt Ambroſium ait:* a Ne horreremus carnem ac ſanguinem appoſita ſacris altaribus, condeſcendens Deus noſtris fragilitatibus influit oblatis vim vitæ, convertens ea in veritatem propriæ carnis. *Et Theophylactus poſt Cyrillum.* Sed hæc meræ præſtigiæ ſunt. Tota enim inſtantiæ vis hoc fundamento nititur, Authorem per *ſpeciem ſanguinis*, intelligere formam externam & apparentiam ſeu viſibilem effigiem ſanguinis. Id autem falſum & abſurdum eſt. Nam cum ſibi objiciat, *Forte dicis, ſpeciem ſanguinis non video*; Et reſpondeat, *Sed habet ſimilitudinem*; apertiſſime indicat ſe ſpeciem ſanguinis oppoſite ad ſimilitudinem ſumere, ac proinde per illam deſignare, non effigiem ſanguinis, (Effigies enim & ſimilitudo coincidunt) ſed veritatem & ſubſtantiam ſanguinis. Sic enim Ambroſius, a quo hanc loquendi formulam mutuatus eſt, cum b multis alijs Veterum, vocabulum *Species* ſumit. Ut quando ait, c Dominum rogatum ad nuptias *aquæ ſubſtantiam in vini ſpeciem* commutaſſe; pro eo quod d alibi habet, *in ſubſtantiam.* Et rurſum de eodem miraculo: d *Speciem magis neceſſariam nuptijs præſtitit*; pro eo quod ibidem alijs verbis, ſed eodem ſenſu ait; *Hydrias plenas liquore fontium vertit in vinum.* Et tractatu de his qui initiantur; e *gravior eſt ferri ſpecies quam aquarum liquor*; hoc eſt, ut Author noſter ea emendicans reddit hoc ipſo capite: *eſt materies gravior quam aquarum elementum.* Ita quoque ſe ipſemet rurſum libro ſexto explicat, ubi idem argumentum repetens & tractans, ait: f *Forte dicas, quomodo vera? Qui ſimilitudinem video non video, ſanguinis veritatem.* Sic autem accepto ſpeciei vocabulo appoſitè admodum ait: *Forte dicis, ſpeciem ſanguinis non video*: Et reſpondet, *Sed habet ſimilitudinem. Sicut enim mortis ſimilitudinem ſumpſiſti, ita etiam ſimilitudinem pretioſi ſanguinis bibis, ut nullus horror cruoris ſit, & pretium tamen operetur redemptionis*; abſque eo quod ſupponat ſanguinem eſſe in calice. Nam cum antea dixiſſet: *Didiciſti quod ex pane corpus fiat Chriſti, & quod vinum & aqua in calicem mittitur, ſed fit ſanguis conſecratione verbi cæleſtis*; immediatè aliquem inducit ſibi objicientem, quomodò dicis, vinum fieri ſanguinem cum veritatem ſanguinis in calice non videam, ſed vinum, ſicut ante erat? Ad objectionem autem excipit: *Sed habet ſimilitudinem.* Perinde ac ſi dixiſſet: ſubſtantiam quidem ſanguinis calix non habet, ſed tamen ſimilitudinem ſeu ſignum illius habet, hoc ipſo innuens, vinum a ſe dictum ſanguinem Chriſti fieri, quia ejus ſignum ac ſimilitudo fieret. Sic enim & Auguſtinus in g ſermone ad infantes, idem ſibi ex eorum parte objiciens, *quomodo eſt panis corpus ejus, & calix, vel, quod habet calix quomodo eſt ſanguis ejus?* reſpondet, hæc eſſe *ſacramenta.* Qua ratione, ſi olim, quando Iſraelitæ aquam de petra fluentem in deſerto potabant, quis eis dixiſſet, illam eſſe ſanguinem Chriſti, rectè ſane objeciſſent, quomodo illam dicis eſſe ſanguinem, cum ſanguinem nullum videam, rectèque reſponſum fuiſſet, eſſe ſimilitudinem illius. At verò, ne putaretur innuere velle nos habere tantum in Euchariſtia ſimplicem ſimilitudinem repræſentativam ſanguinis Chriſti, addit nos vltra habere in vino ſacramentali virtutem ſanguinis Chriſti: remque exemplo illuſtrat,

Pſendo-Ambroſius.

b *Vid. Optat. l. 5. Auguſt. tr. 11. in Ioann & in Pſal. 77. & Gaudent. in Exod. tract. 2. Et Leonẽ de quadrageſ. ſerm. 2. Et Arnobius in Pſalm. 104.*

c *Sermone 21.*

d *Serm. 18.*

d *Serm. 22.*

e *c. 9. vid. & c. 4. ad fin.*

f *Cap. 3.*

g *Apud. Fulgent. de baptiſm. Æthiop.*

a *Caten in Lu. c. 22.*

Pſeudo-Ambroſius.

illuſtrat. Nam quemadmodum in baptiſmo mortem Chriſti proprie loquendo non ſumimus, ſed tantum ipſius ſimilitudinem, nec tamen ideo mortis effectu privamur; ſic & in calice Euchariſtico ſubſtantiam ſanguinis Chriſti non habemus, ſed ejus ſimilitudinem, vinum Euchariſticum ſcilicet, pretio redemptionis, hoc eſt, virtute ſanguinis Chriſti nihilominus non fraudamur, cum ejus efficaciam ac vim in vino habeamus. Quod ex Ambroſio mutuatus erat alibi dicente: h *Dominus & in eo creaturæ ſuæ* (hoc eſt, viti) *gratiam reſervavit, ut ejus fructum nobis converteret ad ſalutem, ac per eum* (nota) *nobis remiſſio peccatorum proveniret.* Hujus autem diſpenſationis rationem ibidem reddens, ait, id fieri, *ut nullus horror cruoris ſit.* Nam per ſe horrendum eſt humanum ſanguinem ſive ſub propria viſibilique effigie, ſive ſub aliena bibere: *Horribilius videtur*, inquit i Auguſtinus, *humanum ſanguinem potare quam fundere.* Ideoque ſanguinis Chriſti ſubſtantiam & veritatem ore quidem non bibimus, ſed tamen ipſius virtus in vino nobis præſto eſt: atque ita ſine horrore ſanguineum ejus habemus in ipſius ſimilitudine. Perindè ac quando ipſemet de baptiſmo loquens dicebat: *ut in hoc ſæculo nexus Diaboli ſolveretur, inventum eſt quomodo homo vivus moreretur, & vivus reſurgeret. Quid eſt vivus? Hoc eſt vita corporis vivens, cum veniret ad fontem & mergeretur ad fontem. Quid eſt aqua, niſi de terra? Satisfit ergo ſententia cæleſti ſine mortis ſtupore.* Stupor enim inibi eſt, quod *Horror* in loco de quo contendimus: ut quemadmodum in baptiſmo ſatisfit ſententiæ mortis per mortis ſimilitudinem ſine horrore veræ mortis, ſic & in Euchariſtia remedium mortis ſumimus, videlicet ſanguinem Chriſti, non ſecundum materiam (horror enim cruoris foret) ſed ſecundum virtutẽ ſuam ſimilitudini ejus, id eſt, vino ſacramentali inditam. Quod & ſimiliter Cyrilli Alexandrini locus egregius à Perronio ex Thoma clariſſimè oſtendiſſet, niſi illum corrupiſſet Thomas, aut quis apud Thomam, & loco virtutis *veritatem* repoſuiſſet. Græca enim ad amuſſim Latinis reſpondentia habentur in codice Græco manuſcripto Victoris Antiocheni ex aliquo Veterum ſine nomine adducta, in hunc modum: a *ne horreremus carnem & ſanguinem propoſita videntes in ſacris eccleſiarum menſis, condeſcendens Deus noſtris infirmitatibus, influit oblatis vim vitæ & convertit ea in efficaciam carnis ſuæ, ut in communionem vivificam ipſa habeamus, & tanquam ſemen vivificum in nobis inveniatur corpus vitæ.* Et Cyrillus indubitatus: b *minima Eulogia* (hoc eſt, minima particula panis per benedictionem conſecrati) *totum corpus noſtrum in ſe miſcet, ſuaque replet efficacia, atque ita* (Nota) *in nobis eſt Chriſtus, & nos in ipſo.* Denique & Theophylactus, ſi locum illius hic convenientem Perronius adduxiſſet, qui ita ſe habet: c *quandoquidem panis & vinum nobis conſueta ſunt, non ferremus autem propoſitum ſanguinem & carnem videntes, ſed abhorreremus, propterea condeſcendens nobis amator hominum ſervat quidem ſpeciem* (hoc eſt, ſubſtantiam) *panis & vini, tranſelementat vero* (eam) *in virtutem carnis & ſanguinis.* Adeo ut, quando in locis a Perronio objectis, ait, d *panem non eſſe figuram corporis Chriſti, ſed in ipſum corpus converti*; ſenſus illius ſit, panem non eſſe ſimplicem figuram corporis Domini, ſed fieri quoque virtute illud ipſum corpus. Quamquam, etſi aliter ſentiret, id non tanti foret, cum ſit valde recens Author.

Quarto, idem immediate ſubdit ad initium capitis quinti: *Vis ſcire quia verbis cœleſtibus conſecratur. Accipe qua ſunt verba. Dicit ſacerdos: fac nobis, inquit, hanc oblationem aſcriptam, rationabilem, acceptabilem, quod eſt figura corporis & ſanguinis Domini noſtri Jeſu Chriſti*, &c. Perſpicuè in rem noſtram. Nam ſi oblatio quæ à Sacerdote Deo fit, oblatio eſt figuræ corporis & ſanguinis Chriſti, non ergo proprij corporis & ſanguinis ejus oblatio eſſe poteſt: *figura* enim, inquit Gaudentius, *non eſt veritas, ſed imitatio veritatis.* Quid autem reſpondet Perronius? Ait primo; hæc *dici ante conſecrationem: quo tempore ſuper altari propoſitus panis & calix tantum ſunt figura corporis & ſanguinis Chriſti.* Sed fruſtra. Nam etſi hæc ante conſecrationem dicantur, tamen non niſi per anticipationem effectus conſecrationis panis & vinum figuræ corporis & ſanguinis Chriſti verè dici poſſunt: quoniam, juxta Veterum omnium mentem, antè conſecrationem nihil ſunt niſi panis communis & vinum ſimplex, per conſecrationem autem ex iis, ut Author ipſe obſervat, *conficitur venerabile ſacramentum.* Reſpondet igitur ſecundò, *figuram intelligi ab Authore plenam eſſentia & veritate rei, figuramque appellari quia ibi Chriſtus palam non apparet, ſed ſub velo accidentium delitescit.* Verum, præterquam quod hæc ſolutio præcedentem evertit, ſicut mendacium ſolet eſſe αὐτόχειρον, ineptiſſima quoque eſt. Nam ſi oblatio quæ a ſacerdote Deo fit, oblatio eſt eſſentiæ ac veritatis corporis & ſanguinis Chriſti, quî diceret Author, eam eſſe figuram corporis & ſanguinis Chriſti? An non enim ille Helleboro dignus foret qui hominem veſte indutum aut larva obductum ſui ipſius figuram appellaret? Denique hic locus ita diſplicuit Adverſarijs, ut eum in recentioribus editionibus inſigni perfidia

h *In Hexaëmer. l. 3. c. 17.*

i *Contr. Adverſar. Leg. & Prophet. l. 2. c. 9.*

a *In Marc. 14. in Bibliotb. Reg.* ἵνα μὴ φρικιῶμεν σαρκὰ καὶ αἷμα ἀνθρώπου βλέποντες ἐν ἁγίαις τραπέζαις τῶν ἐκκλησιῶν, συγκαταβαίνων ὁ θεὸς ταῖς ἡμετέραις ἀσθενείαις ἐνοποιεῖ τὰ προκείμενα τῇ ἰδίᾳ σαρκὶ καὶ ζωῇ, ἵνα ἐν ἡμῖν εὑρεθῇ τὸ σῶμα τῆς ζωῆς.

b *In Ioan. 6. 57.* ἐλαχίστη εὐλογία σύμπαν ἡμῶν ἐκ ἑαυτῆς ἀναφύρει τὸ σῶμα, καὶ τῆς ἰδίας ἐνεργείας ἀναπλήσει, ὥστε καὶ ἐν ἡμῖν μένειν Χριστὸν, καὶ ἡμᾶς αὖ πάλιν ἐν αὐτῷ.

c *In Matt. 14.* ἐπειδὴ γὰρ ὁ μὲν ἄρτος καὶ ὁ οἶνος συνήθη ἐστὶν, ἀλλ' οὐκ ἀνεκτὸν ἐστὶν ἰδεῖν ἡμᾶς σάρκα καὶ αἷμα ἐκκείμενον, ἀλλ' ἀποστρεφόμεθα, διὰ τοῦτο συγκαταβαίνων ἡμῖν ὁ φιλάνθρωπος θεὸς τὸ μὲν εἶδος τοῦ ἄρτου καὶ τοῦ οἴνου φυλάττει, τὴν δὲ δύναμιν τῆς σαρκὸς καὶ τοῦ αἵματος μεταποιεῖ.

d *In Marc. 14.*

e *In Exod. tract. 2.*

Anno quarto & quinto Annæ Reginæ, Cap. 16. An Act for entitling Children to the Freedom of their Parents Companies, and for the better Regulation of Apprentices. [Private Act.]

WHEREAS Thomas Hall, late of the City of Bristol, Merchant, by his Will in Writing, bearing Date the Twenty-fifth Day of March, in the Year of our Lord One thousand seven hundred and two, did give and bequeath unto his Executors therein named, the Sum of Two thousand Pounds, upon Trust, that they should lay out the same in the Purchase of Lands, Tenements or Hereditaments, and settle the same upon his Daughter Elizabeth Hall, and the Heirs of her Body lawfully issuing, and for want of such Issue, upon the Heirs of the Body of his Daughter Mary Hall lawfully issuing, and for want of such Issue, upon the Heirs of the Body of his Daughter Sarah Hall lawfully issuing, and for want of such Issue, upon the Heirs of the Body of his Daughter Anne Hall lawfully issuing, and for want of such Issue, upon the Heirs of the Body of his Daughter Jane Hall lawfully issuing, and for want of such Issue, upon the Heirs of the Body of his Daughter Martha Hall lawfully issuing, and for want of such Issue, upon the Heirs of the Body of his Daughter Rebecca Hall lawfully issuing, and for want of such Issue, upon the Heirs of the Body of his Daughter Hannah Hall lawfully issuing, and for want of such Issue, upon the Heirs of the Body of his Daughter Ruth Hall lawfully issuing, and for want of such Issue, upon the Heirs of the Body of his Daughter Abigail Hall lawfully issuing, and for want of such Issue, upon the Heirs of the Body of his Daughter Deborah Hall lawfully issuing, and for want of such Issue, upon the Heirs of the Body of his Daughter Esther Hall lawfully issuing, and for want of such Issue, upon the Heirs of the Body of his Daughter Lydia Hall lawfully issuing, and for want of such Issue, upon the Heirs of the Body of his Daughter Susanna Hall lawfully issuing, and for want of such Issue, upon the Heirs of the Body of his Daughter Dorothy Hall lawfully issuing, and for want of such Issue, upon the Heirs of the Body of his Daughter Ann

Pseudo-Ambrosius.

perindè ac si dixisset, quandoquidē Dominus noster Jesus Christus verus est Dei filius, ac proindè ipsa veritas, dixeritque carnem suam se nobis in escam daturum, credendum est nos veram ejus carnem edere. Denique, ut concedamus comparationem esse, falsum est eam instituì inter duas illas propositiones, *Dominus noster Iesus Christus est verus Dei filius*, & *panis Eucharistia est vera caro Christi*; ut supponit Perronius. Comparatio enim quam instituit Author, est, inter priorem illam propositionem, & alteram hanc, *vera caro, sicut ipse dixit, quam accipimus.* Ubi supponitur quidem carnem illam quam accipimus esse veram substantia carnem; non tamen indè sequitur nos veràm illàm substantiâ carnem, juxta materiàm suam substantiamque sumere. Annon enim vera substantia caro illa est, de qua Dominum dixisse, *Nisi quis manducaverit carnem filij hominis*, &c. Author noster immediatè subjungit? Hanc autem carnem à nobis in baptismo edi testatur [e] Fulgentius. Quis tamen ideò velit eam juxta materiàm inibi accipi? Nemo sanè. In baptismo enim tantummodò accipitur, quoad vim, virtutem & effectum. Idem ergò innuit Author in Eucharistia fieri. Nam postquam dixisset in genere, verum esse, nos veram Christi carnem accipere, verumque sanguinem bibere; sibi objicit: *Quomodò vera? Qui similitudinem video, non video sanguinis veritatem.* Ac respondet id fieri per conversionem generum & institutorum naturæ; quatenus, videlicet, panis & vinum in efficaciam carnis & sanguinis Christi convertantur, & sic carnem & sanguinem Christi accipiamus, non ratione materiæ, sed ratione virtutis, absque eo quod ullus horror sit manducationis carnis, & potus sanguinolenti. *Ne*, &c, inquit, *horror esset cruoris, sed maneret gratia redemptionis, ideò in similitudinem quidem accipis sacramentum, sed vere natura gratiam virtutemque consequens.* Gratiam autem & virtutem pro eodem ibi sumi, docet sermonis series. Concludit denique; *quia accipis panem, divina ejus substantia in illo participaris alimento.* Quid clarius?

e *De bapt. Æthiop. in Ambros. supp. Citat.*

His autem sic intellectis ad objectiones redeamus.

Objicit igitur secundò Bellarminus verba cap. 5. libri 4. ubi postquàm Author recitasset institutionem Eucharistiæ, proùt ab Evangelistis scriptis consignata est, ait: *Ipse Dominus Iesus testificatur nobis quod corpus suum accipiamus & sanguinem. Numquid debemus de ejus fide & testificatione dubitare?* Et paulò infra: *Dicit tibi sacerdos, Corpus Christi; Et tu dicis, Amen, hoc est verum. Quod confitetur lingua, teneat affectus.* At, inquit Bellarminus, *certe loquitur de eo quod offertur manibus Sacerdotis, quod quidem, nisi verè sit corpus Christi, decipit nos Ambrosius, qui vult nos id, & confiteri lingua, & affectu sentire.* Sed in hac objectione nihil est difficultatis. Fatemur enim cum Authore, id, quod manibus sacerdotis offertur, corpus Christi esse similitudine & virtute: sed cum eodem negamus illud esse substantiæ & naturæ veritatè seu identitate.

Pseudo-Ambrosius.

Tertiò objicit Perronius, seu potius retorquet verba ejusdem libri à Plessæo objecta, ubi Author hanc orationis Dominicæ clausulam, *panem nostrum quotidianum da nobis hodie*, de pane Eucharistico exponens, ait: [f] *non iste panis est qui vadit in corpus, sed ille panis vitæ æternæ, qui animæ nostræ substantiam fulcit.* Unde concludit, *ex Authoris mente panem Eucharistiæ post consecrationem non amplius esse panem qui vadat in corpus, id est, convertatur in corporis nostri substantiam, non amplius esse panem triticeum, sed esse panem super substantialem substantiam animæ fulcientem, scilicet, corpus Christi*, naturale & proprium. Sed somnia nobis suâ pro demonstrationibus obtrudit. Nam Authori nostro, *Vadere in corpus*, non est, in corporis nostri substantiam converti & consumi; directe enim contradiceret Justino Martyri dicenti, [a] *Eucharistizatum* (hoc est, consecratum) *cibum sanguinem & carnes nostras per immutationem alere*; Et Irenæo affirmanti, [b] *corpus nostrum ipso augeri*; Et Chrysostomo, aut alteri ex Veteribus asserenti, [c] *illum consumi cum corporis* (nostri) *substantia*; Sed est, ingredi in corpus: mensque ejus rursum non est, panem Eucharistiæ in corpus non ingredi (contrarium enim apud omnes in confesso est) Sed non esse simplicem panem qui intret in corpus ad consistentiam ejus conservandam & augendam, verum quid amplius, panem, videlicet, supra naturæ suæ institutionem ordinatum ad animarum nostrarum substantiam fulciendum, quemadmodum ajebat Augustinus, [d] *Modicum accipimus, & in corde saginamur.* Quid autem hoc pro Adversarijs?

f Lib. 5. c. 4.

a *Apolog. 2.*

b *Lib. 5. c. 2.*

c *Homil. 60 Locum. de Euchar.* συναναλίσκεται τῇ τοῦ σώματος ἕξει.

d *De Verb. Domini serm. 33.*

Denique cum observasset Plessæus, vocabulum, *species*, quo tum Ambrosius, tum hic Author promiscuè vtuntur, Ambrosianis temporibus non usurpatum fuisse pro accidentibus sine subjecto; Perronius ait, *id esse contra protestationem, tum Ambrosij qui ait,* [e] *Spiritum Sanctum non descendisse in veritate Columbæ sed in specie Columbæ, tum Calepinorum qui docent*, speciem *significare, effigiem, faciem, imaginem, ac derivaria Veteri verbo* specio, *quod aspicere designat: ac proinde ad rei essentiam designandam figurate tantum adhiberi.* Sed primò, imponit Ambrosio. Nam docet quidem Ambrosius, speciem sumi interdum pro typo & figura, interdum pro apparentia, sed tamen disertè ait, Spiritum Sanctum descendisse, in specie, id est, in veritate Columbæ; *Speciem autem*, inquit, *pro veritate accipiendam, legimus & de Christo*, &c.

e *De iis qui myster. initiant. c. 4. Et de Sacram. l. 2. c. 5.*

Verum

Optatus. Verum etsi hoc vocabulum ex vi originis sumatur pro effigie, imagine & apparentia, ideone accipitur pro accidente sine subjecto existente? Sed & eum secundò Plessæo imponere affero. Id enim tantùm dixerat Plessæus: *Hæc secula* (de Ambrosianis loquens) *nondum audiverant accidentia* Species *appellari.* Plurali autem numero loquitur, non singulari. Quod sane verissimum est. Nam ea hujus vocabuli usurpatio purum putum commentum est sophistarum recentiorum, qui & res cum vocabulis & vocabula cum rebus in mendacij gratiam impudenter adulterarunt.

Examen Testimoniorum Optati Milevitani.

AMBROSIO juxta seriem *f* temporum subjungendus est Optatus Milevitanus, è quo Adversarij loca aliquot proferunt, quasi cum illis sentiret. Vere, an falso videamus.

f Optatus l. 2. testatur se scripsisse tempore Syricij Episc. Romani. Syricius autem fuit Episc. Rom ad initium anni 385. Quamquam nescio quomodo id congruat cum altera Epocha, quam idem Optatus habet lib. 1. & 3.

Libro igitur sexto contrà Parmenianùm, Donatistarùm furores ac impietates recensens, ait: *Quid tam sacrilegum, quam altaria Dei, in quibus aliquando & vos obtulistis, frangere, radere, removere, in quibus vota populi & membra Christi portata sunt, quo Deus omnipotens invocatus sit, quo postulatus descendit Spiritus Sanctus, undè à multis pignus salutis aterna, & tutela fidei, & spes resurrectionis accepta est?* Et infra: *Quid est altare, nisi sedes corporis & sanguinis Christi?* Et rursum: *Quid vos offenderat Christus, cujus illic per certa momenta, corpus & sanguis habitabat?* Et infra: *Hoc tamen immane facinus geminatum est, dum fregistis ejjam calices Christi sanguinis portitores.* Fateor. Optatus sic loquitur: sed quid hoc in rem Adversariorum? Per *altare* enim intelligit mensam ligneam in quâ Eucharistia consecrabatur, ut ipsemet eodem Libro exponit, per *membra Christi* fideles repræsentativè in pane & vino Eucharistiæ portatos, per *corpus & sanguinem Christi*, non proprium ejus corpus & sanguinem, sed panem & vinum *corporis & sanguinis appellatione & nomenclatura honoratos*, ut *g* Augustinus & *h* Theodoretus observant. At hic insurgit Bellarminus, & *i* ait: *Quod per corpus Christi, quod tam sæpe repetit Optatus, in altari manere solitum, non intelligatur corpus significativè, sed vere, id est, non solus panis qui Christi corpus repræsentet, sed ipsum verum & propriè dictum corpus, multis modis probari potest ex hoc ipso loco.* Quatuor autem argumenta affert.

g Epist. 23.
h Dialog. 1.
i De Euchar. l. 4. c. 17.

Primo, inquit, *probatur ex eo, quod cum toties id repetat, nè semel quidem dixerit, signum corporis in altari manere, vel offerri, sed perpetuo corpus Christi aut membra Christi.* Sed inepta est consequentia. Quid enim mirum est, panem & vinum perpetuo appellari corpus & sanguinem Christi? Annon Augustinus docet, *k sacramenta propter similitudinem quam habent earum rerum quarum sacramenta sunt, plerumque etiam ipsarum rerum nomina accipere?* Imo, annon expresse observat locutionem hanc in Africa præcipue fuisse communissimam, quandò ait: *l Pene quidem sacramentum omnes corpus ejus dicunt?* Cur autem rursum id observaret, si hæc appellatio propria, non verò figurata fuisset? Nemo enim prudens pro observatione daturus est, rem proprio suo nomine indigetari, sed tantum si alterius nomenclaturam suscipiat. Verum & Optatus ipse idem non obscure innuit quando ait in primo loco: *quid tam sacrilegum, quam altaria Dei, in quibus aliquandò & vos obtulistis, frangere, radere, removere, in quibus vota populi & membra Christi portata sunt.* Nam per membra Christi non intelligit membra ejus naturalia, ut supponit Adversarius, sed membra ipsius mystica, fideles videlicet, qui in pane & vino censentur. Testes sunt Scriptores ipsi Africani. Sic enim Cyprianus: *m Quando Dominus corpus suum panem vocat, de multorum granorum adunatione congestum, populum nostrum quem portabat* (repræsentative, nimirum) *indicat adunatum*, Augustinus adhuc clarius: *n Corpus Christi si vis intelligere, Apostolum audi dicentem fidelibus, o Vos estis corpus Christi & membra. Si ergo vos estis corpus Christi & membra, mysterium vestrum in mensa Domini positum est.* Et rursum: *a multi unum corpus sumus in Christo, quod etiam sacramento altaris fidelibus noto frequentat Ecclesia, ubi ei demonstratur, quod in ea oblatione quam offert, ipsa offeratur.* Denique & ex ipsis Adversarijs Gabriel Albaspinæus in hunc ipsum Optati locum: *præter corpus Christi, b* inquit, *quod in altari offertur, fideles etiam qui cum eodem corpore uniti & adunati sunt, offeruntur.* At vero si per membra Christi Optatus non intelligat membra ejus naturalia, sed mystica membra, cur non similiter per corpus & sanguinem Christi poterit intelligere non proprium & naturale corpus ejus, naturalemque sanguinem, sed corpus & sanguinem typica & symbolica? Ac rursum, si dicere non vereatur membra ejus mystica in altari fuisse portata, quia inibi repræsentativè, non reapse portata sunt, quamobrem non & pariter dicere posset altare sedem esse corporis & sanguinis Christi, quandoquidem sedes est corporis ejus sanguinisque symbolici?

k Ubi supra.
l De verb. Dom. serm. 53.
m Lib. 1. ep. 6.
n Serm. ad infant. apud Fulgent. de baptism. Æthiop. c. 11.
o De Civit. Dei lib. 10. c. 6.
a De Civit. Dei lib. 10. c. 6.
b Notis in lib. 6.

Secundo, inquit Bellarminus, *idem probatur ex eo quod dicit Optatus, invocari super altare Deum omnipotentem, & descendere super idem altare Spiritum Sanctum, quod sine dubio referendum est ad consecrationem. Videmus enim in omnibus Liturgys antiquis invocari Spiritum Sanctum ut descen-*

Digitized by Google

Optatus. *ut descendat & transmutet panem in corpus Christi: Neque potest reddi alia ratio hujus descensus Spiritus Sancti nisi ad Sacramentum conficiendum. At quorsum iste descensus, quorsum invocatio omnipotentis, si nihil mirabile & supernaturale fieri deberet.* Sed levis admodum est objectio. Nam si per *mirabile & supernaturale* intelligat qualitatem aliquam, ad quam panis & vinum per consecrationem supra naturalis suæ constitutionis ordinem eleventur, id sane verissimum est, libentissimeque concedimus. Nam ex communibus sancta & sacramenta fiunt: quod cum sine operatione Spiritus Sancti fieri nequeat, quia c *Spiritus sanctificationis fons est*, ut observat Origenes, d *ex quo sanctificatur omne quod sanctum est*; merito notat Optatus tum descensum Spiritus Sancti ad eorum sanctificationem, tum etiam invocationem Dei omnipotentis, quia *ipse solus*, observante Bellarmino e ipso, *ex Authoritate gratiam dare potest, & proinde sacramenta instituere, quæ gratiam efficiant, aut etiam infallibiliter significant.* Sin autem id velit, postulationem descensus Spiritus Sancti ad Eucharistiæ consecrationem, necessariò arguere mutationem panis & vini etiam quoad substantiam; falsum & absurdum dicit. Eadem enim ratione concludendum foret, & aquam baptismi substantialiter mutari. Nam descensum Spiritus Sancti ad ejus sanctificationem similiter fuisse postulatum, universa testatur antiquitas. f Innumera possem proferre testimonia: sed quia res notior est quam ut probatione egeat, unico contentus ero. Sic enim Theophilus Alexandrinus contra Origenem scribens: g *Non recogitat aquas in baptismate mysticas adventu Spiritus Sancti consecrari, panemque Dominicum quo Salvatoris corpus ostenditur, & quem frangimus in sanctificationem nostri, & factum calicem, quæ in mensa ecclesiæ collocantur, & utique inanima sunt, per invocationem & adventum Spiritus Sancti consecrari.*

Tertio, inquit, *idem colligitur ex eo quod Eucharistiam vocat Optatus*, pignus salutis, tutelam fidei, & spem resurrectionis: *alludit enim ad id, quod Veteres, Irenæum, Hilarius, Cyrillus, Nyssenus, & alq dicere solent, ideo conjungi cum corpore nostro corpus Christi, ut ex illo trahat vim quamdam ad beatam immortalitatem assequendam.* Verum, ut omittam allusionem hanc esse imaginariam, Veteresque quorum mentionem facit longe ab ipsius sensu abesse, quemadmodum locis suis jam demonstravimus, & Deo dante sumus rursum ostensuri, quid vetat Eucharistiam his titulis insigniri, etiam si figurate tantum, non proprie & substantialiter corpus & sanguis Christi sit, etiam si panis & vinum substantia sua vere sit? Annon enim aqua baptismi signum tantummodo est tùm Spiritus Sancti, tùm sanguinis Christi, verague est quoad substantiam aqua? Nihilominus h Clemens Alexandrinus, imo & i *Patres Christiani* quorum credo Optatus unus erat, Baptismum *salutem* appellant; k Cyrillus Hierosolymitanus & Basilius Cæsariensis, *vehiculum ad cælum & conciliationem regni cælestis*; Gregorius Nazianzenus, l *Firmamentum fidei*; Basilius Seleuciensis, m *resurrectionis ascensum*; Theodoretus, n *arram futurorum bonorum & resurrectionis futuræ typum*; Gelazius Cyzicenus, o *spem resurrectionis*; Sedulius, p *ipsius pignus & imaginem*; Author Homiliæ de Trinitate sub nomine Eusebij Emiseni, *pignus immortalitatis*; Zeno, pp spem immortalitatis; Ipse denique Optatus, q *Cælestis regni comparationem.* Cur non ergo & Eucharistiam?

Quartò, inquit Bellarminus, *id probatur ex eo quod dicit Optatus* per certa momenta habitare corpus Christi in altari. *Si enim loqueretur de signo corporis, non diceret*, per certa momenta, *sed semper. Semper enim in altari manere solet crux, ut Chrysostomus testatur in oratione, quod Christus sit Deus, imo etiam, ut ipse ibidem ait, in cubiculis, in parietibus, in vasis, &c. Crux autem est signum Christi crucifixi, & ipsum etiam altare figura quædam est & signum Christi, ut fatetur Petrus Martyr l. contra Gardinerum objecto 38. Et alio igitur modo, quam per significationem, Eucharistia corpus Christi est.* Sed primò Chrysostomo imponit. Nam Chrysostomus quidem ait, r *Crucem esse in sacra mensa*, & rursum, *cum corpore Christi in mystica cœna fulgere*, &c; Sed non dicit, ibidem semper manere. Additamentum est Bellarminianum. Secundò, etsi id diceret, valeretque consequentia quam indè deducit Bellarminus, pariter dicerem, baptismum alio modo quam per significationem sanguinem Christi esse. Chrysostomus enim de baptismo & Eucharistia eodem modò loquens ait: s *cum regenerari oportet crux adest, & cum mystico illo cibo ali debemus.* Denique ajo, collectionem ejus esse ineptissimam & absurdissimam. Nemo enim nescit, crucem, altare seu mensam, baptismum & Eucharistiam, in eo generatim convenire quod Christi signa sint, prout ait Augustinus, t *Si bonus*, &c, *habes Christum in præsenti per fidem, in præsenti per signum Christi* (id est, crucem) *in præsenti per baptismatis sacramentum, in præsenti per altaris cibum & potum.* Sed & omnes pariter sciunt ea signa esse inter se differentia, adeo ut quamvis crux semper in altari foret, verissime nihilominus dicere Optatus posset, *corpus & sanguinem Christi per certa momenta in altari habitare*, id intelligendo de pane & vino signis corporis & sanguinis, seu corpore & sanguine symbolico, quæ in mensa mystica sunt quamdiu durat Eucharistiæ celebratio. Nam etsi signa sint corporis & sanguinis Christi, signa tamen alia sunt,

c *In Epist. ad Rom. l. 10.*
d *In Levitic. hom 13.*
e *De Sacrament. in genere lib. 4. c. 23.*
f *Vid. Tertull. de baptismo. Cyrill. Hierosol. Catec illum. 3. Basil. de Spirit. S. c. 15. Nyssen. in baptismū Christi. Dionys. Areop. Eccles. Hier. c. 2. Ambros. de initiand. c. 4. Damascen. de fid. orth. l. 4. c. 10.*
g *Pascha l. 1.*
h *In protrept. ico.*
i *August. de peccat. merit. lib. 1. c. 24.*
k *Cyrill. præfat. Cateches. & Basil. exhort. ad baptism.* ὄχημα σωτηρίας, βασιλείων σφραγίς.
l *Orat. 40.* ἐφόδιον πίστεως.
m *Orat. 13.* ἀναπαυτήριον ἄνοδος.
n *Haret. fabul. l. 5. c. 18.* ἀρραβὼν ὧν τῶν μελλόντων ἀγαθῶν καὶ τῆς ἀναστάσεως ἀπαρχή. *vid. & in 8. ad Rom. o Part. 2. c. 31. c. 6.* σὺν τούτῳ τῷ ἐλπιδὶ καὶ τὸ ἄχυρον ἐλλάμπει βάπτισμα.
p *In 6. ad Roman.*
pp *Ad Neophyt. post baptism. serm. 1*
q *Lib. 5.* κατὰ δὲ τὴν ἱερὰν πανήγυριν &c. ἀτὰρ πάλιν μετ' ὀλίγα· καὶ σύμμορφον ἐχρῆν ὑπὸ μυστικὸν δεῖπνον ἀναλάμπειν.
r *In Matth. hom. 55.* καὶ ἀναστήναι δεῖ, φησὶ, καὶ σταυρὸς ἐστήκειν, καὶ τροφὴν τὴν μυστικὴν σπάνιον τροφήν. *Quod ejusdem verb. habetur in homil. de adorat. pretios. crucis.*
s *In Joann. tract. 50.*

Gaudentius.

sunt, tum à cruce, tum ab altari. Corpus autem illud Christi, sanguinemque de quo loquitur, alia pariter esse a proprio corpore sanguineque Dominico, vereque panem & vinum esse, perspicuum est, tum ex Augustino supradictos illos omnes habendi Christi modos ab eo secundum carnem habendo disparante, ut loco citato videre est, tum & ex Optato ipso alibi sic loquente: [a] *Vinum a peccatoribus operatis calcatur & premitur, etsi indè Deo sacrificium offertur.* En quis sit sanguis ille qui in mensa Eucharistica per certa momenta habitat.

a *Libr. 3.*

Examen Testimoniorum Gaudentij [b] *Brixiensis.*

b *Factus Episcop. Brixiensis ann. Dom. 386.*

EDITI sunt sub Gaudentij nomine tractatus aliquot satis elegantes, de quorum certitudine tota fides penes titulum est. Nec enim Veterum ullus, quod equidem sciam, mentionem eorum fecit vel tenuissimam. Cum tamen impræsentiarum nihil occurrat, quo, vel illius non esse, vel illius esse, manifestum facere possimus, eos, salvo semper veritatis jure, interim sub ipsius nomine admittamus, ac a partibus nostris stare in hac quæstione ostendamus.

CAPUT I.

c *In Exod. tract. 2.*

PRIMO ergò Eucharistiam [c] *mysterium panis & vini* indigetat. Male: si in Eucharistia tantum sunt accidentia panis & vini, quæ panis & vinum non sunt. Deinde postquam hæc Domini verba, *panis quem ego dabo, caro mea est pro sæculi vita*, non substātiali Domini carni, sed symbolicæ, seu mysticæ, hoc est, pani sacramentali applicuisset ex usu plerorumque ex Veteribus hæc & sequentia Domini verba apud Joannem dupliciter exponentibus, ut supra in Ambrosio observavi, subjungit: *Recte etiam vini specie tum sanguis ejus exprimitur, quia cum ipse in Evangelio dicit*, Ego sum vitis vera, *satis declarat sanguinem suum esse omne vinum quod in figura passionis ejus offertur.* At si vini specie sanguis Christi exprimitur, necessario consequitur speciem vini manere: non entis enim non sunt actiones. Per speciem autem vini non intelligit cum Adversarijs accidentia vini sine vini substantia: nemo enim Veterum speciem pro accidentibus sine subjecto vsurpavit, nisi forte Origenes in hoc a [d] Methodio reprehensus; sed per speciem intelligit materiam & substantiam, ut quandò Augustinus ait; [e] *Omnes in Moyse baptizati sunt in nube & in mari: si ergo figura maris tantum valuit, species baptismi quantum valebit? Si quod gestum est in figura traductum populum ad manna perduxit, quid exhibebit Christus in veritate baptismi sui trajecto per eum populo suo?* Et de ipsa Eucharistia: [f] *Omnes eumdem spiritalem potum biberunt, aliud illi, aliud nos, sed specie visibili quidem, tamen hoc idem significante virtute spirituali.* Et in sermone ad Infantes: *vt sit species visibilis panis, multa grana in vnum conspergantur.* Et Arnobius junior: [g] *Christus*, &c, *succurrit, non solam eis speciem frumenti, sed & vini & olei administrans.* Palam enim in omnibus illis locis species pro substantia accipitur. Nam species vini & olei nihil aliud significare potest. Idem rursus probatur ex subsequentibus Gaudentij verbis vbi ait: Dominus *satis declarat sanguinem suum esse omne vinum quod in figura passionis ejus offertur.* Nam si vinum offertur in figuram passionis Christi, vinum ergo in Eucharistia est: quod enim non est, offerri non potest. Ac rursum: si vinum quod offertur in figuram passionis Christi, est sanguis ejus, necessariò vinum manet de quo sanguis Christi prædicatur. Alioquin esset figuratum sine figurante, quod ineptum & absurdum est: ut omittam, prædicationem disparatorum quæ in hac propositione occurrit, idem evidentissime confirmare.

d *Apud Epiphan.*

e *In Ioan. tract. 11.*

Gaudentius. f *In Ioan. tract. 26.*

g *In psalm. 104.*

Secundò, de eodem Eucharistiæ mysterio loquens, ait: *Vere istud est hæreditarium munus testamenti ejus novi, quod nobis ea nocte qua tradebatur crucifigendus, tanquam pignus suæ præsentiæ dereliquit. Hoc illud est viaticum nostri itineris, quo in hac via vitæ alimur ac nutrimur, donec ad ipsum pergamus de hoc sæculo recedentes.* At vero, si *mysterium panis & vini*, si *sacramentum Dominici corporis & sanguinis* (Sic enim inibi Eucharistiam alternatim nominat) nobis qui in hoc sæculo sumus pignus est præsentiæ Christi qui extra hoc sæculum est, donec ad ipsum perveniamus, quomodo potest esse Christus ipse substantialiter præsens? Primò enim, sicut rectè Bertramus observavit, [h] *pignus & imago alterius rei sunt, id est, non ad se, sed ad aliud aspiciunt, pignus enim illius rei est pro qua donatur.* Si igitur sacramentum Dominici corporis & sanguinis, præsentiæ ipsius est pignus, non est ipse Dominus substantialiter præsens: pignus enim præsentiæ, supplet rei cujus pignus est præsentiam, & vice illius est. Deindè & innuit Gaudentius, Eucharistiam pignus nobis esse præsentiæ Christi qui extra sæculum & viam est, a nobis suscipiendum tanquam viaticum, donec ad eum perveniamus. Pignus ergo apertissime absentis est, non præsentis; non quod ipsemet Christus sit, sed quod ad illum nos ducat tanquam itineris nostri viaticum. *Voluit* enim, inquit, *beneficia sua permanere apud nos, voluit animas pretioso sanguine suo semper sanctificari per imaginem propriæ passionis, & ideo Discipulis fidelibus mandat,*

h *De corpus & sang. Dom.*

Gaudentius.

mandat, qui primus & ecclesiæ fidei constituit sacerdotes, ut indesinenter illa vita aterna mysteria exercerent, quæ necesse est à cunctis sacerdotibus per singulas totius orbis Ecclesias celebrari, usque quò iterum Christum de cœlis adveniat: quò & ipsi sacerdotes & omnes pariter fidelium populi exemplar passionis Christi antè oculos habentes, quotidie & in manibus gerentes, ore etiam sumentes ac pectore, redemptionis nostræ i *indelebili memoria teneamus, & contra venena Diaboli dulcem medicinam sempiterni tutaminis consequamur.*

i *Supplendū,* (gratiam)

Tertiò ait: *Quod autem sacramenta corporis sui & sanguinis in specie panis & vini offerenda constituit, duplex ratio est. Primùm, ut immaculatus Dei agnus hostiam mundam mundato populo traderet celebrandam, sine ustione, sine sanguine, sine brodio, id est, jure carnium, & quæ omnibus ad offerendum prompta esset ac facilis. Deindè, quomodò panem de multis tritici granis in pollinem redactis per aquam confici, & per ignem necesse est consummari, rationabiliter in eo figura accipitur corporis Christi, qui novimus ex multitudine totius humani generis unum corpus esse effectum, per ignem Sancti Spiritus consummatum. Natus est enim de Spiritu Sancto, &c.* Et rursum alibi: a *Labores passionis Christi, &c, in figura corporis ac sanguinis ejus pro salubritate vitæ communis offerimus, & agnitam dulcedinem mysteriorum conscio ore testamur.* At verò si in specie panis & vini offerenda sunt sacramenta corporis & sanguinis Christi, si in pane rationabiliter intelligitur figura corporis ejus, quis non videt necesse esse panem ac vinum manere, nec substantialiter mutari? Quomodò enim in speciè panis & vini, quomodò rursum in pane intelligi posset figura corporis & sanguinis Dominici, si nihil prorsus substantiarum panis & vini in Eucharistia post consecrationem remanet? Nam si ea verè nihil sunt, nihil figurare possunt. Ac rursum: Si panis est figura corporis Christi, non est ergò ipsum corpus Christi propriè & substantialiter: *figura* enim, ait ipsemet Gaudentius, *non est veritas, sed imitatio veritatis.* Nec juvaret respondere, per speciem panis & vini, & rursum per panem, designari à Gaudentio panis & vini accidentia. Nam, præterquam quod supra jam observavimus, *speciem* à Veteribus nunquam hoc sensu fuisse usurpatam, huic subterfugio multifariam repugnat Gaudentius. Primò enim non modò dicit *in pane* intelligendam esse figuram corporis Christi, quod tamen abundè sufficeret, cum accidentia panis non magis panis sint, quam color hominis homo est, sed & immediatè antè explicans quis ille panis sit; *quomodo*, inquit, *panem de multis tritici granis in pollinem redactis per aquam confici & per ignem necesse est consummari, rationabiliter in eo accipitur figura corporis Christi.* Vult igitur eum panem qui ex multis tritici granis in pollinem redactis per aquam confectus sit & per ignem consummatus, esse figuram corporis Dominici. Talis autem panis verus ac propriè dictus substantialisque panis est. Quod & antè illum observaverat Cyprianus, & ex Cypriano Augustinus, his verbis: b *Propterea quippe, sicut etiam ante nos hoc intellexerunt Sancti homines Dei, Dominus noster Iesus Christus corpus & sanguinem suum in eis rebus* (Nota) *commendavit quæ ad aliquid unum rediguntur ex multis. Namque aliud unum ex multis granis conficitur & conflatur, aliud in unum ex multis acinis confluit.* Secundò, & ipsa loquendi formula idem ostendit: *in pane*, inquit, *rationabiliter figura accipitur corporis Christi.* Nam quotiescumque Veteres de rebus ad significationem ordinatis agentes ajunt, in aliquo figuram alicujus, seu, quod idem est, aliquid intelligi, opponunt semper, subjectum id, in quo aliud est intelligendum, verè proprièque id esse quod appellatur, ac simul alterius esse signum & figuram. Sic enim Cyprianus dicit, c *in vino* quod bibit Noè, *figuram Dominicæ passionis extitisse*, vinum, in quo accipienda erat hæc figura, de verò ac propriò vino intelligens. Et rursum; *videmus in aqua populum intelligi*; veram ac propriè dictam aquam designans. Sic & Cyrillus Alexandrinus: d *sequebatur ut in petrâ intellectus Christus*; veram & substantialem petram seu rupem intelligens. Et rursum: e *Vitulus erat qui mactabatur ab antiquis, sed in ipso vide mihi aliquem è numero credentium in odorem suavitatis seipsum Deo offerentem*; Verum proprieque dictum vitulum, non accidentia vituli designans. Sic & Procopius: f *Christus repræsentatus est in Tauro tanquam robustus, &c in Ariete perfectionis nomine, in agno innocentia, in hirco propter mactationem.* Nec exemplum ullum in contrarium afferri potest. Similiter ergo quando & Gaudentius ait, in pane esse accipiendam figuram corporis Christi, de pane propriè dicto substantialique loquitur. Denique id ipsum patet ex fundamento hujus dicti. Undè enim, & quo fundamento nixus Gaudentius asserit, panem esse Dominici corporis figuram? Procul dubio ex verbis Domini quæ paulo antè attulerat, inquiens: *Nam cum panem consecratum & vinum Discipulis suis porrigeret, sic ait, hoc est corpus meum.* Nullomodò autem indè colligere posset, in pane accipiendam esse figuram corporis Christi, nisi intelligeret sensum horum Verborum esse, *Hic panis est figura corporis mei.* His autem sic intellectis, *non fieret*, inquit g Vasques, *corpus Christi verè sub speciebus panis.* Et rursum: h *fatemur etiam fore, ut nulla conversio virtute illorum fieri possit, quia panis, de quo enuntiantur, manere deberet.* Quibus & addo, juxta Gaudentium, consecrationem panis non fieri per verba, *hoc est corpus meum*, sed per benedictionem seu gratiarum actionem ea præcedentem, quandoquidem

Gaudentius,

b *In Ioan. tract. 26.*

c *Lib. 2. Epist. 4. alias 63.*

d *Glaphyr. in Numer.* ἀπὸ δὲ τῆς πέτρας τοῦτο ἦν ὁ Χριστός.

e *Hom. Paschal. 22.* μόσχος δὲ ἦν πάλαι τὸ ἱερευόμενον ὑπὲρ ἡμῶν· σὺ δὲ ἐν αὐτῷ μοι βλέπε τὸν ἐκ τῶν πιστευόντων εἷς ὁλοκαύτωμα εὐωδίας ἑαυτὸν ἀναθεῖναι τῷ θεῷ.

f *In Numer.*

g *Disput. 179. c. 7. num. 101.*

h *Disput. 180. c. 9. & 91.*

Digitized by Google

Gaudentius.

dem ait, Dominum, cum ea verba proferret, panem jam consecratum Discipulis suis porrexisse.

CAPUT II.

In quo respondetur ad Objectiones.

ADVERSARII nihilominus loca ejus aliquot urgent, ad quæ notat [i] Bellarminus nos nec respondisse, nec quoque respondere posse. An autem verè id dixerit, Lectores judicaturi sunt.

i De Euchar. l. 2. c. 21.

Primò ergo, inquit, *Hic insignis Author tract. 2. de Exod. dicit, in veteri testamento Agnum paschalem non fuisse eumdem omnium Iudæorum, sed multos; si quidem unaquæque familia suum occidebat, & manducabat: ille enim agnus figura erat, non veritas. At in nostra veritate, unum & eumdem in omnibus ecclesijs immolari & manducari affirmat. Quæ comparatio manifestè indicat in nostro sacramento verum Christi corpus in seipso, non in solo symbolo adesse: alioquin etiam Iudæi unum & eumdem agnum habuissent, cum omnes illi eorum agni unum Christum significarent.* Sed supponit Gaudentium Veteres agnos directè cum Eucharistia comparare, dissimilitudinemque inter utrumque assignare, atque ut id facilius incautis persuadeat ab ejus verborum productione Veteratoriè se abstinet. Comparatio quam Gaudentius instituit directè est inter plures agnos typicos olim occisos, & unicum Verum agnum pariter occisum: *in umbra*, inquit, *legalis pascha, non unus agnus occidebatur, sed plures. Singuli enim occidebantur per domos: nam sufficere unus non poterat universis, quoniam figura erat, non proprietas Dominicæ passionis. Figura enim non est veritas, sed imitatio veritatis, &c. Ergo in hac veritate qua sumus, unus pro omnibus mortuus est.* En Comparationem. Deindè, ut simul ostenderet veriillius agni typicè in *immolatione carnis & sanguinis* agnorum *umbraliter jussa*, ut [k] alibi loquitur, repræsentati, in Eucharistia quoque figurari & exprimi; subjungit: *Idem per singulas Ecclesiarum domos in mysterio panis & vini resicit immolatus, vivificat creditus, consecrantes sanctificat consecratus.* Et paulò post: *Recte etiam vini specie sanguis ejus exprimitur.* Quibus verbis longè aliud innuit, quam Bellarminus existimat. Primò enim indicat Agnum illum esse in Eucharistia, quemadmodum in illa immolatur, id est, occiditur. Nam immolari ab eo sumi pro occidi, verba immediatè præcedentia & à nobis suprà citata clarissimè ostendunt. At in Eucharistia Agnus non nisi in signo & repræsentatione occiditur: Non igitur illum nisi in signo & repræsentatione in Eucharistia esse intelligit. Deindè, & hæc ipsius verba, *in mysterio panis & vini resicit immolatus*; idem manifestè designant. Quid enim est, *in mysterio* immolari, nisi in signo & repræsentatione tantùm immolari? Id certè apud Veteres ea verba significant. Sic enim Ambrosius ait: [a] *In mysterio dies Christus*; id est, figuratè Christus dies est. Sic & Augustinus de manna & aqua Petræ Judaico populo datis: *Idem*, [b] inquit, *in mysterio* (hoc est, repræsentative) *cibus & potus illorum qui nostri*; quod alibi sic exponit, [c] *petra Christus in signo.* Unde & quandoque hæc duo in Christo opponit, [d] *Semel fuisse immolatum, & quotidie in sacramento & similitudine immolari.* Imo & ipse Gaudentius satis aperte testatur talem esse ipsius mentem, cum ait: [e] *Labores passionis Christi*, &c, *in figura corporis ejus ac sanguinis offerimus.* An enim passio Christi aliter est in Eucharistia quam in signo & repræsentatione? Denique id ipsum patet ex postremis ipsius verbis. Nam postquam dixisset, *idem in mysterio panis & vini resicit immolatus*; subdit: *Consecrantes sanctificat consecratus.* Atqui verus ille Dei agnus in se à nobis consecrari & sanctificari nullomodò dici potest. (Nonne enim, inquit [f] Cyrillus, *ratio nobis persuadebit, id quod sanctificari dicitur, aliquando non fuisse Sanctum, dicere*, &, id quod *sanctificatur a majore & præstantiore quam natura sua sit, sanctificari?*) Sed consecrari dicitur, in figura & repræsentatione, quatenus, videlicet panis in corporis ejus figuram consecratur & sanctificatur. Unde & ibidem ait: *Sacramenta corporis sui & sanguinis in specie panis & vini offerenda constituit.*

a In Luc. l. 7. ex c. 15.

b In Psalm. 77.

c In Joan. tract. 26.

d Epist. 23.

e Tractat. 19.

f De Trinit. dialog. 6. τὸ ἁγιαζόμενον, λεγέσθω, οὐχ ὡς ποτὲ ἐκ μὴ ὄντος γεγονὸς οὕτω λέγω, ἀλλ' ὅτι ἐκ τῆς ἰδίας φύσεως ἁγιάζεται. Est posse τὸ ἁγιαζόμενον, ἀφ' ἑαυτοῦ τὸ ἁγιάζειν τῷ μεταλαμβάνειν τῆς ἁγιάσεως τὸν ἴδιον φύσιν ἁγιάζεται.

Secundò objiciunt Bellarminus & Perronius hæc verba: [g] *Ipse naturarum creator & Dominus, qui producit de terra panem, de pane rursus, quia potest & promisit, efficit proprium corpus: & qui de aqua vinum fecit, & de vino sanguinem suum.* Nihil autem indè concludunt, quasi verba clara per se forent & demonstrativa in eorum sententiam, sed vafrè ex impotentiæ conscientia. Duo enim tantum in illis verbis urgere possunt. Prius est, Gaudentium affirmare, Dominum de pane proprium corpus effecisse. Quid autem est proprium corpus, nisi substantiale ejus corpus? Posterius, quod videatur intelligere, vinum fieri sanguinem Domini, ea ipsa ratione, qua aqua in nuptiis Galileæ vinum effecta est. At rectè judicaverunt nos vtramque suppositionem falsi arguere posse. Primò enim Amon Gregorius Nyssenus de pauperibus loquens pariter ait: [gg] *Proprium benignus ille* (Salvator scilicet) *personam illis largitus est?* Quis tamen ideo dixerit, pauperes ipsum Salvatorem proprie & substantialiter esse? Dico ergò Gaudentium non sumere vocem *proprium* pro substantiali oppositè ad figuratum. Nam testatur vniversa antiquitas, [h] *quicquid sit, antequam fiat, non esse*;

g In exod. tract. 2.

gg De pauperib. amand. orat. 1.

h Vide supr. l. 1. c. 23.

k Tract. 4.

Gaudentius.

esse; Corpus autem proprium seu substantiale Domini è Virgine natum, actu est, seclusa omni Eucharistica consecratione: non igitur intelligit de pane fieri substantiale Domini corpus. Sed *proprium* iunxit oppositè ad alienum, hoc est, simpliciter pro *suum*, quomodò & Victor quandò de S. Spiritu Sancto loquens, ait, n *superferebatur super aquas*, &c, *vt*, &c, *ipse rudibus elementis ignis proprij fomenta præstaret*: quomodò & ipsemet Gaudentius in periodo sequente, ait, *de vino* Dominum *sanguinem suum efficere*; & alibi, i *post resurrectionem propriam*, simpliciter rursum pro *suam*. Sensus autem illius est, Dominum de pane corpus suum effecisse, seu panem corpus suum fecisse, sicut Tertullianus ait: k *Acceptum panem & distributum Discipulis corpus suum illum fecit*, hoc est corpus meum, *dicendo, id est figura corporis mei*. Et Gaudentius ipsemet de pane: *rationabiliter in eo accipitur figura corporis Christi*. Secundò, non magis verum est quod supponunt in altera parte, Gaudentium intelligere, vinum fieri sanguinem Domini, ea ipsa ratione qua aqua vinum effecta est. Ratiocinationem enim ipsius dicimus non ab æquali aut pari, sed a majori deduci: ut quia Dominus de aqua substantialiter vinum effecerit, multò magis vinum sanguinem suum sacramentaliter efficere queat, hoc est, ut id explicat, l *figuram sanguinis ejus*.

n *In fidei ration. ad Hæret.*

i *Ep. ad Eut. 9.*

k *Contr. Marcion. l. 4.*

l *Tract. 19.*

Tertio objiciunt longè post sequentia verba, vbi Gaudentius hæc de legali paschate dicta, *Transitus Domini est*, Eucharistiæ quodammodo accommodans, ait, *Pascha est Domini, hoc est transitus Domini. Ne terrenum putes quod cœleste effectum est per eum qui transit in illud, & fecit illum suum corpus & sanguinem.* Et infra: *quod annunciatum est credas, quia quod accipis, corpus est illius panis cœlestis, & sanguis est illius sacræ vitis. Nam cum panem consecratum & vinum Discipulis suis porrigeret, sic ait: hoc est corpus meum, hic est sanguis meus, Credamus, quæso, cui credidimus. Nescit mendacium veritas.* Et infra: *non infringamus illud os solidissimum, hoc est corpus meum, hic est sanguis meus. Si quid autem superfuerit etiam nunc in vnuscujusque sensu, quod expositione ista non ceperit, ardore fidei concremetur.* At nihil est in illis omnibus quod nobis negotium facessat. Primo enim quando Gaudentius ait; *ne terrenum putes quod cœleste effectum est*; mens ipsius non est, post consecrationem nihil prorsus quod terrenum sit in Eucharistia manere: contradiceret enim Irenæo dicenti, m *qui est a terra panis percipiens invocationem Dei, jam non communis panis est, sed Eucharistia, ex duabus rebus constans, terrena & cœlesti*; Verum tantummodò vult, existimandum non esse, id esse simpliciter terrenum & commune prout erat antè consecrationem. Sic enim se in sequentibus exponit, cum ait: *Ne in ulla cordis carnei, humoribus per naturam semper obnoxij, ipsum decoquas sacramentum, commune illud ac terrenum esse existimans, sed vt per ignem divini Spiritus id effectum, quod annuntiatum est credas.* Ex pane enim refectionis, fit sacramentum religionis, ex pane communi cœleste sacramentum efficitur. Perindè ac Ambrosius de baptismo loquens ait: n *Non est simplex aqua cœlestis mysterium, per quam consequimur, vt partem cum Christo habere mereamur.* Secundò, quando Gaudentius addit: *Cœleste effectum est per eum qui transit in illud*, videlicet, Christum, nullomodò intelligit Christum per suam substantiam transire in panem, quemadmodum Angelus ad cujus transitum allegoricè alludit, proprie transibat per Israelitarum domos. Nam *cum aliter motum fieri non contingat, nisi quod transit, locum in quo erat relinquat & alium assumat*, ut docet o Nyssenus; Christus autem tantum in cœlo sit; non posset nisi deserto cœlo in panem transire. Sed illum, in panem transire intelligit *per divini sui Spiritus ignem*, (ut ibidem docet) cujus adventu & operatione Veteres unanimiter docent, tum aquam baptismi, tùm panem & vinum Eucharistiæ, consecrari & sanctificari. Tertiò, quando ait, panem & vinum fieri & esse corpus & sanguinem Christi, sensus illius non est ea substantialiter & propriè corpus & sanguinem esse, sed tantum sacramentaliter illa fieri & esse, seu, ut se explicat, figuram corporis & sanguinis. Denique, quando ait: *Non infringamus os illud solidissimum, hoc est corpus meum, hic est sanguis meus*; allegorica allusio est ad id quod de agno vetitum olim fuerat, quemadmodum & illa alia quæ immediatè præcedunt, *Caput divinitatis ejus cum pedibus incorporationis, & interioribus simul jubemur mandicare mysteriis*: atque verba *hoc est corpus meum* eleganter os solidissimum appellat, quia ex iis veritas ac soliditas carnis Dominicæ contra phantasmata Marcionis & aliorum solidissime probatur. Cum enim figura corporis non sit nisi veritatis sit corpus, sensusque horum verborum sit, hic panis est figura corporis mei, sacramento panis & calicis veritas corporis & sanguinis demonstratur, ut suo loco audivimus a Tertullianum observantem. Mirandum autem non est, Gaudentium verbis tam magnificis de Eucharistia hìc loqui. Nam præterquam quod id requirebat allusio allegorica ad ceremonias agni quas mysticè accommodat, & quantum fieri potest Eucharistiæ adaptat; Mos erat Veterum, coram Neophytis, & recens initiatis, magnificè sacramenta prædicare & extollere, nè despectui forent. Quod & Augustinus de baptismo loquens notat, b *De Sacramento quod accepturi sunt, sufficit prudentioribus audire, quid res illa significet: cum tardioribus autem aliquanto*

Gaudentius.

n *Præf. libr. de Spiritu S.*

m *Contr. Eunom. l. 12. al. 11. ἀλλ' ὁ ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας ἐπιφοιτήσας τοῖς ἁγίοις πνεύματος, καὶ τῷ μυστηρίῳ τὴν ἐνέργειαν ἐπιδοὺς, τὰ μὲν ἐν αὐτῷ τῇ ἀναπλάσει, ἅτε ἐν ἀρχῇ ὄντα, ἐνεργεῖ· τὰ δὲ ἐπὶ τῇ ἀναπλάσει βαπτισθεῖσι, διὰ τῆς ἐπιφοιτήσεως τοῦ πνεύματος. Item & contr. fatum.*

a *Contr. Marcion. l. 4. & 5.*

b *De Catechizand. Rudib. c. 3.*

Chryſoſtomus.

tra myſteriâ ſimplicem menſam prabens, vino uſus eſt, ex geminine, *inquit*, vitis. *Vitis autem vinum, non aquam producit.* Palmarium ſanè in rem noſtram teſtimonium. Primò enim docet Chryſoſtomus, Dominum poſt reſurrectionem fructum hujus terrenæ vitis quæ non aquam, ſed vinum producit, bibentem, impleviſſe quod dixerat in Euchariſtiæ celebratione, *non amplius bibam de geminine vitis hujus, vſque in diem illam cum illud bibam novum vobiſcum in regno Patris mei.* Supponit igitur Dominum in Euchariſtia verum ac propriè dictùm vitis hujus fructùm bibiſſe, id eſt, vinum. Quod enim rurſum fit, jam prius factum fuiſſe neceſſè eſt. Secundò, non modò ait Dominum vinum bibiſſe, ſed & addit, *vinum* Diſcipulis tradidiſſe, *geminenque vitis quæ vinum non aquam producit.* Quid Clarius? Atteſtor autem Adverſariorum conſcientiam; annon locus hic, in quo Chryſoſtomus non declamatoriè, ut ſolet, ſed dogmaticè & Hiſtoricè loquitur, prævalere debeat illis omnibus in quibus Hyperbolicas locutiones uſurpat, eæque ſint ad hujus loci clarum & litteralem ſenſum revocandæ & redigendæ? Regula enim eſt Tertulliani, eaque veriſſima: *a ſi quid pars diverſa turbat, obtentu figurarum & enigmatum; manifeſtiora quæque prævaleant, & de incertis certiora præſcribant.*

c *De Reſurrectione.*

Tertius locus ducitur ex homilia 46. in Joannem ubi hæc Domini verba, *Spiritus eſt qui vivificat*, caro non prodeſt quicquam, exponens, ait: d *Quod dicit, ejuſmodi eſt: Spiritualiter oportet intelligere ea quæ dixi. Qui enim illa carnaliter intellexit, nihil lucratus eſt, nihil inde utilitatis accepit. Carnale autem eſt dubitare, quomodo de cœlo deſcendit, & eum Joſeph filium arbitrari, & quomodo poſſit nobis carnem manducandam dare. Hæc omnia carnalia ſunt, quæ oportebat myſticè & ſpiritualiter intelligere. Et undè, inquit, poterant illis intelligere, quid eſſet carnem manducare? Oportebat igitur eos conveniens tempus expectare, & interrogare, & non negare.* Verba quæ dixi vobis, Spiritus & vita ſunt; *hoc eſt, divina & Spiritualia ſunt, nihil carnale habentia, nullamque naturalem conſequentiam, quæ & ab omni ejuſmodi neceſſitate & legibus rerum hujus vitæ libera ſunt & supereminent.* Et paulò poſt: *Si quis id carnaliter acceperit, nihil profecerit. Quid igitur? annon caro eſt, ipſius caro? Maximè certè. Quomodò igitur ait*, caro non prodeſt quicquam? *Non de carne ſua dicens: abſit; ſed de his qui dicta ipſius carnaliter accipiunt. Quid autem eſt carnaliter intelligere? Simpliciter ad propoſita reſpicere, & nihil plus cogitare, hoc eſt, carnaliter. Non autem ſic oportet judicare de ijs quæ videntur, ſed myſteria omnia oculis interioribus conſideranda. hoc eſt, ſpiritualiter.* Egregium pariter locum. Ait enim Chryſoſtomus, ea quæ Dominus de manducatione carnis ſuæ diſſeruit; non carnaliter; ſed myſticè & Spiritualiter eſſe intelligenda. Quid autem eſt illa, non carnaliter, ſed myſticè & ſpiritualiter intelligere, niſi de manducatione myſtica & ſpirituali, non verò de manducatione propriè ſic dicta & orali accipere?

d *De Euchar. l. 2. cap. 10.*

Reſpondet, Perronius, Chryſoſtomi mentem eſſe, *promiſſionem Domini de carne ſua ad manducandum danda, falſi argui non debere propter repugnantia naturalis obſtacula, & abſurditates ac impoſſibilitates, quas caro, id eſt, ſenſus & humana ratio in illis reperiebant, quoniam Dei Spiritus qui eas dictabat, potens erat ad illas implendas. Et ſane Chryſoſtomus non vult hæc ſola verba*, niſi manducaveritis carnem filij hominis, *myſticè & ſpiritualiter eſſe accipienda, ſed & illa*, deſcendi de cœlo, *quæ in eadem conditione locat*: carnale eſt, *inquit*, dubitare quomodò de cœlo deſcendit, & eum Joſeph filium arbitrari, & quomodò poſſit carnem nobis manducandam dare: hæc omnia carnalia ſunt, quæ oportebat myſticè & ſpiritualiter intelligere. *Quid igitur eſt ſecundum Chryſoſtomum verba Chriſti myſticè accipere? Non dijudicare veritatem harum propoſitionum ex apparentia exteriori rerum; credere ipſum verè de cœlo deſcendiſſe, quamvis deſcenſus hic myſticus fuerit, hoc eſt, ſecretus, occultus & inviſibilis hominibus. Quid verò turſum eſt, illa ſpiritualiter accipere? Ea judicare, non per ſenſum & diſcurſum rationis humanæ, ſed per Dei perſuaſionem ac Lumen revelationemque fidei. Ideoque paulo poſt addit*: Verba quæ locutus ſum vobis, Spiritus ſunt. Doctrinam meam rerum conſequentiæ & neceſſitati ſubjacere, nè arbitremini. Spiritalia legibus terrenis ſervire non patiuntur, quod & Paulus inquit, ne dicas in corde tuo, quis aſcendit in cœlum? hoc eſt, Chriſtum deducere, vel quis deſcendit in abyſſum? hoc eſt Chriſtum ex mortuis revocare. *Dicere ergo ſecundum Chryſoſtomum, Chriſtum deſcendiſſe in abyſſum, & exindè reſurrexiſſe ac in cœlum aſcendiſſe, Spiritualia ſunt, hoc eſt, ſolo ſpiritu ac fide comprehenſibilia, quæ tamen nihil minuunt de vera exiſtentia reali & corporali Chriſti in cœlo.* Sed hæc nihil ſunt. Nam verum quidem eſt Chryſoſtomum intelligere, manducationem carnis Dominicæ falſi argui non debere propter obſtacula repugnantiæ quam ſenſus & humana ratio nonnullorum ex Diſcipulis in ipſius verbis ſibi videbantur deprehendere: Sed non pariter verum eſt, eum pro argumento in

Ἐπιστολὴ τοῦ Ἁγίου Ἰωάννου τοῦ Δαμασκηνοῦ πρὸς τὸν Θεοφύλακτον Νικομηδείας περὶ τῶν ἁγίων καὶ σεπτῶν εἰκόνων.

Chryſoſtomus.

dentè, non poteſt videre regnum Dei, non eſſe de generatione proprie ſic dicta accipiendum, ſed de generatione figurate ſic appellata, hoc eſt, ſpirituali; ait, Dominum id intelligere de generatione à naturali conſequentia neceſſitateque libera: *quæ Dei ſunt*, f inquit, *ne natura neceſſitati ſubjiciamus.* Et rurſum: g *carnalis generationis imaginationem tollere ſtudens, aliam generationem dico*, inquit, *ô Nicodeme. Quid ſermonem ad terram devolvis? quid naturæ neceſſitati rem ſubjicis? Partus eſt hiſce ſublimior: nihil cum vobis commune habet. Generatio quidem dicitur, ſed nomine communicat, re verò differt. Abſtrahe teipſum à communi conſuetudine. Alium partum induco in mundum: Aliter volo homines generari.* Ad eumdem igitur modum, cum manducationem carnis Domini à naturæ neceſſitate liberam eſſe pronuntiet, mens quoque ejus eſt, illam manducationem quidem dici, ſed nomine tantum communicare, re autem differre, ac omnino aliam eſſe à manducatione proprie ſic appellata, ſeu, quod idem eſt, orali, videlicet, ſpiritualem. Quartò quærit, quid ſit *carnaliter intelligere*: Et reſpondet; *eſt ſimpliciter ad propoſita reſpicere, nec amplius quid cogitare.* Simpliciter autem ad verba propoſita reſpicere, nihil aliud eſt, quam ea juxta litteram & prout ſonant, accipere. Sic enim ſumitur in hac dictorum materia adverbium *ſimpliciter* à Veteribus. Ut quando Theodoretus ſcribit, a *Adverſus eos qui jubent ſimpliciter credere iis quæ dicunt, abſque ulla inquiſitione ſit ne conveniens, an non.* Quod ipſum de ipſa Scriptura loquens in alio quoque b Libellulo obſervat, adverſus eos qui *jubent ne quis attendat ad verborum ſignificationem, ſed ſimpliciter & abſque examine audiat quæ in* ſcripturis *dicuntur.* Et quandò Chryſoſtomus ipſe de dextra & ſiniſtra Domini loquens, ait: c *Conſulo, ne ſimpliciter litteras percurratis, ſed ſenſui intelligatis: ſi quis enim ſimpliciter verbis inhæreat, &c., multum errabit.* Et in his ipſis ſuper Joannem homilijs: d *non vult Deus ut nomina & dicta* (omnia, ſcilicet) *ſcripturarum ſimpliciter audiamus, ſed cum multa prudentia.* Et paulò poſt quid ſit ſimpliciter audire, exponens: e *Ne ſimpliciter*, inquit, *attendamus ad ſcriptura dicta, ſed cum diligentia. Nam ſi quis abſque examine audiat quæ in iis habentur, & recipiat omnia ut dicta ſunt ſecundum litteram, multa abſurda de Deo ſuſpicabitur.* Quid, quod & Auguſtinus *Carnaliter intelligere*, exponit, id quod figurate dictum eſt, tanquam proprie dictum & ſecundum litteram accipere? *Cum figuratè dictum*, f inquit, *ſic accipitur tanquam proprie dictum ſit, carnaliter ſapitur. Neque ulla mens anima congruentius appellatur, quam cum id etiam quod in eo beſtijs antecellit, hoc eſt, intelligentia, carni ſubjicitur ſequendo litteram.* Idem quoque licet alijs verbis obſervat, Author operis imperfecti in Matthæum inter Chryſoſtomi opera. Ait ergò Chryſoſtomus, ea quæ Dominus de manducatione carnis ſuæ dixit, non eſſe carnaliter & ſimpliciter, id eſt, proprie & juxta litteram intelligenda, ſed myſtice id eſt, figuratè. Figura autem non eſt in carne: vera enim Chriſti caro ad vitam eſt manducanda: ſupereſt igitur ut ſit in manducandi vocabulo quod à corporis organis ad facultates animæ figurate transferatur. Quinto, poſtquam dixiſſet, *Carnaliter intelligere, eſt ſimpliciter ad propoſita reſpicere, nec amplius quid cogitare*; addit: *Non autem oportet ſic judicare ea quæ videntur* (ſeu potius,) *ea quæ dicuntur* vel *proponuntur* (legendum enim videtur ex ſerie ſermonis ἐκφερόμενα, non ὁρώμενα) *ſed myſteria omnia interioribus oculis contemplari, hoc eſt ſpiritualiter.* Quamobrem autem interiores oculos, hoc eſt, facultates animæ ad intelligentiam ſpiritualem manducationis carnis Chriſti advocaret, niſi manducatio hæc interna & ſpiritualis foret? Eoſdem enim interiores oculos advocat ad dijudicandam generationem illam de qua Dominus Nicodemo loquebatur, & deprehendendum illam non eſſe corporalem, ſed g *intellectualem.* Nam, inquit: h *Dominus à ſenſibilibus omnibus eum abduxit, nec ſinit hiſce oculis* (exterioribus) *myſtagogiam hanc perſcrutari.* Et rurſum: i *quemadmodum ventus non videtur, etiamſi ſonum det, ita Spiritalis generatio oculis corporeis non videtur.* Denique, immediatè ante Pauli locum à Perronio objectum, exponens hæc a B. Petro reliquorum Apoſtolorum nomine Domino dicta, Ad quem ibimus, Verba vitæ æternæ habes; *Ne propterea*, inquit, ad quem ibimus *dixiſſe videretur, quaſi non haberent a quibus exciperentur*, ſubdidit: Verba vitæ æternæ habes. k *Quæ illi* (quidam ſcilicet ex Diſcipulis) *carnaliter & juxta rationes humanas audiebant, hi* (nimirum, Apoſtoli) *ſpiritualiter & fide totum ſuſcipiebant.* Quid autem illud eſt, niſi eos intellexiſſe manducationem hanc non carne & ore, ſed ſpiritu atque fide eſſe peragendam? Nec quicquam contra facit, quod objicit Perronius, *Chryſoſtomum dicere, deſcenſum Domini in abyſſum, ac illius ex eo regreſſum & in cœlos aſcenſum, Spiritualia eſſa, realiter nihilominus & propriè intelligenda.* Chryſoſtomo enim imponit. Nam Chryſoſtomus non ait, aſcenſionem Domini in cœlum myſtice & ſpiritualiter eſſe intelligendam, quemadmodum

Chryſoſtomus.

f De Doctrin. Chriſt. l. 3. c. 5.

g In Ioann. hom. 24.

h Ibid. hom. 25.

i Homil. 48. & 49.

k Hom. 46.

f In Ioann. hom. 23. τὰ σὰ ἡμῖν, &c. μηδὲ ἀναγκῇ φύσεως ὑποβάλωμεν.

g Ibid. hom. 24. τῶν σῶν τὴν σπερικὴν γένεσιν φυσικοῖς λογισμοῖς ἀναπλάζων. ἑτέραν λέγω γέννησιν (φησὶ) τὴν Νικόδημε. τί τὸν λόγον ἔλκεις πρὸς τὴν γῆν; τὸ δὲ φύσεως ἀνάγκῃ τὸ πρᾶγμα ὑποβάλωμεν; ὑπόκειται ἐν τῷ θείῳ λόγῳ ἄλλη τις γένεσις. ἑτέραν λέγω γέννησιν, φησὶ, τὴν ἐν τῷ κόσμῳ. ἄλλον βούλομαι τρόπον τοὺς ἀνθρώπους γεννᾶσθαι. ἑτέρου λόγου ἐστὶν ἐκεῖνον τὸν τρόπον ἐξετάσαι. λέγουσι σωμάτων διέξοδον, καὶ τὴν ἀφάνειαν, καὶ τὴν ἀναφορὰν, καὶ τὴν ἀπόδοσιν. λέγουσι σωμάτων διέξοδον τὴν τοῦ κόσμου. ἄλλον βούλομαι τρόπον τοὺς ἀνθρώπους γεννᾶσθαι. ἑτέρου λόγου ἐστὶν ἐκεῖνον τὸν τρόπον ἐξετάσαι. ἀλλὰ βέλτιον ἡμᾶς τοὺς ἀκροατὰς

a Inter opera Athanaſ. tom. 2. πρὸς τοὺς ἁπλούστερον ἀκούειν βουλομένους τῶν λόγων, καὶ μὴ προσέχοντας τὸ σκοπὸν ἢ ἀκρίβειαν. vid. Phot. Biblio. cod. 46.

b Ibid. Adverſus eos qui dicunt ſimpliciter recipere oportere voces, &c. ὁ γὰρ λέγων ἁπλούστερον, μὴ σκοπεῖν μηδὲ ἀκριβολογεῖσθαι, ἀπλῶς ἂν καὶ βαναύσοις ἀκούοις τοῦτο λεγομένου, &c. c Homil. de petitione filior. Zebedai. συμβουλεύω, μὴ ἁπλῶς ἀναγινώσκειν τὰ γράμματα, ἀλλὰ διεξιόντας τὰ νοήματα. ὁ γὰρ τις ἁπλῶς πρὸς λέξιν προσπίπτων, &c. πολλὰ ἁμαρτήσεται. d In Ioan. hom. 14. τὸν ἀναμφιλόγως τὴν τοῦ ῥήματος τοῦ θείου γραφῆς ἀκούειν, οὐχ ἁπλῶς ἡμᾶς ὁ θεῖος ἐκέλευσε βάλλειν, ἀλλὰ μὴ πάσῃ ἐπιβάντας. e Ibid. μὴ ἁπλῶς ἐπιβαίνωμεν τοῖς τῶν γραφῶν ῥήμασιν, ἀλλὰ μὴ ἀκριβῶς πάντα. ἐὰν μὲν γὰρ ἀκριβείας τις ἐπιζητῇ τὰ ἐπιπόλαια τοῦ ἀνθρώπου, τὰ δὲ ἄκρατα καὶ τὰ ἀπόρρητα τοῦ θεοῦ, πάντα τὰ ἄτοπα εὑρήσει. vid. & homil. 40. ad initium.

Chryſoſtomus.

modum de manducatione carnis ejus loquitur: Sed tantum, poſtquam dixiſſet, *Spiritalia rerum terrenarum legibus ſervire non ſuſtinent*, id probat allegoricis illis Apoſtoli verbis, l *Ne dicas in corde tuo, quis aſcendit in cælum, hoc eſt Chriſtum deducere: vel, quis deſcendit in abyſſum, hoc eſt, Chriſtum ex mortuis reducere.* Quæ ab Adverſarij mente aliena prorſus eſſe, nemo niſi cæcus non videt.

l Rom. 10. 6. 7.

Sed rurſum objicit; *Chryſoſtomum ad initium hujus homiliæ quærere*; m quid eſt quod dicit, Caro mea verus eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus? *Et reſpondere*, Aut hoc vult dicere quod ea eſt verus cibus animam ſalvans, aut certos eos (Diſcipulos) facere, ne exiſtimarent id quod dixerat ænigma eſſe & parabolam, ſed ſcirent omnino oportere ut corpus comederent. *Apprehendere igitur mandatum de corpore Chriſti edendo ſpiritualiter, juxta Chryſoſtomum, non eſt illud intelligere enigmatice, parabolicè, allegoricè, ſed fideliter, abſolute, indubitanter, abſque hæſitatione, interrogatione, incredulitate, per virtutem Spiritus Dei & fidem digerendo quod ſenſus humani, prudentiaque carnalis infirmitas concipere non poteſt.* Verum hoc nugari eſt. Nam verum quidem eſt quod hic Chryſoſtomus ait, ea Domini verba, *Caro mea verus eſt cibus, & ſanguis meus verus eſt potus*; non eſſe ænigma & parabolam. Ænigma enim, ut poſt n Clementem Alexandrinum docet, ſivè Chryſoſtomus, ſivè o aliquis alius Veterum inter ipſius opera, ſententia obſcura eſt, quæ aliud prorſus deſignat quam quod verba immediate & præ ſe ferunt. Cujus exemplum affert in his Prophetæ verbis; a *tunc lupus ſimul cum agno paſcetur, & pardalis cum Hœdo accubabit*, &c; addens: *Intellige enigma, & clare percipe ejus intelligentiam, quod non brutorum animalium conventum indicat, ſed hominum communionem.* Et Auguſtinus: aa *Ænigma eſt obſcura parabola qua difficile intelligitur.* Similiter *parabola*, inquit ipſe b Chryſoſtomus, *ſermo enigmaticus eſt quem plurimi quæſtionem appellant, aliquid deſignans, ſed quod ex verbis non apparet, verum ſenſum intus occultum habet: quemadmodum quando Samſon dicebat. Ex manducante prodijt cibus.* Et poſt Chryſoſtomum Author reſponſionum ad varias quæſtiones inter Juſtini Martyris opera: c *parabola, eſt ſermo* d *rei factæ ad eam quæ futura eſt ſimilitudinem complectens.* Et ex ipſis Adverſarijs e Salmero rectius: *parabola eſt narratio rei fictæ & compoſitæ.* Non autem ita ſe res habet in hac Domini ſententia, *caro mea eſt verus cibus, & ſanguis meus verus eſt potus.* Nam caro & ſanguis nihil aliud deſignant quam quod verba præ ſe ferunt: Ac proindè nec ænigma nec parabola ſunt, poſſumuſque concedere Perronio quod concludit, *manducationem carnis Chriſti ſpiritualiter intelligere, juxta Chryſoſtomum, non eſſe illam accipere ænigmatice & parabolice.* Id enim ſane verum eſt. Nam fatemur rurſum cum Chryſoſtomo, *omnino oportere carnem Chriſti* ad vitam *manducare.* At id nullomodò evincit vocabulum manducandi non eſſe metaphoricum, (*differt* enim, inquit Salmero, *parabola à metaphora*) aut manducationem illam de manducatione Spirituali non eſſe intelligendam. Imo potius contrarium docet. Ait enim, *omnino oportere carnem Chriſti manducare* ad ſalutem obtinendam. Ad ſalutem autem obtinendam non prorſus neceſſariùm eſt illam oraliter edere, cùm multi abſque orali illius eſu vitam & ſalutem conſecuti ſint & conſequantur, fatentibus ipſis Adverſarijs. Non igitur intelligit oportere illam oraliter manducare: itaque hîc ſpiritualem manducationem deſignat quæ neceſſaria prorſus eſt.

Chryſoſtomus.

Quartus locus ducitur ex homilia octava in priorem Apoſtoli ad Corinthios Epiſtolam, ubi de Sacerdotibus loquens, ait: f *Nec baptiſma foret, nec corpus Chriſti, nec oblatio per illos, ſi ubique dignitatem gratia requireret: Nunc autem etiam per indignos Deus operari conſuevit, nec baptiſmatis gratia quicquam laditur à vita Sacerdotis.* Per corpus autem Chriſti de quo loquitur, intelligere non poteſt proprium ac ſubſtantiale Domini corpus. Corpus enim illud *in eſſe* à Sacerdotum dignitate non pendet. Intelligit ergò corpus illius ſacramentale, quod proinde aliud eſt à proprio & ſubſtantiali. Nec juvaret reſpondere, mentem ipſius eſſe corpus Chriſti non fore præſens in Euchariſtia ſub accidētibus panis, ſi ejus præſentia à dignitate ſacerdotis penderet. Nam non dicit, corpus Chriſti non fore in Euchariſtia, ſed *tantummodo corpus Chriſti non fore*: quemadmodum & dicit *non fore baptiſma.* Intelligit autem ſimpliciter & abſolute non fore baptiſma: proinde & ſimiliter, ſimpliciter & abſolute Chriſti corpus non fore.

Quintus locus habetur homilia vigeſima quarta in eamdem Epiſtolam, vbi exponens hæc Apoſtoli verba, *Panis quem frangimus, nonne communio corporis Chriſti eſt*, ſic loquitur; g *Quid eſt panis? corpus Chriſti. Quid autem fiunt qui ſumunt? Corpus Chriſti: non corpora multa, ſed vnum corpus. Quomodo enim panis ex multis granis compoſitus vnitur, ut nusquam appareant grana, ſed ſint quidem ipſa, differentia autem ipſorum notari non poſſit propter conjunctionem; ita etiam inter nos & Chriſto conjungimur.* Validiſſimum profecto in rem noſtram teſtimonium. Primo enim quemadmodum hæc interrogatio, *quid fiunt qui ſumunt* panem illum fractum qui corpus Chriſti eſt, & hæc reſponſio, *corpus Chriſti*, conſtituunt hanc propoſitionem ex vtraque conflatam, *qui ſumunt panem illum fractum qui corpus Chriſti eſt*,

m τί ποτέ ἐστι τὸ εἶπεν ἡ σάρξ μου ἀληθῶς ἐστι βρῶσις, καὶ τὸ αἷμά μου ἀληθῶς ἐστι πόσις, τί ἐστι; λέγω, ἢ τοῦτο θέλειν αὐτοὺς, ὅτι ἀληθὴς βρῶσις ἐστιν ἡ ψυχὴν σώζουσα. ἢ πιστοποιῆσαι αὐτοὺς περὶ τοῦ εἰρημένου, ὅτι μὴ νομίζειν αἴνιγμά τινα τὸ εἰρημένον ὠνομακέναι παροιμίαν, ἀλλὰ δεῖν ἅπαντα δεῖ φαγεῖν τὸ σῶμα.

n *Stromat. lib. 5.*

o *Tom. 6. in Geneſin. ſerm. 2.*

a *Eſa. 11. 6 & 65. 25.*

aa *In Pſalm. 48.*

b *In Pſal. 48* ἐστὶ παραβολὴ αἴνιγματώδης λόγος, ἢ παλαιὰ λέγων ζήτημα, ἐμφαίνων μέν τι, οὐκ αὐτὸ δὲ ἐκ τῶν ῥημάτων, ἀλλ' ἔχων σύνεσιν κεκρυμμένην ἀλληγορικήν, οἷόν τι ἡ Σαμψὼν ἔλεγε τὸ ἐξῆλθε βρῶσις καὶ ἐξῆλθε γλυκύτης. βρῶσις.

c *Quæſt. 60.* παραβολή ἐστι λόγος ὁμοίωσιν περιέχων τοῦ γεγενημένου πράγματος πρὸς τὸ ἐσόμενον.

d *Id non ſemper verum eſt. Vid. Salmer. in parabolas Evangelicas tract. 1.*

e *Ibid. Vid. Afterium homil. 2.*

f οὐκ ἦν ἀπιστία τὸ βάπτισμα εἶναι, οὔτε σῶμα χριστοῦ, οὔτε προσφορὰ δι' ἐκείνου, εἰ πανταχοῦ τὸν ἀξίαν ἐζήτει χάριν· νῦν δὲ, ἀναξίων ἱερέων ὄντων, οὐδὲν ἧττον βαπτίζουσι καὶ χάριν ἐπιτελοῦσι τοῦ ἁγίου πνεύματος.

g τί γάρ ἐστιν ὁ ἄρτος; σῶμα χριστοῦ. τί δὲ γίνονται οἱ μεταλαμβάνοντες; σῶμα χριστοῦ· οὐχὶ σώματα πολλά, ἀλλὰ σῶμα ἕν. ὥσπερ γὰρ ὁ ἄρτος ἐκ πολλῶν συνεστὼς κόκκων ἕνωσιν οὐκ ἐμφαίνει τῶν κόκκων, διὰ τὴν πρὸς ἀλλήλους ἕνωσιν, οὕτω δὴ καὶ ἡμεῖς τῷ χριστῷ συνηνώμεθα.

Chryſoſtomus. *eſt, corpus Chriſti ſunt.* Similiter & hæc quæſtio, *quid eſt panis*, cum hac reſponſione, *corpus Chriſti*, alteram hanc propoſitionem ponunt ex utraque conſtantem, & quidem juxta Chryſoſtomum veriſſimam, *panis*, videlicet fractus, *eſt corpus Chriſti*,. Propriè autem ſumpta vera eſſe non poteſt, fatentibus
h *Cap. 13.* ipſis Adverſarijs h Libro præcedente citatis: *abſque tropo* enim, *& figurâ*, inquit Vaſques, *falſum eſt & corpus Chriſti dicere panem, & panem dicere corpus Chriſti*; ac proindè tropicè tantum vera eſt, ut panis corpus Chriſti ſit ſignificative. Rurſum, & hæc propoſitio, *panis eſt corpus Chriſti*, evidentiſſime ſupponit, panem de quo prædicatur Chriſti corpus, manere nec ſubſtantialiter mutari: alioquin enim eſſet prædicatum ſine ſubjecto, quod abſurdiſſimum foret. Tertiò, idem indicat Comparatio quam Chryſoſtomus in ſequentibus adhibet, idque dupliciter. Ait enim in hoc pane de quo loquitur, *grana ipſa eſſe, licet eorum differentia propter conjunctionem notari non poſſit.* Quid eſt autem *grana ipſa eſſe*, Niſi grana ipſa remanere, confuſa licet & indiſtincta? Deinde ex conſiſtentia panis illius Euchariſtici, myſtici corporis Chriſti conſiſtentiam per ſimilitudinem illuſtrat. Quomodo igitur intelligit in myſtico Chriſti corpore eſſe plura entia ſubſtantialia numero differentia, ſed conjuncta & adunata, ita & mens illius eſt in pane Euchariſtiæ eſſe multa ſubſtantialia tritici grana commolita & vnita. Alioqui nulla eſſet ſimilitudo, nec de *Catero typus eſſe poſſet*, ut ipſemet i alibi obſervat. Nec juvaret reſpondere cum k Gardinero & Bellarmino, Chryſoſtomum per **panem intelligere *panem Dominum***, hoc eſt, ipſummet ſubſtantiale Domini corpus. Id enim nullomodo ſubſiſtere poteſt. Perindè ſiquidem eſſet ac ſi Chryſoſtomus quæreret, *quid eſt corpus Chriſti*, & reſponderet, *corpus Chriſti*: tautologicè & abſurdè. Deinde, loquitur de pane qui in Euchariſtiæ Communione frangitur & comminuitur: Corpus autem proprium Chriſti, ſeu panis Dominus nec frangitur nec frangi, poteſt fatentibus Adverſarijs. Verum quidem eſt Chryſoſtomum ibidem de Domino loquentem dicere, *quod non paſſus eſt in cruce, hoc patitur in oblatione propter te, & patitur frangi ut omnes impleat*; Sed intelligit Dominum in Euchariſtia fractionem pati, non in ſe, ſed in ſigno ſuo videlicet pane: id quod ſacramento accidit, ipſimet figuratè tribuens, quemadmodum corporis ſui nomenclaturam ſacramento reciprocè. Denique, per panem, intelligit panem multis granis, confuſis licet, conſtantem: quod de proprio Chriſti corpore, ſeu de pane Domino niſi falſò dici non poteſt. Sed rurſum inſtat Milleterius, idque dupliciter. Primò enim ſic argumentatur:
l p. 588. & 9. l *per quod vnumquodque tale eſt, illud etiam magis tale eſt. Atqui propter panem corpus Chriſtiſ Chryſoſtomo appellatum, ejus participes, fiunt corpus Chriſti: Ergo panis ille corpus Chriſti appellatus magis eſſe debet corpus Chriſti. Id autem eſſe non poteſt, niſi ſit proprium ipſius corpus.* Sed ineptiſſimum eſt argumentum. Eadem enim ratione concludi poſſet baptiſmum eſſe proprie Chriſti carnem, imo & Angelum. Leo enim docet, per baptiſmum contingere m *ut corpus regenerati fiat caro crucifixi* & n Chriſoſtomus, ut *homines fiant Angeli.* Quod tamen quis ſanus dixerit? Verum hic homo in analyticis parum verſatus ignorauit philoſophicum illud axioma, quo in propoſitione utitur, in Cauſis tantummodò finalibus vniverſaliter locum habere, efficientibus autem applicatum verum non eſſe niſi in totalibus, principalibus ac propinquis, quales ſacramenta non ſunt. Secundò obſervat, o *Chryſoſtomum, poſtquam dixiſſet*; Quid eſt panis? corpus Chriſti. Quid autem fiunt qui ſumunt? corpus Chriſti, *&c*; *ſubjungere*: non enim ex alio corpore tu, ex alio ipſe nutritur, ſed ex eodem omnes. Ac quærit, *an non loquatur de nutritione* ſpirituali per quam illi qui aluntur corpus Chriſti fiunt? *Quod ſi ita eſt*, inquit, *ſequitur panem ex variis granis compoſitum qui ſacramentum eſt, eſſe verum ac proprium Chriſti corpus, cujus ſolius nutritio ſpiritualis nos ipſius corpus efficit.* Sed rurſum abſurda & falſa eſt Conſequentia. Nam ſi baptiſmus abſque eo quod proprium Domini corpus ſit, nos ipſius carnem efficit, quidni & Euchariſtia, quamvis idem corpus propriè ſimiliter non ſit?

Chryſoſtomus.

m *De paſſione ſerm. 14.*
n *In Acta hom. 23.*

o *p. 725.*

Sextus locus ducitur ex eadem homilia ubi Chryſoſtomus de cura fraterna tractans, ait: a *Ad hoc nos inducit terribilis & tremenda hac victima, jubens ut cum concordia maximè ad ipſam accedamus, & cum Charitate ardenti, & inde effecti Aquila, ſic ad ipſum Cœlum volemus. Vbi enim cadaver, inquit, illic & Aquila: cadaver corpus vocans propter mortem. Niſi enim ipſe cecidiſſet, nos non ſurrexiſſemus. Aquilas autem vocat, oſtendens, quod oportet eum qui ad hoc corpus accedit eſſe ſublimem & nihil cum terra commune habere, neque deorſum trahi & ſerpere, ſed ſurſum volare aſſidue, & ad ſolem juſtitiæ aſpicere, acutumque mentis oculum habere. Aquilarum enim, non Graculorum eſt hac menſa. Ipſi tunc quoque ei occurrent è cœlo deſcendenti, qui nunc dignè percipiunt, ſicut qui indignè, extrema patientur.* Per hoſtiam autem, & corpus illud Dominicum quod tùm dignè, tùm indignè percipi poſſe affirmat, non poteſt intelligere Chriſti corpus juxta ſubſtantiæ

a ὅτε τοῦτο ἡμᾶς ἐπάγει ἡ φοβερὰ καὶ φρικωδεστάτη θυσία, κελεύουσα ἡμᾶς μετ' ἐπιεικείας ἀνῆφθαι πολλῆς καὶ θερμῆς ἀγάπης, καὶ πολλῆς ῥοπῆς ἐντεῦθεν, ὅταν οὕτω διατεθῶμεν τὸν ἀετὸν ἐκεῖνον, ὅπου γὰρ τὸ πτῶμα, φησὶν ἐκεῖ καὶ οἱ ἀετοί, πτῶμα καλῶν τὸ σῶμα διὰ τὸν θάνατον. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐκεῖνοι, ἡμᾶς ἀνιόντας ἀπαντήσονται τῷ οὐρανίῳ τούτῳ θεάματι, καὶ μᾶλλον ἐκεῖνοι τοῦ γε κοινοῦ ἔχειν μηδὲ πόθεν σύνεσιν ἡμῖν, ἀλλ' ἀνωτέρω ἐσμὲν ἐκείνων, καὶ ὅσῳ τοῦ ἥλιου τῆς δικαιοσύνης ἐγγύτερον, καὶ ἐξυφάναι τὸ ὄμμα τῆς ἀληθείας ἔχομεν. ἀετὸν γάρ, ἡ κορυφαία αὕτη καὶ τετιμημένη τράπεζα. ὅτι καὶ τότε ἀπαντήσονται ἐκ τοῦ ὑψηλοῦ τοῦτο βαίνοντι οἱ νῦν ἀξίως ἀπολαύοντες, ὥσπερ καὶ οἱ ἀνάξιοι, τὰ ἴσα πάσχοντες.

Chryſoſtomus.

ſuæ veritatem, in menſa Euchariſtica jacens; ſed tantùm intelligit illud corpus inibi in ſigno & repræſentatione poſitùm, ſi quidem adjungit, in hoc ipſo actu nos eo corpore incitari debere ad evolandum in cœlum, & illic juſtitiæ ſolem Dominum videlicet, quærendum & inſpiciendum. Nam *auditis* aut viſis *ſignis*, ut olim monebat [b] Auguſtinus, *ad res ſignificatas feratur intentio.* Quid autem neceſſe foret è terra in cœlum volare ad Dominum inveniendum in ipſa Euchariſtiæ communione, ſi per propriâ corporis ſubſtantiam eum haberemus in Euchariſtia præſentem. Vſus hic locus Perronium ideoque frigidam conatur apponere: *Chryſoſtomus* [c] inquit, *in prima periodo loquitur de finali digne, hic communicantium poſt reſurrectionem volatu in cœlos, cujus tamen acceſſum quem nunc habemus ad corpus Chriſti per Euchariſtiam, tanquam præludium quoddam eſſe vult, quandoquidem neceſſe eſt ut digne accedamus, nos jam Aquilarum proprietates & conditiones obſervare incipere. Textus enim Matthæi quem citat de finali Domini adventu in reſurrectione intelligitur. Ideoque ſtatim poſt exiguam hanc digreſſionem redit ad ſermonem de reali fidelium elevatione:* Illi, *inquit*, tunc ei occurrent è cœlis deſcendenti, qui nunc dignè percipiunt, &c. *Quod autem ſpectat ad parenthęſin quam interponit, ut ex Aquila vocabulo obiter anſam arripiat communicantes ad imitationem Aquilarum, non autem Graculorum, ſeu (ut græca habent) cornicum, incitandi, in ea mens ejus non eſt nos a corpore Chriſti in Euchariſtia quærendo abducere, ſed contra potius nos inducere vt cum Aquilarum oculis ſacramenti hujus nubila, vela & obſcuritates penetremus, ac per hæc ſenſibilia obſtacula juſtitiæ ſolem in ipſis præſentem inſpiciamus*, &c. *Per hanc igitur anteſbeſin nos non docet vbi corpus Chriſti quærere debeamus, ſed qualibus deſideriis, nobilibus videlicet & excelſis, illud nobis inquirendum ſit.* Bellarminus vero aliter reſpondet, *Chryſoſtomum loqui de aſcenſione non in cœlum corporale, ſed in Deum, ac res æternas & ſpirituales neglectis terrenis curis, quod ſane facit qui Chriſtum quærit, eique adhæret, vbicunque is tandem ſit.* Sed vterque Chryſoſtomo imponit, quamvis varie. Bellarminus primò. Chryſoſtomus enim adeo perſpicue indicat ſe de cœlo corporali loqui, ut mirum ſit Bellarminum cæcutire in re tam clara. Nam teſtatur ſe per cœlum locum ſublime intelligere terræ oppoſitum: *ad cœlum*, inquit, *evolemus & nihil commune habeamus cum terra, nec deorſum trahamur aut repamur.* Addit: nobis ad ipſum cœlum evolandum eſſe inſtar Aquilarum, non autem inſtar Graculorum circa terram. Annon autem Aquilæ verſus cœlum corporale volant? Subjungit; nobis ad ipſum cœlum evolandum eſſe ut ſolem juſtitiæ inſpicere valeamus. Quamobrem autem Dominum juſtitiæ ſolem hîc indigetat, niſi ut innuat, nos ad illum volare debere, in cœlo corporalis ſolis inſtar reſidentem? Denique ait, in Euchariſtiæ communione nos cogitatione ad ipſum cœlum volare neceſſe eſſe juſtitiæ ſolem ibi inſpecturos, ad quod actu & reapſe elevabimur quando ipſe inde deſcendet nos ſuſcepturus. Annon autem de cœlo corporali Dominus deſcenſurus eſt, noſque deinde cum illo in cœlum itidem corporale elevandi? Perronius ſimiliter cum fictitia ſua parentheſi, quæ apud Authorem noſtrum nulla eſt. Nam verum quidem eſt Chryſoſtomum in poſtrema loci hujus periodo de futura digne communicantium in cœlos elevatione loqui: ſed falliſſimum eſt illum in prima de eadem elevatione agere. In prima enim eum loqui de illo tantum volatu, qui, tum in ipſo communionis ſacramentalis actu, tum per mentis elevationem à communicantibus fieri debeat, manifeſtiſſime liquet ex totius ſermonis ſerie. Nam primo ait, hoſtiam propoſitam jubere, tum ut cum ardenti charitate & concordia ad ipſam accedamus, tum ut inde aquilę effecti ad ipſum cœlum aſcendamus: utrumque ſane tempore præſenti, non unum in præſenti, alterum in futuro. Quis enim niſi fatuus dixerit Euchariſtiam jubere ut poſt reſurrectionem in cœlũ reapſe aſcendamus? Deinde, ex iiſdem verbis & è ſequentibus liquet Chryſoſtomum hic docere, non modo in genere quid ſit officij noſtri, (futura autem poſt reſurrectionem in cœlum aſcenſio officij noſtri non erit, ſed potius remunerationis illius) verum & in ſpecie quid ſit officij noſtri cum ad menſam Euchariſticam accedimus, videlicet, ut ex ea tanquam Aquilæ reddamur, ac in cœlum evolemus ad ipſum juſtitiæ ſolem, non vero inſtar Graculorum (vocabulum enim Græcum Graculos proprè deſignat) in terra illum quæramus. Tertiò, poſtrema etiam ipſius verba ab Adverſario notata idem clariſſimè innuunt. Ait enim: *Ipſi tunc quoque ei occurrent è cœlis deſcendenti qui nunc dignè percipiunt*: intelligens realem eorum juxta corpus & animam Domino in aëre occurſum. Quamobrem autem diceret in futuro, *Ipſi quoque tunc occurrent*, & quidem reapſe occurrent in corpore & anima, niſi ut ſignificaret ſe in verbis præcedentibus volatum huicce prævium atque ejus reſpectu præteritum intelligere, videlicet, illum qui fiat in menſa Euchariſtica per elevationem mentis? Sed & quis adeò lippus eſt, ut non perſpiciat Chryſoſtomum per eos qui Euchariſtiam *nunc digne ſuſcipiunt* illos deſignare, qui ſecundum hoſtiæ propoſitæ juſſionem ad cœlum Aquilarum inſtar evolaverint, nec quemadmodum Graculi juxta terram volaverint, ipſiſque pro hujus remuneratione volatus futurum Domino de cœlo deſcendenti

[b] *De Magiſtr. c. 8.*

[c] *Vbi ſupra p. 374.*

Chryſoſtomus.

Chryſoſtomus.

denti occurſum proponere? Hic ergo raptus in cœlum poſt reſurrectionem futurus, cum alterius ſit præmium & remuneratio, alium ab eo eſſe prorſus neceſſe eſt. Undè patet quam inſulſa ſit Adverſarij cavillatio, quamque falsò dicat, Chryſoſtomum nolle nos a corpore Chriſti in menſa Euchariſtica quærendò abducere, ſed tantum velle nos inducere ut cum aquilarum oculis ſacramenti hujus nubila, vela & obſcuritates penetremus, ac per hæc ſenſibilia obſtacula juſtitiæ ſolem in ipſis præſentem intueamur. Nam Chryſoſtomus ne verbulum quidem habet de nubilis, velis & obſcuritatibus ſacramenti, dequè juſtitiæ ſole ſub ſenſibilibus ejus obſtaculis latitante, nec aquilarum oculos ad ea penetranda in nobis requirit; Sed contra nos ad aquilarum verſus cœlos in ſublime volantium imitationem ſedulo hortatur ut cœlo propiores facti juſtitiæ ſolem inibi requieſcentem inſpicere valeamus, in terra fruſtra quærendum. Alludere autem videtur ad id quod in Euchariſtiæ communione populo dici ſolebat, *Surſum corda*; & ipſe reſpondere, *Habemus ad Dominum*. Senſus enim myſtici illius dicti erat, Dominum, non in terra, ſed in cœlo eſſe quærendum, quod ipſemet Chryſoſtomus non hoc tantum loco, ſed etiam in multis alijs teſtatur, allato eodem Aquilarum exemplo: *Si vis*, [a] inquit in homilijs ad populum Antiochenum, *alam meam videre, alam habeo illius (Aquilis, ſcilicet) multò levierem, non uſque ad ſtadia decem aut viginti, nec ad velum uſque, ſed ſuper ipſum cœlum evolantem, & ſuper cœlum cœli ubi Chriſtus eſt in dextera Dei ſedens.* Et Homilia de baptiſmo Chriſti de Euchariſtia agens: [b] *Propterea Aquilas nos Chriſtus appellavit, dicens*, ubi cadaver, ibi congregabuntur & aquilæ, *ut in cœlum aſcendamus, ut in altum evolemus pennis Spiritus ſubvecti: At nos contra ſerpentum inſtar limi ſerpimus & terram edimus.* Et de Incomprehenſibili Dei natura Homilia quarta: [c] *Nemo animo diſſoluto ſacris communicet & myſticis hymnis illis. Nemo illo tempore ratiocinationes de rebus hujus vitæ habeat, ſed terrena omnia de cogitatione exterminans & in cœlum ſeipſum totum transferens, utpote ſtans prope ipſum gloriæ thronum, & cum Seraphim volans, ſic ſanctiſſimum Hymnum Deo gloriæ & majeſtatis referat.* Et Homilia in Seraphim: [d] *Hæc cogitans, o homo, & magnitudinem doni perpendens, aliquando exurge, & a terra abſcedens in cœlum aſcende.* Et in Epiſtolam ad Hebræos: [e] *Cum manibus mentem quoque ſuſtollamus. Scitis quæ dico, ô initiati. Confeſtim intelligitis quod dictum eſt, ac ſimul conſpicatis quod obſcurum, tollamus ſurſum cogitationem*, &c. *Eam extende in cœlum ipſum.* Et ante Chryſoſtomum Cyrillus Hieroſolymitanus: [f] *Sacerdos clamat, Surſum corda. Vere enim circa illam tremendam horam, oportet ſurſum habere cor ad Deum, & non deorſum ad terram & res terrenas. Poteſtate ergo præcipit ſacerdos circa hanc horam, ut cunctis vitæ hujus cogitationes & curas domeſticas dimittant, & cor ad hominum amatorem* in cœlo *habeant.* Et poſt utrumque Auguſtinus in libro de bono perſeverantiæ: [g] *Quod in ſacramentis fidelium dicitur, ut ſurſum corda habeamus ad Dominum, munus eſt Domini, de quo munere ipſo Domino Deo noſtro gratias agere a ſacerdote poſt hanc vocem quibus hoc dicitur, admonentur, & dignum & juſtum eſſe reſpondent. Cum enim non ſit in noſtra poteſtate cor noſtrum, ſed divino ſublevetur auxilio, ut aſcendat & quæ ſurſum ſunt ſapiat, ubi Chriſtus eſt in dextera Dei ſedens, non quæ ſuper terram; cui de hac re tanta agenda ſunt gratia, niſi huic facienti Domino Deo noſtro*, &c? Et Commentario in Pſalmos: [h] *Surſum corda habeamus. Si reſurrexiſtis cum Chriſto, dicit fidelibus corpus & ſanguinem Chriſti* (ſacramentale videlicet, juxta id quod alibi ait, [i] *Penè quidem ſacramentum omnes corpus ejus dicunt*) *accipientibus; ſi reſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt ſapite ubi Chriſtus eſt ad dexteram Dei ſedens.* Et rurſum: [k] *Laudate Deum in excelſis. Primò de cœlis dicit, poſtea de terra. Laudatur enim Deus qui fecit cœlum & terram. Cœleſtia tranquilla ſunt, pacata ſunt, ibi ſemper gaudium, nulla mœrs, nulla egritudo, nulla moleſtia, ſemper Laudant Deum beati. Nos autem adhuc in imo ſumus, ſed cum cogitamus quomodò illic Laudetur Deus, cor ibi habemus, & non ſine cauſa audimus, ſurſum corda. Levemus cor ſurſum nè putreſcat in terra, quoniam placet nobis quod ibi agunt Angeli. Modo non ſpe, poſtea re, ſed cum illuc venerimus.* Et de Tempore ſermone quadrageſimo quarto: *Corda fidelium cœlum ſunt, quia in cœlos quotidiè eriguntur, dicente ſacerdote, ſurſum corda.* Et variis & alijs in locis alias à nobis adducendis. Et Anaſtaſius Sinaita, ſi tamen ejus eſt oratio de Synaxi: [l] *Impleamus mentem, ad cœlum aſcendamus, ſurſum levemus animum & corda. Oculos animæ ad Deum extollamus. Tranſeamus cœlum, tranſeamus Angelos. Tranſeamus Cherubim, & ad ipſum Domini thronum accurramus. Ipſos Chriſti immaculatos pedes apprehendamus: ploremus & ipſius miſericordiam quaſi rogamus. Confirmemur in ſancto, cæleſti & intellectuali ipſum altari. Hæc vobis denunciat, hæc vos obteſtatur ſacerdos, cum ait, ſurſum habeamus corda.* Et Germanus Conſtantinopolitanus: [m] *Sa-*

Chryſoſtomus.

[a] *Hom.* 11. ἐὰν βούλῃ τὴν ἐμὴν πτέρυγα ἰδεῖν, ἔχω πτέρυγα οὐρανοῦ, ἀφίσταμαι δὲ οὐδὲ σταδίων, οὐδὲ εἴκοσι, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ τὸν οὐρανὸν ἀναπτάμενος τὸν ὑπὲρ τὸν οὐρανὸν οὐρανὸν ἐκεῖνον ἐφέλκομαι.

[b] Διὰ τοῦτο καὶ ἀετοὺς ἡμᾶς ὁ Χριστὸς ἐκάλεσεν, ἵνα, ὅπου τὸ πτῶμα, ἐκεῖ συναχθῶμεν καὶ οἱ ἀετοί. οὐκ ἐσμὲν γεώδεις. ἀλλ' ὑψηλὰ πετόμεθα.

ἵνα ἐκεῖ ὦμεν ὅπου ὁ Χριστός, ἐκεῖ καὶ ἡμεῖς ἐσμεν. ἐκεῖ ἡμῶν ἡ καρδία, ἐκεῖ καὶ ἡμεῖς ἐσμεν. ἐκεῖ ἡμῶν ἡ καρδία, ἐκεῖ καὶ ἡμεῖς ἐσμεν.

[c] Μηδεὶς ἀξιολογείτω τὸν αὐχένα τῆς ἱερᾶς κοινωνίας μὴ μυστικῶν ὕμνων ἀκούειν. μηδεὶς βιωτικὰς πρὸς ἑαυτὸν ἐν ταύτῃ ἐχέτω λογισμούς, ἀλλὰ πάντα τὰ γήϊνα τῆς ψυχῆς ἐκβαλέσθω, καὶ πᾶσαν ἐν ταύτῃ ὅλον ἑαυτὸν μεταβαλέσθω, ὡς ἐν αὐτῷ τῷ οὐρανῷ ὄντα τῇ ψυχῇ καὶ τὴν διάνοιαν. καὶ τὸν Σεραφὶμ ἐκεῖνον ὑμνῆσαι, ὃν ὁ προφήτης ἐθεάσατο ἐν ὄρει ὑψηλῷ καὶ τῇ ὑπερκειμένῃ τοῦ τῆς δόξης καὶ τῆς μεγαλοπρεπείας θεοῦ.

[d] πῶς δὲ οὐκ ἄξιον, ἄνθρωπε, καὶ τὸ μεγέθους τῆς δωρεᾶς λογίζεσθαι ἀκριβῶς ποτε, καὶ ἐκ γῆς ἀναστῆναι, καὶ ἐκ τῆς ἀβύσσου.

[e] *Homil.* [illegible]

[f] *De verbis Domini ſerm.* 53.

[g] *Cap.* 23.

[h] *In Pſalm.* 39.

[i] *De verbis Domini ſerm.* 53.

[k] *In Pſalm.* 148.

[l] *Sermon.* 4. 29. & 32. & 40. *de Synaxi, edit.* & *ſerm.* 82. *de diverſit. Vid.* & *Cæſarium hom.* 16. & 21.

[m] *In orat. de ſynaxi, cujus tres habent. exemplar. Græce in bibliothe.* [illegible] *Reg. ſub nomine Anaſtaſij Monachi montis Sina.* [illegible] *templ.* [illegible]

cerdos

Chryſoſtomus. ἐπῆρε τὸν οἱ πόδες ἡμῶν ἐκ τῆς ἐκκλησίας, οὐ πτεροῖς ἀνθλοῦσι τὸν ἱερὸν ἀγγελικὸν τὸ ὄρος τὸ ἄχρον ἑαυτῶν βοᾷ, βλέπωμεν, ἄνω σχῶμεν τὰς ψυχὰς ἡμῶν. οἱ πάντες ἀλεκτρυόνες ἐγείρονται, λέγοντες ἐγερθῶμεν καὶ πορευθῶμεν πρὸς τὸν δεσπότην. ἐγερθῶμεν πρὸ τοῦ φωτός. βλέπωμεν. ἄνω σχῶμεν τὰς ψυχὰς ἡμῶν, λέγει γοῦν ἄνω τὰς καρδίας. ἵνα μὴ κάτω ἕλκωμεν τὸν νοῦν. ὁρᾷς ὅτι ἐκ τῆς ἐκκλησίας ἀναπτεροῖ; *vid. & infra pag. 487.*

cordes: attollens oculos in ſuperiorem illam Hieruſalem cœleſtem in qua ſtantes erant pedes noſtri ante lapſum, in atriis tuis Ieruſalem, in montem ejus ſanctum clamat, adſpicite, ſurſum habeamus corda. Omnes teſtificantur inquientes, habemus ad Dominum. Sacerdos. Gratias agamus Domino. Videte. Surſum habeamus corda; à terrenis tollamus ſenſus ad ſuperiorem Regem. Et plurimi alij infra in Auguſtino proferendi. Itaque, ut reſumam argumentum, quid neceſſe foret in Euchariſtiæ ipſius communione Aquilarum alas mutuari & aſſumere, ac cum illis in cœlum volare ut ibi divinum juſtitiæ ſolem ad dexteram Patris ſedentem conveniremus, eumq; intueremur, ſi ſub panis phantaſmate in menſa Euchariſtiæ per proprij corporis ſui ſubſtantiam verè præſens eſſet? Ad id Graculorum alæ pluſquam ſufficerent: imo, alis opus non eſſet, cum id abundè præſtare queant tinearum, aranearum, ſoricumque pediculi, ex n *communiori* Adverſariorum *ſententia* ad ſubſtantiale Domini corpus, ad ipſum juſtitiæ ſolem quandoque accedentium & illum manducantium. Aliud igitur hic nos docet Chryſoſtomus, corpus Chriſti, videlicet, ſupeſt menſa Euchariſtica *in ſigno* quidem eſſe, ſubſtantia autem ſua non niſi in cœlo, nec alibi eſſe quærendum, Euchariſtiamque inſtar ſcalæ eſſe debere, cujus ope terram & terrena prætergredientes cœlum conſcendamus & ad ipſum ſolem juſtitiæ perveniamus.

n *Auguſt. in 4. q. 2. de ſuſcipient. art. 3. difficult. 2.*

Septimus locus habetur homilia vigeſima octava in eamdem Epiſtolam, ubi exponens hæc Apoſtoli verba, *qui manducat & bibit indigne, judicium ſibi manducat & bibit*, clamat: a *Quid dicis, amabo? menſa hæc tantorum bonorum cauſa, & vita ſcatens judicium ne ſit? Non ex ſua, inquit, natura, ſed ex ejus qui accedit propoſito. Quomodo enim ejus præſentia, quæ magna illa & ineffabilia nobis attulit bona, eos qui ipſam non ſuſceperunt magis condemnavit, ſic & myſteria ad majus ſupplicium ducunt illos qui ea indigne ſumunt.* Locum quoque perſpicuum. Chriſti enim præſentiam, ſeu, quod idem eſt, Chriſtum præſentem Euchariſtiæ ſacramento relative opponit, atque ex illius effectis per accidens, ad Euchariſtiæ tanquã ſimilis effecta (*ſacramenta* enim, ut b Auguſtinus obſervat, Euchariſtiam etiam ipſam in exemplum adducens, *ſimilitudinem habens earum rerum quarum ſacramenta ſunt*) argumentum ducit. Non igitur exiſtimavit Sacramentum Euchariſtiæ eſſe Chriſtum ipſum ſubſtantialiter præſentem: relativa enim & ſimilia non ſunt idem, & comparationis membra a ſe invicem diſtingui neceſſe eſt. Nec juvaret excipere, Chryſoſtomum per Chriſti præſentiam, viſibilem ejus præſentiam intelligere, per myſteria autem præſentiam ejus inviſibilem. Primo enim verum quidem eſt, Chryſoſtomum loqui de viſibili Chriſti præſentia; Sed addo, nullam aliam eſſe Chriſti quâ hominis, ſeu corporis Chriſti, præterquam viſibilem præſentiam. Teſtantur Veteres. Sic enim c Didymus Alexandrinus: *rem inviſibilem confeſtim ſequitur eſſe incorpoream.* Et Author operis imperfecti in Matthæum de Chriſto ipſo nominatim loquens: d *Si ſit præſens, non creditur, ſed videtur; cum autem abſens fuerit, non videtur, ſed creditur dum timetur.* Secundo, non diſtinguit Chryſoſtomus inter duas corporis Chriſti præſentias, quarum una viſibilis ſit, altera inviſibilis, ſed inter præſentiam Chriſti ſeu Chriſtum præſentem, & myſterium illius, hoc eſt, *memoria ſacramentum*, e Ut Auguſtinus loquitur. Sacramentum autem præſentiæ Chriſti quæ fuit, ſeu ſacramentum memoriæ præſentiæ ejus, evidentiſſime ſupponit ejus ab illo abſentiam: *memoria* enim, inquit f Cicero, *eſt per quam animus repetit illa quæ fuerunt.* Undè & Paulinus, crucem, ſepulchrum & varia alia ejuſmodi g *memoriam Dominicæ quondam præſentiæ* indigetat, quemadmodum & hîc Chryſoſtomus ſatis perſpicuè Euchariſtiam, myſterium præſentiæ Chriſti *quæ ineffabilia nobis attulit bona*; id eſt ſimiliter præſentiæ quondam, ſeu quæ olim fuit, nec jam eſt: Quis autem dixerit præſentiam inviſibilem præſentiæ viſibilis myſterium ac ſignum eſſe?

Chryſoſtomus, c *In Ioan. 4. 23. 24. in Catena.* ἀγγελικῶν ἐστιν ἀναπτερῶν τὸν νοῦν. d *Homil. 53.*

Octavus locus ducitur ex Commentario in Epiſtolam ad Galatas, vbi exponens hæc Apoſtoli verba, *Caro concupiſcit adverſus Spiritum, Spiritus autem adverſus Carnem*; in quibus hæretici quidam, Manichæi videlicet, per *carnem* corporis ſubſtantiam intelligebant, per *ſpiritum* animam, ac inde concludebant, *Apoſtolum hominem in duo diſſecare eumque inducere ex duabus ſubſtantijs contrarijs conflatum*, una mala videlicet, carne, altera bona, nempe anima, ac proinde à duobus principijs contrarijs, ſcilicet uno Deo bono: & altero malo profluentibus; Chryſoſtomus poſtquam breviter reſpondiſſet, h *Apoſtolum non hîc carnem appellare corpus* ut ſupponebant, ſubjungit Apoſtolum non ſemper per carnem intelligere ipſam: nec *corporis naturam*; ſed ſæpe res alias, ut, verbi gratia k *pravam voluntatem.* Quod poſtquam probaſſet varijs ſcripturæ exemplis ex ipſomet Paulo ductis, demum addit & exempla rerum aliarum quæ pariter in ſcripturis, nomine carnis appellantur, nimirum, Euchariſtiæ & Eccleſiæ. *Rurſum*, l inquit, *carnis vocabulo ſcriptura ſolet appellare, tum myſteria, tum totam eccleſiam dicens eam Chriſti corpus eſſe.* Palmarium ſane locum. Primò enim varia ſcripturæ loca adducens ad oſtendendum carnem non ſemper ſumi pro *corporis natura*, ait quoque, Euchariſtiam & Eccleſiam carnis nomine indigetari. Quid autem propoſito ſuo non modò minus conveniens ſed & magis

a τί λέγεις, ἄνθρωπε; ἡ τράπεζα αὕτη τοσούτων ἀγαθῶν αἰτία καὶ ζωῆς βρύουσα πηγή, ἐκ τοῦ προσιόντος ἔχει τὸ κρῖμα; οὐ γὰρ ἐκ τῆς ἰδίας φύσεως, ἀλλ' ἐκ τῆς τοῦ προσιόντος προαιρέσεως. ὅσῳ γὰρ ἡ παρουσία αὐτοῦ καὶ μείζονα εἰργάσατο τὰ ἀγαθὰ τοῖς μὴ δεξαμένοις αὐτὴν, τοσούτῳ καὶ τὰ μυστήρια μείζονα ἐφόδια πολάσεως γίνεται τοῖς ἀναξίως μετέχουσιν. *Epiſtol. 23.*

b *In Cap. 5. epiſt. ad Galat.* σώματος δὲ σύμβολον ἡ τὸ σῶμα φησίν.

i οἶδε σάρκα καλῶν, ἡ τὸν σαρκικὸν φύσιν.

k ἀλλὰ τὴν πονηρὰν προαίρεσιν.

l τῇ δὲ σάρκι πολλαχοῦ εἴωθε τὸ ὄνομα καλεῖν τὴν τοῦ μυστηρίου καλοῦντος ἄνωθεν ἡ γραφὴ, καὶ τὴν ἐκκλησίαν, σῶμα λέγουσα αὐτὸ τοῦ Χριστοῦ,

Chryſoſtomus.

magis contrarium effutire potuiſſet, ſi credidiſſet Euchariſtiam carnis ac corporis Chriſti vocabulo nuncupatam, proprie naturam & ſubſtantiammet ipſam corporis Chriſti eſſe? Inſanus quiſpiam id fecerit, non Chryſoſtomus. Euchariſtiam igitur illum adducere ut exemplum earum rerum quæ caro dicuntur abſque eo quod naturam & ſubſtantiam carnis & corporis idcircò habeant, quatuor invictè oſtendunt. Primum, eſt theſis probanda: ſuſceperat enim probandum, ut jam dixi, ſcripturam ſæpè carnem appellare, *non ipſam corporis naturam.* Secundum, exempla quæ adducit in quorum nullo caro pro natura & ſubſtantia corporis ſumitur. Tertium eſt, exemplum Eccleſiæ quod Euchariſtiæ jungit, abſurdiſſimè ſanè, ſi in vno caro de natura carnis intelligeretur, in altero vero tantum de carne moraliter ſumpta. Quartum denique, adverbium, *rurſus*, hanc ſcripturæ de Euchariſtia & Eccleſia obſervationem cum præcedente connectens velut congenerem: *rurſum*, inquit, *carnis vocabulo ſcriptura ſolet appellare & myſteria & eccleſiam.* Nam *denuo* (ſeu, rurſum) *dicimus, cum eadem qua geſta ſunt repetuntur*, ajebat [m] Origenes. Ante autem obſervaverat, ſcripturam *ſolere carnem appellare, non ipſam corporis naturam*: intelligit ergo pariter Eccleſiam & Euchariſtiam in ſcripturis appellari carnem ſeu corpus Domini nec ideo tamen illius naturam vel ſubſtantiam habere. Secundo, & alia quoque ratione hæc eadem verba idem valide evincunt, *Solet*, inquit, *ſcriptura carnis vocabulo appellare & myſteria & eccleſiam.* Quis enim, amabo, ſanæ mentis obſervaverit, ſcripturam ſolere res aliquas proprio ſuo nomine indigetare, panem panem, carnem carnem, vinum vinum, & ſimilia? Id tantummodò notari ac obſervari conſuevit, quandò quod dicitur eſſe, quod tamen propriè & juxta naturam non eſt, ſeu, ut [n] Nyſſenus loquitur, *quod non per omnia illud eſt quod appellatur*, ſed tantum *per abuſum vocis.* Cùm ergò Chryſoſtomus notet, ſcripturam ſolere carnis vocabulo, tùm Euchariſtiam, tùm eccleſiam appellare, evidentiſſimè indicat neutram propriè loquendo Chriſti carnem eſſe; ac proindè figuratè tantùm.

[m] In Epiſt. ad Roman. ℌ 5.

[n] De homin. opific. c. 15.

Nonus locus ducitur ex homilia vigeſima nona in Geneſin, ubi de vino loquens ait: [a] *per illud materia bonorum noſtræ ſalutis perficitur.* Hac autem bonorum appellatione Euchariſtiam deſignat, ſicut & [b] alibi, cujus materia completa eſt panis & vinum ex quibus efficiuntur corpus & ſanguis Domini, quæ bona illa ſunt. At panis & vinum nullomodò poſſunt eſſe materia ex qua efficiuntur propriùm ac ſubſtantiale Domini corpus, propriuſque ac naturalis ipſius ſanguis, tùm quia teſtentur unanimiter Veteres, [c] *omne quod ſit, antequam fiat non fuiſſe*, corpus autem & ſanguis ſubſtantialis Chriſti exiſtentiam actu habent, præcluſa omni Euchariſtica conſecratione; tùm quod pariter obſervent per converſionem alicujus rei in aliam antè exiſtentem ad hanc aliquid accedere, idque tanta neceſſitate ut Cyrillus Alexandrinus diſputans adverſus Hæreticos docentes, *corpus Chriſti in divinitatis naturam tranſiſſe*, abſolutè dicat, [d] *impoſſibile hoc: Aliquo Deitati derogabimus tanquam ſit facta & tanquam illi aliquid acceſſerit quod non ſecundum naturam ejus proprium ſit.* proprio autem corpori & ſanguini Chriſti nihil poteſt accedere: panis igitur & vinum eorum materia non ſunt, nec in illa ſubſtantialiter convertuntur, ac proinde materia ſunt corporis ejus & ſanguinis figuratè tantummodò ſic appellatorum.

[a] Ἐν ταύτῃ γὰρ τὰ τῆς ἡμετέρας σωτηρίας ἀγαθὰ τελειοῦται, φησὶ τὰ ἐκεῖ πλάτη.

[b] Ad Olympiad. epiſt. 2.

Decimus locus habetur in Commentario in pſalmum centeſimum decimum, in quo exponens hæc Prophetæ de Chriſto dicta, *Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedec*, ait: [e] *Quare dixit, ſecundum ordinem Melchiſedec? quia & ipſe panem & vinum Abrahæ obtulerit.* Locum pariter perſpicuum. Nam cum dicat Dominum ſacerdotem vocari ſecundum ordinem Melchiſedec, quia Melchiſedec quoque panem & vinum Abrahæ obtulit, annon evidenter ſupponit panem quoque & vinum ſubſtantialiter eſſe quod nobis in Euchariſtia præbet Dominus ad inſtar illorum Melchiſedec? Sacerdos enim ſecundum ordinem Melchiſedec dici non poteſt, ſi Melchiſedec verum panem verumque ſubſtantialiter vinum, ille vero nobis aliud toto genere differens in Euchariſtia obtulerit.

Undecimus locus ducitur ex homilia de Reſurrectione mortuorum, in qua ſic loquitur: [f] *Niſi nunc etiam eſſet arrabo Spiritus, neque baptiſma conſiſteret, neque peccatorum remiſſio, nec juſtitia & Sanctificatio, nec adoptionem filiorum accepiſſemus, nec myſteriis frueremur (corpus enim & ſanguis myſticus non fiunt ſine Spiritus gratia) nec Sacerdotes habuiſſemus*, &c. Per corpus autem & ſanguinem Chriſti myſticum de quibus loquitur, non intelligit proprium Domini corpus & ſanguinem. Nec enim, aut à Chryſoſtomo, aut ab ullo alio Veterum corporis & ſanguinis myſtici nomenclatura unquam illis tribuitur. Imo contra, Euſebius Cæſarienſis ea diſertè diſtinguit à corpore & ſanguine myſtico, quæcumque illa ſint: *Dominus*, [g] inquit, *non de carne quam aſſumpſit loquebatur, ſed de corpore & ſanguine myſtico*; per corpus & ſanguinem myſticum Domini ſermones ibi deſignans. Quod & non obſcurè fatentur Adverſarij ipſi quandò ad hæc Olympiodori in Eccleſiaſtem verba, *myſticam corporis Chriſti participationem*, hæc alia ad marginem [h] notant,

[c] Vid. lib. præcedent. c. 22.

[d] Epiſt. ad Succenſum de fide. ἀμήχανον γάρ. ἐπεὶ καθιερωμένου τοῦ ἁγιάσματος, καὶ ἁγιαζομένου, καὶ οἷς σῶμα λαμβάνει τὸ ἐν αὐτῇ ὂν μὴ ἐκ τῆς φύσεως ἴδιον αὐτοῦ. ἐξ ἧς λέγεται τὸ αὐτό, ἐκ τῆς πρὸς Μελχισεδὲκ; καὶ λέγει καὶ μυστικά, ὅτι καινοῦ ἀγαθοῦ ἀρχηγὸς τοῦ Ἀβραάμ.

[e] Tom. 5. hom. 33. ὁ μὲν γὰρ ἱερεὺς ἀρτάβαι καὶ πώματος καὶ οὗτος, φησὶν, ἐποίησε τὸ βάπτισμα, ἐπεὶ καὶ ἀναγεννήσεως ἁγίας, ἐπεὶ καὶ υἱοθεσίαν ἐλάβομεν, ἐπεὶ καὶ μυστηρίων ἀπολαύομεν, (σῶμα γὰρ καὶ αἷμα μυστικὸν ἐπεὶ καὶ πνεύματος χάριτος) ἐπεὶ καὶ ἱερατεύομεν.

[f] De Eccleſiaſt. Theolog. l. 3. c. 12. ὃ οὐδεὶς ἂν ἀμφίλογος σημεῖον ἀληθείας, οὐδὲ ὁ τῶν μυστικῶν τούτων τῆς κοινωνίας.

[g] Biblioth. Patrum tom. 2. Græcol. in Olympiod. ad c. 9. Eccleſ. Vid. & Inquiſit. Rom. in Olympiod. & Philoxen. Carpath.

Chryſoſtomus.

piſcopum Wintonienſem Martyri inſenſiſſimùm, eam vidiſſe & legiſſe. Anno enim b quinquageſimo ſecundo de Euchariſtia ſcribens ſub Marci Antonii Conſtantij nomine, & hunc ipſum locum expendens, Martyrem ſuppoſitionis minimè incuſat, ſed tantummodo, ad minuendam ſcripti hujus authoritatem, ſine ratione ait, *non eſſe Ioannis Chryſoſtomi, ſed Ioannis cujuſdam Conſtantinopolitani*, ac deindè ab eo ſe extricare conatur & in partes ſuas trahere. Denique idem de Turriano, ac de Gardinero, dici poteſt, illum videlicet Epiſtolam hanc alicubi quoque vidiſſe. Nam in c Libro de Euchariſtia non modo reſpondet, ſed & *probat* ſi d Vaſques credimus, & *convincit*, ſi e Gregorio de Valentia, Epiſtolam hanc non eſſe Chryſoſtomi, ſed cujuſdam Joannis Conſtantinopolitani. Quomodo autem id & ſcire & præſtare potuit, ſi Epiſtolam non vidit? Fabula autem illa de Joanne altero Conſtantinopolitano refellitur ex Damaſceno & Collectaneis ſupra citatis ab ipſomet Turriano poſt librum de Euchariſtia fortaſſe editis, ne cogamur illi dicere, mendacem debere eſſe memorem. Porrò quod hæc Epiſtola in lucem non eſt edita, non ex diffidentia accidit, ſed ex direptione totius ſupellectilis ac Bibliothecæ Archiepiſcopi Cantuarienſis, quæ perſecutionis Marianæ temporibus a Gardinero & aliis prædonibus facta eſt, ipſo quoque Archiepiſcopo barbare ignibus tradito. Sic de Epiſtolæ & loci genuitate, Martyriſque fide conſtat.

b *Lovanij. Confutatio Cavillationum, &c. ad object. 201.*

c *Lib. 1. c. 18.*
d *Diſput. 180. c. 9. num. 102.*
e *De Tranſubſtant. c7. §. Similiter.*

Reſpondent igitur ſecundo poſt Gardinerum & Turrianum Bellarminus, de Valentia, Vaſques, f Suares, Perronius & g Gamachæus, quando Author ait: *natura panis in ipſo permanſit*, eum per naturam non intelligere ſubſtantiam, ſed proprietates, naturæ nomine ſæpiſſime deſignatas. Sed facile refelluntur. Primò enim ſi credidiſſet Chryſoſtomus panem per conſecrationem ſubſtantia corpus Chriſti fieri, remanentibus tantummodo illius accidentibus ac proprietatibus naturalibus, quamobrem ſolum dixiſſet *illum liberari ab appellatione panis & dignum effici Dominici corporis appellatione.* & non potius, *cùm liberari à ſubſtantia panis, & ipſam aſſumere ſubſtantiam Dominici corporis fieri*? Cur conſecrationis effectum ad ſolam appellationem & nomenclaturam ſacramentalem reduxiſſet? Annon eo ipſo oſtendit ſe corporis appellationem quam ei tribuit à corporis ſubſtantia diſparare & ſecernere? Secundo idem patet ex eo quod poſtquam dixiſſet, *dignus habitus eſt Dominici corporis appellatione*, ſubjungit; *etſamſi natura panis in ipſo permanſit.* Quid enim natura alicujus ſubjecti appellationi ejus oppoſita, niſi ſubſtantiam ejus deſignat? Intelligit igitur panem ita corporis Dominici appellatione honorari, ut panis nihilominus ſubſtantiam retineat. Tertio hoc ipſum evincunt ea verba, *in ipſo*, quandò ait: *etiamſi natura panis* in ipſo *remanſit.* Quid enim pronomine illo deſignatur niſi panis de quo ante erat locutus? Senſus ergo illius eſt, quamvis panis poſt conſecrationem panis non amplius appelletur, ſed Chriſti corpus, ipſum tamen ſemper eſſe, & naturam panis in eo permanere. Denique id evidenter oſtendit ea quam hic inſtituit Chryſoſtomus comparatio. Nam quandò dicit, *natura panis in ipſo permanſit*, neceſſe eſt eum naturæ vocabulum in hac periodo ſumere juxta eumdem ſenſum quo illud adhibet, tum in periodo ſequente quæ comparationis redditionem comprehendit, tum in præcedentibus vbi fundamentum ſimilitudinis poſuit, duas videlicet Chriſti naturas. Per naturas autem Chriſti non tantum proprietates naturales intelligit, ſed etiam ipſas ſubſtantias. Mens enim ejus eſt, quamvis Chriſtus poſt incarnationem interdum Deus, & non tantum homo, appelletur, ſubſtantias tamen humanitatis & divinitatis in eo vere permanere, nec mutari, & ex eis inconfuſis unum ſubjectum conſtitui: quod illuſtrat exemplo panis Euchariſtici, qui licet poſt ſanctificationem corpus Chriſti appelletur, panis tamen naturam conſervat, & ex eo tanquam ſigno & corpore Chriſti tanquam re ſignificata unum conſtituitur myſterium corpus Chriſti appellatum. Per naturam igitur panis ſubſtãtiam panis ſimiliter intelligit. Comparationis enim protaſis & exemplar, cum Apodoſi conformari debet & redditio cũ exẽplari, atq; in eo præcipue in quo ſimilitudo & collatio ſtatuitur.

Chryſoſtomus.

f *Diſput. 49. ſect. 2.*
g *Tom. 3. ad q. 75. c. 3.*

Denique reſpondet Gamachæus, Authorem noſtrum quem Joannem Conſtantinopolitanum alium a Chryſoſtomo cum Gardinero & alijs ſomniantibus fingit, *excuſari poſſe* quod *nec tranſſubſtantiatio ejus temporibus ita perſpicuè tradita & explicata fuerat, ſicut hodie.* Id autem ſatis aperte confiteri eſt, Authorem hunc (id eſt, Chryſoſtomum, ut oſtendimus) de tranſſubſtantiatione non bene ſenſiſſe, ac de ea non eſſe recte locutum: quandoquidem excuſatione & venia ópus habeat: qua ratione noſter vere eſt, non Adverſariorum. Quis enim credat ejus temporibus ſanam de Euchariſtia doctrinam nõdum perſpicuè cognitam & explicatam fuiſſe?

Verum caveat Gamachæus nè Gardinero, Vaſques, & aliis pro confeſſionis ſimplicitate vapulet. Tantum enim abeſt illos hîc veniam a lectoribus pro Chryſoſtomo deprecari, ut contra acriter contendant eum *manifeſte denotare, ſubſtantiam panis in Chriſti corpus converti.* Qua vero de cauſa? Scilicet, quoniam Chryſoſtomus poſtquam dixiſſet, *antequam ſanctificetur panis panem nominamus, divina autem illum ſanctificante gratia liberatum*

Digitized by Google

Chryſoſtomus.

dum facile eſt excipere, per ſanguinem vivum de quo loquitur Chryſoſtomus, ab eo non intelligi proprium, ſubſtantialem & immortalem Domini ſanguinem, ut Adverſarij forte ſibi perſuadent. Non enim intelligit ſanguinem Domini aliter eſſe in calice Euchariſtico, quam actu & reipſa a corpore ſeparatum: *ſanguine*, inquit *k* alibi, *in cratere ad purificationem tuam ex immaculato latere vacuato, non times?* Unde etiam refert, *l* illum aliquando *effuſum fuiſſe in militum veſtes.* Sanguis autem Domini actu a corpore ſeparatus, nec vivus eſt nec aliter in calice Euchariſtico, quam in ſigno, fatentibus Adverſarijs. Deinde, Chryſoſtomus loquitur de ejuſmodi ſanguine quem mortis, id eſt, ſanguinis per mortem effuſi ſymbolum eſſe teſtatur. Sanguis autem proprius, ſubſtantialis & immortalis Chriſti juxta illum non poteſt eſſe ſanguinis effuſi & mortui ſignum. Docet enim expreſsè poſt *m* Athanaſium, *n* *ſignum inferius eſſe eo cujus ſignum eſt.* Sanguis autem Domini vivus & immortalis & impaſſibilis nullomodò inferior eſt ſanguine mortuo, imo præſtantiorem longe eſſe nemo eſt qui negare poſſit abſque nota pervicaciæ. Non ergò loquitur de proprio, ſubſtantiali & immortali Domini ſanguine, ſed de *myſtico*, ut eum ſuprà nominabar, ſeu de myſterio ac ſacramento ſanguinis, hoc eſt, de vero vino quod myſtice & ſignificativè ſanguis illius eſt: quemadmodum ipſemet Author ſic exponit homilia octuageſimâ tertia in qua dicit: *o quando* (Dominus) *myſteria dedit, vinum dedit.* Sanguinem autem illum myſticum *vinum* appellat eodem ſenſu quo *p* Euſebius Cæſarienſis, *q* Hieronymus, *r* Paulinus, *ſ* Ammonius, & *t* Cyrillus Alexandrinus ſermones Dei vocant, *aquam vivam & panem vivum*, hoc eſt, ut explicant, *vivificum*: & rurſum *u* Paulinus, *x* Author vulgo dictus Zeno Veronenſis, *y* Incertus alter inter Auguſtini ſermones, *z* Cyrillus, *a* Theodoretus & *b* multi alij baptiſmum *flumen vivum, fontem vitæ, & aquam viventem*; id eſt, ſimiliter *vitalem* ſeu *vivificam*, ut *c* Cyprianus, *d* Nyſſenus, *e* Cæſarius, *f* Theodoretus & Bertramus loquuntur, quia *per hanc aquam divina gratia æternam vitam dat*; promiſcue indigetant. At, inquit Milleterius, *teſtatur Chryſoſtomus ſanguinem de quo loquitur nobis factum eſſe cauſam vitæ. Idne autem de vino ſacramentali dici poteſt, aut de proprio Domini ſanguine?* Reſpondeo, de utroque dici poſſe: de proprio ſanguine tanquam de cauſa meritoria, de ſanguine ſymbolico, hoc eſt de vino ſacramentali tanquam de cauſa inſtrumentali & applicatoria, quemadmodum in baptiſmatis exemplo paulo antè a nobis adducto ex Patribus oſtendimus.

Secunda *g* obiectio ducitur ex Homilia quinquageſima prima, in qua ſic loquitur: *m Non tantùm ejus veſtimentum, ſed & corpus ipſum nunc nobis propoſitum eſt, nec ut tangamus modo, verùm quoq; ut edamus & repleamur. Accedamus igitur cum fide unuſquiſque infirmitate affectus. Nam ſi qui fimbriam veſtimenti ejus tetigerunt, tantum traxerunt virtutem, quanto magis illum totum poſſidentes? Cum fide autem accedere, non ſolum eſt id quod propoſitum eſt accipere, ſed & mundo corde tangere, & ſic afficiens ad Chriſtum ipſum accedentes. Quid enim ſi vocem ipſius non audis? Sed ipſum videsiacentem: imo) vocem ejus audis per Evangeliſtas loquentis. Credite igitur quæ nunc & cœna illa eſt in qua Chriſtus recumbebat. Nihil quippe intereſt inter hanc & illam. Neque enim hanc operatur homo, illam vero ipſe: ſi quidem hanc & ipſe efficit. Quando igitur ſacerdotem tibi dantem videris, noli arbitrari ſacerdotem id facere, ſed eſſe ipſius Chriſti manum extenſam.* Nullum autem ex hoc loco Perronius conficit argumentum: tantummodo conqueritur, *Pleſſaum in eo eſſe ut realitatem quam Chryſoſtomus ibi ſtatuit, evacuet.* Sed injuſte conqueritur, ſi quidem hæc realitas apud Chryſoſtomũ nulla eſt. Nam totus hic locus ab initio ad finem hyperbolicus eſt & figuratus. Quî enim aliter accipi poteſt quod ait, Chriſtum in Euchariſtia videri, cum ex confeſſione ipſorum Adverſariorum, ſit prorſus inviſibilis nec a quoquam videri poſſit & tangi, cum tactus ſeu active ſeu paſſive ſumpti ibidem incapax ſit; aut nos replere, cum magnitudinis nullos actus exerceat; aut nos ejus vocem audire, cum nullum ſenſuum actum juxta ipſos ibi exerat; aut, cœnam noſtram eamdem prorſus eſſe cum ea in qua recumbebat, cum eadem numero non ſit; aut denique manum ſuam Chriſtum extendere, cum in Euchariſtia extenſive nullomodo ſit ex eorum hypotheſi? Reſpondeo igitur primo, quando Chryſoſtomus ait, *Chriſti corpus* in Euchariſtica menſa *propoſitum eſſe & jacens*, illum non intelligere, Chriſti corpus ibi eſſe per propriam ſubſtãtiam, (eâ enim ratione alibi *n* affirmat Dominum *abſentem & peregre eſſe*) ſed tamen inibi eſſe per ſignum & ſacramentum ſuum. Mens enim ejus eſt, Chriſtum non aliter eſſe in Euchariſtiæ menſa quam occiſum & mortuum. Nam ſic perpetuo ſe exponit: *dum hæc mors perficitur*, inquit homiliis in Acta: Et in Epiſtolam ad Romanos: *Reveremini menſam hanc cujus omnes participes ſumus, Chriſtum pro nobis trucidatum, ſacrificium ſuper ipſa poſitum.* Et in Epiſtolam ad Epheſios: *q Dum effertur hoſtia, & Chriſtus occiditur ovis Dominica.* Et in Epiſtolam ad Hebræos: *r Dominus noſter Jeſus Chriſtus mactatus jacet.* Et ad populum Anti-

Chryſoſtomus.

k De penitent. in Eccles. Ἐν αἵματι σου τοῦ καθαρισμοῦ σου τοῦ ἐκ πλευρᾶς σου ἐκκενωθέντος οὐ φοβῇ; *l Epiſt. 1. ad Innocent.* τὸ αἱματόβαπτον ἐκεῖνο χλανίδιον, &c. *m Cont. Eunom.* ἐμφανίζων ἑαυτὸν ἐξ ἀρχῆς. *n In epiſt. ad Rom. hom. 8.* ζῶντα ἄφθαρτον ἀπαθῆ τοῦ νεκροῦ ἀπολογήσασθαι οὐδεὶς ἂν ἐπιχειρήσειεν. *o* ἐπεὶ καὶ μυρίαν ἔχει διαφορὰν, ἄλλο καὶ ἄλλο ὁρᾶσθαι. *p Demonſtr. l. 10. à Zacharia.* *q In Zachar. c. 14.* *r Epiſtol. 23.* *ſ Comm. in Ioan. 6.* *t Glaphyr. in Geneſ. l. 3. & 4. & in Exod. lib. 1.* *u Epiſt. 12.* *x De paſch. ſerm. 9.* *y In appen. ad 40. ſerm. à Syrm. edit. ſerm. de myſter. bapt.* *z In Leviticum, l. 1. de mundatione Lepræ. & in Ioël. c. 2.* *a In Geneſ. q. 26.* *b Hieron. ubi ſupra. Iſidorus de vocat. c. 23* *c De ſimplic. prælat.* *d In bapt. Chriſti.* *e Homil. 5. bibliothe. Patr. ed. 4.* *f Ubi ſupra.* *g Perronius pag. 372.*

τιτοῦ χριστοῦ ἀνάγκη τὸν αἷμα τὸν ἀκατανοήτου. *n De penit. Cont. & virg. ad finem,* λαβὲ καὶ τίμιον ἱμάτιον. *o Hom. 21.* Ἵνα μάθητε ὑπερβολὴν εὐεργεσίας. *p Hom. 8.* διὰ τοῦτο καὶ πίνειν ἡμᾶς τὸ χρυσοῦν ἅπαντες, ἵνα δι' ἡμᾶς σφαγέντος Χριστοῦ, τὸ ῥῆμα τὸ ἐπ' αὐτοῖς εἰρήκαμεν. *q Hom. 3.* ἐκφερομένου τοῦ θύματος, καὶ τοῦ Χριστοῦ σφαττομένου. *r Homil. 14.* ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἀπτῶτος σφαγιασθεὶς

Cotta. Quae tu, Balbe, cum ita sint, quae tandem ratio est, quae te ad deos cognoscendos adhibeat? Primum enim, quae forma sit eius, qui mundum regat, quae mens, quae sapientia, non facile dicitur; deinde vita beata ne cadere quidem in deum potest sine negotio, quod et laboriosum est et cum multis rebus implicatum et alienum a deo. Nam et ipse mundus, si deus est, non est deus, quia nullo sensu est praeditus, et quae in eo sunt, quae ex eo nascuntur, ea sine sensu sunt omnia. Quae autem ratio est, quae ad deos cognoscendos te adhibeat, cum ipsi di nullo modo cognosci possint? Quae enim species, quae figura, quae forma, quae vita dei cognosci potest? Quae quidem a Carneade vexata quaestio est, quae a te non explicata, sed relicta. Nam quae de natura deorum a Zenone, a Cleanthe, a Chrysippo, a Diogene, a Babylonio, a Posidonio, a te ipso, a familiari tuo Antipatro, a Panaetio, a patre eius, a Hecatone, a Mnesarcho, a Dardano, a Metrodoro, a Philodemo, a Demetrio Lacone, a Phaedro, a Siro, a Patrone, a Zenone nostro, a Catone, a Varrone, a me ipso, a Pompilio Andronico, a Publio Nigidio, a Gallo, a Figulo, a Tarquitio, a Fabio Dorsone, a Nigro, a Theophrasto, a Cratete, a Xenocrate, a Polemone, a Crantore, a Clitomacho, a Carneade, a Stratone, a Lyco, a Dicaearcho, a Democrito, a Nausiphane, a Protagora, a Leucippo, a Parmenide, a Melisso, a Pythagoreis, a Timaeo, a Heraclide Ponticio, a Platone, a Speusippo, a Xenophane, a Phoronide, a Pherecyde, a Thale, a Thalete, a Pythone, a Cleanthe Samio, a Conone, a Critolao, a Hipparcho, a Berosso, a Zoroastre, a Xenophonte, a Theopompo, a Theodecte, a Dionysio, a Timagora, a Serapione, a Chaeremone, a Cleomede, a Basilo, a Dionysio Chalcidio, a Democrate, a Epicuro, a Gorgia, a Metrodoro Scepsio, a Diodoro, a Prodico, a Hippone, a Critia, a Callippo, a Anaximandro, a Petronio, a Apollodoro, a Bione, a Hecataeo, a Nymphodoro, a Euhemero, a Dionysio Sidonio, a Theodoro, a Bione Borysthenite, a Matrone, a Hegesia, a Anniceride, a Cyrenaicis, a Theombroto, a Evhemero, a Leonte, a Diagora, a Theodoro, a Protagora, a Bione, a Sthenelo, a Acrisio, a Herodoro, a Pamphilo, a Apollonio, a Telauge, a Hippone, a Pythagoreis, a Petronio, a Democrito, a Leucippo, a Nausiphane, a Epicuro, a Naumachio, a Patrone, a Xenocrate, a Polemone, a Crantore, a Clitomacho, a Carneade, a Cratete, a Menedemo, a Menedemo Eretrio, a Pyrrone, a Timone, a Aristone, a Cleanthe, a Sphaero, a Chrysippo, a Persaeo, a Zenone, a Cleanthe, a Chrysippo, a Diogene, a Babylonio, a Posidonio, a te ipso, a familiari tuo Antipatro, a Panaetio, a patre eius, a Hecatone, a Mnesarcho, a Dardano, a Metrodoro, a Philodemo, a Demetrio Lacone, a Phaedro, a Siro, a Patrone, a Zenone nostro, a Catone, a Varrone, a me ipso, a Pompilio Andronico, a Publio Nigidio, a Gallo, a Figulo, a Tarquitio, a Fabio Dorsone, a Nigro, a Theophrasto, a Cratete, a Xenocrate, a Polemone, a Crantore, a Clitomacho, a Carneade, a Stratone, a Lyco, a Dicaearcho, a Democrito, a Nausiphane, a Protagora, a Leucippo, a Parmenide, a Melisso, a Pythagoreis, a Timaeo, a Heraclide Ponticio, a Platone, a Speusippo, a Xenophane, a Phoronide, a Pherecyde, a Thale, a Thalete, a Pythone, a Cleanthe Samio, a Conone, a Critolao, a Hipparcho, a Berosso, a Zoroastre, a Xenophonte, a Theopompo, a Theodecte, a Dionysio, a Timagora, a Serapione, a Chaeremone, a Cleomede, a Basilo, a Dionysio Chalcidio, a Democrate, a Epicuro, a Gorgia, a Metrodoro Scepsio, a Diodoro, a Prodico, a Hippone, a Critia, a Callippo, a Anaximandro, a Petronio, a Apollodoro, a Bione, a Hecataeo, a Nymphodoro, a Euhemero, a Dionysio Sidonio, a Theodoro, a Bione Borysthenite, a Matrone, a Hegesia, a Anniceride, a Cyrenaicis, a Theombroto, a Evhemero, a Leonte, a Diagora, a Theodoro, a Protagora, a Bione, a Sthenelo, a Acrisio, a Herodoro, a Pamphilo, a Apollonio, a Telauge, a Hippone, a Pythagoreis, a Petronio, a Democrito, a Leucippo, a Nausiphane, a Epicuro, a Naumachio, a Patrone, a Xenocrate, a Polemone, a Crantore, a Clitomacho, a Carneade, a Cratete, a Menedemo, a Menedemo Eretrio, a Pyrrone, a Timone, a Aristone, a Cleanthe, a Sphaero, a Chrysippo, a Persaeo, a Zenone,

Chryſoſtomus.

ſtributione Euchariſtiæ loquens : *Nolo arbitrari ſacerdotem id facere, ſed eſſe ipſiuſmet Chriſti manum extenſam.* Nemo tamen indè colligeret illum cenſuiſſe Chriſtum in propriâ perſona aut ad menſam pauperum ſedere, aut poculum Euchariſticum per ſeipſum diſtribuere. Quid ni ergò dicere poſſet nos Chriſtum per Euchariſtiam totum in nobis poſſidere, pariter intelligendo nos eum in nobis habere non per corporis ſubſtantiam, ſed per ſacramentum & efficaciam ipſius? Verum demus Chryſoſtomum non ſolius emphaſeos & elegantiæ gratia comparationem hanc adhibere, ſed reapſe intelligere, nos per Euchariſtiam plus habere quàm ij qui olim fimbriam Dominicæ veſtis contigerunt; quamobrem indè ſequeretur nos ipſius Domini corpus juxta ſubſtantiam ſuam, & non tantum ſacramento & efficacia tenus in nobis habere? *quia*, inquit Bellarminus, *non major eſt virtus imaginis Chriſti* (ſacramentum ſic appellat) *quam fimbriæ illius, quam qui tangebant, curabantur omnes.* Sed id falſum eſt. Nam in fimbria veſtimenti Dominici tantummodo virtus erat, ſi tamen & erat, ad corporum curationem: in pane autem & calice Euchariſtico vis ac virtus ſpiritualis eſt ad animæ ſanctificationem. Sic enim Epiphanius de pane: i *in illo virtus eſt ad vivificationem.* Et Chryſoſtomus de calice: k *multa plenum virtute eſt.* Et rurſum: *Calicis hujus virtutem noverunt initiati.* Et de utroque Auguſtinus jam ſupra citatus: *Modicum accipimus & in corde ſaginamur.* Quis autem negare poſſit, virtutem animas & corda vivificantem multo pluris eſſe, quam virtutem ſolas corporum infirmitates curantem? Sed quid hic tandiu moramur? Nihil ait Chryſoſtomus hoc loco de Euchariſtia, quod & ipſemet alibi & Veterum etiam alij de baptiſmo non pariter dicant. Sic enim Gregorius Nazianzenus in oratione de baptiſmo: l *Heri ſanguinis profluvio tabeſcebas* (*vobrum enim peccatum ex te manabat*) *hodie ſiccato profluvio ad priſtinum florem redijſti. Contacta quippe veſtis Chriſti fimbria fluxum compreſſiſti*, &c. *Heri in lecto jacebas corpore fractus & ſolutus, nec hominem præſto habebas, qui, cum turbaretur aqua, te in piſcinam conjiceret: Hodie nactus es hominem, eumdemque Deum, ſeu potius Deum hominem.* Et paulo poſt in exhortatione. *Si Verbum totum in te admiſeris, omnes Chriſti curationes in animam tuam congeres.* Et rurſum: *Si Spiritus malignus Chriſtum invenerit inhabitantem, & repletum locum quem vacuum reliquerat, iterum propellitur & propulſatur.* Et Marcus Eremita de baptizato: m *à baptiſmate Chriſtum in ſeipſo recuditum habet.* Denique ipſe Chryſoſtomus in hæc Apoſtoli verba, quicunque in Chriſtum baptizati eſtis Chriſtum induiſtis; *Si Chriſtus*, n inquit, *eſt filius Dei, tu veroipſum filium induiſti, in teipſo habens & ad ipſum conformatus, in eandem cognationem, unamque ſpeciem perductus es.* Et alibi: o *quemadmodum noſtra natura factus eſt, ita nos ſubſtantiæ ejus, & pene ille nos in ſeipſo habet, ita & eum nos habemus in nobis*, videlicet, in lavacro. Et rurſum: p *purpura induemini Dominico ſanguine tincta.* Nec ideo tamen quiſquam eorum intelligit nos ipſummet Chriſtum juxta ſuam ſubſtantiam per baptiſmum in nobis habere, ſed tantum per ſacramentum & efficaciam ſuam. Cum igitur Chryſoſtomus ſimiliter dicat, nos per Euchariſtiam Chriſtum in nobis habere, id neceſſe non eſt aliter intelligere quam de ejus per ſignum ſuum & virtutem præſentia. Quartò, Adverſarios non magis juvat quod paulo poſt ait, nos debere *quod propoſitum eſt mundo corde tangere, & ſic affici ut ad Chriſtum ipſum accedentes.* In eadem enim Homilia pariter docet pauperes nobis eſſe ſpectandos ut Chriſtum ipſum: *Vis*, q inquit, *Chriſti corpus honorare? Non deſpicias ipſum nudum, neque hic ipſum ſericis veſtibus honores, foris autem frigore ac nuditate confici negligas. Qui enim dixit*, hoc eſt corpus meum, *& verbo rem firmavit idem dixit*, Eſurientem me vidiſtis, & non cibaſtis, & in quantum non feciſtis uni horum parvulorum, nec mihi feciſtis. *Hoc certè non indiget amictu, ſed anima pura, illud verò multam requirit curam.* Et rurſum: *quænam vtilitas ſi menſa ejus plena ſit poculis aureis, ipſe autem inedia pereat?* Quemadmodum ergo innuit, pauperes eſſe ſpectandos velut Chriſtum ipſum, non quia pauperes ſubſtantialiter Chriſtus ſint, ſed quia ſunt moraliter & repræſentative; Cur non & intelligeret ad Euchariſtiam pariter accedendum eſſe ut ad Chriſtum ipſum, licet non ſubſtantialiter, ſed myſtice tantum & ſacramentaliter Chriſtus ſit? Quinto, quando ait: *Credite, quia nunc & cœna illa eſt in qua Chriſtus recumbebat*; ſenſus ejus non eſt, rem in menſa Euchariſtica ad edendum propoſitam, eamdem numero eſſe cum ea quam ipſe Dominus in prima Euchariſtia manibus ſuis diſtribuit. Contrarium enim docet Auguſtinus, inquiens: a *Quam multi modo & in ipſa cœna, quamvis illam tunc menſam non viderint, nec panem quem Dominus geſtabat in manibus oculis ſuis aſpexerint, vel faucibus guſtaverint, tamen quia ipſa nunc præparatur, quam multi etiam nunc in ipſa cœna judicium ſibi manducant & bibunt?* Sed intelligit eam ipſam cœnam eſſe, eumdemque panem propoſitum, ſpecie & myſterio. Denique, quemadmodum

Chryſoſtomus.

m *De bapt.* Λέγει δὲ βαπτισθέντα ἐν ἑαυτῷ πάλιν ἐκχεῖσθαι τὸν Χριστόν.

n *In Galat.* 3. 27. οἱ δὲ Χριστὸν ἐνδύσασθε τὸν Ἰησοῦν, οὐχ ὡς ἀνθρώπου τοῦ ἐν τῇ ἀγορᾷ συναναστρεφομένου τοῦτον ἐνδύσασθε, ἀλλ' ὡς τοῦ ἐν τῷ βασιλικῷ θρόνῳ καθημένου καὶ τὰ πάντα διοικοῦντος.

o *In Epiſt. ad Epheſ. homil.* 20. οὕτω καὶ τοῦ Χριστοῦ ἐφίεται φύσεως, ὥστε ἡμεῖς τὴν ἐκείνου, καὶ αὐτὸς τὴν ἡμετέραν ἔσχηκε. τὸ γὰρ ἐκείνου, τοῦτο μὲν ἐν τῷ σώματι, καὶ τῷ λόγῳ τὸ πεπῆγμα βεβαιώσατε, ἔτι δὲ καὶ, &c. τοῦτο γὰρ ὁ δεῖπνος ἐπιβλημάτων, ἀλλὰ ψυχῆς πρόθεσις. οὐδὲν γὰρ τοσοῦτον ἐπιμελείας.

p *Catech. ad illuminand.* τὸν πορφύρου ἐνδύσασθε τὸν ἀναλωθέντα τοῦ σώματος αἵματος.

q Βούλει τιμᾶσθαι τὸν Χριστὸν τοῦτον; μὴ γυμνὸν αὐτὸν περιίδῃς ἐπὶ μὴ αὐτοῦ σπουδῆς ἐκείνου, ἐξὸν δὲ ἐν τῷ ἱερῷ κερδαίνειν καὶ γουνούμενος ἀδελφιεύμενον ἀφίεσθαι. ὁ γὰρ οἶνος, τοῦτό μου ἐστὶ τὸ σῶμα, καὶ τῷ λόγῳ τὸ πεπῆγμα βεβαιώσας, ἔτι φησί, &c. τοῦτο γὰρ ὁ δεῖπνος ἐπιβλημάτων, ἀλλὰ ψυχῆς πρόθεσις. οὐδὲν γὰρ τοσοῦτον δεῖπνος ἐπιμελείας. Item: τὸ ὅλον οὐδὲν τὸν λόγον, πίστιν τὴν ἐμὴν ἐπιδείξῃ καὶ τὴν σὴν ἀνοίξῃς ψυχήν. Et paulo poſt: ἵνα μὴ ἴδῃς Χριστὸν αἰσχυνόμενον τὸν πτωχεύοντα τοῦ χάριν ἐν ἀνάγκαις οὐκ ἐπιστρέψῃ, ἀπομείνῃ πάλιν, &c.

i *In Compēd. fide.* ἐν ἐκείνῳ ἐστὶν εἰς ζωοποίησιν.

k *Catechef. ad illuminand.* πολλῆς γέμει δυνάμεως. Item: ἔσχον οἱ μυσταγωγούμενοι τῆς πνοῆς τὸν τύπον τοῦ ἁγίου.

l *Orat.* 40. χθὲς ἐξηντλημένον ἐκ τοσούτου ῥεύματος. ἐπιζητῶ γὰρ τὸν φοινικῆ ἀναστέλλοντα. σὺ μὲν ἀνθρώπου ἔτυχες ἐπιτηδείου. ἔψω γὰρ ὅτι τοῦ χειτῶ παρεσκεύασο καὶ τὸν ῥύπον ἔνιψε πολλοῦ, καὶ τὸν λελουμένον, καὶ οὐκ ἔχει ἀνθρωπον, ἵνα ὅταν ταραχθῇ τὸ ὕδωρ, βάλῃ σε εἰς τὸν κολυμβήθραν. εὑρὼν ἕνεκα ἀνθρωπον τὸν αὐτὸν καὶ θεὸν, κώλυον ἦν θεὸν ἀνθρωπον. Item: ἵνα ὅλον σοι δείξῃ τὸν λόγον, πίστιν τὴν ἐμὴν ἐπιδείξῃ καὶ τὴν σὴν ἀνοίξῃς ψυχήν. Et paulo poſt: ἵνα μὴ ἴδῃς Χριστὸν αἰσχυνόμενον τὸν πτωχεύοντα τοῦ χάριν ἐν ἀνάγκαις οὐκ ἐπιστρέψῃ, ἀπομείνῃ πάλιν, &c.

m *De verb. Domini ſerm.* 33.

n *In Galat.* 3. 27. you have put on Christ Jesus, not as a man who converses in the market-place, but as one who sits on the royal throne and governs all things.

o *In Epiſt. ad Epheſ. homil.* 20. so that he desires to be in us, and we to be in him. For the wine, this is my body, and by the word confirms and establishes the mystery, he says, &c. for this table is full of nothing but spiritual benefit. nothing is so much the object of care.

p *Catech. ad illuminand.* you have put on the purple which was washed away from the body.

q Would you honour Christ? do not despise him when naked, neglecting him yourself, and honouring him with silken garments abroad, while you overlook him perishing with cold and nakedness at home. For he who said, this is my body, and by his word confirmed the fact, he says, &c. for this table is full of nothing but spiritual benefit. nothing is so much the object of care. Item: the whole depends on the word, if faith be shown by you and your soul opened. And a little after: that you may not see Christ ashamed of the poor man for whose sake he turns not back in distress, but returns again, &c.

Chryſoſtomus.

dicit, hominem hanc cœnam non operari, ſed Chriſtum ipſum, nec putandum eſſe ſacerdotem eam diſtribuere, ſed ipſammet Domini manum; ſic & immediatè poſt de baptiſmo pariter ait: *Non te ipſe* (ſacerdos) *baptizat, ſed Deus eſt qui caput tuum inviſibili virtute tenet*; quia videlicet in utroque ſacramento primarium agens Chriſtus eſt e, cujus vices gerit ſacerdos ipſius nomine agens quicquid utrobique facit, abſque eo quod ipſemet per corporis ſubſtantiam magis in hoc quàm in illo ſit.

Tertia objectio ducitur ex homilia octogeſima tertia; in qua exponens hæc Domini verba, *hoc eſt ſanguis meus qui funditur in remiſſionem peccatorum: hoc facite in meam commemorationem*, ait: *Ipſe quoque bibis ex eo, ne auditis illis diceretis: Quid igitur? Sanguinem bibimus & carnem edimus? & turbarentur. Nam & quandò prius de his verba fecit, multi propter ejuſmodi dicta ſcandalizati ſunt. Nè igitur & tunc turbarentur, primus ipſe hoc fecit, inducens illos ad myſteria tranquille participanda. Propterea igitur ipſemet proprium ſanguinem bibit*, Διὰ τοῦτο τὸ ἰδιον αἷμα αὐτὸς ἔπιε. Sic vertit hæc Græca f Perronius, ac deinde exclamat: *Sacramentarij, aures aperite.* Quamobrem autem nos Sacramentarios indigetat? Sacramentarij enim dici merentur illi, qui (ut obſervat d Cyrillus) *adeo inſani ſunt & ridiculi, ut quod ſigni loco poſitum eſt pro veritate rei accipiant.* Perronius autem ipſe eſt, eo uſque ineptiens. Quod enim hic Chryſoſtomus de ſanguine Chriſti *myſtico*, ut illam, alibi nuncupat, hoc eſt, de ſacramentali, ſanguis figuratè dicto, pronuntiat, id ipſe de veritate illius, hoc eſt, de proprio ſanguine Chriſti accipit: atque in hunc finem malè vertit Authoris verba, quæ ſic ſimpliciter reddenda erant, *ipſe bibit ſanguinem ſuum.* Quæro autem, quo argumento Adverſarius probaturus ſit eo loco agi de proprio Chriſti ſanguine, cum id Chryſoſtomus non dicat, ſed affirmet tantummodo, Dominum in Euchariſtia bibiſſe ſanguinem ſuum? Annon enim ſanguis myſticus, ſanguis ejus eſt? Sed amplius addo, ex plenitudine juris nos facile probare poſſe Chryſoſtomum non agere de proprio Domini ſanguine. Nam per ſanguinem Chriſti Perronius procul dubio non intelligit ſanguinem actu a corpore ſeparatum, ſed ſanguinem per concomitantiam corpori immortali junctum, ac in eo reſidentem, hoc eſt, Chriſtum totum, Chriſtumque ſe totum ſumpſiſſe ac hauſiſſe. Id vero conſiſtere nequit cum Hypotheſibus Veterum. Docent enim abſurdum eſſe, horrendum & ſtultum, aliquid ſeipſum participare. Cyrillus Alexandrinus: g *Nihil omnino ſui ipſius particeps eſt*: g *Id vel ſolum cogitare abſurdum eſt; quomodo enim quis ſui particeps eſſe intelligetur?* h *Neceſſe eſt id quod alicujus particeps eſſe creditur, alterius eſſe ab ipſo natura, ne ipſum ſui ipſius particeps dicatur & videatur.* Gregorius Nazianzenus: i *Horribilius eſt proprias carnes manducare quam alienas.* Saloniusk *Quis eſt tam ſtultus qui comedat carnes ſuas?* Præterea Chryſoſtomus ait, Dominum primum bibiſſe ſanguinem ſuum, nè Diſcipuli mentione ſanguinis turbarentur. At verò illis horrorem nullomodo abſtuliſſet, ſi proprium hauſiſſet ſanguinem. Quis enim hominem videns adeo barbarum ut proprium ſanguinem haurire non vereretur, ad idem præſtandum, eo ipſo induceretur, ac non potius horreret & averſaretur? Mens igitur illius eſt, Dominum primum bibiſſe ſanguinem ſuum, hoc eſt, illud quod ſanguinem ſuum indigetaverat, ut eum bibere videntes inde colligerent non eſſe proprij nominis ſanguinem quem hauriret, ſed myſticum, intelligibilem, ſimilitudinarium, ac proinde poſt ipſum bibere non reformidarent. Sic enim hunc locum optimè illuſtrat Heſychius: *ipſe Dominus*, l inquit, *primus in cœna myſtica intelligibilem accepit ſanguinem, atque deinde calicem Apoſtolis dedit*; per ſanguinem hunc intelligibilem, ſanguinem deſignans figurate ſic appellatum: Nam vocem *intelligibilis* perpetuo ita ſumit, ut ſuo loco docebitur. Et Author Librorum de Sacramentis inter Ambroſij: opera m *Sicut mortis ſimilitudinem* (videlicet in baptiſmo) *ſuſcepiſti, ita ſimilitudinem pretioſi ſanguinis bibis, ut nullus horror cruoris ſit.* Sed quid alios adduco? Chryſoſtomus ipſe in hac ipſa homilia totidem verbis teſtatur ſe per ſanguinem illum myſticum & intelligibilem, verum ſubſtantia vinum deſignare: *Quando*, n inquit, *Dominus myſteria dedit, vinum dedit.*

Quarta objectio ducitur ex eadem Homilia, ubi ait: o *Credamus ubique Deo, nec contradicamus ei, etiam ſi quod dicit contrarium eſſe videatur cogitationi & oculis noſtris. Sed ipſius ſermo ſuperet & cogitationem noſtram & oculos. Sic & in myſteriis faciamus, non ad propoſita ſolum aſpicientes, ſed verba ejus teneamus. Sermo quippe ejus decipere nequit, ſenſus autem noſter deceptu facilis eſt: ille nunquam aberrat, hic vero ſæpius fallitur. Quandoquidem igitur ſermo ait*, hoc eſt corpus meum, *perſuaſi ſimus & credamus, & oculis intellectualibus id inſpiciamus. Nihil enim ſenſibile nobis dedit Chriſtus, ſed rebus quidem ſenſibilibus intelligibilia omnia.* In hæc autem verba Perronius ſic exclamat. *Quid dicitis Calvini? quid dicitis Zuingly?* Et Bellarminus: *Sane non potuiſſet Chryſoſtomus clarius loqui,*

Chryſoſtomus.

l *De Trinit. dial. 5.* ἀναλόγως, τὸ ἐν μυστικῷ λόγῳ ἁγίου πνεύματος πνεῦμα, ἑτέρου ἁγίου τὸ ἕτερον πνεῦμα, ἵνα μὴ δύο λέγωμεν θεοὺς ἀγίους πνεύματα λέγοντες.

i *Orat. 3.* τὰς εἰκόνας δυσωπῶμεν ἐκφανεῖς τὸν ἀπαύγασμα τῆς ἀοράτου φύσεως.

k *In Eccleſiaſt. 4. 5.*

l *In Levit. lib. 2.*

m *Lib. 4. c. 4.*

n ἐπεὶ γὰρ τὰ μυστήρια παρέδωκε, οἶνον παρέδωκε.

o πιστεύσωμεν παντοκρατῆ θεῷ καὶ μηδὲν ἀνταλογήσωμεν, κἂν ἐναντίον ᾖ τῷ δοκεῖν ἡμῖν καὶ τοῖς ἀνθρωπίνοις λογισμοῖς καὶ ταῖς ὄψεσι τὸ λεχθέν. ἀλλ' ἵνα καὶ λόγῳ πιστεύσωμεν καὶ ὄψεσι κυριεύσωμεν αὐτῷ ὁ λόγος. οὕτω καὶ ἐπὶ τῷ μυστηρίῳ πεισθῶμεν, ἃ δοῦς ἀνθρώποις μόνα ἐμβλέπουσι, ἃ δὲ οὐκ ἔστιν ἐν τοῖς ὁρωμένοις μόνοις ἐμβλέπειν, ἀλλὰ καὶ μάλιστα ἐν τοῖς ἀοράτοις. ὁ μὲν γὰρ λόγος αὐτὸς ἀπατηλός ἐστιν, ἡ δὲ αἴσθησις ἡμῶν ἀσθενὴς πάντως. οὗτος οὐδένα πώποτε ἐξηπάτησεν, αὕτη δὲ τὰ πλείονα σφάλλεται. ἐπεὶ οὖν ὁ λόγος φησί, τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου, μὴ πεισθῶμεν. μὴ περίεργοι μὴ τολμηροὶ ὦμεν. οὐδὲν γὰρ οὕτω βλάπτει ἀνθρώπους ὡς τὸ κρίνειν τὰ τοῦ θεοῦ. ἀλλ' ἂν πεισθῶμεν μόνον, πάντα ἕξομεν.

---

d *In Ioan. l. 33.* Διὰ τοῦτο οἶμαι πρῶτος ἐκεῖνος ἐποίησε, τοῦτο καὶ παρ' ἡμῶν ἀπαιτῶν, τὸ ἐν τῇ ἐκείνου πίστει, εἰς αὐτὴν ἐμοῦ τὴν ἀλήθειαν τοῦ πράγματος ἀναμβάνοντος.

e *De reſurrect. tom. 5. hom. 33.*

f *De Trinit. dial. 6.* μᾶλλον, ἑαυτῷ πανταλῶς ἀδίκως.

g *In Ioan. l. 32.* ὅπερ ἐκεῖ καὶ μόνον οὐκοῦν ἀπίθανον. πῶς γὰρ οὗτος ἑαυτῷ τοῦτο μετέχοι;

loqui,

Chryſoſtomus.

loqui, ſi Calviniſtam aliquem antè ſe habuiſſet, quem ad fidem hortari voluiſſet. Sed uterque Thraſonice potius, quam philoſophice. Nam, ut taceam de Calviniſtæ convitio, quid in illis verbis eſt quod nobis faceſſat vel tantillum moleſtiæ? An, quod Author ait, in Euchariſtiæ negotio potius credendum eſſe verbo Dei quam ſenſibus? At id nos cum ipſo nec inviti confitemur. Verum primò ſcienduin eſt, Chryſoſtomum obſervare id eſſe præſtandum, non modò in Euchariſtia, ſed & generatim in cæteris religionis Chriſtianæ myſterijs, & ſpeciatim quoque in Baptiſmo: *Sic*, inquit ſub initio, *in myſterijs faciamus.* Et immediate poſt verba objecta: p *ſic & in baptiſmate per rem ſenſibilem ſit aqua donum, intelligibile vero eſt quod perficitur, videlicet, regeneratio & renovatio.* Et alibi, de baptiſmate agens ex profeſſo: a *Credamus affirmationi Dei. Viſu enim ipſa certior eſt. Nam viſus ſæpe fallitur, eam autem concidere impoſſibile eſt.* Et rurſum de baptiſmo, Euchariſtia & alijs myſterijs ſimul differens: *myſterium* b inquit, *vocatur quia non ea quæ videmus credimus, ſed alia videmus & alia credimus. Talis enim eſt myſteriorum noſtrorum natura. Aliter ſiquidem ego, & aliter infideles de ijs afficimur. Audio enim quod Chriſtus ſuit crucifixus, & ſtatim admiror ejus benignitatem: audit ille, & infirmitatem arbitratur. Audio quod ſervus factus eſt, & curam ejus admiror: audit ille & reputat infamiam. Audio quod mortuus eſt, & virtutem ſtupeo eo quod in morte conſtitutus victus non fuerit, ſed mortem ſoluerit: audit ille, & imbecillitatem ſuſpicatur. Audiens reſurrectionem, fabulam eam eſſe dicit: ego autem ſuſcipiens eas quæ per res ſiunt demonſtrationes, diſpenſationem Dei adoro.* c *Audiens ille Lavacrum, ſimpliciter aquam exiſtimat: Ego vero non ſimpliciter aſpicio quod videtur, ſed mundationem animæ per Spiritum, Ille exiſtimat ſolum mihi lotum eſſe corpus: ego verò credo animam quoque factam eſſe mundam & ſanctam, & reputo ſepulturam, reſurrectionem, ſanctificationem, juſtitiam, redemptionem, filiorum adoptionem, hæreditatem regnum cœlorum, ſuppeditationem Spiritus. Non enim viſu judico quæ apparent, ſed mentis oculis. Audio corpus Chriſti. Aliter ego intelligo quod dictum eſt, aliter infidelis: Et quomodo pueri libros videntes non norunt vim litterarum, non norunt quæ videnti, imo & homo, ſi litterarum imperitus ſit, idem patietur, peritus verò multam virtutem in litteris abſconditam deprehendet, & vitas integras & Hiſtorias; & ſi epiſtolam quidem acceperit imperitus, Chartam & atramentum exiſtimabit eſſe, peritus autem audiet vocem, & cum abſente diſſeret, & quod voluerit dicet rurſus per litteras; Ita & ſit in myſterio. Infideles etſi audientes, non videntur audire, fideles vero per Spiritum peritiam habentes, reconditorum virtutem vident.* Quin & de pauperibus loquens: *quando,* d inquit, *illis largimur, perinde affecti ſimus tanquam ipſi Chriſto largientes. Verba enim ejus viſu noſtro ſunt certiora. Itaque, quum pauperem videris, recorderis verborum per quæ ſignificabat ſe ipſum eſſe qui alatur. Nam etſi quod videtur non ſit Chriſtus, in hac tamen figura ipſe accipit & petit.* Secundo, advertendum quoque eſt Chryſoſtomum non ſimpliciter & abſolute ſenſuum teſtimonium in myſterijs recuſare. Repugnaret enim, tum Tertulliano & Auguſtino de ſenſuum teſtimonijs in ipſa Euchariſtia e diffidendum eſſe negantibus, ut e alias à nobis eſt obſervatum, tum ſibimet alibi de viſu & auditu affirmanti, f *per hos ſenſus omnia exactè diſcimus, & magiſtri fide digni videmur ſuper ea quæ vel viſu deprehendimus, vel auditu recipimus, utpote qui neque fingimus, neque falſum dicimus*; tum denique ſibi ſuprà loquenti de aqua baptiſmi & de pauperibus. Quis enim negare auſit credendum eſſe viſui veram aquā in baptiſmo, veroſque pauperes eleemoſynam petētes eſſe teſtanti? Sed mens illius eſt, ſenſibus non eſſe fidendum in myſtica ac ſacramētali ratione virtuteque baptiſmi & Euchariſtiæ diſcernenda, utpotè ad quas non attingant, nec certum de ijs ferre poſſint teſtimonium: quod ſane veriſſimum eſt. Quando ergo ait, credendum nobis potius eſſe Domino dicenti, *hoc eſt corpus meum*, quam viſui noſtro, non magis intendit aut negare panem Euchariſtiæ verè panem eſſe quam aquam baptiſmi vere aquam, vereque pauperes eſſe eleemoſynam petentes, aut affirmare illum corpus Chriſti proprie & ſubſtantialiter eſſe, quam aquam baptiſmi proprie & ſubſtantialiter ſepulturam, reſurrectionem, adoptionem, &c, paupereſque ipſummet Chriſtum: ſed intelligit, panem Chriſti corpus eſſe, tum in ſigno & repræſentatione, quemadmodum dicit, baptiſmum ſepulturam cum Chriſto & adoptionem filiorum eſſe, quia illarum *ſacramentum eſt*, ut notant g Auguſtinus & h Facundus; & pauperes Chriſtum, quia Chriſti figuram gerunt, ut ipſemet loco citato notabàt; tum etiam virtute & efficacia, utpote *in virtutem ſpiritualem mutatum*, ut loquitur epitome Theodoti. Quod & innuit ſimiliter comparatio quàm ſupra inſtituebat panis ſacramentalis cùm litteris. Nam quemadmodum litteræ, veræ litteræ ſunt quales videntur, ſed ta-

Chryſoſtomus.

d *In Matth. hom. 85.* ὅταν ἐλεᾷς μηδὲν οὕτω σε διεγειρέτω πρὸς τὸν χριστὸν ἐπιδεῖξαι τὴν σπουδὴν, ὅτως ὅταν πένητα ἴδῃς. ἐκεῖνος μὲν γὰρ οὐ μόνον ἀντὶ τοῦ ἰδεῖν τὸν χριστὸν ἐπιδείκνυται τὴν σπουδὴν, ἀλλὰ καὶ ἀντὶ τοῦ ἀκοῦσαι τὰ ῥήματα τὰ παρ' αὐτοῦ λεγόμενα· ὁ δὲ πένης οὐδὲν τοιοῦτον ἐργάζεται, ἀλλ' ἁπλῶς ἐστὶν ἰδεῖν τὸν χριστὸν ἐν αὐτῷ κείμενον. διὰ τοῦτο καὶ ἐν ἐκείνῳ μᾶλλον ἐπιδείκνυται τὴν σπουδὴν ὁ θεὸς, ἵνα καὶ ἐν τούτῳ τὸν χριστὸν ἴδῃς τὸν κείμενον.

e *Supr. in Cyrill. Hieroſolymit. ad object. 4 §. Primò.*

f *In Ioan. hom. 29. Ibid. Citato. Et hom. 74. ad initium.*

g *Epiſt. 23.*

h *Lib. 9.*

p ὥσπερ οὖν ἐπὶ τοῦ βαπτίσματος τὸ μὲν αἰσθητὸν ἐστὶν ὕδωρ, τὸ δὲ νοητὸν τὸ ἀναγεννᾶσθαι, οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα τὸ μὲν αἰσθητὸν ἐστὶν ὃ βλέπομεν, τὸ δὲ νοητὸν (ἀναγεννᾶσθαι γάρ) ἀναπλάττεται.

a *In Ioann. hom. 24.* πιστεύσωμεν τῇ ἀποφάσει τοῦ θεοῦ. ὄψεται γὰρ ἕτερον ἀντὶ ἑτέρου πολλάκις. ἡ μὲν γὰρ ὄψις πολλαχοῦ τῆς ἀκοῆς ἐστὶν ἀπατηλοτέρα.

b *In 1. ad Cor. homil. 7.* ἀκούει λουτροῦ οὗτος, καὶ οὐδὲν ἄλλο νομίζει. ἐγὼ δὲ οὐ τὸ ἀκούειν οὕτως ἁπλῶς, ἀλλὰ καὶ τῆς ψυχῆς τὸν καθαρμὸν καὶ τὸν ἁγιασμὸν καὶ τὴν ἀπολύτρωσιν καὶ τὴν δικαιοσύνην καὶ τὴν υἱοθεσίαν καὶ τὴν κληρονομίαν καὶ τὴν βασιλείαν καὶ ἁπλῶς τὸν πνευματικὸν τοῦτον πλοῦτον.

c ἀκούει λουτροῦ οὗτος, ἁπλῶς ὕδωρ νομίζει. ἐγὼ δὲ οὐ τὸ ἀκούειν οὕτως ἁπλῶς, ἀλλὰ καὶ τῆς ψυχῆς τὸν καθαρμὸν καὶ τὸν ἁγιασμὸν καὶ τὴν ἀπολύτρωσιν καὶ τὴν δικαιοσύνην καὶ τὴν υἱοθεσίαν καὶ τὴν κληρονομίαν καὶ τὴν βασιλείαν καὶ ἁπλῶς τὸν πνευματικὸν τοῦτον πλοῦτον. καὶ γὰρ καὶ τὸ ὄψεσθαι, καὶ τὸ ἀκοῦσαι φωνῆς ἀκούστου καὶ ἀληθείας τοῦ λόγου, καὶ ὅτε μὲν βούλεται ἀλλοῖόν τινα τοῦ καθαρμοῦ τρόπον ἐπιδείκνυται. οἱ μὲν γὰρ ἀπιστοῦσιν, οἱ δὲ πιστοὶ ἀληθῆ καὶ πνευματικὸν ἔχουσι τὸν καθαρμόν.

Chryſoſtomus.

ſed tamen in illis latet abſcondita quædam virtus perito cognita per cujus beneficium cum abſente differre poteſt, ita panis Euchariſtiæ propriè dictus panis eſt, ſed in eo intelligenda eſt ſacramentalis ratio ſeu natura recondita, per cujus efficaciam cum Domino quamvis abſente myſtice ac ſpiritualiter communicare poſſumus. Poſtremò, quandò dicit ad loci hujus finem: *Nihil ſenſibile nobis dedit Chriſtus, ſed rebus quidem ſenſibilibus intelligibilia omnia*; non ita eſt accipiendus, quaſi ſimpliciter intelligeret Dominum in Euchariſtia nihil ſenſibile dediſſe. Si enim ita foret, periret ratio ſacramenti quæ ſignum ſenſibile neceſſario requirit, teſtante *i* ipſo Catechiſmo Concilij Tridentini, qui in definitione ſacramenti ait; *ſacramentum eſt res ſenſibus ſubjecta*; ac ſibi ipſi contradiceret in ea ipſa homilia dicenti: *k quandò Dominus myſteria dedit, vinum dedit*; tùm etiam hic affirmanti, eum *rebus ſenſibilibus intelligibilia omnia tradidiſſe*. Sed hyperbolica locutio eſt, quâ docere vult in Euchariſtia ad elementum ſenſibile non eſſe attendendum, ſed ex Domini mente ſpectandum eſſe id quod in illo intelligibile eſt, ratio videlicet ſacramentalis ac ejus virtus, cum regula ſignorum ſit, *l Nè quis attendat quod ſunt, ſed potius quod ſigna ſunt, id eſt, quod ſignificant.* Eſſentia enim ac efficacia ſacramentalis illud eſt quod Chryſoſtomus hîc myſteriorum, tùm baptiſmi, tùm Euchariſtiæ, *intelligibile* appellat: perindè ac Ephræm Antiochenus *m intelligibilem gratiam.* Nec obſtat quod objicit Perronius, *non eandem eſſe rationem baptiſmi & Euchariſtiæ, cùm Euchariſtia ſacramentùm ſit ſubſtantiæ, ideoque continere & conferre debeat ſubſtantiam inviſibilem, corpuſcilicet & ſanguinem Chriſti; baptiſmus verò ſit ſacramentùm accidentis, ac proindè ſolum accidens inviſibile continere & conferre.* Nam primo, quamvis id illi daremus, nè hilum quidem proficeret. Non enim magis neceſſe eſt ſacramentum ſubſtantiæ continere, aut propriè & ſubſtantialiter eſſe ſubſtantiam illam quàm confert, quàm ſacramentùm accidentis propriè continere aut eſſentialiter eſſe accidens illud quod confert. Nam utrobique eadem eſt analogia. Cum ergò baptiſmus qui juxta Perronium accidentis ſacramentùm eſt, propriè loquendo non contineat accidens quod confert regenerationem nimirum, adoptionem, & redemptionem, nec illud proprie & eſſentialiter ſit, ut teſtatur Facundus ſupra citatus, ſed tantùm illius ſacramentum ſit ac illud moraliter ſolum conferat; nec pariter neceſſe eſt, Euchariſtiam quæ ſubſtantiæ ſacramentum eſt, ſubſtantiam illam quàm confert aut propriè continere, aut propriè & ſubſtantialiter eſſe: ſed ſufficit ut ipſius myſterium contineat. Teſtatur Facundus: *a Sacramentum corporis & ſanguinis ejus* (Chriſti) *quod eſt in pane & poculo conſecrato corpus ejus & ſanguinem dicimus, non quod proprie corpus ejus ſit panis & poculum ſanguis, ſed quod in ſe myſterium corporis ejus ſanguinisque contineant.* Sed addo quoque ſecundo falſiſſimum eſſe quod utrinque excluſivè ſupponit Adverſarius, baptiſmum eſſe ſacramentum accidentis, Euchariſtiam verò ſubſtantiæ. Nam baptiſmus etiam ſacramentum ſubſtantiæ eſt, videlicet, *aa* tùm ſanguinis, tùm Spiritus Dominici, ſanguinemque Dominicum nobis moraliter confert, cum ex ſententia *b* Veterum atque ipſius *c* Chryſoſtomi in illo *ſanguine Chriſti tingamur*, imo & carnem ipſius, quàm *in eo nos manducare ac participare* expreſſè affirmant *d* Cyrillus & *e* Fulgentius. Euchariſtia viciſſim ſacramentum quoque accidentis eſt, quando quidem ea *cum ſano propoſito utentes ſanctificet & vivificet*, ut poſt *f* Clementem & *g* Origenem teſtatur univerſus antiquitatis chorus. Verum Milleterius ex hoc loco aliter argumentatur.

Primò enim ait, *γ juxta Chryſoſtomum, propoſitionem hanc*, hoc eſt corpus meum, *intelligi & credi debere juxta ſenſum cui contradicit judicium ratiocinationis noſtræ, ac viſus, ac proindè propriè, adeò ut ſacramentum ſit proprium Chriſti corpus: quia illam figuratè ſumendo de ſigno corporis Chriſti tantummodo, nihil contrarium in illa foret ſenſibus & ratiocinationi humanæ.* Verum conſequentiam negamus. Mens enim Chryſoſtomi eſt, intelligendum eſſe panem eſſe corpus Chriſti, quemadmodum ibidem intelligit & ait, baptiſmum eſſe *regenerationem & renovationem*, videlicet, non propriè & ſubſtantialiter, ſed in ſigno & efficacia. Quemadmodum & alibi ait, *δ initiatos noſſe virtutem calicis:* & rurſum ſupra illum audivimus Euchariſtiam cum litteris comparantem, quoad virtutem ijs inditam. Quo reſpectu repugnantia quædam reperitur, tùm ex parte ſenſuum, tum ex parte ratiocinationis humanæ Lumine ſpirituali Verbi Dei non illuſtratæ. Senſus enim, ac ratio non illuminata nihil in baptiſmo agnoſcunt præter aquam ſimplicem & communem, omni efficacia ſpirituali deſtitutam, nec in Euchariſtia ſimiliter niſi panem ſimplicem communeque vinum: Verum, inquit, credendum eſt, aquam eſſe myſticam & ſacram, multæque virtutis, ac panem & vinum corpus ac ſanguinem Chriſti eſſe ſacramento & efficacia. Sic enim & Author Librorum de Sacramentis apud Ambroſium: „ In ſimilitudinem quidem accipis ſacramentum, ſed verè naturæ gratiam virtutemque conſequeris. Et Bertramus: *ζquia fides totum quicquid illud eſt aſpicit, & oculus carnis nihil apprehendit, intelliget, quod non in ſpeciè* (hoc eſt, in ſubſtantia, ſic enim hoc vocabulum ſumit) *ſed in virtute corpus & ſanguis Chriſti exiſtant quæ cernuntur.*

Secundò

i *Vid. Bellor. de Sacram. in genere lib. 1. c. 1 1.*

k *In Matth. hom. 83.*

l *De doctr. Chriſtian. l. 2. c. 1.*

m *Apud Photium bibliother. col 229.*

a *Loco ſupr. citato.*

Chryſoſtomus.

aa *Valentia. de Chriſti præſent. in Euchar. l. 2. c. 5. § Decimo quinto. in aqua baptiſmi eſſe quoddam ſignum ſeu ſymbolum corporis & ſanguinis Chriſti, quatenus ejus virtute abluimur ſpiritualiter in baptiſmo. Et tom. 4. diſp. 6. q. 3 punct. 1. §. 5.*

b *Nazianzen orat. 40. & 41. Hieron. in Eſa. 1. & 53. Cyrill. in Zachar. c. 13. Proſper. de promiſſ. part. 2. c. 2. & in Pſalm. 106. Caſar. de paſch. hõ. 5. & alij.*

c *Catechef. ad illuminandos.*

d *Glaphyr. in Exod. l. 2. de hoſtia agni. & in Ioan 5. 6.*

e *De bapt. Æthiop. c. ultimo.*

f *Pædagog. l. 2. c. 2.*

g *Contr. Celſ. lib. 8. Theophilus Al. paſchal. 1. & infiniti alij.*

γ *Pag. 362.*

δ *Catech. ad illuminand.*

ε *Lib. 6. cap. 1.*

ζ *De corpor. & ſanguine Domini.*

Chryſoſtomus.

Secundò urget quod Chryſoſtomus ait; *Nihil ſenſibile nobis dedit Dominus, ſed rebus quidem ſenſibilibus intelligibilia* omnia: ac ait, [a] *per intelligibilia eum deſignare proprium Domini corpus & ſanguinem.* At verò, quamvis hoc ei daremus, non magis indè ſequeretur corpus & ſanguinem Domini in rebus ſenſibilibus, id eſt, in pane & vino eſſe contentum, quam quandò alibi ipſemet de baptiſmo loquens, ait: [b] *non tibi do veſtem Regiam, ſed tibi præbeo Regem ipſum quo induaris*; rectè concluderetur, Regem ipſum, id eſt, Chriſtum in re ſenſibili baptiſmatis, hoc eſt, in aqua contineri. Senſus utrobiquè foret, Dominum nobis tradere, non modo ſenſibilia ſigna, ſed & res ab iis deſignatas ac ſignificatas: quemadmodum Apoſtolus ait, panem quem frangimus communionem nobis eſſe corporis Chriſti, & calicem ſanguinis ipſius. Sed addo ſecundò, Chryſoſtomum per *intelligibilia* in Euchariſtia non deſignare proprium Domini corpus & ſanguinem. *Intelligibile* enim Veteribus, & *immateriale* idem ſunt. Sic enim Nazianzenus: [c] *Intelligibilium & incorporalium nullum proprium nomen eſt.* Et Nyſſenus: [d] *natura rerum in duo diviſa eſt. Una enim ſenſibilis eſt & materialis, alia intelligibilis & immaterialis.* Et Cyrillus: [e] *Chriſtus eſt aqua, non ſenſilis & materialis, ſed divina & intelligibilis.* Et Hugo Lingonenſis contra Berengarium ſcribens: [f] *Corpus quod dixeras crucifixum intellectuale conſtituis, in quo evidentiſſime patet, quod incorporeum confueris.* At Chriſti corpus & ſanguis non ſunt aliquid immateriale: ergò nec intelligibile. Deſignat itaquè virtutem ſacramenti, ſeu, ut ipſemet alibi loquitur, [g] *gratiam in ſacrificium decidentem*, quam & Ephræm [h] *gratiam intelligibilem appellat.* Quis enim dixerit, gratiam illam deſuper in panem & vinum decidentem, eſſe proprium Domini corpus & ſanguinem? Quid! Deſuper-nè in Euchariſtiam cadunt?

Quinta objectio ducitur ex verbis ſequentibus ubi Chryſoſtomus ait: [i] *O quot modo dicũt, vellem ejus videre formam & ſpeciem, & veſtimenta & calceamenta. Ecce ipſum vides, ipſum tangis, ipſum comedis. Et tu quidem veſtimenta videre cupis, ipſe autem tibi dat non tantum videre, ſed & tangere, & edere, & intus ſumere.* Locum autem ſimpliciter profert Bellarminus abſque ulla argumentatione. At Gregorius de Valentia in illum notat: [j] *Hæc & ſimilia quæ paſſim occurrunt in libris Sanctorum Patrum, quis non videt inaniſſimè dici, niſi re vera habeamus in ſacramento, & ore quoque ſumamus corpus & ſanguinem Chriſti?* At verò hæc objectio eadem prorſus eſt cum ſecunda ad quam ſupra reſpondimus, ut nullomodo neceſſe ſit in eam amplius inquirere. Sed tamen ex abundanti varia addamus ad ea quæ jam notata ſunt. Dico ergo verba illa nec proprij corporis Chriſti in Euchariſtia præſentiam nec oralem ejus manducationem, qualem Adverſarij ſomniant, ullo pacto inducere. Annon enim Cyrillus Alexandrinus ſimiliter ait, [k] *in manna cibo viſum fuiſſe Eulogiam illam quæ per Chriſtum eſt?* Annon [l] Eccleſiæ Viennenſis & Lugdunenſis fideles, in Blandina patiente *exterioribus oculis vidiſſe eum qui pro ipſis crucifixus eſt?* Annon ipſe Chryſoſtomus, & alij Veterum paſſim, pariter affirmant, Chriſtum ipſum in pauperibus videri, contegi, paſci, ali & recipi? Gregorius Nazianzenus: [m] *Chriſtum quamdiu luet, viſitemus, Chriſtum curemus, Chriſtum alamus, Chriſtum induamus, Chriſtum colligamus, Chriſtum honoremus*, non menſa tantum, &c, ſed & miſericordia, &c. Ephræm: [n] *qui pauperem ſuas in ædes induxerit, Chriſtum ipſum ſecum adduxit, &c: qui peregrinum ſub tecto excipit, Chriſtum ipſum ſuſcipit.* Gregorius Nyſſenus: [o] *Iacentes pauperes, &c, Servatoris noſtri perſonam induerunt. Propriam enim benignus ille perſonam eis largitus eſt.* Paulinus: [p] *Intelligis in omni paupere & egeno Chriſtum cibari, potari, contegi, viſitari.* Auguſtinus: [q] *In terra eroga, & Chriſtum in cœlo paſcis.* Leo I. [r] *Laudabilis diſtributor eſt, qui ſe Chriſtum in indigentibus & veſtire novit & paſcere.* Valerianus: [s] *Nec longe tibi quærendus eſt Dominus, ſi non ſis avarus. Expectat nos ecce foris cum illa ſuorum turba famulorum. Non enim tibi errandum eſt oculo, ut dubites circa quem potiſſimum opus miſeranda erogationis impendas. Ipſum ſcias eſſe Chriſtum noſtrum, quem videris nudum, quem aſpexeris cæcum, quem offenderis claudicantem, quem pannis involutum, quem videris ſordida veſte contectum.* Et rurſum: *Quarè ergò dubitet aliquis indigentem paſcere, cum videat ſe iſta Chriſto noſtro in pauperis refectione conferre?* Cæſarius: [t] *Quando pauper eſurit, Chriſtus indiget, &c. Eſurit modo Chriſtus in omnibus pauperibus.* Denique ipſe Chryſoſtomus: [u] *Quomodò non turpe eſt marmoribus parietes fruſtra & inaniter contegere, Chriſtum vero nudum circumeuntem videndo deſerere?* Et rurſum: [x] *tu ipſum videns Chriſtum peregrinum & nudum, non flecteris.* Et alibi adhuc ad eumdem plane modũ quo in loco objecto loquens: [y] *Quot hìc adſtantium illo tempore fuiſſe, optarent, quo Chriſtus cũ carne in terra verſabatur ut ipſi contubernales & conviva eſſent? Ecce nunc licet vobis id eſſe, & eum ad prandium magũ vocare, & cum eo epulari, & cum majori lucro, &c. Quamobrem veſtiamus nudum, colligamus peregrinum, eſurientem alamus, ſitientem pote-*

a Pag. 366.

b In Epiſt ad Coloſſ. homil. 10.

c Orat. 45.

d In Cantica homil. 6.

e In Eſaiæ c. 32. 20. οὐδὲν ἐκ αἰσθητοῦ ἐστὶν ἁπλῶς, ἀλλὰ νοητὸν ἢ μᾶλλον πνευματικόν.

f De Corpor. & ſang. Chriſti.

g De ſacerdot. l. 3. ἀχράντου ἐπιπολάζοντος τῇ θυσίᾳ.

h Apud Phot. cod. 229. ἢ πάντα τὰ λεγόμενα, ἐμβαλόμενα αὐτῷ εἶδος τὸ μορφῆς, τὸ τύπου, τὸ ζωγράφου, τὸ ὑποδήματος; ἰδεῖν αὐτὰ δέδωκε, ἅπτεσθαι αὐτῶν, ἀνατεῖναι ἐσθίοντας. καὶ σὺ μὲν ἐπιθυμεῖς ἰδεῖν. αὐτὸς δὲ ἑαυτὸν σοι δίδωσι, οὐκ ἰδεῖν μόνον, ἀλλὰ καὶ ψαῦσαι καὶ φαγεῖν καὶ λαβεῖν ἐν χερσίν.

i De Chriſti. præſent. in Sacram. l. 1. c. 5.

k In Ioan. 6. ὃν τὸν ἐν μάννᾳ τροφῆς τοῦ ἐναγοῦς ἐκείνου καὶ τοῦ ἀληθοῦς ἄρτου.

l Apud Euſeb. Hiſtor. l. 5. c. 1. Ἐλεάζαρον ἀνιστὰ σὺν τῷ ἀγαθῷ ἢ θεὸς ἐξαφῆναι σφραγῖδας ἀληθοῦς τῆς ἀδελφότητος τὴν ἐκκλησίαν αὐτοῦ ἐπισυλλογισόμενον.

m Orat. 16. ἴσως ἐν τοῖς πτωχοῖς, χριστὸν ἐπισκεψώμεθα, χριστὸν ἀναπαύσωμεν, χριστὸν περιβάλωμεν, χριστὸν ἐνταφιάσωμεν, χριστὸν ἱματισώμεθα, μὴ παρίδωμεν γυμνόν, &c.

n De amore pauperum.

o De paupertib. amand. orat. 1.

p Epiſt. 33.

q Sermon. 32. ex 40. a Symmond. edit.

r De jejun. ſeptim. menſ. ſerm. 6.

s Hom. 7. & 9.

t Hom. 22. Idẽ & Laurent. Novatienſ. homil. de eleemoſyna.

u Ad popul. Antioch. hom. 2. πῶς οὖν οὐκ ἀνέχεσθε μαίνεσθαι μὲν οἰκοδομοῦντας τοὺς βίους οἰκῶν καὶ μαίνεσθαι, τὸν δὲ Χριστὸν γυμνὸν ἐπιδημοῦντα ὑπερορᾶτε; x In Matth. hom. 7. σὺ αὐτὸν ὁρῶν τὸν Χριστὸν ξενοῦσθαι καὶ γυμνὸν, οὐκ ἐπισκέπτῃ; y In Ioan. hom. 58. πόσοι γὰρ τῶν ἐπιόντων ἐκείνῳ ἐπεθύμησαν ἰδεῖν τὸν κύριον, καὶ ὃν μὴ σπανίως ὁ Χριστὸς ἐδείκνυτο τοῖς γνησίοις, οὐκ ἠξίωσαν αὐτοῦ ἰδεῖν πρόσωπον; ἰδοὺ τοῦτο ἔχεις τὸ ἐπιθυμούμενον, καὶ πολλῷ αὐτὸν μᾶλλον ἐπὶ ἔλαττον οὐκ ἐπιδημοῦντα· καὶ ἐπὶ μίζονι κερδῶ, &c. σεβώμεθα τὸν γυμνὸν, συναγάγωμεν τὸν ξένον. θρέψωμεν τὸν πεινῶντα. πόσωμεν τὸν διψῶντα. ἱματίσωμεν τὸν ἀδύνατον. Idem ſæpius. Vid. & in Acta homil 45. Et rurſ. in Matth. hom. 46. & 49. Et hom. de eleemoſy. & Collation. in Sanctos tom. 5.

Chryſoſtomus.

m *An neſcis ſi imago Regis injuria afficiatur, contumeliam in ipſum Regem fieri? An non ſcis, quod ſi quis imaginem ligneam vel æream ſtatuam dejiciat, non ſic eum judicari quaſi in materiam inanimatam aliquid auſum, ſed, tanquam qui in regem manus extenderit, è medio tollis?* Cyrillus Alexandrinus: n *Veritas in typo violatur:* o *ſi quis terrenorum Regum imagines ludibrio habuerit, tanquam ſi in regem ipſum peccaverit, punitur:* p *Imaginis dedecus omnino recurrit in Archetypum.* Euſebius Emeſenus: q *Conjice Lapidem in Imperatoris imaginem: quid dicitur? Imperatorem injuria affeciſti. Lacera veſtem Imperatoris: quid dicitur? Inſurrexiſti adverſus Imperatorem.* Anaſtaſius Epiſcopus Antiochenus; *qui contumeliam infert Imperatoris imagini pœnam juſtam perpetitur, quemadmodum ſi ipſummet Imperatorem deſpexiſſet.* Denique Chryſoſtomus ipſe de ſtatuis Imperatoris confractis: qq *Laſus eſt qui non habet æqualem ullum ſuper terram. Rex enim eſt, ſummitas & caput omnium ſuper terram hominum.* At verò Euchariſtia *imago eſt propriæ corporis Chriſti*, inquit r Euſebius. Cur non ergò diceret Chryſoſtomus, indignè illi communicantem non modicum ſupplicium eſſe recepturum? Sed & addo Hieronymum, de ſacramentis in genere dicere: s *Dum ſacramenta violantur, ipſe cujus ſunt ſacramenta violatur*: Et Auguſtinum de baptiſmo; t *Qui accipit indignè baptiſma, judicium accipit.* Quamobrem, de Euchariſtia, quamvis corpus Chriſti non in rei veritate, ſed in myſterio ſignificante ſit, idem denuntiari non poſſet convenienter & rectè?

Septima objectio ducitur ex verbis ſequentibus ubi Chryſoſtomus ait: tt *Non ſufficit ipſi (Chriſto) hominem fieri, nec flagellis cædi & jugulari, ſed & ſeipſum nobis permiſcet, & non fide ſolum, ſed reipſa corpus ſuum nos efficit. Qua igitur re mundiorem non oportet eſſe eum qui huic ſacrificio participaturus eſt? Quales radios ſolares non deberet puritate excedere manus illa quæ diſcindit hanc carnem, os quod impletur igne ſpirituali, lingua purpurata tremendo hoc ſanguine?* Atque in hunc locum rurſum Perronius exclamat: *Quid dicitis Calvini*, &c? Gregorius autem de Valentia & alij, indè clare probari u *Corporalem & realem unionem & quaſi admixtionem cum Chriſto: alioqui omnia frigidiſſima & ridicula eſſent*, addit Bellarminus, *ſi tantum in ſigno Chriſti corpus acciperemus.* Laudanda tamen hic eſt Gregorij verecundia, quem puduit quodammodò *mixtionis* vocabulum quod Chryſoſtomus uſurpat, propriè ſumere, ac *quaſi admixtionem* diminutivè indigetat. Sic enim & Cyrillus Alexandrinus cum de incarnatione Domini loquens alicubi dixiſſet; a *Reprobi cum eſſemus, corporaliter & ſpiritualiter nobis mixtus eſt*; id alibi ſic mollit: b *propter ſimilitudinem quàm nobiſcum habet, ſe ipſum quaſi immiſcet & vitæ æternæ participes facit.* Et de Euchariſtiæ communione: bb *Chriſto per communionem quodammodo immixti ſunt.* Et Author diſputationis contra Arrium inter Athanaſij opera: c *quaſi in Calice miſcet ſanguinem ſuum.* Sed & unionem illiam quàm ſupra citati corporalem & realem, alijque ex Adverſarijs naturalem & ſubſtantialem appellant, improbat & refellit Suares. Poſtquàm enim obſervaſſet Chryſoſtomum dixiſſe, *Chriſtum commiſceri nobis*, multoſque ex ſuis hanc locutionem ſimpliciter accipere: *Hæc*, d addit, *ſententia multis Theologis viſa eſt improbabilis & aliena a dignitate & majeſtate hujus ſacramenti, quod non propter conjunctionem corporalem, ſed propter ſpiritualem inſtitutum eſt.* Et poſt multa argumenta: *Videtur*, inquit, *apertè concludi hanc unionem non eſſe corporalem, ſed ſpiritualem tantum & myſticam.* Dico ergò primò, Chryſoſtomi mentem eſſe poſſe, Chriſtum ſeipſum nobis permiſcere, non per propriam corporis & ſanguinis ſui ſubſtantiam, ſed per corpus ſuum & ſanguinem myſticum, hoc eſt, per ſacramentum corporis & ſanguinis ſui: quo ſenſu reciproce Cyrillus Alexandrinus ait; e *minima Eulogia totum corpus noſtrum in ſe permiſcet, ſuaque replet efficacia.* Palam enim eſt, *minimam Eulogiam* de propria Domini carne intelligi non poſſe, cum minima ſupponat majorem, propriaque Chriſti caro ſeipſa major & minor non niſi abſurdè dici jam queat. Chryſoſtomus ipſe id in ſequentibus innuit. Probabiliſſimum enim eſt illum intelligere Chriſtum ſeipſum nobis permiſcere per carnem & ſanguinem de quibus immediatè ſubjungit: *Qua re non oportet mundiorem eſſe eum qui huic ſacrificio participaturus eſt? Quales radios ſolares non debet puritate ſuperare manus illa quæ diſſecat hanc carnem, os quod impletur igne ſpirituali, lingua purpurata tremendo hoc ſanguine?* Id autem non ait, nec de proprio corpore Domini, quod, cum impaſſibile ſit, & indiviſibile ſecundum Adverſarios ipſos, diſſecari & dividi non poteſt, nec de proprio ejus ſanguine, qui cum extra venas non effundatur purpuratam linguam reddere nullomodo valet; ſed de corpore & ſanguine myſtico, ut illa ſupra nominabat, hoc eſt, de pane Euchariſtico qui *ad diſtribuendum communicatur*, inquit a Auguſtinus, & de vino quod b *myſticum ſacri ſanguinis ſymbolum* eſt. Et quæ figurate propter eorum efficaciam *ſpiritualem ignem* appellat, quemadmodum aquæ baptiſmi *divino igne pleno* eſſe a c Gelaſio Cyziceno dicuntur. Sed demum

m *De ſigillis inter. Chryſoſt. opera:* εἰκὼν εἶδος ἐστὶ βασιλέως τὴν ὄψιν, εἰς τὸ σχῆμα τοῦτο ἄγουσα· ἆρα οἶδας, ὅτι καὶ ἐπὶ τῆς εἰκόνος τὸν λίθον ἐκσείσας, ἐπὶ τὸν βασιλέα τὸν χεῖρα ἐκτείνεις; ἆρα οἶδας, ὅτι καὶ ἐπὶ βασιλέως ἐσθῆτα ἀφανίζεις;

n *In Ioan. 7. 24.* ἀδικεῖται ὁ τοῦ τύπου τὴν ἀλήθειαν.

o *In Ioan. 5. 23.* ὁ τῆς εἰκόνος τοῦ ἐπὶ γῆς βασιλέως ἀτιμαζόμενος, οὐ τοῦ ἀνθρώπου ὕλῃ πεπλασμένου, ἀλλ' οὐ τοῦ βασιλέως ἐστὶν ἀφαιρούμενος τὴν τιμήν.

p *De incarnat. unigeniti.* τὸ τῆς εἰκόνος ἀπλῶς ἀναθήματος τοῦ τύπου ἐπὶ τὸ ἀρχέτυπον.

q *Apud Theodoret. dialog. 3.* βάλλων λίθον εἰς εἰκόνα βασιλέως. τί τὸ λεγόμενον; βασιλέα ὕβρισας. περίεργον ἐμβάλλων βασιλέως. τί τὸ λεγόμενον; βασιλέα ἠσέβησας. *Anaſtaſ. Synod. Nicen. 2. act. 4.* ὁ τοιγαροῦν εἰκόνος βασιλικῆς ἀκοσμήσας ἀνάθημα θεϊκὸν βασιλέα ἀδικήσας. *Vid. & ibid. Leontium Epiſcop. Neapoleos Cypri.*

qq *Ad popul. Antiochen. homil. 2.* ὁ γὰρ ἰσχυρὸς, ὁ ὑβρισθεὶς ἀμύνεσθαι δυνηθεὶς ἐπὶ τῆς γῆς βασιλεύς ἐστιν, κορυφὴ τῶν ἁπάντων ἀνθρώπων. *Vid. & Auth. oper. imp. in Matth. hom. 42.*

r *Vid. ſupr. in Euſeb.*

s *In cap. 1. Malach.*

t *Contr. Fulg.* tt οὐκ ἀρκεῖ αὐτῷ τὸ γενέσθαι ἄνθρωπον, οὐδὲ τὸ μαστιγωθῆναι καὶ σφαγῆναι, ἀλλὰ καὶ ἑαυτὸν ἡμῖν μίγνυσι, καὶ οὐ τῇ πίστει μόνον, ἀλλ' αὐτῇ τῇ ἀληθείᾳ τὸ σῶμα ἡμᾶς ἑαυτῷ κεκοινώνηκε. τίνα οὖν οὐκ ἔδει φωτοειδεστέραν εἶναι τὴν ἀστραπὴν τῆς καθαρότητος; τίνα δὲ οὐκ ἐχρῆν τὴν χεῖρα τὴν θύουσαν τὸν λαιμὸν τέμνειν;

u *Tom. 4. diſp. 6. q. 3. punct. 1. §. 3. Et in opuſcul. de præſent. Chriſti in Euchar. l. 1. c. 3. §. Decimo. Alanus de Euchar. lib. 2. c. 28.*

a *De Adoratione l. 3.* ἀδιάκριτος ἕνωσις, ἰσχὺν συμπλοκὴν τῇ ἄνωθεν ἀπορρεούσῃ ἐπιδιδοῦσα τῇ ζωῇ καὶ ἀναπλάττουσα μετέχειν ἀπαφθορίας.

b *In Ioan. 3 35.* ἀλλ' ἐπειδὴ ἀμείωτος ἡ ἀναμίξεως ἐπιδοσις τῇ ζωῇ καὶ ἀναπλάττουσα μετέχειν ἀπαφθορίας.

bb *In Ioan. 6. 50. 51.* ἀναπλαττόμενοι τρόπον τινὰ πρὸς τὴν ἀφθαρσίαν αὐτοῦ. *Idem & in v. 57. Et in c. 15. 1.* c ὡς ἐν κράματος μίξει τὸ ἕνωμα τῷ ἰδίῳ σώματι.

d *In 3. Thom. diſput. 64. ſect. 3.*

e *In Ioan. 6. 57.* ἐλαίου εὐλογία σύμπασαν ἀμοῦ εἰς ἑαυτὸν ἀναφύσει τὸ σῶμα τῇ τοῦ ἰδίου εἰσρεούσης ἀναπλάττουσα.

a *Epiſtol. 59.*

b *Clemens Alexand. pædag. l. 2. c. 2.*

c *In Dialyp. poſ. de bapt. c. 4.* πλέον ἢ ζωῆς πυρός.

Chryſoſtomus.

demus ſecundo Chryſoſtomi mentem eſſe, Chriſtum per proprium corpus ac ſanguinem ſe nobis miſcere: ideo ne intelliget proprij corporis ac ſanguinis ſubſtantiam in corpora noſtra intrare, illiſque miſceri? Minime gentium. Nam ego pariter dicerem, ſubſtantiam ipſam ſanguinis animas noſtras pervadere, illaſque tangere, cum ipſe Chryſoſtomus dicat, d *Chriſti ſanguinem illini animabus noſtris*, & e *ipſi eſſentiæ animæ miſceri*: Quod tamen ipſos Adverſarios non puto eſſe admiſſuros, vel quia ſecundum eorum ſententiam ſanguis Chriſti non ſit niſi ubi ſpecies ſunt, ſpecies autem non pervadant ipſam animæ ſubſtantiam. Quin & rurſum concluderem, Chriſtum etiam qua hominem in aquis baptiſmi ſubſtantia ſua immixtum eſſe, ſi quidem Optatus ait: f *Hic eſt piſcis qui in baptiſmate per invocationem fontalibus vndis inſeritur, vt qui aqua fuerat, a piſce etiam piſcina vocitetur.* Imo & nos in baptiſmo ipſi ſubſtantialiter & corporaliter miſceri, cum Chryſoſtomus ipſemet eum qui baptizandus eſt compellans; *ipſum Dominum*, g inquit, *jam jam amplecteris, commiſceris cum corpore, immiſceris huic corpori quod ſupra ſitum eſt, quò Diabolo non licet accedere*: Ac denique ſanguinem Chriſti actu a corpore ſeparatum aquæ baptiſmali ſubſtantialiter ineſſe, quandoquidem Laurentius Novarienſis inquiat, Deum Patrem alloquendo; h *Aſperges me aqua filij tui ſacro ſanguine mixta.* Quoditerum Adverſarij, ſcio, non ſunt conceſſuri. Et ſane merito. Nam mixtio hiſce locis non deſignat ſubſtantialem corporalemue conjunctionem per indiſtantiam loci propriumque cõtactum rerum, ſed a rebus corporalibus in quibus intimam conjunctionem arguit metaphoricè deducitur ad ſignificandam, tum virtutis præſentiam per quam Chriſtus adeſt ſacramentis ſuis, tum arctitudinem ſpiritualis conjunctionis quam cum illo & inter nos per ea adipiſcimur. Sic igitur ſe res habet in loco de quo agimus. Chryſoſtomus ait, *Chriſtum ſeipſum nobis immiſcere*; id eſt, ſe nobis intimè vnire: eodem ſcilicet ſenſu quo ibidem dicit, *eum nos non fide ſolum, ſed reipſa corpus ſuum efficere*; nimirum, ſecundum rationem ſpiritualem & myſticam, non vero propriam & corporalem. Subdit autem, non fide ſolum, ſed etiam reipſa nos corpus ejus effici, ut innuat ceſſante quoque omni intellectus & mentis operatione nos quaſi per habitum verè membra carnemque ejus & eſſe & permanere, quod ſane veriſſimum eſt. Sed inſtat contrà Bellarminus tenui ratiuncula, quæ talis eſt: *Iſta unio membrorum cum capite qua efficimur unum corpus myſticum cum Chriſto, propriè obtinetur per baptiſmum, & neceſſario præcedere debet ſumptionem Euchariſtiæ. Qui enim non eſt membrum Chriſti, non niſi indigne ad hoc ſacramentum accedit. At Chryſoſtomus dicit, per Euchariſtiam nos conjungi Chriſto nova quadam & vera vnione.* Sed facile eſt reſpondere. Nam verum quidem eſt nos per baptiſma myſticum unum corpus cum Chriſto effici, niſi fortè fides illud præcedat (ut aliquando in adultis qui baptizantur) per quam, ut ipſe Chryſoſtomus notat, i *Chriſto concorporales reddimur & conſubſtantiamur*; Sed id non prohibet quominus per Euchariſtiam, atque rurſum extra Euchariſtiam per fidem hæc unio magis ac magis conſtringatur, ſolidetur, & reduplicetur. Id autem eſt quod intelligit Chryſoſtomus in Euchariſtia fieri. Nam de nova unione nihil apud illum. Additamentum Bellarmini eſt, & eo ſenſu quo accipit falſum. Per *novam* enim intelligit eam quæ ſpeciè differat: Chryſoſtomus autem unionem hic deſignat, non ſpecie, ſed gradu tantummodo differentem. Nam quemadmodum ait, per Euchariſtiam *Chriſtum nobis immiſceri*, ſimiliter & per baptiſmum k *nos corpori Chriſti immiſceri*: & rurſum ſicut dicit, nos per Euchariſtiam *reipſa fieri corpus*, ita & l *in lavacro id nos fieri*, (*ſcilicet ex carne ejus & ex oſſibus ejus.* Annon vero, unio id eſt, ſpecie eadem?

Octava objectio ducitur ex verbis ſequentibus, ubi ait: m *Quis loquetur potentias Domini, auditas faciet omnes laudes ejus? Quis Paſtor vnquam τῆς οἰκείας μέλιτος membris ſuis oves nutrivit. Et quid dico, Paſtores? Multæ matres ſæpe alijs nutricibus infantes dederunt: ipſe vero non ita, ſed ipſe nos ſanguine proprio οἰκείῳ nutrit, & per omnia ſe nobis conglutinat.* Quæ comparationes inquit Bellarminus, *omnino frigebunt, ſi tantum in ſymbolo carne ſua nos nutrit.* Idem & Gregorius de Valentia. Sed primò conſequentia non eſt neceſſaria, nec ratione verborum, nec ratione comparationum. Non ratione verborum. Vocabulum enim *οἰκεῖον* non ſemper ſumitur pro *proprio* oppoſite ad figuratum, ſed paſſim pro *ſuo* ſimpliciter per antitheſin ad alienum, ut vel mediocriter Græcè Docti norunt: quo ſenſu Iſidorus Peluſiota videtur appellare vinum nuptiarum Cana, *οἰκεῖον αἷμα* Domini, quod tamen propriè non erat. Non etiam comparationum. Nam ſolemnè eſt Chryſoſtomo ejuſmodi comparationes oratorie inſtituere quæ quam proprie ſumendæ eſſe videantur, figurate tamen intelligi debent. Sic enim alibi de Corinthiorum collectis loquens: p *Paulo daturi magna alacritate id faciebant, tu vero daturus es Domino Pauli*; quia videlicet, *per pauperes* tanquam per imaginem ſuam *Chriſtus accipit.* Verum ſecundo, data impræſentiarum conſequentia, quid lucraturi ſunt Adverſarij? Libenter enim fatemur Dominum nos propria carne proprioque ſanguine, tum extra Euchariſtiam, tum in ipſius Euchariſtiæ communione nutrire. Ideo - ne conſequetur corpus & ſanguinem ejus

d *In Epiſt. ad Hebræ. hom. 17.* τοῖς ψυχαῖς τὸ αἷμα ἐπιχεόμενον, & χρεῖττον.

e *Ibid. hom. 16.* ἐπὶ γὰρ ψυχῆς ἥκει, ἀλλ' οὐδὲ τῇ οὐσίᾳ ἀναμίγνυται τὸ αἷμα.

f *Contr. Parmenian. lib. 3.*

g *In Epiſt. ad Coloſſ. hõ. 6.* κἂν ἐν μέσοις ἐκείνοις ἀφθαλμοῖς ἴδῃς τὸν δεσπότην, ἀναπηδήσας σπεύσεις τὸ σῶμα ἀναφύγειν τῷ σώματι τῷ ἄνω κειμένῳ ἐκεῖσε συμπλακῆναι τῷ ἁγιάσματι.

h *Homil. de pœnitent.*

i *In Epiſt. ad Hebr. hom. 6.* συσσεσῶμεν, &c. ζωσωματῶμεν.

k *In Epiſt. ad Coloſſ. ſupr. cit.*

l *In Epiſt. ad Epheſ. hom. 20.* πῶς εἰς τῆς σαρκὸς αὐτῶν ἐσμὲν ἡμεῖς καὶ ἐκ τῶν ὀστέων αὐτῶν; &c. τοῦτο καὶ ἐπὶ τοῦ λουτροῦ.

m *Τίς λαλήσει δυναστείας κυρίου; ἀκουστὰς ποιήσει πάσας αἰνέσεις αὐτοῦ; τίς ποιμὴν τῆς οἰκείας μέλιτος τὰς ποίμνας ἔθρεψε τὰ ὅμοια; μᾶλλον δὲ οὐδὲ ἐπὶ τῶν ἀλόγων ταῦτα ἔστιν εὑρεῖν. ἀλλ' αἱ μὲν πολλάκις ἄλλαις τιθηναῖς τὰ βρέφη ἐνεχείρισαν, καὶ ἐκείνη τῷ γάλακτι ἐκείνων ἐτράφη· αὐτὸς δὲ οὐδὲν τοιοῦτον, ἀλλὰ δι' ἑαυτοῦ πάντα τῷ ἰδίῳ αἵματι τὰ μέλη τρέφει καὶ συγκολλᾷ πρὸς ἑαυτόν.*

n *Vbi ſupra.*

o *Lib. 1. epiſt. 393.*

p *De Elemoſ. & collat. in Sanct.* τοῦ ἁλὸς ἀλλ' οὐ μικροτέρου &c. μὴ πολλοῦ δεῖ τῶν ἐπιτίμων ἀποστῆναι. οὐ γὰρ τοῦτο μόνον ἀλλὰ καὶ ἕτερα ἀγαθά. ἀλλ' ὅδε πάντων ἀναίτιος λαμβάνει.

Chryſoſtomus.

ejus aut in Euchariſticis ſymbolis & reapſe eſſe præſentia, aut corporis ore a nobis edi & bibi? Minime. Nam ſecundum corpus q *abſens eſt*, inquit ipſe Chryſoſtomus. Tum etjam, inquit r Baſilius, *as quoddam eſt intellectuale interioris hominis quo nutritur, ſuſcipiens Verbum vitæ, quod eſt panis qui de cœlo deſcendit.* Et Nyſſenus: s *eſt analogia quædam motuum & operationum animæ cum corporeis ſentiendi organis*, &c. *Vinum & lac guſtu dijudicantur. Quando autem hæc intellectualia ſunt* (hoc eſt, ſpiritualia) *omnino animæ facultas eorum eſt intellectiva & apprehenſiva.* Et Chryſologus: t *Chriſtus integer a credentibus ſumitur, integer in ore cordis recipitur.* Et ipſemet Chryſoſtomus iiſdem in Matthæum Homilijs: u *Seipſum nobis dat in victum & cibum ſpiritualem.* Spiritualem autem Auguſtinus interpretatur, x *id eſt qui fide, non qui corpore* ſumatur. Atque hoc pacto Chriſtus nos per omnia ſecum connectit, hoc eſt, non tantum per varias ac multiplices quas nobis largitur gratias; ſed carnem & ſanguinem ſuum nobis quoque communicando.

Nona denique objectio ducitur ex hiſce verbis, vbi de menſa Euchariſtica loquens, ait: y *Non ſunt humanæ virtutis opera propoſita. Qui tunc illa fecit in illa Cœna (quam ſcilicet ipſe Dominus celebravit) ipſe & nunc hæcce operatur. Miniſtrorum vice ſumus: qui vero hæc ſanctificat & tranſmutat ipſe eſt.* Hunc autem locum tanquàm præcedentium corollarium concludit Perronius ſupra memorato Epiphonemate: *Quid ad hæc dicitis* Calvini? *quid ad hæc dicitis* Zwinglij? Facillimi reſponderent hæc omnia vera eſſe, nec quicquam illi favere. Quod enim hîc Chryſoſtomus de Euchariſtia dicit, eam non eſſe virtutis humanæ, ſed divinæ operationem, alibi ſimiliter prorſus de baptiſmo quoque affirmat, z *In eo præcipua pars eſt Spiritus*: a *non eſt Angelus qui movet aquam, ſed Angelorum Dominus qui omnia operatur*: b *homo in propoſita nihil introducit, ſed totum potentiæ Dei opus eſt*: c *omnia Deus perficit.* Rurſum quod ſubjungit de eadem Euchariſtia panem ac vinum *ſanctificari ac tranſmutari*, ſimiliter a Veteribus de baptiſmo ipſo dicitur. Nam Cyrillus Hieroſolymitanus ait; d *omnino quicquid attingit Spiritus Sanctus ſanctificatum & tranſmutatum eſt*. Chryſoſtomus autem ipſe paulò ſuprà affirmabat, Spiritum Sanctum *aquas* baptiſmatis *movere*: Ammonius ſimiliter & Cyrillus Alexandrinus eas docent *tranſelementari*: Nec aliam mutationem in Euchariſtia quam in baptiſmo intelligunt, utrobique ſacramentalem, myſticam & virtualem, non ſubſtantialem. Quemadmodum enim dicunt, e *aquam ſenſibilem in divinam virtutem tranſmutari*, ſeu *tranſelementari*; ita & Dominum f *panem & vinum tranſmutare in virtutem carnis ſuæ*: Et de utroque conjunctim, perinde ac de oleo; g *panis & oleum ſanctificantur virtute nominis, nec talia ſunt (ut videri poſſet) qualia ſumpta ſunt, ſed virtute in virtutem ſpiritualem tranſmutata ſunt. Ita & aqua*, &c. Nec juvaret vim facere in verbo μεταστοιχειάζειν quo Chryſoſtomus utitur. Ex ſe enim indifferens eſt ad mutationē ſeu ſubſtantialem, ſeu accidentalem deſignandam, ac ex materia ſubjecta, non autem ex vi ſua ad hanc aut ad illam ſignificandam determinatur: quamquam ad hanc multò ſæpius. Sic enim Clemens Alexandrinus ait, h *Diabolum per fucos mulieres in meretrices tranſmutare.* Sic Nazianzenus ad Conſtantinopolitanos ſuos: i *Ad meliorem frugem vos tandem convertite.* Et Nyſſenus de Iſraëlitis: k *immoderatio victus in ipſis confertum temperamenta corporum in exitiales humores tranſmutavit.* Et de regeneratione: l *in filios Dei & filios lucis tranſmutat*: m *per ſuperiam generationem natura noſtra à corruptibili ad incorruptibile tranſmutatur.* Et Cyrillus de Chriſto: n *naturam noſtram in priſtinum tranſmutat.* Et de aromatum fragrantia: o *tranſmutat quodammodò in ſeipſam ea in quibus fuerit.* Et rurſum de Chriſto: p *Corruptibile in incorruptionem in ſeipſo & primò tranſmutavit.* Et de regeneratione noſtra: q *tranſmutati ſumus in novitatem vitæ Euangelicæ.* Et de malis paſtoribus Iſraël: r *Quid tentat Propheta bonos eos monitis tranſmutare?* Et Sozomenus de Labaro: s *Juſſit Imperator in crucis ſignum tranſmutari.* Et Chryſoſtomus ipſe de vaſe fuſo ab artifice: t *tranſmutat ac in priſtinum decorem tranſmutat.* Et de Deo ſterilem fœcundam reddente: nonnè *omnia*, u inquit, *facio & tranſmuto?* Et de cruce loquens: x *qui omnia facit & tranſmutat ea*, &c., *rem hanc tam ignominioſam & omnibus mortibus turpiorem ſupra cœlos elevavit.* Jam autem viciſſim ad imitationem Perronij reciprocabo: Quid ad id Perronij? Quid Bellarmini?

Chryſoſtomus.

l *Ammon. Caten. in Ioan. 3. 5.* τὸ ἀιδιατὸν ὕδωρ οὐκ ἦν πρὸ ἀναγεννήσεως ἁγίας. *Ibid. Cyrill.* μεταφυσικῶτερον, *ex Comment. in Ioann.*

m *Apud. Victor. Antioch. in Marc. 14. in Manuſcr. Græco.* μεθίστανο ἀπὸ σοῦ σὸς σάρκινος ἄνθρωπος ἐκεῖνος ὁ ἐπὶ σοῦ ἐπιβαίνων.

n *Epitome Theodot ſupr. Citat. ad fin. Clement. Alexandr.*

o *Pædag. l. 3. c. 2.* μετατίθησιν εἰς γυναῖκας ἢ πόρνας ἡ ἀπάτη.

p *Orat. 32. ad fin.* μεταχειρίζεσθε ἐπὶ γῆν. *Et Orat. 10. ad fin.*

q *De Vita Moſis.* ὁ ἀμπελὼν τῆς θείας ἀνθρώπους ἀντὶ τῶν ἀκάρπων καὶ ἀγρίων φερούσης μεταποιήσας.

r *In Cant. homil. 4.* οἱ τῶν ψαλτῶν ἢ τῶν ἀμέσων μεταποιούσι. *Vid. & ibid. hom. 9. edit. græcol. p. 545.*

s *Contr. Eunom. l. 2. alias 1. ſub initium.* λέγω τὰς ἄνωθεν χροιάσεσι μεταποιεῖσθαι ἀπὸ φύσεως ἐπὶ φύσεως τὰς ἀφράστους. *Vid. & in baptiſm. Chriſti pag. 801. & Orat. Catechetic. c. 33. pag. 528. & Orat. 1. de reſurrect.*

t *In Ioan. 7. 39.* μεταποιούμενος εἰς τὸ δέχεσθαι.

u *In Ioan. 16. 15.* μεταποιεῖσθαι πρὸς ἑαυτὸν καὶ εἰς οἷς οὐ χρῄζομεν.

x *De recta fid. ad Imper. edit. gr. pag. 92. vid. & Contr. Neſtor. l. 4. p. 107.*

y *Contr. Julian. l. 10. pag. 346.* μεταποιούμεθα πρὸς ἀμείνονα ζωήν, &c.

z *In Eſa. l. 1. orat. 1. p. 12.* τὸ σοφὸν πάντας ἀναλῦσαι δεσμοὺς κακίας μεταποιοῦν πειρᾶται; a *Hiſtor. lib. 1. c. 4.* ἐκείλιον, &c. εἰς γυναῖκα συμβόλου μεταποιούμενος.

b *In Geneſ. hom. 25.* μεταποιεῖ καὶ εἰς τὸν ἀρχαῖον ἐκφορίαν ἐπανάγει. c *Ibid. hom. 41.* ἐγὼ πάντα ποιῶ καὶ μεταποιῶ; d *In lib. Quod Chriſtus Deus ſit c. 9.* ὁ πάντα ποιῶν καὶ μεταποιῶν.

e *Cat. in Nyſſen. c. 2.* f *Hom. 35. in Ioan. ibid.* ὁ γὰρ ἄγγελος ἐκεῖνος ὁ κινήσας, ἀλλ' ὁ τοῦ ἀγγέλου δεσπότης ὁ τὸ πᾶν ἐργαζόμενος. g *In 1. Cor. hom. 8.* ἀλλ' οὐχ ἡμῶν οὐδὲν τὸ ὑγρὸν ποιοῦμεν, ἀλλὰ τὸ πᾶν τοῦ θεοῦ δυνάμεως ἐστιν. h *In 2. ad Tim. hom. 2.* πᾶν ὁ θεὸς ἐργάζεται. *Vid. & in Epiſt. ad Rom. homil. 16.* i *Catech. 5. myſtag.* πάντων ὧν ἐπὶ ἐφάψηται τὸ ἅγιον πνεῦμα, τοῦτο ἁγιάζει καὶ μεταβάλλει.

Chryſoſtomus.

CAPUT III.

In quo Solvuntur Objectiones ex Homilijs In Ioannem & Acta.

PRIMA objectio ducitur ex homilia quadrageſima quinta, ubi ait: c *Vt non ſolum per dilectionem ſiamus, ſed ut reipſa quoque in hanc carnem contemperemur, per cibum id ſit quem nobis largitus eſt, cum nobis oſtendere vellet affectum quem circa nos habet, ſe nobis implicuit & corpus ſuum in nos immiſcuit ut unum quid eſſemus velut ut corpus cum capite vnitum. Hoc enim maxime amantium indicium eſt.* Quæ verba Gregorius de Valentia, Bellarminus, Perronius, & alij urgent, ut oſtendant Chriſti corpus noſtro conjungi per loci indiſtantiam. Sed objectio eadem prorſus eſt cum ſeptima capitis præcedentis a nobis examinata, quò Lectores benevolos ad uitandum repetitionis faſtidium amandamus. Aliquid tamen juvat hic adjicere. Id autem eſt, Homiliam hanc ad populum factam fuiſſe præſentibus Catechumenis & alijs non initiatis, coram quibus conſuetum erat ſermones de myſterijs, figmatis ac Hyperbolicis locutionibus involuere; ut patet ex verbis immediate præcedentibus, in quibus ait: *Neceſſariò diſcenda ſunt admiranda myſteriorum, quid ſint & quare data ſint, & quæ eorum vtilitas. Vnum corpus ſumus & membra ex carne & oſſibus ejus.* f *Initiati intelligant quæ dicuntur.* Adeò ut mirum non ſit, eum ad myſticam ac ſpiritualem unionem quam cum Chriſto & inter nos habemus deſignandam, abuſivè *mixtionis* vocabulum uſurpaſſe. Abuſivè dico. Si enim propriè, *confuſio* inter illum & nos foret *ad inſtar liquidorum quæ interſe mutuò commiſcentur*, quemadmodum olim in incarnationis materia quàm aliqui Veterum mixtionem indigetaverant, notabant g Neſtorius & Cyrillus: *Sed*, addit hic, *non illi ita ſenſerunt; quomodò? ſed ea voce ſunt abuſi cum ſummam unionem rerum inter ſe convenientium oſtendere ſtuderent.* Sic igitur & Chryſoſtomus mixtionem pro vnione figurate ponit. Anne autem intelligit vnionem aut conjunctionem corporis noſtri per indiſtantiam loci ab orali ejus manducatione profluentem? Minimè. Primo enim, *vnum duci non poſſunt*, inquit Nemeſius, *qua appoſitione vnus ad alterum coagmentata ſunt.* Vaſques ſimiliter: b *ut ex duobus vnum quid, aut vnum alterum fieri dicatur. non ſatis eſt conjunctio duorum ſecundum locum ſeu ſubſtantiam, niſi alia aliqua ratione inter ſe connecti dicantur.* Non ergò intelligere poteſt Chryſoſtomus conjunctionem quæ fit per indiſtantiam loci. Deinde mens ejus eſt, Chriſtum ſe per corpus ſuum nobis immiſcere, quomodò homilia ſequente ait in hæc verba Domini, *qui manducat carnem meam in me manet*, cum quiid præſtet in Chriſto ipſo miſceri: *quibus indaxit* bb inquit, *oſtendens quod in ipſo miſcetur.* Innuere autem nullomodo vult eum qui Chriſti carnem manducet, miſceri in Chriſto per corporis ſui in corpus Chriſti proprie dictum ingreſſum: Nec igitur Chriſti corpus nobiſcum miſceri per ipſius in nòſtra introitum. Nam & unio quam cum eo habere debemus, eſt tanquam membrorum myſticorum cum capite ſuo myſtico. Unio vero membrorum myſticorum cum capite myſtico non niſi myſtica & ſpiritualis, ſeu non niſi modo ſpirituali & myſtico effici poteſt. Denique falſum eſt Chryſoſtomum intelligere hanc vnionem profluere à manducatione orali proprij corporis Chriſti. Nam ſenſus ejus eſt illam nobis contingere tum per manducationem ſpiritualem carnis illius, quemadmodum ſupra dicebat, *ſeipſum nobis dat in cibum & vitam ſpiritualem*; tum etiam inſtrumentaliter & moraliter per ſacramentum carnis ejus, hoc eſt, panis viſibilis, de quo Macarius: h *In Eccleſia offertur panis & vinum antitypum carnis & ſanguinis ejus, ſumentesque ex pane viſibili ſpiritualiter carnem domini comedunt.* Id enim quoque eſt quod Chryſoſtomus de ſignat inquiens: *ut reipſa quoque in hanc carnem contemperemur, per cibum id ſit quem nobis largitus eſt*; per cibum intelligens panem Euchariſticum, ac eum (quod valde notandum eſt) tum à carne Chriſti diſcriminans, tum cibum appellans, ac eo ipſo indicans vere panem eſſe cum *alimentum* (teſte d Philoſopho) *ad materiam pertineat nec corpus alatur ex eo quod vacat corpore*, ut e Nemeſius obſervat. Nec quicquam contra faciunt duæ Bellarmini objectiunculæ: Prima eſt: *Quod ait Chryſoſtomus*, reipſa nobis conjungi corpus Chriſti, *non minus opponitur conjunctioni myſtica membrorum cum capite, quam conjunctioni per fidem & dilectionem: neque enim illa magis realis eſt quam iſta.* Sed ineptiſſime & abſurdiſſime ſupponit Conjunctionem myſticam & Spiritualem non eſſe realem. Pariter quippe dicere poſſet, manducationem Spiritualem carnis Dominicæ realem non eſſe, cum tamen ipſemet alibi (imprudens proinde) ſcribat: f *Vere reficitur hoc cibo qui manducat corde.* Quomodo enim quiſpiam vere cibo refici poteſt, niſi eum verè & realiter manducet? Secunda eſt, *exemplum amantium quos Chryſoſtomus ait aliquando præ nimio amore morſu appetere eos quos diligunt, ut eo modo indicent ſe cupere, ſi poſſet fieri, intime vnire & fieri vnum cum illis.* Verum debebat advertere, comparationem eſſe ductam ab amore & vnione carnali ad affectum & vnionem ſpiritualem & myſticum deſignandum, in quibus de conſequenti nulla conjunctio per proprietatem contactus neceſſario & abſolute requiritur.

Nec

Chryſoſtomus.

c Homil. 27.

d De gener. & corrupt. l. 2. c. 8.

e De anim. c. 2.

f De Euchar. l. 1 c. 7. ad argum. 4.

---

c Οὐ γὰρ ἵνα μὴ φίλοι μόνον ὦμεν τοῦ Χριστοῦ, ἀλλὰ καὶ σωματικῶς τούτου τὸ πρᾶγμα εἰς ἡμᾶς ἐπιδείκνυται, ἀλλὰ καὶ τοῦτο ἐστὶν ὃ μάλιστα ἐνδείκνυται τὸν ἔρωτα, ἃ καὶ τοῖς ἐρωμένοις ἐστὶ τοῖς ἐρῶσι μιγνύμενα, βούλεται δὲ καὶ τοῦτο ἡμῖν δεῖξαι τὸ πάθος ὃ ἔχει πρὸς ἡμᾶς. Διὸ καὶ ἑαυτὸν ἀνέμιξεν ἡμῖν, καὶ εἰς ἓν σῶμα ἡμᾶς ἀπέφυσε τὸ σῶμα ἑαυτοῦ εἰς ἡμᾶς, ὡσανεὶ δεξαμενή τις σώματος πεφιλῆ συναμφοτέρους. Τοῦτο γὰρ σφόδρα πεθήνοντος καὶ τοῦ δώσοντος.

f οἱ δὲ μεμυημένοι σαφῶς ἐπιστανται τοῦτο ἃ λέγονται.

g Cyrill. Contra Neſtor. l. 1. c. 3. εἰσάγουσι, &c. καθάπερ οὖν τὸν ἀνθρώπινον συγκατάβασιν ἔχων. Ibid. περιττὸν γὰρ ἔχει. ὥσπερ οὖν καὶ ἐκεῖνοι τῇ λέξει τὸν εἰς ἄκρον ἕνωσιν τῶν ἀλλήλοις συμβιβαζόντων καταδηλοῦσθαι σπουδάζοντες.

h De Euchar. c. 3. μὴ δύνασθαι δὲ λέγειν εἶναι τὸ ἐν θεότητι.

b Vaſques. diſp. 204. c. 2. n. 27.

Chryſoſtomus.

Nec juvaret rurſum urgere quod Chryſoſtomus in ſequentibus ait : g *Propterea id Chriſtus fecit, in majorem amorem nos deducens, & ſuum in nos affectum demonſtrans, non tantum deſiderantibus permittens ſe videri ſed & tangi & edi, & dentes carni ſuæ infigi & applicari, & deſiderium omne replere.* Nam hæc dicta procul dubio pertinent ad claſſem illorum de quibus h ſupra Dyonitius Petavius obſervabat : *Si ad exacta veritatis regulam accommodare volueris, boni ſenſus mania videbuntur.* Quomodo enim proprie dici poteſt Chriſtus in Euchariſtia videri, quandoquidem, inquit Suares, i *modus quo hic exiſtit corpus Chriſti omnino eſt inviſibilis oculo corporali, non ſolum ex natura rei, ſed etiam de potentia Dei abſoluta?* quomodo proprie tangi, ſi quidem Bellarminus ait : k *Chriſtus, ut eſt in ſacramento, certas qualitates habet, quibus tangi poſſet, & tamen per ſe, & proprie tangi nequit?* Quomodo denique dentes ejus carnibus infigi, cum ibi ſecundum Adverſarios ipſos indiviſibiliter & impaſſibiliter exiſtat? Hæc igitur & alia ejuſmodi l *temperanda ſunt, & quantum fieri poteſt in gyrum veritatis revocanda.* Et Bellarminus quidem legislatoriam regulam ex concilij Tridentini decreto, ejuſque expoſitione deducens, ait : m *quamvis corpus in Euchariſtia per ſe nec videatur, nec tangatur nec moveatur, tamen ratione ſpecierum ſive accidentium quibus conjunctum eſt, poteſt dici videri, moveri, tangi, &c. Nam hoc modo Angeli qui ſunt Spiritus, dicebantur videri & tangi corporeis oculis, quando videbantur vel tangebantur corpora ab illis ſuſcepta*, Geneſ. 19. Ac ſubjungit ; *hinc etiam Patres eodem modo loquuntur de corpore Domini in ſacramento* : Chryſoſtomumque in hunc ſenſum dicit eſſe exponendum. Sed tantum dicit, non probat, duo falſiſſima ſupponens, Chryſoſtomum videlicet cenſuiſſe, tùm in Euchariſtia accidentia eſſe ſine ſubjecto exiſtentia quod generatim Auguſtinus ait, n *monſtruoſum* eſſe & *à Veritate alienißimum*, tùm corpus Chriſti ſub illis ſubſtantia ſua præſens eſſe, quemadmodum Angeli ſub aſſumptis corporibus, quod rurſum repugnat, & Chryſoſtomo, & univerſæ antiquitati unanimiter teſtanti, Chriſtum ſecundum corpus *abſens* eſſe, quippè jam in cœlo, & o *nunc quia in cœlo eſt non eſſe utiquè in terra*, hancque eſſe *fidem & confeßionem Catholicam.* Alia igitur expoſitione opus eſt ad verborum ejus duritiem leniendam, & in ſenſum Orthodoxum quodammodò reducendam. Ea autem duplex eſſe poteſt. Una, jam a nobis ſupra allata ad ſimilem objectionem, Chriſtum dici, videlicet, videri, tangi, edi & dentes carni ejus infigi, quod jam panis Euchariſticus videatur, tangatur, edatur, dentibuſque conteratur. Non quia corpus ipſius, aut ſub accidentibus panis, aut in pane deliteſcat : id enim Manichæorum ſapit deliria Jeſum ſuum paſſibilem in fructibus terræ latitare fabulantium ; ſed quia panis ejus imago & figura eſt. Cum enim imago & imaginis exemplar aliquatenùs unum ſint, ſicut obſervat Cyrillus, p *ei quem cupiditas inceſſit Regem ipſum videndi, tabellam convenienter dicere poſſe, vidiſti me, vidiſti Regem : & rurſum, Ego & Rex unum ſumus*; panis autem Euchariſtiæ corporis Chriſti imago ſit : potuit non inelegantter Chryſoſtomus exclamare, Chriſtum videri, tangi, edi, & dentibus teri, cum pani Euchariſtico ratione ſimilitudinis corpus ejus appellato videri, palpari, edi dentibuſque teri contingit. Altera ſpiritualis eſt hæc omnia ad facultates animæ referendo : *habet enim anima*, inquit q Origenes, *oculos ſuos ſpirituales quibus videt, ſpiritualiter intelligentes.* Quod & poſt ipſum obſervant r Hilarius, s Paulinus & t Leo I. manus habet quibus contrectat : *eſt*, inquit u Nyſſenus, *quidam tactus animæ quæ Verbum tangit, per incorporalem aliquem & intellectualem contactum operans.* Et Vigilius, x *ſpiritalia Apoſtoli verba ſpiritualiter advertamus, quibus ſe non oculis & manibus corporeis, ſed interioris hominis membris vidiſſe & palpaſſe verbum Dei teſtatur.* Habet os quo edit : y *os quoddam eſt* ajebat Baſilius ſupra citatus, *intellectuale interioris Hominis quo nutritur ſuſcipiens Verbum vitæ quod panis eſt qui de cœlo deſcendit.* Habet denique dentes myſticos quales ſponſæ tribuuntur in canticis, z *qui puras & immaculatos edunt Dei Verbi cibos*, a *qui fortem & ſolidum cibum Verbi Dei mandere & comminuere ad ſpiritualem ſubtilitatem poſſunt*, ut obſervant Ruffinus & Origenes. Similiter & Nyſſenus : b *quemadmodem corporeum alimentum dentibus comminuentes, aptum viſceribus ut ſit paramus, ad hunc modum eſt in anima facultas quædam comminutiva per quam utilis ſit doctrina eam ſuſcipienti.* Et de his omnibus ſimul Gelaſius jam ſupra laudatus : c *credere in filium Dei hoc eſt videre, hoc eſt audire, hoc eſt odorari, hoc eſt guſtare, hoc eſt contrectare eum.* Ad hoc autem, etiam in ipſius Euchariſtiæ communione præſtandum, nullomodo requiritur ut ſub pane aut accidentibus panis ſit præſens, tum quia *ipſum in cœlo ſedentem fide poſſumus contingere*, ut docet d Auguſtinus, tum quia propriè loquendo ipſum quâ mortuum, prout per ſymbola ſacramentalia repræſentatur, pro communionis objecto ſpectare debemus : qua ratione præſentem non eſſe Adverſarij ipſi fatentur, Sed tantum per typum, qui *debet oſtendere*, inquit. e Irenæus, *per præſentia ea quæ non ſunt præſentia.* Utrâ autem harum duarum expoſitionum emollienda ſint dura in ſpeciem loci quem expendimus verba, non ſane magnopere refert. Ambas ſimul potuit intendere Chryſoſtomus, cum non tantum, pani, ſed etiam corpori Chriſti in Euchariſtia communicemus, ac iſidem verbis, aliter nihilominus & aliter

Chryſoſtomus.

g διὰ δὴ τοῦτο ὁ Χριστὸς αὐτὸς παρεσκεύασε, εἰς φίλτρα ἡμᾶς ἑαυτοῦ μείζονα καὶ τὴν αὑτοῦ πρόνοιαν ἐπιδεικνὺς εἰς ἡμᾶς, οὐκ ἰδεῖν μόνον αὐτὸν μόνοις παρέχων ἡμῖν ἐπιθυμοῦσιν, ἀλλὰ καὶ ἅψασθαι καὶ φαγεῖν καὶ ἐμπεῖσαι τοὺς ὀδόντας τῇ σαρκὶ, καὶ συμπλακῆναι καὶ τὸν πόθον ἐμπλῆσαι πάντα.

h *Cap.* 2.

i *Diſput.* 53. §. 4.

k *De Euch. l.* 2. *c.* 2. §. *Sextò*

l *Petavius.*

m *Vbi ſupr.* 55. *Regula.* Quinta

n *Soliloq. l.* 2. *c.* 12.

o *Cyrill. Hieroſ. Catechef.* 14. *Chryſoſt. de pœnit. Const. & Virginit. Auguſt. in Ioan. tract.* 50. *Author Oper. imperf. in Matth. homil.* 53. *Cyrill. Alexandr. in Ioan.* 9. 5. *Et* 13. 33. *Leo de aſcenſ. Dom. ſerm.* 2. *Fulgent. ad Thraſym. l.* 2. *c.* 17. *Vigil. ſeu Gelaſ. Contr. Eutych. l.* 4. p. *Gelaſ. Ibid.*

q *Theſaurû aſſert.* 12. εἰς ἐπιθυμίαν ἔλθοι ἡ ψυχὴ αὐτὸν ἰδεῖν τὸν βασιλέα. ἔνιστε γὰρ εἰκόνα αὐτοῦ ἡ γραφὴ, ὁ ἐμφανὴς ἐμοὶ, φησὶ, καὶ ἀόρατος αὐτῷ· εἶδες εἰκόνα, εἶδες καὶ τὸν βασιλέα· ἐγὼ καὶ ὁ βασιλεὺς ἕν ἐσμεν. ἡ πάλιν, ἐγὼ καὶ ὁ βασιλεὺς ἓν ἐσμεν.

r *In Canticа hom.* 2.

b *In Pſalm.* 51. & 52.

c *Epiſt.* 36.

d *De reſurrect. ſerm.* 1.

e *In Cantic. hom.* 1.

f *Contr. Eutych. l.* 4.

g *In Pſalm.* 33. *vid. & Chryſoſt. in Act. homil.* 19.

h *Ruffin. de benedict. Patriarch. l.* 1.

i *Origen. in Geneſ. homil.* 17.

k *In Cantic. hom.* 7. ἕτερος γὰρ διὰ τὴν σωματικὴν σοφὴν βίβλον ἐδὼν φιλοσοφεῖ, καὶ πάλιν αὐτὴν βίβλον σπλαγχνίζεται ἡδέως ἀναγινώσκων, καὶ τὴν αὐλὸν στόματος ἐπὶ τῆς λιπαρωτάτης ἀλλαγμάτων δύναμις ὁρᾷ τῇ ψυχῇ δι' ἧς φιλτρωθεὶς γίνεται τῷ διχομήνῳ τὸ μάγημα.

l *Vbi ſupra. vid. & Leonem ſerm.* 12. *de quadrageſ.*

m *In* 1. *Ioan. tract.* 1.

n *Lib.* 2. *c.* 40.

Chryſoſtomus.

aliter intelligendis, utramque complecti & deſignare abſque vllo ad fictiones Bellarminianas reſpectu.

o *Perron. p. 370. Coffetell. de nomin. Sacrem. c. 15. & 19.*

Secunda objectio, Perronij & Coffetelli ducitur ex verbis ſequentibus ejuſdem homiliæ, ubi ait: *Parentes ſæpenumero liberos ſuos alendos alijs dederunt, ego autem non ſic, inquit, ſed meis carnibus alo, meipſum vobis exhibeo omnes vos ſanos eſſe volens, & bonas vobis de futuris ſpes porrigens. Qui enim ſeipſum hîc vobis dat, multò magis in futuro. Frater veſter eſſe volui, communicavi carni & ſanguini propter vos, & ea per quæ conjunctus ſum, &c. hic ſanguis floridam vobis regiam imaginem facit: hoc pulchritudinem inæſtimabilem parit: hoc non ſinit marceſſere nobilitatem animæ, irrigat illam continuò & nutriens, &c. Hic ſanguis myſticus* (id eſt *occultus*, inquiunt illi) *Dæmones pellit*, Græca habent, p hic ſanguis dignè acceptus *Angelos vere ad nos allicit & Dominum Angelorum. Dæmones enim cum ſanguinem Dominicum vident fugiunt, Angeli autem concurrunt. Hic ſanguis effuſus vniverſam terram ablait, &c. Hic ſanguis adyta & ſancta ſanctorum purgavit. Quod ſi typus ejus tantam virtutem habuit, & in templo Hebræorum & in media Ægypto poſtibus illitus, quanto magis veritas. Hic ſanguis altare aureum ſanctificavit. Abſque eo ſupremus Pontifex in adyta ingredi non audebat. Hic ſanguis ſacerdotes conſecrabat. Ipſe peccata in typis lavabat. Si autem in typis tantam virtutem habuit, ſi vmbram ſic mors abhorruit, dic mihi quantùm ipſam veritatem formidabit, &c? Hic ſanguis deſuper in altaribus ſemper præfiguratus eſt, in cadibus Iudæorum, &c. Hoc Chriſtus redemit eccleſiam: hoc ipſam totum ornavit.* Huc uſque Chryſoſtomus, è cujus verbis nihil quidem colligit Perronius: Coffetellus vero, *itidem*, inquit, *ſanguis qui in cruce effuſus eſt, non eſſet realiter & vere in calice Euchariſtico, ſi tantum eſſet imago & ſignum, potuiſſet - nè Chryſoſtomus abſque blaſphemia hæc omnia glorioſa effecta illi tribuere, ac in tantas virtutis ejus laudes ſe effundere, &c?* At verò, ut præteream inſignem Perronij & Coffetelli inepciam, *ſanguinem myſticum* in productione hujus teſtimonij per parentheſin de *occulto* exponentium, hoc eſt, vocabulum *myſticus* quod in nulla Græca editione, ſivè Heidelbergenſi, ſivè Pariſienſi, ſivè Anglicana in textu exſtat, in poſtrema tantùm ad marginem notatum, ſed additamentum eſt Aretini in verſione ſua, ridiculè interpretantium; quid eſt in Chryſoſtomi verbis, proùt par eſt, intellectis quod vel tantillùm illis faveat? Nam, ut rurſus taceam, Euchariſtiam, etſi tantummodò ſymbolum & figura ſit corporis & ſanguinis Chriſti, poſſe quadamtenus agni paſchalis veritatem dici, quia feſtivitas agni per ipſius inſtitutionem terminata ac finita eſt, quemadmodum Chryſoſtomus ipſe obſervat, dicens: q *præcipuam ſolemnitatem eorum diſſoluit, ad eam eos tremendam menſam transferens*; reſpondeo, verum quidem eſſe, tùm propriè & ſtrictè loquendo, proprium Chriſti ſanguinem eſſe, non autem vinum, à quo omnia illa à Chryſoſtomo enumerata, profecta ſint, tùm etiam nos eo non in ſigno tantùm, ſed etiam reipſa potari in legitima Euchariſtiæ communione: ſed falſò & contra ipſius Authoris mentem ſupponi à Coffetello ſanguinem illum reipſa & juxta ſubſtantiam in calice Euchariſtico eſſe. Nam quandò Chryſoſtomus ait, *hic ſanguis adyta & Sancta Sanctorum purgavit. Quod ſi typus ejus tantam virtutem habuit poſtibus illitus, quanto magis veritas*, &c, perindè eſt ac ſi dixiſſet, ſi ſanguis ille in umbra, hoc eſt, cum nondum eſſet, (ante incarnationem enim non erat) necdum verè effuſus, ſed in typo tantum, tantæ virtutis fuit, quantò magis nunc in veritate exiſtens ac verè effuſus? Eum autem reipſa eſſe ac ſecundum ſubſtantiam in calice Euchariſtico, & non tantummodò in ſigno & efficacia, nec expreſſe dicit, nec ex conſequenti innuit: imo potius contrarium. Nam ex eo quod affirmat Dominum in Euchariſtia nos alere carne ſua, ſanguineque potare, minimè ſequitur carnem & ſanguinem ejus in ſignis Euchariſticis reipſa eſſe præſentia. Alioquin enim pariter dicendum foret, ſanguinem illius in aquis baptiſmi realiter eſſe præſentem. Gregorius quippè Nazianzenus de baptiſmo loquens, ait: r *Heri macabatur agnus & poſtes vngebantur, luxitque primogenita Ægyptus, & nos præterijt exterminator, & ſignaculum terroris & venerationis ſuis*, (quemadmodum Chryſoſtomus hîc ait, ſanguinem Chriſti in Euchariſtia Dæmonas abigere) *pretioſoque ſanguine protecti ſumus.* Et Chryſoſtomus ipſemet ad baptizandos: ſ *purpura Dominico ſanguine tincta decoramini.* Quis tamen affirmaverit ſanguinem Domini aliter in baptiſmo eſſe quam ſigno & virtute præſentem? Deinde, clarum eſt Chryſoſtomum intelligere ſanguinem Domini non eſſe in Euchariſtia, niſi quâ extra venas effuſum & actu a carne ſeparatum. Id enim indicat, tum comparatio quam inſtituit illius, velut veritatis, cum ſanguine agni typici, quo a carne ſeparato illinebantur & poſtes domorum in Ægypto & poſt, templi ſacrarium; tum expreſſa ejus alibi obſervatio: *menſa*, t inquit, *myſtica parata, agno Dei pro te mactato*, &c, *ſanguineque ex immaculato latere ad purificationem tuam evacuato, non times*, &c? At Domini ſanguis actu à carne ſeparatus & extra venas effuſus, non poteſt, niſi in ſigno & efficacia, in poculo ſacramentali eſſe, fatentibus Adverſarijs. Deniquè Chryſoſtomùm directè hîc loqui de carne & ſanguine Domini *ſacramento tenus*, non autem *re Verâ* (ut alicubi diſtinguit u Auguſtinus) acceptis,

p τὸν τὸ αἷμα ἀξίως λαμβάνοντα δαίμονας ἐκβάλλει.

q In Matth. hom. 83. τὸ πρόβλημα περιαιρεῖ ἀνωτέρω ἐκείνου ἀπὸ τοῦ σταυροῦ μετατιθεὶς πρὸς τὸ δεῦπνον τοῦτο.

r Orat. 41. χθὲς ὁ ἀμνὸς ἐθύετο καὶ ἐχρίοντο αἱ φλιαί, καὶ ἐφρίττων Αἰγυπτίων τὰ πρωτόλεια καὶ ἡμῖν ὑπερῆλθεν ὁ ἀλοητὴς καὶ ὧν ἐφείσατο φόβου καὶ σημείου μεγάλη παρρησία.

ſ Catech. ad illuminand. τὸν περιφέρειαν ἀπεβάλεσθε τὴν πρώην ἀσχημοσύνην.

t De pœnitent. ſuper. citat.

u De Civit. Dei lib. 21. c. 25.

Digitized by Google

Chryſoſtomus.

ptis, evidenter patet ex eo quod illa dignè & indignè ſumi, ad vitam & ad mortem, ibi & in ſequentibus obſervat. Caro enim & ſanguis Domini ex Veterum mente, *re Vera* ſeu *in rei veritate*, indignè ad judicium & mortem ſumi non poſſunt. Sic enim Origenes: [b] *multa de ipſo Verbo dici poſſent quod factum eſt caro, Veruſque cibus quem qui comederit omninò vivet in æternum, quem nullus malus poteſt edere.* Et Ambroſius: [c] *qui accipit, non moritur peccatoris morte, quia panis hic remiſſo peccatorum eſt.* Et rurſus: [d] *quomodò morietur cui cibus vita eſt? quomodò deficiet qui vitalem habuerit ſubſtantiam?* Et Hieronymus: [e] *omnes voluptatis magis amatores quàm imitatores Dei, &c; dum non ſunt Sanctis corpore & Spiritu, nec comedunt carnem Ieſu, neque bibunt ſanguinem ejus, de quo ipſe loquitur, qui comedit carnem meam & bibit ſanguinem meum habet vitam æternam.* Et Auguſtinus: [f] *illud bibere, quid eſt niſi vivere?* Et rurſum: [g] *quandò Chriſtus manducatur, vita manducatur, &c, quandò manducatur reficit.* Et iterum Chriſtum loquentem inducens: [h] *qui non in mè manet & ego in eo, non ſe dicat aut exiſtimet manducare corpus meum aut bibere ſanguinem meum.* Et ipſemet Chryſoſtomus: [i] *qui cibum hunc perceperit, morte ſuperior erit.* Loquitur proindè in loco ab Adverſarijs objecto de carne & ſanguine *ſacramento tenus* acceptis, quæque dignè ſic aſſumpta plurimæ ſunt efficaciæ in illa recipientibus.

Tertiò objectio ducitur ex verbis paulò poſt ſequentibus, ubi de menſa Euchariſtica loquens, ait: [k] *hic fons, fons lucis eſt radios diffundens veritatis. huc ſuperna adſtant Virtutes fluctuum pulchritudinem intuentes, ſi quidem manifeſtus propoſitorum virtutem & inacceſſos ſplendores contemplantur.* At, [l] inquit Bellarminus, *ſi Angeli vix audent intueri propter ſplendorem indè emicantem, quis negare poteſt aliud ibi eſſe quam panem?* Verum, cum umbra litigat. Nam concedimus in menſa Euchariſtica aliud eſſe quàm ſimplicem panem, panem videlicet ſacramentalem, monumentum mortis Chriſti, imo & Dei, ad quod ea de cauſa mirantur & fremunt Angeli, ut in [m] ſequentibus dicemus. Quod ſi velit Adverſarius ibi Chriſtum eſſe in propria corporis ſubſtantia, non autem ipſius ſacramentum tantummodò, eò quod hæc menſa fons lucis & ſplendoris à Chryſoſtomo nominetur; ſimiliter quoque ei concludendum erit Chriſtum in baptiſmo ſubſtantialiter eſſe præſentem. Theodoretus enim Chryſoſtomi admirator, baptiſmum eſſe affirmat [n] *ſtolam luminoſam, vel potius lucem ipſam eſſe, & veram illuminationem accedentibus præſtare.* Et Chryſoſtomus ipſe, [o] *eos diademate coronare ſplendores habente undequaque exilientes ſolis radijs illuſtriores.* Cyrillus Hieroſolymitanus deniquè de baptizatis, [p] *illos adſtare Deo coram myriadibus exercituum Angelorum:* [q] *thronoſque & dominationes miniſtrare, Angeloſque actuere quando velut columba corpore ſplendidi & anima lucentes eccleſiam ingrediantur.* Quod tamen, opinor, Bellarminus haud conceſſerit.

Quarta rurſum objectio, ducitur ex verbis ſubſequentibus ubi ſic loquitur: *qui hujus ſanguinis ſunt participes, cum Angelis & Archangelis & alijs ſupernis virtutibus communicant, ipſam Regiam Chriſti ſtolam induti, arma habentes ſpiritalia. Sed nihil magnum dixi: ipſum induti ſumus Regem. At verò, ut id magnum eſt & admirabile, ita ſi cum puritate acceſſeris ad ſalutem acceſſili, ſin prava conſcientia ad pœnam & ſupplicium: qui enim manducat, inquit, & bibit indignè Domini* (ſupprimit propter non initiatos nominationem panis & vini) *judicium ſibi edit & bibit. Nam ſi qui Regiam purpuram coinquinant, haud ſecus quam qui ſcindunt puniuntur, quid mirum eos qui immunda conſcientia corpus accipiunt idem ſupplicium ſubire quod qui enim Clarium diruperunt?* Quo in loco varia urgeri poſſunt. Primo, quod ait, nos in Euchariſtia non modò Regiam Chriſti ſtolam induere, ſed & ipſum Regem: id enim non videtur dici poſſe, niſi Rex ipſe in Euchariſtia reapſe præſens ſit. Secundo, epitheton *ſalutis* Euchariſtiæ tributum. Tertio, quod notat corpus & ſanguinem Chriſti indignè tractari poſſe & impura conſcientia, & ad ſupplicium recipi; ore proinde non fide, ac de conſequenti ſubſtantialiter præſens. Quarto deniquè, eandem pœnam manere illos qui ea impure ſumunt, quàm illos qui ipſum crucifixerunt: quod veriſimile non eſt illum fuiſſe dicturum, niſi idem corpus in ſe contumelioſe tractarent. Coffetellus [r] poſtremàm tantùm loci hujus partem adducit, nec aliud in ea jubet advertere niſi Euchariſtiam *corpus Chriſti* appellari: ad ſingula tamen à nobis notata, quia cùm probabilitate objici poſſunt, reſpondere juvat. Ad primùm igitur dico, ſi valeret conſequentia, dicendum pariter fore Chriſtum corporis ſui ſubſtantia in baptiſmo eſſe præſentem. Chryſoſtomus enim de baptiſmo alibi habet omnino eadem quæ hic de Euchariſtia: [s] *quamvis terra tibi ſaltiaceat, ne putes te eſſe in terra. Tranſlatus es illic in cœlum: illic hæc ſiunt inter Angelos.* Et ante illum Cyrillus Hieroſolymitanus: [t] *Saltabunt circa vos Angeli.* Et rurſum, [u] *accipis arma Dæmonibus horrenda, & ſi non abjeceris ſignaculum in anima, habes ad quod Dæmon non accedet.* Et Chryſoſtomus iterum: [x] *ſi quiſpiam*

[b] *In Matth. c. 15.*
[c] *De benedict. Patriarch. c. 9.*
[d] *In Pſalm. 118. ſerm. 18.*
[e] *In Eſa. c. 11. vid. & Paulin. epiſt. 5.*
[f] *De Verbis Apoſt. ſerm. 2.*
[g] *De verb. Evang. apud Bedam in 1. Cor. 10.*
[h] *De Civit. Dei lib. 21. c. 25.*
[i] *Cateſis in Ioan. 6. 49. 50.* μὴ γὰρ τῶν τῆς τροφῆς μεταλαβόντων, ἀποστῆναι ἔοικεν ἡ ζωή. καὶ ὥσπερ ἡ τυχοῦσα τροφὴ, φθορὰν τὴν τυχοῦσαν ἀπεβάλετο ἀλλ' ἔστιν ἀνώτερα. πάντη δὲ ἐκείνη πρεσβύτερα ἐστὶν ἐκείνων, ὅσῳ καὶ ἡ ψυχὴ τοῦ σώματος. ἐπεὶ τοίνυν ἐκείνων ἐστὶν ἀμείνων ἡ τροφὴ, καὶ τὸ μεταλαμβάνειν ἀνώτερον ἐστὶ τῆς ἐκείνων δυνάμεως. οὐδὲ γὰρ ἐκεῖνα τὸν δεσπότην, ἀλλ' ἡμεῖς μεταμορφούμεθα τῇ τούτου δυνάμει.
[k] *Catech. ad illuminand.* Δεῦρο ἡμᾶς ἀναδέχεσθε τὰ ἱλαρὰ ἀκτῖνα φαιδρότητος ἔχει πνευματικῆς ἀπολαύσεως λαμπρότητα.
[l] *De Euchar. l. 2. c. 22.*
[m] *Vid. c. 5. ad object. 2.*
[n] *Hæret. fabul. l. 5. c. 18.* μᾶλλον φωτισμὸν ἢ λουτρὸν φῶς. *Et in Pſal. 33.* Ἀλλ' ἡ πνευματικὴ ἐκείνη μύησις φωτὸς ἐστὶ καὶ ἀληθοῦς φωτισμοῦ. ὁ *Catech. ad illuminand.* Δεῦρο ἡμᾶς ἀναδέχεσθε τὰ ἱλαρὰ ἀκτῖνα φαιδρότητος ἔχει πνευματικῆς ἀπολαύσεως λαμπρότητα.
[o] *Des Sacram. c. 10. p. 176.*
[p] *Catech. illum. 3.* μιλλαι ἱστορῶμεν πνεύματος τοῦ ἁγίου παρόντος ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ.
[q] *Præf. Catech.* ἵνα ὡς ἐν ἀγγέλων χορείᾳ ἑστῶτες ἀκούσητε.
[r] *Coffetellus illum. 3.* ἐκεῖνα τὰ ἱλαρὰ ἀκτῖνα.
[s] *Ibid. Catech. 17.* λαμβάνουσι τὴν φωτοφανεστάτην ἡμέραν. καὶ ἴσως ἡ τῶν ἀγγέλων ἐστὶν ἐκείνη ἡ ὥρα, ἐν ᾗ τὸν ἀόρατον ἐκεῖνον ἐν ψυχῇ, ἐν ἀσωμάτοις ἐκείνοις.
[t] *Ibid. Catech. 17.* ἁλοῦνται περὶ ὑμᾶς οἱ ἄγγελοι.
[u] *Ibid. Catech. 17.* ἀναδέχεσθε τὰ ἱλαρὰ ἀκτῖνα φαιδρότητος ἔχει πνευματικῆς ἀπολαύσεως λαμπρότητα.
[x] *In epiſt. ad Coloſſ. hom. 10.* ἐν τοῖς ἐπὶ τοῦ ἀληθείας ἡμῖν τὰ ἀξιώματα ἴδωμεν, ἐπὶ τῶν ἐπὶ γῆς ἀρχόντων ἐπὶ τοῦ θρόνου καθημένους καὶ βασιλικὴν ἐσθῆτα περικειμένους, &c.

Chryſoſtomus.

am tibi daret purpuram & diadema, nonne potiùs accipias quam quodvis aurum? At ego non tibi ornamentum modo Regium do, ſed tibi Regem ipſum quo induaris præbeo. Et quomodo, inquis, Chriſto induetur quiſpiam? Audi Paulum dicentem, qui cumque in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis. Ad ſecundum reſpondeo, *ſalutem* de Euchariſtia non tam appellativè quàm effectivè enuntiari: quamquàm id parvi referret, cum baptiſmus ſimiliter hac appellatione à Veteribus fuerit inſignitus. Sic enim Clemens Alexandrinus: y *hortatur ad lavacrum, ad ſalutem.* Gregorius quoque Nazianzenus: *adſit mihi mater, adſit mihi Pater, frater, vxor, liberi, amici, & quicquid mihi charum eſt, & a tum ſalutem accipiam.* Denique Auguſtinus obſervat: *optimè Punici Chriſtiani baptiſmum ipſum nihil aliud quam ſalutem vocant.* Ad tertium reſpondere ſimpliciter poſſem, idem a Veteribus dici de iis qui poſt baptiſmum male vivunt, & quid ſimile de iis qui baptiſmum indigne rejiciunt. Sic enim Baſilius Cæſarienſis: a *quis porro noſter eſt veſtitus, niſi Sanctorum indumentum Dominus noſter Ieſus Chriſtus? Quotquot enim in Chriſtum baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis, quem aufert Dominus ab iis qui per peccatum corpus proculcant, & ſanguinem teſtamenti prophanum ducunt.* Et Gregorius Nyſſenus: b *accipe indumentum incorruptionis quod Chriſtus tibi explicans porrigit, nec repelle donum nè donantem injuria affictas.* Verum addo, corpus & ſanguinem Chriſti dupliciter dici poſſe edi & bibi. Vno modo *in ſacramento* ſeu ſigno, ut ſupra ex Auguſtino notabamus, altero, *in rei veritate*: ac juxta priorem, indigne interdum & ad judicium edi ac bibi, juxta poſteriorem nunquàm indigne & ad ſupplicium, ſed digne ſemper, & ad ſalutem. Teſtatur Auguſtinus: c *tunc hoc erit, id eſt, vita unicuique erit corpus & ſanguis Chriſti, ſi quod in ſacramento viſibiliter ſumitur, in ipſa veritate ſpiritaliter manducetur, ſpiritaliter bibatur.* Cum enim corpus & ſanguinem Chriſti *in ipſa veritate* ſumere, opponat τῷ *in ſacramento* ſumere, apertiſſimè indicat, *in ſacramento* ſumere, tantum eſſe, ſigno tenus accipere, ſeu ſignum illorum ſumere. Et rurſus: d *quid eſt Chriſtum manducare? Non hoc ſolum eſt, in ſacramento corpus ejus manducare: multi enim accipiunt indigni de quibus ait Apoſtolus, qui manducat panem & bibit calicem Domini indignè, judicium ſibi manducat & bibit; ſed quomodo manducandus eſt Chriſtus? Quomodo ipſe dixit, qui manducat carnem meam & bibit ſanguinem meum in me manet, & ego in eo.* Chryſoſtomum autem dico priori ſenſu aſſerere, corpus Chriſti poſſe ab impura conſcientia indignè recipi, videlicet, in ſacramento, non autem in rei veritate. Ad quartum denique reſpondeo, Chryſoſtomum nihilominus recte affirmare eos qui corpus ejus ſic indigne receperint, perinde punitum iri ac illos qui ipſum juxta rei veritatem clavis diruperunt: quoniam cum corpus ejus in ſacramento, ſeu quod idem eſt, ſacramentum corporis ejus imago ſit, qui eam afficit injuria non ſic judicatur quaſi in materiam inanimam aliquid auſus, ſed tanquàm qui in rem ab imagine repræſentatam manus extenderit, ut ſupra ex unanimi Veterum ſententia ad ſimilem objectionem excipiebamus. Sed & ipſe Chryſoſtomus in hunc ſenſum alibi ſe explicat, dicens: e *Menſa hæc quæ tot bonorum cauſa eſt & vita ſcatens, ſit-nè judicium? Non ex natura ſua, inquit, ſed ex propoſito ad eam accedentis. Nam ſicut præſentia Chriſti quæ magna illa & ineffabilia dona nobis attulit, magis condemnavit illos qui eam non acceperunt, ita & ſacramenta ad majorem punitionem ducunt ea participantes.* Ubi valde notandum eſt, cum ſacramenta Chriſto præſenti opponere, ac proinde Chriſtum non in rei veritate, ſed in ſigno tantum & efficacia in illis eſſe præſentem.

Quinta objectio ducitur ex homilia vigeſima prima in Acta, ubi ait, *Non ſimpliciter Diaconus clamat pro iis qui in Chriſto dormiunt, & pro his qui eorum memorias peragunt. Non Diaconi eſt qui hanc vocem emittit, ſed ſpiritus: non ſanctum, ſed donum dico. Quid ais?* f *In manibus eſt hoſtia, & omnia propoſita ſunt recte ordinata. Adſunt Angeli, Archangeli: adeſt filius Dei. Cum tanto tremore adſtant omnes: adſtant illi clamantes omnibus ſilentibus. Et putas ſimpliciter hæc fieri? Igitur & alia ſimpliciter, & quæ pro eccleſia & quæ pro ſacerdotibus offeruntur, & quæ pro multitudine? Abſit: ſed omnia cum fide fiunt.* g *Quid putas quod pro Martyribus offertur, quod nominantur in illa hora? Licet Martyres ſint, etiam pro Martyribus magnus honor eſt Domino præſente nominari, dum mors illa perficitur & tremendum ſacrificium, & ineffabilia myſteria.* At, inquit h Perronius, *qualis honor Martyribus quorum nomina in cœlo ſcripta ſunt, qui ſequuntur agnum quocumque vadit, qui ei ſimiles facti ſunt quia illum vident ſicuti eſt, ceram frufto panis nominari?* Objectio tenuis admodum. Debebat urgere hæc verba, ■ *manibus eſt hoſtia*: Et rurſum hæc, *adeſt filius Dei, & Domino præſente*; denique hæc ultima, *ineffabilia myſteria.* Neque enim ſpecie carent in illius cauſæ quam tuetur patrocinium. Sed veterator inſignis rectè judicavit hæc illi parum favere. Et primum quidem. Per hoſtiam enim Chryſoſtomus non intelligit Chriſtum in ſe & ſubſtantialiter ſpectatum: *abſens* enim *eſt* inquit; alibi, nec manibus jam teneri poteſt; ſed Chriſtum in ſymbolo, id eſt, panem Euchariſticum corporis Chriſti ſignum ibidem a filio Dei diſparatum, & hoſtiam indigetatum, tum quia hoſtiæ veræ in cruce oblatæ figura ſit, tum quia ante diſtributionem Deo ſoleret offerri. Unde Fulgentius

y *In protrep.* ἐπὶ τὸ λουτρὸν, ἐπὶ τὴν σωτηρίαν, ἐπὶ τὴν φιλανθρωπίαν τοῦ θεοῦ παλεῖ.

z *Orat. 40.* ἢ ἀλλοιωθῆναι σωτήριον.

a *In cap. 3. Eſaiæ* ἢ ἐπὶ τοῦ βαπτίσματος, ἢ τὸ ἔνδυμα τῶν ἁγίων, ἡ πρὸς ἐκεῖνον ἑνωθῆναι Χριστὸν, καὶ ἀφανισθῆναι τὸ ἁμαρτάνειν τὸ σῶμα τῆς ἁμαρτίας, καὶ τὸ αἷμα τοῦ ἀληθινοῦ ἀγνοεῖσθαι.

b *In differt. baptiſm.* δίδου τὸ τῆς ἀφθαρσίας ἔνδυμα ὅπερ ὁ χριστὸς σοι ἀναπτύσσων προτείνει, καὶ μὴ ἀπώσῃ τὸν δοτῆρα διὰ τὴν ἀναξιότητα τοῦ δωρουμένου.

c *De verbis Apoſt. ſerm.* 2.

d *Apud Bedam in 1. Cor. 11.*

e *In 1. ad Cor. hom. 28. cap. 1. cit.*

f ἐν χερσὶ ὁ θεῖος υἱὸς κεῖται προκείμενα ἐπιτετηδευμένα.

παρεστήκασιν ἄγγελοι, ἀρχάγγελοι, παρεστήκασιν ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ. μὴ παντὸς φέρεται ἐπὶ πᾶσιν ἐπίκλησις ἅπαντος. παρεστήκασιν ἁπάντων βοῶντες σιγώντων, &c.

g τί οἴει τὸ ὑπὲρ μαρτύρων ἀποφέρεσθαι, τὸ κληθῆναι ἐπὶ πάντων τῇ ὥρᾳ ἐκείνῃ; κἂν μάρτυρες ὦσι, μάλιστα μαρτύρων μεγάλη πρὸς τὸ ἱερουργούμενον καὶ θυόμενον παρρησία, καὶ θεωμένου ἐπιτελουμένου, τῆς φρικτῆς θυσίας, τὸ ἀφάτων μυστηρίων.

h *Pag. 385.*

i *De perfect. Continent. & Virginit.*

gentius

Chryſoſtomus.

gentius: k *Chriſto cum Patre & Spiritu Sancto &c, ſacrificium panis & vini in fide & Charitate Sanctæ eccleſia Catholica per univerſum orbem terræ offerre non ceſſat.* Secundum pariter. Nam verum quidem eſt, honorem Martyrum non in eo conſiſtere quod coram fruſto panis nominentur, ſed in eo potius quod *Domino præſente* eorum nomina recitentur. Verùm, undè probat Perronius Chryſoſtomum loqui de Domino per corporis ſui ſubſtantiam ibi præſente? Mera tantum ejus ſuppoſitio eſt, nullo fundamento nixa. Quali verò nullomodò præſens eſſe poſſet, niſi corporis ratione. Annon Capreolus Carthaginenſis de ipſo loquens, ait: l *loquitur inter tormenta Martyrum præſens?* Et ipſe Chryſoſtomus de funere Pelagiæ: m *Angeli adſiſtebant, Archangeli omnes honorabant, & Chriſtus aderat?* Quæro, nùm ſecundum corpus? Sed veteres audiamus de baptiſmo idem obſervantes. Cyrillus Hieroſolymitanus: n *conſiderate Choros Angelicos, & Dominum omnium adſiſtentem, filium verò unicum à dextris ejus, Spiritum quoquè ſimul præſentem, ac thronos & Dominationes miniſtrantes.* Ambroſius: o *Chriſte, in tuis te invenio ſacramentis.* Et rurſus: *crede adeſſe Dominum Ieſum invocatum precibus ſacerdotum.* Optatus de Chriſto: p *hic eſt piſcis qui in baptiſmate per invocationem fontalibus undis inſeritur.* Auguſtinus: q *ipſe in baptiſmo inviſibiliter mundat.* Et rurſum: *ecce quia Chriſtus ipſo lavacro aqua in verbo ubi miniſter videtur corporaliter operari, ipſe abluit, ipſe mundat.* Baſilius & Gregorius Nazianzenus: r *majus quid templo hic eſſe dixit unigenitus filius Dei viventis.* Author vulgò dictus Zeno Veronenſis: ſ *Vos agnus excepit qui veſtram nuditatem vellere ſui nivео candore veſtivit.* Cyrillus Alexandrinus: t *ipſum Sanctæ piſcinæ aquis inviſibiliter innatare cognoſcimus.* Et rurſum loquens de ijs qui antè baptiſmum interrogantur, an credant, eos dicit id confiteri ▪ *coram ipſo Chriſto.* Denìquè ipſemet Chryſoſtomus loquens de ijs qui ipſo abſente fuerant baptizati: x *Quid tum? Nihil minus habet gratia, non claudicat donum Dei. Præſente me baptizati non ſunt, ſed præſente Chriſto ſunt baptizati.* Quis tamen ideò dixerit, de eorum mente eſſe, Chriſtum Dominum, aut in tormentis ſupplicjiſ-ve Martyrum, aut in funere Pelagiæ, aut in aquis baptiſmalibus juxta propriam corporis ſui ſubſtantiam fuiſſe aut eſſe præſentem? Nemo ſanè. Intelligunt enim præſentiam illam Dominicam, ſeu per majeſtatem, quo ſenſu Auguſtinus alicubi dicit, y *Chriſtus abſens etiam præſens eſt*, &c, *corpus enim ſuum intulit cœlo, majeſtatem non abſtulit mundo*; ſeu per gratiam quàm illum *in ſacrificium influere* Chryſoſtomus ipſe z alibi notat; ſeu per ſacramentum ipſius repræſentativum. Poſtremum autem hoc in loco de quo agimus a Chryſoſtomo potiſſimum intendi, patet ex eo quod ipſe ibidem innuat ſe de Domino præſente loqui quâ occiſo & mortuo: *dum mors illa*, inquit, *perficitur, hoc tremendum ſacrificium*; quæ verba procul dubio, ne veritas eluceſceret, ideo Perronius in hujus loci adductione prætermiſit. Nam fatentibus ipſis Adverſarijs, Chriſtus quâ occiſus in Euchariſtia non niſi repræſentativè præſens eſt. Sic enim Alanus: a *Obſervandum eſt, Chriſtum, &c, dici a Patribus mortalem, imo mortuum ac paſſum in ſacramento, eatenus quidem, quatenus ex modo conſecrationis, ipſaq; vi ſignificationis ſacramentalis, mors & paſſio Domini commemoratur atque repræſentatur. Qua ratione factum eſt, ut Chriſtus in verbis ipſis inſtitutionis, mortis ac paſſionis conditiones expreſſerit, cum ait: quod pro vobis tradetur qui pro vobis effundetur. Quo ſenſu dixit Chryſoſtomus, Dominū multa pati in ſacramento, quæ noluit perferre in cruce.* Sic & Salmero: b *Chriſtum ſacramentaliter mactari & mori dicitur.* Et ipſemet Perronius: c *Sacramentum non continet corpus Chriſti ſub ratione formali occiſi, mortui & manimati, ſed eatenus illud tantum repræſentat.* Non denique tertium. Nam ſi Chryſoſtomus Euchariſtiam appellat, *ineffabilia myſteria*, alij pariter baptiſmum ſic indigetant. Baſilius Seleucienſis: d *In aquis matrix parabatur quæ cœlo cives pareret: O incomprehenſibilia & inacceſſa myſteria!* Et Auguſtinus: e *Magnum ſacramentum, divinum, ſanctum, ineffabile.* Et, ſi rurſum Chryſoſtomus ſacramentum Euchariſtiæ *tremendum* nominat, ſic quoque baptiſmum hoc epitheto inſigniri, capite ſequenti, Deo dante, oſtendemus.

k *De fide ad Petr. c. 19.*

l *Epiſt. ad Vitalem & Conſtant.*

m ἄγγελοι, μὴ ἀρχάγγελοι ὑμνοῦσι λειτουργοῦντα, καὶ ὁ χριστὸς παρῆν.

n *Præf. Catechet.* ἔνθα μοι χερὰς ἀγγελικὰς φαντάσθητι, καὶ δυνάμεις τὸ ὅλον περιζώσας, ὑπὲρ ὑμῶν τὸν δεξιὰν συγκαθήμενον, καὶ πνεῦμα συμπαρόν, θρόνους τε καὶ κυριότητας λειτουργοῦντας.

o *Apolog. David cap. 12. Et de his qui initiant. c. 5.*

p *Lib. 3.*

q *Contr. litter. Petiliam. l. 3. c. 49.*

r *Baſil. de baptiſ. l. 1. c. 2. Nazianzenus Orat. 40.*

ſ *Ad Neophyt. poſt baptiſ. ſerm. 5.*

t *In Ioan. 9. 6. & 7.*

u *Ibid. in verſ. 35.*

x *Homil. de regreſſu de Aſia ad fin. tom. 2.*

y *In Ioan. tract. 50.*

z *De ſacerd. l. 3.* ὁ χριστὸς ἐπιτελεῖται τῆς θεότητος.

a *De Euchariſt ſacram. l. 2. c. 38.*

b *Tom. 9. tract. 29. p. 225.*

c *De Sanct. Auguſt. c. 3.*

d *Hom. 34.* τὸ ὕδωρ πάντα περιπολεῖ ἀγγελικὰ ἀλλήλοις. *d μυστήρια ἀνέφικτα.*

e *In 1. Ioan. epiſt. tract. 5.*

CAPUT IV.

In quo Solvuntur Objectiones ex homilijs in Epiſtolas ad Corinthios.

PRIMA objectio ducitur ex homilia ſeptima in priorem Epiſtolam ubi de varijs fidei myſterijs loquens, ac inter cætera de baptiſmo & Euchariſtia, & oſtendens, aliter credentes, aliter non credentes, de illis judicium ferre: *hic*, inquit, ſcilicet non credens, *audiens lavacrum, aquam ſolum eſſe exiſtimat, ego autem non ſimpliciter aſpicio quod videtur, ſed etiam mundationem animæ per Spiritum*, &c. ▪ *Audio corpus Chriſti. Aliter ego intelligo quod dictum eſt, aliter infideles: & quomodo puelli videntes Libros non norunt vim litterarum, nec ſciunt quæ vident, imo & ſi homo litterarū imperitus ſit, id ipſum ei continget, peritus verò inveniet magnam virtutem in litteris reconditam, & vitas integras conſcriptas, & Hiſtorias. Et ſi epiſtolam quidem acceperit imperitus*

q ἀκούω, οὐχὶ χριστοῦ. ὁρῶντος ἄλλο τοῦ φαινομένου, ἕτερον ὁ ἀκούω, &c.

Chryſoſtomus.

a *Ibid.* τὸ καὶ, ἱλάσκηται δὲ θεὸν, ἐπὶ τῆς χάριτος τιθέασι, καὶ τοῦτο ἐστὶν ἰσχυρόν.

b *Ibid.* προσφέρομεν μὲν, ἀλλὰ ἀνάμνησιν ποιοῦμεν τοῦ θανάτου αὐτοῦ.

c *Ibid.* τὴν αὐτὴν λέγω τοίνυν, οὐ πολλὰς, ἀλλὰ μᾶλλον ἀνάμνησιν ἐργαζόμεθα θυσίας.

d *Demonſtr.* l. 8. τὰ σύμβολα τῆς ἰδίας οἰκονομίας τοῖς αὐτοῦ μαθηταῖς παραδίδωσι, τὸν ὑπὲρ ἡμῶν καὶ ἐπὶ τῷ ἡμετέρῳ σώματι τύπον ἐκείνου ποιεῖσθαι προστάττων. ἐπειδὴ γὰρ οὐκέτι τοῖς ἐξ αἵματος θυσίαις, ἀλλὰ τῇ ἀπὸ Μωσέως ἐξορισθείσῃ ἀναφόρᾳ ζῶν σφαγὴν παραχρῆμα ἀντὶ πολλῶν ἱερείων προσενεγκεῖν ἔδει, καὶ τὰ σύμβολα τοῦ ἰδίου σώματος παρέδωκε.

e οὐ πάντως ὑπόστασις, φησὶ, μὴ τὸ εἰδέναι βοηθεῖ τὴν τῶν εἰδώλων φύσιν, ἀλλὰ τὸ δυνατὸν εἶναι τὸν ἐπὶ τῷ ἱερῷ φαινόμενον πάντως.

f *In Matth. hom.* 83. *ſupr. cit.*

g πῶς γὰρ σῶμα ὂν τοῦτο ἕνωσις τῷ λόγῳ, ὅταν μὴ ἡμεῖς αὐτῷ διὰ τῆς τροφῆς ταύτης συμφυόμεθα καὶ ἓν σῶμα γινώμεθα;

h *In Matth. hom.* 25. *ſupr. Cit.*

i *In 1. Cor. hom.* 30. οὐ γὰρ σῶμα ἕνα ἡμᾶς ἐποίησε, ἀλλὰ ἑνὶ σώματι συνῆψε.

ſacrificia, ſæpe oporteret eum crucifigi. Et rurſum: de Veteribus hoſtijs loquens: a *quod ſemper offerrentur, arguit imbecillitatem. In Chriſto vero contra ſemel eſt oblatus*: Sed ait, Chriſtum juſſiſſe ſeipſum offerri, nimirum, in ſigno, ſeu proprie loquendo, commemorationem oblationis ejus offerri. Sic enim ſe ipſe exponit: *Offerimus*, b inquit, *ſed facimus commemorationem mortis ejus.* Et adhuc clarius: c *Eandem oblationem ſemper facimus, vel potius oblationis recordationem facimus.* Et clariſſime Euſebius, quaſi illum ex profeſſo interpretans: d *Chriſtus divinæ œconomiæ ſymbola Diſcipulis ſuis tradidit, eos jubens corporis proprij imaginem facere. Quoniam enim non amplius cruenta ſacrificia, neque ea quæ à Moſe in variorum animalium mactationibus ſancita fuerant, grata erat habiturus, dedit panem uti corporis ſui ſymbolo.* Sed ipſe Chryſoſtomus paulò ante ipſa verba ab Adverſarijs objecta, ſeipſum ſatis explicat. Ibi enim docet Chriſtum offerendum eſſe quâ mortuum & cruentum, eum ſic loquentem inducens: e *Si ſanguinem capis, non idolorum aram irrationabilium cade, ſed altare meum ſanguine meo cruenta.* Unde & alibi de Euchariſtia ait: f *Myſterium eſt paſſio & crux.* At ſupra audivimus Adverſarios ipſos fatentes, Chriſtum dici paſſum ac mortuum in ſacramento, quatenus ex vi ſignificationis ſacramentalis mors atque paſſio ejus commemorantur, atque repræſentantur: ſimiliter ergo & offerri intelligit, quatenus ejus oblatione commemoratur & repræſentatur, cum aliam oblationem quam cruentam non intendat.

Tertiò objicit Bellarminus *Chryſoſtomum hîc docere, nos vniri corpori Chriſti per Euchariſtiam, quemadmodum corpus illud vnitum eſt Verbo per incarnationem; id eſt, vere & realiter.* Verba illius ſunt: g *quemadmodum corpus illud vnitur Chriſto, ſic & nos ei per panem hunc vnimur.* At id, frigidum & ridiculum foret, inquit, *ſi tantum in ſigno Chriſti corpus acciperemus.* Ridiculum ſit, ſi volet. Noſtra enim non intereſt. Nam non dicimus, nos in Euchariſtia tantum in ſigno corpus Chriſti accipere. Inſuper affirmamus cum Chryſoſtomo, h Dominum *ſeipſum nobis dare in cibum ac victum ſpiritualem*; ac proinde per panem ſacramentalem de quo loquitur nos verè & realiter, quamvis myſtice & ſpiritualiter Chriſto vniri. Nec propterea magis neceſſe eſt illum per loci indiſtantiam nobis conjungi, quam fideles neceſſe eſt ſe mutuò localiter & corporaliter contingere, ut inter ſe vnum in eo corpus ſint: Nam, i inquit ipſemet Chryſoſtomus; *In vnum corpus nos* (Dominus) *omnes congeſſit*, &c, & *tantum diſtantes, vnivit.* Sed juvat objectionem contra Bellarminum ipſum, & quidem valide, retorquere. Chryſoſtomus enim ait, nos per panem, & quidem (ut poſt docet) *ex multis granis compoſitum, quæ ipſa ſint, licet differentia eorum propter conjunctionem non manifeſta ſit*, nos vniri Chriſto. At vero, ſi panis eſt ex multis granis conſtans, verè ac propriè dictus panis eſt: Et rurſum ſi nos vnit Chriſto, alium à Chriſto eſſe ſicut inſtrumentum vniens ab objecto cum quo vnit, prorſus neceſſe eſt.

Chryſoſtomus.

Συνάπτει, &c. κ' θεὸς διὰ τοῦτο γίνεται.

Quartò, k Perronius, Coffetellus & plurimi alij objiciunt hæc verba: l *Quoniam prior carnis natura è terra conflata, prius morte erat affecta & vita vacua reddita, aliam (ut ita dicam) maſſam & fermentum induxit carnem ſuam, quæ natura quidem eſt eadem, à peccato autem libera, & vita plena, & dedit eam omnibus participandam, ut ipſa nutriti & priorem mortuam abjicientes, per hanc menſam in vitam æternam contemperaremur.* Quid verò ex illis verbis ſe conſecturos opinantur? carnem ne Domini juxta ſubſtantiam ſuam in carnem noſtram ingredi tanquam antidotum mortalitatis expulſivum? Ergo, inquam, pariter concludendum erit carnem Chriſti in carnem noſtram per baptiſmum introduci. Ad eumdem enim modum Cyrillus Alexandrinus ait: m *Fieri non poterat ut Gentes injectam ſibi cæcitatem excuterent, & divinam ſanctamque Lucem contemplarentur, hoc eſt, ſancta ac conſubſtantialis Trinitatis notitiam aſſequerentur, niſi ſancte ejus carnis fierent participes, & peccatum, nigredinem inducens, eluerent, exuerentque Diabolo poteſtatem, videlicet, per Sanctum baptiſmum.* Præterea, dicendum foret fideles qui ſub Veteri teſtamento obierunt, & eos qui adhuc hodie abſque Euchariſtiæ communione decedunt, ad vitam immortalem nunquam eſſe perventuros, cum carnem Domini juxta ſubſtantiam ſuam in carnem ſuam ingreſſam nunquam habuerint. Quod cum falſum & abſurdum ſit, reſpondeo, Chryſoſtomum nullomodò intelligere carnem Domini in noſtram per ſubſtantiam ſuam ingredi, ſed tantum per virtutem & efficaciam ſuam, quemadmodum n alibi notat, *ſcripturam dicere, Deum effundere Spiritum ſuum, hoc eſt, donum Spiritus Sancti.* Mens enim ejus eſt, quemadmodum in Nyſſeno jam ſupra obſervavimus, Chriſtum ſacramentis noſtris carnis ac ſanguinis ſui efficaciam indere, & ſic nos ipſius carnem ſanguinemque in nobis recipere. Quod expreſſè declarat Cyrillus Alexandrinus a Victore Antiocheno in codice Græco, licet innominatim relatus: o *immittit Deus propoſitis* (pani ſcil. & vino) *vim vitæ, & ipſa mutat in* p *efficaciam carnis ſuæ, ut ea in communionem vivificam habeamus, & tanquam ſemen vivificum in nobis reperiatur corpus vitæ.* Et commentario ſuo in Evangelium Joannis: q *Sicut fermen-*

k *Perron.* p. 375. *Coffet. de nomin. Sacram.* p. 137.

l ἐπειδὴ ἡ προτέρα τῆς σαρκὸς φύσις ἀπὸ γῆς ἐλήλαται, καὶ ἀπροτίμητος ἔφυσεν γεγένηται, ἄλλην ἑαυτῇ (ὡς οὕτως εἴπω) ὄγκον καὶ ζύμην ἐπήγαγε τὴν ἰδίαν σάρκα, φύσει μὲν οὖσαν τὴν αὐτὴν, ἀπαθείᾳ δὲ καὶ ζωῆς πλησθεῖσαν, ἵνα τούτῳ τῷ μεταλήψει τὴν νεκρὰν ἐκείνην ἀποβαλόντες τὴν παλαιὰν, εἰς τὴν ἀθανασίαν ἀπὸ τοῦ παντὸς συναναμιχθῶμεν.

m *In Ioann.* l. 6. *ſupr. citat. in Gregor. Nyſſen.* l. 1. n *De Spiritu Sancto.* ἀλλὰ τοῦτο ἡ γραφὴ, ὁ θεὸς, φησὶ, χεῦσαι τὸ πνεῦμα αὐτοῦ, ἤγουν τὴν δωρεὰν τοῦ ἁγίου πνεύματος.

o *Vid. infr.* Cyrillo in p εἰς εἶδος γονῆς.

q *In Ioann.* c. 6. 57. μικρὸν ζύμης ὅλον τὸ φύραμα ζυμοῖ, οὕτως ἐλαχίστη πάλιν ἐυλογία σύμπασαν ἡμῶν εἰς ἑαυτὴν ἀναφύσει σῶμα ἡ τοῦ ἰδίου σώματος αὐτὴ τελετή. ἔστιν οὖν ἡμῖν χάριτι, ἡ ἁφὴ οὐ πάλαι ὁ αὐτός.

Chryſoſtomus.

qui Eccleſiam ſcindunt, *quis ſub aliquo Rege conſtitutus, ad alium quidem non defecerit, nec alteri Regi ſe dederit, ſed acceptam & detentam illius purpuram a fibula totam demiſerit, & in multa fragmenta diruperit, nunquid minus punietur quam qui alteri ſe adjunxerunt? Quid vero, ſi cum eo ipſum quoque Regem jugulo apprehenſum interemiſſet, membratim diſcerpens ejus corpus, quas pœnas pro meritis dediſſet? Si autem qui Regi conſervo ſuo hoc fecerit, majora fecit quam ut quas par eſt ſubire pœnas queat, qui Chriſtum jugulat ac membratim dilacerat, qua non erit gehenna dignus?* Et rurſum paulo poſt: *Diſcerpis Dominum tuum, nec horreſcis: Domini membra dilanias, & non contremiſcis?* Et iterum alibi: i *multi ſunt corpus Chriſti magis diſcerpentes quam milites id lancea diſſecabant, aut Judæi clavis diſſoluebant.* Et Sedulius: *ſi militibus ſacrilegis ac funeſtis durum viſum eſt Chriſti veſtem carpere, quale nefas admittunt qui Eccleſiaſtica pace turbata ipſum Dominum Chriſtum ſchiſmatibus dividere non quieſcunt.* Denique Chryſoſtomus ipſe de baptiſmo loquens: *Quotquot in Chriſtum baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis.* k *Dic quæſo, ſi quis regiam dediſſet veſtem, tu autem accepto mercenarij indumento id ſuperinduiſſes, an non quia indecorè te gereres, punireris? Cœli & Angelorum Dominum indutus es, & circa terram adhuc converteris?* At verò ſi Chriſti corpus, imo Chriſtus ipſe cœlorum & Angelorum Rex indigne recipi, injurioſe tractari, & contumelia affici recte dicitur, cum aut ejus morale corpus ſchiſmatibus dilaceratur, aut baptiſma quod eſt ſacramentum ejus mala vita dehoneſtatur; quidni & pariter indigne ſuſcipi, tractari & edi diceretur, quando panis Euchariſticus qui ejus *corpus myſticum* eſt, ut illum appellat, cum impuritate cordis & manuum recipitur?

i *In Epiſt. ad Coloſſ. hom. 3. ſupr. citat.*

k *Ibid. hom. 10.* ἀλλ' εἰπέ μοι, εἴ τις σοι βασιλικὴν ἔδυσεν ἐσθῆτα, σὺ δὲ ἐπὶ τοῦ ἐπιτηδείου τὸ τοῦ πένητος ἀμπεχόμενος ἐσθῆτα περιεβάλου, οὐκ ἂν ἐκόλασας αὐτὸν μᾶλλον ἢ τὸν βασιλέα; καὶ τὸν τοῦ βασιλέως ἐκδύσαντα καὶ τοῦ ἀγγέλου γυμνόν, καὶ ἐπὶ γῆς ἔτι ὄντα; *Et Sedul. operis paſchal. lib.* 5. c. 13.

Sextò objiciunt Perronius & Bellarminus quod Chryſoſtomus ait paulò poſt: k *Hoc corpus, etiam jacens in præſepi, reveriti ſunt Magi, & viri impij; & barbari patria & domo relicta longum iter confecerunt, & poſtquam venijſſent* l *cum multo metu & tremore adoraverunt. Imitemur ergo vel Barbaros nos cœlorum cives. Nam & illi quidem cum in præſepi vidiſſent & in tugurio, neque quippiam tale vidiſſent quale tu nunc, cum magna acceſſerunt reverentia.* m *Tu autem non in præſepi vides, ſed in altari, non fœminam eum tenentem, ſed ſacerdotem adſtantem, & Spiritum cum magna abundantia ſuper propoſita volantem. Nõ ſimpliciter hoc ipſum corpus vides, ſicut illi, ſed & noſti ejus virtutem, & nihil ignoras ex ijs quæ per eum effecta ſunt, ut qui in omnibus myſterijs diligenter ſis verſatus.* Sed nihil eſt in illis verbis quod Adverſarijs faveat. Mens enim Chryſoſtomi non eſt, Chriſtum propriè loquendo, aut in altari videri (a *abſens* enim eſt, inquit alibi, & b *cum abſens fuerit, non videtur*, ait Author operis imperfecti inter ipſius opera) aut in eo eſſe per corporis ſubſtantiam, proüt erat in præſepi; ſed tantum eum videri, quemadmodum prototypum in imagine videtur, c *adeo ut per eam is qui abſens eſt apparere videatur*; & eſſe in altari *jugulatum & mortuum*, ut perpetuo loquitur, ac proinde tantummodo in ſigno repræſentante, videlicet, in pane fracto & calice a pane ſeparato. Sic enim accipiendam eſſe oratoriam hanc quam inter præſepe & altare inſtituit comparationem, apertè indicat Proclus, viginti-ſeptem poſt Chryſoſtomi obitum annis factus Epiſcopus Conſtantinopolitanus: *loco præſepis*, d inquit, *altare veneremur, loco infantis panem complectamur ab infante benedictum.* Quis enim non videt, eum, Chriſtũ in altari, de pane illius ſigno, ac de pane ab ipſo Chriſto per benedictionem ſuam conſecrato & ſanctificato, quique proinde ab eo tãquam benedictus a benedicente diſtinguitur, exponere? At, inquit Bellarminus, *ſi tantum in ſigno Chriſtum habemus* (in altari) *non modò non ſumus Magis ſuperiores, ſed tantò inferiores, quanto inferior eſt imago Chriſti ipſo vero Chriſto.* Verum hæc nihil officiunt. Nam prærogativa quam nobis ſupra Magos tribuit Chryſoſtomus, non in eo conſiſtit quod Chriſtum potius quam illi videamus: id enim falſum foret, cum ipſum Chriſtum propriè & in ſe viderint, nobis autem ſit inviſibilis, ut ipſi Adverſarij coguntur agnoſcere; ſed in eo, quod licet Chriſtum viderint & tanquam Regem venerati ſint, virtutem tamen ejus, & admiranda paſſionis ac mortis ejus effecta non cognoverint, ea autem nos videamus & ſpectemus in altari, in pane ſcilicet & poculo Euchariſtico. Nam *quando hæretici*, ait ipſe e Chryſoſtomus, *quærunt, unde patet immolatum fuiſſe Chriſtum? præter alia multa, per myſteria quoque ipſis os occludimus. Si enim mortuus Jeſus non eſt, cujus ſymbola ſunt quæ peraguntur?* Dubitari enim non poſſe videtur, Chriſtum, quamvis in ſigno, intueri & contemplari velut pro ſalute noſtra paſſum ac ejus virtutem noſſe & effecta mirabilia, multò pluris eſſe, quam eum per ſe videre, ſeu tanquam regem Judæorum, ut magi fecerunt, ſpiritualem ac cœleſtem virtutem ejus ignorantes: ac proinde nos hoc objecto ad majorem reverentiam ei præſtandam obligari.

Chryſoſtomus.

c *Vid ſupra c. 2. ad 2. object.*

d *Orat.* τῷ ἁγίῳ τῆς θεοφανείας τὸ ἀνάπαυμα τὸ ἀνθρωπικὸν ὀνόματι μόνῳ, ἀντὶ δὲ βρέφους ἀσπαζόμεθα ξύλον τὸν ἀληθῆ θεὸν ἀπὸ δὲ βρέφους εὐλογημένον ἄρτον.

Septimo objiciunt Bellarminus & Perronius hæc verba: f *Terram tibi facit cœlum hoc myſterium. Aperi ergo cœli portas, & perſpice; potius autem non cœlum, ſed cœlum cœlorum, & tunc videbis quod dixi. Quod enim ibi eſt omnium*

e *In Matth. hom.* 83. ὅτι καὶ λέγουσι, πόθεν δῆλον ὅτι τεθυμένος ὁ Χριστός; μετὰ γὰρ ἄλλα, καὶ λέγει μυστήριον αὐτοῖς ἐπιφέρομεν. οὐ γὰρ μὰ ἀποθανὼν ὁ Χριστός, τίνος σύμβολα τὰ πλήθοντα; ἐκεῖ τὸν γὰρ ἀφανῆ πολλῷ τοῦτο τὸ μυστήριον. ἀναπεπταμένους δὲ ἔχομεν πάντας τοὺς ὀφθαλμούς, μᾶλλον ἢ ἐκεῖ ἐκείνου, ἀλλὰ ἐκεῖνου τὸν ἀφανῆ τὸν ἀφανῆ· τότε δὲ τοῦτον τὸν ἀφανέστερον, τοῦτο ἐκεῖνον τὸν οὐκ ἀφανῆ.

a *De paniten. Contin. & Virgin. ad fin. tom. 1.* ἀναίδην & ἀνόσιος ἐστι.

b *In Matth. hom.* 83.

Chryſoſtomus.

pretioſiſſimum, hoc tibi oſtendam in terra ſitum. Sicut enim in Regia quod omnium magnificentiſſimum eſt, non ſunt parietes, non tectum aureum, ſed corpus Regis in throno ſedens; ſic & in cœlis corpus Regis: ſed hoc tibi nunc licet in terris videre. Non enim Angelos, nec Archangelos, nec cœlos, nec cœlos cœlorum, ſed ipſum horum tibi Dominum oſtendo. Vides quomodò quod omnium pretioſiſſimum eſt, in terra vides, nec ſolum vides, ſed tangis, & edis, & eo accepto domum reverteris. Et hæc rurſum Perronius tot fulgura ac *fulmina* eſſe intonat. Qua vero de cauſa? An quia Chryſoſtomus ait, Euchariſtiæ myſterium *terram nobis cœlum facere*, quaſi eò ipſo neceſſariò conſequeretur corpus Dominicum in Euchariſtia ſubſtantialiter eſſe? Si ita eſt, longè aberrant. Nam commune eſt Chryſoſtomo hunc effectum prædicare, non modò de Euchariſtia, ſed etjam de baptiſmo, de gratijs Spiritus Sancti, de pia converſatione, & alijs ejuſmodi, ad ea oratione extollenda & commendanda. Sic enim alibi de Paulinæ prædicationis effectibus agens: *An non*, g inquit, *mirabile & paradoxum eſt, ſermonem è terrena lingua prodeuntem*, &c, *terram cœlum facere.* Et de Apoſtolis generatim: h *Cœlum utique terra erat propter vivendi rationem, & libertatem loquendi, & miracula, & reliqua omnia.* Et de Paulo rurſum: i *Hic terram cœlum faciebat & ad virtutem deducebat.* Et ad commendandum in Eccleſia ſilentium & attentionem: k *non taberna eſt Eccleſia, ſed locus Angelorum, locus Archangelorum, regnum Dei, Cœlum ipſum.* Et iterum: l *oportet hic Angelorum choros eſſe, & Cœlum Eccleſiam facere.* Et de ſancta converſatione: m *Antequàm ad Cœlum perveniamus, terram cœlum jubemur facere.* Et de receptione pauperum, poſtquam dixiſſet, n *Chriſtus per pauperem domum tuam ingreditur*, paulò poſt addit: *ubi autem Chriſtus eſt, ibi Angeli ſunt, ibi cœlum*: Et de Spiritu Sancto effuſo: o *Effuſa eſt gratia Spiritus Sancti, Cœlum terram fecit.* Et de baptizatis loquens: p *Stella de terra micuerunt, ſtellis cœleſtibus clariores.* Et Nyſſenus: q *Cœli ſtellas non vides? Has ſtellas dico quæ ex Patre noſtro nuper exorta ſtatim Cœlum Eccleſiam reddiderunt?* Et Zeno Veronenſis in eumdem ſenſum, licet verbis diſſimilibus: r *Æthereæ gentes exultate.* Quis tamen ideo dixerit Chriſtum aut per pauperes aliter quàm in imagine in domos noſtros ingredi, aut in baptiſmo aliter quàm in ſigno & efficacia eſſe? Quamvis ergò Chryſoſtomus hic dicat, per Euchariſtiam cœlum nobis terram fieri, non ideò Chriſtum aliter in ea eſſe quàm in ſigno intelligit. An verò rurſum Adverſarij ſibi ſpondent nos tanquàm fulgure occæcatum iri his ſequentibus Chryſoſtomi verbis; *quod in cœlis omnium pretioſiſſimum eſt, hoc oſtendam in terra ſitum*; & rurſum, *corpus Regis tibi nunc licet in terris videre?* Verum *fulgur ex pelui* eſt, nocendi vim nullam habens. Annon enim Theodoretus ſimiliter ait, rr ſcripta Apoſtolica *oſtendunt*, &c, *infantem* (Chriſtum ſcilicet) *tenuibus faſcijs involutum & in præſepi jacentem*? Quis tamen ideò dixerit hæc propriè eſſe ſumenda & aliter quàm in ſigno exponenda & intelligenda? Et ipſe Chryſoſtomus: s *forte dicet aliquis, adducito mihi Prophetam, & cum eadem benevolentia illum ſuſcipiam. Promitte hoc, & adduco tibi Prophetam. Sed quid dico, Prophetam? Ipſum adduco tibi Prophetæ Dominum, communionem noſtrum Deum & Dominum Chriſtum. Ipſe enim dixit, Eſurientem me vidiſtis & aluiſtis.* Quis tamen ideò velit pauperes eſſe propriè Prophetarum Dominum, & in ijs aliter quàm in imagine Dominum adduci & recipi? Dico ergò mentem Chryſoſtomi non eſſe, corpus Dominicum quod ſecundum ſubſtantiam in cœlis & ſupra cœlos eſt, ſecundum eamdem ſimul quoque in terris eſſe, nimirum in Euchariſtia, atque ibidem videri ſubſtantialiter præſens. Repugnaret enim Auguſtino dicenti: t *Secundum præſentiam carnis rectè dictum eſt Diſcipulis*, me non ſemper habebitis. *Habuit enim illum Eccleſia ſecundum præſentiam carnis paucis diebus; modò fide tenet, oculis non videt*; Et Fulgentio clamanti, u *Unus idemque ſecundum humanam ſubſtantiam abſens cœlo cum eſſet in terra, & derelinquens terram cum aſcendiſſet in cœlum*; Et Vigilio ſeu Gelaſio ſcribenti; *Quandò in terra fuit, non erat vtique in cœlo; & nunc quia in cœlo eſt, non eſt vtique in terra*: Sed tantummodò intelligere, illud ſacramentaliter ac in ſigno in terra eſſe. Nec enim ſenſus ejus eſt, id aliter in terrâ eſſe quàm qualiter dicit videri. At non niſi in ſigno videtur, quatenus ſcilicet panis, qui illius ſymbolum eſt, videtur, palpatur, recipitur & editur. Non ergò aliter quàm in ſigno in terra eſt. Adde, Chryſoſtomum abſolutè intelligere illud & videri, in terra ſitum eſſe, & terram cœlum facerè quâ occiſum & mortuum: *circa veſperam hanc*, w inquit, *Chriſtum viſuri ſumus vt agnum jugulatum & occiſum.* Et rurſum: x *cum videris Chriſtum immolatum & jacentem: y dum mors hæc perficitur, hoc horrendum ſacrificium, hæc ineffabilia ſacramenta.* Denique in Epiſtolam ad Hebræos: a *quanam hîc dicit* (Apoſtolus) *cœleſtia? Spiritualia. Nam etſi myſticè fiant ſupra terram, ſimul tamen digna ſunt cœleſtibus. Quando enim Domi-*

Chryſoſtomus.

rr De Martyrib. τὰ ἀπόστολα γράμματα, &c. βρέφος ἐσπαργανωμένον κατανοήσωμεν, καὶ ἐπ' ἐκείνου ἐξετάσωμεν τὸ φάτνης.

q In Eliam & Viduam hom. 5. ἴσως ἐκεῖνο, ὁ ἐρεῖ τις ἄγε καὶ ἐγὼ ἀναπείθω σε πρὸς τὸν ἄνθρωπον εἰσδέξασθαι τοῦτον, τί λέγω τὸν ἄνθρωπον; αὐτὸν ἄγω καὶ τὸν θεὸν τὸν ἄνθρωπον διὰ τοῦτο γενόμενον, ἵνα ἡμᾶς ἐκ πάσης ἀπαλλάξῃ κακίας.

s In Ioan. tract. 50.

t Ad Thrasimund. l. 2. c. 17. Vigil. Contr. Eutych. lib. 4.

u In Pentecost. appellat. c. 2. Gelas.

x De Sacerdot. l. 3.

y In Act. hom. 21.

a Homil. 14. τίνα λέγω εἰσῆλθε ἱερεῖον; τὰ πνευματικά· εἰ γὰρ καὶ ἐπὶ γῆς πολιτεύεται, ἀλλὰ τῶν ἀγγέλων ἐστὶ συμπολίτης· ἀλλὰ καὶ ὁ δεσπότης τοῦ οὐρανοῦ, ὁ τοῦτον ἐκεῖνον ποιήσας, ὁ πάντων ἄρχων. ἀλλὰ τί φησιν, ὅτι πανοῦργός ἐστι καὶ ἀδίκως ἐσκεύασται. ἀλλὰ τοῦτο οὐ φησίν, ἀλλ' ὅτι ἐκ πολλῆς ἐξουσίας ἐστὶ κρίσις. ὅταν γὰρ ἀκούσῃς ἐμοῦ λέγοντος ἐκφαυλισμόν, ὅταν πτῶμα ὀνομάζωμαι, ὅταν ἀναίσθητον καὶ ἀκάθαρτον εἶναί φημι, μὴ ἀπόγνωθι τὸν ἄνθρωπον. ἐννόησον τὸν ἐκ τοῦ μηδενὸς ἐλθόντα, τὸν ἐκ τῆς γῆς πλασθέντα, τὸν ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παραχθέντα, καὶ ἐννόησον ἀθρόως τὴν ἀπόνοιαν τοῦ ποιήσαντος· ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παραχθέντα, καὶ ἐννόησον ἀθρόως τὴν ἀπόνοιαν τοῦ ποιήσαντος· ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παραχθέντα, καὶ ἐννόησον ἀθρόως τὴν ἀπόνοιαν τοῦ ποιήσαντος.

b De Laudib. Pauli hom. 2. πῶς οὖν ἐπιτιμᾷ τῷ θεῷ ὁ ἄνθρωπος, καὶ ἀναίτιος πολλάκις ἐστὶν ἐπιτιμῶν λόγος, &c. τὴν γῆν ἐρυθριᾷ ποιεῖν;

h In Acta homil. 10. ἐρεῖς δὲ λοιπὸν ἡμῖν ἡ γῆ τὴν παῤῥησίαν, τὴν ἐλευθερίαν, καὶ πολλοὺς ἕτερους.

i In Psalm. 113. ἐπὶ τὸν γὰρ ἱερέα τὸν ἐπὶ τοῖς ἀποκειμένοις ἐχόμενα ἀγόμενοι.

k In 1. Cor. hom. 36. ἐκεῖ ἐρημία, &c. ἀλλὰ τόπος ἀγγέλων, τόπος ἀρχαγγέλων, βασιλεία θεοῦ, αὐτὸς ὁ οὐρανός.

l In Matth. hom. 89. δεῖ ἀγγέλων εἶναι χορούς, τὴν ἐκκλησίαν ποιεῖν. Vid. & in 1. ad Timoth. hom. 15.

m Ibid hom. 20. καὶ ἵνα ἐφεξῆς τὴν γῆν ἐρυθριᾷ ποιεῖν οὐκ ἀλλοτρίαν ποιῶν. Id. & 44.

n In Matth. hom. 49. χαίρει δὲ οἰκέτην ὑποβαίνων τὴν οἰκίαν. Item: ὅπου ὁ χριστὸς, ἐκεῖ καὶ οἱ ἄγγελοι, &c. οἰκεῖ καὶ ὁ ἀρχάγγελος.

o Hom. de Pentec. ἐξεχύθη ἡ χάρις καὶ πνεῦμα ἐποίησε τὸν οἰκουμενικὸν ὑποκάτω.

p Hom. ad Neophyt. ad fin tom. 2.

q In Christi resurrect. homil. 1. ἐκεῖνα τὰ ἄστρα καὶ ἐρημία; ἀλλὰ λέγω τὰ ἄστρα τὰ ἐκ τῆς πατρὸς ἡμῶν λαμπάδος ἐκπεπαλαιωθέντα, καὶ ἀρετὴν ἀθρόως τὴν οὐκ οὖσαν ποιήσαντα;

r Ad Neophyt. post baptism. serm. 5.

ww no-

Chryſoſtomus.

nus noſter Ieſus Chriſtus jacet jugulatus, quando advenit Spiritus, quãdo hîc eſt ille qui ſedet ad dexteram Patris, quando ſunt filij per lavacrum & concives eorum qui in cœlis ſunt, &c, quomodo non cœleſtia hæc ſunt? &c. Cœleſtis enim eſt eccleſia, & nihil aliud quam cœlum. At, quâ jugulatum, eum tantum ſignotenus in Euchariſtia eſſe, apud omnes in confeſſo eſt. An poſtremo Adverſarij aliquid ſibi pollicentur ex eo quod Chryſoſtomus comparationẽ inſtituat Chriſti in Euchariſtia jacentis & propoſiti cũ corpore Regis in throno ſedente? id vero rurſum inutiliter. Nam id ipſum Chryſoſtomus de Chriſto in Euangelijs propoſito rhetoricatur: *non hîc caliginem*, [b] inquit, *non fumum, non procellam videbitis, ſed ipſum Regem ſedentem ſuper thronum ineffabilis illius gloriæ, & Angelos atque Archangelos ei aſſiſtentes, & populum ſanctorum cum innumeris illis myriadibus.* At enim in Evangelijs non niſi in ſigno eſſe, nemo, reor, negaturus eſt: Quidni ergo & ſimiliter in Euchariſtia, quæ Evangelium, ſeu *viſibile verbum* eſt quemadmodum [c] Auguſtinus ſacramenta indigetat? Sed vrget Bellarminus hæc verba: *Neque enim Angelos, neque Archangelos, non cœlos, non cœlos cœlorum, ſed ipſum horum omnium Dominum tibi oſtendo*; & ait: *quo loco Chryſoſtomus, ſi ſolum in ſigno Chriſtum in terra eſſe vellet, plane deciperet Auditores, nec anteponeret eum Angelis & Archangelis.* Quamobrem autem? quia, ſubjungit, *quis non malit veros Angelos videre, quam ſolam Chriſti imaginem?* Verum, Levis eſt obiectio. Nam, ut præteream facile reſponderi poſſe, Chryſoſtomum de Angelis, quemadmodum & de Chriſto, non in ſigno videndis agere, ideoque jure merito Chriſtum illis etiam ſic videndum anteponere; dico quamvis loqueretur de Angelis per ſe videndis, quod tamen impoſſibile eſt niſi ſub ſigno corporeo, recte tamen Chriſtum quamvis ſigno tenus conſpiciendum illis præferre, quia non tantum loquitur de eo ſacramentaliter videndo, ſed etiam de eo ſacramentaliter recipiendo, & ad ſalutem edendo: quod multo præſtantius eſt quam Angelum aut Archangelum ſimpliciter aſpicere.

Octavo Bellarminus & Perronius objiciunt hæc verba: [d] *Si Regis filius cum mundo & purpura & diademate tibi ferendus traderetur, quacumque in terra ſunt abjiceres. Nunc autem non Regium hominis filium ſed ipſum vnigenitum Dei filium recipiens, non extimeſcis, dic mihi, & omnem rerum hujus vitæ amorem ejicis.* At, inquit Bellarminus, *ſi de ſigno Chriſti, non de ipſo Chriſto loqueretur, nullomodo eum cum Regio puero, ſed cum imagine Regij pueri conferret; aut certe ineptiſſimus eſſet.* Sed fallitur, Chryſoſtomum enim loqui de filio Dei in ſigno recipiendo, teſtatur ipſemet in verbis immediate præcedentibus & ab Adverſario omiſſis: [e] *Abſterge itaque animam, & para mentem* [i] *ad horum myſteriorum ſuſceptionem.* Myſteria enim Chriſti, propriè & abſque figura loquendo, non magis Chriſtus ſunt quàm ſignum res ſignificata, quamvis propter ſimilitudinem plerumque ipſius rei nomine indigitentur. Nec ideo Chryſoſtomus ineptiſſimus eſt, ut nugatur Bellarminus. Quis enim dubitet, ſignum Chriſti ſacramentale in cibum myſticum & ſpiritualem accipere, quid multo dignius & excellentius eſſe, quam puerum quemlibet Regium cum ornatu ſuo manibus ſimpliciter ferendum accipere, cum illud ſaluti, hoc vero tantum honori ſit? Atque hæc ad primam Adverſariorum objectionem dicta ſint.

Tertia objectio ducitur ex homilia vigeſima ſeptimâ, ubi Chryſoſtomus de Euchariſtię communione loquens, ait: [f] *Tu pane vitæ accepto, rem mortis facis, & non contremiſcis.* Et paulo poſt, riſum intempeſtivum, verba inſolentia, facetias, nugas & alia ejuſmodi carpens: *Et hæc facis*, [g] inquit, *Chriſti menſa exceptus, illo die quo dignus habitus es qui lingua carnes ejus tangeres. Quicumque ſis ergo, ne hæc fiant, dextram tuam expurga, linguam, labra, qua ingreſſus Chriſti fuere veſtibula.* Quod rurſum pariter ait homil. trigeſima in ſecundam Epiſtolam. Quibus verbis addi poſſet quod rurſum ibidem paulò poſt ait: [h] *Audiſti ſacros Hymnos, vidiſti ſpirituales nuptias, menſa regia es exceptus, repletus es Spiritu Sancto, duxiſti choros cum Seraphim, factis ſocius ſupernarum poteſtatum: Ne abjicias tantam lætitiam.* Inde autem Coffetellus duplex elicit argumentum. Unum hoc modo: [i] *Veteres ad invenendum in Euchariſtia non alium eſſe panem quam corpus Chriſti, eam panem vitæ nominarunt, alluſione manifeſta ad verba Domini capite ſexto Ioannis.* Sed levis eſt obſervatio. Nam verum quidem eſt panem Euchariſticum *panem vitæ* appellari; ſed falſum eſt ſic vocari ad ſignificandum illum propriè & ſubſtantialiter eſſe Chriſti corpus. Sic enim indigetatur, quia *in eo virtus eſt ad vivificationem*; ut loquitur [k] Epiphanius, abſque eo quod deſinat *cibus*, id eſt ſubſtantia verus panis eſſe: quemadmodum aqua baptiſmi [l] *aqua vitæ* & *aqua vitalis* Veteribus appellatur, quoniam *per illam divina gratia æternam vitam dat.*, ut obſervat [m] Theodoretus, abſque eo quod deſinat ſubſtantia vera aqua eſſe. Alterum argumentum eſt: [n] *Nota Chryſoſtomum dicere, Chriſtiana labia, eſſe quaſi veſtibulum per quod Chriſtus ingreditur in os Chriſtiani qui carnes ejus lingua contingit.* Verum, vir bonus ſupponit Chryſoſtomum intelligere, Chriſtum per propriam carnis ſubſtantiam labiorum beneficio in os & corpora noſtra ingredi: quod falſiſſimum eſt. Mens enim Chryſoſtomi eſt, labia veſtibulum eſſe Chriſti in nos ingredientis per [o] *corpus ſuum myſticum*, id eſt, per car-

Chryſoſtomus.

b *In Matth. hom. 2.* ἐπιφανῆναι ὕψωθη, οὐδὲ νεφέλη, οὐδὲ ζόφος, οὐδὲ θύελλα, ἀλλ' αὐτὸν τὸν βασιλέα περιβεβλημένον ἐπὶ θρόνου τῆς ἀπορρήτου δόξης καθήμενον, καὶ ἀγγέλους καὶ ἀρχαγγέλους πεφρικότας αὐτῷ, καὶ τὰς δήμους τῶν ἀγίων μυριάδων ἑστώσας.

c *In Ioan. tract. 80.*

d *Si Regis filius cum mundo & purpura & diademate tibi ferendus traderetur, quacumque in terra ſunt abjiceres. Nunc autem non Regium hominis filium ſed ipſum vnigenitum Dei filium recipiens, non extimeſcis, dic mihi, & omnem rerum hujus vitæ amorem ejicis.*

e ἀπόμαξαι οὖν τὴν ψυχὴν, παρασκεύαζε τὸν ἀδελφὸν εἰς τὴν τούτων τῶν μυστηρίων ὑποδοχήν.

f ἄρτον ζωῆς λαβὼν, πρᾶγμα θανατηφόρου, καὶ οὐ φρίττεις.

g καὶ ταῦτα μετὰ τὴν ἱερὰν τράπεζαν λελουσμένος τὰ χείλη, καὶ τὴν γλῶτταν, καὶ τὸν ἅγιον, οἰκεῖον· καθαρὸν δὲ ἄγγος ἀφεὶς ἀλλοτρίας τροφῆς ἐπεδέξω.

h ἤκουσας ὕμνων ἱερῶν, εἶδες γαμικὰς πανηγύρεις, ἀπέλαυσας πνευματικῆς δαιτὸς, καὶ ἐπλήσθης τοῦ ἁγίου Πνεύματος· μὴ ἀπόβαλε τοσαύτην εὐφροσύνην.

i *Des mens du S. Sacrem. c. 4. p. 48.*

k *In Compend. ἡ δὲ ἐν τῷ ἄρτῳ, ἐν ᾧ διὰ παντὸς τὸ εἶναι τῆς ἀληθείας ἐστί.*

l *Inſtitut. dial. contr. Tryphon.* τοῦτό ἐστι τὸ ὕδωρ ἐκεῖνο τὸ ζωῆς, *Vid. ſupra c. 2. ad 1. objic.*

m *In Genes. q. 26.*

n *Vbi ſupr. c. 9. p. 251.* o *De reſurr. hom. 33. tomi 5.* σῶμα πνευματικὸν,

Chryſoſtomus.

pretioſiſſimum, hoc tibi oſtendam in terra ſitum. Sicut enim in Regia quod omnium magnificentiſſimum eſt, non ſunt parietes, non tectum aureum, ſed corpus Regis in throno ſedens; ſic & in cœlis corpus Regis: ſed hoc tibi nunc licet in terris videre. Non enim Angelos, nec Archangelos, nec cœlos, nec cœlos cœlorum, ſed ipſum horum tibi Dominum oſtendo. Vides quomodò quod omnium pretioſiſſimum eſt, in terra vides, nec ſolum vides, ſed tangis, & edis, & eo accepto domum reverteris. Et hæc rurſum Perronius tot fulgura ac *fulmina* eſſe intonat. Qua vero de cauſa? An quia Chryſoſtomus ait, Euchariſtiæ myſterium *terram nobis cœlum facere*, quaſi eò ipſo neceſſariò conſequeretur corpus Dominicum in Euchariſtia ſubſtantialiter eſſe? Si ita eſt, longè aberrant. Nam commune eſt Chryſoſtomo hunc effectum prædicare, non modò de Euchariſtia, ſed etjam de baptiſmo, de gratijs Spiritus Sancti, de pia converſatione, & alijs ejuſmodi, ad ea oratione extollenda & commendanda. Sic enim alibi de Paulinæ prædicationis effectibus agens: *An non*, g inquit, *mirabile & paradoxum eſt, ſermonem è terrena lingua prodeuntem*, &c, *terram cœlum facere.* Et de Apoſtolis generatim: h *Cœlum utique terra erat propter vivendi rationem, & libertatem loquendi, & miracula, & reliqua omnia.* Et de Paulo rurſum: i *Hic terram cœlum faciebat & ad virtutem deducebat.* Et ad commendandum in Eccleſia ſilentium & attentionem: k *non taberna eſt Eccleſia, ſed locus Angelorum, locus Archangelorum, regnum Dei, Cœlum ipſum.* Et iterum: l *oportet hic Angelorum choros eſſe, & Cœlum Eccleſiam facere.* Et de ſancta converſatione: m *Antequàm ad Cœlum perveniamus, terram cœlum jubemur facere.* Et de receptione pauperum, poſtquam dixiſſet, n *Chriſtus per pauperem domum tuam ingreditur*, paulò poſt addit: *ubi autem Chriſtus eſt, ibi Angeli ſunt, ibi cœlum*: Et de Spiritu Sancto effuſo: o *Effuſa eſt gratia Spiritus Sancti, Cœlum terram fecit.* Et de baptizatis loquens: p *Stella de terra micuerunt, ſtellis cœleſtibus clariores.* Et Nyſſenus: q *Cœli ſtellas non vides? Has ſtellas dico quæ ex Patre noſtro nuper exortæ ſtatim Cœlum Eccleſiam reddiderunt?* Et Zeno Veronenſis in eumdem ſenſum, licet verbis diſſimilibus: r *Ætherea gentes exultate.* Quis tamen ideo dixerit Chriſtum aut per pauperes aliter quàm in imagine in domos noſtros ingredi, aut in baptiſmo aliter quàm in ſigno & efficacia eſſe? Quamvis ergò Chryſoſtomus hic dicat, per Euchariſtiam cœlum nobis terram fieri, non ideò Chriſtum aliter in ea eſſe quàm in ſigno intelligit. An verò rurſum Adverſarij ſibi ſpondent nos tanquàm fulgure occæcatum iri his ſequentibus Chryſoſtomi verbis; *quod in cœlis omnium pretioſiſſimum eſt, hoc oſtendam in terra ſitum*; & rurſum, *corpus Regis tibi nunc licet in terris videre?* Verum *fulgur ex pelui* eſt, nocendi vim nullam habens. Annon enim Theodoretus ſimiliter ait, ſ ſcripta Apoſtolica *oſtendunt*, &c, *infantem* (Chriſtum ſcilicet) *tenuibus faſcijs involutum & in præſepi jacentem*? Quis tamen ideò dixerit hæc propriè eſſe ſumenda & aliter quàm in ſigno exponenda & intelligenda? Et ipſe Chryſoſtomus: t *forte dicet aliquis, adducito mihi Prophetam, & cum eadem benevolentia illum ſuſcipiam. Promitte hoc, & adduco tibi Prophetam. Sed quid dico, Prophetam? Ipſum adduco tibi Prophetæ Dominum, communionem noſtrum Deum & Dominum Chriſtum. Ipſe enim dicit, Eſurientem me vidiſtis & aluiſtis.* Quis tamen ideò velit pauperes eſſe propriè Prophetarum Dominum, & in ijs aliter quàm in imagine Dominum adduci & recipi? Dico ergò mentem Chryſoſtomi non eſſe, corpus Dominicum quod ſecundum ſubſtantiam in cœlis & ſupra cœlos eſt, ſecundum eamdem ſimul quoque in terris eſſe, nimirum in Euchariſtia, atque ibidem videri ſubſtantialiter præſens. Repugnaret enim Auguſtino dicenti: u *Secundum præſentiam carnis rectè dictum eſt Diſcipulis, me non ſemper habebitis. Habuit enim illum Eccleſia ſecundum præſentiam carnis paucis diebus; modò fide tenet, oculis non videt*; Et Fulgentio clamanti, x *Vnus idemque ſecundum humanam ſubſtantiam abſens cœlo cum eſſet in terra, & derelinquens terram cum aſcendiſſet in cœlum*; Et Vigilio ſeu Gelaſio ſcribenti; *Quandò in terra fuit, non erat vtique in cœlo; & nunc quia in cœlo eſt, non eſt vtique in terra*: Sed tantummodò intelligere, illud ſacramentaliter ac in ſigno in terra eſſe. Nec enim ſenſus ejus eſt, id aliter in terra eſſe quàm qualiter dicit videri. At non niſi in ſigno videtur, quatenus ſcilicet panis, qui illius ſymbolum eſt, videtur, palpatur, recipitur & editur. Non ergò aliter quàm in ſigno in terra eſt. Adde, Chryſoſtomum abſolutè intelligere illud & videri, in terra ſitum eſſe, & terram cœlum facerè quâ occiſum & mortuum: *circa veſperam hanc*, y inquit, *Chriſtum viſuri ſumus vt agnum jugulatum & occiſum.* Et rurſum: z *cum videris Chriſtum immolatum & jacentem*: y *dum mors hæc perficitur, hoc horrendum ſacrificium, hæc ineffabilia ſacramenta.* Denique in Epiſtolam ad Hebræos: a *quanam hîc dicit* (Apoſtolus) *cœleſtia? Spiritualia. Nam etſi myſticè fiant ſupra terram, ſimul tamen digna ſunt cœleſtibus. Quando enim Domi-*

Chryſoſtomus.

f *De Lazarum, Pauli hom.* 2. ἐπεὶ δὲ ἀπιστοῦσιν τῷ θαύματι, διὰ μαρτύρων πολλῶν αὐτοῖς λέγει, &c. τὴν γῆν ἐρημίαν φησίν;

g *In Acta homil.* 20. καθάπερ δὲ λοιπὸν ἡ γῆ τῆς παρρησίας, καὶ θαυμαστὸν, καὶ ἀπίστων ἔτεκεν.

h *In Pſalm.* 111. ἀλλ' ἐκεῖνα μὲν ἐκεῖνα ἐποίει πρὸ αὐτοῦ τοῦ δόγματος ἐχορήγει.

i *In* 1. *Cor. hom.* 36. διὰ ἐρημίας, &c. ἀλλὰ νῦν ἄγγελοι, τόπος ἐρημία, βασιλεία θεοῦ, οὐρανὸς ἡ ἐκκλησία.

k *In Matth. hom.* 89. Νῦν μὲν γὰρ ἐκεῖνο ἐσθίομεν ἐν εἴδει χειρὸς, καὶ ἐκεῖνο τὸν σύνδουλον πιόμεθα. Vid. & *in* 1. *ad Timoth. hom.* 15.

l *Ibid. hom.* 20. ἐκεῖ δὲ ἐρημία τὸν γῆν ἐρημὸν οὐρανὸν ποιοῦσιν. Id. & 44.

m *In Matth. hom.* 49. χρεὼν ἦν οὐρανὸν ἐπιβαίνειν ἡμᾶς τῆς οἰκείας. Item: ὅπου ἡ χρεία, ἐκεῖ καὶ οἱ ἄγγελοι, &c. οὐκοῦν καὶ ἐρημία.

n *In Matth. hom.* 49. χρεὼν ἦν οὐρανὸν ἐπιβαίνειν ἡμᾶς τῆς οἰκείας. Item: ὅπου ἡ χρεία, ἐκεῖ καὶ οἱ ἄγγελοι, &c. οὐκοῦν καὶ ἐρημία.

o *Hom. de Pentec.* ἐξεχύθη ἡ χάρις ἡ πνευματικὴ, οὐρανὸν τὴν οἰκουμένην ἐποίησεν.

p *Hom. ad Neophyt. ad fin tom.* 2.

q *In Chriſti reſurrect. homil.* 1. ἰδοὺ τὰ ἄστρα ἡμῶν; διὰ τοῦτο λέγω τὰ ἄστρα τὰ ἐν ἡμῖν τοῖς ἁγίοις οὐρανὸν ἐποίησε, καὶ ἀφανὲς ἀθρόως τὸν οἰκουμένην πεποίηκε;

r *ad Neophyt. poſt baptiſm. ſerm.* 5.

s *De Mart. homil.* ἐπιδείκνυσι, &c. βεβαίωσιν ἐκτυπώσεως ἐποιήσατο ἐκ παραδόσεως ἐκκλησιαστικῆς, τοῦ μὲν ἐπὶ σπαργάνοις ἐμφανισθέντος, τοῦ δὲ ἐν φάτνῃ.

t *In Eliam & Viduam tom.* 5. ἐπεὶ οὖν ἐμοῦ φησὶν ἄγε καὶ σὺ προφήτην εὑρόμενος ἐπάγαγε τοῦτο, μὴ ἄγω σοι τὸν προφήτην; αὐτὸν γὰρ τὸν δεσπότην, τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἐν χερσὶν. αὐτὸν γὰρ φησὶν, ὃν πανοῦργοι μὲν οὐδὲν ἐν ἐρήμῳ.

u *In Ioan. tract.* 50.

x *Ad Thraſymund. l.* 2. *c.* 17. *Vigil. Contr. Eutych. lib.* 4.

y *De Sacerdot. l.* 3.

z *In Acta hom.* 21.

a *Homil.* 24. τίνα λέγω οὐρανὸν ἐπιδείκνυμι; τὸν πνευματικὸν· εἰ γὰρ καὶ ἐπὶ γῆς πολιτεύεται, ἀλλὰ τῶν οὐρανίων μετέχει. αὐτὸν γὰρ φησὶν, ὃν πανοῦργοι μὲν οὐδὲν ἐν ἐρήμῳ.

Chryſoſtomus.

nus noſter Ieſus Chriſtus jacet jugulatus, quando advenit Spiritus, quãdo hîc eſt ille qui ſedet ad dexteram Patris, quando ſunt filij per lavacrum & concives eorum qui in cœlis ſunt, &c, quomodo non cœleſtia hæc ſunt? &c. Cœleſtis enim eſt eccleſia, & nihil aliud quam cœlum. At, quâ jugulatum, eum tantum ſignotenus in Euchariſtia eſſe, apud omnes in confeſſo eſt. An poſtremo Adverſarij aliquid ſibi pollicentur ex eo quod Chryſoſtomus comparationẽ inſtituat Chriſti in Euchariſtia jacentis & propoſiti cũ corpore Regis in throno ſedente? id vero rurſum inutiliter. Nam id ipſum Chryſoſtomus de Chriſto in Euangelijs propoſito rhetoricatur: *non hîc caliginem*, [b] inquit, *non fumum, non procellam videbitis, ſed ipſum Regem ſedentem ſuper thronum ineffabilis illius gloriæ, & Angelos atque Archangelos ei aſſiſtentes, & populum ſanctorum cum innumeris illis myriadibus.* At enim in Evangelijs non niſi in ſigno eſſe, nemo, reor, negaturus eſt: Quidni ergo & ſimiliter in Euchariſtia, quæ Evangelium, ſeu *viſibile verbum* eſt quemadmodum [c] Auguſtinus ſacramenta indigetat? Sed vrget Bellarminus hæc verba: *Neque enim Angelos, neque Archangelos, non cœlos, non cœlos cœlorum, ſed ipſum horum omnium Dominum tibi oſtendo*; & ait: *quo loco Chryſoſtomus, ſi ſolum in ſigno Chriſtum in terra eſſe vellet, plane deciperet Auditores, nec anteponeret eum Angelis & Archangelis.* Quamobrem autem? quia, ſubjungit, *quis non malit veros Angelos videre, quam ſolam Chriſti imaginem?* Verum, Levis eſt obiectio. Nam, ut præteream facile reſponderi poſſe, Chryſoſtomum de Angelis, quemadmodum & de Chriſto, non in ſigno videndis agere, ideoque jure merito Chriſtum illis etiam ſic videndum anteponere; dico quamvis loqueretur de Angelis per ſe videndis, quod tamen impoſſibile eſt niſi ſub ſigno corporeo, recte tamen Chriſtum quamvis ſigno tenus conſpiciendum illis præferre, quia non tantum loquitur de eo ſacramentaliter videndo, ſed etiam de eo ſacramentaliter recipiendo, & ad ſalutem edendo: quod multo præſtantius eſt quam Angelum aut Archangelum ſimpliciter aſpicere.

Octavo Bellarminus & Perronius objiciunt hæc verba: [d] *Si Regis filius cum mundo & purpura & diademate tibi ferendus traderetur, quæcumque in terra ſunt abjiceres. Nunc autem non Regium hominis filium ſed ipſum vnigenitum Dei filium recipiens, non eximeſcis, dic mihi, & omnem rerum hujus vitæ amorem ejicis.* At, inquit Bellarminus, *ſi de ſigno Chriſti, non de ipſo Chriſto loqueretur, nullomodo eum cum Regio puero, ſed cum imagine Regij pueri conferret; aut certe ineptiſſimus eſſet.* Sed fallitur, Chryſoſtomum enim loqui de filio Dei in ſigno recipiendo, teſtatur ipſemet in verbis immediate præcedentibus & ab Adverſario omiſſis: [e] *Abſterge itaque animam, & præpara mentem* [i] *ad horum myſteriorum ſuſceptionem.* Myſteria enim Chriſti, propriè & abſque figura loquendo, non magis Chriſtus ſunt quàm ſignum res ſignificata, quamvis propter ſimilitudinem plerumque ipſius rei nomine indigitentur. Nec ideo Chryſoſtomus ineptiſſimus eſt, ut nugatur Bellarminus. Quis enim dubitet, ſignum Chriſti ſacramentale in cibum myſticum & ſpiritualem accipere, quid multo dignius & excellentius eſſe, quam puerum quemlibet Regium cum ornatu ſuo manibus ſimpliciter ferendum accipere, cum illud ſaluti, hoc vero tantum honori ſit? Atque hæc ad primam Adverſariorum objectionem dicta ſint.

Chryſoſtomus.

Tertia objectio ducitur ex homilia vigeſima ſeptimâ, ubi Chryſoſtomus de Euchariſtię communione loquens, ait: [f] *Tu pane vitæ accepto, rem mortis facis, & non contremiſcis.* Et paulo poſt, riſum intempeſtivum, verba inſolentia, facetias, nugas & alia ejuſmodi carpens: *Et hæc facis*, [g] inquit, *Chriſti menſa exceptus, illo die quo dignus habitus es qui lingua carnes ejus tangeres. Quicumque ſis ergo, ne hæc fiant, dextram tuam expurga, linguam, labra, quæ ingreſſui Chriſti fuere veſtibula.* Quod rurſum pariter ait homil. trigeſima in ſecundam Epiſtolam. Quibus verbis addi poſſet quod rurſum ibidem paulò poſt ait: [h] *Audiſti ſacros Hymnos, vidiſti ſpirituales nuptias, menſa regia es exceptus, repletus es Spiritu Sancto, duxiſti choros cum Seraphim, faciſti ſocius ſuperna rum poteſtatum: Ne abjicias tantam lætitiam.* Inde autem Coffetellus duplex elicit argumentum. Unum hoc modo: [i] *Veteres ad invenendum in Euchariſtia non alium eſſe panem quam corpus Chriſti, eam panem vitæ nominarunt, alluſione manifeſta ad verba Domini capite ſexto Ioannis.* Sed levis eſt obſervatio. Nam verum quidem eſt panem Euchariſticum *panem vitæ* appellari: ſed falſum eſt ſic vocari ad ſignificandum illum propriè & ſubſtantialiter eſſe Chriſti corpus. Sic enim indigetatur, quia *in eo virtus eſt ad vivificationem*, ut loquitur [k] Epiphanius, abſque eo quod deſinat *cibus*, id eſt ſubſtantia verus panis eſſe: quemadmodum aqua baptiſmi [l] *aqua vitæ* & *aqua vitalis* Veteribus appellatur, quoniam *per illam divina gratia æternam vitam dat.*, ut obſervat [m] Theodoretus, abſque eo quod deſinat ſubſtantia vera aqua eſſe. Alterum argumentum eſt: [n] *Nota Chryſoſtomum dicere, Chriſtiana labia, eſſe quaſi veſtibulum per quod Chriſtus ingreditur in os Chriſtiani qui carnes ejus lingua contingit.* Verum, vir bonus ſupponit Chryſoſtomum intelligere, Chriſtum per propriam carnis ſubſtantiam labiorum beneficio in os & corpora noſtra ingredi: quod falſiſſimum eſt. Mens enim Chryſoſtomi eſt, labia veſtibulum eſſe Chriſti in nos ingredientis per [o] *corpus ſuum myſticum*, id eſt,

Chryſoſtomus.

per ea,

b *In Matth. hom. 2.* ὑμεῖς δὲ οὐκ ὄψεσθε, οὐδὲ γνόφον, οὐδὲ θύελλαν, οὐδὲ ἀπὸ ἄνωθεν τὸν βασιλέα προβεβλημένον ἐπὶ θρόνου τοῦ ἀοράτου δόξης ἀπείρους, καὶ ἀγγέλων καὶ ἀρχαγγέλων περιεστῶτας αὐτῷ, καὶ τὸν ὄχλον τῶν μυριάδων ἐκείνων.

c *In Ioan. tract. 80.* Ἀλλὰ πολλῷ θαυμαστότερα τούτων ἐστὶ τὰ ἀπόρρητα ταῦτα καὶ ἀπὸ ἀρχῆς ἀθεώρητα τοῖς ἀνθρώποις γενόμενα· ἃ οὐκ ἐν ἐκείνῳ μόνῳ τῷ καιρῷ ἐπεδείκνυτο, ἀλλὰ καὶ πρότερον ἐν τῇ γραφῇ ἦν ἃ πολλάκις ἀκροατὴς ἐγένετο, καὶ μετὰ ταῦτα ἐν τῷ βιβλίῳ τῶν Βασιλειῶν ἐμβαλόντες ἴδωμεν.

d *Si Regis filius cum mundo & purpura & diademate tibi ferendus traderetur, quæcumque in terra ſunt abjiceres. Nunc autem non Regium hominis filium ſed ipſum vnigenitum Dei filium recipiens, non eximeſcis, dic mihi, & omnem rerum hujus vitæ amorem ejicis.* At, inquit Bellarminus, *ſi de ſigno Chriſti, non de ipſo Chriſto loqueretur, nullomodo eum cum Regio puero, ſed cum imagine Regij pueri conferret; aut certe ineptiſſimus eſſet.* Sed fallitur, Chryſoſtomum enim loqui de filio Dei in ſigno recipiendo, teſtatur ipſemet in verbis immediate præcedentibus & ab Adverſario omiſſis: e *Abſterge itaque animam, & præ-*

e ἀπόμαξαι οὖν τὴν ψυχὴν, παρασκεύαζε τὸν ἀληθινὸν τοῦτον καὶ ἀπόρρητον τοῦτο καὶ ἀπὸ ἀρχῆς ἀθεώρητον τοῖς ἀνθρώποις γενόμενον θησαυρόν.

f ἄρτον ζωῆς λαβὼν, πρᾶγμα θανάτου ποιεῖς, καὶ οὐ φρίττεις.

g καὶ ταῦτα ποιῶν τραπέζης ἀπολαύσας βασιλικῆς, καὶ τοῦ ἁγίου σώματος μεταλαβὼν, ἐφ' ᾧ ἄγγελοι λαλεῖν οὐκ ἀξιοῦσι, τοσαῦτα ἐπιχεῖς ἀνόητα. πῶς ἂν, εἰπέ μοι τοῦτο μὴ χίνητον, ἢ ῥᾳθύμως ἔχειν τινὰ ἀξιοῖ, τινὰ δὲ οὐχί, τὴν χεῖλη ἅπερ ἐκείνῳ ἐπέθηκε τῷ ἁγίῳ σώματι ἐκείνῳ ἅψασθαι τῆς ἐμῆς κεφαλῆς, τοσούτου δεῖν ἐκείνου ἀξίαν ὄντος; μὴ εἴπῃς μοι τοῦτο.

h ἤκουσας ὕμνων ἱερῶν, εἶδες γαμικὰς συμπλοκὰς ἀπόλαυσον πανηγύρεως βασιλικῆς, καὶ εἰσῆλθες πνευματικὸν ἔχουσα τὸν νυμφῶνα; μὴ εἴπῃς μοι τοῦτο.

i *Des nomi du S. Sacrem. c. 4. p. 48*

k *In Compend.* κρεῖττον μὲν ὁ ἄρτος, οὐ δύναται δὲ οὐσίαν τὴν οὖσαν ζωὴν ἐργάσασθαι.

l *Iuſtinus dial. contra Trypbon.* τὸ ἐν τῷ ὕδατι τῆς ζωῆς. *Vid. ſupra c. 2. Ad 1. objectum.*

m *In Geneſ. q. 26.*

n *Vbi ſupr. c. 9. p. 151.* o *De ſacerd. hom. 3. tomi 5.* σῶμα μυστικὸν,

per carnis ſacramentum: quemadmodum ait Chriſtum p *per pauperem in domum noſtram intrare, & pauperibus intrantibus ipſum advenire*, quia q pauper *Chriſti imago eſt. Vbi* enim *Chriſti ſignum eſt*, inquit r Damaſcenus de cruce loquens, *ibi & ipſe Chriſtus eſt*; ut jam ſupra obſervavimus. Quod & ipſemet Chryſoſtomus alibi innuit, inquiens: s *hoc membrum eſt* (lingua, videlicet) *per quod tremendum ſacrificium ſuſcipimus, ſciunt fideles quod dicitur.* Et rurſum: u *Non recordaberis aquæ quæ faciei tuæ circumfuſa eſt, Sacramenti* (ſic enim vertit Trapezuntius) *quod labia tua ornavit, & ſanguinis qui linguam tuam coccineam fecit?* Per ſacrificium enim & ſanguinem de quibus loquitur, deſignari panem & vinum corporis Domini ſanguiniſque ejus ſymbola, non verò proprium ejus corpus & ſanguinem, patet, tum ex adjunctione aquæ baptiſmatis, tum ex eo quod ibi ait linguam noſtram eo ſanguine purpuream reddi. Nam Domini proprius ſanguis illam neque rubefacit, nec rubefacere poteſt, ſed tantum ſanguis *myſticus*, id eſt, vinum ſanguinis ſignum. Quod autem tertio loco ſubjungit de ſacris Hymnis, de nuptijs ſpiritualibus, de choreis cum Seraphim & alijs ejuſmodi, Hyperbolica dicta ſunt, ad commendandam ex more potiſſimum apud nondum initiatos ſacramentorum dignitatem, ne illis deſpectui forent: *Doce*, inquit a alibi, *eos qui foris ſunt, te cum Seraphim choreas agitaſſe, te ad cœleſtem populum pertinere, te in chorum Angelorum aſcriptum eſſe, te cum Domino collocutum eſſe, te cum Chriſto eſſe congreſſum.* Et Cyrillus Hieroſolymitanus de baptiſmo: b *Saltabunt circa vos Angeli, & dicent; qua eſt iſta quæ aſcendit dealbata?* Et rurſum: c *mentis oculos aperite, choros Angelicos recogitate, & Deum omnium Dominum præſidentem, & filium ejus vnigenitum ad dextram ſedentem, & ſpiritum ſimul præſentem, thronos autem & Dominationes miniſtrantes, & quemlibet noſtrum ſalvatum & ſalvatam.* d *Iam auribus veſtris, proüt inſtruebamur, perſonet vox illa pulchra, quando ſalvatis vobis Angeli concinent, Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates &c: quando, tanquam columba corpore ſplendidi & anima reſplendentes Eccleſiam ingrediemini.*

Quarta objectio ducitur ex homilia quadrageſima prima, in qua ſic loquitur: e *Non fruſtra defunctorum mentionem facimus in divinis myſterijs, & pro ipſis accedimus, rogantes agnum jacentem* (ſeu *propoſitum*) *qui ſuſcepit peccata mundi: ſed ut inde ijs aliqua ſit conſolatio. Neque abſ-re qui adſtat altari dum tremenda perficiuntur myſteria, clamat, pro omnibus qui in Chriſto dormierunt & ijs qui pro ipſis memorias celebrant.* Cui & ſimilem locum f Perronius adjungit quaſi ex homilijs in Epiſtolam ad Epheſios, cum tamen ſit ex homilia tertiâ in Epiſtolam ad Philippenſes, his verbis: g *Non fruſtra Apoſtoli hanc legem inſtituerunt, ut in tremendis myſterijs defunctorum mentio fiat. Noverant hinc multum illis lucri, multum vtilitatis advenire. Quandò enim plebs vniverſa ſtat manibus extenſis, ac cœtus ſacerdotalis, & tremendum ſacrificium propoſitum eſt, quomodò Deum non placabimus pro ipſis orantes?* At, inquit Perronius, *quodnam lucrum, quamnam pro ijs vtilitatem concipere poterat Chryſoſtomus ex acceſſione ad fruſtum panis, & ad illud in eorum gratiam ſupplicatione?* Bellarminus autem aliter: *Chryſoſtomum apertiſſimè dicere invocari* (*quæ ſpecies eſt ſummæ adorationis*) *agnum in altari jacentem.* Ad Perronium autem quod attinet, tanquam pro certo ſupponit, quod ſanè falſiſſimum eſt: invocationem, ſcilicet, ad ſacramentum dirigi. Nam Chryſoſtomus affirmat, illam non ad ſacramentum, ſed ad Agnum jacentem fieri: quod & rectè Bellarminus obſervat. Quæſtio igitur eo redit, quonam modo Agnus in menſa Euchariſtica jaceat aut propoſitus ſit, an per proprij corporis naturam & ſubſtantiam, an in ſigno & imagine. Prius illud Adverſarij a Chryſoſtomo intelligi volunt: in quo tamen primò non ſibi conſtant. Nam cum ipſimet doceant, Chriſtum, proüt in Euchariſtia exiſtit, h *non poſſe audire*, quam ſtultum & ineptum eſt eum quâ in tali ſtatu conſtitutum invocare? Chryſoſtomus certe non ita ſtupidus fuiſſet. Negat enim Abrahamum a nobis eſſe invocandum, quia nos non audit: *quem*, i inquit, *invocabis auxiliatorem ac adiutorem? Abrahamum? Sed non audiet.* Deindè, & Chryſoſtomo imponunt. Chryſoſtomus enim perpetuo intelligit Chriſtum in Euchariſtia jacere quâ actu jugulatum & mortuum; idque in hiſce homilijs in Epiſtola ad Corinthios etiam innuit, obſervans, k *altare cruentatum eſſe Chriſti ſanguine*, ac in eo nos habere l *ſanguinem è latere profluentem*: quo pacto in Euchariſtia non niſi in ſigno jacet, latentibus Adverſarijs.

Quinta objectio ducitur ex homilia decima octava in ſecundam Epiſtolam, ubi Chryſoſtomus ait: m *Eſt, vbi ſacerdos nequicquam differt ab eo cui præeſt, velut cum tremenda myſteria percipienda ſunt. Similiter enim omnes ad ea admittimur*, &c. *Si quidem omnibus vnum corpus proponitur, vnumque poculum.* Quibus & addi poteſt, quod ait Homilia trigeſima: n *Non vulgariter os noſtrum honoratur corpus Domini accipiens.* Ubi duo urgeri poſſunt. Prius eſt, epitheton tremendorum myſteriorum & tremendi ſacrificij, quod hic & alibi paſſim Chryſoſtomus Euchariſtiæ tribuit. Id enim objicit o Bellarminus & alij, quaſi ex eo ſequeretur

Chryſoſtomus.

p *In Matth. hom. 49.* Χριστὸς δι' ἑαυτὸν ἐπιβαίνει τῇ σῇ οἰκίᾳ. *Et in illud. propter fornicat. tom. 5.* χτίσμα εἰσέρχεται ὁ Χριστὸς πρόσχημα.

q *Salvian. ad Eccleſ. Catholi. l. 2.*

r *De fid. orthod. l. 4. c. 15.*

s *In Pſalm. 140.* τοῦ ἐν τῷ μέλῳ δὲ ἃ τῇ φρικτῇ ταύτῃ θυσίᾳ ἀναδιδόμεθα. ὅταν οἱ περὶ τὰ λειτουργοῦντες.

u *In Matth. hom. 31.* εἶτα ἀναμιμνήσκει καὶ τῶν ὑμνῳδιῶν καὶ χορείας ἐν τοῖς γάμοις; καὶ μέθης καὶ φαιδρότητος ἐν τῷ γάμῳ; a *In illud. Si ofenderit inimicus. tom. 5.* Δέδεκται τὰς ἐξηγήσεις, ὅτι μὴ τὰ ἐπουράνια ἐκφαίνουσι, ὅτι οὐκ ἐν τῇ ἄνω πόλει, ὅτι οὐκ ἐν τοῖς ἀγγέλοις, ὅτι τῷ ἀοράτῳ διαλέγεται, ὅτι τῷ Χριστῷ συνέστιος.

b *Catechef. illum. 3.* χορεύουσι περὶ ὑμᾶς ἄγγελοι, τῆς ἱερᾶς ταύτης ἡμέρας ἐπιφαινούσης.

c *Præfat. Catechef. cit. c. 3. ad 4.*

d κἂν ἀκοὰς τὰς ὑμετέρας ἔτι προσκόπτῃ, ποτέ ποτε ἀκούσεσθε τὸν καλὸν ἦχον ὅτε ὑμᾶς σωζομένους οἱ ἄγγελοι ἐπιφωνήσουσι, μακάριοι ὧν ἀφέθησαν αἱ ἀνομίαι, &c. ὅτε ὡς περιστερὰ τὰς πτέρυγας ἀργυρωθήσεσθε τοῦ πνεύματος καὶ φοινικοῦν τῇ ψυχῇ. e ἀλλ' εἰκὸς μνήμῃ τιμήσῃ τὰ παλαίσαντα ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας εὐσεβείας, τῷ ὑπὲρ ἀνθρώπων ἀποθανόντι, λέγω δὲ τοῦ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τὰ αἱματηρὰ πάθη, ἀλλ' ὅταν ἴδῃς ἐκεῖνον ἀνῳγότα τὸν οὐρανὸν καὶ κατιόντα μετὰ δυνάμεως πολλῆς καὶ δόξης, καὶ τὰ χερουβὶμ περὶ αὐτὸν ἀναπτερυγοῦντα, καὶ πάντα ἐκεῖνα τὰ φρικτὰ ὀπτανόμενα, τότε ἐννοήσεις τὴν τῶν μυστηρίων ἡμῶν ἀκριβῆ διάταξιν, ὅτι ὑπὲρ τούτου τοῦ βασιλέως ταῦτα παρεστήκαμεν ἱερουργοῦντες, καὶ τὸν ἐχθρὸν ἐξορκίζομεν, καὶ τὸν ἀντίδικον ἐκβάλλομεν, καὶ τὸν ἐκεῖθεν ἐλεύσεσθαι προσδοκῶμεν, καὶ τὸν ἐκεῖθεν ἐλεύσεσθαι προσδοκῶντες, ἐπὶ τοῦτον ἀναφέρομεν τὴν θυσίαν, καὶ τοῦτον ἱκετεύομεν, καὶ τοῦτον ἐξιλεούμεθα, καὶ τοῦτον ἐκδεχόμενοι, οἵους αὐτοὺς ἐκεῖνος πολλοὺς ὄντας ἐν τῷ φρικτῷ μυστηρίῳ. ἀμοίους δὲ πάντας αἰτούμεθα τῆς ἀνωθεν, ἵνα μὴ ἕτερα ἕτερα ἀναλάβωμεν ἀντὶ χρυσοῦ, ξύλα καὶ χόρτον ἀναλάβοντες ἢ πλέον τι τῶν ἀφθάρτων, ἐφ' οἷς ὁ θεῖος ἐκεῖνος ἐπιστὰς ἐλέγξει; f *Vid. ſupr. l. 1. c. 27. §. Sexto.*

i *In Epiſt. ad Rom. hom. 18.* ἵνα καὶ λέγωσι σύμμαχον τὸν βασιλέα; τὸν ἀβασάνιστον; ἀλλ' οὐκ ἔστιν. k *Homil. 24. ſupra cit.*

l *In 2. Epiſt. hom. 11.* αἷμα δεῦρο πλυνόμεθα. m ἐπὶ ἧς ἔστιν ἰδεῖν διάκονον ἑστῶτα καὶ ἱερεύοντα, οἷον αὐτὸν ἐκεῖνον πλάνους δίχα τοῦ φρικτοῦ μυστηρίου. ὁμοίως γὰρ πάντες ἀξιούμεθα τῆς ἀνωθεν, καὶ ἐκ πάντων ἡ κάθαρσις πανταχοῦ ἴση. n ἀχ οὐκ ἔστιν ὅτε τὸ σῶμα ἡμῶν τετίμηται τηλικοῦτον ὑπὲρ τὸ σῶμα τὸ διεπολλῶν. o *De Euch. l. 2. c. 34. ſeſt. Prima; Et de Miſſa l. 8. c. 15. ſeſt.* Albaſpinæus traitté de l'Euchar. livre 1. c. 1. pag. 38.

Chryſoſtomus.

queretur proprium Domini corpus ſignis ſacramentalibus ſubſtantialiter contineri ac ſub ijs propriè ſacrificari. Poſterius eſt, quod ſubjungit, vnum corpus omnibus proponi, Dominicum ſcilicet corpus, illudque os noſtrum recipere. Verum in priori toto cœlo aberrant Adverſarij. Vera enim ratio cur Euchariſtia tremendum myſterium appelletur, ea eſt, quod in illa, mortis Dei quæ ſanè quid horrendum eſt, recordatio celebretur. Chryſoſtomus ipſe id declarat. Homilijs enim in Acta poſtquam de Euchariſtia loquens, dixiſſet: [illegible] *dum mors hæc perficitur, tremendum hoc ſacrificium myſteria ineffabilia*, &[illegible]; *Vide enim*, inquit. *Tunc annunciatur myſterium horrendum quod pro mundo ſeipſum Deus dedit.* Undè, & quoniam in baptiſmate eadem quoque mors Dominica repræſentatur, & [illegible] annuntiatur, tremendum pariter (licet & propter alia) myſterium indigetatur & *horrenda* quæ in illo fiunt. Sic enim ipſe Chryſoſtomus, ſivè quis alius inter ipſius opera: q *poſtquam propè tremendam & expetendam ſimul piſcinam venerint*, &c, *ejuſmodi verbis apud Dominum benignum vtimur.* Et in his ipſis in Epiſtolas ad Corinthios homilijs: r *poſt myſticorum illorum & terribilium verborum enuntiationem & tremendas regulas dogmatum è cœlo delatorum.* Clerus quoque Eccleſiæ Apameenſis: s *Sanctum & tremendum tempus baptiſmatis.* Et Cyrillus Alexandrinus homilia in Deiparam, ſi tamen ejus Author eſt: t *Salvè Maria Deipara per quam baptiſma ſanctitatis tremendum & Iordanicum effluxit.* Et Cæſarius Arelatenſis: u *Mare vidit & fugit. Quid vidit? Hoc vtiquè quod in baptiſmo credis debet. Sine dubio illud terribile, profundum atque ſecretum aſſiſtentis inhorruit majeſtatem, & ad præſentiam ſui ceſſit Authoris.* Et rurſum Chryſoſtomus de paſchate legali Chriſti figura: x *Tremenda & terribilia ſunt myſteria, & multum profunditatis habentia.* Quin & hominem eleemoſynarium ſacerdotem appellat, & tùm eum ipſum hominem, tùm pauperes quibus largitur, altare nominans, & hujus altaris cum altari Euchariſtico comparationem inſtituens: *hoc altare*, y inquit, *ex ipſis Chriſti membris conſtitutum eſt, & corpus Domini* (pauper, nimirum) *altare tibi ſit. Hocipſum vetere. In carne victimam Domini immolas. Hoc altare eo quod nunc eſt* (Euchariſtico, videlicet) *magis tremendum eſt, non veteri tantum. Sed nè tumultuemini. Hoc enim* (Euchariſticum) *admirandum eſt propter Victimam in impoſitam: illud autem hominis miſericordis, non propter hoc ſolum, ſed & quia ex ipſa Victima id efficiente Conſtitutum eſt. Admirandum autem rurſus, quia natura Lapis cum ſit, Sanctum efficitur, poſtquam Chriſti corpus accepit, illud verò quia Chriſti corpus eſt, ac proindè magis tremendum quam illud cui tu laicus adſtas.* Et rurſum paulò poſt: a *Ac tu altare quidem illud honores, quia Chriſti corpus capit, hoc autem quod Chriſti corpus eſt injuria afficis & perire negligenter ſinis.* Undè quoque patet ſecundò, quodnam corpus Chriſti illud ſit quod in altari eſſe & de altari recipi & os noſtrum honorare dicit. Nam ſi id de proprio Chriſti corpore intelligeret, quomodò diceret myſticum pauperum altare illo eſſe auguſtius & magis tremendum? Id igitur intelligit de *myſtico* Chriſti *corpore*, ut illud alibi appellat, hoc eſt, de pane ſacramentali ratione ſimilitudinis, (quod b Auguſtinus obſervat) corpus appellato. Subdit autem, *vnum corpus omnibus proponi, vnumque poculum*; quia licet hujuſce panis variæ particulæ communicantibus diſtribuantur, hæc uni, alia alteri, nihilominus myſterio idem panis, idem ſacramentum, idem corpus ſymbolicum ſunt: quemadmodum ipſe in hac ipſa homilia ait, c *baptiſmum eſſe vnum*, quamvis hic & ille alia & altera numero aqua perfundantur. Sic alibi ſe explicans, *ijſdem* d inquit, *myſterijs* (ſeu, *ſacramentis*) *ejuſdem ſpiritalis cibi fruimur.* Et cum eo Ambroſius: e *Ijſdem participat ſacramentis.* Et Theodoretus: f *divinorum ſacramentorum ex æquo ſumus participes.* Et rurſum: *vna omnibus myſtica menſa proponitur, & credentium quique æquali parte fruitur.*

p *Hom. 23.* [illegible] *ὑπὲρ τοῦ φοβερωτάτου θυσιαστηρίου, τοῦ φοβερωτέρου θύματος, &c. ὅταν γὰρ λέγωμεν τότε τὸ μυστήριον τὸ φοβερὸν, ὅτι ὑπὲρ τοῦ κόσμου ἑαυτὸν ὁ θεὸς ἔδωκε. Vid. & Cyril. Alex. in myſticam Cænam tom. 5. parte 2.*

q *In illud, Simile eſt regnum cœlorum tom. 6.* [illegible] *ἐπειδὴ καὶ φοβερὰ ἐστὶ καὶ πολλῆς γέμει παρρησίας, &c. διὰτοῦτο καὶ τὸ φοβερὸν ἐνταῦθα λέγεται.*

r *In 1. ad Cor. hom. 40.* [illegible] *τῶν ἐπαγγελιῶν τῶν μυστικῶν ῥημάτων ἐκείνων καὶ φοβερῶν, καὶ τῶν φοβερῶν τούτων καὶ ἐν τοῖς ἱεροῖς κατηχήσεσι δογμάτων.*

s *In Epiſt. ad Patres Et Epiſcop. ſecund. Syria in Concil. ſub Menna act. 5.* [illegible] *καὶ φοβερὸν καὶ φρικωδέστατον κτῆμα τοῦ φυτεύματος.*

t *χαίροις Μαρία θεοτόκε, δι' ἧς βαπτίσματα ἁγιασμοῦ φοβερὰ καὶ Ἰορδάνης ἐβλύσθη.*

u *Homil. 4.*

x *In Epiſt. ad Epheſ. hom. 23.* [illegible] *καὶ φοβερὰ μυστήρια καὶ πολὺ βάθος ἐστίν.*

y *In 2. ad Cor. hom. 20.* [illegible] *τοῦτο τὸ θυσιαστήριον ἐξ αὐτῶν τοῦ τοῦ χριστοῦ σώματος μέλων· καὶ τὸ σῶμα τοῦ δεσπότου θυσιαστηριάσαι χρεία. αἰδεσθῶμεν τοῦτο αὐτό. ὁ τοῦ σταυροῦ θύσας τοῦ δεσπότου τὸ ἱερεῖον. τοῦτο τὸ θυσιαστήριον καὶ τούτου τοῦ τῶν φρικωδεστάτων, ἐκεῖ τοῦ πολλῷ μείζον. ἀλλὰ μὴ θορυβηθῶμεν. τοῦτο μὲν γὰρ θυσιαστήριον λέγω τὸν ἐπιθήσοντα· ὁ αὐτὸς θυσία· ὁποῖόν ἐστι τὸ τοῦ ἱλασμοῦ, ὃ λέγω τοῦτο μείζον, ἀλλὰ καὶ ὅτι καὶ ἐξ αὐτῶν σύγκειται τῶν θυσίας τῶν πολλῶν. θυσιαστήριον τοῦτο πάλιν, λίθος μὲν ἐν τῇ φύσει, ἅγιον δὲ γίνεται, ἐπειδὰν σῶμα δέξηται χριστοῦ. οὐκοῦν ἐπειδὰν σῶμα ἐν χριστοῦ. ὅτι τῶν φρικωδεστάτων οὐκοῦν ἐστὶ τὰ περίφορτα ὁ λαός.*

a *οὐ δὴ τὸ μὲν θυσιαστήριον τοῦτο ὑμᾶς, ὃν λέγομεν τοῦ χριστοῦ σῶμα, τὸ δὲ οὐκ τὸ σῶμα τοῦ χριστοῦ οὐδὲν δεῖσθαι καὶ αἰσχύνης ἀπολαύειν.*

b *Epiſt. 23.* [illegible] *ἐν τῇ τραπέζῃ μία.*

c *βάπτισμα ἓν καὶ ταὐτὸν ἐν ἐκκλησίᾳ μία.*

d *In Acta hom. 40.* [illegible] *καὶ αὐτοῖς μυστηρίοις καὶ ἀνοίξει πνευματικῆς τραπέζης ἀπολαύουσι. Vid. & in Matth. hom. 33.*

e *Serm. 33.*

f *In 1. Cor. 12. 13.* [illegible] *μυστηρίων θεσπεσίων μεταλαγχάνομεν. Idem & habet dial. 2.* [illegible] *τῶν θεσπεσίων τραπέζης, ἧς οἱ πιστεύσαντες ἴσης ἀπολαύουσι μοίρας.*

CAPUT V.

In quo Soluuntur Objectiones ex Homilijs in Epiſtolas ad Epheſios, Philippenſes, Timotheum, & Hebræos.

PRIMA objectio ducitur ex Homilia tertia in Epiſtolã ad Epheſios, ubi affirmat, inquiunt Bellarminus & g Coffetelus, *Euchariſtiam nihil differre ab illo corpore quod in Cœlo ab Angelis adoratur.* Verba ejus ſũt: h *De illo corpore nobis ſermo, quod ab ipſo illo nihil differt, nec diſtat. Quicumque corporis ſumm participes, quicumq; guſtamus ſanguinem, ſoguemus quod*

g *Des nom. du Sacrem. c. 9.*

h [illegible] *σώματος ἐκείνου ὑπὲρ οὗ λέγομεν, τοῦτο τὸ αὐτὸ οὐδὲν διαφέρει τοῦ μετέχοντος, [illegible] σώματος, ὅτου [illegible] σώματος ἀπτόμεθα, τοῦτό ἐστι ὃ καὶ νῦν λέγομεν, τὸ στρατεύεσθαι τοῖς ἀγγέλοις, τὸ ἀπαθείᾳ δυνάμεως ἴσης, τοῦτο ἀπτόμεθα.*

Royal Society Publishing http://rsta.royalsocietypublishing.org/ Downloaded from rsta.royalsocietypublishing.org on March 26, 2013

Chryſoſtomus.

clamat a Perronius, nihil eſſe in illis verbis ad quod non contremiſcere debeamus. Verum lectoribus melius conſuluiſſet, ſi diſtinctè obſervaſſet quid in illis urgere velit. Vim tamen videtur facere in eo quod Chryſoſtomus ait, *pollutis labijs & manibus audes tangere* αὐτὸν & σῶμα. hæc enim Græca verba ad marginem ſolitaria reponit, ac ex præjudicio ſic vertit, *proprium ipſius corpus*. Sed falſò, tum quoad locutionem, tum quoad verborum ſenſum. Quoad locutionem. Nam ſimpliciter vertendum erat, *ipſius corpus*, aut *ipſummet corpus*; non autem *proprium ipſius corpus*. Nec ex eo quod ſacramentum *ipſum Chriſti corpus* appellat, magis conſequitur illud eſſe proprium corpus, ſeu accuratius loquendo, proprie corpus, quam ex eo quod Nazianzenus ait, b *nos factos eſſe Deum ipſum*, Auguſtinus, nos c *eſſe Chriſtum ipſum*, Chryſoſtomus, pauperes eſſe d *Dominum ipſum*, nos denique e *illud ipſum corpus Chriſti eſſe*; ſequitur nos eſſe proprie Deum, pauperes Chriſtum, & nos Chriſtum, Chriſtique rurſum ſubſtantialiter corpus. Quoad ſenſum uerborum ſimiliter. Mens enim Chryſoſtomi non eſt, *proprium Domini corpus* impuris manibus contingi. Repugnaret Auguſtino dicenti de Chriſto: f *Ipſum jam in cælo ſedentem manu contrectare non poſſumus*: Et Caſſiano clamanti, g *injicere in eum jam manus non potes*. Sed id intelligit de corpore Chriſti in ſigno, ſeu de corpore myſtico, id eſt, de corporis ſacramento. Nec quando ait, *cæli Regem cum male olente anima oſcularis, ſeu ſordidam habens animam*, ſenſus illius eſt, id Chriſto in ſe fieri; ſed id Chriſto fieri dicit, quod ſit ejus ſacramento. Nam *dum ſacramenta violantur*, inquit h Hieronymus, *ipſe cujus ſacramenta ſunt, violatur*. Unde & Auguſtinus hanc Hyperbolicam loquendi formulam exponens, ait: i *quis non irajcatur videns fratres inſidiantes fratribus, fidem non ſervantes oſculo quod figunt ſacramentis Dei?* Nec ipſe Chriſtus eſt proprie loquendo, quem dicit ad tempus manibus teneri & in animam poſtea totum reſolvi, ſed de ſacramento Chriſti, de quo Auguſtinus: k *modicum accipimus & in corde ſaginamur*. Nec Chriſtum ſecundum propriam corporis ſubſtantiam in vaſis Euchariſticis eſſe intelligit: Id enim expreſſè negat Author operis imperfecti inter ejus opera, inquiens; l *in iis non eſt verum corpus Chriſti, ſed myſterium corporis ejus continetur*; ſed in ſigno & ſacramento. Nec denique ſenſus ejus eſt, Regem, id eſt Chriſtum, in Euchariſtica menſa aliter eſſe præſentem, quam per majeſtatem, gratiam, & ſignum ſuum, quemadmodum jam ſupra dixi ad ſimilem objectionem. Intelligit enim Chriſtum adeſſe quâ jugulatum, ut ipſemet paulo poſt obſervat: *Dum effertur hoſtia*, m inquit, *& Chriſtus occiſus, & ovis Dominica.*

a *Pag.* 380.

b *Orat.* 16. Περὶ αὐτῶν.

c *Serm.* 8. *inter. undec. Carthuſ. major. Et de Verb. Domini ſerm.* 53.

d *In Eliam & viduam.* αὐτὸν τὸν ἀνθρωπον.

e *In* 1. *ad Cor. hom.* 24. *ſupr. Cit.*

f *In* 1. *Ioan. Epiſt. tract.* 1.

g *De incarnat. l.* 3. *c.* 10.

h *In Malach. c.* 2.

i *In Pſalm.* 30. *conc.* 2.

k *De Verb. Dñi. ſerm* 33.

l *Homil.* 11. *quæ verba in quibuſdã exẽplaribus nõ ſine frandis ſuſpicione abraſa ſunt.*

m ἀναφερόμενος ὁ ἱερεὺς καὶ ὁ χριστὸς σφαττόμενος, καὶ ὁ ἀναβάτης ὁ ἀπολλύων.

Qua talis autem non adeſt aut præſens eſt niſi in ſigno, fatentibus Adverſarijs.

Chryſoſtomus.

Sed, inquit Bellarminus, *Si Angeli ad altare adſtant cum tremore, quis negare poteſt, ibi aliud eſſe* quam panem? Præclarè. Angeli, qui *Eccleſias replent* (ut notat n alibi Chryſoſtomus ipſe) adſtant, non propter panem, ſed propter ſacramentum, & quidem cum tremore, quia cum Euchariſtia celebratur, *annunciatur*, inquit o Chryſoſtomus, *myſterium horrendum quod pro mundo ſeipſum Deus dedit*. Quis enim ad hujus tam horrendi myſterij celebrationem cum tremore non adſtaret?

n *In aſcenſ. Chriſti.* οἱ πᾶς ὁ ἀὴρ ἀγγέλων ἐμπεπλησται, πολλῷ μᾶλλον ἡ ἐκκλησία;

o *In Act. hom.* 21. *ſupr. Cit.*

Tertia objectio ducitur ex Homillia tertia in Epiſtolam ad Philippenſes. Sed capite præcedenti ad ſimilem p objectionem eam adduximus; expendimus & ſoluimus.

p *Ad object.* 3.

Quarta ducitur ex homilia decima ſexta in primam ad Timotheum Epiſtolam, quam Perronius affert ex homilia quinquageſima quinta ad populum Antiochenum, quæ rapſodia eſt ex q tribus Homilijs conflata. Sed quia eadem eſt cum ſeptima capitis ſecundi, & prima tertij, & prima quarti, nihil ſpeciale habens eam conſulto omittemus ad vitandum repetitionis faſtidium.

q *Ex hom.* 21. *in Ioan.* 29. *ad Hebr.* & 16. *in* 1. *ad Tim.*

Quinta ducitur ex Homilia decima ſeptima in Epiſtolam ad Hebræos; ubi poſtquam Chryſoſtomus egiſſet de oblationibus quæ ſub Veteri Teſtamento fiebant, ſubjungit. ut ipſius quidem verba reddit r Cotonus Jeſuita & parentheſibus illuſtrat ex præjudicio fictis: ſ *Nos vero quid? Nonne quotidie offerimus? Eum offerimus, ſed id facientes ad mortis ejus memoriam. Et hæc hoſtia una eſt, non multæ. Quomodò una, & non multæ? Quia ſemel oblata eſt & in ſanctum ſanctorum delata. Hoc* (quod offerimus) *figura eſt illius.* (hoſtiæ crucis) *& ipſamet*: Perronius autem hanc poſtremam periodum cum ſequentibus ſic profert: t *hoc ſacrificium figura eſt illius. Eundem enim Chriſtum ſemper offerimus; non nunc alterum, ſed ſemper ipſummet, ac proinde ea de Cauſa idem eſt ſacrificium. Quid enim? Quoniam multis in locis offertur, multi ne ſunt Chriſti? Nequaquam: ſed unus ubique Chriſtus, qui & hîc plenus eſt & ibi plenus, unum corpus. Quomodò ergo multis in locis oblatus unum eſt corpus, & non plura corpora, ſic & unum ſacrificium.* Hinc autem concludunt cum u Bellarmino, ſacrificium quod in Euchariſtiæ celebratione perficitur idem eſſe cum eo quod Dominus, in cruce obtulit, videlicet, *quoad rem oblatam, ac utrobique ipſummet proprium Chriſti corpus offerri*. Verum locum hûc depravant. Cotonus quoad verba, omnes quoad ſenſum. Quoad verba. Sic enim vertenda eſt

r *Recent. de Genev. Confirmat. de la* 25. *Depravat.*

ſ τί δὲ ἡμεῖς; οὐχὶ καθ' ἑκάστην προσφέρομεν; προσφέρομεν μέν, ἀνάμνησιν ποιούμενοι τοῦ θανάτου αὐτοῦ. καὶ μία ἡ θυσία, οὐ πολλαί. πῶς μία μᾶλλον ἢ πολλαί; ἐπειδὴ ἅπαξ προσηνέχθη εἰσενεχθεὶς εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων. τοῦτο σκιὰ ἐκείνης τῆς θυσίας, ἐκείνην γὰρ ἐκεῖνο προσφέρομεν. ἀεὶ γὰρ ἐκεῖνο. οὐκοῦν μία ἐστὶν ἡ θυσία διὰ τὸ ἅπαξ προσενεχθῆναι. εἶτα ἐπειδὴ πολλαχοῦ προσφέρεται, πολλοὶ χριστοί; οὐδαμῶς. ἀλλ' εἷς πανταχοῦ ὁ χριστός, καὶ ἐνθάδε πλήρης ὢν τοῦ σώματος, καὶ ἐκεῖ πλήρης, ἓν σῶμα. ὥσπερ οὖν πολλαχοῦ προσφερόμενος ἓν σῶμα ἐστί, καὶ οὐ πολλά σώματα, ἀλλὰ μία θυσία.

t *Pag.* 380.

u *De Miſſa lib.* 1. *c.* 15.

Rom. [illegible] [illegible] [illegible]

Chryſoſtomus.

tatem, eam dicens Chriſti corpus eſſe. At ſi myſteria, licet Chriſti caro nuncupata, carnis naturam haud habent, unum cum Domini carne in cruce oblata aliter eſſe nequeunt quam per relationem quamdam ſimilitudinis. Rurſus & alibi ſic loquitur: l *quid eſt panis? Corpus Chriſti. Quid autem fiunt qui ſumunt? Corpus Chriſti: non corpora multa, ſed vnum corpus.* Nec tamen credo, quis dixerit fideles panem Euchariſtiæ ſumentes corpus Dominicum propriè & eſſentialiter eſſe. Poſtremò in epiſtola ad Cæſarium expreſſe dicit: *antequam ſanctificetur panis panem nominamus, divina autem illum ſanctificante gratia mediante ſacerdote liberatus quidem eſt ab appellatione panis, dignus autem habitus eſt Dominici corporis appellatione, etſi natura panis in ipſo permanſit, & non duo corpora, ſed vnum filij corpus prædicatur.* Quomodo autem panis Euchariſtiæ aliter poteſt vnum eſſe corpus cum hoſtia in cruce oblata quam quomodo imago illud eſt cujus imago eſt, ſi in ipſo, licet Chriſti corpus appellato, ſubſtãtia panis remanet? Tertio, reſpondeo, Chryſoſtomum dicere, *eumdem Chriſtum ſemper offerimus*, non quia propriè & ſtricte loquendo Chriſtus jã à nobis offeratur, ſed quia offeratur in ſigno, hoc eſt, quia ſignum ipſius offeratur. Confirmatur ex eo quod ipſemet hiſce in epiſtolam ad Hebræos homilijs teſtetur, Chriſtum eſſe materiam hujus oblationis quâ occiſum & mortuum, ut ſuprà n oſtendimus, ſub qua ratione Adverſarij ipſi fatentur eum nonniſi repræſentative a nobis offerri. Deinde, ex eo quod paulò antè locum objectum comparationem inſtituens inter oblationes Veteris teſtamenti, & eam quam Chriſtus in cruce obtulit: *quod*, o inquit, *multas oblationes & perpetuò offerebant, oſtendit eos illis non fuiſſe mundatos. Medicamentum enim, verbi gratia, ſi fuerit validum, & ſanitatis effectivum, & omnem morbum abigere valens, ſemel impoſitum id efficit*, &c: *quod igitur ſemper offerrentur arguit imbecillitatem. In Chriſto autem contra. Semel oblatus eſt: figura ſi quidem ſolum typum habent, non virtutem.* Et rurſum homilia ſequenti: p *quoniam remiſit peccata per vnam oblationem, non eſt amplius opus ſecunda.* Nam ſi intelligeret Chriſtum hodiè etiamnùm offerri in ſacrificium reale, *Verum & proprium, vereque propitiatorium*, ut q Adverſarij docent, quomodò non ſimile foret ipſius ſacrificium medicamento invalido, veteribuſque oblationibus repetitione opus habentibus, à quibus nihilominus illud adeò ſollicitè per repetitionis negationem diſcriminat? Denique id apertè docet paulò poſt verba objecta, quandò dicit: r *non alteram oblationem facimus quemadmodum Pontifex olim, ſed eamdem, potius autem oblationis recordationem operamur.* Quis enim non perſpiciat hæc verba, *potius autem oblationis recordationem operamur*, expoſitivè ab ipſo eſſe addita; ut innueret, propriè loquendo nos jam Chriſtum non offerre, ſed oblationis ipſius tantummodò memoriam ac figuram in pane Euchariſtico. Sic & poſt illum Theodoretus: s *Clarum eſt ijs qui in rebus divinis inſtructi ſunt, nos non aliam quamdam oblationem offerre, ſed illius vnius & ſalutaris memoriam peragere.* Et Eulogius: t *tremendum ſacrificium corporis Dominici quod à nobis efficitur, non eſt ſacrificiorum differentium oblatio, ſed victimæ ſemel oblatæ recordatio.*

Chryſoſtomus.

l *In 1. ad Cor. homil. 24. ſuprà Cit.*

m *Citat. c. 1.*

n *Vid. ſuprà cap. 2. ad 2. object.*

o Καὶ πολλὰς προσέφερον, τὸ μηδέποτε αὐτοὺς καθαίρεσθαι δηλοῦντος· οὐδὲν γὰρ φάρμακον, ὅταν ᾖ ἰσχυρὸν, καὶ ἀρκοῦν πρὸς τὸ ἀπαλεῖψαι πᾶσαν νόσον, ἅπαξ ἐπιτεθὲν τὸ πᾶν ἐργάζεται, &c. τὸ δὴ οὖν, ἐπειδὴ ἀσθενὲς, ἀεὶ προσφέρεσθαι. ἐπὶ δὲ τοῦ Χριστοῦ τοὐναντίον, ἅπαξ προσενήνεκται. τὸ δὲ ἀσθενὲς πᾶσαν τίνος ἔχει μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν ἰσχύν.

p Εἰ δὲ ἅπαξ τὰς ἁμαρτίας ἔλυσε διὰ τῆς μιᾶς θυσίας, οὐκέτι χρεία δευτέρας.

q *Concil. Trid. ſeſſ. 22. c. 2. & Can. 1.*

r οὐκ ἄλλην θυσίαν ποιοῦμεν ὁ ἀρχιερεὺς ἐκεῖνος ἀλλὰ τὴν αὐτὴν ἀεὶ ποιοῦμεν, μᾶλλον δὲ ἀνάμνησιν ἐργαζόμεθα θυσίας.

s *In Heb. 8. 4. 5.* Οὐδὲν οὖν τοῖς τὰ θεῖα μυσταγωγοῦσιν, εἰς οὐκ ἄλλην τινὰ θυσίαν προσφέρειν, ἀλλὰ τὴν μίαν ἐκείνην τὴν ἀεί.

t *Contr. Novat. l. 2. apud Phot. Cod. 280.* ἀπὸ ἡμῶν ἐπιτελεῖται ἡ τρομερὰ καὶ κυρία φρικτὴ τελετὴ, ἐ θυσίαν ἐπὶ θυσίαν προσφέρων ἀλλ' ἀεὶ τὴν αὐτὴν προσφερομένης θυσίας ἀνάμνησιν.

CAPUT VI.

In quo Soluuntur objectiones ex primo tomo ductæ.

PRIMA objectio eſt ex homilia ſecunda ad populum Antiochenum, ubi Author ſic loquitur: u *Helias meletem reliquit Diſcipulo, filius autem Dei aſcendens carnem ſuam nobis reliquit, ſed Helias quidem exutus, Chriſtus verò & nobis reliquit, & ipſam habens aſcendit.* De quibus verbis Adverſarij unirum in modum exultant, quaſi res confecta foret, nihilque jam ſupereſſet præterquam triumphum agere. Sed levis bombilatio eſt exigui pulveris jactu facillimè comprimenda. Supponunt enim Chryſoſtomum intelligere, eumdem numero carnem quam Chriſtus aſcendens hinc abſtulit, juxta ſubſtantiam ſuam ſimul hîc nobis reliquiſſe: quod tamen non minus diſtat ab ipſius propoſito, quam cœlum a terra. Nam ſi ita foret, repugnaret Fulgentio poſt Auguſtinum dicenti: a *vnus idemque ſecundum humanam ſubſtantiam abſens cœlo cum eſſet in terra, & derelinquens terram cum aſcendiſſet in cœlum, ſecundum vero divinam immenſamque ſubſtantiam nec cœlum dimittens cum de cœlo deſcendit, nec terram deſerens cum ad cœlum aſcendit.* Et Proclo clamanti: b *fruſtra in terram deſcendit, ſi in terra perpetuo manet.* Et ſibi ipſi alio in loco ſcribenti: c *abſens certè eſt.* Qui enim a terris abeſt, in terris ſimul eſſe non poteſt ſecundum id per quod abeſt. Imò & apertam contradictionem implicaret. Nam qui abit eo ipſo non manet, & viciſſim qui manet, ſecundum id quod abit non manet, ut dictat ſenſus & ratio. Id igitur nullomodo vult, ſed mens ipſius eſt, Chriſtum carnem ſuam juxta ſubſtantiam in cœlum quidem abſtuliſſe, eam verò nobis in ſigno & efficacia reliquiſſe, nempe, in pane Euchariſtico cui gratiam & virtutem ſuam influit. Dico primò, in ſigno. Nam imago, ut

u *Helias* Μελέτην τὸν μαθητὴν ἀπέλιπε· τὸν δὲ ἑαυτοῦ υἱὸν ἀναβαίνων τὴν σάρκα τὴν ἑαυτοῦ ἀπέλιπε· τὸν μὲν οὖν Ἠλίαν ἐκδεδυκότα, τὸν δὲ Χριστὸν καὶ ἡμῖν καταλιπόντα καὶ ἔχοντα ἀναβεβηκέναι.

a *Ad Trãſimund l. 2. c. 17. Vid. Auguſt. in Ioan. tr. 31.*

b *Orat. 8.* εἰκὸς δὲ καὶ τὸν ἐπὶ γῆς, εἰ μένων ἀεὶ ἐπὶ γῆς, ἐπὶ γῆν καταβαίνειν ἐπὶ γῆς.

c *De perſit. Continent. & Virginit.* ἀπόντα μὲν τὸν τόπον ἐπὶ γῆς.

Chryſoſtomus.

tiarum actione: *quid facis*, inquit, *o homo? Præſente Chriſto, Angelis aſſtantibus, propoſita iſta tremenda menſa, fratribus tuis adhuc myſterio communicantibus, relictis illis abſcedis?* Verùm, jam [y] ſupra reſpondimus ad ſimilem objectionem, Chriſtum a Chryſoſtomo præſentem dici, non per corporis ſubſtantiam, ſed per majeſtatem, ſymbolum ac ſignum ſuum, atquè etiam per gratiam elementis panis & vini deſuper additam.

[y] Cap. 3. ad 4. object.

Quarta objectio duci poteſt ex eadem homilia, in qua ſic loquitur: *quando corpore veſceris cibo, poſt menſam ad orationem* (id eſt, gratiarum actionem) *te convertis, dum vero alimentum ſpirituale & creaturam omnem viſibilem excedens participas, tametſi homo ſis & contemptibilis natura, non remanes ad gratias agendas verbis & factis: & quomodo hæc non ſunt extremo ſupplicio digna?*

Sed nihil eſt in verbis illis quod non libenter agnoſcamus. Quis enim dubitet nos in Euchariſtiæ communione panem viſibilem & ſacramentalem edentes, carnem quoque ipſam Domini tanquam ſpiritualem cibum ſpiritualiter manducare? Ad id autem non magis neceſſe eſt eum in ſymbolis Euchariſticis eſſe præſentem, quam viciſſim requiritur Chriſtum in aquis baptiſmalibus eſſe ut eum ſpiritaliter induamus. Mens enim Chryſoſtomi eſt, Chriſtum nobis eſſe cibum, quemadmodum & indumentum: *Habes*, [a] inquit, *maximum indumentum, habes menſam ſpiritualem, habes gloriam deſuper, & Chriſtus tibi omnia ſit, & menſa* (id eſt, cibus) *& veſtimentum, & Caput, & radix. Quotquot enim in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis. Ecce quomodo veſtimentum tibi eſt. Vis diſcere, quomodo & menſa tibi ſit, qui comedet me ait, vivet propter me. Quod autem domus eſt tibi, qui manducat, inquit, carnem meam, in me manet, & ego in eo.* Et rurſum: [b] *Quare veſtimentum appellatus eſt? Quia ipſo cum baptizaretur indutus ſum. Quare menſa nominatus eſt? Quia ipſum edo in participatione myſteriorum.* Denique [c] *Edere voluiſti? menſa tibi factus eſt. Bibere voluiſti? Potus tibi factus eſt: qui edit carnem meam & bibit ſanguinem meum, in me manet & ego in eo. Indui voluiſti? factus eſt tibi veſtimentum: quotquot enim in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis.*

Quinta objectio ducitur ex Homilia tertia de incomprehenſibili Dei natura, vbi reprehendens acerrime populum quod ad ejus concionem frequentiſſime accederent, ad ſacrum autem rariores: *Me*, [d] inquit, *vehemens capit ſuſpirium, quod cum ego conſervus veſter diſſero, multo ſtudio contenditis animum vos mutuo impellentes & ad finem uſque permanentes: quando vero Chriſtum apparituruſque eſt in his ſacris myſteriis, vacua deſertaque redditur Eccleſia.* Quid autem eſt in illis verbis quod Adverſarij ſibi ſuffragari putent? An quod Chryſoſtomus ait, Chriſtum in myſterijs apparere? At ipſemet docent, Chriſtum in Euchariſtia inviſibilem eſſe nec modo non apparere, ſed nec apparere poſſe. Chryſoſtomum igitur dico intelligere, Dominum in myſterijs apparere, prout Archetypum in imagine conſpici, etiam abſentem, ex Veteribus [e] ſupra docuimus. Sed, inquit Bellarminus, *comparatio illa & exclamatio ineptiſſima eſſet ſi nihil in Euchariſtia niſi ſignum haberemus.* Præclarè: quaſi non juſta eſſet querimoniæ cauſa, ad verbum Dei audiendum, ſtudioſe accurrere, ad ſacramentum vero quod viſibile verbum eſt negligenter ſe gerere. Dic vero, quare ineptiſſima? *Potuiſſent enim*, ait, *illi reſpondere, ſe domi ſatis multas habere imagines Chriſti, in quibus eum videre poſſent.* Ridicule prorſus. Nam quamvis daremus Chriſtianos tunc multas habuiſſe domi Chriſti imagines, quod audacter ſupponit, potuiſſet ſane Chryſoſtomus illis regerere, Dominum tamen eſſe videndum in *vera illa imagine* (ut [f] Patres Concilij Conſtantinopolitani loquuntur) *diſpenſationis Chriſti Dei noſtri in carne, quam verus natura vivens creator propria voce nobis tradidit.*

[e] Vid. cap. 2. ad 2. object.

Sexta objectio ducitur ex eadem Homilia, in qua ait: [g] *Tempore illo* (hoc eſt, cum Euchariſtia celebratur) *mi frater, non Homines ſolum clamorem illum tremendum reddunt, ſed etiam* [h] *Angeli Domino ſe inflectunt, & Archangeli orat: habent tempus ſibi commilitans, oblationem auxiliatricem. Et quemadmodum Homines olearum ramos abſcindentes Reges movent, per olea jurculum eos ad benignitatis recordationem inducentes, Sic & Angeli* [i] *pro olea ramis corpus ipſum Dominicum protendentes, Dominum pro Humana natura rogant quaſi dicentes: Nos pro iſte rogamus quoſ tu moriens ſic amare dignatus es, ut animam tuam dederis: pro illo effundimus preces noſtras pro quibus ſanguinem effudiſti, pro iſte oramus* [k] *pro quibus corpus hoc immolaſti.* Hunc autem locum ſimpliciter profert [l] Perronius, nec indicat quid ex eo adverſus nos inferre velit. Ex induſtria, ni fallor. Quid enim in illo eſt quod vel levem moleſtiam nobis faceſſere queat? Nam, ut præteream hæc omnia hyperbolice & oratorie eſſe à Chryſoſtomo dicta, cum manifeſtum ſit eum ſcire non potuiſſe quid Angeli & Archangeli dicant & faciant; an non prorſus ridiculum eſt, id tanquam in terra factum & ſub panis accidentibus, ſumere & exponere, quod ſecundum Chryſoſtomum

[f] Concil. Conſtant. Τὴν ἀπὸ τῆς ἁγίας Θεοτόκου ἐνανθρώπησιν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ ἀληθῶς θεοῦ ἡμῶν, &c. τὴν κατὰ τὴν ἰδίαν ἐνυπόστατον ἀνθρωπότητα ζῶσαν καὶ ἔμψυχον καὶ λογικὴν καὶ νοεράν, &c.

[g] Τὸν τοῦ ἐκείνου καιροῦ λέγω.

[h] προσκυνοῦσι τῷ δεσπότῃ.

[i] ἀντὶ ἐλαίας τὸ ἴδιον σῶμα προτείνοντες.

[k] ὑπὲρ οὗ καὶ τὸ σῶμα τοῦτο προσέφερες.

[l] Pag. 384.

[a] *Ad popul. Antioch. hom. 21.* ἔχεις ἱμάτιον μέγιστον, ἔχεις τράπεζαν πνευματικήν, ἔχεις τὸν ἄμπελον τὸν ἄνω, καὶ πίνεις αὐτὸν καθ' ἑκάστην ἡμέραν, καὶ τράπεζαν, καὶ ἱμάτιον, καὶ οἶκον, καὶ κεφαλὴν, καὶ ῥίζαν. ὅσον γὰρ ὁ Χριστὸς ὑμᾶς ἐνεδύσατο, τοσοῦτον ἐνδύσασθε. ἰδοὺ σοὶ ἱμάτιον ἐστὶ μέγιστον. βούλει πηγήν; τοῦ καὶ τοῦτο Χριστὸς ἐπόθησε. βούλει ποτήριον, ἢ τράπεζαν μυστικήν; φησὶ, λάβετε φάγετε, τοῦτό μού ἐστι τὸ σῶμα, ἢ τράπεζαν μυστικὴν τὸν αὐτὸν τοῦτον ἔθηκε. τί δὲ ἄμπελος; ἐγώ εἰμι ἡ ἄμπελος ὑμεῖς τὰ κλήματα.

[b] *In Pſ. 44.* Διὰ τί ἱμάτιον ἐκάλεσε; ὅτι ἐνεδύσατο αὐτὸν βαπτιζόμενος. Διὰ τί τράπεζα; ὅτι ἐσθίω αὐτὸν τὸν ἀναπεσόντα τῷ μυστηρίῳ.

[c] *De Pentecoſt.* φαγεῖν ἐθέλησας; ἐγένετό σοι τράπεζα, πιεῖν ἐθέλησας; ἐγένετό σοι ποτήριον, &c. ἐνδύσασθαι ἐθέλησας; ἐγένετό σοι ἱμάτιον. ὅσοι γὰρ, &c.

[d] οἰκτίρω ἐγὼ ὑμᾶς, ὅτι ἐν μὲν ταῖς ἀγοραῖς μετὰ πολλῆς ἐσπουδάκατε τῆς ἀκριβείας, ἐν δὲ τῇ ἐκκλησίᾳ μετὰ πολλῆς ἐκλελύκατε τῆς ῥᾳθυμίας· ἐν μὲν τοῖς ἀγῶσι μετὰ πολλῆς ἐστὲ τῆς προθυμίας, ἐν δὲ τῇ ἐκκλησίᾳ μετὰ πολλῆς ἐστὲ τῆς ἀκηδίας.

Chryſoſtomus.

mum in cœlo fit ab Angelis ea ipſa hora qua Euchariſtia a nobis celebratur in terris? Loquitur enim Chryſoſtomus eo ipſo ſenſu quo de Martyribus Juventio & Maximo panegyricè dicebat: m *Hi capita abſciſſa in manibus geſtantes & in medium proferentes, jure omnia quæ voluerint à Rege cœlorum impetrare poſſunt.*

Septima objectio ducitur ex Homilia ſequente, ubi ait, quemadmodum illum adducit Perronius: *Vt tempore inſtante quo Iudex prodire & pro tribunali ſedere ſolitus eſt, cuſtodes carceris, homines quos in Vinculis tenent omnes è carcere educunt, & pro cancellis ſepti ſorique collocant, ſqualentes, ſordentes, coma prolixa, & pannis amictos, ſic Patres conſtituerunt ut quum brevi Chriſtus velut pro tribunali ſedere & in ipſis apparere myſterijs futurus eſſet, Energumenos* (id eſt, *homines a Diabolis poſſeſſos*; ſic enim vocabulum Energumeni qui in textu non eſt, per illa ipſamet quæ in textu græco ſunt ridiculè admodum Perronius ἐνεργουμένους reddit, *tanquam ferro & catenis onuſtos adduci, non vt rerum quas commiſiſſent examen ſubirent, & ſupplicium, ſed vt populo præſente communes pro ijs fierent ſupplicationes.* Quid autem eſt, oro, in illis verbis quod Perronio faveat? An quod Chryſoſtomus ait, Chriſtum in myſterijs apparere? Sed jam ſupra reſpondimus ad ſimilem objectionem, ſenſum ejus eſſe, Chriſtum in illis apparere quemadmodum archetypum apparere ſolet in imagine. An vero, quod rurſum dicit, Chriſtum in ipſis myſterijs tanquam in tribunali ſedere? Sed jam ſuprà obſervavimus eum ſimiliter de Evangelio loqui: *non hîc*, inquit, *caliginem, fumum aut procellam videbitis, ſed Regem ipſum ſedentem ſuper thronum ineffabilis gloria.* Quod tamen in ligno ſimpliciter eſt intelligendum. Cum autem Euchariſtia ſymbolum ſit noſtræ a Diaboli jugo & tyrannide liberationis, ideò de more erat, cum ea celebraretur, Energumenos adducere, ut ad communem Dominum per meritum mortis ejus, cujus memoria ſacramento viſibili quaſi ea adhuc fieret, tum peragebatur, preces pro illis fierent. Solet enim Chryſoſtomus de Euchariſtia loqui, quaſi de ipſo Domini cruento ſacrificio, quaſi de morte præſente, *dum hæc mors perficitur*, inquit, id eſt, hoc mortis ſymbolum, hæc graphica repræſentatio: ac de conſequenti ejus celebrationem tanquam tempus, ad Dominum flectendum, maxime oportunum ſpectare: *tunc*, a inquit, *annunciatur myſterium horrendum, quod pro mundo ſeipſum dedit Deus. Cum hoc mirabili oportunè memor eſt eorum qui peccarunt. Quemadmodum enim quãdo Regum trophæa celebrantur tum etiam celebrantur qui victoriæ ſocij fuerunt, dimittuntur autem qui ſunt in vinculis per illud tempus; Vbi autem tranſierit dies ille, qui nihil aſſecutus eſt, nihil obtinet; ita ſane & hîc, Trophæorum & victoria celebranda tempus eſt: quoties enim, inquit, manducatis panem hunc, mortem Domini annuntiabitis.*

Chryſoſtomus.

Octava denique objectio ducitur ex homilia de Beato Philogonio, ubi ſic loquitur: b *Magi, homines barbari & alienigenæ ex Perſide accurrunt, ut illum* (Chriſtum) *videant in præſepi jacentem, tu verò qui Chriſtianus es ne breve quidem ſpatium emetiri ſuſtineas, ut hoc fœlici ſpectaculo fruaris. Nam ſi cum fide acceſſerimus, omnino videbimus illum in præſepi jacentem: ſi quidem hæc menſa vicem explet præſepis. Nam & hîc jacet corpus Dominicum, non faſcijs involutum ſicut tunc, ſed ſpiritu undique Sancto involutum. Qui myſterijs initiati ſunt, intelligunt quæ dicuntur. Magi quidem nihil aliud quam adorarunt, tibi vero, ſi cum pura conſcientia acceſſeris, nos concedemus ipſum ſumere, & domum abire.* Locum nemini ferè Adverſariorum prætermiſſum: tantoperè de illo gloriantur. Quàm fruſtra autem, jam d ſupra manifeſtum fecimus ad ſimilem objectionem. Sed non pigebit iterum in ejus explicatione morari. Primò enim reſpondere poſſum, Chryſoſtomum hîc non intelligere viſionem corporalem Chriſti tanquam in menſa Euchariſtica per corporis ſui ſubſtantiam reapſe præſentis, ſed mentis intuitum per ſigna Euchariſtica excitatam, prout illa ſolet *res etiam diſtitas* non modò *cernere*, ſed & *evidentius cernere quam oculi*, ut ipſemet Chryſoſtomus e alibi obſervat. Sic enim Hieronymus ad Marcellam: *Sepulchrum Domini quotieſcumque ingredimur, toties jacere in ſyndone cernimus ſalvatorem involutum.* Et de Paula loquens: f *Me audiente jurabat cernere ſe oculis fidei infantem pannis involutum, vagientem in præſepi, Dominum Magos adorantes*, &c. Et in hac ipſa homilia Chryſoſtomus: ff *Domini ſedens, ſi multam pietatem exhibeas, multamque cordis compunctionem, potes illum videre.* Unde nemo, reor, colligere voluerit, Chriſtum aut in ſepulchro, aut in præſepi aut in cujuſque domo realiter etiam-num jacere. Rhetoricè enim id dictum eſt de Contemplatione mentis, quod & diſertè obſervat, ſive Sophronius, ſive quis alius Author tractatus de aſſumptione B. Virginis inter Hieronymi opera: *Ad præſepe*, inquit, *o Paula, te taſle, nato puero inter crepundia novi partus, & querelas neſcij ploratus*, &c. *Magos tria deferentes*

m *De Invent. & Maximo.* ἐνῦβι τὰς κεφαλὰς ἀπὸ τῶν σωμάτων ἀφαιρεθέντας ἐπὶ τῷ Χριστῷ βασιλεύοντι. δυνήσονται γὰρ πάντων ὧν ἂν ἐθέλωσι παρὰ τοῦ βασιλέως τῶν ὅλων τυχεῖν δύναμιν.

n *De incomprehens. natur. Dei hom.* 4. ἵνα καὶ μάθητε ὅσῳ τὸ ὑψηλὸν ἀνθρωπίνης βάσεως ἐστὶ δυνάμεως, τὰς ἀκροτάτας ἡμῖν ἀπὸ τῶν ἀνθρωπίνων ἀφορίσας πραγμάτων, &c.

o *In Matth. homil.* 2. ὁ γοῦν ὄφις ἐδείκνυτο, ἀλλὰ φύσεως, ἀλλ' οὐκ ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ βασιλεία νοηθήσεται ἐπὶ τοῦ ἄρνου τὸ ἀκρότατον ἔχειν δεξιᾶς.

p *In Acta hom.* 21. ὁ ἄνθρωπος ἐπιτελεῖται ἀναίμακτος θυσία.

q *In Acta hom.* 21. πῶς γὰρ ἐκεῖνα τὰ μυστήρια τὸ φρικτόν; ὅτι ὑπὲρ τοῦ κόσμου ἑαυτὸν ὁ θεὸς παρέστησεν ἐκεῖνα ἀναμιμνήσκων ἀνθρώπους τὸ ἀναιμακτότατον. καθάπερ γὰρ ἔστι καὶ ἐπὶ νίκαις ἐπινίκια ἄγεσθαι, τότε ἐφάπτεσθαι μὲν οὐκ ἔστι τῶν ἐν δεσμοῖς ὄντων ἀφιέναι δὲ ἔστι τοὺς ἐν δεσμοῖς ὄντας. οὕτω δὴ καὶ ὁ τότε καιρὸς ἐστὶν ἐκεῖνος. ἐν ᾧ τὸν ἀγῶνα τὸν ὑπὲρ τοῦ παντὸς ἀνύσας ὁ Χριστὸς ἀνέβη τὰ ἐπινίκια ἄγων. καθάπερ γὰρ ἔστι καὶ ἐπὶ νίκαις ἐπινίκια ἄγεσθαι, τότε ἐφάπτεσθαι μὲν οὐκ ἔστι τῶν ἐν δεσμοῖς ὄντων ἀφιέναι δὲ ἔστι τοὺς ἐν δεσμοῖς ὄντας. οὕτω δὴ καὶ ὁ τότε καιρὸς ἐστὶν ἐκεῖνος. ἐν ᾧ τὸν ἀγῶνα τὸν ὑπὲρ τοῦ παντὸς ἀνύσας ὁ Χριστὸς ἀνέβη τὰ ἐπινίκια ἄγων.

b μάγοι μὲν βάρβαροι ἀπὸ Περσίδος τρέχουσιν, ἵνα αὐτὸν ἴδωσιν ἐπὶ τῆς φάτνης κείμενον· σὺ δὲ ὁ χριστιανὸς, μικρὸν οὐδὲ τοῦτο ἐθέλεις ἐπιμεῖναι, ἵνα τῆς μακαρίας ταύτης ἀπολαύσῃς θεωρίας. ἐὰν γὰρ σὺν πίστει προσέλθωμεν, πάντως αὐτὸν ὀψόμεθα ἐπὶ τῆς φάτνης κείμενον. ἡ γὰρ τράπεζα αὕτη, τάφου τοῦ φάτνης ἐστὶ τάφος, ἀλλὰ πολλῷ τιμιωτέρα· οὐ γὰρ σῶμα νεκρὸν ἐνταῦθα κεῖται, ἀλλὰ κύριος πάντων. οὐ μεμνημένοι τοῦ λυτρώματος. εἰ μὲν οὖν μάγοι ἀσυνείδητοι ὄντες, οὐδὲ ἑαυτοὺς ἐξετάσαντες, ἀλλὰ τὸν ἀστέρα μόνον ἰδόντες, ἐπὶ τὴν Ἰουδαίαν ἐπορεύθησαν, καὶ ἐκεῖνον εὗρον τὸν ἐν τῇ φάτνῃ κείμενον, καὶ προσεκύνησαν αὐτῷ, καὶ τὰ δῶρα προσήνεγκαν αὐτῷ, καὶ ἐχάρησαν χαρὰν μεγάλην, καὶ ἀνεχώρησαν εἰς τὴν ἑαυτῶν· πόσῳ μᾶλλον ἡμεῖς ἐὰν μετὰ καθαρᾶς συνειδήσεως προσέλθωμεν, οὐ μόνον αὐτὸν ὀψόμεθα, ἀλλὰ καὶ μετὰ καθαρᾶς συνειδήσεως ἀπολαβόντες αὐτὸν εὐφρανθησόμεθα, καὶ ἀπελθόντες εἰς οἴκους.

c *Perron p.* 373. *Bellarm. & alij.* d *Cap.* 4. *ad object.* 6. *in object.* e *In epiſt. ad Galat* 3. 1. τὸ πίστιν ἔκκεινται τὸν ἰχθὺν, καὶ τὸ πορεύεσθαι ἐπικαμπτειν ἐφη, &c. Item. ἀλλὰ ὅτι μὴ τοῖς πίστιν ἐφελκομένοις ἀόρατα ἐστὶ, καὶ τὸ παρεῖναι οὐκ ἔστι τοῖς μὴ πιστεύουσιν. f *In Epitaph. Paulæ.* ff εἶπε καθήμενον, ἐνταῦθα ἐπιδεικνύμενον, καὶ πολλῶν τῶν κατανύξεων, ὄψει ἰδεῖν.

mulierem

Chryſoſtomus.

munera in viſione beatis oculis conſpexiſti, &c, *cum eiſdem magis Deum puerum in præſepio adoraſti.* Et rurſum: *tu ea melius referabis, quæ neſcio per ſpeciem aliquam, aut certè in Spiritu vidiſti.* Chryſoſtomum autem in eumdem ſenſum loqui, apertè innuunt ſimilia illa verba quibus hic utitur: *Si cum fide acceſſerimus, omnino videbimus illum in præſepi jacentem.* Et rurſum de menſa Euchariſtica, præſepi myſtico loquens: *Nam & hîc jacebit corpus Dominicum.* In textu Græco enim habetur κείσεται, quod verti debet, *jacebit*, non autem *jacet*, aut *ponitur*, ut illud Perronius, Bellarminus & alij [g] malè vertunt ex præjudicio, nè Lectori pateat, Chryſoſtomum loqui de fidei & mentis intuitu, quæ res etjam abſentes contemplari ac cernere poteſt. Verum demus illis Chryſoſtomum dixiſſe, κείσεται, quemadmodum Fronto Ducæus notat unum ex codicibus Regiæ Bibliothecæ habere ac de intuitu, non fidei, ſed oculorum loqui; Poſſum ſecundo reſpondere, nec minus ſolide, Chryſoſtomum intelligere, Chriſtum in menſa Euchariſtica & jacere & videri, & de manu Euchariſtiam diſtribuentis ſumi, non in re, ſed in ſignificante myſterio; quemadmodum Gregorius Nyſſenus de Evangelio loquens ait; [h] *Illic video filium hominis venientem e cœlis, per aëra non ſecus ac per terram incedentem*, &c: Et Gregorius I. [i] *Vobis adhuc parvulis incarnationis ejus tantummodo lambendum ſanguinem trado*, videlicet, per prædicationem crucis Dominicæ. Neque enim Chriſtus aliter in Evangelio, aut ſanguis ejus in ore crucem prædicantis, aliter quam in ſigno eſt. Quod autem Chryſoſtomus addit, corpus Dominicum (in ſigno, ut dixi, in menſa Euchariſtica jacens) eſſe undequaque Spiritu Sancto involutum, id ab eo ductum eſt, quia corpus Domini in ſigno & ſacramento, ſeu, propriè loquendo, ſacramentum corporis Chriſti adventu Spiritus Sancti conſecratur & ſanctificatur, quemadmodum & aqua baptiſmatis. Sic enim poſt multos alios Chryſoſtomus ipſe: *Adeſt*, [k] inquit, *ſacerdos non ignem geſtans* (ut olim Helias) *ſed Spiritum Sanctum, & preces in multum extendit*, &c, [l] *ut gratia in ſacrificium decidat.* Et rurſum: Sacerdos ſtat ante *ſacram menſam manus in cœlum extendens, invocans Spiritum Sanctum ut adveniat & propoſita tangat.* Et paulò poſt: *gratiam tribuit Spiritus, advenit & propoſita tangit.* Undè & quia Spiritus Sanctus igni quoque comparari ſolet, Chryſoſtomus in hac ipſa homilia de B. Philogonio, ait, [m] *menſam igne ſpirituali eſſe plenam*; quemadmodum Gelaſius Cyzicenus de aquis baptiſmatis ſcribit, *eas igne divino & Spiritus ſanctificatione plenas eſſe.* Nec juuaret objicere, eum menſam Euchariſticam cum præſepi non comparaturum; niſi Chriſti corpus reapſe in illa foret quemadmodum erat in præſepi. Nam, ut prætermittam pariter concludi poſſe, Chriſtum in ſe ac proprie in Euchariſtia à nobis videri, ſicut Magi eum in præſepi viderunt, ſi quidem Chryſoſtomus ait, *nos eodem quo illi ſpectaculo frui*: quod tamen ipſi Adverſarij non concederent, & quidem meritò; illud quoque falſum eſſe Chryſoſtomus ipſe alibi innuit, de pauperibus tanquam de ipſo Chriſto loquens, quemadmodum hîc de ſacramento tanquam de ipſius Domini corpore, & eodem Magorum exemplo utens: *ſi*, [o] inquit, *tunc Barbari in honorem Domini aurum obtulerunt, qualis tu eris ei non elargiens indigenti? Si tam longo itinere venerunt ut natum conſpicerent, qualem habebis tu excuſationem qui nè unum quidem vicum ad infirmos & vinctos inſpiciendos tranſis*; &c? *Illi aurum obtulerunt, tu verò panem vix tribuis. Illi viderunt ſtellam & gaviſi ſunt: tu autem ipſum videns Chriſtum peregrinum & nudum, non flecteris?* Quis tamen dixerit ob comparationem illam, pauperes Chriſti ipſius nomenclatura honoratos propriè & ſubſtantialiter, ac non ſigno tenus ipſum eſſe Chriſtum? Chryſoſtomus utrobique ſic loquitur, pauperes, Chriſtum, & panem Euchariſticum Dominicum corpus appellans, ad hunc & illos cum emphaſi majore commendandos: ac rurſum de Euchariſtia ſic loquitur ratione quadam ſpeciali, quia videlicet agens coram noninitiatis, ut patet ex hac concione, *initiati intelligunt quæ dicuntur*, ſymbolum Euchariſticum, id eſt, panem, pro more verebatur nominare. Sic enim & alibi nominationem illius ex induſtria ſupprimens in loco Apoſtoli citando: *qui manducat*, [p] inquit, *& bibit indignè Domini, judicium ſibi manducat & bibit.* Sed quid tantum temporis tero in inveſtigando, utrum Chryſoſtomus cenſeat Dominum in præſepi ſpirituali, id eſt, in ſacra menſa, per corporis ſui ſubſtantiam an per ſignum ejus tantum modo eſſe? Litem diriat Proclus ejuſdem Eccleſiæ non longè poſt Chryſoſtomum præſul, jam a nobis [a] ſupra laudatus; *Loco præſepis*, inquit, *altare veneremur, loco infantis panem complectamur ab infante benedictum.* Quî enim clarius, apertius & diſertius affirmare potuiſſet in menſa Euchariſtica propriè loquendo infantem, id eſt, Chriſtum non eſſe, ſicut erat in præſepi, ſed illius loco panem ab ipſomet Chriſto benedictum?

Chryſoſtomus.

g *Coffitell. de nomin. Sacram. c. 10.*

h *De pauperib. amandor. t.* [illegible] *ſ. ſer.* 32.

i *Moral. l. 31. c. 36. al. 21.*

k *De ſacerdot. lib. 3.*

l *In Cœmeterij appellat. hom. 5. ſer. 32.*

m *In ſ. Philogonium.*

n *In Diatyp. ſuſ. de baptiſm. c. 4.*

o *In Matth. hom. 7.*

p *Im 1. ad Cor. hom. 28.*

a *Cap. 4. ſ. 1. objiſt.*

Chryſoſtomus.

CAPUT VII.

In quo Solvuntur Objectiones è tomo Secundo ductæ.

PRIMA objectio duci poteſt ex homilia tertia de Davide & Saule, ubi Chryſoſtomus Davidis manſuetudinem exaltans, ait: *Non viderat*, inquit, *Chriſtum crucifixum, nec pretioſum ejus ſanguinem effuſum, nec innumeros audiverat de philoſophia Domini ſermones.* b *Nonilli contingit talem guſtare hoſtiam* (qualem nos) *neque particeps fuerat ſanguinis Dominici: ſed legibus imperfectioribus eductus, neque tale quicquam exigentibus* (quale ſcilicet noſtræ exigunt) *tamen ad Evangelicæ philoſophiæ faſtigium quodin gratia conſiſtit, pervenit.* In quæ verba quis ſpecioſè obſervare poſſet, per hoſtiam & ſanguinem Dominicum de quibus loquitur, non deſignari, nec corpus & ſanguinem myſticum, hoc eſt, corporis & ſanguinis Dominici ſacramentum, quoniam Vereres ſacramenta corporis Chriſti habuerunt, ſicut & nos; nec corpus ipſum proprium, ſanguinemque Dominicum per fidem accepta, quoniam negari non poteſt Davidem de tali hoſtia ſpiritualiter guſtaſſe: ac proinde Chryſoſtomum loqui de proprio corpore & ſanguine Domini ore acceptis & deguſtatis, quia hac ſola ratione David ea non deguſtavit. Sed facilis eſt reſponſio quocumque ſenſu ſumatur hoſtia illa, ſanguiſque Dominicus, id eſt, ſive de proprio corpore & ſanguine, ſive de corpore & ſanguine myſtico. Nam ſi de proprio Domini corpore & ſanguine, Chryſoſtomi mens erit, Davidem aut non reſciviſſe aut obſcurè admodum cognoviſſe carnem Domini ad mortem eſſe dandam, ſanguinemque ejus effundendum, ac proinde qua talia, aut non deguſtaſſe, hoc eſt, amplexum eſſe, aut admodum exiliter. Sic enim ſe alibi explicat, inquiens: c *Iudæi Paſcha peragebant, ſed tanquam in ſpeculo & enigmate. Ineffabilia autem hæc myſteria, neque illi in mentem accipiebant, neque intelligebant quid illo prænunciaretur. Ovem videbant mactari, & ſanguinem beſtiæ, & portas eo inunctas. Quod autem filius Dei incarnatus mactandus foret & totum orbem terræ liberaturus, Græciſque & Barbaris ſanguinem ſuum guſtandum daturus, &c, hæc, neque illorum quiſpiam, neque aliorum hominum vllus, aut cognovit, aut in mentem inducere potuit.* Sin autem de corpore & ſanguine myſtico Chriſti, id eſt, de ſacramento corporis & ſanguinis ejus ei ſermo ſit, Senſus ejus erit, Davidem non deguſtaſſe carnis Dominicæ mactatæ ſanguiniſque ejus effuſi ſigna, qualia noſtra ſunt, videlicet, adeo clara, aperta & perſpicua, ſed propter intelligentiæ defectum admodum obſcura. Sacramenta enim noſtra ex omnium Veterum mente veteribus ſignis multo ſunt *Luculentiora*: tanquam *indicia rerum completarum*, ut d ſupra a nobis prolixè eſt obſervatum. Sic autem & ipſe Chryſoſtomus alibi ſe explicat: e *Conſidera quali ſanctitate præditus eſſe debeas tu qui ſigna multo majora accepiſti quam ea quæ ſanctuarium olim habuit. Non enim Cherubinos habes, ſed Cherubinorum Dominum* (in ſigno perſpicuo & efficaci videlicet) *inhabitantem; nec urnam nec manna, nec tabulas lapideas, nec Virgam Aaron, ſed corpus & ſanguinem Dominicum, & Spiritum prolatum, & gratiam cogitationem hominum excedentem & dictum inenarrabile. Quanto ergo majoribus ſignis & tremendis ſacramentis dignatus eſt te Deus, tantò major tibi præſtanda eſt ſanctitas.* Per corpus enim & ſanguinem Dominicum ab eo intelligi corpus & ſanguinem myſticum, ut illa quandoque appellat, hoc eſt, ſigna corporis & ſanguinis, manifeſte patet tum *ſymbolorum* nomine quod illis tribuit, & *tremendorum ſacramentorum* appellatione, tum ex illorum cum alijs ſignis comparatione & oppoſitione.

Secunda objectio duci poteſt ex homilia trigeſima quinta in Geneſin, ubi Chryſoſtomus de Melchiſedeko Abrahamum convivio excipiente loquens, ait: *Vide, quomodò per honorem Patriarchæ delatum, myſterium aliquod nobis inſinuetur. Protulit enim panes & vinum.* f *Videns autem typum conſidera quoque veritatem, & mirare divinæ ſcripturæ vim, quomodo longe antè & ab exordio quæ futura erant præindicavit.* In quem Locum forſan aliquis notare poſſet, Euchariſtiam appellari veritatem panis & vini Melchiſedek, ac proindè illam non eſſe ſubſtantialiter panem & vinum, ſicut illa. Sed inanis eſt conſequentia. Pariter enim dicerem, aquam baptiſmj non eſſe veram ſubſtantia aquam, quia paſſim appellatur a Veteribus antiquorum baptiſmatum veritas. Sed audiamus Veteres ipſos ſupra memoratam conſequentiam nobiſcum negantes. Euſebius: g *Salvator & Dominus noſter primus, deinde omnes qui ab eo ſunt ſacerdotes, per omnes gentes ſpiritualem Hierurgiam ſecundum leges eccleſiaſticas exercentes, pane & vino myſteria corporis & ſanguinis ſalutaris ejus deſignant, cum Melchiſedek Spiritu divino hæc præviderit, & rerum futurarum imaginibus præluſus ſit.* Nota, *præluſus ſit.* Auguſtinus: h *Vbique offertur ſub ſacerdote Chriſto quod protulit Melchiſedek quando benedixit Abraham*, Et i *qui ſunt participes ejus vident tale ſacrificium nunc offerri Deo toto orbe terrarum.* Denique ipſemet Chryſoſtomus: obſervans Dominum dici ſacerdotem ſecundum ordinem Melchiſedek k *propter myſteria, quia ille quoque panem & vinum*

b οὐκ ἐπιλαμβάνει θείας τραπέζης, ἀλλ' ἀμυήτου μυσταγωγίας ἀπολαύει.

c In 1. ad Cor. hom. 34. Ἰουδαῖοι ἐπετέλουν μὲν τὸ πάσχα καὶ τὸ σφάγιον καὶ τὸ ἀζύμων καὶ τὸ πρόβατον· ἀλλ' ἐν αἰνίγματι ταῦτα μυστήρια, καὶ οὐκ ἦν ποτὲ ἐλαύνων, οὐδὲ τίνα ἔμελλε τὰ ἐπαῖσια σφάττειν ἀπὸ τούτων ἐφαντάζοντο, οὐδὲ αἷμα ἀλλόγου, καὶ θύρας χριόμενας αὐτῷ· ὅτι ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ σφαγήσεται τῷ τῶν οἰκουμένων λαῷ πᾶσιν, καὶ θάνατον ὑπὲρ πάντων ὑποστήσεται τοῦ κόσμου, καὶ τοσαῦτα ἄλλα ἐροῦμεν, ἃ οὐδὲ ἐν ὀνείρατι τις ἂν ἐφαντάσθη τῶν ἐκεῖσε βαλλόντων ποτέ.

d Lib. 1. c. 28. Et l. 2. in Euſeb. c. 1.

e In Pſalm. 133. πόσης εὐσεβείας ἀπαιτοῦμεν σε δοῦναι τῇ τοσαύτῃ μετουσίᾳ· σκήνωμα γὰρ ἔχεις οὐκ ἄνθρωπον, ἀλλὰ Θεὸν τὸν ἐπὶ πάντων Θεόν· καὶ χερουβὶμ ἔχεις, ἀλλ' αὐτὸν τὸν τῶν χερουβὶμ δεσπότην ἐνοικοῦντα· ἀλλὰ σημεῖον, καὶ πνεῦμα, καὶ πολλῷ λαμπρότερα, καὶ μᾶλλον ἀφθονώτερα· ἀλλὰ σῶμα καὶ αἷμα προτεθεικώς, καὶ τοσοῦτον μᾶλλον ἀπαιτεῖ σε ἀκριβῆ τὴν ἀναθήκην. ὅσῳ γὰρ μείζονα ἐπιδείκνυται τὰ εὐεργετήματα, τοσούτῳ καὶ ἐπιτιμίων ἐστὶ μείζων ὁ ἀπαιτούμενος καρπός. οὐκ ἐν λίθοις γὰρ ἡ πολιτεία σου, οὐδὲ ἐν ξύλοις, ἀλλ' ἐν ψυχῇ λογικῇ.

g Demonſtrat. l. 1. c. 3. in Euſeb. ſuper. Citat.

h De Civit. Dei l. 17. c. 17.

i Contr. Adverſ. leg. l. 1. c. 20.

k In Pſalm. 109. ὡς ἱερεὺς μυστικός, ὅτι καὶ οὗτος προτίθησι τὴν Ἀβραμιαίαν

Digitized by Google

Chryſoſtomus.

& vinum Abrahæ obtulit; manifeſtè innuens Dominum ipſum panem & vinum in Euchariſtia ſimiliter obeuliſſe.

Tertia [1] objectio ducitur ex homilia ad Neophytos in qua dicit: *Si viderit inimicus non poſtibus impoſitum ſanguinem typi, ſed fidelium ore lucentem ſanguinem veritatis, Chriſti templi poſtibus dedicatum, multò magis ſe ſubtrahit. Si enim Angelus ceſſit exemplo, quantò magis terrebitur inimicus, ſi ipſam perſpexerit veritatem?* Vim objectionis conſtituunt Bellarminus, de Valentia, & Coffetellus in eo quod *Chryſoſtomus ponit ſanguinis veritatem non ſolum in animo, ſed etiam in ore fidelium*: ac ſubjungit Bellarminus, *nihil* a nobis *reſponderi poſſe*. Sed decipitur. Simili enim ratione concludere poſſem, ſanguinem Domini juxta ſubſtantiam ſuam in aquis baptiſmi eſſe, & nos illo reapſe inungi, ſignari & muniri. Gregorius ſi quidem Nazianzenus de baptiſmo loquens, & cum Agni typo conferens, ait: [a] *Heri vulſi ſunt poſtes, luxit primogenita Ægyptus, atque exterminator nos præterijt, ſignaculumque eſt tremendum & reverendum fuit, & pretioſo ſanguine muniti ſumus*. Et Chryſoſtomus ad baptizandos: [b] *purpura Dominico ſanguine tincta decorabimini*. Et tamen Adverſarij ipſi fatentur Chriſti ſanguinem non aliter eſſe in aquis baptiſmatis, aut nobis illini quam in ſigno & virtute. Cur non ergo ſimiliter Chryſoſtomus quoque diceret, veritatem agni typici, id eſt, ſanguinem Domini, ſeu ſanguinem veritatis, (quod eodem redit, Chriſtus enim veritas eſt) in ore fidelium lucere, intelligens tamen illum ibi in ſigno tantummodò eſſe ac in ſigno ſuo lucere? Sed amplius addo, verba ejus neceſſariò ſic eſſe accipienda. Nam, ut præteream falſiſſimum eſſe juxta Adverſarios ipſos, ſanguinem Domini propriè loquendo & per ſe in ore fidelium lucere, cum eum inviſibilem eſſe, nec videri poſſe doceant, ne quidem ſecundum aliquos ab oculo Angelico; Chryſoſtomus illum intelligit in ore fidelium lucere, quomodo ibidem ait, *linguam* eo *Cruentam* reddi, & *os rutilare*. Os autem rutilum linguamque cruentam nullomodo reddere poteſt niſi actu a corpore ſeparatus. At ipſimet negant eum in Euchariſtia actu a corpore ſeparari: ac proinde ſumendus eſt os rutilum & linguam cruentam, atque rurſum os fulgidum, non per ſe, ſed in ſigno reddere, quia, videlicet, vinum quod myſticum ejus ſignum eſt, os rubefacit & linguam tingit; ac in utroque relucet. Nec juvaret opponere Antitheſin quam Chryſoſtomus inſtituit inter ſanguinem typi, & ſanguinem veritatis, quaſi ea requireret ut ſanguinem veritatis per ſe ſumptum hîc intelligeret, non autem in ſigno, ut diximus. Nam ego pariter urgerem, eamdem oppoſitionem exigere, ſi rigidè eam tueri velimus, ſanguinem Chriſti per ſe in ore fidelium lucere, illud rutilum reddere, linguamque cruentare, quemadmodum ſanguis typi in poſtibus relucebat, eoſque reddebat cruentos: quod tamen jam ſupra dixi ab ipſis falſum cenſeri atque impoſſibile. Sed & addo, ſanguinem Chriſti in ſigno ſpectatum, hoc eſt, propriè loquendo ſacramentum ſanguinis Chriſti, quamvis Chriſti ſanguis ſubſtantialiter non ſit, poſſe tamen quodammodò reſpectu ſanguinis typi, id eſt, agni, veritatem appellari, quia (nempè) celebratio ſanguinis illius typici per Euchariſtiæ inſtitutionem eſt abrogata. Illam enim deſiiſſe per hujus inſtitutionem varijs in locis docet Chryſoſtomus: *Præcipuam*, [c] inquit, *eorum ſolemnitatem diſſolvit, ac ad aliam eos menſam tremendam transferens, ait; accipite, edite*. Et rurſum: [d] *Paſcha Iudaicum diſſolutum eſt & advenit paſcha Spirituale quod tum tradidit Chriſtus. Nam cum manducarent, inquit, & biberent, accepto pane & fracto dixit*, hoc eſt corpus meum quod pro vobis frangitur in remiſſionem peccatorum. *Intelligunt initiati quæ dicuntur. Et iterum accepit calicem*, &c. Id autem quod typo alicui finem imponit ac ejus celebrationem per ſui introductionem terminat, veritas ac complementum ejus dici poteſt. Quo ſenſu Chryſoſtomus ipſe obſervat baptiſma noſtrum eſſe legalis baptiſmi veritatem, quemadmodum & Euchariſtia legalis Paſchatis veritas illi appellatur: *Iudaicum*, [e] inquit, *baptiſma ceſſat, noſtrum vero initium ſumit. Quodque in Paſchate contingit, id ipſum & in baptiſmo advenit. Nam & ibi ad vtrumque accedens, vnum deſijt, alteri vero initium dedit: Et hic rurſum implens Iudaicum baptiſma, ſimul & Eccleſia baptiſmati portas aperit. Sicut ergò in vna menſa tunc, ſic & nunc in vno flumine & umbram propoſuit & addidit veritatem*. Auguſtinus ſimiliter: [f] *ſi figura maris tantùm valuit, ſpecies baptiſmi quantum valebit? Si quod geſtum eſt in figura trajectum populum ad manna perduxit, quid exhibebit Chriſtus in veritate baptiſmi ſui?* At ſi baptiſmus noſter, quamvis ſubſtantialiter aqua ſit, poteſt legalium veritas indigetari, cur non & ſanguis ſacramentalis ſeu ſacramentum ſanguinis, ſanguinis legalis veritas poterit ſimiliter appellari, licet ſubſtantialiter vinum ſit? Denique reſponderi etiam poteſt per *ſanguinem typi*, Chryſoſtomum deſignare ſanguinem a typo, id eſt, a Moſe mediate olim ordinatum, per *ſanguinem* autem *veritatis*, ſanguinem ſacramentalem ab ipſa veritate, hoc eſt, a Chriſto inſtitutum: quod rurſus planè deſtruit argumentum Adverſariorum.

1 *Coffetell. des noms du Sacrem. c. 14. Bellarm. Valentia, & alij.*

a *Orat. 42.* χθὲς ἐκείνου αἱ φλιαὶ, καὶ ἐθρήνει πρωτότοκος Αἴγυπτος, καὶ ἡμᾶς παρῆλθεν ὁ ὀλοθρεύων, καὶ ἡ σφαγὴ φοβερὰ καὶ σεβάσμιος ἐγένετο.

b *Catechef. ad illuminand.* τῷ πορφύρᾳ σεβασθέντι τοῦ κυρίου αἵματος.

c *In Matth. hom. 83.* τὰ ἀζυμα ἐκεῖνα ἐκ τῶν ἀνθρώπων ἐξέλιπε, καὶ ἑτέραν αὐτοῖς μείζονος τραπέζης φαγεῖν παρέθηκε, καὶ φησι λάβετε φάγετε.

d *De proditione Iudæ.* πάσχα Ἰουδαϊκὸν ἐλύθη τότε, καὶ ἐπῆλθε τὸ πνευματικὸν πάσχα ὁ παρεδίδου τότε ὁ Χριστὸς, &c.

e *In Matth. hom. 12.* τὸ μὲν Ἰουδαϊκὸν παύεται βάπτισμα, τὸ δὲ ἡμέτερον δέχεται λαμβάνον. καὶ ὅπερ ἐπὶ τῆς πάσχα μέσον, τοῦτο καὶ ἐπὶ τοῦ βαπτίσματος συμβαίνει. καὶ γὰρ καὶ ἐκεῖ καὶ ἐνταῦθα μετάβασις, τοῦ μὲν παύσασα, τοῦ δὲ δέξασα. καὶ ὥσπερ ἐκεῖ πλατεῖαν τράπεζαν ἐξέτεινε τὸ Ἰουδαϊκὸν βάπτισμα, ὁμοίως καὶ τὸ ἡμέτερον πλατεῖαν τὴν δόξαν ἀνοίγνυσιν. ὥσπερ οὖν ἐκεῖ τεκμήριόν τοῦτο, ὅτι οὐ διὰ πατρὸς τὸν

f *In Ioann. tract. 11.* τῷ σημεῖον γεγράφθαι, καὶ τὸν ἀληθῆ λαὸν σωθῆναι. *Vid. & Hom. 5. In eos qui paſcha jejunant.*

Chryſoſtomus.

tantum a ſanctis illis manibus, ſacerdotis, inquam; quomodo ſine illis aut gehennæ ignis vitare, aut repoſitæ coronæ poterunt obtineri? Loca autem hæc tantummodo adducit *f* Perronius, nec indicat quid in eis contra nos urgere velit, adeò ut nobis conjectura opus ſit. In priori tamen videtur urgere velle quod in eo Chryſoſtomus ait, hominem carne & ſanguine involutum ad hanc beatam & incorruptam naturam appropinquare, Nam *g* alibi hæc eadem verba profert, per naturam illam incorruptam & immortalem, corpus Chriſti à Chryſoſtomo deſignari audacter affirmans, ut lectoribus incautis perſuadeat Chriſti corpus juxta ſacerdotes, imo penes eorum manus eſſe. Sed mera ſuppoſitio eſt. Nam per hanc naturam non intelligit Chriſti corpus, ſed Spiritum Sanctum, de quo paulo ante dixerat: *h adeſt ſacerdos, non ignem geſtans, ſed Spiritū Sanctum*; undè conſequenter admirandum eſſe dicit, hominem carne & ſanguine circumvolutum ad beatam hanc & immortalem naturam appropinquare poſſe. Addit autem: *Is* (ſacerdos nimirum) *preces in multum extendit non ut flamma aliqua cœlitus demiſſa, propoſita* (hoc eſt, panem & vinum) *abſumat, ſed ut gratia in ſacrificium decidens per eam omnium animos inflammet & argento excocto ſplendidiores reddat.* Ubi rurſum *i* Perronius pari audacia ſupponit per *gratiam* intelligi Chriſtum, cum tamen aperte conſtet ex contextus ſerie per illam non deſignari Chriſtum (oporteret enim illum de cœlo in propoſita incidere, ut olim Heliæ ignis, ac proinde moveri, & de cœlo localiter deſcendere, quod falſiſſimum eſt) ſed gratiam Spiritus Sancti propoſita ſanctificantem; & ex alijs ſimiliter locis ubi Chryſoſtomus ſeipſum explicans ait: *k Sacerdos ſtat ante ſacram menſam manum in cœlum extendens, invocans Spiritum Sanctum ut adveniat & propoſita tangat, multa quies, multum ſilentium; quando autem Spiritus dat gratiam, quando deſcendit, quando tangit propoſita, quando ovem jugulatam & diviſam vides, tunc tumultum, tunc turbas, tunc contentionem excitas & jurgium introducis.* Nec quenquam movere debet quod ait de ove jugulata & diviſa: jam enim ſupra notavimus ex ipſomet Perronio, Chriſtum quâ jugulatum & mortuum in Euchariſtica menſa non niſi repræſentative eſſe. Sed tertio quoque in hujuſce prioris loci, de cujus ſenſu contendimus, adductione, veteratoriam exercet. Cum enim ad ejus finem Chryſoſtomus dicat, ut nos eum protulimus: *Per illos hæc efficiuntur, & alia his nihilo inferiora ad dignitatis & ſalutis noſtræ rationem pertinentia*; prima illa tantum adducit, *per illos hæc efficiuntur*, cæteris fraude truncatis, quia illa judicabat ſibi nocitura. Quid enim per hæc alia ad ſalutis noſtræ rationem pertinentia poteſt Chryſoſtomus intellige-

f *Pag.* 386.

g *In Theodoret. c.* 6 *p.* 517.

h Ἱερεὺς ὁ ἱστὼς, οὐ πῦρ ἐπιφέρων, ἀλλὰ τὸ πνεῦμα ἄγιον· καὶ τὴν ἱκετηρίαν ἐκτείνει πολὺ παντὸς, οὐχ ἵνα ἡ λαμπὰς αὐτοῦ ἀναφθεῖσα ἀφανὴς πορευθεῖσα τὴν ἀναίμακτον θυσίαν, ἀλλ' ἵνα ἡ χάρις ἐπιπεσοῦσα τῇ θυσίᾳ, ἅπαντας τοὺς εἰσπεσόντας ἀνάψῃ ψυχάς, καὶ ἀργύρεια λαμπροτέρους ἀπεργάσηται τοὺς πυρωθέντας.

i *Vbi ſupr. in Theodoreto.*

k *In Cœmeter. appellat.* ὅταν ἱστῇ ὁ ἱερεὺς ἐπὶ τῇ τραπέζῃ τὴν ἱερὰν, τὴν χεῖρα ἀναπετάσῃ εἰς τὸν οὐρανὸν, τὸν ἅγιον καλῶν τὸ πνεῦμα τὸ ἄγιον, καὶ ἐπιφοιτῆσαι καὶ ἅψασθαι τῶν προκειμένων, πολὺς ἡσυχία, πολὺς ἐπὶ πᾶσι διάδηλος τοῖς χάρις τὸ πνεῦμα, ὅταν προσέλθῃ, ὅταν ἅψηται καὶ σφάξαι τὸν, ὅταν ἴδῃς τὸ σφαγὲν ἱερεῖον κεῖμενον, τότε θάμβος, τότε παραχὴ, τότε φιλοτιμία, τότε λοιδορίαν ἐπισπόγως;

re, quam baptiſmi Conſecrationem & adminiſtrationem quem in poſteriori loco ad ſalutem pertinere, ſicut & Euchariſtiam affirmat, ac à ſacerdote ſimiliter quoque perfici? At *ea*, ibidem inquit, *nihilo eſſe inferiora* Euchariſtia, ac illis quæ in ea fiunt. Quomodo, ſi in baptiſmo nihil eſt niſi aqua & ſimplex ſpiritualis virtus, in Euchariſtia vero Chriſtus ipſe & corpus ejus ſubſtantialiter? Quantis paraſangis ille ab hac diſſideret? quanto ea inferior? Cum igitur illa æquet, ſicut & Arnobius junior de utroque generatim docens: l *Quid tam magnificum quā ſacramenta divina conficere*; evidentiſſimè innuit in Euchariſtia verè eſſe panem & vinum, & cum illis Spiritus Sancti gratiam ea conſecrantem, quemadmodum & in baptiſmo veram aquam ſimiliter Spiritus gratia & virtute ſanctificatam, neutrobique autem Chriſtum juxta corpus & ſanguinem ſubſtantialiter præſentem. Ad poſteriorem autem locum quod attinet, non video quid in eo Perronius objicere poſſit, niſi forte quod Chryſoſtomus verba Domini Joannis ſexto de manducanda carne ſua, bibendoque ſanguine, de Euchariſtiæ ſacramento interpretetur. Sed levis eſt objectio. Nam Veteres ea verba dupliciter acceperunt. Primo & propriè *ſecundum myſterij veritatem*, ut obſervat m Fulgentius, id eſt, de propria carne, proprioque ſanguine Domini quæ veritas ſunt ſacramento figurata. Secundo, minus proprie, & abuſive *ſecundum veritatis myſteria* id eſt, de ſacramentis corporis & ſanguinis: non magis intelligentes myſteria veritatis eſſe ipſam myſteriorum veritatem, quàm veritatem myſteriorum eſſe ipſamet veritatis myſteria. Chryſoſtomus poſteriorem interpretationem hic ſequitur, ut & n Chromatius, Hieronymus, Auguſtinus & alij quandoque: vnde nata ſententia quam hoc ipſo loco ſatis aperte proponit Chryſoſtomus de Euchariſtiæ & baptiſmi ad ſalutem ſimplici & abſoluta neceſſitate, quàm o Maldonatus obſervat *ſexcentos circiter annos viguiſſe in Eccleſia*, jam verò *multorum ſeculorum uſu & decreto Concilij Tridentini* improbatam eſſe & jectam.

Chryſoſtomus.

l *In Pſalm.* 139.

m *De bapt. Æthiop. c. ult.*

n *De Beatitudinib. Conc.* 1.

o *In Joan. c.* 6. 53.

Tertia objectio eſt è Libro ſexto, ubi ait: *Quando* ſacerdos *Spiritum Sanctum invocaverit*, p *& tremendum ſacrificium perfecerit, & communem omnium Dominum continuo pertractarit, quonam in ordine eum collocabimus? quantam ab eo puritatem requiremus? quantam religionem? Conſidera enim quales eſſe debeant manus hæc adminiſtrantes, qualem linguam quæ talia verba effundat, quâ denique re non puriorem ſanctioremve eſſe conveniat animam quæ tantum Spiritum ſuſcipit. Tunc & Angeli aſſtant ſacerdoti, & omnis ordo Virtutum Cœleſtium clamat, & q Locus circa altare impletur in honorem ejus qui jacet. Id quod credere abundè licet ex ijs quæ tunc peragunt.*

p τὸν φρικωδέστατον ἱερεῖον, ὑπὲρ οὗ πᾶσιν ἀνθρώποις ἱλασμὸς ἐστὶν ἐκεῖνον ἀνακείμενον.

q ὁ μὲν τόπος περὶ τὸ θυσιαστήριον ἅπας ἐμπίμπλαται τῶν τιμώντων τὸν κείμενον.

Chryſoſtomus.

e ἐγὼ δὲ καὶ ἕτερόν τινα διηγούμενον οἶδα, ὅτι ἀνὴρ ἐκ τῶν ἐπιφανῶν θεωρίαις ἀνέῳγε τὰ ἀκάλυπτα ἑαυτῷ συνόντα, ἐξαίφνης ὄψεται ἀγγέλων πλῆθος ἀγγέλων ἰδίᾳ, οἷς ἐνῆν δυνάμενον, πολλάκις περιβλεπόμενον καὶ τὸ θυσιαστήριον κυκλοῦντας καὶ πρὸς αὐτὸ κύπτοντας, ὡς ἂν εἴποι τις βασιλέως ἱστρικὸς ἰδὼν, καὶ ἐγὼ πείθομαι.

f *De verbis Eſai. vidi Dominum hom.* 1. ὅτι οὐκοῦν, ἂν ἀνὴρ ἀναγνῷ τὸ παρὸν βιβλίον ὁ ἅγιος, καὶ εἰσάπαξ τὸν κύριον περιεστῶτα τὴν τράπεζαν καὶ τὸν Χριστὸν ἐκτετακότα τὰς χεῖρας ὁρᾷ; ἐγὼ μὲν οἶμαι καὶ τὸν ἱερέα ἑστῶτα καὶ τὴν ἐπίκλησιν ποιούμενον, καὶ τὸν θυμιατὸν ἐκκρεμάμενον, καὶ τοὺς ἀγγέλους περὶ τὸν βωμὸν πάντας ἱστῶντας καὶ τιμῶντας.

g *Annon conſideras quod ipſe Dominus inviſibiliter hic ad eſt, & cujuſque motus metitur & conſcientiam inveſtigat? Annon conſideras Angelos adſtare hanc tremendæ menſæ, & cum timore eam ambiunt?* Et rurſum: *quando ad hanc ſacram menſam es acceſſurus, arbitrare illic Regem omnium adeſſe, ſi quidem adeſt re vera.*

Ex priori autem loco mira ſibi pollicetur h Perronius, obſervans Chryſoſtomum tanti nominis Virum *proprie & hiſtoriales aſſerere, Angelos ad altare Chriſti corpus comitari ac ſolemnem ei clientelæ profeſſionem exhibere.* Bellarminus autem: *Si Angelis adorant, quis homines reprehendere poteſt, ſi & ipſi adorent?* Et ſubjungit, *nos ad hoc neque reſpondere, neque reſpondere poſſe.* Quam audacter! quam confidenter! Verum, ut præteream Chryſoſtomum hoc loco nè verbum quidem habere de corpore Chriſti, nec illum nominare, ut falſo Perronius ſupponit; jam ſupra diximus ad ſimilem objectionem, Chryſoſtomi mentem non eſſe, communem omnium Dominum in ſe manibus ſacerdotis contrectari, ſed tantum id intelligere in ſymbolo & ſigno fieri, proùt Paulinus ait, i *Chriſtum tangi in pauperе & egeno*; Et Zacharias: k *qui tangit vos, tangit pupillam oculi ejus*; nec rurſum ſenſum ejus eſſe eum quoad proprium corpus in menſa Euchariſtica jacere, ſed ſymbolo tenus illum ibi eſſe velle, ſi quidem affirmat, eum l *jugulatum in eo jacere*, qua ratione non niſi repræſentative in ea jacere poteſt ex omnium confeſſione; nec pariter intelligere, illum juxta corporis ſubſtantiam inviſibiliter in Euchariſtia adeſſe (inviſibilitas enim, inquit m Gregorius Nazianzenus, *non cadit in corpus*), ſed ſecundum majeſtatem, prout Cyrillus Alexandrinus de baptiſmo loquens ait, n *ipſum ſanctæ piſcinæ aquis inviſibiliter innatare*; Imo ipſemet Chryſoſtomus, baptiſmum o ipſo præſente adminiſtrari; Nec denique mirum eſſe, ſi aut Angeli qui ſemper ſunt in Eccleſijs & iis præſident juxta p Chryſoſtomum ipſum, aut coram Domino in Euchariſtia, tum per majeſtatem, tum per ſigna ſua præſente ſe velut miniſtri inclinent, aut cum reverentia, imo etiam cum timore ſacramenti celebrationi adſint q ſicut & baptiſmo, r quandoquidem *tum annuntiatur myſterium horrendum quod pro mundo ſeipſum Deus dedit*, ut ipſe Chryſoſtomus obſervat. An hæc autem Adverſarijs vel tantillum quidem faveant, Lectores ſunt judicaturi.

Chryſoſtomus.

o *Tertullian. de baptiſmo.* p *In Acta hom.* 21. *ſupr. Cit.*

Quarta denique objectio ducitur ex Epiſtola ad Innocentium Epiſcopum Romanum, in qua recenſens ſacrilegia Militum a Theophylo Alexandrino & alijs miſſorum, ait: s *Locum ubi Sancta repoſita erant milites ingredientes, quorum nonnulli ſicut cognovimus haud erant initiati, omnia quæ intus erant viderunt, & ſanctiſſimus Chriſti ſanguis in tanto tumultu prædictorum militum veſtimenta effuſus eſt.* Non igitur, inquit u Coffetellus, *credidit Chryſoſtomus nos in ſacramento ſimplicem figuram Chriſti habere, quandoquidem ſacramentum ſanguinem Chriſti appellat.* Ridicule primò. Similiter enim concludere poſſem *verbum Dei* eſſe propriè ſanguinem Chriſti, ſi quidem x Origenes illud ſic appellat, imo & nos ipſummet ſanguinem, quandoquidem y Paulinus ait, nos effici ſanguinem Chriſti: quod tamen, puto, non conceſſerit. Deinde ſtolidè, & contra proprias hypotheſes. Nam ſi ſanguis proprius Chriſti in militum veſtes effuſus eſt, à corpore ergò actu fuit ſeparatus, & paſſibilis effectus: quod hæreticum & falſum eſt. Chryſoſtomum itaque dico non id aſſerere de proprio Chriſti ſanguine, ſed de ſanguine myſtico, ſeu de ſacramento ſanguinis, ſcilicet de vino.

s ὅτι τὰ ἅγια ἀνάκτορα εἰσελθόντες οἱ στρατιῶται, ὧν ἔνιοι οὐκ ἐμυήθησαν ἐξαίφνης πάντα εἶδον, καὶ τὸ ἅγιον τοῦ Χριστοῦ αἷμα ἐν τῇ πολλῇ ταραχῇ ἐκχυθὲν ἐπὶ τὰ ἱμάτια αὐτῶν.

t ἐπεὶ τοίνυν τὰ ἄγια ἀνάκτορα εἰσελθόντες οἱ στρατιῶται, ὧν ἔνιοι οὐκ ἐμυήθησαν, πάντα εἶδον, καὶ τὸ ἅγιον τοῦ Χριστοῦ αἷμα ἐν τῇ πολλῇ ταραχῇ, οὐ τὸ ἀφθαρτικὸν ἐκεῖνο Σῶμα ἐκχυθὲν ἐπὶ τὰ τῶν στρατιωτῶν ἱμάτια.

u *De memorab. ſacram. c.* 10 *p.* 177. x *In Matth. hom.* 35. y *Epiſt.* 16. *in genus ſacerdotale mutati eſſe creemur ſanguis ejus.*

CAPUT IX.

In quo Soluuntur Objectiones è tomo quinto ductæ:

PRIMA objectio ducitur ex homilia de proditione Judæ, ubi ait: z *In eadem menſa utrumque paſcha, & typi, & veritatis celebratum eſt. Nam ſicut pictores in eadem tabula lineas circumducunt & umbras pingunt, & tunc veritatem Colorum ipſi addunt, ſic & fecit Chriſtus. In eadem menſa & typicum paſcha deſcripſit, & verum addidit. Ubi vis paremus tibi manducare paſcha? Erat tunc Judaicum paſcha, ſed Sole adveniente, nè amplius lucerna appareat, advectata veritate, deinceps umbra ceſſet.* Idem repetit, & ijſdem propemodum verbis homilia in eos qui paſcha jejunant. In quæ verba obſervat a Bellarminus, Euchariſtiam Veritatem paſchatis legalis appellari, ac proinde non tantum eſſe figuram corporis & ſanguinis

z ὁ αὐτὸς τῇ τραπέζῃ ἑστηκὼς ἄρτον ἔκλασε, καὶ τὸ ἅγιον καὶ τὸ ἄθυτον, καὶ τὸ ἀλήθινον. καθάπερ γὰρ οἱ ζωγράφοι τὸ αὐτὸ πίνακι τὰς μὲν γραμμὰς περιάγουσι καὶ τὰς σκιὰς ἐπιτιθέασι, καὶ τότε τὸ ἀληθινὸν χρῶμα τοῖς εἰκόσιν ἐμβάλλουσιν· οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς ἐποίησε. καὶ γὰρ ἐν τῷ αὐτῷ δείπνῳ καὶ τὸ τύπου πάσχα ἐτέλεσε καὶ τὸ ἀληθινὸν ἐνεφάνισε. καὶ γὰρ ἐκεῖνο ἦν ἑορτὴ καὶ τοῦτο ἑορτή· ἐκεῖνο ἐν σκιᾷ καὶ τοῦτο ἐν ἀληθείᾳ· ἐκεῖνο ἐν προσδοκίᾳ καὶ τοῦτο ἐν παρουσίᾳ· ἐκεῖνο ἐν ἀσθενείᾳ καὶ τοῦτο ἐν δυνάμει· ἐκεῖνο ἐν ἀρνίῳ καὶ τοῦτο ἐν ἀληθείᾳ· ἐκεῖνο ἐν ἀνθρώπῳ καὶ τοῦτο ἐν Θεῷ· ἐκεῖνο ἐν προβάτῳ καὶ τοῦτο ἐν ποιμένι· ἐκεῖνο ἐν τῇ γῇ καὶ τοῦτο ἐν τῇ οἰκουμένῃ· ἐκεῖνο ἐν τῷ αἵματι καὶ τοῦτο ἐν τῇ ψυχῇ· ἐκεῖνο ἐν τῷ Ἰορδάνῃ καὶ τοῦτο ἐν τῷ οὐρανῷ· ἐκεῖνο ἐν τῇ ἐρήμῳ καὶ τοῦτο ἐν τῇ οἰκουμένῃ· ἐκεῖνο ἐν τῇ Αἰγύπτῳ καὶ τοῦτο ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ· ἐκεῖνο ἐν τῷ Φαραὼ καὶ τοῦτο ἐν τῷ διαβόλῳ· ἐκεῖνο ἐν τῷ ἐρυθρῷ καὶ τοῦτο ἐν τῷ ὕδατι· ἐκεῖνο ἐν τῇ Μωσέως μαγείᾳ καὶ τοῦτο ἐν τῇ τοῦ Χριστοῦ χάριτι

Chryſoſtomus.

Chriſti; ſed eſſe ipſummet corpus & ſanguinem. Nam Agnus legalis corporis & e ſanguinis Chriſti figura erat. Reſpondeo, Euchariſtiam ſtricte & accurrate loquendo non eſſe legalis paſchatis veritatem, ſed Chriſtum quatenus immolatum & occiſum, & quâ talem ore cordis, ſive extra Euchariſtiam, ſive in ipſa Euchariſtia, ſpiritualiter manducatum: eam poſſe nihilominus quodammodo ſic appellari, quemadmodum & baptiſmus noſter dicitur veterum baptiſmatum veritas, non quia aut hic aut illa propriè Domini corpus & ſanguis ejus ſint, aut figuræ quoque non ſint corporis & ſanguinis Chriſti, ſed tum quia baptiſmi & Euchariſtiæ inſtitutione & antiqua baptiſmata, & celebratio paſchatis legalis, ut jam a ſupra ex Auguſtino & ipſo Chryſoſtomo obſervavimus, abrogata ſunt, tum quoniam ſacramenta noſtra cum clariora ſint ut pote veritatis adventum teſtantia, veterum reſpectu lux & veritas quædam ſint. Hac enim ratione Chryſoſtomus ipſe alibi ait: b *quoniam venit veritas, non amplius locum habent typi*: non quod, aut baptiſmus noſter, aut Euchariſtia noſtra ſigna Chriſti non ſint, (*legale enim paſcha figura*, id eſt Euchariſtiæ, *figura erat*, c inquit Nazianzenus) ſed quia *lucidiora* ſunt, ut loquitur Leo I. Epiſcopus Romanus, qui & de agni legalis abrogata celebratione loquens ait, d *antiquam obſervantiam novo ſacramento tollit*. Signa enim lucidiora, ideoque perfectiora ac ipſam veritatem magis ad vivum repræſentantia, reſpectu umbratilium, obſcurorum & imperfectiorum ipſamet veritas aliquatenus dici poſſunt. Quod & innuit hic Chryſoſtomus per comparationem qua vtitur. Confert enim paſcha legale & Euchariſtiam, non cum pictura hominis & ipſo homine depicto, ſed utrumque tantummodò cum pictura: paſcha legale, nimirum, cum tabula umbras tantum & prima picturæ lineamenta habente, Euchariſtiam vero cum eadem tabula, perfectiores & vivaciores colores adepta. Quemadmodum igitur de poſteriori hac tabula dicit eam *veritatem* habere, non quod propriè ſit homo ipſe depictus, aut aliud quam figura ipſius ſit, ſed quia imago ejus eſt expreſſior & perfectior, ad alteram quæ tantum umbra eſt comparata; ſic quoque Euchariſtiam cum paſchate legali collatam, *veritatem* pariter indigetat, non quod ea propriè ſit, aut Chriſtus, aut Chriſti corpus, ſed quoniam Chriſtum quâ mortuum ac occiſum, quem paſcha legale obſcure tantum adumbrabat (*figura* enim erat *obſcurior*, inquit jam ſupra citatus Gregorius Nazianzenus) clare & perſpicuè deſignat: *Traxiſti*, inquit e Leo, *Domine omnia ad te vt quod in vno Iudæa templo obumbratis ſignificationibus tegebatur pleno* (aut potius, *plano*) *apertoque ſacramento vniverſarum vbique nationum devotio celebraret*. Sic & Hieronymus ait, f *tunica predicationis* (ad ejus progreſſum comparata) *non tam veritatem fuiſſe, quam vmbram & imaginem veritatis*.

Chryſoſtomus.

Secunda objectio ducitur ex eadem homilia & verbis paulo poſt ſequentibus, ubi ait: *Cum manducarent & biberent* (Chriſtus videlicet, & Apoſtoli) *panem accepit & fregit, & dixit*, hoc eſt corpus meum quod pro vobis frangitur in remiſſionem peccatorum. *Sciunt initiati quæ dicuntur. Et rurſum calicem, dicens*: hoc eſt ſanguis meus quod pro multis effunditur in remiſſionem peccatorum. *Et præſens Iudas erat iſta Chriſto dicente*: g *hoc eſt corpus quod vendidiſti, o Iuda, triginta denarys: hoc eſt ſanguis de quo noviſſime impudens pactum feciſti cum improbis Phariſæis. O Chriſti miſericordia! O Iuda inſania! O dementia! hic enim illum vendiderat triginta denarys: Chriſtus vero poſt hoc non recuſavit ipſum* h *ſanguinem quem vendiderat ipſi venditori in peccatorum remiſſionem dare, ſi quidem voluiſſet. Præſens enim erat Iudas, & ſacra menſæ communicavit.* Locum autem hunc ſimpliciter objicit i Perronius, nihil ſpeciatim urgens, nihil inferens. Facile tamen eſt conjicere quid ſibi velit, nimirum, id quod Dominus in Euchariſtia diſcipulis dabat corpus ejus ac ſanguinem proprie fuiſſe, ſi quidem Chryſoſtomus ait, id fuiſſe corpus quod Judas vendiderat ac ſanguinem de quo pactus erat cum Phariſæis. Sed inepta eſt conſequentia. Pariter enim dicerem. Aaronem exiſtimaſſe vitulum aureum quem fuderat, proprie fuiſſe Deum qui populum ex Ægypto eduxerat ſi quidem populo dicebat, k *hi ſunt Dij tui, Iſrael, qui te eduxerant de terra Ægypti*; Et menſam in qua Euchariſtiam celebramus: eamdem ipſam numero menſam eſſe in qua Euchariſtiam Dominus celebravit, quandoquidem Chryſoſtomus ait: l *Ipſa illa eſt menſa*; Et rurſum: *hoc illud eſt cœnaculum in quo erant*; Et nos, ſubſtantiale ipſummet Chriſti corpus eſſe, ſiquidem affirmat. m *hoc illud corpus ſumus*; Et eum qui demonſtrata Herculis imagine diceret, *hoc eſt Hercules qui hydram occidit*, cenſere hanc imaginem proprie Herculem eſſe; Ac denique Adverſarios ipſos in concionibus ſuis dicentes imagini crucifixi, ut n Bellarminus obſervat. *Tu nos redemiſti, tu nos Patri reconciliaſti*, credere hanc imaginem eum ipſum Chriſtum proprie eſſe per quem redemti ſumus, ac Deo reconciliati. Quod tamen abſurde diceretur, quia hæc in ſigno & repræſentativè tantum intelliguntur. Sic igitur & ſe res habet in loco de quo contendimus. Chryſoſtomus dicit, id quod Diſcipulis ſuis Dominus tradidit, ac ipſimet Judæ proditori, fuiſſe corpus quod vendiderat, ſanguinem ipſum de quo pactus erat, repræſentativè, ſcilicet, ſeu in ſacramento & ſymbolo.

a *c. 7. ad 3. objecta.*

b *In 1. Cor. hom. 15.* ἐπειδὴ ἦλθεν ἡ ἀλήθεια, εἰκόνι χώραν οὐκέτι ἔχουσι οἱ τύποι.

c *Orat. 42.* τύπων τύπος ἦν ἀμυδρότερος.

d *De paſſion. ſerm. 7.*

e *Vid. Leonem 1. de paſſion. Dom. ſerm. 7.*

f *In Epiſt. ad Galat. 4. 16.*

g τοῦτό ἐστι τὸ σῶμα ὃ ἐπρίω σω, Ἰούδα πρόκειται ἔγκλημα. τοῦτό ἐστι τὸ αἷμα, ὑπὲρ οὗ πρὸς τοὺς πολλοὺς ἐκχύννεται εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν.

h αὐτὸ τὸ αἷμα πεπρᾶσθαι.

i *Pag. 386.*

k *Exod. 32. 4.*

l *In Matth. hom. 83.* οὗτος ἐκεῖνος ἐστὶν ὁ τράπεζα, &c. τοῦτο ἐκεῖνό ἐστι τὸ ἀνάγαιον ἐκεῖνο τὸ μέγα.

m *In 1. Cor. hom. 24.* ἀνάγαιον τὸ ἱερὸν ἐκεῖνο τὸ σῶμα.

n *De Imagin. l. 2. c. 23.*

Chryſoſtomus.

ſymbolo. Sic autem loquitur, tùm ad majorem emphaſim, tùm propter non initiatos, coram quibus panem & vinum nominare verebatur propter contemptus periculum. Talem autem eſſe ipſius mentem, ex abundantia juris demonſtrandum ſuſcipimus, idque duplici argumento. Primo enim quando inducit Dominum ſic loquentem: *hoc eſt corpus quod vendidiſti, ô Juda*; Et rurſum: *Hoc eſt ſanguis de quo pactum feciſti*; quid per pronomen *hoc* quod utriuſque propoſitionis ſubjectum eſt, in illis eum intelligere dicemus? Nihil ſane aliud quam panem & calicem de quibus ſermonis ſeries eum loqui apertè oſtendit. Quod & ipſe Chryſoſtomus alibi expreſſe obſervat; de illarum altera dicens: o *Quid eſt panis? Corpus Chriſti.* At de pane atque de vino falſiſſime diceretur, ea eſſe corpus illud quod Judas vendidit, & ſanguinem de quo pactus eſt, niſi id in ſigno & repræſentatione ſumatur. Itaque Auguſtinus Chryſoſtomum figurate loquentem exponens ait: p *Dominus Judam admiſit ad convivium in quo corporis, & ſanguinis ſui figuram Diſcipulis commendavit & tradidit.* Et Leo Judam alloquens: q *Non ſacramentorum tibi communio denegatur.* Et Chryſoſtomus ipſe paulo poſt locum objectum Judam jungens ijs r qui *indigne ſacramenta divina percipiunt.* Secundo, mens ipſius eſt, id quod Chriſtus Judæ dedit, corpus ipſius fuiſſe ſub ratione occiſi & mortui pro peccatorum remiſſione, & ſanguinem ejus ſimiliter qua effuſum, ut in prima periodo Dominum loquentem è ſcripturis induxerat. Quod etiam in ſequentibus innuit, docens, s *Chriſtum ipſum qui illam ornavit menſam, noſtram quoque conſecrare id eſt, eamdem,* ut ſupra loquebatur (*menſam eſſe*) *materiamque oblationis eſſe Chriſtum jugulatum ac propoſitum.* At fatetur ipſemet Perronius, t *Sacramentum corporis Chriſti relatum ad ipſum corpus Chriſti ſub ratione formalis immolationis, hoc eſt, quatenus occiſum, mortuum & inanimatum, non realiter eſſe quod repræſentat*, &c, *nec continere illud qua tale*, &c, *ſed tantummodo repræſentare.* Quid clarius?

Tertia objectio rurſum ducitur ex eadem homilia, ubi ait: u *Non homo eſt qui propoſita* (id eſt, panem & vinum) *facit eſſe corpus & ſanguinem Chriſti, ſed ipſe Chriſtus pro nobis crucifixus. Figuram implens ſacerdos ſtat, verba illa proferens: virtus autem & gratia Dei eſt. Hoc meum eſt corpus, inquit. Dictum hoc propoſita transmutat.* Locum autem hunc ſimpliciter objicit d Perronius, nihil ex eo inferens. Duo tamen veriſimiliter in illo urgere intendit, præter tertium de verbis conſecrationis, loco ſuo a nobis examinatum. Primum eſt, quod ibi dicitur, Chriſtum propoſita corpus ſuum & ſanguinem efficere; Secundum, Chriſtum propoſita tranſmutare. Sed in hac objectione nihil eſt difficultatis. Ad primum enim quod attinet, Chryſoſtomus intelligit, Dominum propoſita corpus & ſanguinem ſuum eſſe, efficere, quemadmodum ait, w Spiritum Sanctum, f Charitatem & g baptiſmum, *homines Angelos facere*; nimirum, non ſecundum ſubſtantiam, ſed ſecundum ſimilitudinem: quemadmodum rurſum ait, h *Homines factos eſſe corpus Domini Angelorum & Archangelorum*; videlicet, non ſubſtantialiter, ſed moraliter. Utrumque enim harum propoſitionum inter ſe alibi comparat: *Quid eſt panis?* inquit, *Corpus Chriſti. Quid autem fiunt qui ſuſcipiunt? Corpus Chriſti; non corpora multa, ſed unum corpus.* Denique, mens ipſius eſt, Dominum propoſita facere corpus & ſanguinem ſuum, non propriùm & ſubſtantiale, ſed myſticum ſeu ſacramentale. Sic enim ipſemet ſe alias interpretatur: k *Corpus & ſanguis myſticus non ſunt abſque Spiritus gratia.* Ad ſecundum autem ſimiliter dico, Chryſoſtomum intelligere, Chriſtum panem & vinum tranſmutare, quemadmodum l Ammonius, & Cyrillus m uterque ajunt, aquam baptiſmatis *tranſmutari & tranſelementari*; imo & Gaudentius, n illam *converti in vinum*, nempè, in Spiritum Sanctum. Senſus enim eorum non eſt, aut aquam deſinere aquam eſſe, aut in Spiritus Sancti ſubſtantiam tranſmutari, ſed tantummodò, eam tranſmutari *in vim ſpiritualem, in virtutem Sancti Spiritus.* Sic & ait Chryſoſtomus, panem & vinum tranſmutari, non quod juxta ſubſtantiam panis & vinum deſinant eſſe, aut ſubſtantialiter in corpus & ſanguinem Domini convertantur, ſed quia *ex alimento refectionis* fiant *ſacramentum religionis*, ac *in efficaciam corporis & ſanguinis Chriſti*, ut Veteres ipſi obſervant, *convertantur.* Utrobique enim eamdem tranſmutationem Theodoretus jam ſupra o citatus, hoc eſt, & in aqua & in pane & in oleo conjunctim aſſignat.

Nec juvaret ſubſidium quærere in verbo *μεταῤῥυθμίζειν* quo Chryſoſtomus vitur: quaſi illud mutationem ſubſtantialem deſignaret. Nam per ſe & ex vi originis ſuæ illam nullomodo deſignat, ſed mutationem tantummodo accidentalem: Sic enim paſſim ſumitur: ut quandò Clemens Alexandrinus, ait, p *Doctrina tranſmutat hominem*: Et Nyſſenus de puello indocili, q *eum ratione mutemus*; Et rurſum de Gregorio Neocæſarienſi: r *eum-*

Chryſoſtomus.

ce *In Epiſt. ad Rō. hom.* γ ἀγγέλους ἐξ ἀνθρώπων, &c. μεταποιοῦσι. τί ἐστι τοῦτο; τὸ μεῖζον τὸ ἄμικτον.

f *In 1. ad Cor. hom.* 33. ἄγγελον ποιεῖ τὸν ἑαυτῆς ἀφιλόνεικον ὁ ἀγάπη.

g *In Acta hom.* 43. μετὰ τὸ φιλόκαλον ἄγγελον ἀντὶ ἀνθρώπου γεγόνατε.

h *In Epiſt. ad Coloſſ. hom.* 5. ὅτι τοὺς ἀγγέλους ἐποίησε καὶ ἀρχαγγέλων γεγόνατε σῶμα.

i *In 1. ad Cor. homil.* 24. *jam ſupr. Cit.*

k *Tom. 5. homil. de reſurrect. c. 1. Citat.*

l *Caten. in Joan. 3. 5.* σεῖς δὲ ἀναμιχθῆναι δυνάμει. *Cyrill Alexandr. ibid.*

μεταποιηθῆναι *ex Comment in Joan.* m *Cyrill. Hieroſ. Catech. 5. myſtag.* πάντως δὲ ἐκεῖ τὸ ἄγιον πνεῦμα, τῶν ἁγίων ἁγίασιν καὶ μεταβάλλαντος.

n *Serm. 9. Poſtquam beatiſſimi Apoſtoli, &c. repleverunt hydrias credentium populorum aqua ornati baptiſmatis, & Dominus Jeſus inviſibili virtute hanc aquam convertit in vinum, ita ut baptizati ab illis confeſtim divini Spiritus in ſe operantis ſaporem repentinum linguarum gratia teſtarentur.* ita *Auguſt. Item. Victor. Antioch. ſupr. Citat.*

a πάντως ἐκεῖ χρίστε τὸν οὐρανὸν ὁ τὸν πρόπυλον ἀμνοποιήσας οὐρανὸν, ἵνα ὁ τὸν πρόπυλον ἀμνοποιήσας οὐρανὸν. Et poſt: καὶ διὰτοῦτο τὸν ὑπερφυᾶ τὸν μεταποίησιν. ἐκφωνεῖται ὁ χρίστε.

b *De S. Auguſtino c. 3.* ἐδίδου δὲ καὶ ἡ ἀγαθότης ἐπὶ τοῦτο τὸ ἀποκύημα ἀλλὰ σῶμα καὶ αἷμα χριστοῦ ἀπ' αὐτοῦ ὁ γινόμενος ἐκεῖ ἐπὶ τῶν χριστῶν ἄρτος καὶ οἶνος, οὐκ ἐπὶ τὸ ἄμικτον ἐκεῖνο ἐπὶ τὸ ἄμικτον ἐκεῖνο ἐπὶ τὸ ἄμικτον ἐκεῖνο

Chryſoſtomus.

nes erat ad vitam novam transmutans: Et Cyrillus Alexandrinus de vaſis aureis & argenteis Ægyptiacis myſtice loquens; *transmutantur ad virtutis uſum*: Et de transformatione noſtra a peccato; *filius Dei facile poteſt in quod velit transmutare*: Et rurſum; u *rudes mentes in admirabilem ſtatum facilè transmutat*: Et de regeneratione; a *In novitatem vitæ transmutati*: Et iterum de Chriſto: *Leges meas* b *in quod volo transmuto & ex craſſitie littera ad ſpiritualem contemplationem.* Et de Spiritu Sancto; c *poteſt nos in ſuam ſimilitudinem transmutare*: Et de Chriſto; d *corruptam hominis naturam in novitatem vitæ transmutat*: Et rurſum: e *omnia quæ in nobis erant in meliorem ordinem transmutavit*: Et iterum; f *ad ſanctitatem transmutans*: Denique, g *in ſeculum novum noſtra transmutans*: Et Theodoretus de igne præter naturam deorſum tendente, *mutatur*, gg inquit. Et Chryſoſtomus ipſe de virtute Spiritus in baptiſmate; h *Magna eſt vis Spiritus, &c. ut trãſmutet*: Et de Charitate; i *magna magiſtra eſt & idonea ad abducendum ab errore & ad mores transmutandos*; Et de baptiſmo agens: k *hæc fiunt inter Angelos: Surſum animam tuam ſumit Deus, ſurſum transmutat*; Et de Paulo & Syla in carcere Deum laudantibus; *Vox ſacrorum illorum hymnorum in cujuſque captivorum animam penetrans*, l *eam transformabat, ut ita dicam, & transmutabat*; Et de uxore malè morata, marito inquiens; m *manſuetudine eam transmuta, ſicut & Chriſtus Eccleſiam*; Et paulò antè; *non enim ejus deformitatem averſatus eſt, ſed transmutavit*; Et de homine manſueto; n *tumultum & pugnam in pacem & quietem citò transmutat*. Adeò, ut ſi quandoque καταχρηστικῶς adhibitum reperiatur ad mutationem ſubſtantialem deſignandam, id in rem Adverſariorum nullomodo ſit, cum ipſis probandum incumbat in ſacramenti materia illud in ea ſignificatione ſumi. Sed, ut libere dicam, valde dubito, an ita acceptum ullibi reperiatur. Mihi certe nuſquam occurrit; nec Adverſarij huc uſque locum ullum, quod quidem ſciam, in quo ſic uſurpetur in medium protulerunt. Itaque, donec proferant, argumentum inde ductum contra ipſoſmet retorquebo. Nam cum Chryſoſtomus mutationem illam quæ pani & vino per conſecrationem contingit exprimat per verbum quod mutationem, non ſubſtantialem, ſed accidentalem tantum deſignat, cui apertè non apparet tranſmutationem quæ pani & vino vi conſecrationis accidit, ex ejus ſententia non ſubſtantialem, ſed accidentalem eſſe?

Chryſoſtomus.

Quarta objectio duci poteſt ex oratione in nativitatem Chriſti, ubi ait: o *Conſidera, ô homo, qualem hoſtiam contrectaturus es, ad quam menſam acceſſurus. Tecum reputa quod terra & cinis exiſtens, corpus & ſanguinem Chriſti recipis. Et ſi vos Rex quidem ad convivium vocet, cum timore accumbitis, & cibos propoſitos cum reverentia & ſilentio ſumitis: Deo autem ad menſam ſuam vocante & filium ſuum proponente, Angelicis virtutibus adſtantibus cum timore & tremore, & Cherubinis facies ſuas velantibus, & Seraphinis cum tremore clamantibus, Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus; tu clamas, & cum tumultu ad hunc ſpiritualem cibum accedis.* Verum, ut præteream hæc à Chryſoſtomo oratoriè & hyperbolicè dicta eſſe, ad commendandam cum emphaſi reverentiam ſacram menſam adeuntibus, ut patet ex eo quod ibi ait de Clamore Seraphinorum, quos reſcire non potuit clamare, an non clamare, quandoquidem à nemine nec videntur, nec audiuntur; Facile eſt reſpondere, eum loqui de corpore Chriſti ejuſque ſanguine, non ſecundum ſubſtantiam, ſed in ſymbolo recipiendis. Annon enim Facundus Hermianenſis ait, a *Fideles Sacramentum corporis & ſanguinis ejus accipientes, corpus & ſanguinem Chriſti recte dicuntur accipere*; atque id exemplo illuſtrat, quemadmodum *ipſe Chriſtus ſacramentum adoptionis filiorũ cum ſuſcepiſſet, potuit recte dici adoptionem Filiorum ſuſcepiſſe*? Nec magis eſt ad rem Adverſariorum quod ſubjungit Chryſoſtomus, Deum in menſa Euchariſtica filium ſuum nobis apponere. Mens enim ejus eſt, Deum filium ſuum qua jugulatum & mortuum in ea nobis proponere: *Reverere*, p inquit, *materiam oblationis, Chriſtus jugulatus proponitur*: qua ratione in hac menſa non niſi in ſigno & ſymbolo eſſe poteſt.

Quinta objectio duci poteſt ex homilia in Cœmeterij appellationẽ & in Crucem Chriſti, in qua ſic loquitur: q *An neſcitis quomodo Angeli adſtiterint ſepulchro corpus nõ habenti, ſepulchro vacuo? Attamẽ cum omnino corpus Domini recepiſſet, multum honoris & ipſi loco exhibent. Angeli, inquam, naturam noſtram excedentes cum tanta reverentia & obſervantia ſepulchro adſiſtunt: nos autem non ad ſepulchrum mane adſituri, ſed ad ipſam menſam agnum habentem acceſſuri, cum tumultu & turbatione venimus. Itaque, quæ nobis venia ſperanda eſt?* Verũ ad ſimilem locum jã ſupra obſervavimus Chryſoſtomi mentem eſſe, menſam Euchariſticam Chriſtum habere, non in corporis ejus ſubſtantia, ſed in ſymbo-

Chryſoſtomus.

ὁ σκέψαι, ὦ ἄνθρωπε, ποίαν μέλλεις ἄπτεσθαι θυσίαν, ποίαν μεταλαμβάνειν σφαγήν. σκόπει, ὅτι γῆ ὢν καὶ σποδὸς, σῶμα καὶ αἷμα Χριστοῦ μεταλαμβάνεις. καὶ βασιλέως μὲν εἰς ἐντολὰς καλοῦντος ἡμᾶς, μετὰ φόβου συνακολουθοῦμεν, καὶ τὸ συνεσκιασμένον μὲν αἰδούμεθα καὶ ἐντολὰς καλοῦντος ἐκπληττόμεθα τὸν ἀόρατον, καὶ σιγῶμεν φρίττοντες τὸν τύφον, ἄγγελοι, ἄγγελοι, ἄγγελοι κυκλοῦσι. σὺ δὲ κρύζεις, εἶπε μοι, καὶ θορυβῇ ἐπὶ τὸν πνευματικὸν τοῦτον ἐδιάσου;

a *Lib. 9. c. ultimo.*

b *De Prodit. Judæ ſupr. Cit.*

c σὺν ἐννοεῖτε τοὺς ἀγγέλους τοῦτο παρεστηκότας τῷ τάφῳ κενῷ καὶ τοσαύτην ἔχοντας τιμὴν, τοσαύτην ἐπιδεικνυμένους εὐλάβειαν, ἡμεῖς δὲ τὸν ἀληθῆ τάφον, τὸν τοῦ σώματος, τὸν τοῦ Κυρίου, τὸν τῆς ἐκκλησίας, τὸν τῆς οἰκουμένης, τὸν τῶν ἀγγέλων, τὸν τῶν ἀρχαγγέλων, τὸν τῶν ἀοράτων δυνάμεων, τὸν τοῦ θρόνου τοῦ βασιλικοῦ, τὸν τοῦ οὐρανοῦ τὸν πνευματικόν, τὸν τῆς ἀθανάτου φύσεως, τὸν τῆς ἀφθάρτου ζωῆς, τὸν τῆς ἀϊδίου μακαριότητος, τὸν τῆς ἀναστάσεως, τὸν τῆς ἐλπίδος, τὸν τῆς ἀφθαρσίας, τὸν τῆς ἀθανασίας, τὸν τῆς ἀπολαύσεως τῶν ἀγαθῶν, τὸν τῆς ἀπολαύσεως τῶν μελλόντων, τὸν τῆς ἀπολαύσεως τῶν ἀϊδίων, τὸν τῆς ἀπολαύσεως τῶν ἀθανάτων, τὸν τῆς ἀπολαύσεως τῶν ἀφθάρτων, τὸν τῆς ἀπολαύσεως τῶν ἀοράτων, τὸν τῆς ἀπολαύσεως τῶν ἀγγέλων, τὸν τῆς ἀπολαύσεως τῶν ἀρχαγγέλων, τὸν τῆς ἀπολαύσεως τῶν ἀοράτων δυνάμεων, τὸν τῆς ἀπολαύσεως τῶν θρόνων, τὸν τῆς ἀπολαύσεως τῶν οὐρανῶν, τὸν τῆς ἀπολαύσεως τῶν πνευματικῶν, τὸν τῆς ἀπολαύσεως τῶν ἀθανάτων, τὸν τῆς ἀπολαύσεως τῶν ἀφθάρτων, τὸν τῆς ἀπολαύσεως τῶν ἀϊδίων, τὸν τῆς ἀπολαύσεως τῶν μακαρίων, τὸν τῆς ἀπολαύσεως τῶν ἁγίων, τὸν τῆς ἀπολαύσεως τῶν δικαίων, τὸν τῆς ἀπολαύσεως τῶν ἁγίων ἀγγέλων, τὸν τῆς ἀπολαύσεως τῶν ἁγίων ἀρχαγγέλων, τὸν τῆς ἀπολαύσεως τῶν ἁγίων ἀοράτων δυνάμεων, τὸν τῆς ἀπολαύσεως τῶν ἁγίων θρόνων, τὸν τῆς ἀπολαύσεως τῶν ἁγίων οὐρανῶν, τὸν τῆς ἀπολαύσεως τῶν ἁγίων πνευματικῶν, τὸν τῆς ἀπολαύσεως τῶν ἁγίων ἀθανάτων, τὸν τῆς ἀπολαύσεως τῶν ἁγίων ἀφθάρτων, τὸν τῆς ἀπολαύσεως τῶν ἁγίων ἀϊδίων, τὸν τῆς ἀπολαύσεως τῶν ἁγίων μακαρίων, τὸν τῆς ἀπολαύσεως τῶν ἁγίων δικαίων, τὸν τῆς ἀπολαύσεως τῶν ἁγίων ἁ

Chryſoſtomus.

lo repræſentante. Sic enim alibi agens de duabus menſis, in quarum una ſederent magnates, toparchæ & exercituum duces, in altero vero pauperes; ſimiliter ait: d *Hæc illam ſuperat. Qua de cauſa? Quia hæc habet Chriſtum reſidentem, illa homines; hæc Dominum, illa ſervos.* Nam nemo dixerit, etſi oppoſitio prima fronte id requirere videatur, Chriſtum in pauperum menſa per ſe & propriè reſidere. Id autem repræſentativè eſt intelligendum. Sed hac loquendi formula oratoriè uſus eſt Chryſoſtomus majoris cõmendationis ergo. Quod & ipſe palam indicat, tum in ijs quæ præcedunt, tum in ijs quę ſequuntur locũ quem nobis objecimus. Intelligit enim menſã Euchariſticum agnum habere, quã jugulatum & mortuum: *Cum ſub veſperam*, e inquit immediate antè, *viſuri ſimus eum qui cruci affixus eſt, tanquam agnum jugulatum & mactatum, horror ut cum tremore, reverentia & obſervantia accedamus.* Et paulo poſt: f *quando ovem mactatam & diviſam vides, tunc tumultum, tunc turbas, tunc contentionem excitas, & jurgia.* Et rurſum: g *Dic mihi quid properas? qua de cauſa feſtinas ovem jugulatam videns?* Denique: h *cogita, quidnam ſit illud quod propoſitum eſt, & qua de cauſa. Pro te jugulatum eſt, & illud relinquis ipſum jugulatum videns.* At agnum quã jugulatum, inanimatum & mortuum menſa Euchariſtica non habet omnium confeſſione, præterquam in ſigno, ſymbolo & repræſẽtatione. Quamobrem ergo, inquies, ſepulchro vacuo eam opponit? Reſpõdeo, tribus de cauſis. Primò, per elegantiam ſermonis, quemadmodum ſuprà allato exemplo illuſtravi. Secundo, quia menſa Euchariſtica Agnum quodammodò habet in ſymbolis ſacramentalibus ab ipſomet inſtitutis: ſepulchrum autem, etſi olim illum habuit, cum ab ipſo egreſſus eſſet eum nullomodo habebat. Nam inſtitutum non eſt ad agnum nobis ſacramentaliter repræſentandum. Tertiò denique quia menſa ſacramentalis ſigna habet, non vacua, ſed multa virtute plena. Sic enim alibi ait, i *menſam hanc vita ſcatere, & k ſpiritu plenam eſſe*; Et de calice Euchariſtico, l *multa virtute plenum eſſe*; & m *Initiatos noſſe calicis hujus virtutem.* Et paulo poſt locum objectum: m *Spiritum Sanctum advenire, propoſita contingere & gratiam ſuam dare.* Quo & ſenſu Ambroſius de baptiſmo loquens, ait: n *Crede, quia non ſunt vacua aqua.* Et rurſum: *Credas, quia in hunc fontem vis divina deſcendit.* In ſepulchro autem vacuo nihil tale eſt.

Sexta objectio ducitur ex homilia de pœnitentia, ſeu, de Euchariſtia in Encæniis, vbi Chryſoſtomus ait, quemadmodum Adverſarij cum incerto interprete illum vertunt & adducunt: o *Num vides panem? Num vinum? Num ſicut reliqui cibi in ſeceſſum vadunt? Abſit. Ne hoc cogites. Sicut enim cera igni adhibita, illi aſſimilatur, nihil ſubſtantia remanet, nihil ſuperfluit; ſic & hic puta myſteria conſumi corporis ſubſtantia.* Locum, tum à p Perronio ſæpiſſime, tum ab alijs q Adverſariorum magna cum exultatione obiectum, velut palmarium. Tria autem ex illo obſervant. Primum eſt, in Euchariſtia *non amplius eſſe panem & vinum.* Secundum, eorum loco eſſe aliquid *quod in ſeceſſum non vadat.* Tertium, r *totam ſubſtantiam myſteriorum* s *id eſt, panis conſecrati conſumi ab adveniente ſubſtantia corporis Domini, ut ceram ab igne, & tamen manere exteriorem apparentiam panis, ut ſenſus ipſi teſtantur.* Sed intoleranda prorſus eſt, aut eorum ſupinitas Græcum Chryſoſtomi textum conſulere negligentium, aut inſcitia non intelligentium, aut fraus diſſimulantium. Primò enim pauca ſana in illorum verſione. Sic reddendus erat ex Græco Chryſoſtomi locus. *Ne, quod panis eſt, aſpicias, ne, quod vinum eſt, arbitreris. Non enim ut cæteri cibi in ſeceſſum abit. Abſit*: *ne id putes. Sicut enim cera* t *igni appoſita* (aut, *in igne poſita*) *nihil* t *ſcoria ejus, nihil excrementi*, (hoc eſt, tota comburitur & in ignem vertitur) *ſic & hic puta myſteria conſumi cum corporis ſubſtantia.* Deinde, illius ſenſum mirum in modum depravant. Nam quando Chryſoſtomus ait: *Ne, quod panis eſt, aſpicias*; mens ipſius nullomodo eſt, panem non amplius eſſe; ſed, etſi panis ſit, non ad eum tanquam ad panem, ſed tanquam ad ſacramentum eſſe attendendum: *In ſignis* enim, inquit u Auguſtinus, *ne quis attendat quod ſunt, ſed potius quod ſigna ſunt.* Nam hæc loquendi formula apud Chryſoſtomum uſitatiſſima eſt, qua dicit non eſſe aſpiciendum quod aliquid eſt, non negans id eſſe, imo contra ſupponens eſſe, ſed prohibens tantummodo ſub tali ratione intueri. Sic enim de ijs loquens quiſe à communione excuſabant quod non ſatis temporis ad ſe parandos haberent, *ne*, x inquit, *quod breve eſt tempus, aſpicias, ſed illud attende quod benignus eſt Dominus.* Et de Noè loquens: b *Ne, quod juſtus ſe inebriavit, aſpicias.* Et de Abrahami ſacrificio: c *ne aſpicias quod non jugulavit*, Iſaacum, *ſed quod in animo totum peregit.* Et Davidem Saiuli loquentem inducens: d *nè, quod ſpecie parvus ſum, aſpiciat.* Et Latronem de Domino ad ſocium ſuum: e *Ne, quod infrà condemnatus eſt, aſpicias.* Et de paupere: f *ne, quod ſordidus & pannoſus*

Chryſoſtomus.

o μὴ οὖν ἄρτον. ἀλλ' ἕτερόν τι, φησὶν ἀντὶ ἄρτου γενόμενον. ἐ γὰρ ἂν λοιπὰ βρώματα ὄντα ἀφροδισίων χορηγὰ, ὥσπερ. μὴ τοῦτο νόμιζε· ἀλλὰ πρὸς τὸ ἀνθρώπινον λέγει, ἐπὶ τῆς ἀναγκαίας ὑπολήψεως, ὅτι μὴ τοιοῦτον ἐστὶν, ἀλλ' ἕτερον. οὕτω τῷ δεῖν τόμῳ ζωοποιὸν μυστήριον ἐκεῖνο ἐστὶ καὶ φρικτόν.

p 373. 22.

q *Marat. de Euchar. diſp. 8. Coſſetell. de Tranſubſtant. art. 11. p. 582. Vaſquez diſp. 180. c. 3.*

r *Bellarm. de Euchar. l. 5. c. 20.*

s *Verba, πρὸς ἀνθρώπινον, ſic eſſe vertenda patet ex Noſſen. tom. 1. græcol. p. 32 Ed. l. vere 1. contr. Enn. pag. 80. Cyrill. Alex. t. 5. pars. 1. p. 783. & tom. 6. pag. 109. Et Chryſoſt. hom. 18. ad popul. Antioch. Et Theodoret. Epiſtol. 145. & dial. 2.*

t *ἀναλίσκεσθαι ab ἀναλίσκω ſcoria, detrimentum. Vid. Philoxeni gloſſas, & Agathargydem apud Photiũ cod. 250. ubi de mari rubro agis c. 11.*

u *De Doctrin. chriſt. l. 2. c. 1.*

a *De B. Philogonio.* μὴ οὖν βορχὸν ὁ χρυσόστομος ἰδὴς, ἀλλ' οἷόν τινα σπάνιον φιλόσοφον ὁ διδάσκαλος.

b *In Geneſ. homil. 29.* μὴ τοίνυν τοῦτο ἰδὴς ὃ ἐπιθύει ὁ ἄνθρωπος.

c *De Anna hom 3.* μὴ γὰρ τοῦτο ἰδὴς, ὃ ἐν σαρκὶ ἐφάνη, ἀλλ' ὃ ἐν τῇ γνώμῃ τέλειον ἀπέδειξεν.

d *In titul. Pſal. 50.* μὴ ἰδὴς ὅτι μικρὸς τῷ εἴδει.

e *De cruce & latrone.* μὴ τοίνυν ἰδὴς, ὃ κατεκρίθη τότε.

f *In Matth. hom. 49.* μὴ ὡς τὸ ῥάκιον ἰδὴς, ὃ ἐνεδύετο, ἀλλ' ὃ τὴν ψυχὴν ἐκόσμει.

k *In Matth. hom. 51.* πολλῆς ἐμπέπλησται τῆς ὠφελείας. *Item*: ἵστασι οἱ μυστικοὶ ἐν ποσοῖς τὴν τράπεζαν. m περιλαβὼν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, &c. ὅταν δεῖ τὸν χαίτην, ὅταν κατιλθῃ, ὅταν ἅψηται τῶν προκειμένων.

l *Catech. ad illuminand.* πολλῆς χάριτος ἐπιπλήσεως. *Item*: ἵστασι οἱ μυστικοὶ ἐν ποσοῖς τὴν τράπεζαν. m περιλαβὼν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, &c. ὅταν δεῖ τὸν χαίτην, ὅταν κατιλθῃ, ὅταν ἅψηται τῶν προκειμένων.

n *De his qui initiant. c. 4.*

Chryſoſtomus.

accèdit, efficio. Auguſtinus ſimiliter, aut quis alius Veterum de aquis baptiſmi: g *Non debetis aquas illas oculis æſtimare, ſed mente.* Et ipſe Chryſoſtomus: h *Non ex viſu dijudico quæ videntur, ſed oculis mentis.* Rurſum quandò ait: Nè, quod vinum eſt, arbitrare; vinum eſſe minimè negat, imò potius ut certum ponit, ſicut & alibi dicit, i *quando Dominus myſteria dedit, vinum dedit*; Sed illud tantummodo vult, adid, nempè, tanquam ad vinum non eſſe aſpiciendum, ſed ut ad *myſticum*, quemadmodum loquitur k Clemens Alexandrinus, *ſacri ſanguinis ſignum.* Sic enim frequentiſſimè & communiſſimè loquitur. Exempli gratia, de auditu verbi Dei loquens *non oportet*, l inquit, *nos in terra eſſe arbitrari.* Et de baptiſmo: m *quia terra tibi ſubjacet, nè putes eſſe in terra: tranſlatus es in cœlum.* Et de tempore Euchariſtiæ celebrationis: n *quis hoc non ſaxeæ mentis eſſe dicat, illo tempore ſe in terra eſſe putare?* Et rurſum: o *etiam-ne te cum hominibus eſſe & in terra verſari putas?* Et iterum: p *quando vides cortinas diduci, tunc puta cœlum ſupernè diduci.* Et de ipſa Euchariſtiæ diſtributione: q *Ne ſacerdotem putes id facere, ſed ipſam Chriſti manum eſſe extenſam.* Imo & paulò poſt locum ab Adverſarijs objectum: r *Ne putetis quod divinum corpus* (id eſt, ſacramentum) *accipiatis ex homine, ſed ex ipſis Seraphinis cum forcipe ignis.* In quibus omnibus locis clarum & perſpicuum eſt, eum, quando dicit, *Ne putes*, non intendere negare, rem, de qua loquitur, eſſe, ſed tantum tunc ſub hac ratione non eſſe conſiderandam. Sic & ergo mens ejus non eſt, vinum in Euchariſtia non eſſe ſpectandum, cum lex ſignorum ſit, obſervante ſ Auguſtino, ut *auditis ſignis ad res ſignificatas feratur attentio.*

g *Serm. 2. in append. ad 40. ad Syrmond. edit.*
h *In 1. ad Cor. hom. 7.* ἐκ γὰρ τῆς ὄψεως οὐκ ἐκφωνῶ, ἀλλὰ τοῖς ὀφθαλμοῖς τῆς διανοίας.
i *In Matth. hom. 83. ſupr. Cit.*
k *Pædagog. lib. 2. c. 2.*
l *In Matth. hom. 20.* Διὸ φείσασθαι χρὴ μηδὲ ὑπὸ γῆν νομίζειν εἶναι.
m *In Epiſt. ad Coloſſ. hom. 6. ſupr. ad Edit. Cit.*
n *De baptiſmo Chriſti:* πῶς ἐχὶ λίθινος οὗτος ἀνθρώπος, τὰ τοιαῦτα νομίζων καὶ τῆς τοιαύτης ὑπονοίας ἐπιλαμβανόμενος.
o *De ſacerdot. l. 3. c. Præced. Cit.*
p *In Epiſt. ad Epheſ. hom. 3.*
q *In Matth. hom. 51.* μὴ οὖν ἐκεῖνα νόμιζε τὰ τοῦ πνεύματος, ἀλλὰ τὸν ἐν χερσὶν αὐτοῦ τὸν ἀστραπόμορφον.
r μὴ οὖν ἐξ ἀνθρώπου τοιούτου λαμβάνειν τὸ θεῖον σῶμα, ἀλλ' ἐξ ἀυτῶν τῶν Σεραφὶμ τῆς λαβίδι τὸ πυρός.
ſ *De Magiſtro c. 8.*

At vero ſi Adverſarij in prioris ejus periodi ſenſu ab Authoris mente & ſcopo tantopere diſtant, non minus certe in ſequentibus, ſaltem in tertia. Quando enim ait: *Non ſi cateri cibi in ſeceſſum abit. Abſit: nè id putes. Sicut enim cera in igne poſita nihil ſcoriæ ejicit, nihil excrementi, ſic & hîc puta myſteria conſumi cum corporis ſubſtantia*; Senſus ejus minimè eſt, *totam ſubſtantiam myſteriorum, id eſt, panis & vini conſumi ab advenente ſubſtantia corporis & ſanguinis Domini, ut ceram ab igne, & tamen manere exteriorem ſpeciem panis.* Id mirum ac infrunitum eſt figmentum Adverſariorum; de quo nec vel per ſomnium Chryſoſtomus cogitavit. Supponunt enim Chryſoſtomum per *myſteria* ſubſtantiam panis ab accidentibus ſuis quæ ſpeciem exteriorem hîc appellant contra-diſtinctam & diſparatam intelligere, teſtarique ſpeciem illam exteriorem manere deſinente ſubſtantia. Quæ duo falſiſſima ſunt, & ineptiſſima. Nam nè leviſſima quidem eſt apud Chryſoſtomum mentio ſpeciei exterioris panis permanentis, nec per *myſteria* ſubſtantiam panis abſque ſuis accidentibus ullomodo intelligit, aut intelligere poteſt. Nam infinitis in locis myſteria docet eſſe id cui communicamus in ſacramentali menſa. Subſtantia autem panis cum deſinat omnino eſſe, ſecundum Adverſarios, non eſt id cui communicatur: non igitur ſubſtantia panis eſt ab accidentibus ſuis contradiſtincta & diſparata quam myſteria nominat. Myſteria hoc loco ſunt verus panis verumque vinum in menſa propoſita atque per conſecrationem myſtica ſeu ſacramentalia effecta, unde & abſtracte *myſteria* illa vocat. Deinde & rurſum ſupponunt, tum per ſubſtantiam corporis, de qua Chryſoſtomus loquitur, corporis Dominici ſubſtantiam deſignari, tum eum intelligere ſubſtantiæ hujus adventu conſumi myſteria. Quę duo non minus quàm cætera jam explosa, ridicula & falſa ſunt. Chryſoſtomus enim non ſimpliciter dicit, *puta myſteria conſumi corporis ſubſtantia*, ſed *puta myſteria conſumi cum corporis ſubſtantia*, ὡὰν νόμιζε ζωναλίσκεσθαι τὰ μυστήρια τῇ τοῦ σώματος οὐσίᾳ, hoc eſt, tranſire in corporis ſubſtantiã; quemadmodum cera igni appoſita tranſit in ignem & cũ illo conſumitur. Nã id eſt quod ſignificat verbum Græcum ζωναλίσκεσθαι. Sic enim t Xenophon de vero amico loquens ait, eum *cum amico indigente ſua conſumere.* Et Nazianzenus: u *neque enim ſimul cum vita improbitas extinguitur.* Et Severianus in oratione de Sigillis inter Chryſoſtomi opera de verbo Dei ſcriptis exarato loquens; *Et ſi ſcripto*, x inquit, *deleatur, verbum Dei non conſumitur cum illa.* Et ipſemet Chryſoſtomus: a *lucernæ lumen, oleo retinetur, & hoc conſumpto illud quoque cum eo conſumptum evaneſcit.* At vero ſi mens ejus eſt, myſteria tranſire in corporis ejus de quo agit ſubſtantiam, & una cum illo conſumi, impoſſibile prorſus eſt corporis Domini ſubſtantiam ab ipſo hîc intelligi. Primo enim id quod tranſit in aliud, aliud illud adauget, idque tanta neceſſitate ut Cyrillus Alexandrinus jam à nobis ante laudatus diſputans adverſus hæreticos, docentes corpus Chriſti *in divinitatem tranſiiſſe*, hoc abſurdo eos impugnet, quod nimirum b *divinitati aliquid* hoc pacto *accederet.* At fatentur Adverſarij, ad corporis Chriſti ſubſtantiam nihil accedere, nec eam augeri. Secundò, Chryſoſtomus ait, *myſteria conſumi cum corporis ſubſtantia*, hanc corporis ſubſtantiam non minus quam myſteria, imo & utraque una conſumi, ſupponens. At corporis Dominici ſubſtantiam eſſe inconſumptibilem, apud omnes in confeſſo eſt. Denique manifeſtum eſt, eum per *myſteria*, myſteria jam conſecrata, non vero myſteria conſecranda intelligere. Nam comparationem ceræ ideo adnibet, ut illuſtret quod dixerat in præcedenti periodo, panem ſcilicet &

Chryſoſtomus.

t Λόγων χρεία l. 2. circa medium.
u *Orat. 4.* ἐπὶ τῷ βίῳ ζωναλίσκεται.
x ἐ ζωναλίσκεται τῷ χάρτῃ τὸ λόγος.
a *Tom. 5. ſerm. 23. de verbis Apoſt. habentes eumdem Spiritum fidei:* τὸ λυχνοῦχον φῶς ἐλαίῳ τρέφεται, ᾧ ἀναλίσκεται τοῦτο κρίσσων ζωναλίσκεται πίστις.
b *Epiſt. ad Succenſum de fide:* ἐπὶ θεότητα προσθήκη δ. ἐπὶ τοῦ προσθήκη δ. ἐπὶ τοῦτο, ὡς ἀναλίσκεσθαι τι ἐν αὐτῇ.

Hieronymus.

que de hæreſi gravi cenſura notaſſet. At res ipſa clamat, eas intellexiſſe ſacramentum Euchariſtiæ quod ſanguinem Chriſti appellabant, vinum ſubſtantialiter eſſe: Negant enim ſe a vino abſtinere velle, quia a ſanguine Chriſti ſibi foret abſtinendum. Fides ergo eccleſiæ commune eſt, ſacramentum Euchariſtiæ Chriſti ſanguinem appellatum, vinum tamen proprie dictum quoad ſubſtantiam eſſe. Nec juvaret reſpondere, Hieronymum alio in loco illarum locutionem aut emendare aut explicare, ubi nimirum reſpondens ad accuſationes quorumdam eum reprehendentium quod in hac ipſa epiſtola dixiſſet *adoleſcentulas ita vinum debere fugere vt venenum*, ait: g *Opus quippe ibi magis vim, quam Dei a nobis creatura damnata eſt, & licentiam tulimus virgini proprio ætatis calore ferventi, nè ſub occaſione parum bibendi, plus biberet, & periret. Alioquin ſciebamus, & in Chriſti ſanguinem vinum conſecrari, & Timotheo vinum vt biberet, imperatum.* Nam verum quidem eſt quod hic ait Hieronymus, in ſanguinem Chriſti vinum conſecrari: ſed pariter quoque verum eſt, vinum in ſanguinem Chriſti conſecratum, propriè dictum & ſubſtantiale vinum eſſe. Conſecrare enim aliquid in aliquid, nuſquam ſignificat illud ſubſtantialiter mutare. Figmentum eſt omnibus gentibus inauditum. Multo minus adhuc ubi de ſacramentis agitur. Nam cum in ſignorum genere ſint, ea conſecrare in rem illam cujus ſigna ſunt, non eſt in ipſam rem ſubſtantialiter mutare, & relatum ac correlatum abſurde identificare, ſed in rei illius ſacra ſigna ordinare. Quod & in hac ipſa Euchariſtiæ materia obſervat Tertullianus. Nam quod ait Hieronymus, *in Chriſti ſanguinem vinum conſecrari*, ille ſic exponit, h *vinum in ſanguinis memoriam conſecrari.* At quis unquam dixerit, *vinum in ſanguinis Chriſti memoriam conſecrare*, eſſe, *illud in Chriſti ſanguinem ſubſtantialiter mutare*, & non potius, ſanguinis Chriſti ſacrum ſignum efficere?

g *In Epiſt. ad Galat. c. 5.*

h *De anima c. 7. alium vini ſaporem quod in ſanguinis ſui memoriam conſecravit.*

Secundus locus habetur libro ſecundo adverſus Jovinianum, ubi Jovinianus occaſione quadam ſic loquitur: *Dominus in typo ſanguinis ſui non obtulit aquam, ſed vinum.* Perſpicuum ſanè in rem noſtram teſtimonium. Primò enim, ſicut quandò negat Dominum in Euchariſtia Aquam obtuliſſe, id de vera aqua proprieque dicta intelligit; Sic & reciprocè quandò dicit, eum vinum obtuliſſe, vinum ſimiliter propriè dictum deſignat: proindè, non ſubſtantialiter mutatum. Deindè, ſubjungit, vinum illud in typo ſanguinis offerri, ſeu ſanguinis typum eſſe; non ergo ipſummet ſanguinem cujus typus eſt. *Typus* enim, inquit i Ambroſius, *vmbra eſt veritatis* non autem ipſa veritas, Reſpondet primò Perronius, k Locum objectum non *eſſe Hieronymi, ſed hæretici contra quem Hieronymus diſputat.* Verum, id nihili eſt. Nam ſi verba hæc tanquam Joviniani ſimpliciter conſiderentur, ſic multiplicatur nobis numerus teſtium, hæreticis & Orthodoxis in hac quæſtione nobiſcum conſentientibus. Sed addo cenſeri debere, non Joviniani modò, ſed etiam Hieronymi, quandoquidem Jovinianus non ibi loquitur ex propria hypotheſi a qua Hieronymus diſſentiret, verum ex fide communi de Euchariſtia, in qua illi omninò cum Hieronymo conveniebat. Undè & Hieronymus, nè minimam quidem illius carpendi occaſionem prætermittens, in his verbis nihil arguit tanquam falſum aut hæreticum. Reſpondet ſecundò Perronius, *Hieronymum quamvis ea apertè non reprehendat, tum quia inter illos de hac materia non agebatur, tum quia commodum ſenſum habere poterant; nihilominus, quia durum ſenſum habere poterant, quandò illa ſua facit, in reſponſione ſua reducendo ac repetendo ea corrigere & mollire, ac pro eo quod Jovinianus dixerat*, Dominus in typo ſanguinis ſui vinum obtulit, *ſubſtituere* excepto myſterio quod in typum ſuæ paſſionis expreſſit; *ad oſtendendum*, per vinum, *Jovinianum aut intellexiſſe, aut intelligere debuiſſe, myſterium expreſſum ſub ſpecie vini, & per* ſanguinem, *effuſionem ſanguinis, id eſt, paſſionem; juxta vſum* l *ſcripturæ mortem violentam* ſanguinem *appellantis: atque ad ſenſum legitimum illis tribuendum, hoc pacto eſſe exponenda*: Dominus obtulit vinum, *hoc eſt myſterium contentum ſub ſpecie vini*, in typo ſanguinis ſui, *id eſt, in typo effuſionis ſanguinis, in figura paſſionis, in figura mortis.* Verum Lectoribus illudit. Quiſquis enim vel tantillum Hieronymi genium noverit, facile judicaturus eſt, illum, ſi Jovinianus aliquid animadverſione correctione-neque dignum effutiſſet, ei nullomodò fuiſſe condonaturum, cum vel ipſũ ubi durius quandoque loquitur & inceleganter, acerrime inſectetur. Quod ergò non ipſius verba, ſed eorum tantummodò ſenſum alijs verbis exprimit in reſponſione ſua, non ad ea corrigenda aut mollienda id facit, verum quia, cum neceſſe non foret ea repetere ac in ea inquirere, ut potè quibus conſentiret, elegantiæ cauſa aliter exiſtimavit eſſe reſumenda. Alioquin, eum, perinde ac Jovinianum cenſuiſſe vinum, typum & ſacramentum eſſe, non mortis & paſſionis tantummodò Dominicæ, ſed etiam ſanguinis ejus, patet ex diſerta ipſius affirmatione. Sic enim alibi exponens hæc Jeremiæ verba, *confluent ad bona Domini ſuper frumento, & vino, & oleo*, &c: *Super frumento*, d inquit, *& vino & oleo, de quo conficitur panis Domini, & ſanguinis ejus impletur* (id eſt, e efficitur) *typus & benedictio ſanctificationis oſtenditur* Et rurſum, paſſionem ipſam ab ipſo ſanguine diſparans: ee *Nemo poteſt paſſionis Domini, corporiſque ejus & ſanguinis pro majeſtate rei ſacramenta cognoſcere.* Sed attendant, quæſo, lectores ad

i *De fide lib. 3. c. 5.*

k *De Euch. l. 2. Author. 31. c. 4.*

l *Apoc. 6. 10 & Matth. 27. 31.*

d *In Jerem. 31.*

e *Vid. Theodoret. in epiſt. ad Hebr. 13. 11.*

ee *In 44. Ezechiel.*

Hieronymus.

figmentum Perronianum, ac illud mirentur. *Dominus obtulit vinum*, ait hîc Jovinianus; *id eſt*, inquit Perronius, *non vinum, ſed myſterium contentum ſub ſpeciè vini.* At verò, ubinam vinum, non vinum, ſed myſterium ſub accidentibus vini contentum unquam deſignavit? Quàm temerè! quàm ridiculè! Tertiò reſpondet Coffetellus, f *vocabulum typi, ut obſervat Marius Victorinus, non debere referri ad eſſentiam ſacramenti Euchariſtiæ, hoc eſt, ad id quod in eò continetur, ſed ad ſignum externum quod contentum in ipſo velat.* At verò, ut prætermittam inſignem ejus αἰβλεψίαν Marianum Victorium, Reatinum Epiſcopum novitium in Marium Victorinum Africanum tranſmutantis, intricatæ hujus ſolutionis ſenſus eſt, per *typum ſanguinis* accidentia vini deſignari. Sed abſurde primo. Nam, nec accidentia vini vinum ſunt, cum vinum ſubſtantia ſit, nec magis Jovinianus per vinum accidentia vini intelligit, quam per aquam aquæ accidentia. Deindè & contradictoriè. Nam immediate ſubjungit: *Dominus juxta Iovinianum &, non obtulit aquam, id eſt, aqua non uſus eſt, ſed vino pro materia ſacrificij quod in cœna obtulit in typo ſanguinis ſui in cruce effuſi, hoc eſt, in figura paſſionis.* Si enim per vinum Jovinianus intelligit materiam ſacrificij non igitur ſignum externum ſicut ſupra aſſerebat, hoc eſt, vini accidentia. Accidentia enim vini per ſe & ſolitaria ſacrificij materia non ſunt. Quibus addo, illum hac expoſitione ſua rurſum & aliter Authoris mentem pervertere. Nam, nec Jovinianus ait, Dominum non aqua, ſed vino uſum eſſe pro materia ſacrificij, ut illi imponit, ſed vinum obtuliſſe dicit, quod longe aliud eſt, cum illud præparatio ſit ad ſacrificium, hoc ſacrificium ipſum; nec propriè hîc loquitur de oblatione quæ Deo fiat, ſed de oblatione Diſcipulis facta ad manducationem hoc eſt, de diſtributione, de qua ſimiliter Hieronymus ipſemet in reſponſione ad Hedibiæ quæſtiones, ait, Chriſtus vinum dedit. Nam hæc ait in tertiâ quæſtione, in qua propoſuerat, *inter abſtinentiam ciborum, & cum gratiarum actione perceptionem eorum, nullam eſſe diſtantiam*, totiuſque loci contextus apertiſſimè indicat, ibi non de oblatione in ſacrificium, ſed de diſtributione ad edendum directè agi.

f *De nominib. Sacramentic. 20. pag. 277.*

g *In Epiſt. ad Hedib. quæſt. 2.*

Tertius locus habetur in Epiſtola ad Hedibiam in qua reſpondens ad quæſtionem ab ea propoſitam quid ſibi vellent, hæc Domini verba, *Dico vobis, non bibam amodò de hoc genimine vitis uſque in diem illud quo bibam illud novum nobiſcum in regno Patris mei*, ait: *Ex hoc loco quidam mille annorum fabulam ſtruunt, in quibus Chriſtum regnaturum corporaliter eſſe contendunt, & bibiturum vinum quod ex illo tempore uſque ad conſummationem mundi non biberit. Nos autem audiamus panem quem fregit Dominus deditque Diſcipulis ſuis eſſe corpus Domini Salvatoris, ipſo dicente ad eos*, Accipite & comedite, hoc eſt corpus meum: *& calicem illum eſſe de quo iterum locutus eſt*, bibite ex hoc omnes: hic eſt ſanguis meus novi teſtamenti qui pro multis effundetur, *&c. Iſte eſt Calix de quo in propheta legimus*, Calicem ſalutis accipiam. *Et alibi*: Calix tuus inebrians quàm præclarus eſt. *Si ergo panis qui de cœlo deſcendit, corpus eſt Domini, & vinum quod Diſcipulis dedit, ſanguis illius eſt novi Teſtamenti qui pro multis effuſus eſt in remiſſionem peccatorum, Iudaicas fabulas repellamus, & aſcendamus cum Domino cœnaculum magnum, ſtratum atque mundatum, & accipiamus ab eo ſurſum calicem novi Teſtamenti, ibique cum eo paſcha celebrantes, inebriemur ab eo vino ſobrietatis. Non enim eſt regnum Dei cibus & potus, ſed juſtitia, & gaudium, & pax in Spiritu Sancto. Nec Moyſes dedit nobis panem verum, ſed Dominus Ieſus. Ipſe conviva & convivium, ipſe comedens, & qui comeditur. Illius bibimus ſanguinem, & ſine ipſo potare non poſſumus, & quotidiè in ſacrificijs ejus de genimine vitis vera, & vinea Sorech quæ interpretatur electa, rubentia vina calcamus, & novum ex his vinum bibimus de regno Patris, nequaquam in vetuſtate littera, ſed in novitate Spiritus, cantantes canticum novum quod nemo poteſt cantare, niſi in regno Eccleſiæ, quod regnum Patris eſt. Hunc panem & Iacob Patriarcha comedere cupiebat dicens: Si Dominus fuerit mecum, & dederit mihi panem ad veſcendum, & veſtimentum ad operiendum. Quotquot enim in Chriſto baptizamur, Chriſtum induimus, & panem comedimus Angelorum, & audimus Dominum prædicantem, Meus cibus eſt ut faciam voluntatem ejus qui miſit me Patris, ut impleam opus ejus. Faciamus igitur voluntatem ejus qui miſit nos Patris & impleamus opus ejus, & Chriſtus nobiſcum bibet in regno Eccleſiæ ſanguinem ſuum.* Hucuſque Hieronymus, de quo utrum in hoc loco noſter ſit, an Adverſariorum, inter nos & illos vehemens contentio eſt. A partibus autem noſtris illum ſtare oſtendimus; videlicet, quia teſtatur ſe in hiſce Domini verbis, *hoc eſt corpus meum*, per pronomen *hoc* intelligere panem quem Dominus fregit & Apoſtolis diſtribuit: *Audiamus*, inquit, *panem quem fregit Dominus deditque Diſcipulis ſuis eſſe corpus Domini ſalvatoris, ipſo dicente ad eos, Accipite & comedite, hoc eſt corpus meum*, Id ipſum enim affirmamus. At illud, inquit a Stapletonus, *nemo Catholicorum dabit.* Rationem reddit Vaſques: ſi pronomen *hoc*, b inquit, *in illis verbis demonſtraret panem, fatemur etiam fore ut nulla converſio virtute illorum fieri poſſet, quia panis, de quo enuntiamur, manere deberet.* Quid clarius?

Hieronymus.

Rom. 14.

a *In Matth. Matth. 26. in refut. expoſit. Calv.*

b *Diſput. 180. c. 9. num. 92.*

c Perronius tamen mirum in modum ſe torquet, ut oſtendat per hunc panem de quo Hieronymus loquitur, panem verum ac proprie di-

c *Capit. 2. pag. 397.*

Digitized by Google

Hieronymus.

priè dictum non designari, sed proprium Domini corpus. Quod, licet absurdissimum sit (sensus enim Hieronymi foret, *audiamus corpus quod fregit Dominus, esse corpus Domini salvatoris*, cum tamen Domini corpus frangi nullomodo possit, nec Evangelistæ testentur Dominum in Eucharistia corpus suum fregisse, sed panem quem acceperat) spondet sibi nihilominus se id phalerata hac subtilitate esse probaturum. Videlicet, *quia Hieronymus postquam dixisset*, Audiamus panem quem fregit Dominus deditque Discipulis suis esse corpus Domini salvatoris, ipso dicente ad eos, Accipite & comedite, hoc est corpus meum, *&c*, *subjungit paulò post*: Si ergo panis qui de cœlo descendit, corpus est Domini, & vinum quod Discipulis dedit, sanguis illius est Novi Testamenti qui pro multis effusus est in remissionem peccatorum, Judaicas fabulas repellamus, *&c. Non autem potest ex hac propositione*, hoc est corpus meum, *inferre hanc consequentiam*, panis ergo qui de cœlo descendit est corpus Christi, *nisi terminus* hoc, *& terminus* panis qui de cœlo descendit, *idem suppositum sint*: *nec hi termini*, hoc & panis qui de cœlo descendit *idem suppositum esse, nisi terminus* hoc *& terminus* corpus meum, *pariter idem suppositum sint. Panis enim qui de cœlo descendit, & corpus Christi, vere, realiter & proprie idem suppositum sunt, & non duo, unum significativum, alterum ab alio repræsentatum. Multò minus ex hac propositione*, hoc est corpus meum, *inferre potest hanc conclusionem, Ergo panis qui de cœlo descendit est corpus Christi, nisi verbum* est *quod utriusque propositionis partes connectit, utrobique eodem sensu sumatur. Atqui negari non potest in hac propositione, panis qui de cœlo descendit Christi corpus est, verbum* est *pro verè ac realiter esse usurpari, non autem pro significare. Nam panis qui de cœlo descendit, non significat corpus Christi, sed illud verè est, realiter ac propriè. Ac de consequenti secundum Hieronymum verbum* est *in hisce verbis*, hoc est corpus meum, *accipi non potest pro significare ac figurare, sed pro esse vere, realiter ac proprie*, &c. Sed magno conatu magnas nugas agit. Multiplex siquidem ille consequentiarum nexus putridum hunc orsum pro fundamento substernit in verbis Hieronymi *panem qui de cœlo descendit*, & *corpus Christi* quod de illo prædicatur, idem suppositum esse. Id enim falsissimum est. Nam quamvis ipse Dominus seipsum Joannis sexto panem de cœlo descendentem nominet, & sic corpus ejus passim a Veteribus appelletur, Hieronymus tamen hoc loco per panem qui de cœlo descendit, nec Christum, nec corpus ejus intelligit & designat, sed panem sacramentalem de quo Christi corpus quod ab eo disparatum est figurate enuntiat. Probatio evidentissima est. Nam cum Hieronymus dicat, *Si ergo panis qui de cœlo descendit, corpus Christi est*, hanc propositionem referens ad id quod supra dixerat, *Audiamus panem quem fregit Dominus deditque Discipulis suis esse corpus Domini salvatoris*; manifestissime indicat se de vno ac eodem pane utrobique loqui. At per panem quem dixerat Dominum fregisse ac Discipulis dedisse, verum ac propriè dictum panem intelligit. Alludit enim ad id quod Evangelistæ referunt, Dominum accepisse panem & fregisse: negari autem non potest, propriè dictum panem fuisse quem Dominus accepit & fregit. Similiter ergo per panem qui de cœlo descendit, non corpus Domini, sed panem sacramentalem, seu mysterium corporis quod secundum substantiam propriè dictus panis est, intelligit. Quod & alibi quoque innuit, quando ait: d *Salvator generis humani pascha fecit in cœnaculo, & magno latoque cœnaculo atque omni sorde purgato, stratoque, & ad spirituale convivium præparato, ubi mysterium corporis & sanguinis suis tradidit Discipulis, & æternam nobis agni immaculati festivitatem reliquit.* Mysterium autem illud sive panem sacramentalem, panem de cœlo descendentem appellat, quemadmodum & alibi e sermonem Dei, & alij veterum sacramenta generatim & baptismum speciatim de cœlo venisse ajunt. Sic enim ipsemet Hieronymus in hæc Apostoli verba, modicum fermentum totam conspersionem fermentat: *Docet*, f inquit, *panem Ecclesiæ spiritualem qui de cœlo descendit, non debere Judaica interpretatione violari, & Dominus idipsum Discipulis præcipit, ut caveant a fermento Pharisæorum.* Et rursum de hæreticis agens: g *Comederunt in sanctis scripturis panem qui de cœlo descendit, & cum David dixerunt, incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi, impletique & saturati elevaverunt contra creatorem cor suum.* Et de Christo loquens: a *De hoc tritico efficitur ille panis qui de cœlo descendit, & qui confirmat cor hominis. Hunc panem comedunt qui in Christo robusti sunt, & ad quos Joannes Evangelista loquitur: Scribo vobis, juvenes, quia sermo Dei in vobis manet, & fortes estis & vicistis malignum.* Et Author Librorum de Sacramentis apud Ambrosium: b *Author sacramentorum quis est nisi Dominus Jesus? De cœlo sacramenta ista venerunt: Consilium enim omne de cœlo est.* Et Cyrillus Alexandrinus: c *E supernis & ex cœlo sanctum baptisma est.* Imo & de pane Eucharistico loquens sub titulo panis qui de cœlo descendit, & de baptismo sub Jordanis nomine, ut innueret hæc Epitheta mystico aliquo sensu (nempè quia eorum institutio a cœlo est) non autem proprie & secundum literam illis tribui; *Comedimus*, d inquit, *panem de cœlo* (*mysticus sermo est*) *& Jordanem transivimus.* Verum instat Milleterius duabus ratiunculis. Prior est, y *Hieronymum Adversarios suos hac solum ratione confutare, quod*

Hieronymus.

d *In cap. Ezechiel.* 41.

e *Vid. & Procop. in Esaiam p.* 141.

f *In c. 5. Epist. ad Galat.*

g *In Osee c.* 13. *& in Ierem.* 31.

a *In c. 9. Zacharia. Etim.* 40. *Ezechiel. lib. ex Origene in Matth. hom.* 35.

b *Lib. 4. c. 4.*

c *De adoration. l.* 13.

d *In c. 4. Zachar.*

y *Pag.* 333.

THE PARLIAMENTARY DEBATES.

[illegible] Parliament [illegible] Session [illegible] Parliament [illegible] Session [illegible] Parliament [illegible] Session [

Hieronymus.

vivum, ipse comedens & qui comeditur; & ait, *observatione dignissimum esse quod ibi asseveratur, Christum ipsum comedisse in hoc sacramento corpus suum & bibisse sanguinem suum, Quod certe intelligi non post secundum gratiæ participationem* &c, ac proinde *oportet de oralis sumptione intelligere*; & de consequenti corpus & sanguinem Christi in mensa Eucharistica realiter & proprie esse. Verum toto cœlo aberrat. Supponit enim Hieronymum hoc loco loqui de Christo ipso in Eucharisticæ institutionis actu spectato, cum potius de eo videatur tantũ agere quod nunc à Domino & à nobis circa eum fiat quotiescunque Eucharistiæ cõmunicamus. Nam præterquam quod locus ab Hedybia propositus id requirit, Hieronymus non modò verbis præsentis temporis utitur, *ipse conviva & convivium, ipse comedens & qui comeditur*; sed & ad finem subjungit, *faciamus igitur voluntatem ejus qui misit nos Patris, & impleamus opus ejus, & Christus nobiscum bibet in regno Ecclesiæ sanguinem suum.* Et alibi similiter: p *Ipse est princeps & Pontifex secundum ordinem Melchisedec, & hostia, & sacerdos qui in conspectu Patris nobiscum cœlestem comedit panem & vinum bibit, de quo loquitur in Evangelio, Non bibam de genimine vitis hujus, nisi cum bibero illud novum in regno Patris mei, in illo videlicet regno, de quo & ipse alibi ait: regnum Dei intra vos est.* Fallò autem & absurdè ab Hieronymo diceretur, Dominum nunc in Eucharistia corpus suum per se edere. Mens igitur ipsius est, Christum nunc in nobis qui cum eo q *unus Christus* sumus mediatè comedere, repræsentativèque bibere. Quod & Petronius hac in parte Gregorio oculatior ex Paschasio observat: *quemadmodum*, r inquit, *Dominus in suis patitur, esurit, sitit, induitur & recipitur, sic & bibit potum hunc novum in regno Patris, id est, in ecclesia, quotiescumque nos qui ipsius sumus Digne comedimus & bibimus.* Et ante utrumque Origenes: f *Ipse, qui accepto calice dicit, bibite ex hoc omnes, nobis bibentibus non discedit à nobis, sed bibit eum nobiscum, cum sit in singulis ipse.* Imo & ipsemet Hieronymus jam supra citatus: *Quæ*, inquit, *ex parte* (quia videlicet, id in cœlis plenius fiet, de quibus alibi: t *in futuro*, &c, *illo vescemur pane qui de cœlo descendit*) *complentur in Ecclesia, quando dicit Dominus Discipulis suis, bibite amici mei, & inebriamini fratres, quod vinum lætificat cor hominis.* Sed addò, quamvis daremus Hieronymum loqui de eo quod à Domino in Eucharistiæ institutione factum est, sensum ejus non magis fore Dominum, aut corpus suum proprium edisse, aut sanguinem bibisse: *aliquid enim seipsum participare, vel solum cogitare absurdum est*, inquit u Cyrillus Alexandrinus; sed tantummodò, illum corpus suum typicum ac symbolicum manducasse, panem videlicet, & sanguinem suum intelligibilem (ut eum à Hesychius vocat) vinum nempè sanguinis sui signum bibisse, sicque à nobis vicissim, non in se, sed in signis illis comedi & bibi.

Hieronymus. a *In Zephan. l. 2.*

Itaque, ut totius loci genuinum, verumque sensum summatim & paucis exhibeam, dico, cum quæsisset Hedibia quomodo sumenda essent hæc Domini verba. *Non bibam amodo de hoc genimine vitis, usque in diem illum quo bibam illud novum vobiscum in regno Patris mei*; Hieronymum respondere, illa non esse accipienda de vino communi, quod Veterum nonnulli fabulati erant à Christo versus mundi finem per mille annos corporaliter regnante cum suis bibendum fore, sed de vino Eucharistico, quod mysticus ejus sanguis est, ab ipso in Ecclesia per fideles suos mediate & repræsentative usque ad seculi consummationem in Ecclesia bibendo: quemadmodum & per ipsos in panis symbolo qui mysticum ejus corpus est, ibidem perpetuo & manducat & manducatur. Sed addo, licet daremus Hieronymum hîc per panem quem Dominum dicit fregisse, discipulisque dedisse, proprium ipsius corpus, ac per vinum similiter & per genimen vitis proprium ipsius rursum sanguinem intelligere, Perronium tamen, aut ex Adversarijs alium quemlibet ab illo nõ inde recte collecturum, eam esse genuinam, propriam & litteralem verborum sacramentalium expositionem. Primo enim ipsemet commentario in Matthæum explicans eadem Domini verba, *non bibam amodo de hoc genimine vitis*, &c hanc tantummodo expositionem affert, per vineam intelligi *populum Israel*, & per regnum Patris *fidem credentium*: quis tamen ideo dixerit Hieronymum censuisse, eum literalem ac proprium esse verborum illorum sensum? Deinde Origenes, a quo Hieronymus (ut ex collatione videre est) quæ hic dicit est mutuatus, quamvis contrahat & aliter applicet ut supra observavimus, tertiam dat illius panis & vini interpretationem, ea videlicet, exponens de verbo Dei: *panis est*, b inquit, *quem Deus Verbum corpus suum esse fatetur, verbum est nutritorium animarum*, &c. Et rursum: *potus iste quem Deus Verbum sanguinem suum fatetur, verbum est potans & inebrians præclare corda bibentium.* Et post aliqua interjecta expositionem hanc persequens: *Quemodo dat Deus panem*, ait, *significat & Iacob dicens*, c *Si fuerit Dominus mecum & dederit mihi panem ad manducandum, & vestimentum ad vestiendum, omnia quæcunque Domine mihi dederis, decimam decimabo tibi. Item, scriptum est in Euangelio secundum Ioannem: Non Moyses vobis dedit panem, sed Pater meus vobis dat panem de cœlo verum. Et semper Iesus his qui secum pariter agunt festivitatem, accipiens panem a Patre gratias agit & frangit & dat Discipulis secundum quod unusquisque eorum capit accipere, & dat dicens, Accipite & manducate.*

b *In Matth. homil. 35.*

c *Genes. 28.*

p *In cap. 44. Ezechiel. vid. & in cap. 9. Amos. & in Mich. 1.*

q *Chrysost. in Ep. ad Coloss. hom. 8.* τοῦτο γὰρ ἐστὶ τὸ ἡμᾶς ἑνῶσθαι.

r *pag. 397.*

f *In Matth. homil. 35.*

t *In capite 46. Ezechiel.*

u *In Ioan. l. 12. supr. in Chrysost. c. 6. extat.*

Hieronymus.

Et ostendit quando eos hoc pane nutrit proprium esse corpus, cum sit ipse Verbum quod nunc necessarium habemus, &c. *Si ergo & nos volumus* panem *benedictionis accipere ab Iesu qui consuetus est eum dare, eamus in civitatem in domũ cujusdam, ubi facit Iesus pascha cum Discipulis suis, præparantibus ipsum notis ipsius. Et ascendamus ad superiorem partem domus, magnam, & stratam & præparatam, ubi accipiens a Patre calicem & gratias agens, dat eis qui cum ipso ascenderint, dicens: bibite, quia hic est sanguis meus novi testamenti, qui & bibitur, & effunditur: bibitur quidem a Discipulis, effunditur autem in remissionem peccatorum committorum ab eis à quibus bibitur & effunditur. Si autem quæris, quomodo etiam effunditur, discute cum* hoc verbo *etiam quod scriptum est, quoniam Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris. Si autem sanguis Testamenti infusus est in corda nostra in remissionem peccatorum nostrorum, effuso eo potabili sanguine in corda nostra, remittuntur & delentur omnia quæ gessimus ante peccata. Ipse autem qui accepto calice dicit, bibite ex hoc omnes, nobis bibentibus non discedit à nobis, sed bibit eum nobiscum, cum sit in singulis ipse: quoniam non possumus soli, & sine eo, vel manducare de pane illo, vel bibere de generatione illius vitis vera. Nec mireris, quoniam ipse est & panis & manducas nobiscum panem, ipse est & potus generationis de vite & bibit nobiscum. Omnipotens enim est verbum Dei, & diversis appellationibus nuncupatur, & innumerabilis est ipse secundum multitudinem virtutum, cum sit omnis virtus unus & ipse.* Nemo tamen, opinor, est qui hanc expositionem verborum sacramentalium, ac intelligentiam panis & vini Eucharistici, propriam ac historicam esse asserere ausit. Testatur enim ibidem ipse Origenes hanc esse expositionem *prudentiorum*, hoc est eorum (ut alibi loquitur) *qui profundius audire didicerunt*, non autem communem interpretationem: quod dicit Iesus, inquit, accipiens panem, similiter & accipiens calicem, qui parvulus quidem est in Christo & in Christo adhuc carnalis, intelligat communiter, prudentior autem quærat, &c. Et alibi: d *intelligatur panis & poculum a simplicioribus secundum communiorem Eucharistiæ expositionem* (nempè, de vero pane qui e *corpus Christi typicum & symbolicum est*, & de vino quod mysticus sanguis ipsius est) *ab iis vero qui profundius audire didicerunt secundum divinorem expositionem de nutritore veritatis sermonis promissione.* Similiter ergo quamlibet Hieronymus panem quem fregit Dominus, vinumque quod distribuit, de proprio Christi corpore sanguineque intelligeret, non ideo sequeretur eum censuisse hanc esse germanam propriamque intelligentiam. Allegorica ea foret, perinde ac illa Origenis, ac proinde non vrgenda.

Sed tædet tam diu in respondendo esse occupatum. Juvat hic pro corollario haud sane imbelle telum ex sententia Chiliastarũ quam hoc loco Hieronymus refert & explodit, ductum, contra Adversarios vibrare. Quinam enim erant illi qui ex his Domini verbis, *non bibam amodo de hoc genimine vitis usque in diem illum quo bibam illud novum vobiscum in regno Patris mei*, mille annorum fabulam struebant, in quibus Christum regnaturum corporaliter esse contendebant, & bibiturum vinum quod ex illo tempore usque ad consummationem mundi non bibent? Viri sane non parui nominis. Enumerat enim ipsemet f Hieronymus Papiam S. Joannis Discipulum, Irenæum, Tertullianum, Victorinum Pictaviensem, Apollinarium, Lactantium, Severum, Nepotem: quibus & Justinum Martyrem g Sixtus Senensis superaddit. Hi omnes existimabant Dominum per mille annos in terra regnantem de novo ibi bibiturum de eodem vitis genimine, de quo in Eucharistiæ communione biberat, atque in hunc h sensum supra citata ipsius verba apud Matthæum de calice Euangelico dicta transferebant. Minime autem credebant Dominum per mille annos in terra regnantem, proprium sanguinem suum esse potaturum. Id de vero vino proprieque dicto intelligebant, quemadmodum Irenæus prolixe interpretatur. Pariter ergo censebant Dominum in Eucharistia verum ac proprie dictum genimen vitis bibisse, hoc est, verum substantia vinum: proinde, qua fronte eorum testimonia ab Adversarijs in rem suam detorquentur? Sed pergo. An Hieronymus in hoc articulo ab illis dissentiebat? Id verisimile non est, nec sine temeritate videtur affirmari posse. Nam quemadmodum hîc ait, *Audiamus panem quem fregit Dominus deditque Discipulis suis, esse corpus Domini salvatoris*, Et rursum, *vinum quod Discipulis dedit sanguis illius est Novi testamenti*; sic & Irenæus, k *Eum calicem qui a creatura est sanguinem suum confessus est, & panem qui à creatura est suum corpus esse confirmavit.* Consensus inter illos erat de substantia liquoris a Domino in Eucharistiæ communione bibiti: tantum autem dissentiebant, in eo quod illi Dominum existimarent de novo ac per seipsum de eodem substantialiter liquore esse bibiturum, Hieronymus vero id eum non per seipsum & in terra consistentem, sed repræsentative per fideles suos in continuata sacramenti communione præstiturum esse censeret. Cum illis igitur similiter intelligit id vitis genimen quod salvator apud Matthæum in calice Eucharistico se bibisse testabatur, quamvis sanguinis ipsius vocabulo nuncupatum, juxta substantiam verum vitis genimen esse; sanguinemque non proprie, sed metaphorice tantum figurateque appellatum. Nodus hic Gordio strictior.

Quartus locus ducitur ex Epistola ad Theophi-

Hieronymus.

f *Catalog. in Papia Et in c. 36. Ezechiel. & præfat. Commentar. Victor. in Apocal. & præf. l. 18. in Esaiam.*

g *Bibliorth. l. 6. annot. 347*

h *Vid. Irenæum l. 5. c. 33.*

i *Ibid.*

k *Lib. 5.*

d *In Tom. tom. 32.*

e *In Matth. c. 15.*

Digitized by Google

Hieronymus.

Theophilum Alexandrinum, in qua loquens de Paſchali ejus opere quod è Græco in Latinum verterat: [a] *Mirati ſumus*, inquit, *in opere tuo utilitatem Eccleſiarum, ut diſcant, qui ignorant eruditi teſtimonijs ſcripturarum qua debeant veneratione Sancta juſcipere, & altaris Chriſti miniſterio deſervire, ſacroſque calices & ſancta velamina, & cætera quæ ad cultum pertinent Dominica paſſionis, non quaſi inanima & ſenſu carentia ſanctimoniam non habere, ſed ex conſortio corporis & ſanguinis Domini, eadem qua corpus ejus & ſanguis majeſtate veneranda.* Locum obſervatione dignum & ex quo ſic concludimus: Proprium Domini corpus propriuſque ſanguis propter arctiſſimam cum Verbo divino vnionem coadorari debent in perſonâ adoratione ipſa perſonæ debita (quod Bellarminus fatetur) id eſt, ſumma. At corpus & ſanguis de quibus Hieronymus, non adoranda ſunt hac ſumma adoratione, ſed alia inferiori quam venerationem appellat: Proprium igitur corpus, propriuſque ſanguis non ſunt ac proinde tantum corpus & ſanguis Domini figurate indigetantur. Aſſumptum probatur. Hieronymus enim ait, corpus & ſanguinem de quibus loquitur eadem majeſtate, hoc eſt, eodem honore eſſe veneranda, quâ ſacri calices, ſacra velamina, & cætera quæ ad cultum pertinent Dominicæ paſſionis. At res per ſe clamat calices, velamina & alia paſſionis Dominicæ inſtrumenta ſumma adoratione non eſſe veneranda. Idque etiam docet libellus cujus titulus eſt, *Sententia SS. Patrum de venerandarum imaginum vſu comprobata in ſancta & generali ſeptima ſynodo*, ubi adoratio vaſis ſacris debita diſcernitur & diſtinguitur, tanquam alia ſpecie, ab ea quæ Deo convenit: *Adorationum*, [c] inquit *vna eſt eximia & ſupra alias omnes quæ ſoli vniverſorum Deo & omnia potenter adminiſtranti debetur & tribuitur*, &c; *alia voluntaria eſt & honoraria, non ſecundum latriam ex deſiderio & fide, quam fideles Sanctis vt jam potiorem gloriam adeptis propter Sanctorum Deum reddunt, ut quæ per illos ad eum referatur, Angelis item & viris divinis, ſacris quoque templis & pretioſis vaſis.* Ad hoc argumentum nihil habent Adverſarij quod reſpondere veriſimiliter poſſunt. Et ea forte cauſa eſt, cur Gregorius de Valentia in [d] Libello de reali præſentia corporis & ſanguinis Chriſti in Euchariſtia, quem poſtea commentarijs ſuis in Thomam huc & illuc appoſuit, hunc Hieronymi locum fœdè corruperit, & pro eo quod Author ait, ſacros calices & ſacra velamina & cætera quæ ad cultum pertinent Dominicæ paſſionis, &c, ex conſortio corporis & ſanguinis Domini, *eadem* qua corpus ejus & ſanguis majeſtate veneranda; illum ipſe ſic referat: *Hieronymus ad Theophilum Alexandrinum, inquit, propter conſortium corporis & ſanguinis Domini magna veneratione colunter.* Et alter Jeſuita Cotterus: [e] *Sanctos calices & ſancta velamina & cætera quæ ad cultum pertinent Dominicæ paſſionis, ait B. Hieronymus, ex conſortio corporis & ſanguinis Domini* ſumma *majeſtate veneranda.* En fidem Jeſuiticam. Repertus tamen eſt novus Thraſo, Milleterius qui hoc argumentum non modò ſolveret, ſed etiam contra nos retorqueret. Ait enim, [f] *ſenſum Hieronymi eſſe, majeſtatem qua corpus & ſanguinem Chriſti digna reddit honore qui illis exhibetur, id quoque præſtare vt ſacri calices velamina & alia qua ad cultum pertinent Dominicæ paſſionis, veneranda ſint propter conſortium corporis & ſanguinis ejus. Quemadmodum qui diceret, eandem majeſtatem propter quam Regi redditur honos qui ei debetur, efficere ut honor etiam debeatur iis qui illis ſerviunt. Ridiculum autem foret dicere, Regis mancipia eadem qua Rex ipſe majeſtate eſſe veneranda: ac proinde ridicula pariter cenſeri debet ſimilis verborum Hieronymi interpretatio.* Verum pueriliter errat. Nemo enim, vel tantillum litteraturæ & judicij habens, ad exprimendum Regis mancipia honoranda eſſe quoniam Regem comitentur, unquam dixerit, *Regis mancipia eadem qua Rex majeſtate, eodem honore eſſe veneranda.* Ea enim verba hoc non ſimpliciter ſignificant: & qui ſic loqueretur, imprudenter & ridicule diceret, eum ipſum honorem qui Regi defertur, ipſis eſſe tribuendum. Cum igitur Hieronymus dicat calices, & ſacra velamina & cætera quæ ad cultum Dominicæ pertinent paſſionis ex conſortio corporis & ſanguinis Domini eadem qua corpus & ſanguis majeſtate eſſe veneranda, intelligit procul dubio eamdem venerationem utriſque convenire: vnde ſtat argumentum quod initio formavimus. Nec juvaret objicere, probabile non videri Hieronymum cenſuiſſe, calices, velamina & alia ſupra memorata eodem quo ſacramentum honore eſſe veneranda propter illius conſortium, rationemque dictare plus honoris ſacramento eſſe tribuendum. Dico enim, mentem ipſius eſſe eamdem cultus ſpeciem illis omnibus eſſe deferendam, quamquam quoad gradus differentia intercedat: quemadmodum patet ex libello ante citato de veneratione imaginum, eamdem eſſe venerationis ſpeciem quæ debetur, & Angelis, & hominibus ſanctis, & templis, ac vaſis pretioſis, quamquam negari non poſſit majorem honoris gradum deberi Angelis quam hominibus ſanctis, & hominibus ſacris quam templis ac vaſis.

Quintum argumentum ducitur ex iis locis in quibus docet Hieronymus, impios, infideles & hæreticos non manducare corpus

Chriſti,

[a] *quadam exempl. Speciosissima.*

[b] *De Euchariſt. l. 4. c. 29. §. Altera ſolutio.*

[c] *Biblioth. Patr. edit. 4. tom. 1. Graec.* Τὴ μὲν ἐξαιρέτου καὶ πάντων ἐπέκεινα προσκύνησιν, μόνῃ τῇ τῶν ὅλων θεῷ καὶ πάντων κρατοῦσῃ δοξολογοῦμεν· τὴν δὲ ἀφώρισται καὶ προσκύνησιν, ὅσ. καὶ ἀφαίρετον καὶ ἀμέτοχον, καὶ λατρείαν οὐ πάσῃ καὶ πάσης, οὐδὲ τὴν τῶν ἁγίων εἰκόνων δίκῃ λαχοῦσαν τὴν πρώτιστον, οὐδὲ τὴν τῶν ἁγίων θεοπνεύστων, εἰς δὲ ἑκάστου ὅτε ἀντὸν ἀναφέρεται. ἀγγέλοις τε, θείοις τε ἀνδράσι, ἱεροῖς τε ναοῖς, ἅμιλλαι τε σκεύεσι. d *c. 6. §. Sexto Et tom. 4. diſput. 6. ſupr. cit. Sect. probatur 50. §. Sexto.*

[e] *Coſterus in Enchirid. de S. Euchar. ſacram. c. de Adorat.*

[f] *p. 878. & 9.*

Bell, Alexander Graham, Washington, D. C. Improvements in telegraphy. No. 174,465, March 7, 1876. Assigned to the Bell Telephone Company.

Bell, Alexander Graham, Washington, D. C. Improvements in telegraphy. No. 178,399, June 6

Hieronymus.

Octavus locus ducitur à Commentario in Matthæum, in quo de Domino loquens, ait: e *Poſtquam typicum Paſcha fuerat impletum & agni carnes cum Apoſtolis comederat, aſſumit panem qui confortat cor hominis, & ad verum paſcha tranſgreditur ſacramentum, ut quomodo in præfiguratione ejus Melchiſedek ſummi Dei ſacerdos, panem & vinum offerens fecerat, ipſe quoque veritatem ſui corporis & ſanguinis repræſentaret.* At vero, ſi per panem & vinum Dominus in Euchariſtia corporis & ſanguinis ſui veritatem repræſentavit; panis igitur & vinum repræſentatio ſeu figura ſunt veri corporis & ſanguinis Chriſti, non autem ipſamet veritas corporis & ſanguinis ejus. Nam *aliud eſt*, inquit f Tertullianus, *ſecundum veritatem eſſe* quod repræſentantium proprium eſt, *aliud ipſam veritatem eſſe* quod eſt rerum repræſentatarum. Reſpondet Perronius in hoc Hieronymi loco *verbum* repræſentare, *non ſumi pro* figurare & ſignificare, *ſed pro* præſens reddere & exhibere. *Quomodo Iuriſconſulti præſentem pecunia ſolutionem* repræſentationem *appellant: in quem ſimiliter ſenſum Columella illud vſurpat, quando ait de eo qui agriculturæ curam habet*, ſi ſe ſemper repræſentat, *id eſt, ſecundum Budæum, ſi ſe præſentem ſemper oſtendit*: Et *Tertullianus quando ait*: g *Deum in monte Thabor filium ſuum repræſentaſſe, id eſt, reapſe exhibuiſſe*; Et *rurſum*; h corpora in reſurrectione repræſentabuntur, id eſt, exhibebuntur. Et *Cyprianus*: i *ut ad potum civitatis aqua collecta eadem ubertate atque integritate repræſentetur*, qua de fonte proficiſcitur: Et *rurſum*; k Ut repræſenter vobis per paſchæ diem, *id eſt exhibear*: Et *Ambroſius*; repræſentare hominem patriæ ſuæ, *hoc eſt exhibere & præſentem reddere*. Et *Auguſtinus*; l Dominus poſt reſurrectionem ſe repræſentans Diſcipulis, *hoc eſt, præſentem ſe exhibens.* Verum, quamvis id daremus, non ideo evaderet. Argumentum mutaremus ac illud contorqueremus contra tranſſubſtantiationem. Hieronymus enim non ſimpliciter affirmat Dominum repræſentaſſe corpus ſuum, ſed innuit, eum corpus ſuum repræſentaſſe per panem quem aſſumpſit, ſeu, panem ad corpus ſuum repræſentandum accepiſſe. At verò ſi mens ejus eſt panem corpus Chriſti repræſentare, id eſt, præſens exhibere, neceſſe eſt ut intelligat panem officio repræſentantis fungentem verè eſſe ac permanere, nec ſubſtantialiter mutari: quemadmodum Tertullianus loco ſupra citato dicens, Deum Patrem filium ſuum repræſentaſſe, id eſt, exhibuiſſe in monte Thabor præſentem, Deũ Patrem repræſentantem verè permanere ſupponit. Non entis enim non ſunt actiones. Sed addo, (quod & m alias in Tertulliano obſervavi) quotieſcumque, vel de verbis, vel etiam de rebus ad ſignificationem ordinatis agitur, repræſentationem quæ illis tribuitur non ex ſe deſignare exhibitionem (id enim ſi aliquando contingit aliundè eſt & ex accidenti, non ex repræſentationis vi) ſed tantum ſignificationem ſeu in ſigno repræſentationem. Nam eſſentia ſignorum, quâ talium, in ſignificatione conſiſtit, ut n Bellarminus fatetur. Undè & Tertullianus cum dixiſſet Libro primo adverſus Marcionem, *Dominus uſque nunc* &c, *non reprobavit panem quo ipſum corpus ſuum repræſentat*; exponens Libro tertio quidnam ſibi vellet ea per panem repræſentatio, ait, *Dominum figuram corporis ſui pani dediſſe.* Repræſentare igitur, tum Tertulliano, tum Hieronymo, apertè *figurare* eſt, non vero præſens exhibere. Verum, cur quærimus, ſive in materia ſubjecta, ſive in Tertulliano illam applicante, quod ipſemet Hieronymus nobis ſuppeditat? Ait enim: *ut quomodo in præfiguratione ejus Melchiſedek ſummi Dei ſacerdos panem & vinum offerens fecerat, ipſe quoque* (Dominus) *veritatem ſui corporis & ſanguinis repræſentaret.* Nam quis adeò cæcus eſt qui non perſpiciat, verba illa, *ipſe quoque*, redditionem ſimilitudinis inter Melchiſedek Chriſtum pane & vino præfigurantem, & Chriſtum pariter per panem & vinum veritatem corporis ac ſanguinis ſui repræſentantem, complectentia, neceſſariò requirere ut *repræſentare* pro *figurare* ſumatur? Alioquin ſane, falſò & ineptè diceret, *ipſe quoque fecit quando* ante *Melchiſedek fecerat*, Melchiſedek enim non Chriſtum exhibuerat ac præſentem reddiderat, ſed figuraverat. Aut igitur ipſum veritatem corporis ſui ſanguiniſque repræſentaſſe, id eſt, figuraſſe intelligit Hieronymus, aut male & incongrua oppoſitaque comparatione ipſum quoque feciſſe ait, quomodo olim Melchiſedek.

Hieronymus.

n *De Euch. l. 1. c. 10.*

Spondet tamen Perronius ſe liquidò probaturum vocabulum *repræſentare*, non hîc ſumi pro *figurare*, ſed pro *præſens exhibere*, idque tribus argumentis quorum primum triſulcum eſt.

Primò, inquit, *conditio textus id exigit. Ibi enim Hieronymus Euchariſtiam ſimul opponit duabus figuris, videlicet, agno paſchali & ſacrificio Melchiſedek, non tanquam figuram figuræ ſuccedentem, ſed tanquam veritatem figuræ ſuccedentem. Nam expreſſe dicit, poſtquam typicum paſcha fuerat impletum, Dominus ad verum Paſcha tranſgreditur ſacramentum. Per quod manifeſtè indicat, ſe Euchariſtiam legali paſchæ opponere, non vt figuram figuræ æquipollentem, ſed tanquam figuræ veritatem. Supereſt igitur ut qualis differentia eſt inter figuram & veritatem, eadem ſit inter hæc verba* præfigurare *&* repræſentare *quibus exprimit oppoſitionem quam ſtatuit inter Euchariſtiam & ſacrificium Melchiſedec. Nam ad obſervandam proportionem terminorum antitheſeos, oportet eamdem analogiam quam conſtituit inter Euchariſtiam & paſcha legale, quæ eſt veritatis ad figuram, locum quoque habeat inter Euchariſtiam*

e *In cap. 26. Matth.*

f *Contr. Marcion. l. 2.*

g *Contr. Marcion. l. 4.*

h *In Apologetico.*

i *Epiſt. 74.*

k *Epiſt. 40. ad plebem*

l *In Ioan. Tract. 99.*

m *In Vid. ſupr. in Tertull. c. 2.*

Digitized by Google

Hieronymus.

paſchatis legalis celebratio abrogata eſt per Euchariſtiæ in ipſius locum ſubrogationem. Id autem in quod typus aliquis deſinit veritas illius, ac ille viciſſim hujus typus & figura quodammodo eſt & dici poteſt. Teſtatur illud Chryſoſtomus: *Qua de cauſa*, i inquit, *tùm id fecit Chriſtus*, Euchariſtiam ſcilicet, poſt agni manducationem inſtituit? *quia vetus paſcha futuri typus erat, veritatem autem oportebat addi figura, cum prius umbra in oſtendiſſet, veritatem poſtea in eamdem menſam induxit: illata autem veritate umbra deinceps abſconditur, nec amplius tempeſtiva eſt.* Quo & ſenſu pariter ait, baptiſma antiquum typum noſtri fuiſſe, & noſtrum veritatem illius: *vidiſti*, k inquit; *de baptiſmate, quiſnam typus, quiſnam veritas.* Secundò, quia Euchariſtia ſacramentum paſchæ, id eſt Chriſti, multò clarius eſt, tum propter verbum declarativum additum quod paſchati veteri delerat, tum propter propriæ dictæ veritatis adventum, & eo quod jam ſit rerum completarum indicium: quam legalis agnus; quemadmodum baptiſmus noſter Veteribus multo carior eſt. Nazianzenus loco jam ſupra citato: l *jam vero paſchatis participes erimus, nunc quidem typice ad hunc, tametſi apertius quam in veteri. Legale ſiquidem paſcha (audacter dico) figura figura erat obſcurior.* Et Ambroſius de manna loquens: a *Oriente juſtitia ſole & ſplendidioribus Chriſti corporis & ſanguinis ſacramentis refulgentibus ceſſarent inferiora.* Hac enim ratione Euchariſtia cum legali & vmbratili agno comparata verum paſchæ ſacramentum appellari poteſt, hoc eſt, verum paſcha magis ad vivum referens: quomodò figuras quæ exemplar ſuum perfectiſſime repræſentant, illud ipſum eſſe vulgo dicimus. Nam ſic & ipſe Hieronymus alibi ait, b *initia prædicationis* (quia videlicet: *plenam veritatem* non annuntiabant) *non tam veritatem fuiſſe, quam vmbram & imaginem veritatis.* Imo & Chryſoſtomus legalem Agnum & Euchariſtiam duabus picturis comparat, quarum vna vmbras tantum & prima lineamenta exemplaris habet, altera colores vividiores quos reſpectu vmbrarum veritatem vocare non veretur: *Sicut pictores*: c inquit, *in eadem tabula lineas circumducunt & pingunt, & tunc veritatem colorum addunt, ſic & ferit Chriſtus. Incadem menſa & typicum paſcha deſcripſit, & verum addidit.* Tertiò denique, quia Euchariſtia noſtra ſupra vetus ac legale paſcha virtute excellit, quemadmodum baptiſma noſtrum ſuper antiqua baptiſmata: *Prima ſacramenta*, inquit d Auguſtinus, *quæ obſervabantur & celebrabantur ex lege, pronunciativa erant Chriſti venturi*, &c, *ablata ſunt*, &c, *& alia inſtituta virtute majora.* Hac enim ratione illam *verum ſacramentum* appellari poſſe, verum, videlicet, veritate virtutis ſpiritualis, patet ex baptiſmo qui veteribus collatus, *verus* propterea, imo & veritas Baſilio, Ambroſio, Chryſoſtomo & Auguſtino appellatur. Sic enim Baſilius: e *quid comparas baptiſmata quorum ſola appellatio communis eſt, rerum autem differentia tanta, quanta ſomniorum ad veritatem, & vmbræ ac imaginum ad ea quæ eſſentialiter ſubſiſtunt?* nempe, ſic loquitur de veteribus propter virtutis inopiam: *quæ enim*, f ait paulo ante, *peccatorum remiſſio, quæ vitæ renovatio in mari, quod donum ſpirituale datum eſt per Moſem?* Ambroſius: g *plura baptiſmatum genera præmiſſa ſunt, quia ſecuturum erat verum illud vnum in ſpiritu & aqua ſacramentum baptiſmatis, quo totus redimitur homo.* Chryſoſtomus: h *baptiſma, & baptiſma eſt, ſacrificium & ſacrificium &c, ita & gratia, & gratia, illa ut typi, hæc ut veritas.* Et Joannem inducens loquentem: i *Res noſtræ vmbra ſunt & imago, alium venire oportet qui veritatem afferat.* De baptiſmate autem Evangelico loquens: *Futurum erat*, inquit, *baptiſma multam virtutem habens, & donum maximum, baptiſma omnia peccata purgans, & pro mortuis vivos efficiens.* Et Auguſtinus: i *Si quod geſtum eſt in figura, trajectum populum ad manna perduxit, quid exhibebit Chriſtus in veritate baptiſmi ſui?* Quin & ipſe Hieronymus de baptiſmo Evangelico: m *verum baptiſma accipiunt.* Et rationem reddens cur illud verum appellet: *ut nobis*, n inquit, *monſtraretur verum eſſe baptiſma quo Spiritus Sanctus adveniat.* Et rurſum: o *baptizemini in ſanguine meo per lavacrum regenerationis, quod ſolum poteſt peccata dimittere.* At vero, ſi baptiſmus noſter ad antiqua comparatus propter virtutis excellentiam *verum ſacramentum* à veteribus appellatur, cur non & Euchariſtia ſeu paſcha Evangelicum legali paſchati comparatum propter p *vim ad vivificandum* quam in ea eſſe Veteres pariter obſervant, verum ſacramentum identidem nominabitur?

Secundo, inquit Perronius, *Hieronymus expreſſe dicit*, poſtquam typicum paſcha fuerat impletum, & agni carnes cum Apoſtolis comederat, aſſumit panem qui confortat cor hominis; *quod intelligi non poteſt de pane elementari & corruptibili, tum quia hic panis non vere confortat cor hominis, tum quia loquebatur de eo quod Dominus non feciſſet in manducatione agni, qui tamen comedebatur cum azymis, panibus elementaribus & typis corporis Chriſti abſque peccato originis concepti, ſed de vera ejus carne qui clamat, Ego ſum panis vivus qui de cœlo deſcendi: Et rurſum; panis quem ego dabo, caro mea eſt, quam dabo pro mundi vita.* Verum in hoc argumento nihil ſani prorſus. Falſum enim eſt, & ἀνυφάνως ſcripturæ pronuntiatum q panem elementarem non confortare Cor hominis. Scriptura enim diſertè id affirmat, Geneſ. 18. 5. & *compend. de pane Euchariſt.* δύναμις ἐν αὐτῷ εἰς ζωογονίαν

Hieronymus.

i *In eos qui paſcha pugnant*: νῦν ἔστιν ἀναλύειν ἐν χερσὶ τάπι; ἐπειδὴ τὸ παλαιὸν πάσχα τύπος ἦν, ἐ μόνον ἔσται, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀλήθειαν ἐπιτηδείως τῷ τύπῳ, ἀσφαλῶς δείξας τὸν σκιαν, τότε ἐπήγαγε τὴν ἀλήθειαν ἐπὶ ᾧ αὐτῆς φανερώσας, ἐ ἀλήθεια ἦ ἐπισκιασθῆναι, ἡ σκιὰ λοιπὸν ἀνωφελὴς γέγονε, καὶ διὰ τοῦτο οὐκέτι ἔχει. vid. & *ſupr. in Chryſoſtom. ad finem c. 8.*

k *In dictum Pauli, Nolo vos ignorare.* εἰδὼς ἐνταῦθα βαπτίσματος, τίς μὲν ὁ τύπος, τίς ἡ ἀλήθεια.

l *Orat.* 42. μεταλαμψόμεθα) ἤδη πάσχα οὖν μὲν τοπικῶς ἐστι, καὶ ἐν τῷ παλαιῷ γενόμενον, &c.

a *Epiſt.* 62.

b *In Epiſt. ad Galat.* 4. 26.

c *Supr. Cit. in Chryſ. c.* 9. *ad l.* 06.

d *Contr. Fauſt. l.* 19. *c.* 13.

Hieronymus.

e *De Spirit. ſ. c.* 14. τί συγκρίνεις τὰ βαπτίσματα, ὧν ἡ ἀπαγγελία μόνη κοινή; ἡ δὲ πράγματα ἄμφω ἐστὶ θεῖα, καὶ ὅτι μὲ γε τοῖς ἀνάρχοις ἀσὶ τὸν ἀλλότριον, καὶ σκιὰς μὲ ἀνήκεστον ἀσὶ τὰ τῆς ἀληθείας ἐφαπτόμενα;

f πόθεν δὲ ἄφεσις ἁμαρτημάτων; καὶ τίνα ζωῆς ἀναγέννησις ἐν ὕδατος; τοῖς χαίρουσι τὰ πνευματικὰ, ἀλλ' Μωϋσεῖ;

g *Epiſt.* 77.

h *In Ioan. hom.* 13. τὸ βάπτισμα, καὶ βάπτισμα, τὴν θυσίαν καὶ θυσίαν, ἔστιν τὸ χαίρειν τὸ χαίρειν. ἀλλ' οὐκοῦν μᾶλλον τύπος, τοῦτο ἡ ἀλήθεια.

i *Ibid. hom.* 15. τὸ ἀμνίον ἐκεῖνο τὸ ἀληθινόν. ἀλλὰ διὰ τὸν τῆς ἀληθείας ἐπιθυμοῦντα ἀναβλητέον.

k *Ibid. hom.* 35. ἵνα τὸ βάπτισμα ἀλλαχῇ πολλὰ λέγῃ δύναται ἴσχυ· τὸ μὲν ἀφεσιν ἁμαρτιῶν, τὸ δὲ υἱοθεσίαν, τὸ δὲ ἁγιασμὸν, τὸ δὲ ἀπολύτρωσιν, τὸ δὲ ἀναγέννησιν παλιγγενεσίας, τὸ δὲ ἔνδυσιν ζωῆς ἐπουρανίου, τὸ δὲ ἄλλο πάντα ἐκεῖνα.

l *In Ioan. tract.* 11.

m *In caput Ioël.* 2.

n *Adverſ. Luciferianos.*

o *In Eſai.* 6. 1

p *Epiph. in compend. de pane Euchariſt.* δύναμις ἐν αὐτῷ εἰς ζωογονίαν

Hieronymus.

Judic. 9. 5. & Pſalm. 104. 15. Falſum, Hieronymum de eo pane loqui quem Dominus jam ante in paſchatis legali eſu non ſumpſiſſet. Falſum denique Hieronymum intelligere, Dominum non aſſumpſiſſe panem elementarem. Quando enim ait, *aſſumit panem qui confortat cor hominis*, his verbis exprimit quod ab Evangeliſtis & Apoſtolo Paulo narratur in Euchariſticæ inſtitutionis hiſtoria, *Dominus accepit panem* : quod omnium confeſſione de pane elementari & corruptibili intelligitur, non autem de corpore ſuo. Ut taceam, cum mens Hieronymi ſit, , Dominum panem hunc aſſumpſiſſe ad veritatem corporis ſui repræſentandam ridiculum omnino fore, ſi per panem illum veram carnem intelligeret. Quis enim mentis compos diceret, Dominum accepiſſe veram carnem ſuam ad veram carnem ſuam, ſeu carnis ſuæ veritatem repræſentandam?

Tertio, inquit, *Hieronymus addit vocabulum*, veritas, *verbo* repræſentare *& ait*, quo veritatem ſui corporis repræſentaret. *Superfluum autem fuiſſet hanc additionem facere potius verbo* repræſentare *quàm verbo* præfigurare *quod præceſſerat, ſi in utrobique quæſtio tantum fuiſſet de figuris. Quod enim figurabatur oblatione Melchiſedek, æque erat veritas corporis & ſanguinis Chriſti, ac id quod Euchariſtia ſacramento figurabatur.* Sed hoc verè nugari eſt, non argumentari. Quis enim neſciat, ſermonis ornatum & elegantiam requirere, ut eadem concepeio, ſi fortè bis proferenda ſit & poſt breve intervallum, non ijſdem verbis, ſed differentibus, ad vitandum repetionis faſtidium exprimatur? Sic jam retudimus tres cuſpides primi argumenti Perroniani.

Secundum argumentum, quo probare conatur vocabulum *repræſentare* ab Hieronymo accipi pro *exhibere ac præſens reddere*, tale eſt. *Id probo*, inquit, *ex Cypriano à quo Hieronymus hunc locum mutuatus eſt, qui diſerte pronunciat Chriſtum offerentem panem & calicem Euchariſtiæ, hoc eſt, corpus & ſanguinem ſuum, veritatem imaginis per Melchiſedek præfiguratæ impleviſſe* : Sacrificium, q *inquit*, Deo obtulit, & obtulit hoc idem quod Melchiſedek obtulerat, id eſt panem & vinum ſuum ſcilicet corpus & ſanguinem. *Et paulò poſt* : ut ergò per Melchiſedek ſacerdotem benedictio circa Abraham ritè poſſit celebrari, præcedit antè imago ſacrificij, in pane & vino ſcilicet conſtituta. Quam rem perficiens & adimplens Dominus, panem & calicem mixtum vino obtulit, & qui eſt plenitudo veritatem [a] præfiguratæ imaginis adimplevit. *Quo loco per antitheſin quam ſtatuit inter imaginem præfiguratam veritatis, & adimpletionem veritatis, exprimit oppoſitionem quam aſſignat Hieronymus inter præfigurationem corporis Chriſti, & repræſentationem veritatis ejuſdem corporis.*

q *Epiſt. 63. ad Cæcil. ſeu l. 2. ep. 3.*

a *Id eſt præfigurantis.*

Verum, quâ facilitate affirmat Hieronymum hunc locum à Cypriano eſſe mutuatum, eadem à nobis negatur. Multo ſane probabilius dixiſſet ex Euſebio, ſi quidem Euſebius ait : [b] *Quemadmodum Melchiſedec Gentium ſacerdos exiſtens, nuſquam videtur ſacrificijs corporalibus vſus : ſolo vino & pane Abrahæ benedicens, ad eumdem modum ipſe Dominus & ſalvator noſter primus, deinde qui ab eo ſunt ſacerdotes omnes, in cunctis gentibus ſpiritualem hierurgiam ſecundum ſanctiones Eccleſiaſticas perficientes, vino & pane corporis ejus preteſtique ſanguinis myſteria deſignant, ipſo Melchiſedek divino ſpiritu hæc præcontemplato, & futurorum imaginibus ante vſo.* Manifeſtum enim eſt ex his verbis cum loco Hieronymi collatis, utrumque, non antitheſin (ut rurſum de Hieronymo falſo ſupponit Perronius) ſed magnam ſimilitudinem inter Chriſtum & Melchiſedek aſſignare, tum quod hic & ille pane & vino uſi ſint, ille ante, hic poſt, tum quod hoc pane & vino myſteria corporis & ſanguinis Domini ſignificaverint & deſignarint. Nam quod Hieronymus ait, Dominum *repræſentaſſe* corporis ſui veritatem per panem quem aſſumpſerat, Euſebius idem exprimit per verbum, *ſignificare* σημήνασθαι : proindè innuens vocabulum repræſentare apud Hieronymum accipi pro figurare ac ſignificare. Cyprianus autem in loco à Cardinale objecto ab utroque aliquantò abit. Non enim panem & vinum quibus uſus eſt Melchiſedek, & ea pariter quibus Dominus vſus eſt in Euchariſtia ſua, cum re figurata confert, id eſt, cum corpore & ſanguine Chriſti proprio, ut Euſebius & Hieronymus, ſed panem & vinum quæ obtulit Melchiſedek comparat cum iis quibus Dominus vſus eſt, quæque corpus ejus typicum & ſymbolicum, ſanguiſque myſticus ſunt, tanquam imaginem præfigurantem cum re figurata : innuens Melchiſedek panem & vinum obtuliſſe ut deſignaret Dominum cujus figuram gerebat, panem ſimiliter & vinum eſſe oblaturum, atque ita hanc imaginem præfigurantem impleturum. Unde Auguſtinus ait : *Melchiſedek prolato ſacramento menſæ Dominicæ novit æternum ejus ſacerdotium figurare.* Et Author quæſtionum in vetus & N. T. inter Auguſtini opera : [d] *Abraha primum quaſi patri fidelium tradidit Euchariſtiam corporis & ſanguinis Domini.* Nec in rem Perronij eſt quod Cyprianus inquiat : *Dominus ſacrificium Deo obtulit, & obtulit hoc idem quod Melchiſedek obtulerat, id eſt panem & vinum, ſuum ſcilicet corpus & ſanguinem.* Nam per corpus & ſanguinem, quemadmodum in Cypriano jam ſupra diximus, nullomodo intelligit (ut ſupponit Adverſarius) proprium Domini corpus & ſanguinem, cum proprium ipſius corpus ſanguiſque ſubſtantialis, non ſint *hoc idem quod Melchiſedek obtulerat*, ſed corpus & ſanguinem

Hieronymus.

b *Demonſtrat. l. 5. c. 3. ſupr. Cr. in Euſeb. c. 2.*

c *Epiſt. 95.*

d *Quæſt. 107.*

Digiti

Hieronymus.

guinem typicum quæ ſecundum ſubſtantiam & ſecundum myſterium hoc idem ſunt quod Melchiſedek olim obtulerat, ac in quorum oblatione perficit quod Melchiſedek præfiguraverat. Qua de cauſa Patres Africani irrecuſabiles Cypriani interpretes locutionem ejus ſic reciprocant: e *Ne in ſacris aliquid amplius offeratur quam corpus & ſanguis Domini, ut ipſe Dominus tradidit, hoc eſt, panis & vinum æqua mixtum.*

e *In codic. Canon. Eccleſ. Africa. can.* 37. *& Apud concil. Trullan. c.* 32.

Tertium denique Perronij argumentum ducitur ex collatione cum alijs aliquibus Hieronymi locis. Sed præſtat, ordinis cauſa in objectionum claſſe illa expendere, ubi, & nos ſimiliter nonnulla alia loca nobis quoque faventia pro occaſione data huc & illuc interponemus & contra Adverſarios urgebimus.

CAPUT II.

In quo reſpondetur ad Objectiones.

PRIMA objectio, quæ media pars eſt tertij ſupra memorati argumenti, ducitur, inquit f Perronius, *ex Epiſtola ad Euagrium vbi comparans ſacrificium Melchiſedek cum Euchariſtia*, ait: *Melchiſedek & jam tunc in typo Chriſti panem & vinum obtulit, & myſterium Chriſtianum in ſalvatoris ſanguine & corpore dedicavit.* g Coffetellus huic addit ſimilem locum ex quæſtionibus in Geneſin ubi exponens hæc Davidis verba, *Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedek, dicit: myſterium noſtrum in verbo Ordinis ſignificatur, nequaquam per Aaron irrationalibus victimis immolandis, ſed oblato pane & vino, id eſt, corpore & ſanguine Domini Ieſu.* At, inquit Perronius, *ibi opponit myſterium Chriſtianum in corpore & ſanguine Chriſti conſtitutum, tanquam veritatem, myſterio Melchiſedek in pane & vino conſtituto, tanquàm figuræ.* Verum, ut prætermittam locum à Perronio citatum non extare in Epiſtola ad Euagrium, undè illum malè profert, ſed in Epiſtola ad Marcellam ſub nomine Paulæ & Euſtochij conſcriptam, nec Hieronymus in utroque horum locorum per corpus & ſanguinem Chriſti proprium Domini corpus & ſanguinem intelligit, ut ſupponunt Adverſarij, ſed corpus & ſanguinem myſticum, id eſt, ſacramentum corporis & ſanguinis, nec mens ejus hîc alia eſt ab ea quàm ſupra diximus Cypriani & Auguſtini eſſe, Melchiſedek nempè vinum & panem obtuliſſe, ut deſignaret Dominum idem eſſe præſtiturum. Quomodò enim diceret, Melchiſedek in panis & vini oblatione myſterium Chriſtianum dedicaſſe, & Auguſtinus, eum menſæ Dominicæ ſacramentum protuliſſe, Et apud Auguſtinum Incertus Author, Euchariſtiam corporis & ſanguinis Domini tradidiſſe, niſi ſenſus eorum foret, ut alibi loquitur h Auguſtinus, *Vbique offerens ſub ſacerdote Chriſto quod protulit Melchiſedek quando benedixit Abrahæ*, verum panem, verumque vinum, Chriſti corpus & ſanguinem, non proprium, ſed ſymbolicum?

f *Pag.* 392.

g *Coffe. De nominib. ſacram. c.* 20. *p.* 279.

Hieronymus.

h *De Civit. Dei l.* 17. *c.* 17.

Secunda objectio, quæ alteram ſupradicti argumenti partem complet, ducitur ex commentario in Epiſtolam ad Titum, ubi panes propoſitionis cum Euchariſtia comparans, ait: i *Tantum intereſt inter panes propoſitionis & corpus Chriſti, quantum inter umbram & corpus, inter imaginem & veritatem, inter exemplaria futurorum, & ea quæ per ipſa exemplaria præſignabantur.* Quo loco, inquit k Perronius, *dici non poteſt, per corpus Chriſti, intelligi corpus Chriſti in cœlo exiſtens & ſola fide perceptum, non vero corpus Chriſti in Euchariſtia exiſtens ac manu & ore ſumptum: quandoquidem indè infert neceſſitatem cœlibatus ſacerdotum Eccleſiæ Chriſtianæ, ad inſtar Abimelech qui de panibus propoſitionis noluit prius dare David & pueris ejus, niſi ab uſu mulierum mundis.* Reſpondeo, per corpus Chriſti ab Hieronymo non intelligi, Nec proprium Domini corpus in cœlo exiſtens ac fide ſola ſumptum, nec idem corpus in Euchariſtia exiſtens ac manu & ore ſumptum, ſed corpus ejus ſymbolicum, hoc eſt corporis ſacramentum de quo Auguſtinus, a *pene quidem ſacramentum omnes corpus ejus dicunt.* Id enim ipſe Hieronymus alibi perſpicue indicat, ubi comparationem inſtituens inter id quod Chriſtiani ſacerdotes ſub Evangelio in Euchariſtia offerunt, cum panibus propoſitionis quos veteres ſacerdotes ſub lege olim offerebant, inducit Dominum ſacerdotes Chriſtianos ſic alloquentem: b *Offertis panes meos, panes videlicet propoſitionis in cunctis Eccleſijs & orbe terrarum de vno pane pullulantes*, de eo videlicet, quem Dominus ipſe primus conſecravit. Quod enim in priori loco *corpus Chriſti* vocat, in poſteriori *panes* appellat *de vnò pane pullulantes.* Quis autem non videt, ſi Hieronymus de proprio Domini corpore loqueretur, eum falſiſſime & abſurdiſſime dicturum, ſacerdotes Chriſtianos offerre *panes* Chriſti, id eſt, propria corpora Chriſti de vno pane, id eſt, de vno corpore, pullulantia? An enim Dominus plura habet propria corpora ex vno multiplicata ad inſtar Geryonei corporis fabulamẽtum? Loquitur igitur de corpore ſymbolico, ad primæ Euchariſtiæ Domini manibus factæ normam & exemplum à ſacerdotibus Chriſtianis conſecrato & myſticè ac *ſymbolicè*, ut c Pſeudo-Dionyſius loquitur multiplicato. Differre autem illud dicit à panibus propoſitionis tanquam corpus ab umbra, veritatem ab imagine, & rem figuratam à typo figurante, quemadmodum Baſilius ait, d baptiſma

i *In cap.* 3.

k *Pag.* 392.

a *De Verb. Dom. ſerm.* 33.

b *In cap.* 44. *Ezechiel.*

c *De Eccleſ. Hierarch. c.* 3. *Complexionẽs vbi inquam myſtico.*

d *De Spirit. S. c.* 14. *c. præced. Ciprianum,*

Mr. Fox, and Mr. Sheridan, and Mr. Grey, and Mr. Whitbread, and Mr. Tierney, and Mr. Ponsonby, and Mr. Lambton, and Mr. Adam, and Mr. Bankes, and Mr. Wilberforce, and Mr. Canning, and Mr. Perceval, and Mr. Rose, and Mr. Ryder, and Mr. Long, and Mr. Vansittart, and Mr. Wellesley Pole, and Mr. Huskisson, and Mr. Croker, and Mr. Ellis, and Mr. Arbuthnot, and Mr. Charles Arbuthnot, and Mr. Sturges Bourne, and Mr. Robert Dundas, and Mr. Hobhouse, and Mr. Hutchinson, and Mr. Lockhart, and Mr. Peel, and Mr. Wynn, and Mr. Bathurst, and Mr. Rose Ellis, and Mr. Lushington, and Mr. Abercrombie, and Mr. Scott, and Mr. Ward, and Mr. Hamilton, and Mr. Hamilton Fitzgerald, and Mr. Hamilton Rowan, and Mr. Hamilton Stewart, and Mr. Hamilton Hall, and Mr. Hamilton Douglas, and Mr. Hamilton Dalrymple, and Mr. Hamilton Gordon, and Mr. Hamilton Graham, and Mr. Hamilton Campbell, and Mr. Hamilton Murray, and Mr. Hamilton Ogilvie, and Mr. Hamilton Lindsay, and Mr. Hamilton Crawford, and Mr. Hamilton Montgomery, and Mr. Hamilton Cunningham, and Mr. Hamilton Boyle, and Mr. Hamilton Stanley, and Mr. Hamilton Howard, and Mr. Hamilton Seymour, and Mr. Hamilton Percy, and Mr. Hamilton Neville, and Mr. Hamilton Vernon, and Mr. Hamilton Harcourt, and Mr. Hamilton Bentinck, and Mr. Hamilton Cavendish, and Mr. Hamilton Manners, and Mr. Hamilton Sutton, and Mr. Hamilton Pelham, and Mr. Hamilton Clinton, and Mr. Hamilton Fiennes, and Mr. Hamilton Trefusis, and Mr. Hamilton Rolle, and Mr. Hamilton Walpole, and Mr. Hamilton Grenville, and Mr. Hamilton Temple, and Mr. Hamilton Bruce, and Mr. Hamilton Chetwynd, and Mr. Hamilton Talbot, and Mr. Hamilton Somerset, and Mr. Hamilton Ponsonby, and Mr. Hamilton Cowper, and Mr. Hamilton Lamb, and Mr. Hamilton Agar, and Mr. Hamilton Wellesley, and Mr. Hamilton Pole, and Mr. Hamilton Tollemache, and Mr. Hamilton Keppel, and Mr. Hamilton Anson, and Mr. Hamilton Byng, and Mr. Hamilton Yorke, and Mr. Hamilton Grosvenor, and Mr. Hamilton Egerton, and Mr. Hamilton Leveson Gower, and Mr. Hamilton Bridgeman, and Mr. Hamilton Legge, and Mr. Hamilton Heneage, and Mr. Hamilton Finch, and Mr. Hamilton Finch Hatton, and Mr. Hamilton Noel, and Mr. Hamilton Noel Hill, and Mr. Hamilton Curzon, and Mr. Hamilton Curzon Howe, and Mr. Hamilton Curzon Penn, and Mr. Hamilton Curzon Dering, and Mr. Hamilton Curzon Shirley, and Mr. Hamilton Curzon Mostyn, and Mr. Hamilton Curzon Wynn, and Mr. Hamilton Curzon Bagot, and Mr. Hamilton Curzon Anson, and Mr. Hamilton Curzon Byng, and Mr. Hamilton Curzon Yorke, and Mr. Hamilton Curzon Grosvenor, and Mr. Hamilton Curzon Egerton, and Mr. Hamilton Curzon Leveson Gower, and Mr. Hamilton Curzon Bridgeman, and Mr. Hamilton Curzon Legge, and Mr. Hamilton Curzon Heneage, and Mr. Hamilton Curzon Finch, and Mr. Hamilton Curzon Finch Hatton, and Mr. Hamilton Curzon Noel, and Mr. Hamilton Curzon Noel Hill

Hieronymus.

ſenſum ait, ἐκ τούτου ἀφαιζόμενον καθ' ἑαυτὴν περιῆστην) *ab eo qui carnem olim appropriavit, ſed non erit amplius caro, eo, quod in carne quondam imprimebatur, in ſpirituali corpore impreſſo.* Et Hieronymus: e *Aliud nobis ſpirituale & aëtherium promittitur, quod nec tactui ſubjacet, nec oculis cernitur, nec pondere pragravatur, & pro locorum in quibus eſt varietate mutabitur.* Et rurſum de Domino: *Non diſſimulat, inquit, naturam aëris corporis & ſpiritualis; clauſis enim ingreditur oſtijs, & in fractione panis ex oculis evaneſcit.* At vero ſi locus hic non eſt Hieronymi, ſed Origenis circa reſurrectionem Domini & noſtram quoque delirantis, quid ſolidum poſſunt tã putrido fundamento Adverſarij inædificare? Sed addo ſecundo, illud etiam qualecumque ſit illis nullomodo favere. Quid enim prohibet quominus dicamus Origenis mentem eſſe, nos carnem illam ſpiritualem & divinam per fidem ſpiritualiter manducare, ſanguinemque bibere? Nihil ſane. Nam, nec ejus verba, nec loca ſcripturæ quibus ad eorum confirmationem utitur, ad Euchariſtiæ actum neceſſariò coarctanda ſunt, ut aſſumunt Adverſarij. Potuit id Origenes de fidei actu extra illam intelligere. Nihil enim, opinor, vetat nos carnem Domini jam in cœlis exiſtentem & quâ ibi reſidentem ſpiritualiter edere, id eſt, fide apprehendere. Nec ipſemet Origenes aliter exiſtimavit eam eſſe manducandam, ſeu qua vivam & ſpiritualem per reſurrectionẽ factam, ſeu qua paſſam & mortuam, quam ſpiritualiter: *Eſt* enim, f inquit, *in novo Teſtamento littera quæ occidat eũ, qui nõ ſpiritaliter quæ dicũtur adverterit. Si enim ſecundum litteram ſequaris quod dictum eſt,* Niſi manducaveritis carnem meam & biberitis ſanguinem meum, *occidit Hæc littera.*

e *Vbi ſupr. ad Pãmach. & Ocean.*

f *In Leviticum hom. 7.*

Verum demus tertio, non hic eſſe Origenem qui loquatur, ſed Hieronymum: reſpondeo Adverſarios ſupponere quod falſum eſt, Hieronymum videlicet diſtinguere duplicem ſtatum, tum carnis Chriſti, tum ſanctorum, alterum mortalem & paſſibilem, alterum, impaſſibilem & immortalem. Quod recte agnovit Vaſques: *Ego* g inquit, *alium puto eſſe ſenſum Hieronymi.* Nam cum Hieronymus dicat: *juxta hanc diviſionem & in ſanctis ejus diverſitas carnis & ſanguinis accipitur*, innuit procul dubio ſe ſimilem carnis ac ſanguinis diverſitatem in Domino intelligere. At vero non intelligit diverſitatem illam carnis in Sanctis Chriſti, de differentia carnis illorum mortalis, & immortalis per reſurrectionem effecta. Loquitur de ſanctis hîc viventibus, & *utrumque ſtatum* ſub quo carnis & ſanguinis diverſitatem in ijs ſpectat, *eum*, inquit, Vaſques, *aſſignare in vita mortali, patet: quia alteram carnem non vocat, quæ videt Deum, ſed quæ viſura ſit Deum, &c. alteram vero vocat non qua non videat, ſed qua non poteſt regnum Dei poſſidere:* h *mortalis autem caro id recte poteſt, ſi ſpiritu Dei vivat.* Per carnem igitur quæ viſura eſt ſalutare Dei, hoc loco non intelligit (licet alibi ſequatur hanc expoſitionem) carnem noſtram immortalem per reſurrectionem redditam, ſed carnem noſtram mortalem, per regenerationem Spiritus Spiritualem vere redditam: Et per carnem & ſanguinem quæ regnum Dei non queant poſſidere, eamdem carnem juxta incorruptionem & depravationem naturalem ſpectatam. Sic & ante illum Irenæus: i *carò ſine Spiritu Dei mortua eſt, non habens vitam, regnum Dei poſſidere non poteſt ſanguis irrationalis veluti aqua effuſa in terram.* Et rurſum: *ſi reſpuerint Spiritum, & perſeveraverint in eo quod fuerint ante, magis carnis eſſe volentes quam Spiritus juſtiſſime in ejuſmodi dicitur, quoniam caro & ſanguis regnum Dei non poſſident: tanquam ſi quis dicat, quoniam oleaſter non aſſumitur in paradiſum Dei.* Et ibidem: *qui remanſerit in prædictis carnis operationibus, carnalis vere deputatus, quod non aſſumat Spiritum Dei, regnum non poterit poſſidere cœlorum.* Tertullianus: k *apparet hanc carnem* & Clemens Alexandrinus: l *caro Domini quæ panis cœleſtis eſt, ſanguinem* m *bibit, eos ex hominibus qui cœleſtes ſunt ad incorruptionem nutriens, & corruptioni derelinquens ſola carnalia deſideria.* Denique ipſemet Hieronymus: m *Omnis caro vidit ſalutare Dei. Qua propterea appellabatur caro, quia prius Sanctum Spiritum non habebat: de qua dicit & Dominus, nõ permanebit Spiritus meus in hominibus iſtis, quoniam carnes ſunt. Illa autem caro videbit ſalutare Dei, de qua per Ioel idẽ loquebatur: Effundam de Spiritu meo ſuper omnem carnem, & prophetabunt. Quod non ſolum illo tempore clamabat Ioannes qui ſermonis Dei præcurſor & previus, recte vox appellatur, ſed uſque hodie in deſerto Gentilium Eccleſiarum clamant magiſtri, ut rectas faciamus vias & ſemitas in cordibus noſtris Deo, impleamurque virtutibus & inclinemur humilitate, prava mutemus in recta & aſpera vertamus in plana, & ſic gloriam Domini & ſalutare Dei videre mereamur.* Similiter ergo quando Hieronymus ait: *Dupliciter caro Chriſti & ſanguis intelligitur, vel ſpiritualis atque divina de qua ipſe dixit, caro mea verè eſt cibus & ſanguis meus vere eſt potus, &c, vel caro & ſanguis quæ crucifixa eſt, & qui militis effuſus eſt lancea*; non diſtinguit inter carnem Chriſti paſſibilem & impaſſibilem, mortalem & immortalem, ut fingunt Adverſarij: ſed ſenſus ejus eſt, carnem & ſanguinem Domini dupliciter ſpectari poſſe, nimirum, vel ſecundum virtutem ſuam ſpiritualem, vel ſecundum materiam ſuam, ac priori quidem ratione ſpectata cibum nobis eſſe & potum, & in nos vere intrare, poſteriori autem minime, juxta id quod ipſe Dominus alibi dicebat, *Caro non prodeſt quicquam* materialiter nempe & oraliter aſſumpta, ſecundum Capernaitarum veterum & novorum craſſam & minimè ſpiritualem intelligentiam.

g *Diſput. 179. c. 4. n. 61.*

h *Mendoſè habetur, immortalis,*

i *Lib. 5.*

k *De reſurrectione.*

l *Pædag. l. 1. c. 6.* ἐπεὶ δὲ πνεῦμα ὁ ἄρτος ὁ οὐράνιος τὸ λόγος, τὸν ἄρτον τοῦτον ἀντὶ σαρκὸς ἀθανασίαν αἱμάτων, λόγον ἡμῖν ἐπιχορηγεῖ πνεῦμα.

m *In cap. 40. Eſaiæ. vid. & in c. 1. epiſt. ad Galat.*

Septima a objectio ducitur ex Hieronymo in Levi

a *Perronius de Euchar. c. 34.*

Digitized by Google

Hieronymus, Et Author Commẽtariorum in Epiſt. Pauli inter ipſius opera.

in Leviticum, ubi ait: *De hac quidem hoſtia quæ in Chriſti commemorationem mirabiliter fit, edere licet: de illa vero quam in ara crucis obtulit, ſecundum ſe nulli edere licet.* Et rurſum ex ſermone Dominicæ quintæ poſt Epiphaniam, in quo dicit: *Singuli autem totum accipimus Chriſtum Dominum, & in ſingulis portionibus totus eſt, nec per ſingulos minuitur, ſed integrum ſe ſingulis præbet.* Facillimum autem foret hæc verba in ſenſum Orthodoxum exponere, imo & contra ipſos Adverſarios urgere. Sed nolo tempus terere in Mauro forte dealbando. Nec enim hæc reperiuntur in univerſis Hieronymi operibus, nec in ullo probato Authore ex eo citata reperiuntur. Vnus Gratianus, homo nullius fidei, quem in rhapſodia ſua non puduit [b] Lanfranci loca ſub Auguſtini nomine producere, hæc forſitan ex ſimilis furfuris homine ſub [c] Hieronymi vel etiam Origenis nominibus (exemplaria enim variant) pari audacia profert. Ab iis igitur vel urgendis vel exponendis, ne fruſtrà ludamus operam, abſtinere decrevimus.

[b] *De Conſecr. diſt. 2. c. Caro ejus eſt & c. nos autem. Et, c. dum frangitur hoſtia.*

[c] *Ibidem.*

Examen Teſtimoniorum Authoris Commentariorum, tum in Epiſtolas Pauli inter Hieronymi opera, tum etiam in Pſalmos.

EXTAT inter Hieronymi opera Commentarius in Epiſtolas Pauli quem apud omnes in conteſſo eſt, non eſſe Hieronymi, ſed Authoris alicujus Veteris Pelagiani. [d] Bellarminus exiſtimat Pelagij ipſius eſſe, quoniam *S. Auguſtinus Libro tertio de peccatorum meritis cap. 1. dicit ſe legiſſe Commentaria Pelagij brevia in omnes Epiſtolas Pauli, & infra cap. 12. allegat quædam ex Commentario in caput 7. prioris ad Corinthios quæ in his Commentarijs inveniuntur.* Sed argumentum non ſatis firmum eſt, quia Auguſtinus loco citato refert potius ſenſum quam verba: idem autem ſenſus dari potuit tum a Pelagio, tum ab alio Authore. Firmius argumentum ſuppeditabo ex Sedulio, non authore Paſchalis operis, ſed alio [e] multo recentiori cujus extant in Paulinas Epiſtolas collectanea. Is enim in caput primum Epiſtolæ ad Romanos, poſtquam expoſuiſſet hæc verba, *Iuſtus ex fide vivet*; immediatè ſubjungit: *Aliter ſecundum. Pil.* xxxxx, litteris reliquis quæ Pilagium (ſic enim illum appellat, niſi mendum ſit) efficiebant, in codice manuſcripto ſuper quo editio facta eſt, vetuſtate & carie exetis, nec ab Editore intelligentiæ defectu ſuppletis. Tum ſubjungit expoſitionem, quæ iiſdem verbis in hoc commentario qui nunc extat, reperitur. Difficultatem tamen nonnullam parit Auguſtinus, qui loco à Bellarmino citato, capite primo & tertio, profert ex commentario Pelagij in caput quintum Epiſtolæ ad Romanos verbotim objectiones duas contra fidem de peccato Originis, ibidem à Pelagio tanquam ex alia perſona, non ſua, propoſitas, quarum jam in hoc Commentario nihil prorſus reperitur ſive quoad ſenſum, ſive quoad verba. Sed ea tolli poteſt ex Caſſiodoro qui de codice quodam a ſe reperto loquens ait: [f] *In Epiſtolas tredecim S. Pauli annotationes conſcriptas in ipſo initio meæ Lectionis inveni, quas in cunctorum manibus ita celebres habebantur ut eas à S. Gelaſio Papa urbis Romæ doctiſſimi viri ſtudio dicerentur fuiſſe conſcriptæ: quod ſolent facere qui res vitioſas cupiunt glorioſe nominis Authoritate defendere. Sed nobis ex præcedentibus lectionibus diligenti retractatione patuerunt ſubtiliſſima quidem ac breviſſima dictionis, ſed Pelagiani erroris venena illic eſſe ſeminata*: Ac immediatè ſubjungit; *primam Epiſtolam ad Romanos quæ potui curioſitate purgavi.* Si enim de hoc commentario loquitur, ut ego nullus dubito, dici poteſt nos illum habere qui à Caſſiodoro purgatus ſit, ac proindè mirum non eſſe duas illas objectiones quarum Auguſtinus meminit, in eo non inveniri. Quicquid ſit; Commentarium hunc Vetuſtiſſimi Authoris eſſe ac Hieronymo contemporanei, patet, tùm ex Primaſio plurima illius de verbo ad verbum in commentaria ſua *innominatim* transferenti, quod mihi quoque indicium eſt illum reſciviſſe Pelagij eſſe, tum ex epiſtola ad Heliodorum dedicatoria, quæ fortè in cauſa fuit cur Hieronymo tributus ſit.

Hieronymus, Et Author Commẽtariorum in Epiſt. Pauli inter ipſius opera.

[f] *Divinar. Inſtit. l. 1. c. 8.*

In hoc igitur Authore illuſtre quoque habemus, quemadmodum & in Hieronymo, pro fidei quam tuemur veritate teſtimonium. Exponens enim hæc ſcripturæ apud Apoſtolum verba, *Accepit panem & gratias agens fregit & dixit, accipite & manducate*, ait: [g] *Hoc eſt, benedicens, etiam paſſurus, ultimam nobis commemorationem ſive memoriam dereliquit. Quemadmodum ſi quis peregre proficiſcens aliquod pignus ei, quem diligit, derelinquat, ut quotieſcunque illud videris, poſſit ejus beneficia & amicitias memorari, quod ille, ſi perfectè dilexit, ſine ingenti deſiderio non poteſt videre, vel fletu.* Nam ſi panis quem Dominus accepit & gratias agens fregit, ab eo nobis relictus eſt, ſive tamquam ultima ipſius commemoratio aut memoria, ſive tanquam pignus illius qui à nobis abjit, evidentiſſimè ſequitur, tùm Dominum eſſe abſentem, tùm panem illum, non eſſe ſubſtantialiter Dominum ipſum, ſed ipſius abſentis commemorationem & pignus. *Nemo*, enim, inquit [h] Auguſtinus, *recordatur, niſi quod in præſentia non eſt poſitum.* Et Bertramus: [i] *Pignus & imago alterius rei ſunt, id eſt, non ad ſe, ſed ad*

[g] *In 1. ad Cor. 11.*

[h] *In Pſalm. 37.*

[i] *De corpor. & ſang. D*

Digitized by

[d] *De ſcriptor. Eccleſiaſt.*

[e] *Citat Gennad. Conſtans. in 1. ad Cor. 13. Et in 1. Cor. 6. 5. multa habet quæ verbotim reperiuntur apud Gregor. in Moral. l. 19. c. 21. In novis edit. 14 Poteſt eſſe. Sed alius ille Epiſcopus Hyberniæ de quo vide Cõcilium Rom. ſub Greg. 3. anno 736.*

Hieronymus, Et Author Commentariorum in Epist Pauli inter ipsius opera.

ſed ad aliud adſpiciunt : Pignus enim illius rei eſt, pro qua donatur.

Reſpondet primò & Perronius, *quando hic Author de Euchariſtia minus opportune locutus foret, (à quo tamen abeſt) id adeo mirum non fore, quandoquidem vnum ex præcipuis argumentis quibus ad convincendam hæreſim Pelagianam vtebantur Veteres, erat Adminiſtratio Euchariſtiæ facta infantibus quibus ea commemorationis aut pignoris loco eſſe non poterat; vt patet ex Epiſtola Innocentij I. ad Concilium Milevitanum, ex ſcriptis Auguſtini contra Pelagianos, & homilia quinta Eucherij in Paſcha.* Verum Lectoribus illudit. Neque enim ulla proſus erat inter Orthodoxos & Pelagianos de baptiſmi & Euchariſtiæ ſubſtantia diſceptatio. Idem utrique ſentiebant: Et, ſi Orthodoxi argumentis à baptiſmo & Euchariſtiâ ductis contra illos utebantur, id tanquam ex principio communi & indubitato ab ipſis fiebat. Nam cum hæretici illi negarent infantes in peccato eſſe conceptos, Orthodoxi ad eos convincendos objiciebant baptiſmum apud utroſque infantibus dari ſolitũ, idque juxta hanc Domini ſententiam quam de baptiſmo communiter exponebant, a *ſi quis non renatus fuerit ex aqua & ſpiritu, non intrabit in regnum cœlorum*; interentes quandoquidem ij ad regni cœleſtis adeptionem regeneratione per baptiſmum opus haberent, generationem igitur ipſorum impuram & immundam fuiſſe. At, quoniam Pelagiani concedebant quidem, ad ingreſſum regni cœlorum regenerationem per baptiſmum infantibus eſſe neceſſariam, reſpondebant tamen regenerationem illam, non de purificatione a peccato, ſed de reſtauratione naturæ debilis ac languidæ eſſe intelligendam ac ſtatuebant infantes ſine baptiſmo decedentes regnum cœlorum non adipiſci, ſed extra illud nihilominus fœliciter & quiete vivere, quemadmodum & Adverſarij, in hoc ſicut in pleriſque alijs Pelagiani, illos docent in *Limbo*, (ut vocant) naturali quadam fœlicitate frui; Orthodoxi argumentum a baptiſmo ductum ſufflammabant altero petito ab Euchariſtia quæ conjunctim cum baptiſmo infantibus tribuebatur, juxta hanc alteram Domini ſententiam, b *Niſi manducaveritis carnem meam & biberitis ſanguinem meum, non habebitis vitam in vobis*; quam utrique interdum de carne & ſanguine Domini Euchariſtico & ſacramentali intelligebant: concludentes, quandoquidem non baptiſmo tantum ad regnum cœlorum, ſed etiam Euchariſtia ad vitam opus haberent, abſque illis ergo illos, nec regnare poſſe, nec vivere, adeoque in morte eſſe, ac proinde in peccato cujus mors ſtipendium eſt. Sic autem Veteres ex baptiſmo & Euchariſtia argumentari eſſe ſolitos, teſtantur ipſamet eorum loca a Perronio indicata. Innocentius Romanus: c *Illud quod eos veſtra fraternitas aſſerit prædicare, parvulos æterna vita præmijs etiam ſine baptiſmatis gratia poſſe donari, per-fatuum eſt. Niſi enim manducaverint carnem filij hominis & biberint ſanguinem ejus, non habebunt vitam in ſemetipſis. Qui autem hanc eis ſine regeneratione defendunt, videntur mihi ipſum baptiſmum velle ceſſare, cum prædicant hos habere, quod in eos creditur nonniſi baptiſmate conferendum.* Et Auguſtinus: d *Terrentur iſti ſententia Domini dicentis, niſi quis natus fuerit denuò, non videbit regnum Dei, Quod cum exponeret, ait, Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu, non intrabit in regnum cœlorum. Et propterea conantur parvulis non baptizatis innocentia merito ſalutem ac vitam æternam tribuere; ſed quia baptizati non ſunt, eos a regno cœlorum facere alienos, nova quadam & mirabili præſumptione, quaſi ſalus ac æterna vita poſſit eſſe præter Chriſti Hæreditatem, præter regnum cœlorum. Habent enim, videlicet, quo confugiant, atque vbi deliteſcant, quia non ait Dominus, ſi quis non renatus fuerit ex aqua & Spiritu, non habebit vitam; ſed ait, non intrabit in regnum Dei. Nam ſi id dixiſſet, nulla hinc dubitatio poſſet oberiri. Auferatur ergo jam dubitatio. Dominum audiamus, non ſuſpiciones conjecturaſque mortalium: Dominum audiamus, inquam, non quidem hoc de ſacramento lavacri dicentem, ſed de ſacramento ſanctæ menſæ ſuæ, quo nemo rite niſi baptizatus accedit, Niſi manducaveritis carnem meam & biberitis ſanguinem meum, non habebitis vitam in vobis, Quid vltrà quærimus?* Et Eucherius, ſeu, Cæſarius, aut quis alius: *Quid adhuc de hac duplici ſpecie* (pane ſc. & vino) *inquirere debeas ipſo Domino atteſtante, cognoſce. Niſi, inquit, manducaveritis carnem filij hominis & biberitis ejus ſanguinem, non habebitis vitam in vobis. Quod teſtimonium contra Pelagij blaſphemias evidentiſſimum atque validiſſimum eſt, qui aſſerere arrepta impietate præſumit, non propter vitam, ſed propter regnum cœlorum baptiſmum parvulis conferendum. Sub his enim Domini verbis quibus Evangeliſta pronuntiat, non habebitis vitam in vobis, aperte intelligenda eſt omnis anima munere baptiſmi vacua, non ſolum gloria carere, ſed vitâ.* Quid autem hæc ſpectant Euchariſtiæ ſubſtantiam, vtrum illa Dominus ſit, an ipſius commemoratio, memoria & pignus tantum? Imo, quid tempus terimus in re clara & perſpicua? Pelagium enim Catholicè & Orthodoxe hîc & ſentire & loqui, manifeſte conſtat ex Primaſio & Sedulio ipſiuſmet verba in commentarios ſuos mutuata transferentibus. Sic enim Primaſius: f Ultimam ſui nobis commemorationem, ſive memoriam reliquit. Et Sedulius: *Suam memoriam nobis reliquit*, &c: Ut inepte Perronius illius teſtimonium hac in parte elevare, & apud Lectores ſubleſtum reddere voluerit.

Secundò, omiſſa ea argumenti noſtri parte quæ vim facit in vocabulis commemorationis & memoriæ, de quibus g & ipſe & nos

Hieronymus, Et Author Commentariorum in Epiſt. Pauli inter ipſius opera.

a Matth. 3.

b Ioann. 6.

c Inter Epiſt. Auguſt. Epiſt. 93. ab ipſo Auguſt. Cit. l. 1. & 2. Contra Julian. & contr. duas Epiſtol. Pelagian. l. 2. c. 4.

d De peccator. merit. & remiſſ. l. 1. c. 20.

e Hom. 8. in biblioth. Patr. quæ eſt 5. ſub Eucherij nomine inter opera illius relata.

f In 1. Cor. 11.

g Vid. ſupr. l. 1. c. 23. Et l. 2. in Euſeb. c. 2.

Author Commentariorum in Epistolas Paulin. inter Hieronymi opera.

nos alibi, respondet ad alteram è *pignore* ductam, ac ipsius consequentiam negat: *Annon enim*, inquit, *Martyrum corpora & reliquias quotidiè pignora nominamus, tum adsistentiæ & intercessionis illorum in hoc seculo, tum resurrectionis & præsentiæ futuræ in alio? Ad memoriam Martyris*, ait [h] *S. Augustinus, de reliquijs S. Stephani loquens, veniebat magna multitudinis concursus & occursus: ibi cæca mulier ut ad Episcopum portantem pignora sacra duceretur, oravit.* Et *S. Ambrosius*: [i] *Martyres obsecrandi, quorum videmur nobis quoddam corporis pignore patrocinium vendicare. Annon quotidie docemus præsentiam invisibilem corporis Domini sub specie sacramenti, nobis esse pignus, tum protectionis invisibilis in hoc mundo, tum fruitionis præsentiæ ipsius visibilis in futuro, quoniam videbimus eum sicuti est, nimirum, cum splendore gloriæ in quem Angeli inspicere gaudent?* Et *sane, quod aliud satis dignum pignus sui in propria specie & figura relinquere nobis poterat, quam seipsum sub alia specie & figura, quandoquidem omne pignus, ut vere pignus sit, portionem quamdam pretij ac valoris habere debet cum ipsa re cujus pignus est, juxta Hieronymum dicentem in hac Pauli verba, Spiritus qui est pignus hæreditatis nostræ, &: quomodo ex arrabone æstimatur qualis emptio futura sit, &c ita ex varietate arrabonis hæreditatis quoque postea secutura magnitudo cognoscitur, &c, nulla autem inter creaturam & creatorem pretij proportio est?* *Annon & S. Augustinus ait*; [a] *Sponsus dans arras Sponsæ sanguinem suum & Spiritum suum, quo locupletavit nos interim in ista peregrinatione, adhuc autem servat nobis occultas divitias suas. Vnde enim tale pignus dedit, quid est quod servat?* Et nonne *Chrysostomus de Eucharistia expresse clamat*: [b] *qui in hac vita ita se nobis exhibet, multò magis in futura*: Et *rursum alibi*; [c] *ne animo concidamus, neque desolemur, neque temporum difficultatem timeamus. Qui enim sanguinem suum pro nobis effundere non recusavit, quid pro salute nostra facere recusabit?* Et *Gaudentius Brixiensis adhuc disertius*: [d] *Verè illud est hæreditarium munus Testamenti ejus novi, quod vobis ea nocte qua tradebatur crucifigendus, tanquam pignus suæ præsentiæ dereliquit? Ac, ne putaremus pignus illud aliud quid substantialiter esse quam proprium Domini corpus, nonnè ibidem ait; Ipse naturarum creator & Dominus qui producit de terra panem, de pane rursus (quia potest & promisit,) efficit proprium corpus, & qui de aqua vinum fecit, & de vino sanguinem suũ?* Sed hæc, quamvis speciosa, argumenti nostri robur minimè infirmant. Primò enim Perronius non modò falsò & absurdè, sed & contra sè pronuntiat, *proportionem pretij ac valoris intercedere debere inter pignus & rem cujus pignus est.* Dixi, fallò. Quis enim est qui nesciat, adamantem, exempli gratia, aut alia ejusmodi magni pretij monilia, pro sat mediocri pecuniæ summa ad ipsius Cautionem quotidiè oppignorari? Dixi quoque, contra seipsum. Nam proportio pretij ac valoris non potest esse ejusdem rei ad seipsam, necessarioque inter duo intercedit. Relatio enim realis est. At nihil ad seipsum realiter referri potest, nec proinde Christus vere & proprie loquendo sui ipsius pignus esse. Secundo, in testimonijs quæ ex veteribus profert, imperitè prorsus confundit ea quæ de arrabone agunt cum ijs quæ de pignore loquuntur, quasi arrabo & pignus idem simpliciter forent: quod rursus falsum est. Nam licet interdum pignus pro arrabone sumatur, tamen accuratè loquendo inter se differunt. Notat id Hieronymus in ipsomet loco quem ex eo profert: *Pignus*, [e] inquit, *Latinus interpres pro arrabone posuit. Non id ipsum autem arrabo quod pignus sonat. Arrabo enim futuræ emptioni quasi quoddam testimonium & obligamentum dat: pignus verò, hoc est, ἐνέχυρον, pro mutua pecunia opponitur, vt cum illa reddita fuerit, reddenti debitum pignus a creditore reddatur.* Addo & discrimen aliud, quod arrabo pars esse queat rei cujus arrabo est, pignus vero, ut rectè supra ex Bertramo observabamus, alterius rei sit pignus, nec ad se, sed ad aliud aspiciat. Quod manifestè indicant Veterum testimonia ab Adversario citata. Nam rectè quidem dicit Augustinus, Sponsum dedisse arras sponsæ sanguinem suum & Spiritum suum, quia communio spiritualis quam hîc sui Christus nobis dat, arra est communionis longè excellentioris quam in futuro seculo illius habituri sumus: quod & Chrysostomus innuit in priori loco, quamvis nec arræ nec pignoris vocabula adhibeat. Sed de pignore alia ratio est. Augustinus enim, si tamen ipse est, & Ambrosius ajunt corpora Martyrum, pignora Martyrum esse: verum, omnes quoque vident, corpora Martyrum, nec animas Martyrum esse, nec etiam Martyrum personas quarum pignora sunt. Rursum, Augustinus & Chrysostomus asserunt, sanguinem Domini hîc pro nobis & datũ nobis, pignus esse occultarum illius divitiarum, nimirum, gloriæ ac fœlicitatis æternæ quas in futuro seculo nobis daturus est. Sed pariter manifestum est, sanguinem Domini, ac gloriam & fœlicitatem inter se differre. Denique verissimum est quod affirmat Gaudentius, Dominum Eucharistiam tanquam pignus suæ præsentiæ nobis reliquisse: Sed falsissimum est quod subjungit Perronius, Gaudentium intelligere ipsummet substantiale Domini corpus ac sanguinem pignus illud esse. Nec enim id volunt alia ipsius verba, ubi ait, *Ipse naturarum Dominus de pane efficit proprium corpus.* Nam proprium ibi non sumit oppositè ad figuratum, sed oppositè ad alienum, scilicet, pro *suum*, quemadmodum in periodo sequenti indicat, inquiens, *& de vino sanguinem suum.* Vtrobique intelligens Dominum panem ac vinum corpus & sanguinem

Author Commentariorum in Epistolas Paulin. inter Hieronymi opera.

[h] *De Sanct. serm. 7.*

[i] *De Viduis.*

[e] *In cap. 5. Epist. ad Ephes.*

[k] *In c. 1. epist. ad Ephes.*

[a] *In Ps. 84.*

[b] *In Ioan. hom. 45.*

[c] *Ad popul. Antioch. hõ. 3.*

[d] *Tract. 2.*

Author Commentariorum in Epistolas Paulin. inter Hieronymi opera.

guinem suum sacramentaliter, non substantialiter, efficere, proüt se explicat quando ait; *in pane rationabiliter accipitur figura corporis Christi*; & rursum, *recte vini specie sanguis ejus exprimitur*. Nam panis & vinum Christi corpus & sanguis sacramentaliter effecta præsentiæ Christi futuræ, ejusque proindè absentis tanquam pignus ab ipsomet nobis relicta sunt.

Tantum autem abest Veterum mentem fuisse, pignus illud nobis a Domino derelictum, ipsummet Dominum esse juxta corpus suum substantialiter præsentem, quin è contrario Author noster expressè dicat: *Ultimam nobis commemorationem sive memoriam dereliquit, quemadmodum si quis peregrè proficiscens aliquod pignus ei quem diligit, derelinquat.* Pignus enim quod quis abiens amico suo relinquit, ipsè sanè non est, sed aliquod ejus tantummodò monumentum. Nec Adversarios juvare potest infrunitum quod hîc adhibet Perronius subterfugium. Notat enim ex Augustino: f *Non undecumque possunt similitudines duci, ad perfectum possunt collimari ipsa res rebus ad quas adhibentur.* Tum subjungit: *Confert Author Eucharistiam cum alijs pignoribus in eo quod possunt memoriam excitare amicitiæ beneficentiæ illorum qui ea relinquunt, non autem in eo quod simul esse non valent dona ipsa & donatores: quemadmodum quandò Dominus Patrem suum confert cum Patre familias qui filium in vineam suam misit, non in eo comparat quod Pater familias filium mittens, non eum essentialiter penes se retinuit, nec rursum in eo quod Pater familias & filius familia non sunt eadem numero substantia, sed in eo quod sicut filius familias ab Agricolis reverentius recipiendus erat quam servi; sic & Iudæi Domino plus honoris deferre debebant quam Prophetis. Comparationem enim instituit in eo quod perfectionis & virtutis habent, non autem in imperfectione & impotentia. Nam quod pignora humana dona donatoresque simul non sunt, id accidit ex infirmitate hominum qui corpora sua secum auferentes, eodem tempore illa uxoribus ac liberis suis relinquere nequeunt, etsi id magnopere cupiant; Dominus autem eadem voluntate præditus, non eadem tenetur impotentia*: Helias, *inquit* g Chrysostomus, melotem Discipulo reliquit, filius vero Dei ascendens carnem suam nobis reliquit, sed Helias quidem exutus, Christus vero & nobis reliquit, & ipsam habens ascendit. *Ideoque, quemadmodum hic Author confert hoc sacramentum cum alijs pignoribus in eo quod apta sunt ad illorum qui ea reliquerunt amicitiam ac beneficia commendanda, sic quoque illud ab ijs discernit quatenus pignus est & simul corpus illius qui consignavit. Addit enim paulo post*: Nam & ideo cum accipimus, a sacerdotibus commonemur, quia corpus & sanguis est Christi, ut beneficijs ejus non exæstimus ingrati. *Diserta & expressa verba.* Sed hæc μορμολύκεια sunt, inanique terricula.

f *In psalm. 103.*

g *Ad popul. Antioch. hom. 2.*

Nam Christum quâ homo est, perinde ac cæteros homines non posse alicundè discedere, & in eo loco undè migrat simul esse, ex Veterum sententia varijs testimonijs hic & illis supra ostendimus. Impræsentiarum juvabit vnum Augustinum adducere qui de illo loquens scribit: a *Homo secundum corpus in loco est, & de loco migrat, & cum ad alium locum venerit, in eo loco vndè venit non est, Deus autè implet omnia & vbique totus est, non secundum in terrâ, invisibilē spatia tenetur locis: Erat tamen Christus secundum carnem visibilem majestatem in cælo & in terra.* Et rursum: b *Sursum est Dominus sed etiam hic est veritas Dominus. Corpus enim Domini in quo resurrexit vno loco esse oportet*; (sic enim legendum esse, non ut vulgo *potest*, loco suo docebimus) *veritas ejus vbique diffusa est.* Nec in contrarium eunt Chrysostomus & Pelagius. Ille enim non intelligit, eamdem numero carnem quam Dominus cœlum conscendens substantialiter abstulit; *substantialiter* quoque nobis ab ipso esse relictam, sed mens illius tantum est, Christum eam nobis *in symbolo* reliquisse. Nec sensus hujus quoque est, sacramentum Eucharistiæ quod dicitur esse Domini corpus & sanguis, proprie corpus ipsius & sanguinem esse, sed ea solum esse vult commemorative & figurativè seu illorum memoriam, commemorationem, & pignus. Deindè, memoriam & pignus illud quæ Author noster asserit a Domino abeunte nobis esse derelicta, ipsummet Dominum nullomodo posse intelligi; ex Authoris ipsius verbis multipliciter probatur. Ait enim: *Accepit panem & gratias agens fregit & dixit, Accipite & manducate. Hoc est, benedicens, etiam passurus, vltimam nobis commemorationem sive memoriam dereliquit, quemadmodum si quis peregre proficiscens, aliquod pignus ei quem diligit derelinquat, ut quotiscumque illud viderit possit ejus beneficia & amicitias memorari quod ille, si perfectè dilexit sive ingenti desiderio non potest videre vel fletu.* Vnde primò aperte liquet enim per memoriam & pignus nihil aliud designare posse quam panem a Domino acceptum post benedictionem fractum. Nihil enim est in illis verbis ad quod ea referri possint præterquam ad panem. Nam illa omnia commentatur in hæc verba, *Accepit panem & gratias agens fregit & dixit Accipite & manducate*; se politis & secretis ad sequentem commentarium verbis, *hoc est corpus meum.* At panis ille, juxta Adversarios ipsos, nemine, quod quidem sciam, hactenus dissentiente, non est ipsemet Christus; Nec rursum Dominus seipsum accepit & post benedictionem fregit. Secundo, idem innuit quando de hoc pignore ait, *ut quotiescumque illud viderit.* Testatur enim se loqui de subjecto visibili. At Christus ex Hypothesi Adversariorum quatenus est in sacramento, invisibilis prorsus est, nec oculis videri potest Deus

Author Commentariorum in Epistolas Paulini inter Hieronymi opera.

a *In Ioan. tract. 31.*

b *Ibid. tract. 30.*

Author Commẽtariorum in Epiſtolas Paulin. inter Hieronymi opera.

teſt Denique id evincitur ex eo quod confert commemorationem illam quam Dominus nobis reliquit, cum pignore quod quis abiens amico ſuo relinquit, ut illius memoriam ac beneficia renovet. In hoc enim præcipue vim comparationis intercederé, & ex ipſis verbis clarum eſt, & rurſum ex ſequentibus ubi ſimiliter ait: *Tandiu memoria opus eſt, donec ipſe venire dignetur.* Nam ſi pignus & memoria eſt Domini qui hinc abiit, & qui olim rediturus eſt, memoria & pignus eſt, non præſentis, ſed abſentis. At ſubjectum, quodcunque illud ſit, ſimul eſſe abſens & præſens, contradictionem implicat. Præſentia enim abſentiam exterminat, excludit & negat, & abſentia præſentiam. Per commemorationem igitur, ſive memoriam & pignus, non deſignat Dominum ipſum pignus illud relinquentem, ſed aliud à Domino, panem nempè, benedictione ipſius ſanctificatum, non ut ejus propriè corpus, ſed tantum illius memoria nobis eſſet.

e Cap. 8.

Verum objicit e Perronius Authorem paulò poſt hæc Apoſtoli verba exponentem, *Probet ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat & de calice bibat*; ſubjungere: *Si in linteum, vel vas ſordidum non illud mittere audet, quanto magis in corde polluto, quam immunditiam Deus ſuper omnia execratur, & qua ſola injuria ejus eſt corpori? Nam & Ioſeph ille juſtus propterea ſyndone munda involutum in ſepulchro novo corpus Domini ſepelivit, præfiguratus corpus Domini accepturos tam mundam mentem debere habere quam novam.* Et verum Hieronymum alibi in eumdem ſenſum: d *Poſſumus juxta intelligentiam ſpiritalem, & hoc ſentire, quod corpus Domini non auro, gemmis & ſerico, ſed linteamine puro obvolvendum ſit: quamquam & hoc ſignificet quod ille in ſyndone munda obvolvit Ieſum qui purâ mente eum ſuſceperit*: Ac proinde, utrumque illorum intelligere, *id quod in Euchariſtia linteamine involvitur, eſſe illud ipſum Chriſti corpus quod à Ioſeph in ſindone munda novaque fuit involutum.* Quibus & addit Iſidorum Peluſiotam pariter ſcribentem: e *pura illa ſindon quæ ſub divinorum miniſterio expanſa eſt, Ioſeph Arimathenſis eſt miniſterium. Nam ut is Domini corpus ſindone involutum ſepulchro immiſit, per quod vniverſum noſtrũ genus reſurrectionem percepit, ſic & nos in ſindone panem propoſitionis ſanctificantes Chriſti corpus ſine dubitatione reperimus.* Verum ſupponit quod falſum eſt. Nam nec Author noſter, nec verus Hieronymus in priori expoſitione, (poſterior enim pertinet ad Chriſtum ſpiritualiter ſuſcipiendum) nec Iſidorus Peluſiota, per corpus illud quod non in vas ſordidum mittendum eſſe ajunt, ſed linteamine puro obvoluendum, mundaque mente ſuſcipiendum, ipſummet ſubſtantiale Domini corpus deſignant, ſed corpus ipſius typicum & ſymbolicum, ſeu, ut Author noſter ibidem ſe explicat, *tanti myſterij Sacramentum*; nec hoc ſymbolicum corpus identificant cum eo quod Joſeph Sindone obvolvit, id eſt, cum proprio & ſubſtantiali, ſed ab hoc ad illud ſimilitudinem ducunt, & quidem haud inelegantem, ut ſicuti Joſeph proprium Domini corpus pura ſyndone obvoluit, ſic & nos ad inſtar Joſeph ſymbolicum ipſius corpus non in vas ſordidum, videlicet in cor pollutum mittamus, ſed linteamine puro, id eſt, corde mundo, puroque recipiamus. Quemadmodum enim quando f *typus venerabilis eſt & honore dignus, fieri non poteſt Archetypum vilem eſſe ac contemptibilem*, ſic & Archetypo exiſtente venerabili, fieri viciſſim nequit typum eſſe contemptibilem: præcipue, cum is *qui veneratur vide ſignum* (ut obſervat g Auguſtinus) *cujus vim ſignificationemque intelligit, non hoc veneratur quod videtur & tranſit, ſed illud potius quo talia cuncta referenda ſunt.* Quod & ſimiliter monet Cyrillus Alexandrinus; h *Non remanebit impunitum etiam iis qui vere ſacri ſunt, ſi tanquam in uſu communi qua ſacra ſunt ſtatuant, & nihil hæc ab aliis differre exiſtiment.* Imo & Author noſter, *Rem erit*, inquit, *corporis & ſanguinis Domini, quia tanti myſterij ſacramentum pro vili deſpexerit.*

Author Commẽtariorum in Epiſtolas Paulin. inter Hieronymi opera.

f Theodor. dialog. 3.

g De Doctr. Chriſt. l. 3. c. 5.

h De Adorat. l. 12. Ὅτι οὐ δεῖ ἐπὶ ἀλλοτρίᾳ ὑλῇ ἀσεβῆσαι τὸ δοκοῦν χρῆσθαι πρὸς ἁγιασμὸν καὶ μηδὲ ὅσα ἐκ μέρους ἐστὶ θεοῦ δυνατὰ τῶν ἀνθρώπων.

Sed rurſum objicit Bellarminus Hieronymum Commentario in Pſalm. 109. ſic loqui: *Quomodo Melchiſedek Rex Salem obtulit panem & vinum, ſic & tu offeres corpus & ſanguinem tuum, verum panem & verum vinum. Iſte Melchiſedek iſta myſteria quæ habemus dedit nobis. Ipſe eſt qui dixit, qui manducaverit carnem meam & biberit ſanguinem meum. Secundum ordinem Melchiſedek tradidit nobis ſacramentum ſuum.* In quæ verba notat: *Hic videmus aperte opponi pani & vino Melchiſedechi corpus & ſanguinem Chriſti, quæ dicuntur verum panis & verum vinum, non ratione naturæ, ſed ratione effectus, quomodo idem Dominus ait*, Ego ſum vitis vera. *Nam alioqui etiam panis Melchiſedechi fuit veriſſimus panis, ſi naturam ſpectes.* Verum in hoc argumento nihil ſani. Primò enim Commentaria illa in Pſalmos Hieronymi eſſe non poſſunt, cum in illis citetur a Eucherius Hieronymo longe poſterior, ac ea, inquit b Canus Epiſcopus Canarienſis, *Divo Hieronymo tribuere manifeſtariæ ignorantiæ eſt.* Sunt procul dubio recentioris Authoris, qui tum ex Hieronymo, tum ex aliis veterum ea compilavit, plurima de ſuo etiam Hieronymo non modò c indigna, ſed etiam contraria inferciens. Secundo, ſupponit Adverſarius Authorem iſtum, quiſquis ſit, tum per corpus & ſanguinem quem Dominum juxta prophetam oblaturum eſſe dicit, proprium Domini corpus & ſanguinem intelligere, tum per verum panem & verum vinum, panem & vinum figuratè ſic appellata, videlicet, non naturæ ratione, ſed effectus deſignare. At prius illud negamus, ac reſpondemus

Author Commẽtariorum in Epiſtolas Paulin. inter Hieronymi opera.

a In Pſalm. 16.

b Locor. comm. l. 8. c. 14.

c Vid Genebr. & Sixt. Senenſ. in bibliath.

Books, Stationery, Printing, Bookbinding, and Account Books. Estimates Free.

Telephone No. 1 Bank.

Telegrams: "Advertiser, Bank."

THE ADVERTISER PRINTING WORKS,

Printers of Illustrated Catalogues, Price Lists, Circulars, Programmes, Posters, Tickets, Memorandum Books, Diaries, Calendars, Account Books, Ruled Forms, Bill Heads, Letter Heads, Cards, Envelopes, Labels, Pamphlets, Books, Magazines, Newspapers, &c.

Publishers of "The Advertiser" Newspaper, Monthly Magazine, and Annual Directory.

Bookbinders, Paper Rulers, Stationers, Lithographers, Engravers, Die Stampers, Embossers, &c.

Estimates Free.

Telephone No. 1 Bank.

Telegrams: "Advertiser, Bank."

Ex his omnibus, quæ hactenus dicta sunt, facile colligi potest, quæ sit lapidum origo, quæ materia, quæ causa efficiens, quæ causa finalis. Nam quod ad materiam attinet, ea est vel terra, vel succus lapidescens, vel humor lapidescens, vel spiritus lapidescens, vel lapis ipse. Quod ad causam efficientem, ea est vel natura, vel Deus, vel Deus per naturam. Quod ad causam finalem, ea est vel ornatus, vel usus, vel ornatus et usus simul.

Restat ut de lapidum usu aliquid dicamus.

CAPUT II.

De usu lapidum.

Usus lapidum duplex est, alius naturalis, alius artificialis. Naturalis est, quo lapides ad naturæ usum inserviunt. Artificialis est, quo lapides ad artis usum inserviunt. Naturalis usus lapidum duplex est, alius ad corpus, alius ad animum. Ad corpus, quo lapides ad corporis usum inserviunt. Ad animum, quo lapides ad animi usum inserviunt. Ad corpus, quo lapides ad corporis usum inserviunt, vel ad corpus humanum, vel ad corpus brutorum animantium. Ad corpus humanum, quo lapides ad corporis humani usum inserviunt, vel ad corpus humanum sanum, vel ad corpus humanum ægrum. Ad corpus humanum sanum, quo lapides ad corporis humani sani usum inserviunt, vel ad corpus humanum sanum in genere, vel ad corpus humanum sanum in specie. Ad corpus humanum sanum in genere, quo lapides ad corporis humani sani in genere usum inserviunt, vel ad corpus humanum sanum in genere quoad ornatum, vel ad corpus humanum sanum in genere quoad usum, vel ad corpus humanum sanum in genere quoad ornatum et usum simul. Ad corpus humanum sanum in genere quoad ornatum, quo lapides ad corporis humani sani in genere ornatum inserviunt, vel ad corpus humanum sanum in genere quoad ornatum externum, vel ad corpus humanum sanum in genere quoad ornatum internum. Ad corpus humanum sanum in genere quoad ornatum externum, quo lapides ad corporis humani sani in genere ornatum externum inserviunt, vel ad corpus humanum sanum in genere quoad ornatum externum in genere, vel ad corpus humanum sanum in genere quoad ornatum externum in specie. Ad corpus humanum sanum in genere quoad ornatum externum in genere, quo lapides ad corporis humani sani in genere ornatum externum in genere inserviunt, vel ad corpus humanum sanum in genere quoad ornatum externum in genere per se, vel ad corpus humanum sanum in genere quoad ornatum externum in genere per accidens. Ad corpus humanum sanum in genere quoad ornatum externum in genere per se, quo lapides ad corporis humani sani in genere ornatum externum in genere per se inserviunt, vel ad corpus humanum sanum in genere quoad ornatum externum in genere per se in capite, vel ad corpus humanum sanum in genere quoad ornatum externum in genere per se in collo, vel ad corpus humanum sanum in genere quoad ornatum externum in genere per se in pectore, vel ad corpus humanum sanum in genere quoad ornatum externum in genere per se in brachio, vel ad corpus humanum sanum in genere quoad ornatum externum in genere per se in manu, vel ad corpus humanum sanum in genere quoad ornatum externum in genere per se in digito, vel ad corpus humanum sanum in genere quoad ornatum externum in genere per se in crure, vel ad corpus humanum sanum in genere quoad ornatum externum in genere per se in pede.

Auguſtinus in Sermon. ad Infantes.

in altari eſſe ſolam apparentiâ exteriorem calicis; ſed intelligit ibi eſſe verum calicem: Nec igitur intelligit panem tantum eſſe quoad apparentiam ſeu ſpeciem exteriorem, ſed ſenſus ejus eſt panem eſſe verum ac ſubſtantialem. Deinde & addit ibi eſſe, *quod etiam oculi renunciant.* At oculi renunciant verum eſſe ſubſtantia panem & calicem. Per accidentia enim ſubjectam illis ſubſtantiam vident nec eam aliter vident. Perinde igitur loquitur Auguſtinus ac ſi quis diceret: *Quod videtis aurum eſt & argentum, aut marmor, quod vobis etiam oculi veſtri renuntiant.* Qui autem ſic loqueretur procul dubio deſignaret, id quod videtur aurum argentum aut marmor eſſe, non tantum ſecundum ſpeciem exteriorem, ſed etiam quoad ſubſtantiam.

Secundum argumentum ducitur ex eo quod Auguſtinus poſtquam dixiſſet: *quod videtis panis eſt & calix, quod vobis etiam oculi veſtri renunciant*; addit: *quod autem fides veſtra poſtulat inſtruenda, panis eſt corpus Chriſti, calix ſanguis Chriſti.* Ad quæ verba Bellarmino ſanguis congelavit. Nam cum ipſe de verbis, hoc eſt corpus meum, alibi loquens dicat; a *propoſitio illa, hic panis eſt corpus meum, aut accipi debet tropice ut panis ſit corpus Chriſti ſignificative, aut eſt plane abſurda & impoſſibilis, nec enim fieri poteſt ut panis ſit corpus Chriſti*; Et rurſum; b *Hæc propoſitio, vinum eſt ſanguis Domini, docet vinum ſanguinem eſſe per ſimilitudinem*; Denique, *Non poteſt fieri ut vera ſit propoſitio* (propriè ſc.) *qua ſubjectum ſuppono, prædicatum autem pro corpore Chriſti, panis enim & corpus Domini res diverſiſſimæ ſunt*; Et paulò poſt, *hæc evidenter implicant contradictionem*; Auguſtinus autem pro veris ac fide tenendis, aſſerat has duas propoſitiones, *panis eſt corpus Chriſti, Calix ſanguis Chriſti*; ad illas nè hiſcere quidem aulus eſt.

a De Euch. l. 3. c. 1. §. Nemo.

b Ibid. l. 3. c. 9. §. Obſervand.

Verum ridet Milleterius quod dixi, ſanguinem Bellarmino congelaſſe, & ratione quam reddidi turpiter diſſimulata primò jocabundus ait: c *Si ſibi perſuadet ad hanc ſententiam*, panis eſt corpus Chriſti & Calix ſanguis ejus, *Catholicos metu concidere debere, credere debet ex adverſo ſi in Auguſtino reperiret*, panem non eſſe corpus Chriſti, ſed tantum illius ſignum, & calicem non eſſe ſanguinem Chriſti, ſed figuram tantum, *ad poſteriorem hanc ſententiam revicturos Catholicos à priori interfectos: propterea que confido illum eam non eſſe quæſiturum.* Sed vir bonus in analyticis parum fœliciter verſatus pueriliter ſupponit haſcè duas propoſitiones, *panis eſt corpus Chriſti*, & *panis non eſt corpus Chriſti* (propriè, nimirum) ſibimet adverſas eſſe, cujus contrarium a Bellarmino ipſo diſcere debuerat. Bellarminus enim obſervat, propoſitionem hanc, *panis eſt corpus Chriſti*, & *vinum eſt ſanguis Chriſti*, propriè ſumptam falſiſſimam & contradictoriam eſſe, nec veram eſſe poſſe niſi intelligendo, panem eſſe ſignificative, corpus, & vinum ſanguinem per ſimilitudinem. Propoſitio autem poſterior in qua diceretur, panis non eſt propriè corpus Chriſti nec calix ſanguis illius, ſed tantummodò illorum ſignum & figura, idem prorſus licet verbis differentibus enunciaret: adeo ut ſi illa ſcorpius ſit Catholicos lethaliter percuſſurus, hæc non ſcorpij maſſa ſit illos curatura. Secundo, poſt riſum hunc Sardonium, ſpondet ſe ad totius hujus loci intelligentiam novos oculos mihi daturum. De quo tamen non leve eſt dubitandi argumentum, quod ab initio ceſpitet. Ait enim d *excerptum eſſe quod habemus partem ſermonis facti ad recens baptizatos.* In quo teſtatur oculos ſibi defuiſſe cum Fulgentium legeret. Fulgentius enim diſertis verbis affirmat, *totum* eſſe ſermonem, non partem illius. An verò credibile eſt oculos mihi daturum qui caret oculis? Sed jam attendamus quam lucem Lucifer hic ſit allaturus. Primò vagatur extra oleas, commentarium ſcribens in verba Concilij Tridentini, ac explicans quo ſenſu vocabulam *ſpecies* uſurpavit, in hanc rem quoque adducens verba Cyrilli Hieroſolymitani a nobis ſupra expoſita & ab ejus ſenſu vindicata: deindè videtur reſpondere, (totus enim obſcurus eſt & caliginoſus) per panem de quo Auguſtinus ait, *panis eſt corpus Chriſti*, intelligi *quod eſt viſibile & ſenſibile in pane, nec eſt mutationis ſubjectum*, hoc eſt, clarè & perſpicuè loquendo, accidentia panis. At id duplici nomine ineptum & abſurdum eſt, Primo enim loquitur Auguſtinus de eo pane de quo immediatè antè dixerat *quod videtis panis eſt & calix, quod vobis etiam oculi veſtri renunciant.* Accidentia autem panis non magis panis ſunt quam albedo hominis homo eſt; panis enim, ſicut & homo, ens ſubſtantiale eſt. Deindè, hoc pacto ſenſus verborum illorum foret, accidentia panis eſſe corpus Chriſti. Nam in hac propoſitione *panis eſt corpus Chriſti*, corpus Chriſti de pane illo prædicatur. Si ergo panis ille intelligitur de accidentibus panis, corpus Chriſti juxta Milleterium de accidentibus propriè prædicabitur: falſiſſimè & abſurdiſſimè. En quantum luminis ad hæc verba attulerit.

Propoſitio prima.

d Pag. 695.

Coffetellus aliter reſpondet, e *Auguſtinum quando ait*, panis eſt corpus Chriſti & calix ſanguis ejus, *loqui de pane conſecrato, hoc eſt, de pane in corpus Chriſti mutato, & de vino conſecrato, id eſt, in ſanguinem Chriſti converſo.* De pane & vino conſecrato eum loqui concedimus; ſed quod addit Coffetellus, *id eſt, de pane & vino in corpus & ſanguinem Chriſti converſo*, merum ipſius commentum eſt, de quo nihil Auguſtinus ibi ait ad Neophytos, quodque ex ipſius verbis colligere non poterant. Tum, id quoque abſurdum eſt, Nam panis & vinum in corpus

c De Transſubſtant. c. 16. p. 694.

e De miſſ. Sacram. c. 7. p. 102.

Digitized by Google

Domini ſanguinemque ſubſtantialiter mutata, *nihil aliud ſunt quam proprium ipſius corpus & ſanguis*, adeo ut juxta hanc expoſitionem, Domini corpus & ſanguis de ſeipſo tautologicè & abſurdè prædicarentur in hūc modum, *corpus Chriſti eſt corpus Chriſti, ſanguis Chriſti eſt ſanguis Chriſti.* Denique Auguſtino id ipſum repugnat. Nam in duabus illis propoſitionibus quas ſimul jungit, corpus & ſanguis Chriſti de pane & de calice prædicantur, nec modo de pane & de calice, ſed de pane & calice qui oculis conſpiciuntur: *quod videtis panis eſt & calix, quod vobis etiam oculi veſtri renunciant, quod autem fides veſtra poſtulat inſtruenda, panis eſt corpus Chriſti, calix ſanguis Chriſti.* At corpus & ſanguis Chriſti nec ſunt panis & calix qui videntur, nec panis & calix quorum veritatem oculi ipſi renunciant: Non igitur id ſunt quod per panem & calicem ab Auguſtino deſignatur. Nec juvaret regerere quod[g] nonnulli ad ſimilia verba alibi ſibi videntur ſubtiliter excipere poſſe, per panem & calicem intelligi, *id quod erat panis & calix vel, hactenus panis.* Nam, præterquam quod id in abſurditatem ſupra notatam recidit, cum quod erat panis & calix jam corpus & ſanguis Chriſti proprie eſſe conſequenter intelligatur, hoc ipſum quoque ut falſum ab ipſis Adverſarijs confutatur. Vnum pro multis ſufficiet adducere. Gabriel Vaſques: [h] *Hic ſenſus falſus videtur. Sic enim pronomen videtur oſtendere individuum aliquod, vel ſubſtantia, vel alterius rationis, quod cùm antea fuerat panis, in fine prolationis jam non ſit panis, ſed corpus, quod eſt plane falſum.* Addo & id ſimiliter fore contra Auguſtinum ipſum. Auguſtinum enim per panem non intelligere id quod erat panis in ſenſu præterito, ſed id quod panis eſt in ſenſu præſenti, teſtantur ipſius verba: *quod videtis panis eſt & calix, quod vobis etiam oculi veſtri renuntiant, quod autem fides veſtra poſtulat inſtruenda, panis* (nempe ille de quo ait, *quod videtis panis eſt*) *eſt corpus Chriſti*, &c.

Tertium noſtrum argumentum ducitur ex eo quod poſtquā dixiſſet, *panis eſt corpus Chriſti, & calix ſanguis Chriſti*; ait: *Poteſt in animo cujuſpiam talis cogitatio oboriri. Dominus noſter Ieſus Chriſtus novimus vnde acceperit carnem de Virgine Maria. Infans lactatus eſt, nutritus eſt, crevit, ad juvenilem ætatem perductus eſt, a Iudæis perſecutionem paſſus eſt, ligno ſuſpenſus eſt, in ligno interfectus eſt, de ligno depoſitus eſt, ſepultus eſt, tertia die reſurrexit, quo die voluit in cœlum aſcendit. Illuc levavit corpus ſuum, vnde eſt venturus ut judicet vivos & mortuos. Ibi eſt modo ſedens ad dexteram Patris. Quomodo eſt panis corpus ejus, & calix, vel, quod habet calix, quomodo eſt ſanguis ejus?* Et reſpondet: *Iſta, fratres, ideo dicuntur ſacramenta, quia in eis aliud videtur, aliud intelligitur. Quod videtur ſpeciem habet corporalem, quod intelligitur fructum habet ſpiritualem.* Nam ſi credidiſſet, panem & vinum per conſecrationem fieri & eſſe propriè & ſubſtantialiter corpus & ſanguinem Chriſti, ad propoſitam quæſtionem clarè & diſtinctè procul dubio reſpondiſſet, maximo ac ineffabili miraculo panis ac vini ſubſtantias remanentibus accidentibus in corporis ac ſanguinis ejus ſubſtantias transſubſtantiari, ſicque corpus ejus & ſanguinem non modo eſſe in cœlo, ſed ſimul etiam in terra in locis innumeris ſub accidentibus ſupra dictis inviſibiliter & indiviſibiliter exiſtens. Horum autem nihil reſpondet, quamvis quæſtio propoſita & auditorum inſtructio (fatente Perronio) *neceſſario id exigeret*, ſed eò tantum recurrit ut dicat hic de ſacramentis agi, quæ (ut alibi notat) earum rerum quarum ſacramenta ſunt nomina accipiunt. Reſpondent Adverſarij varie.

Primo enim, inquit Bellarminus, *Reſpondeo Auguſtinum ad quæſtionem, quomodo ſit panis corpus Chriſti, noluiſſe directe reſpondere, quia non erant Auditores capaces; Homilia enim illa habebatur ad pueros recens baptizatos, ideo monuiſſe vt ſimpliciter crederent panem illum eſſe corpus Chriſti, & operam darent vt eſſent ipſi corpus Chriſti per fidem & opera bona, quia poſtea ubi creviſſent & profeciſſent in via Dei myſteria iſta eis aperirentur. Id ita eſſe patet, quia cum eſſet propoſitum de corpore Chriſti naturali, tranſiit ad corpus myſticum, ac dixit, Euchariſtiam eſſe ſignum ſocietatis fidelium, & nos eſſe corpus Chriſti, & nos manducare quod ſumus, & myſterium noſtrum eſſe in menſa, & alia id genus: nunquam autem dixit, panem eſſe ſignum corporis Chriſti naturalis, aut corpus naturale non eſſe in altari, aut eſſe ſymbolicè, qua certe dicere debuit, ſi directè ad quæſtionem reſpondere voluiſſet, & in hæreſi Calviniſtarum fuiſſet. Sicut ergo illi a nobis quærunt, quarè Auguſtinus non ſolvit quæſtionem, dicendo panem eſſe corpus per tranſſubſtantiationem, ſic & nos ab illis quærimus, quarè non ſolvit quæſtionem dicendo, eſſe corpus Chriſti repræſentativè? Et pro vtriſque reſpondemus, Auguſtinum dedita opera diſſimulaſſe quæſtionem, & ad moralem cohortationem digreſſum.* Verum reſponſionem hanc, quamquam alia de cauſa quam ut Bellarminum refellat, explodit Perronius. Ait enim Auguſtinum [a] neceſſario debuiſſe quæſtionem ſoluere, ac Neophytos de natura myſterij inſtruere, nec potuiſſe [b] *abſque ſacrilegio illis celare* & quaſi ſubfurari, quod nihil aliud eſſet quam illud [c] *manifeſte negare, deſtruere & expugnare.* Id probat ex ipſo Auguſtino qui ibidem Neophytos alloquens, ait: *quod autem fides veſtra poſtulat inſtruenda*; & ex [d] Gaudentio Brixienſi qui ſic loquitur, *Modo autem ea ſolum de ipſa lectione carpenda ſunt, quæ præſentibus Catechumenis explicari non poſſunt, & neceſſario tamen aperienda ſunt Neophytis.* Addo ego Auguſtinum, poſtquam Neophytis dixiſſet, *quod videtis*

Auguſtinus in Sermon. ad Infantes. *f Suarez diſp. 58. ſect. 7.*

g *Gaitmund*

h *Diſput. 201. c. 3.*

a *Vbi ſupra p. 76.*

b *p. 79.*

c *p. 78.*

d *In exod. tract. 2.*

Auguſtinus in Sermon. ad Infantes.

videtis panis eſt & calix, quod vobis etiam oculi veſtri renuntiant, quod autem fides veſtra poſtulat inſtruenda, panis eſt corpus Chriſti, & calix ſanguis Chriſti; immediate ſubjungere: *breviter quidem hoc dictum eſt quod fidei forte ſufficiat ſed fides inſtructionem deſiderat.* At ſi fides Neophytorum inſtructionem deſiderabat ipſiuſmet confeſſione, non poterat ſane abſque injuria illam denegare: præcipuè, cum poſt hæc verba gravem tanquam ex eorum parte difficultatem proponeret, per quam quod dixerat, panem eſſe corpus Chriſti, ac calicem ſanguinem Chriſti in dubium revocari videretur. Imprudentis enim foret in auditorum mentibus magni momenti ſcrupulos & dubitationes ingenerare, atque vel brevem eorum ſolutionem reticere. Nec ad eum excuſandum tantillum valeret quod ait B. Ilarminus, *illum noluiſſe directe reſpondere quia non erant auditores capaces: Homilia enim illa habebatur ad pueros recens baptizatos.* Nam ſi tales erant qui dubij ſolutionem comprehendere non poſſent, utiq; eis non fuerat proponenda qua mentes illorum turbarentur. Sed eorum incapacitas (niſi forſan relative ad doctrinam Adverſariorum de tranſſubſtantiatione, quam facile damus illis incomprehenſibilem fuiſſe, cum Adverſarij ipſi licet interdum acutiſſimi dicant, *rem tam mirabilem vi prope fidem excedere videatur*) Commentum eſt Bellarmini ex craſſa ignorantia veriſimiliter natum. Nam quia hic ſermo ad infantes factus dicitur, videtur exiſtimaſſe id de pueris ætate eſſe accipiendum. Et ea forte de cauſa tam multus eſt Perronius in oſtendendo variorum teſtimonijs per infantes cujuſlibet ætatis homines etiam adultos, etiam ſenes intelligi ſolitos. Neque enim aut Pleſſæus adverſus quem ſcribit, aut quis noſtrorum alius infantes in hunc ſenſum expoſuerat, alioquin ab ejus dicterijs immunis non abiturus. Sin autem alia mens ejus eſt, quare incapaces? Nam ſi incapaces myſterij intelligendi, cur ad ejus communionem ante tempus admittebantur? Cur non prius inſtruebantur? Imo contrà, admittebantur; quoniam in infantia ſeu Catechumenatu, longo tempore impleto myſterij intelligendi capaces judicabantur. Sic enim ipſe Auguſtinus de Catechumenis, ſaltem gradus provectioris: [f] *Etſi Catechumenis fidelium ſacramenta non produntur, non ideo fit quod ea ferre non poſſint, ſed vt ab eis tanto ardentius concupiſcantur, quanto eis honorabilius occultantur.* Quod igitur Bellarminus ait, ſe pro utriſque reſpondere, *Auguſtinum edita opera diſſimulaſſe quæſtionem, & ad moralem cohortationem digreſſum*, tanquam falſum, & Auguſtino veritatique injurium vtrinque repudiatur. Nec contra facit quod objicit, Auguſtinum quæſtionem non ſolvere, *quia cum eſſet propoſitum de corpore Chriſti naturali, tranſijt ad corpus myſticum.* Reſpondeo enim illum, antequam digrediatur ad corpus myſticum, de naturali agere, aptèque & clariſſimè dubitationem ſolvere, dicendo, hæc eſſe *ſacramenta*, ut infra latius, Deo dante, docebimus. Propoſitio prima.

Sed hic ſecùdò inſurgit Perronius, ac plurima affert, tùm circa quæſtionem ab Auguſtino propoſitam, tùm circa ſolutionem, quâ etſi credat ab illo datam, in hoc tamen ſermone reperiri negat, quem ea de cauſa a Beda & a Bertramo integrum & qualis erat relatum non fuiſſe cõcludit. Quæ omnia propter ſubtilitatem hominis ad examen ſunt revocanda.

Ad quæſtionem igitur quod attinet, ait, [a] *Auguſtinum difficultatem oppoſitionis ſuæ non præciſe fundare ſuper diſtantia qua eſt inter locum vbi corpus Domini ſurſum reſidet in cœlis, & locum vbi Euchariſtia adminiſtratur in terra, ſed ſuper diſconvenientia qua eſt inter ſpeciem humanam in qua Dominus viſibiliter hominibus apparuit, tam ante, quam poſt aſcenſionem, & ſpeciem panis & vini ſub qua apparet, continetur & exhibetur in Euchariſtia. Alioqui ſimpliciter illi quærendum fuiſſet, quomodo corpus Chriſti quod nunc in cœlo eſt, eodem tempore in Euchariſtia reperiri poteſt, hoc eſt, ſimul eſſe in cœlo & in terra. At contrarium quarit inſigniores quaſuis Hiſtorias quas ſcriptura recenſet de apparitione humana & corporali Domini, tam in cœlo, quam in terra, nimirum, nativitatis ejus, infantiæ, paſſionis, &c. Vnde apparet intentionem ipſius non eſſe præciſe ſibi objiciendi, quomodo poſſibile eſſet, Euchariſtiam quæ in terra eſt, corpus eſſe Chriſti quod in cœlo eſt; ſed quomodo poſſibile eſt, panem & calicem Euchariſtiæ, elementa exterius inſenſibilia & inanimata, corpus & ſanguinem Chriſti eſſe, quandoquidem Chriſtus, nec in terra naſcens, nec in cœlum aſcendens, nec ad dextram patris in forma ſpecie panis & vini ſedens apparuit, ſed in forma & ſpecie carnis humanæ.* At vero, quamvis diceremus Auguſtinum difficultatem oppoſitionis ſuæ in ſola locorum diſtantia præciſe fundare, inſtantia Perronij contrarium non evinceret. Auguſtinus enim interdum ſimilibus amplificationibus, imo & eiſdem utitur, etiam de ſola locorum diſtantia agens. Nam cum vellet oſtendere Dominum, dicendo, *pauperes vobiſcum ſemper habebitis, me non ſemper habebitis*, loqui *de præſentia corporis ſui* quam a terra ablaturus erat, an non eodem prorſus modo argumentum ſuum proſequitur? *Secundum majeſtatem ſuam*, [b] inquit, *ſecundum providentiam, ſecundum meſſabilem & inviſibilem gratiam, impletur quod ab eo dictum eſt*, Ecce ego vobiſcum ſum, &c; *Secundum carnem vero quam Verbum aſſumpſit, ſecundum id quod de Virgine natus eſt, ſecundum id quod à Iudæis comprehenſus eſt, quod ligno confixus, quod de cruce depoſitus, quod linteis involutus, quod in ſepulchro conditus, quod in reſurrectione manifeſtatus*, non ſemper habebitis me vobiſcum, *Quare? Quoniam converſatus eſt ſecundum corporis præſentiam quadraginta*

a p. 65. 66.

b In Ioan. tract. 50.

[e] *Marat. tom 3. de Euchar. diſp. 12.*

[f] *In Ioan. tr. 26.*

Digitized by Google

Ioan. 6. Panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Et panis quem frangimus, nonne participatio corporis Domini est? Et Ioannes in Apocalypsi, Beati qui ad cœnam Agni vocati sunt. Et Paulus ad Hebræos, Habemus altare, de quo edere non habent potestatem qui tabernaculo deserviunt. Et Christus ipse, Nisi manducaveritis carnem meam, & biberitis sanguinem meum, non habebitis vitam in vobis. Et Paulus ad Corinthios, Calix benedictionis cui benedicimus, nonne communicatio sanguinis Christi est? Et panis quem frangimus, nonne participatio corporis Dominici

Auguſtinus in Sermon. ad Infantes. e *Lib.* 83. *quæſt. q.* 43.

credunt? *Propterea ne vult reſurrectionem Domini intellectualem tantum eſſe, non veram, realem & corporalem? Annon rurſum ſibi ſcribit,* e filius Dei in homine apparuit & Spiritus Sanctus in columba, &c. Vtrumque autem viſibiliter factum propter carnales, ab ijs quæ oculis corporeis cernuntur, ad ea quæ mente intelliguntur, ſacramentorum gradibus transferendos? *Ideo ne dicere vult exiſtentiam divinitatis in Chriſto, aut Spiritus Sancti in columba intellectualem ſolum fuiſſe, non veram & realem? Denique, Annon Paſchaſium de ipſamet Euchariſtia loquens, ait:* f in ſpecie viſibili aliud intelligitur, quàm quod viſu carnis & guſtu ſentitur? *Ideone dicere vult, corpus Chriſti in Euchariſtia non eſſe niſi intellectualiter? Contra, annon addit duabus lineis interpoſitis.* Veritas ergo dum corpus Chriſti & ſanguis virtute Spiritus in verbo ipſius ex panis vinique ſubſtantia *efficitur*? Hæc ille. Sed, omiſſo Paſchaſio, quicumque verborum ejus ſenſus eſſe queat, de quo alias, reliquis Veterum locis abutitur Perronius. Nam vera quidem ſunt quæ ex Origene & Nazianzeno profert ac colligit, nempe, quia conſtat duas eſſe in Chriſto ſubſtantias plurimum inter ſe differentes, corporalem vnam quæ oculorum objectum eſt, ſpiritualem alteram, quæ fidei & intellectus. Sed non ita ſe res habet in ſubjecto de quo agimus, videlicet, in ſacramentis. Nam quamvis in ijs ſit aliquid viſibile, ſubſtantia, ſcilicet, eorum elementaris ac corporalis, & aliquid inviſibile, conditio, nimirum, illorum ſacramentalis quæ conſiſtit in relatione ad res ſacras quas ſignificant, compoſita tamen non ſunt ex duabus ſubſtantijs, una viſibili, altera inviſibili: cùm ex ſeſe tantummodo ſigna ſacra ſint, ut liquet ex eorum definitione: unde quando dicitur in eis aliud videri, aliud intelligi, illud *intelligi* ponatur pro ſignificari aut ſignificatum intelligi. Quod & ſequentia loci ex Origene prolati lectores docere potuiſſent, niſi cardinalis veteratoria fraude notationem ejus omiſiſſet. Nam Origenes ibidem de circumciſione quæ ſacramentum eſt loquens, ſimiliter ait: *bene circumciſionem* (Apoſtolus) *ſignum appellavit in Abraham, quia & ipſa aliud videbatur, aliud intelligebatur.* Quid autem his verbis deſignare voluerit, illicò aperit, immediate ſubjungens: *& oſtendi quia jam tunc carnalis illa circumciſio ſignum erat ſpiritualis circumciſionis, quæ non in carne ſuſcipitur, ſed in corde.* Cum igitur Auguſtinus de ſacramentis pariter agat, illud eorum *intelligi* de ſignificatione utique eſt accipiendum. Nec magis favent Perronio duo illa quæ objectat Auguſtini loca; Prior enim locus omnino ἀπὸ σκοπου eſt, nihilque ſimile habet cum eo de quo contendimus, Poſterior paulo magis ad rem eſt, columbæ ſaltem reſpectu cum ea ſignum fuerit, nec tamen prorſus congruit: &, quicquid ſit, inutilis eſt Adverſarij propoſito. Neque

f *De corpor. & ſang. Dñi. c.* 4.

enim ibi Auguſtinus ait, columbam eſſe Spiritum Sanctum, ut hic dicit, panem eſſe corpus Chriſti, & id quod habet, calix, ſanguinem ejus: nec quærit, quomodo aut qua ratione columba ſit Spiritus Sanctus, ut quærit, quomodo panis ſit corpus Chriſti, & id quod habet calix, ſanguis ipſius. Et ſi forte quæreret, ac reſponderet, *Ea ſacramentum eſt, in quo aliud videtur, aliud intelligitur*, ſenſus eorum verborum *aliud intelligitur*, neceſſario foret, *aliud ſignificatur*, aut *ſignificatum intelligitur*. Certiſſimum enim eſt columbam illam apparentem non fuiſſe Spiritum Sanctum, ſed tantùm illius ſignum. Quod autem Spiritus Sanctus in ea vel ſub ea extiterit, id prorſus ex accidenti fuit, nimirum, propter divinam Spiritus ubiquitatem, non ex ratione ſacramenti ſeu ſigni ſacri. Verum his omiſſis Auguſtinum ipſum audiamus ſe explicantem. Quandò enim ait, *Iſta fratres, ideò dicuntur ſacramenta, quia in eis aliud videtur, aliud intelligitur*, quis non videt eum à communi ac generica ſacramentorum natura reſponſionem ſuam particularem arceſſere? Jam verò quandò dicitur, in ſacramentis aliud videri, aliud intelligi, quo ſenſu dicitur? Origenes paulo ſupra circumciſionis exemplo de ſignificatione illud *intelligi* ſumendum eſſe docuit. Cyprianus idem innuit etiam de ipſomet Euchariſtiæ calice loquens, in verba quædam Eſaiæ. Nam cum dixiſſet, g *vini utique mentio eſt, & ideo ponitur, ut ſanguis Domini in vino intelligatur*, in ſequentibus explicans quid ſit illud *intelligatur*; *videmus*, inquit, *in aqua populum intelligi* (Nota) *in vino oſtendi ſanguinem Chriſti.* Cyrillus ſimiliter cum ait, h *Chriſtum in petra intellectum* (id eſt, *ſignificatum*) *fuiſſe.* Denique ipſe Auguſtinus id clariſſime indicat, quando de ſacramentis in genere loquens, ut Bellarminus fatetur, occaſione verborum quorumdam Joannis, tres teſtes ſunt, Spiritus, aqua, ſanguis, ait: i *Hæc ſacramenta ſunt, in quibus, non quid ſint, ſed quid oſtendant, ſemper attenditur, quoniam ſunt ſigna rerum, aliud exiſtentia, aliud ſignificantia.* Nemo enim non videt, ea verba, *hæc ſacramenta ſunt in quibus non quid ſint, ſed quid oſtendant ſemper attenditur*, & rurſum, *ſigna ſunt rerum, aliud exiſtentia, aliud ſignificantia*, ſynonyma eſſe hiſce de quibus agimus *illa ſacramenta dicuntur, quia in eis aliud videtur, aliud intelligitur*: ac proinde *intelligi*, ſumi hic pro ſignificari, oſtendi & deſignari, ſeu deſignatum intelligi, panemque & vinum ex ipſius ſententia corpus & ſanguinem Chriſti dici, quia illa ſignificent intellectui noſtro, ſeu, illorum ſigna ſacra ſint. Quin & in hoc ipſo ſermone de quo litigamus, annon ſimiliter innuit, corpus Chriſti myſticum in pane & vino intelligi? Quid autem illud eſt, niſi aut ſignificari, aut ſignificatum intelligi? Tertiò, ita ſe rem

Propoſitio prima.

g *Lib.* 2. *Epiſt.* 3.

h *Glaphyr. in Numer.* ὁ πίνων ... αἷμα ... τὸν λόγον.

i *Contr. Maximin. l.* 3. *c.* 22.

Digitized by Google

Auguſtinus in Sermon. ad Infantes.

habere probatur ex alio Auguſtini ad eoldem Neophytos ſimillimo de eadem materia ſermone. Nam poſtquam illis pariter dixiſſet; a *Memor ſum promiſſionis meæ. Promiſeram enim vobis qui baptizati eſtis, ſermonem quo exponerem menſæ Dominicæ ſacramentum quod modo etiam videtis, & cujus nocte præterita participes jam facti eſtis. Debetis ſcire quid accepiſtis, quid accepturi eſtis, quid quotidie accipere debeatis. Panis ille quem videtis in altari ſanctificatus per verbum Dei, corpus eſt Chriſti: calix ille, imo quod habet calix ſanctificatum per verbum Dei ſanguis Chriſti eſt*; ut oſtenderet, quo ſenſu intelligeret panem eſſe corpus Chriſti, & id quod habet calix, ſanguinem ejus, immediate ſubjicit: *Per illa voluit Dominus commendare corpus & ſanguinem ſuum quem pro vobis fudit in remiſſionem peccatorum, ſi bene accipitis.* Quid enim illi *commendare*, niſi *ſignificare*, aut ſaltem commemorando ſignificare eſt? Ipſemet id innuit in ſequentibus, ubi de re altera a pane & calice deſignata, videlicet, de corpore Chriſti myſtico ac de ejus vnitate diſſerens, ait: *Apoſtolus dicit*, unus panis, unum corpus multi ſumus. *Sic expoſuit ſacramentum menſæ Dominicæ*, unus panis, unum corpus multi ſumus. *Commendat vobis in iſto pane quodammodo vnitatem amare. Nunquid enim panis ille de vno grano factus eſt? Nonne erant multa tritici grana*, &c? *Et ideo vnitas quodammodo ſignificatur.* Et in hoc ipſo ſermone de quo contendimus: *Ita Dominus Ieſus Chriſtus nos ſignificavit*, in pane, ſcilicet & vino. Ac rurſum in illo ſermone ſupra citato, ne quis forte ſuſpicaretur præ intelligentiæ inopia, Chriſti corpus commendari per panem Euchariſticum tanquam in illo contentum, diſertè illud admonet in cœlo eſſe quærendum: *Poſt orationem admonemini ſurſum habere cor. Hoc docentur membra Chriſti. Si enim membra Chriſti facti eſtis, caput veſtrum vbi eſt? Membra habent caput. Si caput non præceſſiſet, membra non ſequerentur. Quò juit caput noſtrum? Quid reddidiſtis in ſymbolo? Tertio die reſurrexit a mortuis, aſcendit ad cœlum, Sedet ad dexteram Patris. Ergo in cœlo eſt caput noſtrum. Ideo cum dicitur, Surſum cor, reſpondetis, habemus ad Dominum*, &c. Denique, agnoſcente b Perronio, ad hanc quæſtionem, *Quomodo eſt panis corpus ejus, & calix, vel, quod habet calix quomodo eſt ſanguis ejus*, tenebatur Auguſtinus *ex officio plene ac planè reſpondere, Neophytoſque inſtruere de natura, uſu ac fine hujus myſterij*, hoc eſt, de tranſſubſtantiatione ac præſentia corporali, ſi quidem ipſius erat fides, *nec ſine ſacrilegio id illis reticere poterat, cum reticere in hoc quidem caſu idem foret quod negare & deſtruere.* Idem nihilominus fatetur, quod per ſe clarum eſt, eum de tranſſubſtantiatione, realique præſentia omnino tacere, nihilque earum quod a Neophytis capi poſſet, aperire, remque totam illis ex ſacramentorum natura quæ in ſignificatione conſiſtit, intelligendam relinquere. Fatendum ergo illi eſt, nec tranſſubſtantiationem nec realem præſentiam, Auguſtini fidem fuiſſe. Invictum ſane argumentum. Quò igitur ſe vertit Perronius ut lethalis ejus teli ictum effugiat? Leonem cum hic primitus ſimulare non poſſit, vulpem agit. Nam quia Auguſtinus, poſtquam ad quæſtionem ſupra memoratam reſpondiſſet, *Iſta, fratres, ideo dicuntur ſacramenta quia in eis aliud videtur, aliud intelligitur, quod videtur ſpeciem habet corporalem, quod intelligitur fructum habet ſpiritualem*; ad conſiderationem myſtici corporis tranſit, & ait: *Corpus ergo Chriſti ſi vis intelligere, Apoſtolum audi dicentem fidelibus, vos eſtis corpus Chriſti & membra*, &c; fingit Cardinalis *vnicum objectionis noſtræ nervum in poſtrema hujus periodi cū præcedentibus connexione eſſe conſtitutum.* Quod ſane falliſſimū eſt, ut patet ex argumentis quæ ſupra proſecuti ſumus & ab ejus ſtrophis defendimus. Deindè argutatur, *licet hæc omnia ſerie continuata referantur à Beda tanquam partes ejuſdem ſermonis ſe immediatè conſequentes, non inde tamen deduci poſſe illa ab Auguſtino ſic eſſe pronuntiata, cum Beda ſoleat varia ac diverſa loca hinc & indè ſumpta in vnum colligere ac ex iis centones componere.* Quod poſtquam probavit varijs exemplis ex Beda ipſo allatis, addit: *Quæ igitur certitudo eſſe poteſt Bedam hoc loco non idem egiſſe*, &c, *ac licet ad marginem appoſuiſſet hanc interruptionis notam* ex eodem Libro, *librarios per incuriam & inadvertentiam eam omiſiſſe? Vndè, nos cautos Adverſarij poſſunt facere, inſcriptionem ſermonis ad infantes de ſacramento altaris, margini initij loci hujus appoſitam, non eſſe aut corruptam aut confuſam, aut tranſpoſitam, quandoquidem non modò Ivo in Epiſtola ad Aymericum, parte verborum loci hujus ſub titulo ſermonis de Verbis Evangelij citata, ſermonem ad Neophytos, hoc eſt, ad infantes, tanquam ſermonem alterum memorat ex eoque aliquid profert; Sed & in decreto ſuo primam hujus loci partem ſub titulo ſermonis de verbis Evangelij, perindè ac Algerius & Gratianus, tertiam vero quæ incipit à verbis.* Ita Dominus noſter, *ex ſermone ad infantes adducit: ac Bertramus denique duas priores illius partes ex ſermone de ſacramento altaris ad populum, citat? Contra vero opponere illis poſſumus ſex aut ſeptem graves rationes, imo neceſſitates credendi duas illas loci hujus partes ex duabus diſtitis ſermonis partibus in ſeriem continuam fuiſſe redactas.* Hæc ille vafre, ut monui: ſed, non tantum inutiliter, cum vis argumenti noſtri in hac connexione nullomodo, ſit conſtituta, verum & inique prorſus. Non enim tenemur id quod requirit probare, quamvis facile poſſimus. Nobis abunde ſufficit Bertramum & Bedam duas illas ſermonis hujus periodos ac clauſulas vno ac eodem tenore eſſe proſecutos. Pertinet ad Perronium centones

a *De Diverſis. ſerm. 83.*

b *p. 76. 7. 8. 9.*

Propoſitio prima.

communi-

Auguſtinus in Sermon. ad Infantes.

commíniſcentem, ac inſcriptionis tranſpoſitionem, confuſionem & corruptionem pro libito contingentem, & inde ſubterfugium ſibi comparantem, tot ſuppoſitionum probatio & confirmatio. Et videtur quidem eam tanquam ex abundantia juris in ſe ſuſcipere velle: ſed, quam irrito conatu, facilè conjicere eſt è levibus illis quæ de inſcriptione objectat. Nam ſi dixero credendum potius eſſe Bedæ & Bertramo, utpote veruſtioribus, ſermonem illum *de ſacramento altaris*, quem Yvoni, Algero & Gratiano eumdem *de verbis Evangelij* inſcribentibus, quid excepturus ſit Perronius, non video. Sed non neceſſe eſt, ut eò deveniamus. Facile enim eſt illos inter ſe conciliare. Nam tum apud Bedam, tum apud Bertramum, ſermonis inſcriptio eſt *de ſacramento altaris*. Beda addit, *ad infantes*, Bertramus *ad populum*; in quo nulla repugnantia eſt. Sermonibus quippe qui ad infantes fiebant, populus intereſſe ſolebat, adeo ut vtrumque ſimul verum ſit: Ut præteream infantes illos ad myſteria admiſſos populi nomine aptiſſime comprehendi: ut partem illius conſtituentes. Deinde, ſermo ille ad infãtes de ſacramento altaris, pro themate habere potuit, ſicut vulgo fit, verba quædam Evangelij, qua ratione Yvo nec a Beda & Bertramo: nec a ſeipſo diſſentit, quamvis partem loci hujus proferat ex ſermone de verbis Evangelij, alteram autem ex ſermone ad infantes, cum utrobique verum dicat. Addo, ſermonem ad Neophytos ab Yvone in decreto citatum poſt aliqua ex hoc ſermone ad infantes verba, alium prorſus fuiſſe à ſermone de quo agimus, cujus contrarium ſi colligat Perronius ex eo quod Neophyti & infantes ijdem ſint, næ ille ſe lectoribus deridendum propinabit, quaſi ad eoſdem, ſeu infantes, ſeu Neophytos, vnus tantum ſermo ab Auguſtino habitus ſit. Denique & fallitur in eo quod de Gratiano obſervat. Nam Gratianus Primam hujus loci partem non profert ſub titulo ſermonis de verbis Evangelij, ſaltem in veteribus omnibus quas vidi editionibus, ſed tantum ſub ſimplici Auguſtini nomine.

Sed, jam accedamus ad graves (ſcilicet) illas & cogentes rationes quas pollicetur. *Parturient montes, nascetur ridiculus mus.* Prima eſt, *ſi textus illi Auguſtini ſe haberent quemadmodum à Beda proferuntur, dicendum fore, Auguſtinum mentem & memoriam omnino perdidiſſe. Quam enim parum appoſite ad interrogationem de corpore Chriſti eſſentiali formatam reſponderet de corpore allegorico Eccleſiæ, non autem de corpore eſſentiali?* Sed fallitur Cardinalis. Auguſtinus enim directe prorſus reſpondet ad quæſtionem propoſitam. Nam quæſiverat, *quomodo eſt panis corpus ejus, & calix, vel quod habet calix, quomodo eſt ſanguis ejus*, ſi quidem Chriſtus *modo eſt ſedens ad dexteram Patris.* Et reſpondet, *Iſta, fratres, ideo dicuntur ſacramenta, quia in eis aliud videtur, aliud intelligitur.* Annon eſt directe reſpondere, panem dici corpus Chriſti quia ejus ſacramentum eſt? Sed, inquit Cardinalis, annon illico ſubjungit de corpore allegorico, *corpus ergo Chriſti ſi vis intelligere, Apoſtolum audi dicentem fidelibus, vos eſtis corpus Chriſti & membra?* Vere ſane: ſed additio eſt, præcedentis ac directæ reſponſionis confirmativa. Poſtquam enim expoſuiſſet panem dici eſſe corpus Chriſti, quia illius ſacramentum ſit, pro confirmatione ſubjungit, aliud corpus Chriſti hic non eſſe præter fideles, proprio ejus corpore in cælis ſcilicet tantummodo exiſtente, utroque nihilominus â pane Euchariſtiæ figurato & ſignificato.

Propoſitio prima.

Secunda ducitur ex conſideratione Neophytorum quos alloquebatur: *Veriſimile enim non eſt*, inquit, *illum in Sermone in quo illos plene de fide myſterij hujus debebat inſtruere, tam paucis abſoluiſſe id quo pertinebat ad proprium directumque obiectum, hoc eſt, relationem ad corpus Chriſti eſſentiale, & tam ſubito properaſſe ad ipſius tantummodo appendicem, relationem videlicet ad allegoricum Eccleſiæ corpus* &c. *Sedquid ajo, eum illud tam paucis abſoluiſſe? Dicere debebam, illud omnino reticuiſſe ac illud ſilẽtio involuiſſe.* Verum, Cardinalis rurſum abertat. Nam falſum eſt Auguſtinum illud omnino reticuiſſe. Paucis abſoluiſſe, verũ eſt, quia pauca illa Euchariſtiæ naturam ſufficienter & dilucidè Neophytis aperiebant, fruſtra autem fit perplura, quod fieri poteſt per pauciora. Quod & ipſum pariter præſtat in alio quodam ad Neophytos de hac ipſa materia ſermone, jam à nobis ſupra citato, ubi non aliter exponit quomodò panis ſit corpus Chriſti & quod habet calix ſanguis ejus, quam hiſce pauculis verbis, *per iſta voluit Dominus commendare corpus & ſanguinem ſuum quem pro vobis fudit in remiſſionem peccatorum, ſi benè accipitis*: atque inde illicò ad corpus allegoricum digreditur eodem pane & vino ſecundario commendatum. Quod ſi, fatente Perronio, id eſt prorſus reticere myſterium Euchariſtiæ (juxta ipſius hypotheſes in tranſſubſtantiatione & præſentia reali conſiſtens) annon certum eſt judicium neutram illarum fuiſſe ab Auguſtino creditam? Si enim illas credidiſſet, locus erat & occaſio abſolute neceſſaria de his myſteriis Neophytos inſtruendi. Cum id ergo non præſtiterit, ſed reticuerit, ſilentioque involuerit, evidentiſſime patet illum nec tranſſubſtantiationem nec præſentiam realem credidiſſe, nec Neophytis credendam eſſe intellexiſſe.

Tertia ratio eſt, *Yvonem, quingenti ac viginti anni ſunt, Algerum, quingenti, Gratianum quadringenti, textus hujus citationem ad ultima prima partis verba contrahere & terminare,*

Auguſtinus in Sermon. ad Infantes.

intacta ſecunda ; quod procul dubio non feciſſent, ſi cætera à Beda relata immediate ſecuta fuiſſent. O gravem & cogentem rationem! Reſpondeo tamen Perronium ipſum nos alibi docere, a *Compilatores illos ſæpè valdè negligenter Authorum textus citare, ac plerumque præterire quæ ad propoſitum ſuum non facere judicabant.* Quod & videre eſt in loco de quo agimus. Yvo enim & Gratianus, poſtquam tertiam hujus ſermonis partem in decretis ſuis ſub Auguſtini nomine protuliſſent, ei imprudenter adjungunt velut textum continuum finem Epiſtolæ Fulgentij (reſectis tamen quibuſdam verbis) in qua totum ſermonem retulerat. Undè manifeſtè patet, illos quod afferunt è Fulgentio hauſiſſe, ac proinde primam tantum ſermonis hujus partem protuliſſe, non quod altera à Beda allata non immediate ſequeretur, ſiquidem in Fulgentio ſequitur, ut infra dicemus, ſed quia non erat ad illorum propoſitum. Juvat enim illos hîc ab incuria vindicare.

a *De Auguſt. c. 16.*

Quarta eſt, *Bertramum poſtquam primam hujus loci partem adduxiſſet, inde argumentum texere, Deinde alteram partem diviſim producere, atque ex ea aliud argumentum conficere, quod non feciſſet ſi duæ illæ partes immediate cohæſiſſent in illo Auguſtini ſermone.* Sed inepta eſt conſequentia. Annon enim, exempli gratia, b Bellarminus locum ipſius Auguſtini ex tertio de Trinitate Libro urgere volens, partem illius adducit ac inde argumentum conficit, deinde reliquam, & ex ea rurſum argumentatur? Quis inde tamen concluderet, eum non exiſtimaſſe illas duas immediate in Auguſtino cohæſiſſe? Apagè ineptias.

b *De Euch l. 2. c. 24. § in tertio loco.*

Quinta eſt, *Alcuinum Bedæ Diſcipulum hæc verba*, quod intelligitur fructum habet ſpiritualem, *referentem, terminum hunc* quod intelligitur, *exponere de corpore eſſentiali Chriſti, non autem de corpore allegorico Eccleſiæ ; quod nunquam dixiſſet, ſi periodus hæc.* Corpus ergo Chriſti ſi vis intelligere, audi Apoſtolum dicentem fidelibus, vos eſtis corpus Chriſti & membra, *immediate ſecuta fuiſſet.* Verum negatur conſequentia. In hoc enim ſermone Auguſtinus primò agit de proprio Chriſti corpore quia nempe primarium eſt & præcipuum objectum ad quod Euchariſtia refertur, ac ſecundo de allegorico quod eſt Eccleſia quam panis Euchariſtiæ pariter deſignat. Vnde & alibi in ſimili quodam ad Neophytos ſermone poſtquam à corpore proprio ad allegoricum tranſiſſet, ſit affatur Neophytos, c *tenetis ſacramentum ordine ſuo.*

c *De diverſ. ſerm. 83.*

Sexta eſt, *Algerum ex Libro Auguſtini inſcripto de* Sacramentis altaris *verba quædam referre, quæ ſi verè ſunt ex eodem opere de quo agimus, neceſſario fuerunt interpoſita inter verba*, quod intelligitur fructum habet ſpiritualem, *& hæc alia*, corpus ergo Chriſti ſi vis intelligere. Verùm, quis non miretur hominem pro ratione neceſſaria nobis obtrudentem id de quo nec ipſimet conſtat, an ita ſit : *ſi* ; inquit, *ſunt ex eodem opere.* Præclare, ſcilicet. Hoc autem probandum erat, non ex levi ſuſpicione titubanter pronunciandum. Addit pari incertitudine, *Auguſtinum frequentem ſermonum Ambroſij præceptoris ſui repetitorem, ſermone trigeſimo tertio de verbis Domini, dicere.* Memini ſermonis mei, cum de ſacramentis tractarem, dixi vobis, quod antè verba Chriſti quod offertur panis dicatur, ubi verba Chriſti deprompta fuerint, jam non panis dicitur, ſed corpus Chriſti appellatur : *quibus verbis, ſi Auguſtinus eundem de ſacramentis ſermonem ex quo Beda centonem hunc profert, intelligat, verba illa quæ commemorat neceſſario dicendum eſt inter duas ſupra memoratas ſermonis hujus partes fuiſſe interpoſita.* Argumentum ineluctabile! *Si intelligat*, inquit. At quis illi concederet pro indubitato quod ipſimet dubium eſſe manifeſtè patet? Sed, quid ajo, concedere pro indubitato quod ipſimet dubium eſt. Dicendum eſt, nè dubitationi quidem ullum eſſe locum. Nam, ut prætermittam ſermonem ab eo ſub Auguſtini nomine citatum, ſi quidem illius eſſet, alium omnino fore ab eo de quo contendimus, cum plures de ſacramento ad Neophytos ſermones habitos eſſe certum ſit, dico, nec eum eſſe inter Auguſtinianos trigeſimum tertium, ſed vigeſimum octavum, nec Auguſtini eſſe aut Ambroſij, ſed rhapſodi alicujus qui caput quartum Libri quinti de ſacramentis falſo Ambroſio tributi (ut loco ſuo oſtendimus) impudenter ſuffuratus eſt, & nonnullis initio additis pro Auguſtini ſermone imperite venditavit.

Auguſtinus in Sermon. ad Infantes.

Septima & ultima ratio, *valida ſaltem*, inquit, *adverſus Pleſſæum* (contra quem ſcribebat) *ea eſt, quod Pleſſæus ipſe in prima Libri ſui editione, inter ea verba*, quod intelligitur fructum habet ſpiritualem, *& hæc alia*, corpus ergo Chriſti ſi vis intelligere, *interpoſuit &c, tanquam in conſcientia ſua agnoſcens duas illas loci partes non immediatè cohæſiſſe in originali Auguſtini ſcripto.* Ergo, inquam, quando Perronius ipſemet alium Auguſtini locum eodem modo producit in Gallica ſua verſione, a *Ils penſoient qu'il leur devoit donner ſon corps par pieces, &c. Il dit qu'il monteroit au ciel, certes entier* ; pariter dixero, illum credidiſſe hæc in Auguſtini textu divulſa fuiſſe, nec immediate cohærentia. Cohærere tamen apud omnes in confeſſo eſt ; atque illud *&c*, errore typographico Cardinalitiæ verſioni imprudenter fuit aſſutum. Idem in Pleſſiaca contigit, nec potuit Cardinalis qui probè ſciebat in ſecunda editione mendum hoc fuiſſe ſublatum, ex eo contra Pleſſæum niſi reclamante conſcientia, argumentum ducere.

a *De Euch l. 2. Euch. 24. c. 6. p. 320.*

En validas illas ac neceſſarias quas jactabat rationes,

by Google

Auguſtinus in Sermon. ad Infantes.

rationes, a quibus ſanè expendendis, niſi propter intolerandam ipſius confidentiam, abſtinuiſſemus. Revera enim nullomodo opus erat in illarum examine operam ac oleum perdere. Nam præter Bedam & Bertramum qui hunc Auguſtini ſermonem vniformiter adducunt, habemus & Fulgentium ante mille & centum annos illum prorſus velut Beda & Bertramus producentem, ſed & amplius addentem ſe eum totum proferre. Verba ejus ſunt: b *Beatus quoque Auguſtinus de hac re ſermonem fecit admodum luculentum, & aptum ædificationi fidelium. Quem ſermonem totum Epiſtolæ malus ſubjungere, quia nec eſt prolixus, & in ipſa brevitate magnæ inſtructionis & ſuavitatis eſt plenus.* Nec id Perronium latuit qui obſervat, c alicubi *Fulgentium ex hoc vero Auguſtini ſermone corollarium quoddam deducere.* Diſſimulavit igitur ut fucum Lectoribus faceret: qua conſcientia, judicent. Interim viderint, quid nos inde colligamus. Perronius enim ait, ſi textus Auguſtini ſe habeat, quomodo a Bertramo & Beda profertur, *Auguſtinum mentem & memoriam amiſiſſe.* At teſtatur Fulgentius ipſius textum ſe habere, quomodo a Bertramo & Beda profertur. Ergo ſecundum Perronium Auguſtinus mentem & memoriam amiſit, hoc eſt mente fuit alienatus. Rurſum adhuc ait, ſi ſic locutus ſit, quemadmodum à Beda recenſetur, illum inſtructionem quam debebat Neophytis, eis non dediſſe, imo nullam prorſus dediſſe. Contra teſtatur Fulgentius, ſermonem ipſius, plane talem qualem recenſet Beda, luculentum eſſe & aptum ædificationi fidelium, & in ipſa brevitate magnæ inſtructionis ac ſuavitatis plenum. Denique, indignabundus ait, *veram de Euchariſtia doctrinam*, hoc eſt, transſubſtantiationis ac realis præſentiæ myſterium, *non modò hoc pacto Infantibus eſſe ſuffuratum, ſed & manifeſtè negaſſe, deſtruxiſſe & expugnaſſe*, Atqui teſtatur Fulgentius ſermonem hunc ab Auguſtino infantibus factum fuiſſe, prout apud Bedam extat, in eoque illis datam neceſsariam ædificationem, imo magnam de Euchariſtiæ myſterio inſtructionem. Fulgentius ergo, quemadmodum & Auguſtinus, transſubſtantiationem ac realem præſentiam, ex Adverſarij confeſſione, apertiſſime rejicit, deſtruit ac expugnat: ac proinde totus noſter eſt.

b *De bapt. Æthiop. c. ultimo.*

c *Replic. Obſervat. 2. c. 7. edit. in folio. p. 687.*

Quartum denique argumentum quod ex hoc Auguſtini ſermone conficimus, ducitur ex eo quod poſtquam a mentione proprij corporis Chriſti ad allegoricum Eccleſiæ corpus tranſiviſſet, hiſce verbis, *corpus ergo Chriſti ſi vis intelligere, audi Apoſtolum dicentem fidelibus, vos eſtis corpus Chriſti & membra*; ſubjungit: *Si ergo vos corpus Chriſti eſtis & membra, myſterium veſtrum in menſa Domini poſitum eſt, myſterium Domini accipitis. Ad id quod eſtis reſpondetis, Amen, & reſpondendo ſubſcribitis. Audis ergo corpus Chriſti, & reſpondes, Amen. Eſto membrum corporis Chriſti, vt ſit verum Amen tuum. Quare ergo in pane? Nihil hic de noſtro aſſeramus: ipſum Apoſtolum item audiamus, Cum ergo de iſto ſacramento loqueretur ait: unus panis, unum corpus multi ſumus. Intelligite & gaudete. Vnitas, pietas, veritas, charitas, unus panis, unum corpus multi ſumus. Recolite enim quia panis non fit de uno grano, ſed de multis, &c. Eſtote quod videtis, & accipite quod eſtis. Hoc Apoſtolus de pane dixit, jam de calice quid intelligeremus, etiam hoc dictum ſatis oſtendit. Sicut enim vt ſit ſpecies viſibilis panis, multa grana in vnum conſpergimur, tanquam illud fiat quod de fidelibus ait ſcriptura ſancta*: erat illis anima & cor vnum in Deum; *ſic & de vino fratres, recolite, vnde ſit vnum. Grana multa pendent ad botrum: ſed liquor granorum in vnitate confunditur. Ita Dominus Ieſus Chriſtus nos ſignificavit, nos ad ſe pertinere voluit, myſterium pacis & vnitatis noſtræ in menſa ſua conſecravit. Qui accipit myſterium vnitatis, & non ſervat vinculum pacis, non myſterium accipit pro ſe, ſed teſtimonium contra ſe.* Quid enim intelligit, quando ait, *myſterium veſtrum in menſa Domini poſitum eſt, myſterium Domini accipitis*, idque *in pane & vino*? Deblaterat d Milleterius, per id myſterium Auguſtinum intelligere *proprium Domini corpus.* Sed inepte, proüt ſolet. Auguſtinus enim hoc vocabulo deſignat ſacramentum ſeu ſignum ſacrum, tum Chriſti, tum noſtri repræſentativum, in pane & poculo conſecrato conſiſtens. Panis enim & vinum Euchariſtiæ proprium Domini corpus & ſanguinem (ut jam notavimus) directe ac primario ſignificant. Vnde & Auguſtinus initio ſermonis hujus ad quæſtionem, *quomodo eſt panis corpus Chriſti, & id quod habet calix, quomodo eſt ſanguis ejus*, cum jam *Chriſtus in cœlo ſit ad dexteram Patris ſedens*, reſpondebat *iſta* eſſe *ſacramenta*, hoc eſt, ſacra ſigna. Idem autem hic exprimit per myſterium Domini, videlicet, ſignum Domini. Sed ruſum, panis & vinum corpus ejus myſticum, quod ſumus, ipſiuſque vnitatem indirecte ac ſecundario deſignant. Idque innuit Auguſtinus cum dicit, *myſterium veſtrum* (id eſt, ſignum veſtri repræſentativum) *in menſa Domini poſitum eſt*: ſenſu adeo perſpicuo ex contextus ejus ſerie, ut Algerus, quem Petrus Cluniacenſis referente a Bellarmino *contra hæreſin Berengarij optimè, plenissime ac perfectiſſime ſcripſiſſe* dicit, obſervare coactus ſit. Nam poſtquam dixiſſet, b *Sciendum eſt, quod ſacramentum & myſterium in hoc differunt, quia ſacramentum ſignum eſt viſibile aliquid ſignificans, myſterium vero aliquid occultum ab eo ſignificatum*; immediate ſubjicit: *alterum tamen pro altero ponitur, ut ſuperius dictum eſt, myſterium veſtrum accipitis.* Auguſtinus ſiquidem ipſe myſterium illud quid ſit in ſequentibus exponens,

Auguſtinus in Sermon. ad Infantes.

d *Pag. 714.*

a *De Euch. l. 1. c. 1. §. Quartus.*

b *Lib. 1. c. 4.*

Digitized by Google

Auguſtini locus ex Epiſt. ad Bonifaciũ

Eccè facio quantum poſſum: Dominus adjuvet, vt quod poſtulas poſſim. Nempe, ita ſæpe loquimur, vt paſcha propinquante dicamus, craſtinam vel perendinam eſſe Dominipaſſionem, cum ille antè multos annos paſſus ſit, nec omnino niſi ſemel illa paſſio facta ſit. Nempe, ipſo die Dominico dicimus; Hodie Dominus reſurrexit, cum ex quo reſurrexit tot anni tranſierunt. Cur nemo tam ineptus eſt, vt nos ita loquentes arguat eſſe mentitos, niſi quia iſtos dies ſecundum illorum quibus hæc geſta ſunt ſimilitudinem nuncupamus, vt dicatur ipſe dies, qui non eſt ipſe, ſed revolutione temporis ſimilis ejus, & dicatur illo die fieri propter ſacramenti celebrationem, quod, non illo die, ſed jam olim factum eſt? Nonne ſemel immolatus eſt Chriſtus in ſeipſo, & tamen in ſacramento non ſolum per omnes paſcha ſolemnitates, ſed omni die populis immolatur: Nec vtique mentitur qui interrogatus eum reſponderit immolari. Si enim ſacramenta quamdam ſimilitudinem earum rerum, quarum ſacramenta ſunt, non haberent, omnino ſacramenta non eſſent. Ex hac autem ſimilitudine plerumque etiam ipſarum rerum nomina accipiunt. Sicut ergo ſecundum quemdam modum ſacramentum corporis Chriſti corpus Chriſti eſt, ſacramentum ſanguinis Chriſti ſanguis Chriſti eſt, ita ſacramentum fidei fides eſt. Nihil autem eſt aliud credere, quam fidem habere. Ac per hoc cum reſpondetur parvulus credere, qui fidei nondum habet affectum, reſpondetur fidem habere propter fidei ſacramentum, & convertere ſe ad Deum propter converſionis ſacramentum, quia & ipſa reſponſio ad celebrationem pertinet ſacramenti. Sicut de ipſo baptiſmo Apoſtolus, conſepulti, *inquit*, ſumus Chriſto per baptiſmum in mortem. *Non ait*, ſepulturam ſignificamus: *ſed prorſus ait*, conſepulti ſumus. *Sacramentum ergò tantæ rei, non niſi ejuſdem rei vocabulo nuncupavit. Itaque parvulum, etſi nondum fides illa quæ in credentium voluntate conſiſtit, jam tamen ipſius fidei ſacramentum fidelem facit. Nam ſicut credere reſpondetur, ita etiam fidelis vocatur, non rem ipſam mente annuendo, ſed ipſius rei ſacramentum percipiendo.* Egregium ſanè locum in rem noſtram. Primò enim Auguſtinus de ſacramento Euchariſtiæ corpus & ſanguis Chriſti dicto loquens, illud indicat ita appellari, non quod ſimpliciter & omnimodò corpus Chriſti ſit & ſanguis, ſed quod ea ſit ſecundum quemdam modum. Vndè ſic argumentamur. *Quod non per omnia eſt, id, quod eſſe dicitur, illud abuſivè* (hoc eſt, impropriè) *appellationem illam habet*, ut rectè obſervat [b] Gregorius Nyſſenus. Arqui ſacramentum corporis Chriſti ſanguiniſque ejus, non per omnia, ſed tantum ſecundum quemdam modum corpus & ſanguis Chriſti eſt: Ergò impropriè appellationem illam habet, ac proindè propriè & ſubſtantialiter Chriſti corpus & ſanguis, non eſt. Secundò, explicans, quis ſit ille modus ſecundum quem Sacramentum corporis & ſanguinis Chriſti, corpus ejus ac ſanguis eſt & dicitur, non aliundè eum arceſſit quam a generica ſignorum & ſacramentorum natura quæ vulgò dicuntur eſſe res illæ quas ſignificant, non quod illæ ſint, ſed quod earum ſigna ſint & ſimilitudinem quamdam cum ijs habeant. Peſſimè utiquè & abſurdiſſimè, ſi Euchariſtiam corpus & ſanguinem Chriſti propriè ac ſubſtantialiter eſſe cenſuiſſet. Reſpondent Adverſarij variè.

Auguſtini locus ex Epiſt. ad Bonifaciũ

Primò enim Guitmundus adverſus Berengarium ſcribens, ait, & quidem probante Bellarmino: [c] *Non id de ſacramentis noſtri altaris neceſſe eſt intelligi. Generaliter enim de ſacramentis dixerat*, Si ſacramenta quamdam ſimilitudinem earum rerum quarum ſacramenta ſunt, non haberent, *&c. Deinde, à genere ad partem deſcendens, per ſimile id quod intenderat concluſit dicens*: Sicut ergò ſecundum quemdam modum ſacramentum corporis Chriſti, corpus Chriſti eſt, *& Cætera, quod liberâ facultate intelligere poſſumus dictum eſſe de manna, vel de pane & vino Melchiſedek, vel de aliquo Veterum ſacrificiorum, quæ ſacramenta corporis & ſanguinis Chriſti fuerunt.* Temere ac infrunite. Nam aut vult Auguſtinum per ſacramentum corporis & ſanguinis Chriſti generatim intelligere quodlibet ſacramentum ſeu ſacrum ſignum quod corporis & ſanguinis ejus appellationem obtinere poteſt, aut eum tantum loqui vult in particulari de illorum uno. Si prius; Ergo Euchariſtiam quoque ſubintelligit, ſi quidem ea communiter corporis & ſanguinis Chriſti ſacramentum eſſe apud omnes in confeſſo eſt, ſicque cadit ejus ſolutio. Si poſterius, ea rurſum ad nihilum abit, idque duabus de cauſis. Vna eſt, quia quotieſcumque tum Auguſtinus, tum alij Veterum Sacramentum corporis Chriſti, ſacramentumque ſanguinis ejus nominant, nec indicant qua de re loquantur, nullum aliud unquam ſignum, aut intelligunt, aut intelligere ſolent, quam Euchariſtiam. Altera eſt, quia Auguſtinus ait, *Sicut ergo ſecundum quemdam modum ſacramentum corporis Chriſti corpus Chriſti, ſacramentum ſanguinis Chriſti ſanguis Chriſti eſt*; per illativam conjunctionem *ergo* manifeſtè indicat ſe loqui de eo corporis & ſanguinis ſacramento de quo in præcedentibus egerat, quando diceret, *Chriſtus in ſacramento non ſolum per omnes paſcha ſolemnitates, ſed omni die populis immolatur.* At nemo eſt qui non videat eum de Euchariſtiæ ſacramento in his verbis eſſe locutum: per ſacramentum igitur corporis & ſanguinis Chriſti Euchariſtiam intelligit, non manna, & panem vinumque Melchiſedek vel aliquod aliud veterum ſacrificiorum.

Secundo idem Guitmundus reſpondet; *ſi ex abundanti de ſacramentis quoque altaris noſtri dictum id velimus accipere, fidelis & facilis intelligentiæ*

[b] *De opificio hominis. c. 15.* πάλιν τοι, *&c.* ἐ μὲ δὴ κατὰ πάντα λόγον ἐστὶν ὃ λέγεται, οὐκ ἀληθεύεται περὶ τὸν λόγον,

[c] *De Verbo Euchar. l. 3.*

Auguſtini locus ex Epiſt. ad Bonifaciũ

telligentia patet. Cum enim ſacramenta noſtra ſint ſubſtantivè corpus illud quod eſt filij Dei proprium, ſunt quodammodo per figuram ipſum corpus Chriſti cujus figura ſunt, id eſt, Eccleſia. Quod in expoſitione ſuper Ioannem confirmat Auguſtinus his verbis: hunc itaque cibum & potum ſocietatem vult intelligi corporis & membrorum ſuorum, quod eſt ſancta Eccleſia. Hujus rei ſacramentum, id eſt, vnitatis corporis & ſanguinis Chriſti alicubi quotidiè, alicùbi certis intervallis dierum in Dominica menſa præparatur, & de Dominica menſa ſumitur. Verum, ut præteream, Auguſtinum nec loco citato, nec alibi uſquam notare, corpus Chriſti proprium figuram eſſe corporis Chriſti quod eſt Eccleſia, idque tantum ab eo dici de pane & vino quæ ratione compoſitionis ſuæ ex varijs tritici & botri granis in unum redactis, corporis myſtici ex pluribus fidelibus conſtituti vnitatem ſignificẽt; confutatur hęc altera Adverſarij reſponſio eiſdem verbis quibus præcedentem ſecundò impugnavimus. Liquet enim è ſermonis ſerie ac connexione, Auguſtinum per corpus & ſanguinem Chriſti diſtinctè nominata, Chriſtum intelligere de quo dixerat, *Nonnè Chriſtus ſemel immolatus eſt in ſeipſo, & tamen in ſacramento non ſolum per omnes paſcha ſolemnitates, ſed omni die populis immolatur.* Nam concluſio ad præmiſſas neceſſariò eſt referenda. At non eſt Chriſtus myſticus ſeu corpus myſticum Chriſti quod ſemel immolatum eſt in ſeipſo, & in ſacramento quotidiè immolatur, ſed Chriſtus propriè ſic appellatus, propriumque ipſius corpus, ac ſanguis proprius. Per corpus igitur & ſanguinem de quibus agit, non intelligit myſticum corpus & ſanguinem, ſed proprium corpus ac ſanguinem Chriſti, quorum ſacramenta corpus & ſanguis illa ſint ſecundum quemdam modum, hoc eſt, ſignificativè, non proprie.

Tertiò reſpondet Cotonus, [a] *Sacramentum corporis Chriſti dici ab Auguſtino eſſe ſecundum quemdam modum corpus Chriſti, nempè quia illud corpus eſt inviſibiliter, inſenſibiliter, impaſſibiliter, indiviſibiliter*: miraturque doctiſſimum Turrettinum adverſus quem ſcribebat, *oculos ad id videndum non habuiſſe.* At inquam, qui oculos ad id *quod inviſibiliter eſt* videndum habere potuiſſet? Verum, imperitus homo neſcit quid dicat. Eſſe enim corpus Chriſti *inviſibiliter, inſenſibiliter, impaſſibiliter, indiviſibiliter*, nihil illi aliud eſt, quam eſſe proprie & ſubſtantialiter corpus Chriſti invisibile, intenſibile, impaſſibile & indiviſibile. Id autem falſiſſimum eſt. Nam quicquid intelligat per ſacramentum corporis Chriſti, id nullomodò eſſe poteſt proprie ac ſubſtantialiter ipſum Chriſti corpus. *Sacramentum* enim, *eſt in genere ſigni, & ſignum de genere relatorum*, ut rectè notat [b] Gamachæus. At, *nulla res alicujus, ipſa eſt, cujus eſt*, inquiunt [c] Tertullianus & [d] Athanaſius qui addit, *id eſſe manifeſtum.* Deindè, per ſacramentum intelligit, aut verum panem, aut ſola accidentia panis. Quoquomodò autem ſumat, falſum eſt eorum ullum propriè ac ſubſtantialiter Chriſti corpus eſſe: [e] *quod autem aliquid eſt, nec tamen proprie eſt, impropriè eſſe oportet*, inquit Gregorius Nyſſenus. Cum ergò juxta Auguſtinum ſacramentum corporis Chriſti ſecundum quemdam modum corpus Chriſti ſit, nec illud propriè ſit, impropriè ac figuratè illud Chriſti corpus eſſe neceſſariò conſequitur.

Auguſtinus in Epiſt. ad Bonifac.

c *Contr. Praxeam. c. 26.*

d *Contr. Arrian. orat. 2.* ὑπόλαος ἢ πάλιν ἐστί, οὐ τὸ ἀνθρ. εἶναι ἐστίν.

e *Contr. Eunom. lib. verè 1.* τὸ μὲν μὴ κύριον, ἄντικρυς ἐστὶ νοεῖν.

Quartò, poſt [f] Algerum reſpondent [g] Bellarminus, [h] Stapletonus, [i] de Valentia, [k] Ylambertus, [l] Milleterius & alij, *Auguſtinum loqui de ſpeciebus* (hoc eſt, accidentibus) *panis & vini, quæ ſunt maximè propriè ſacramentum corporis & ſanguinis Domini, id eſt, ſigna ſenſibilia repræſentantia corpus & ſanguinem Domini, ac de ijs rectiſſimè dictum eſſe, ſacramentum corporis Chriſti eſt quodammodò corpus Chriſti: neque enim illa ſpecies ſunt corpus Chriſti, niſi quodammodo, id eſt, repræſentativè.* At primò ſupponit hæc reſponſio Auguſtinum cenſuiſſe, tum in genere accidentia poſſe ſubſiſtere ſine ſubjecto, tum in ſpecie ita ſe rem habere in Euchariſtia. Id autem probandum foret, non turpiter emendicandum. Tantum enim abeſt, ut prius illud quod poſterioris fundamentum eſt, de mente Auguſtini ſit, quin contra id falſiſſimum eſſe aſſerat varijs in locis alibi citandis. Unicus locus hic ſufficiet: *quis conceſſerit*, [m] inquit, *aut cui poſſe fieri videatur, vt id quod in ſubjecto eſt maneat, ipſo interemente ſubjecto? Monſtruoſum enim & a veritate alienißimum eſt, vt id quod non eſſet, niſi in ipſo eſſet, etiam cum ipſum non fuerit, poſſe eſſe.* Undè & in ſuis ad recens baptizatos ſermonibus, in quibus ex officio de natura hujus myſterij illos inſtruere tenebatur, eos nunquam monet in Euchariſtia non eſſe niſi accidentia panis & vini abſque panis & vini ſubſtantijs: Imo contra illos ſic docet, *quod videtis panis eſt & calix, quod vobis etiam oculi veſtri renuntiant.* Per ſacramentum igitur corporis & ſanguinis Chriſti verum panem & vinum deſignat, quæ corpus & ſanguis Chriſti non ſunt niſi quodammodo, id eſt, repræſentativè. Secundo, idem Auguſtinus explicans alibi quid intelligat per ſacramentum corporis & ſanguinis Chriſti, id de pane & vino exponit: *merito*, [a] inquit, *carnem ipſam cum commendaret panem fregit*: Et rurſum: [b] *facta eſt permiſtio vſque ad ſacramentum panis*. Et iterum: [c] *per vini ſacramentum commendat ſanguinem ſuum.* Quid autem Auguſtino eſt *ſacramentum panis*, niſi panis quod ſacramentum eſt, *ſacramentum vini* niſi vinum quod ſacramentum eſt, quem admodum & Tertulliano [d] *ſacramentum aquæ* aqua quæ ſacramentum eſt? Tertio inſuper docet,

f *Lib. 3 c. 5.*

g *De Euch. l. 2. c. 24.*

h *In Matth. c. 26.*

i *Tom. 4. edit. Pariſ. p. 969. ad q. 75.*

k *De ſacrã. Euchar. diſp. 3. art. 5.*

l *Pag. 816. & 7.*

m *Soliloq. l. 2. c. 12.*

a *Recheute de Geneve Confirm. de la 9. depravat. § 9.*

b *Ad quæſt. 60. c. 2.*

a *In 1. Ioann. tract. 2.*

b *De Conſenſu Evangeliſt. l. 3 c. 25*

c *Quæſt. in Evangel. l. 2. q. 43.*

d *De baptiſmo.*

Auguſtinus in Epiſt. ad Bonifac.

cet, e Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum corpus ſuum & ſanguinem *in eis rebus* commendaſſe *quæ ad vnum aliquid redigũtur ex multis*, &c. At veroad locum præcedentem jam ſupra obſervavimus, accidentia panis & vini non eſſe res illas, ſed tantum rerum illarum qualitates & dimenſiones. Denique hoc ipſo loco teſtatur, ſe per ſacramentum corporis & ſanguinis Chriſti ea intelligere quæ cum ipſius corpore & ſanguine ſimilitudinem quamdam habent, ac propter quam corpus ejus & ſanguis ſecundum quemdam modum eſſe dicuntur. Atqui inter accidentia panis & vini, & corpus ac ſanguinem Chriſti, nulla prorſus intercedit ſimilitudo. Nam quod ajunt Adverſariorum nonnulli ſimilitudinem in effectu eſſe, nempe quia accidentia panis & vini corpus noſtrum alere poſſunt, quemadmodum corpus & ſanguis Chriſti animam, id quam falſum & abſurdum ſit f ſuprâ à nobis oſtenſum eſt. Supereſt itaque ut dicamus per ſacramentum corporis & ſanguinis Chriſti Auguſtinum intelligere verum panem ac verum vinum, corpus & ſanguis Domini, non ratione identitatis, ſed ratione ſignificationis & ſimilitudinis appellata.

e *In Ioann. tract. 26.*

f *Lib. 1. c. 19.*

Nondum tamen res confecta eſt. Perronius enim aliam quamdam ſolutionem à Paſchaſio & Lanfranco mutuatam varijs coloribus incruſtat, ac nobis obtrudit. Qualis autem illa ſit, videamus.

Primò igitur quaſi gratificabundus ait, g *nolle ſe objicere Bedam locum hunc Auguſtini, anni fere mille ſunt, referentem, verba hæc* ſecundum quemdam modum *omittere*, *Paſchaſianique illa per parentheſin legiſſe*. Veteratorie, ut ſolet, quò verba hæc, velut intruſa, ſuſpecta lectoribus reddat. Bene tamen, quod in eo teſtatur ſe ſubſidium conquirere nolle. Nam licet illa abeſſent ab Auguſtini contextu, argumentum tamen noſtrum non ideò collaberetur, uti ſuprâ indicavimus. At nec abſunt, nec abeſſe debent, cum omnia exemplaria, ſeu manuſcripta, ſeu edita, ea uniformiter habeant. Nec quemquam movere debet omiſſio Bedæ, cum de ipſius more ſit ex Auguſtini verbis brevitatis cauſa ea reſecare & omittere quæ ad propoſitum ſuum neceſſaria non eſſe cenſebat. i Eugyppius eo longè vetuſtior illa habet, & Paſchalius & Amalarius.

g *De Auguſt. reſut. c. 3.*

i *Theſaur. lib. 2. c. 230. Paſchaſ. ad Frudegard. Amalar. de offic. l. 1. c. 24.*

Secundò ait, *ſe minus adhuc objicere velle, Auguſtinum alibi ſcribere.* k Sicut ergò eorum per quos renaſcuntur juſtitiæ Spiritus reſponſione ſua trajicit in eos fidem, quam voluntate propria nondum habere potuerunt, ſic eorum per quos naſcuntur caro peccati trajicit in eos noxam quam nondum vita propria contraxerunt: *Vnde ſequitur, aut ſacramentum fidei fidem infantibus non tantum per repræſentationem aut ſimilitudinem communicare, ſed reapſe conferre & influere; aut ſaltem comparationem tranſmiſſionis fidei in infantes per baptiſmum nullam deſtructionem neceſſariam realitatis rerum quibuſcum comparatur, inducere, quandoquidem Auguſtinus illam confert cum vera ac reali tranſfuſione peccati originalis.* Quamobrem autem profitetur ſe id objicere nolle? Yſambertus qui longè poſt Cardinalem ſcripſit, priorem conſequentiam ex ipſo loco de quo contendimus, ſatis acriter urget. Ait enim: l *Auguſtinus probat baptiſmum parvulorum qui eſt ſacramentum fidei, recte dici fidem: Ergò ut baptiſmus in parvulis non eſt ſacramentum fidei abſentis, ſed præſentis, nimirum habitualis quæ tunc datur infanti, ita etiam ex mente S. Auguſtini ſpecies Conſecrata ita erunt ſacramentum corporis Dominici, ut tamen ſub illis corpus Domini ſit præſens.* Qui fit ergò Perronium tam liberè profiteri ſe nihil eorum velle nobis opponere? In noſtram fortè gratiam? m *Credat Iudæus Apella, non ego.* Detrectat opponere, quia paratam vidit reſponſionem. Falſum enim eſt Auguſtinum intelligere baptiſmum eſſe ſacramentum fidei præſentis in infantibus. Contrarium ipſemet teſtatur quandò ait; *cum reſpondetur parvulus credere qui fidei nondum habet affectum, reſpondetur fidem habere propter fidei ſacramentum & convertere ſe ad Deum propter converſionis ſacramentum.* Et ruſſum: *parvulum, etſi nondum fides illa quæ in credentium voluntate conſiſtit, jam tamen ipſius fidei ſacramentum fidelem facit.* Et alibi: n *propterea velle fideles vocantur, quoniam fidem per verba geſtantium quodammodò profitentur*: adeo ut repræſentativè & quaſi per imputationem fidei illorum qui eos offerunt, ac per ſacramenti fidei receptionem, non autem realiter credere, eos intelligat. Nec indè tamen ſequitur quod ſecundariò infert Perronius. Nam tranſitionem illam fidei in parvulos repræſentativam per baptiſmum non videtur Auguſtinus loco objecto conferre cum vera ac reali tranſfuſione peccati originalis, hoc eſt, cum propagatione vitij inhærentis, ſed potius cum imputatione peccati à parentibus commiſſi. Quamquam, etſi ita foret, non eadem eſſet ratio quæ Euchariſtiæ corpus Chriſti appellatæ, juxta ipſius mentem, propter ſignificationem & ſimilitudinem. En veram ipſius ζυγκ Βάσεως cauſam.

Auguſtinus in Epiſt. ad Bonifac.

l *De Sacrâ Euchariſt. diſput. 2. art. 5.*

m *Horat. 1. ſerm. Satyr. 5.*

n *De peccat. merit. lib. 3. c. 19.*

Tertiò reſponet, *verba hæc* ſecundum quemdam modum, *non ſumi ab Auguſtino pro termino diminuente, ſed pro termino ſpecificante, & deſignante non omnes modos ſecundum quos ſacramentum corporis Chriſti corpus Chriſti eſt, ſed vnum eorum tantum, nempe, ſecundum rationem corporis occiſi & mortui quale erat in actu formali immolationis.* Verum perperam opponit terminum ſpecificantem termino diminuenti. Vnus enim atque idem diminuens & ſpecificans ſimul eſſe poteſt, ut in loco de quo agimus. Diminuentem eſſe pro-

k *De peccator. merit. l. 3. c. 2.*

Auguſtinus ad Bonifac.

tinet ſub hac ratione, ſed eatenus tantum repræſentat per ſimilitudinem quæ eſt in diſtinctione ſpecierum, &c. *At vero relatum ad corpus Chriſti ſpectatum ſub objecto formali manducationis, hoc eſt, quatenus vivum, glorioſum & vivificum, quatenus vitæ fontem, quatenus cibum reſurrectionis & immortalitatis, non tantum illud repræſentat, ſed & exhibet, continet, ac ſimul illud eſt*, &c. *Iam verò Auguſtinum de ſacramento agere, quatenus memoriale immolationis eſt, non quatenus objectum manducationis, patet ex præcedentibus verbis, Nonne ſemel immolatus Chriſtus in ſeipſo, & tamen in ſacramento non ſolùm per omnes paſcha ſolemnitates, ſed omni die populis immolatur*, &c. Sed, ut præteream quæ contra hujus ſolutionis fundum (ut ita dicam) a me ſupra obſervata ſunt, reſpondeo, verum quidem eſſe ſacramentum corporis Chriſti ad corpus Chriſti referri, & ut mactatum, & ut manducatum; ſed addo, has duas relationes eſſe ſubordinatas, poſteriorem videlicet priori, & inſeparabiles, corpuſque Domini eſſe manducationis objectum, non quatenus vivens, animatum & glorioſum, ut falliſſime ſupponit Adverſarius, ſed quatenus immolatum, occiſum & mortuum. Probatur primò ex ſcripturis. Dominus enim de ſeipſo quatenus mortuo loquens, ait: a *ubi cadaver illic congregabuntur aquilæ*. Et in ipſa Euchariſtiæ inſtitutione: b *Accipite, edite, hoc eſt corpus meum quod pro vobis datur*, ſeu *frangitur: hoc poculum eſt novum teſtamentum in ſanguine meo qui pro vobis effundetur*. Probatur ſecundo ex conſideratione ſignorum ſacramentalium. Corpus enim ac ſanguis Chriſti manducationis & potationis objectum ſunt ſub ea ratione, qua à ſignis ſacramentalibus deſignantur ac proponuntur. Atqui corpus ejus quà fractum & mortuum, ſanguiſque ejus quâ extra venas effuſus & a carne ſeparatu, ſà ſignis ſacramentalibus deſignantur & proponuntur. Eatenus igitur ſunt manducationis & potationis objectum. Idem denique probatur ex Patribus. Sic enim Cyprianus: c *Nec nos ſanguinem Chriſti poſſemus bibere, niſi prius calcatus fuiſset & preſſus*. Ubi vult ſanguinem bibi tanquam è corpore expreſſum. Et Nyſſenus: d *corpus victimæ ad edendum aptum non eſt, ſi animatum ſit*; de ipſomet Chriſto loquens. Et Chryſoſtomus alia locutione idem innuens: e *Reveremini menſam cujus omnes participes ſumus, Chriſtum pro nobis mactatum*, &c: f *Dominus hîc mactatus jacet*. Et Heſychius: g *carnem ejus, quæ ante paſſionem inepta erat ad comedendum, (quis enim cuperet comedere carnem Dei?) aptam cibo poſt paſſionem fecit*. Et rurſum: h *Niſi ſuper-impoſita fuiſſet cruci, nos corpus Chriſti nequaquam myſtice percepiſſemus*. Et iterum: i *Ipſe propriam carnem immolavit, ipſe ſui ſacrificij pontifex in Sion factus eſt, quando ſanguinis novi teſtamenti dabat calicem*. Vult enim inſtar Nyſſeni Chriſti in menſa Euchariſtica quaſi mortuum & inanimatum eſſe ſpectandum, & ſic edendum: unde & ait, l *ad veſperam, ſive medio veſpertinorum paſcha proprium præveniens, crucem ſuam Chriſtus celebravit*. Et Auguſtinus ipſemet quandò ait, mandatum de manducatione carnis Chriſti, locutionem eſſe figuratam præcipientem m *paſſioni Domini eſſe communicandum*, hoc eſt carni ejus, quatenus immolatæ & mortuæ. Et rurſum quandò ait, n *Cœnam ſuam dedit, paſſionem ſuam dedit*; Et, o *nos de cruce Domini paſcimur, quia corpus ipſius manducamus*. Et iterum: p *Gentes paſſionem Domini in ſacramentis corporis & ſanguinis ejus per totum jam orbem ſuavitate lambunt devotiſſima*; corpus ipſius myſticè cum ulceroſo Lazari corpore comparans. Denique, ut finem faciam, q *menſa jucunditatis paſchæ Chriſti eſt, qui ſe pro nobis in menſa crucis obtulit ſacrificium Deo Patri, donans Eccleſiæ ſuæ Catholicæ vitale convivium, corpore ſuo nos videlicet ſatians, & inebrians ſanguine*. Itaque, cum ſacramentum corporis Chriſti relatum ad illud corpus ſub ratione formali corporis inanimati, immolati & mortui, non ſit id realiter corpus, ſed tantum repræſentative, fatente Perronio: ac rurſum, ſacramentum non referatur ad illud corpus velut objectum manducationis, niſi quatenus inanimatum, immolatum & mortuum; annon evidentiſſimè ſequitur, ſacramentum proùt refertur ad corpus Chriſti velut manducationis objectum, ſimiliter non eſſe illud corpus, niſi repræſentative tantum? Hoc primo. Sed & aliud quid eſt in phalerata Cardinalis reſponſione falſi & abſurdi latens. Ait enim, *ſacramentum relatum ad corpus Chriſti ſpectatum ſub objecto formali manducationis, non tantum illud repræſentare, ſed & illud eſſe*. Jam verò quæro, quid intelligat per ſacramentum corporis Chriſti? ipſumne proprium Domini corpus? Abſurde. Nam, Ut ſupra obſervavimus ex Tertulliano & Athanaſio, *Nulla res alicujus, ipſa eſt cujus eſt*. An accidentia panis? At accidentia illa, ſub quacunque ratione ad Chriſti corpus referantur, ſeu immolatum, ſeu manducatum, id corpus realiter non ſunt, ſed illud tantum repræſentant. Aliud enim eſt aliquid exhibere & continere, aliud illud ipſum eſſe. *Hæc eſt mendaciorum natura, ut cohærere non poſſint*, ajebat r Lactantius.

Quintò commentatur Cardinalis in hæc Auguſtini verba, *Si ſacramenta quamdam ſimilitudinem earum rerum quarum ſacramenta ſunt, non haberent, omnino ſacramenta non eſſent: Ex hac autem ſimilitudine plerumque ipſa rerum nomina accipiunt*; triaque in illis, aut eorum occaſione notat. Primum eſt, *Auguſtinum nolle dicere, nulla eſſe ſacramenta quæ alterum, quam ſimilitudinis, vnitatem cum rebus quarum ſacramenta ſunt non habeant, ſed ſaltem, vt ſacramenta ſint, ſimilitudinem quam-*

Auguſtinus ad Bonifac.

l *Ibid. l. 6.*

m *De Doctrin. Chriſtiana l. 3. c. 16.*

n *In Pſalm. 21.*

o *In Pſalm. 100.*

p *Super Euangel. l. 2. q. 38.*

q *Serm. 9. ex 40. à Syrmond. editis.*

a *Luc 17. 37.*

b *Matth. 26. Luc. 22. & 1. Cor. 11.*

c *Lib. 2. Epiſt. 3.*

d *Orat. 1. in reſurrect. Domini.* Ὅτι γὰρ τὸ σῶμα τοῦτο ἐμψύχου ἐδεῖτο ἀνθρώπου, δῆλον ἐκ τοῦ ἐμψύχου εἶναι.

e *In Epiſt ad Rom. hom. 8.*

f *In Epiſt. ad Hebr. homil. 14.*

g *In Leviticc. lib. 1.*

h *Ibid l 2.*

i *Ibid. lib. 5.*

r *Lib. 5. c. 3.*

Auguſtinus ad Bonifac.

dam cũ rebus habere debere. Ego vero auſim affirmare nullam vnquam aliam ab Auguſtino etiam inter ſacramenta propriè dicta, & res quarum ſacramenta ſunt vnitatem conſtitui quam ſimilitudinis, ac relationis. Cum enim ex ipſius mente ſacramenta ſacra ſigna ſint, quemadmodum ait, [f] *Signa cum ad res ſacras pertinent ſacramenta nominantur*, quæ unitas eſſe poteſt inter ſignum & ſignatum niſi ſimilitudinis, ac relationis? Secundum eſt: *Auguſtinum non magis dicere velle, id quod ſacramenta rerum quarum ſacramenta ſunt nomina accipiant, ex ſola cum eis ſimilitudine ſemper contingere, quandoquidem pro ejus regula exemplo* [g] *columbam affert quæ S. Ioanni apparuit, nec tamen Ioannem vult dici vidiſſe Spiritum Sanctum propter ſolam ſimilitudinem quæ inter Spiritum Sanctum & columbam intercedebat, ſed propter realem Spiritus S. in columba exiſtentiam*: filius, [h] *inquit*, in homine apparuit, & Spiritus Sanctus in columba, quia ille venit ut exemplum vivendi demonſtraret hominibus, iſte ut donum ipſum ad quod bene vivendo pervenitur, ſignificaret, apparuit. Utrumque autem viſibiliter factum eſt propter carnales ab ijs quæ oculis corporeis cernuntur ad ea quæ mente intelliguntur ſacramentorum gradibus transferendos; *ſed tantum dicere velle, præter illa ſacramenta quæ rerum nomina ſortiuntur, quoniam, aut illas continent, aut ipſamet ſunt, alia eſſe, quorum licet relationes ſacramentales in ſimplici relatione conſiſtant, ut exempli gratia, Euchariſtia ad immolationem relata, rerum nihilominus nomina mutuentur.* At verum quidem eſt, Auguſtini mentem non eſſe, Sacramenta ex ſola cum rebus ſimilitudine earum nominibus ſemper appellari. Ea enim ratione antequam ſacramenta forent rerum nomina obtinerent, cum antequam ſacramenta ſint inter ea & res ad quas repræſentandas poſtea deſtinantur, ſimilitudo quædam intercedat, ut verbi gratia, inter panem & vinum & corpus ac ſanguinem Chriſti ſimilitudo quædam naturalis eſt in nutritionis effectu, ſepoſita omni conſecratione; ſed addo id eum velle, ſacramenta rerum quarum ſacramenta ſunt nomina obtinere, ex ſimilitudine rationi ſacramentali juncta. Ratio enim ſacramentalis illud eſt, quod ſive ſimilitudinem ad ſignificationem ſive conſequenter elementa naturalia ad nominis mutationem ordinat. Nec aliud evinci poteſt ex columbæ exemplo a Cardinale objecto. Nam eam quidem concedimus ex Auguſtini ſententia non propter ſolam ſimilitudinem Spiritum Sanctum dictam fuiſſe: Sed falſum eſſe dicimus, Auguſtinum cenſuiſſe illam propter realem Spiritus inexiſtentiam ſic fuiſſe appellatam, ut ſubjungit Adverſarius. Si enim ita foret, nulla eſſet prorſus columba quæ Spiritus Sanctus dici non poſſet, cùm omnibus ac ſingulis propter immenſitatem naturæ Spiritus Sanctus inexiſtat. Mens Auguſtini eſt, illam tum propter ſimilitudinem, tum præcipue propter ſignificationem Spiritus Sancti nomine fuiſſe deſignatam: quod liquet ex ipſis locis a Cardinale notatis. Nam in Epiſtola ad Evodium diſerte ait: [a] *aliquando res quæ ſignificat, nomen ejus rei quam ſignificat accipit. Spiritus Sanctus dictus eſt corporali ſpeciè tanquam columba deſcendiſſe & manſiſſe ſuper eum. Sic enim & petra Chriſtus, quia ſignificabat Chriſtum.* Et in altero loco: *Spiritus*, inquit, *in columba apparuit.* Quòmodo niſi, ut infra indicat, tanquam in ſacramento ſeu ſacro ſigno? Sic ergo & intelligit, ſacramentum corporis Chriſti, ſacramentumque ſanguinis Chriſti, corpus ejus & ſanguinem propter ſignificationem & ſimilitudinem dici, non propter inexiſtentiam aut identitatem. Tertium quod obſervat Perronius, eſt: *Auguſtinum in verbis ſupra memoratis ſacramenta non ſumere in propria ac ſtricta hujus nominis ſignificatione, ſed in lata pro ſignis ſacris, nec illa ipſa quibus hoc nomen proprie convenit, ſecundum directas ac præcipuas relationes ſpectare, ſed tantum juxta nonnullas obliquas & acceſſorias*, &c: *baptiſmum, exempli gratia, non quâ Lavacrum regenerationis, organum gratiæ juſtificantis, remedium peccati originalis, quo reſpectu & ſignum & res eſt, ſed quâ ſacramentum fidei, quâ ſacramentum converſionis in reſponſionibus Vicarialibus eorum qui pueros ad baptiſmum offerebant, ac pro iis credo reſpondebant, quâ ſacramentum ſepulturæ, quo reſpectu ſignum eſt, & non res: ideoque minimè non eſſe ſi Euchariſtiam ſimiliter ſpectet non ſecundum propriam & directam ſacramentalem rationem quam habet ad corpus Chriſti in manducationis ſtatu, hoc eſt, ad corpus Chriſti vivens & glorioſum, quo reſpectu ſignum & res ſimul eſt, ſed ſecundum relationem obliquam quam ad illud habet in ſtatu immolationis, id eſt ad corpus occiſum, mortuum, & inanimatum, quo reſpectu ſignum eſt & non res.* Sed hæc parvi momenti ſunt. Nam certum quidem eſt vocabulum *Sacramenta* hìc late ab Auguſtino ſumi, proùt ſacra quælibet ſigna generatim comprehendit: Sed, cum ſacramenta quoque proprie ſic dicta, baptiſmum ſcilicet ac Euchariſtiam in ijs diſerte memoret, nihil id ad rem Cardinalis. Falſum autem eſt quod ſubjicit, baptiſmum ab Auguſtino non ſpectari ſecundum directam ſuam relationem ſacramentalem quæ regenerationem ſpectat, ſed tantum ſecundum obliquam ſacramenti fidei, converſionis ac ſepulturæ, &c. Quamvis enim occaſionem de baptiſmo loquendi ſumat ex illis reſponſionibus vicarialibus ſupra memoratis, illum tamen eum ſpectare ſecundum directam ſuam relationem ſacramentalem, ſeu quâ ſacramentum regenerationis eſt, manifeſtum primò eſt ex ipſius expoſitione in eadem Epiſtola: *Aqua*, inquit, *exhibens foriſecus*

Auguſtinus.

[f] *Epiſtol.* 5.

[a] *Epiſt.* 102.

[g] *Epiſt.* 102.

[h] *Lib.* 83. *quæſt.* 9. 43

Digitized by Google

Auguſtinus.

trinſecus ſacramentum gratiæ, & Spiritus operans intrinſecus beneficium gratiæ, ſolvens vinculum culpæ, reconcilians bonum naturæ regenerat hominem in vno Chriſto. Et ad finem Epiſtolæ: *ſacramentum*, inquit, *valebit ad ejus* (parvuli) *tutelam adverſus contrarias poteſtates, & tantum valebit ut ſi antè rationis vſum ex hac vita migraverit, per ipſum ſacramentum, commendante Eccleſia charitate, ab illa condemnatione qua per vnum hominem intravit in mundum Chriſtiano adjutorio liberetur.* Deindè hoc ipſum patet ex ipſis appellationibus baptiſmo tributis, quod videlicet ille ſit ſignum ſepulturæ cum Chriſto, ac ſacramentum fidei & converſionis. Quid enim deſignat noſtra cum Chriſto in mortem per baptiſmum ſepultura, niſi *vitæ noſtræ veteris occaſum* (ut ipſemet Auguſtinus [b] teſtatur) *& iniquitatis abolitionem*? Quid vero rurſum fides & converſio ſunt, niſi regenerationis pars, & ea quidem præcipua? Cum igitur Auguſtinus hic de baptiſmo loquatur tanquam de ſacramento fidei, converſionis & ſepulturæ, illum ſpectare dicendus eſt juxta directam & præcipuam relationem ſacramentalem, non juxta obliquam & acceſſoriam quandam, ut fabulatur Perronius, ac proinde ſimiliter ſacramentum corporis & ſanguinis Chriſti ſecundum relationem directam quam habet ad ipſius corpus & ſanguinem, tum immolata, tum manducata: adeoque quemadmodum ſacramentum fidei, converſionis & ſepulturæ, imo & Spiritus regenerantis, hoc eſt, aqua baptiſmatis, propriè & realiter non eſt, ſeu fides, ſeu converſio, ſeu Sepultura, ſeu Spiritus regenerans, quorum ſacramentum eſt, & quibuſcum ſimilitudinem habet, ſed illorum tantum ſignum, licet efficax & exhibitivum, ſic & ſacramentum corporis & ſanguinis Chriſti non eſſe realiter proprie & ſubſtantialiter corpus ipſius & ſanguinem, ſed eorum tantum ſacramentum ſeu ſacrum ſignum, quamvis alioqui corporis ipſius & ſanguinis communicativum, ſicut Apoſtolus teſtatur 1. Cor. 10. 16. Quod enim baptiſmus pueris qui baptizantur fidem & converſionem actu præſenti non exhibeat, id contingit propter ætatem in qua earum ſunt incapaces. Interim tamen illis exhibet, tum peccatorum remiſſionem, tum Spiritum Sanctum, regenerationis, fidei, ac converſionis fontem, eas, niſi forte obicem ponant, (quod eos illorum Vicarij ex Charitatis malum non ominantes judicio non facturos eſſe ſpondent) in ipſis tempore ſuo productu-rum.

[b] *De Spiritu & littera c.*

Sextò Perronius poſt ſubterfugij hujus, quod multoties ad nauſeam uſque repetit, ambages ac diverticula, cum ſibi ipſi non ſatisfeciſſet, fingit Auguſtinum *non adeò clarè exprimere præſuppoſitiones omnes in quibus ipſius ſimilitudo fundatur, vt quibuſlibet manifeſta ac intelligibiles eſſe queant*: imaginariæque illius obſcuritatis tanquam (ſcilicet) ab Auguſtino affectatæ *tres rationes* reddit. *Primo*, inquit, *ſermonem hunc committebat Epiſtolæ, quod ſcripti genus propter locorum diſtantiam ac viæ incertitudinem in manus infidelium venire poterat, in Africa præcipue tum adhuc Paganis mixta: vndè & in alijs Epiſtolis, ſi forte de hoc myſterio aliquid dicas, teſtatur ſe nihilominus alia retinere:* tolerat, a *ait*, ipſe Dominus Judam, Diabolum, furem & venditorem ſuum, ſinit accipere inter innocentes Diſcipulos, quod noverunt fideles, pretium noſtrum. *Et rurſum*: [b] Noſti, in quo ſacrificio dicatur, Gratias agamus Domino Deo noſtro: *& ſic varijs alijs in locis.* Sed hoc ludere eſt in re ſeria. Si enim in Epiſtolis Auguſtinus non auſus eſt de hoc myſterio manifeſte loqui, ne fortaſſis in infidelium manus inciderent, cur ergo ipſemet Perronius [c] alibi contendit Auguſtinum in Epiſtolis 86. 118. & 120. de eodem myſterio perſpicue eſſe locutum, atque ex ipſis argumenta demonſtrativa (ut quidem ipſe exiſtimat) contra nos conficit? En, genium hominis. Subterfugium hoc tantum obtrudit, ubi Auguſtinum in rem noſtram loqui videt: cùm in ſuam (ſi quando putat) ne meminit quidem hujuſce reticentiæ. Jam illi nullus metus eſt ab infidelibus, & tabellarius tutiſſimè eſt tranſiturus. Fateor quidem veteres propter non initiatos de Euchariſtiæ myſterio parcius loqui conſueviſſe: verum, in ſermonibus potius quam in Epiſtolis, nec in Epiſtolis, niſi illæ fortaſſis eſſent ad quoſdam non initiatos, aut a cunctis promiſcue legendas eſſe cuperent, ut priore loco a Cardinale citato. Epiſtolam enim illam ſcribit Auguſtinus, *Dominis dilectiſſimis & merito prædicandis fratribus, Glorio, Eleuſio, Felici, Grammatico, & cæteris omnibus quibus hoc gratum eſt*: Vnde, nihil mirum ſi in illa de ſacramento *ænigmatice* locutus ſit, hoc eſt, juxta [d] Theodoretum, panem & vinum non nominarit, ſed dixerit, *quod norunt fideles, & pretium noſtrum* pro *ſacramento noſtri pretij*, ut, alibi ſe exponit, *myſtice* ſcripſerit. *Secundo*, inquit, *ſcribebat ad Epiſcopum, qui tamquam inſtructus & aptus ad alios de communi Euchariſtiæ doctrina informandos, poterat ac debebat rem vno verbo intelligere.* Sed hoc rurſum joculare eſt. Nec enim teſtatur Auguſtinus in hac Epiſtola ſe aliquid reticuiſſe, nec ex ejus ſilentio ſimpliciter argumentum ducimus, ſed ex eo quod ad quæſtionis propoſitæ ſolutionem illi fuit reſpondendum. *Tertio*, inquit, *rogatus fuerat a Bonifacio vt breviter reſponderet, & ipſemet profitetur ſe reſpondiſſe ad quæſtiones propoſitas*, quantum attinet ad minus capaces & contentioſos non ſatis, quantum ad pacatos & intelligentes plus forte quam ſat eſt. *Diligenter autem obſervandum eſt, in hoc ſermone in quo reperienda erant exempla rerum quæ per ſimilitudi-*

Auguſtinus.

[a] *Epiſt. 164.*

[b] *Epiſt. 57.*

[c] *Refut. p. 8. 50. & de Euchar. l. 3. c. 16.*

[d] *Dialog. 2.*

[e] *Confeſſ. l. 9. c. 13.*

Digitized by Google

Apocryphum Neotestamenti Graecum, Hebraicum, Syriacum, Arabicum, Coptum, Armenium, Aethiopicum, Latinum, Germanicum, Italicum, Gallicum, Hispanicum, Anglicum, Belgicum, Bohemicum, Polonicum, Ungaricum, Dalmaticum, Graecum recentius, Slavonicum, Illyricum, Rossicum, Lithuanicum, Lettonicum, Cimbricum, Sinicum, Japonicum, Indicum, Brasilicum, Peruanicum, Mexicanum, Virginianum, Canadense, Groenlandicum, Tartaricum, Mingrelicum, Georgianum, Circassicum, Abassinum, Nubicum, Guineense, Congense, Angolense, Monomotapense, Caffricum, Madagascarense, Malabaricum, Canarense, Tamulicum, Taprobanicum, Malaccense, Moluccense, Philippicum, Australe, Insularum Salomonis, Novae Hollandiae, Novae Zelandiae, Tonganum, Otahitense, Insularum Sandwicensium, Insularum Marianarum, Insularum Caroli, Insularum Pelew, Insularum Philippinarum, Insularum Moluccarum, Insularum Celebicum, Insularum Javanicum, Insularum Sundaicum, Insularum Andamanicum, Insularum Nicobaricum, Insularum Maldivicum, Insularum Laccadivicum, Insularum Mauritianum, Insularum Comorense, Insularum Madagascarense, Insularum Bourbonicum, Insularum Antillarum, Insularum Azoricum, Insularum Canarense, Insularum Capitis Viridis, Insularum Britannicum, Insularum Hibernicum, Insularum Orcadicum, Insularum Shetlandicum, Insularum Faroense, Insularum Islandicum, Insularum Sardoum, Insularum Corsicum, Insularum Siculum, Insularum Melitense, Insularum Cretense, Insularum Cyprium, Insularum Rhodium, Insularum Lesbium, Insularum Euboicum, Insularum Aegaeum, Insularum Ionium, Insularum Adriaticum, Insularum Dalmaticum, Insularum Venetum, Insularum Helvetium, Insularum Rhaeticum, Insularum Tridentinum, Insularum Tyrolense, Insularum Bavaricum, Insularum Austriacum, Insularum Hungaricum, Insularum Transylvanicum, Insularum Bohemicum, Insularum Moravicum, Insularum Silesiacum, Insularum Saxonicum, Insularum Prussicum, Insularum Polonicum, Insularum Lithuanicum, Insularum Lettonicum, Insularum Livonicum, Insularum Estonicum, Insularum Finnicum, Insularum Lapponicum, Insularum Sinicum, Insularum Japonicum, Insularum Indicum, Insularum Brasilicum, Insularum Peruanicum, Insularum Mexicanum, Insularum Virginianum, Insularum Canadense, Insularum Groenlandicum, Insularum Tartaricum, Insularum Mingrelicum, Insularum Georgianum, Insularum Circassicum, Insularum Abassinum, Insularum Nubicum, Insularum Guineense, Insularum Congense, Insularum Angolense, Insularum Monomotapense, Insularum Caffricum, Insularum Madagascarense, Insularum Malabaricum, Insularum Canarense, Insularum Tamulicum, Insularum Taprobanicum, Insularum Malaccense, Insularum Moluccense, Insularum Philippicum, Insularum Australe, Insularum Salomonis, Insularum Novae Hollandiae, Insularum Novae Zelandiae, Insularum Tonganum, Insularum

In Pſalmum 3.

ducit: *Sicut panis*, g inquit, *ad hoc factus in accipiendo ſacramento conſumitur.* Intelligit ergo panem id eſſe in Euchariſtia quod paſſionem Domini ſeu corpus ipſius quâ mortuum repræſentat, non autem ipſummet vivens Dominicum corpus.

g *De Trinit. l. 3. c. 10.*

Secundo reſpondent idem Bellarminus, Yſambertus, Perronius, ac alij innumeri, per figuram corporis ac ſanguinis Chriſti, Auguſtinum intelligere *accidentia panis & vini*: *Euchariſtia enim*, inquit h Perronius, *facies duas, naturaſque duas habet, unam internam, inviſibilem & eſſentialem, ſecundum quam veritas eſt, alteram externam, viſibilem & accidentalem ſecundum quam figura eſt: quemadmodum Hilarius Romanus ante mille centum & ſexaginta annos dicebat,* i *corpus Chriſti quod ſumitur de altari, figura eſt, dum panis & vinum extra videtur, veritas autem dum corpus & ſanguis Chriſti in veritate intus creditur.* Verum in hac reſponſione tria ſupponunt. Primum eſt, Auguſtinum cenſuiſſe in Euchariſtia eſſe accidentia panis & vini abſque panis & vini ſubſtantijs: quod merum putum figmentum eſt Auguſtino incognitum, & à nobis ad præcedentia loca ex ipſomet ſupra confutatum. Secundum eſt, Auguſtinum quoque credidiſſe corpus Chriſti inviſibile ſub ijs accidentibus delitescere. Id autem rurſus falſiſſimum eſt, & contra veterum omnium mentem qui nihil inviſibile corpus eſſe cenſuerunt. Tertullianus: l *corpus ipsum non aliud intelligam, quam &c quod videtur, quod tenetur.* Methodius: m *Deus incorporeus eſt, ac propterea inviſibilis.* Euſtathius Antiochenus de Pſeudo-Samuele Pythoniſſæ: n *ſi inviſibilis erat, procul dubio incorporeus erat.* Titus Boſtrenſis: *Omne quod ſub aſpectum cadit, cum ſit corpus, natura oppoſitum eſt inſpectabili & incorporeo, cujus opus eſſe poteſt, & quidem opus valde mirabile, ſimilitudinem vero naturæ nullam habere poteſt.* Didymus Alexandrinus: p *rem inviſibilem, corporis expertem eſſe conſeſtim ſequitur.* Gregorius Nazianzenus de Deo loquens: q *Si Deus corpus eſt, quale - nam corpus, & quomodo immenſum, infinitum, figuræ expers, intangibile & inviſibile, &c? non enim hæc eſt natura corporum, aut id corpus eſt, minime:* Gregorius Nyſſenus de terra: *ſi inviſibilis erat, colore carebat omnino. Quod autem coloris expers eſt, figuram non habet, & quod ejuſmodi eſt corpore vacat.* Cyrillus, aut quiſquis eſt Author Libri de S. Trinitate inter ejus opera: *quomodo* (ſi Deus corpus eſſet) *corpus illud poſſet eſſe intangibile, & inviſibile, &c?* Vigilius, ſeu potius Gelaſius Epiſcopus Romanus de ipſamet carne Dominica loquens: *Neceſſe erit,* r inquit, *ut & caro, ſicut & verbum, ſi unius cum eo eſt naturæ, increata ſit & inviſibilis atque incontrectabilis, &c. Sed carnem his conditionibus ſubjacere impoſſibile eſt.* Ephræm Antiochenus: u *nemo mentem habens dicere poteſt eandem naturam eſſe viſibilis & inviſibilis.* Damaſcenus: uu *quomodo corpus eſt, id quod eſt inviſibile?* Ipſemet quoque Auguſtinus: x *Semper quidem divinitate nobiſcum eſt: ſed niſi corporaliter abiret a nobis, ſemper ejus corpus carnaliter videremus, & nunquam ſpiritualiter crederemus;* hoc eſt, non crederemus eum per Spiritum ſuum paracletum nobis adeſſe. Quomodò ergo intelligere poſſit corpus Chriſti inviſibile in Euchariſtia eſſe ſub accidentibus panis? Tertium denique quod Adverſarij in illa ſua reſponſione ſupponunt, eſt locus ſub Hilarij Romani nomine citatus. Hilarij enim eſſe ait quidem Gratianus, ſed fœdiſſima impoſtura. Paſchaſij enim verba ſunt tantiſper ab ipſo immutata, & Hilarij nomine impudenter cohoneſtata.

h *Refut. c. 7.*

i *De Conſecr. diſt. 2. Can. corpus Chriſti.*

l *De reſurrect.*

m *Apud Phot. cod. 234.* ἀσώματος ἐστι, διὸ καὶ ἀόρατος.

n *De Engaſtrimyth.* ἀμέλει ἀόρατος ἦν, ἀναμφιλόγως ἀσώματος ἦν.

o *Contr. Manich. l. 2.*

p *Caten. in Joan. 4. 24.* ἀκόλουθόν ἐστι τὴν ἀόρατον τὸ ἀσώματον.

q *Orat. 34.* πῶς ἀσώματος καὶ ἀόρατος, &c.

r *In Hexaëmeron.*

s πῶς σῶμα ἀσώματος καὶ ἀόρατος;

t *Contr. Eutych. l. 4.*

u *Apud Photij biblioth. cod. 229.* ἐδόκει αὐτῷ ἀκατάληπτον νοητὴν εἶναι, ἀόρατον, ἀσώματον καὶ ἀπερίγραπτον.

Regula 1. Auguſtinus

uu *De fide Orthod. l. 1. c. 4.* πῶς οὖν ἔστι σῶμα τὸ ἄναρχον;

Regula 2.

x *De verb. Dom. ſerm. 60.*

Tertiò, poſt Gregorium de Valentia reſpondet Perronius; *afferenda vobis ſunt aliqua Auguſtini loca ubi dicat, Euchariſtiam non eſſe niſi figuram corporis Chriſti, & non verum corpus Chriſti, quemadmodum de Joſuè dicit,* a *ſicut* ergò Jeſus ille non verus, ſed figuratus, nec illa terra promiſſionis vera, ſed figurata, ita manna non cibus verè cœleſtis, ſed figuratus: *Et tunc,* inquit, *viceritis. Alioquin ex affirmatione ſimplici affirmativam excluſivam concludere, hoc eſt, ex parte veritatis affirmata alterius negationem inferre, qua ratio argumentandi eſt? Nunquid Arriani ſimiliter argumentari poſſent, S. Petrus Chriſtum appellat* b Hominem à Deo approbatum; *Ergò non erat eſſentialiter Deus? Et Paulus rurſum Chriſtum* c Dei imaginem *nuncupat; Ergò non eſt eſſentia Deus? Et iterum, Chriſtus ſecundum Apoſtolum* d figura eſt ſubſtantiæ Patris;) *ſic enim vertit editio Latina quæ utebatur Auguſtinus* (: *Et teſtatur Hieronymus uſque ad tempus ſuum* hypoſtaſin *nihil aliud ſignificaſſe quam* uſiam: *Ergo non eſt ex ſubſtantia Patris?* Sed hæc facile refelluntur. Propoſitionem enim illam Auguſtini non eſſe affirmativam ſimplicem, ut illam extenuat Perronius, ſed eſſe affirmativam excluſivam, colligere primo eſt ex ſtatu controverſiæ inter nos & Adverſarios. Quæſtio enim eſt, utrum illa quæ Dominus Diſcipulis ſuis dabat, cum diceret, *Accipite, edite, hoc eſt corpus meum*, & rurſum, *hoc eſt ſanguis meus*, proprie & ſubſtantialiter corpus & ſanguis illius fuerint, an potius ſigna ac figuræ illorum. Jam vero agnoſcit Vaſques, ſi ſenſus horum verborum *hoc eſt corpus meum*, is fuerit, *hoc eſt figura corporis mei*, &c, z *quod non fieret corpus Chriſti verè ſub ſpeciebus panis.* Atqui teſtatur Auguſtinus ea quæ Dominus Diſcipulis dabat cum ſic loqueretur, corporis & ſanguinis ipſius figuram fuiſſe; adeoque ſenſum verborum ipſius eſſe, *hoc eſt figura corporis mei*: Intelligit igitur corpus ac ſanguinem ipſius proprie & ſubſtantialiter non fuiſſe. Secundo id quoque patet ex ipſo figuræ vocabulo. Nam inter figuram & rem cujus figura

a *Hom. 27. ex 50.*

b *Act. 2. 22.*

c *2. Cor. 4. 4.*

d *Hebr. 1. 3.*

z *Diſput. 179. c. 7. num. 105.*

Digitized by Google

Auguſtinus.

gura eſt relativa oppoſitio intercedit, adeò ut impoſſibile ſit unam eſſe alteram, ſufficiatque dicere aliquid eſſe figuram corporis & ſanguinis Chriſti, ut eo ipſo intelligatur non eſſe corpus & ſanguinem. *Figura* enim, ut ſupra docebamus ex Gaudentio, *non eſt veritas, ſed imitatio veritatis.* Vnde & jam olim Nicephorus Conſtantinopolitanus de ipſamet Euchariſtia loquens, ajebat: b *Quomodo idem dicitur corpus Chriſti & imago Chriſti? Quod enim alicujus eſt imago, hoc corpus ejus eſſe non poteſt: & rurſus, quod eſt corpus, non poteſt eſſe ejus imago*, &c. *Si igitur Sanctum corpus quod in communione ſacra ſumitur, imago Chriſti eſt, aliud dicitur præter corpus Chriſti.* Nec quicquam contra faciunt tria illa exempla ab Adverſario in contrarium objecta. Non primum. Nam cum S. Petrus Chriſtum *hominem a Deo probatum* nuncupat, nulla ibi eſt oppoſitio quæ excluſionem inducat, ut in loco de quo agimus. Multo minus reliqua duo. Paria enim quidem ſunt loco de quo contendimus, ſed ſimiliter excluſiva. Cum enim Apoſtolus ait, Chriſtum eſſe *imaginem Dei*, vocabulum *Dei* non eſſentialiter, ſed perſonaliter ſumit ac pro Patre ponit, ut ex Veteribus c Tertullianus, d Novatianus, e Baſilius, f Nyſſenus, g Auguſtinus, Theodoretus & h alij multi, ex ipſis Adverſarijs; Thomas, Cajetanus, Dionyſius Carthuſianus, Gagnæius, Juſtinianus, i Bellarminus & alij quamplurimi exponunt. Vndè, Auguſtinus & Nicephorus ac poſt eos Bellarminus & Juſtinianus colligunt, eum Patrem non eſſe, quia *imago diſtinguitur ab exemplari ut res producta a producente.* Similiter quando idem Apoſtolus ait, Chriſtum eſſe figuram ὑποστάσεως Dei, id eſt, Patris; *Hypoſtaſin*, ut recte monent Bellarminus & Juſtinianus poſt multos veterum, pro perſona ſumit, non pro eſſentia. Nec alia Auguſtini mens eſt, quamvis verſionem ſequatur quæ *figuram ſubſtantiæ* legit. Obſervat enim Juſtinianus, cum interdum ſubſtantiam ponere pro perſona: quo ſenſu non refugit l *dicere cum Græcis tres ſubſtantias ſive tres perſonas*; eo ipſo non obſcurè Hieronymum inſimulans quod minus caute ſcripſerit quæ de hypoſtaſis ſignificatione habet. Quemadmodum igitur, quandò Apoſtolus ait Chriſtum eſſe imaginem figuramque perſonæ Patris, rectè inde concluditur, Ergo non eſt perſona Patris; ſic & quando Auguſtinus ait, id quod Dominus Diſcipulis tradidit fuiſſe figuram corporis & ſanguinis ipſius; recte pariter concluditur, corpus & ſanguinem ejus ergò non fuiſſe.

Deniquè reſpondet Perronius, ac poſt eum Yſambertus *Auguſtinum per figuram intelligere accidentia panis & vini, non per reſpectum ad reale & ſubſtantiale corpus Domini, ſed per reſpectum ad corpus myſticum Chriſti Domini, ſeu ejus Eccleſiam, cujus unitatis & pacis ſpecies conſecrata ſunt quædam figura*, ut ipſemet explicat *tractatu vicesimo ſexto in Ioannem, ubi ait: Propterea Dominus noſter Ieſus Chriſtus corpus & ſanguinem ſuum in eis rebus commendavit quæ ad unum aliquid rediguntur ex multis.* Talem autem eſſe Auguſtini mentem probare conantur duobus argumentis. Prius eſt: *quia ibi confert Chriſtum Dominum cum Davide, Iudam proditorem cum Abſalone Davidis Filio, cujus nomen idem eſt ac* pax Patris, *& ait, ſicut David Abſaloni etiam ſibi bellum inferenti, non deſijt eſſe pacatus, quatenus etiam optavit mori pro illo; ſic etiam Chriſtus Dominus fuit pacatus Iudæ ſuo proditori, eique pacem exhibuit, quatenus eum adhibuit ad recipiendam Euchariſtiam, quæ eſt ſignum unionis & pacis, quam membra corporis ejus myſtici debent habere, & quandò etiam in traditione ejus accepit oſculum.* Poſterius eſt, *quia ubi Auguſtinus Euchariſtiam conſiderat juxta relationem quam habet ad corpus Chriſti eſſentiale quo redempti ſumus, non dicat Dominum Iudæ dediſſe figuram corporis ac ſanguinis ſui, ſed contra, illi corpus ſuum tradidiſſe*, tolerat, m *inquit*, ipſe Dominus Judam, Diabolũ, furem, proditorem & venditorem ſuum, ſinit accipere inter innocentes Diſcipulos quod noverunt fideles, pretium noſtrum. Et *alibi de omnibus impijs Chriſtianis generatim loquens*: corpus & ſanguis Domini nihilominus erat ijs quibus dicebat Apoſtolus, *qui manducat in digne, judicium ſibi ſumit.* Subtiliter ſane, ſed falſo & inutiliter. Dixi falſo. Primo enim Auguſtinus ipſemet teſtatur, Dominum Judæ corporis ac ſanguinis ſui figuram tradidiſſe in ſpecimen ſummæ ipſius erga proditorem patientiæ: *Domini noſtri*, inquit, *tanta & tam miranda patientia quod eum tamdiu pertulit tanquam bonum cum ejus cogitationes non ignoraret, eũ adhibuit ad convivium in quo corporis & ſanguinis ſui figuram Diſcipulis commendavit & tradidit.* Verum, præterquam quod ipſius patientia erga proditorem longe illuſtrius elucet, ſi ei proprij corporis & ſanguinis quæ mox pro ipſomet ad mortem paratus erat dare, figuram ac ſacramentum tradiderit, quam ſi tantummodo corporis ac ſanguinis ſui myſtici, id eſt, Eccleſiæ figuram; Auguſtinus ipſe manifeſtiſſimè indicat, ſe, quando Domini patientiam commendat, in eo quod proditori ſacramentum ſuum non denegaverit, illud juxta reſpectum quod habet ad proprium corpus & ſanguinem conſiderare. Loca ipſa duo ab Adverſarijs objecta, id evincunt. Sive enim in ijs Euchariſtiam *pretium noſtrum*, & *corpus ipſum Domini* figurate, ut jam ſupra obſervavimus, appellet, ſivè propriè, ut ipſi exiſtimant, ſemper id relatè ad proprium Domini corpus, non ad myſticum, pronunciat. Nam myſticum corpus neutro modo pretium noſtrum eſt. Alia multa ſimiliter id clariſſimè oſtendunt: *Dominus*, o inquit in Epiſtola ad Vin-

Auguſtinus.

a De Cherubin. c. 6.

c Contr. Marcion l. 5.
d De Trinit.
e Epiſt. 43.
f De diffèr. eſſent. & hypoſt.
g De Trinit. l. 6. c. 2. & 7. c. 1. &
Theodor. in Paul.
h Apud. Juſtinian. in 2. Cor. 4.
i In 2 Cor. 4.
k De Chriſto. lib. 2. c. 4.

l De Trinit. l. 7. ad fin. & c. 3. & 4.

m Epiſt. 162.

n Epiſt. 48.

Auguſtinus.

ad Vincentium, *nocentem Iudam vſque ad condignum ejus exitum toleravit, & cum ſacram cœnam cum innocentibus communicare permiſit.* Et in Epiſtolâ ad Donatiſtas: b *Traditorem ſuum qui jam pretium ejus acceperat, uſque ad vltimum pacis oſculum inter innocentes ſecum eſſe perpeſſus eſt. Quibus non tacuit eſſe inter illos tanti ſceleris hominem, & tamen primum ſacramentum corporis & ſanguinis ſui, nondum illo excluſo, communiter omnibus dedit.* Et in Pſalmo contra partem Donati: *Cum quo* (Juda) *Apoſtoli acceperunt primum ſacramentum cœnæ, cum tanti ſceleris reum inter ſe jam ſcirent eſſe, nec tamen hos inquinabant ſordes in alieno corde.* Et contra litteras Petiliani: c *Aliud eſt concurrere in peccatum*, &c, *aliud cum fure accipere Domini ſacramentum, ſicut Apoſtoli cum Iuda etiam primam illam cœnam acceperunt.* Et in Pſalmum ſeptimam: *Quid vobis fecit Chriſtus, qui traditorem ſuum tanta patientia pertulit, ut ei primam Euchariſtiam confectam manibus ſuis & ore ſuo commendatam, ſicut cæteris Apoſtolis traderet?* Ubi nemo eſt qui non videat, Euchariſtiam conſiderari juxta reſpectum quem habet ad proprium Domini corpus, communicationemque ipſius pro illuſtri Dominicæ tolerantiæ exemplo erga proditorem adduci, planè ſicut in ipſo loco de quo contendimus. Secundò, ubi-nam intelligit Auguſtinus Dominum corporis & ſanguinis ſui figuram Diſcipulis commendaſſe ac tradidiſſe? An non cum illis diceret, *Accipite, edite, hoc eſt corpus meum quod pro vobis dabitur, Bibite, hoc eſt ſanguis meus qui pro multis effunditur in remiſſionem peccatorum?* At hæc de proprio corpore & ſanguine Domini, non autem de myſtico, eſſe intelligenda, docet ipſemet Perronius: *An non*, d inquit, *apparet ex Evangelio, Dominum cum de Euchariſtia diceret*, hoc eſt corpus meum, *de corpore ſuo eſſentiali, ſeu vere exhibito, ſeu ſimpliciter repræſentato, loqui, non autem de Eccleſiæ corpore? Addit enim*, quod pro vobis dabitur. *Eccleſiæ autem corpus non illud erat quod pro nobis erat tradituru.* Auguſtinus ergo non de figura corporis myſtici, ſed de proprij corporis ac ſanguinis ſigno & figura eſt intelligendus. Denique, id rurſum ex eo patet, quod cum ipſius mens ſit Dominum figuram corporis & ſanguinis ſui tradidiſſe cum diceret, *hoc eſt corpus meum, hoc eſt ſanguis meus*, ac proinde juxta illum ſenſus horum vetborum ſit, *hoc eſt figura corporis mei, hoc eſt figura ſanguinis mei*: ſi per figuram corporis & ſanguinis intelligeret, corporis myſtici, id eſt, Eccleſiæ figuram, ſequeretur verbum illud *eſt* in illis propoſitionibus, *hoc eſt corpus meum, hoc eſt ſanguis meus*, ſubinde & alternatim ſignificationem ſuam variare, & modo proprie, modo improprie & figurate ſumi, nempe proüt referretur modo ad proprium Chriſti corpus & ſanguinem, modò ad myſticum. *Commentitium autem plane eſt*, inquit e Valques de re ſimili nempe de pronomine *hoc* variè ſimiliter intellecto, *tot ſignificationes* (*addo ego repugnantes*) *in vno contextu orationis variandas pro diverſis inſtantibus & duratione eidem voci aſſignare.* Nec quicquam contra faciunt duæ Adverſariorum ratiunculæ. Non prior. Nam verum quidem eſt, Auguſtinum Dominum conferre cum Davide, & Judam cum Abſalone, & ſignificare velle, Dominum pacatum, aut potius patientem erga Judam ſe oſtendiſſe in eo, quod illi figuram corporis & ſanguinis ſui vna cum cæteris Diſcipulis exhibuerit; verum, quis non videt id Dominum multo illuſtrius præſtitiſſe, ut jam paulo ante notavi, ſi Auguſtinus intelligat, illum proditori corporis ac ſanguinis ſui proprij figuram, cum cæteris tradidiſſe? Corpus enim myſticum aut myſticus ſanguis Chriſti, non illud eſt quod Deum nobis pacatum reddit, ſed proprium Domini corpus ſanguiſque proprius, ut Apoſtolus f teſtatur: ac proinde communicatio figuræ corporis myſtici, hoc eſt, Eccleſiæ, non id eſt in quo Dominus patientiæ ac pacis ſuæ erga proditorem teſtimonium dediſſe intelligit Auguſtinus, ſed mens ipſius eſt, id illum in proprij corporis & ſanguinis figuræ communicatione præſtitiſſe. Non etiam poſterior. Per *pretium* enim illud *noſtrum quod norunt fideles* Judæ à Domino communicatum, proprium Domini corpus non deſignat Auguſtinus, ſed panem & vinum corporis & ſanguinis proprij figuram, quæ ſic vocat figurate, quoniam pretij noſtri, hoc eſt, proprij corporis & ſanguinis ſacramenta ſeu ſacra ſigna ſunt, & rurſum *Domini corpus & ſanguinem*, typicum ſcilicet, ſymbolicum & ſacramentale, non vero proprium. Quod ipſemet aperte indicat, cum alibi ait: g *De ipſo quippe pane & de ipſa Dominica manu, & Iudas partem, & Petrus accepit.* De proprio enim Domini corpore partem ſumi, dici non poteſt, cum ex Hypotheſi ipſorum Adverſariorum indiviſibile ſit. Sed, quid tamdiu moramur in poſtremæ hujus reſponſionis examine. Demus illis, quod falſum eſt, Auguſtinum, videlicet, de myſtici, non de proprij eſſentialiſque corporis ac ſanguinis figura loqui, quid promoverint? Scyllam hoc pacto effugerint, Charybdin tamen non evitaturi. Tranſlubſtantiatio, ea quoque ratione concideret. Nam illa quæ in Euchariſtia juxta Auguſtinum corporis myſtici Chriſti ſeu eccleſiæ figura ſunt, non ſunt neſcio quæ accidentia panis & vini ſubſtantijs ſuis proprijs orbata, & abſque ijs ſubſiſtentia, ſed verus panis verumque vinum, ut patet ex ipſo loco ab Adverſarijs citato: *Dominus noſter Ieſus Chriſtus corpus & ſanguinem ſuum in eis rebus commendavit quæ ad vnum aliquid rediguntur ex multis. Nam aliud in vnum ex multis granis conficitur & conflat, aliud in unum ex multis acinis confluit.* Manifeſtiſſimum

Auguſtinus.

b *Epiſt. 163.*

c *Lib. 2. c. 23. & 106.*

d *Refutat. p. 73. & 77.*

e *Diſputat. 201. c. 2.*

f *Coloſſ. 1. 20. 22.*

g *Contr. Donatiſt. poſt. Collat. c. 6.*

Digitized by Google

Augustini locus Contra Adimantum.

stinus ait *hoc* quod dabat Dominus cum diceret *hoc est corpus meum*, signum fuisse corporis ipsius. Intelligit ergo totum quod dabatur a Domino fuisse corporis Dominici signum; ac proinde ex ipsius Ysamberti confessione *purum & nudum signum*. Deinde, juxta hanc responsionem, verborum *hoc est corpus meum* sensus, Augustino foret, *hæ species consecratæ* seu *hæc panis accidentia sunt corpus meum*; quod quam falsum & absurdum sit, ad alias Adversariorum responsiones cum quibus hac in parte convenit, infra docebimus.

g Des mons de Sacrem. c. 20.

Ad secundum primò respondet g Coffetellus, sed perfunctoriè, *dici posse Augustinum Eucharistiam appellare signum corporis Christi, intelligendo per corpus Christi, non naturale ipsius corpus, sed mysticum Ecclesiæ corpus, cujus unitatis Eucharistia signum & imago est.* Verum, hanc solutionem paulò antè confutavimus.

Respondet secundò idem Coffetellus post Bellarminum & multos alios, *S. Augustinum interpretari verba* hoc est corpus meum, *per hæc*, hoc est signum corporis mei, *corpus Christi considerando prout in cruce extensum erat: sub qua ratione Veteres omnes docent corpus Christi sub symbolis panis & vini in sacramento residens, signum sui ipsius esse passioni expositi.* At, quam id verum sit, præter ea quæ ad locum præcedentem supra diximus, facile est demonstrare. Nam si ea Augustini & Veterum omnium mens fuit, eos omnes necesse est in verbis, *hoc est corpus meum*, per pronomen *hoc* Domini corpus intellexisse. Id autem falsissimum est: siquidem affirmant omnes per *hoc* panem designari, ut ex quamplurimis illorum testimonijs h Libro primo ostendimus. Deinde, si horum verborum sensus sit, *hoc est signum corporis mei*, secundum Veteres, ut Adversarii fatentur, verbum igitur *est* juxta eorum sententiam in Domini verbis, aut sumitur figurate & tropice pro *significat*, ut supra dicebam, aut corpus pro corporis signo. Ea autem ipsissima interpretatio nostra est quam Adversarij Hæreseos insimulant. Negat enim Bellarminus, & cum eo quamplurimi, i *fieri posse*, tum *vt in verbo* est *sit aliquis tropus*, tum ut corpus ibi sumatur *pro corporis signo*. Denique, ab ipsis quæro, secundum hanc interpretationem quam Veteribus affingunt, quid illos censeant in verbis, *hoc est corpus meum*, per corpus intellexisse? Domini ne corpus sub ratione formali vivi, animati & glorioſi, an verò sub ratione occisi, mortui & inanimati? Si posterius, is utique sensus noster est qui sensum ac fidem eorum funditus evertit; *sacramentum enim*, inquit k Perronius, *ad corpus Christi relatum quâ mortuum & occisum non est realiter illud corpus sub hac ratione, nec illud continet, sed eatenus tantum repræsentat.*

h Cap. 9. §. sequenti.

i De Euch. l. 3. c. 19.

k Refut. Iacob. Augusti. c. 3. p. 13. §. 14.

Si prius. Ea igitur fuerit horum verborum *hoc est corpus meum* juxta Augustinum & Veteres interpretatio, *hoc*, id est, corpus meum vivens, animatum & glorioſum, *est corpus meum* vivens, animatum & glorioſum: Primò contra hypothesin Veterum ipsiusque Augustini constanter affirmantium, *nihil sui ipsius signum & imaginem esse posse*: Secundò, tautologicè & absurde: tertiò contra scripturam quæ corpus illud determinat esse *quod datur, quod frangitur*; hoc est, corpus intelligit quâ confractum & mortuum: postremò contra sententiam ipsorummet Adversariorum qui nolunt corpus Domini vivens & animatum sui quâ viventis & animati signum esse, sed quâ immolati, mortui ac inanimati. Dicendum itaque superest verborum, *hoc est corpus meum* veram interpretationem juxta Augustinum esse, *hic panis est signum corporis mei.* Quod & alibi innuit, ubi Eucharistiam nostram cum petra deserti vnde potabantur Israëlitæ conferens, ait: l *Fide manente, signa variata. Ibi petra Christus, nobis Christus quod in altari Deponitur: & illi pro magno sacramento ejusdem Christi biberunt aquam profluentem de petra, nos quid bibamus norunt fideles: si speciem visibilem intendas, aliud est, si intelligibilem significationem, eumdem potum spiritualem biberunt.*

l In Psal. 45.

Augustini locus Contra Adimantum.

Tertiò respondent de Valentia, Bellarminus; Perronius, Coffetellus, a Gamachæus, b Ysambertus, & aliqui minorum gentium scriptores, ut c Cotonus & d Millerius, *Augustinum quando ait* non dubitavit Dominus dicere, hoc est corpus meum, cum daret signum corporis sui, *per signum intelligere species consecratas* (hoc est, accidentia panis) *quæ sunt propriè aliquod signum corporis Christi Domini, non quidem absentis, sed realiter præsentis: nec ex ejus verbis rectius inferri posse, corpus illud in Eucharistia non esse præsens, quam ex eo quod diceretur, non dubitavit S. Ioannes affirmare se vidisse Sanctum Spiritum, quando signum Spiritus vidit, concludi legitimè posset Spiritum sub specie Columbæ non fuisse vere & realiter præsentem. Signum enim cujus occasione S. Augustinus hoc exemplum adducebat, videlicet, sanguis quem Moses animam nuncupaverat quia erat animæ signum, non erat simplex signum significans, sed signum continens quod significabat, & ipsius animæ receptaculum*, quemadmodum Augustinus observat, *inquiens*: e quærendæ etiam locutiones per id quod continet id quod continetur, ut quoniam anima sanguine tenetur in corpore (nam si fuerit effusus, abscedit) per ipsum aptius significata sit anima, & ejus nomen sanguis acceperit: sicut ecclesia dicitur locus quo Ecclesia congregatur. *Hæc ille.* Atque, huic solutioni tanquam omnium optimæ & solidissimæ se potissimum confidere Coffetellus & Ysambertus profitentur. Ego vero contra asse-

a Ad q. 75. c. 2.

b Ad 75. disp. 2. art. 2.

c Recherche de Geneve depr. 16.

d Pag. 822.

e Super. Leviticc. lib. 3. q. 57.

Auguſtini locus Contra Adimantũ

ſero eam eſſe futiliſſimam & ineptiſſimam. Primò enim præcedentem reſponſionem evertit. Nam ſupra volebant Adverſarij, Auguſtinum interpretari verba, *hoc eſt corpus meum*, per hæc alia, *hoc eſt ſignum corporis mei*, corpus Chriſti conſiderando prout in cruce extenſum erat, ac proinde pronomen *hoc* corpus Chriſti vivens & animatum deſignare, *corpus* vero, ſignum corporis mortui: In hac autem ſolutione *hoc* de panis accidentibus, *corpus* de ipſo corpore vivente & animato glorioſoque, exponunt. Quaſi vero Auguſtinus interpretationem ſuam ad variantia eorum ſomnia futuri præſcius præadaptaverit. Secundo, ſupponit Auguſtinum credidiſſe in Euchariſtia eſſe accidentia panis abſque panis ſubſtantia. Ipſe autem contrà teſtatur non modo *monſtruoſum eſſe & a veritate alieniſſimum* accidentia ſine ſubjecto ſubſiſtere, ut jam antè obſervavimus, ſed & ſe non panis qualitates & dimenſiones, ſed panem intelligere: *quod fides veſtra*, *f* inquit, *poſtulat inſtruenda, panis eſt corpus Chriſti.* Tertio, juxta hanc ſolutionem ſenſus verborum ſacramentalium foret, *hoc*, id eſt, accidentia panis, aut forma externa panis *eſt corpus meum.* Id vero falliſſimum eſt: neque enim panis accidentia Chriſti corpus ſunt. Nec juvaret reſpondere verbum *eſt* hac ratione ibi poni pro ſignificat. Ipſemet enim affirmavit, g *hoc verbum non poſſe ullo modo accipi in alia ſignificatione, quam in ſua propria.* Quarto, hæc interpretatio Manichæorum cauſæ faviſſet. Excepiſſent enim, quemadmodum id quod Dominus in Euchariſtia juxta Catholicos dabat, realiter ac proprie corpus ejus erat, ſic & juxta mentem Authoris Veteris teſtamenti ſanguinem realiter & propriè eſſe animam: ſicque aſſecuti eſſent quod intendebant. Tantum autem abeſt Auguſtinum illis interpretatione ſua exceptionem hanc ſuppeditaſſe, quin potius eam radicitus averruncet. Ait enim dictum eſſe, *ſanguis eſt anima*, hoc eſt, *eſt ſignum animæ*, ſicut, verbi gratia, verborum Evangelij *hoc eſt corpus meum*, ſenſus eſt, *hoc eſt ſignum corporis mei*: quo pacto controverſiam de horum verborum ſenſu quæ inter nos & adverſarios intercedit, plane dirimit. Nam quæſtio inter nos eſt utrum eorum verborum ſenſus ſit, *hoc eſt proprie & ſubſtantialiter corpus meum*, an vero, *hoc eſt ſignificative corpus meum*, ſeu *ſignum corporis mei.* Poſterius autem affirmat: noſter ergo eſt. Nec quicquam contra faciunt iſtorum obſervatiunculæ. Non prior. Nam ſi quis diceret, *non dubitavit S. Ioannes affirmare ſe vidiſſe Spiritum Sanctum, quando ſignum ſpiritus vidit*, nimirum columbam, aut potius ut ſimilitudo ſit congruentior, *non dubitavit S. Ioannes dixiſſe, hoc quod video eſt Spiritus Sanctus, cum videret ſignum ſpiritus Sancti*: utique contendo recte inde conclusum iri, Ergo quod videbat non erat proprie Spiritus Sanctus, ſed illius ſignum. Nam columba illa, ſeu naturalis & vera, ſeu apparens tantum fuerit, non erat proprie & realiter Spiritus Sanctus, ſed tantummodo illius viſibile ſacramentum. Nec refert quod illi ſuberat Spiritus Sanctus. Pariter enim ſuberat non modo columbis reliquis, ſed & omnibus entibus propter omnipræſentiam. Eam autem ſubſtantialem ſpiritus omnipræſentiam columba nè quidem deſignabat, ſed ſpecialem quamdam in Chriſto quam columba non continebat, ſed tantum ſignificabat. Vnde & ipſe Auguſtinus a nobis ſupra laudatus de hac ipſa columba loquens in Epiſtola ad Euodium eam diſertè obſervat, Spiritum Sanctum dictam eſſe, quemadmodum petra Chriſtus ab Apoſtolo eſt appellata, hoc eſt, ratione ſolius ſignificationis: *aliquando*, *h* inquit, *res quæ ſignificat, nomen ejus rei quam ſignificat accipit. Spiritus S. dictus eſt corporali ſpecie tanquam columba deſcendiſſe & manſiſſe ſuper eum. Sic enim & petra Chriſtus, quia ſignificabat Chriſtum.* Non etiam poſterior. Nam verum quidem eſt, ſanguinem ſignum eſſe animam continens, Auguſtinumque id obſervare loco ab Adverſarijs notato: verum, auſim affirmare eos nonniſi reclamante conſcientia hoc obtrudere. Neque enim adeò ſtupidi ſunt, ut non viderint, Auguſtinum quando dixit, ſanguinem dictum eſſe animam quia ſignum animæ ſit, in hac interpretatione non niſi ad ſignificationem attendere. Clariſſime ſi quidem id teſtatur. Nam verba hæc, *ſanguis eſt anima*, variis in locis expendit, & tribus ſolutionibus inter ſe differentibus a Manichæorum corruptelis ea vindicat. Prima eſt, id dici non de hominis anima, ſed de pecoris anima: *& ſi quiſquam putat*, *i* inquit, *animam pecoris eſſe ſanguinem, non eſt in iſta quæſtione laborandum.* Sic primò loquitur in ipſo loco ab Adverſarijs objecto. Secunda eſt, dici poſſe animam eſſe ſanguinem, quia ſanguinis ſignum ſit ſeu ſanguinem ſignificet. Sic rurſum in eodem loco ab ipſis memorato: *Solet res quæ ſignificat ejus rei nomine quam ſignificat nuncupari, ſicut ſcriptum eſt ſeptem ſpicæ ſeptem anni ſunt: non enim dixit, ſeptem annos ſignificant. Et ſeptem boves ſeptem anni ſunt, & multa hujuſmodi. Hinc eſt, quod dictum eſt, petra erat Chriſtus. Non enim dixit, petra ſignificabat Chriſtum, ſed tanquam hoc eſſet, quod utique per ſubſtantiam non erat, ſed per ſignificationem. Sic & ſanguis, quoniam propter vitalem quamdam corpulentiam animam ſignificat, in ſacramentis anima dictus eſt.* Et contra Adverſarium legis: *k Sic anima omnis carnis ſanguis eſt, quomodo dictum eſt, petra erat Chriſtus: non quia hoc erat, ſed quia hinc ſignificabatur.* Et in loco contra Adimantum de cujus ſenſu litigamus: *Poſſum interpretari præceptum illud in ſigno eſſe poſitum. Non enim dubitavit Dominus dicere*

f Sermon. ad infant.

g Bellarm. de Euchar. l. 3. c. 10.

h Epiſt. 102.

i In Leviticum, l. 3. q. 57.

k Lib. 2. c. 6.

Auguſtini locus Contra Adimantum.

dicere, hoc eſt corpus meum, cum daret ſignum corporis ſui. Et rurſum poſt aliqua interpoſita: *Sic eſt ſanguis anima, quomodo petra erat Chriſtus, ſicut dicit Apoſtolus, bibebant enim de ſpirituali ſequente eos petra, petra autem erat Chriſtus. Notum eſt autem filios Iſrael petra percuſſa bibiſſe aquam in eremo, de quibus loquebatur Apoſtolus cum hæc diceret. Nec tamen ait, petra ſignificabat Chriſtum, ſed ait, petra erat Chriſtus.* Tertia eſt, ſanguinem dici animam, quia contineat animam. Sic poſtremò in ipſo loco ab Adverſarijs adducto. Atque ut oſtendat expoſitionem hanc aliam omnino eſſe à præcedenti: *quærenda etiam ſunt*, inquit, *locutiones per id quod continet id quod continetur, ut quoniam anima ſanguine tenetur in corpore (nã ſi fuerit effuſus abſcedit) per ipſum aptius ſignificata ſit anima, & ejus nomen ſanguis acceperit. Sicut Eccleſia dicitur locus quo Eccleſia congregatur: nam Eccleſia homines ſunt*, &c. His autem ſic expoſitis nullus amplius ſupereſt dubitandi locus, utrum Auguſtinus noſter ſit, an Adverſariorum. Nam ſi credidiſſet Euchariſtiam ſignum eſſe corporis Domini, illud non modò ſignificans, ſed etiam continens, ipſius exemplum procul dubio adduxiſſet in tertia illa interpretatione juxta quam res quæ continent & ſigna quatenus continent, id quod continent eſſe dicuntur. Id autem minimè facit. Contra verò eam adducit in ſecunda expoſitione, in qua ſigna ſignificantia, quamvis non ſint propriè res illæ quas ſignificant, earum nihilominus nominibus inſignuntur, ac verba *hoc eſt corpus meum* æquiparat, tùm his *ſanguis eſt anima*, non quatenus illam continet, ſed tantùm quatenus ſignificat, tùm his, *petra erat Chriſtus*, in quibus expreſſè obſervat, petram Chriſtum appellari, non quia Chriſtus erat, ſed quia Chriſtum ſignificabat. Manifeſtum igitur eſt, eum quando ait, *non dubitavit Dominus dicere, hoc eſt corpus meum, cum ſignum daret corporis ſui*, minimè intellexiſſe, Dominum illud quod dabat, corpus ſuum eſſe dixiſſe ſivè quia illud foret, ſivè quia illud realiter contineret aut illius præſentis ſignum eſſet; ſed mentem ipſius eſſe, Dominum id quod tradebat corpus ſuum appellaſſe, quia illud ſignificaret: quemadmodum *ſolet res quæ ſignificat, ejus rei nomine quam ſignificat nuncupari.*

Senſit (opinor) Perronius, ut vir erat emunctæ naris, ſupra memoratam illam quam confutavimus argumentorum ſuorũ ſolutionem, levem & futilem eſſe, ideoque illa obiter tãtùm allata, aliam adducit ab alijs primitus datam, quam, licet ea reliquas omnes abſurditate ſuperet, tamen ſperat ſe ſuarum ſubtilitatum fuco adeo incruſtaturum ut illam veriſimilem reddat. Ea autem eſt *Auguſtinum hic loqui juxta mentem Manichæorum, ipſiuſque propoſitionem ſic eſſe reſolvendam*, non dubitavit Dominus dicere, hoc eſt corpus meum, cùm daret (*ſecundum vos, ô Manichæi*) ſignum corporis ſui: *ac per hoc ſignum intelligere, non ſignum ſacramentale, ſed ſignum naturale, panem videlicet communem & alios terræ fructus, quos Manichæi docebant ſignum eſſe corporis immaterialis & apparentis Ieſu ſui impaſſibilis & ſimul verè realiter paſſibilis Ieſu corpus.* Ad cujus intelligentiam, Lectores monet, *Manichæos affirmaſſe duos* eſſe Jeſus, unum Cœleſtem cùm quo Apoſtoli erant converſati, quemque impaſſibilem nominabant, *negantes eum verum corpus humanum habuiſſe ac vere paſſum eſſe, ſed tantum corpus apparens aut corporis ſpectrum & phantaſma habuiſſe, fabulantes, & tantummodò apparenter paſſum eſſe: alterum terreſtrem & paſſibilem, quotidie in triticis, racemis & arboribus naſcentem è quibus pendebat perpetuò patiens & moriens*, &c. *Poſteriorem autem hunc, inquit, alterius figuram eſſe docebant, atque hoc ſenſu Dominum dixiſſe*, hoc eſt corpus meum, *quia dabat ſignum corporis Ieſu illius impaſſibilis*, &c. Verum Yſambertus qui poſt Perronium ſcripſit ac ejus reſponſionem vidit ac expendit, ingenuè confitetur, [b] *eam non videri eſſe ad mentem S. Auguſtini. Nam*, inquit, *licet diſputans contra Manichæos aliquando agat ex eorum principijs, ille tamen capite nullum apparet veſtigium ex quo judicetur loqui juxta opinionem Manichæorum; imò indicat ibi ſe agere juxta propriam ſententiam dum velens explicare quo ſenſu anima bruterum cap. 12. Deuteronomij appelletur ſanguis, ita præfatur*, poſſum etiam interpretari præceptum illud in ſigno eſſe poſitum; *qua præfatione ſatis innuit ſe loqui juxta propriam ſententiam. Deindè Libro quæſtionum in Leviticum q. 57. eodem modo explicat hoc præceptum Deuteronomij ac illo capite. 12. Libri contra Adimantum, & eodem planè modo uſurpat nomen ſigni, nec tamen ibi diſputat contra Manichæos, nec ex eorum principijs, ſed ex propriis.* Hæc ille: ego plura. Primò ergò dico figmentum hoc intrunitum inutiliter obtrudi. Nam quamvis daremus Auguſtinum ex portentoſis Manichæorum delirijs ita loqui potuiſſe, non ideò tamen legitimè reſponderent, eum ex his eſſe locutum. Univerſa enim Orthodoxa antiquitas, nè de Manichæis quidem ſomnians, promiſcue Euchariſtiam, *figuram*, *ſignum*, *imaginem*, *typum*, *ſimilitudinem*, & quod eodem recidit, *ſacramentum corporis Chriſti* vocat. Niſi ergò conſtet ex loci circunſtantijs illum ex Manichæorum hypotheſi hoc dixiſſe, (id autem minimè conſtat) ex Orthodoxorum mente cenſendus eſt eſſe locutus. Quod & apertè evincit, tùm aliud exemplum quod ſubjungit de Petra Chriſtus appellata, quia ſignum illius foret, tùm obſervatio quàm ei præmittit, *penè omnia ſcripturarum illarum ſacramenta ſignis & figuris plena ſunt futuræ prædicationis, quæ jam per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum declarata eſt.* Nec

[b] *Ad q. 75. diſſ. 3. art. 2.*

Auguſtini locus Contra Adimantum.

enim hæc, aut pronunciavit, aut pronunciare potuit ex Manichæorum ſenſu, ſed tantum ex ſuo. Secundò, fuerunt quidem ex Manichæorum ſententia duo Jeſus, unus paſſibilis, alter impaſſibilis, imò forte, ut illis exprobrat Auguſtinus, c *tertius quidam per ſolem lunamque diffentus*: Verùm, undè ariolatur Perronius, Manichæos cenſuiſſe paſſibilem illum Jeſum alterius impaſſibilis ſignum & figuram eſſe? Nequè enim, aut Auguſtinus, aut Philaſtrius, aut Epiphanius, aut Theodoretus, aut Vincentius Lirinenſis, aut alius Veterum ullus quide Manichæis ſcripſerint, id uſpiam obſervarunt. Hoc tantū conjectat ex eo quod Manichæi (ut teſtis eſt a Auguſtinus) arbores vocarent paſſibilis Jeſu *crucem*. At id non magis evincit, ex eorum ſententia Jeſum paſſibilem impaſſibilis ſignum fuiſſe, quam impaſſibilē paſſibilis. Imo neutrum illorum evincit: Nec enim id ſentiebant; hac appellatione tantummodo innuentes, inter hunc & illum ſimilitudinem intercedere, vnoquoq; crucem habente: Unde ab illis quærebat Auguſtinus, b *cur ille ſalvator pendenti pendēdo congruit, & naſcenti naſcendo non congruit*? Nam ſi cenſuiſſent aliquem illorum alterius ſignum fuiſſe, multo convenientius Jeſum ſuum impaſſibilem, cujus paſſionem apparentem tantum fuiſſe, non veram, docebant, paſſibilis ſignum fuiſſe verè patientis dixiſſent, quam paſſibilem impaſſibilis. Sed longe adhuc falſius & abſurdius eſt quod ſubdit, eos affirmaſſe corpus Jeſu paſſibilis, videlicet terræ fructus, ſignum fuiſſe corporis Jeſu tui impaſſibilis. Negabant enim Manichæi Jeſum ſuum impaſſibilem vere corpus habuiſſe, & tantum c *ſimilitudinem hominis*, ſeu d *ſimulatam ſpeciem carnis, ludificandis humanis ſenſibus præbuiſſe aſſerebant*, puta, neſcio quæ accidentia ſine ſubjecto, proüt Adverſarij ipſi ſomniant de pane Euchariſtiæ. At vero ſi docebant Jeſum ſuum impaſſibilem verum corpus non habuiſſe, ſed tantum corporis umbram & apparentiam, qûi credere ſimul & affirmare potuiſſent paſſibilis Jeſu corpus, hoc eſt, terræ fructus, ſignum fuiſſe corporis Jeſu illius impaſſibilis quod erat ex non entibus? Annon joculare prorſus eſt id illis tribuere? *Omne* enim *ſignum ejus eſt rei, cujus eſt ſignum*, quod tanquam indubitatum obſervat e Tertullianus. Vbi igitur res non eſt, aut non fuit, aut nunquam erit, ibi quoque ſignum non eſſe, nè quidem concipi poteſt: multò minus verum corpus, corporis tantummodò apparentis, cum è contra corpus apparens veri ſignum eſſe deberet. Nec, ſi Manichæi quidpiam tale ſenſiſſent tam abſonum a fide fua, quale illis affingitur, non adeò cauſæ Catholicæ defuiſſe putandus eſt Auguſtinus, quin illico ex ſigno corporis Jeſu impaſſibilis ab illis admiſſo, realitatem corporis demonſtrativè collegiſſet: potiſſimum cum Adimantus contra quem ſcribebat, f *non agnus Doctor hujus ſectæ* foret, & a Fauſto diceretur g *doctiſſimus & ſolus nobis poſt beatum patrem noſtrum Manichæum ſtudendus*. Quod tamen nullibi contra hunc hæreticum urget: indicio rurſum manifeſto illos id non aſſeruiſſe.

Auguſtini locus Contra Adimantum.

a *Contr. Fauſt. l. 20. c. 11.*

b *Ibid.*

c *Fauſt. apud Auguſt. l. 26. c. 1.*

d *De hær. ſ. 46.*

e *Contr. Marcion. l. 4. c. 39.*

f *Contr. Adimant. c. 15.*

g *Præfat. Libr. Contra Fauſt. ſeu l. 1.*

Sed rurſum inſtat Perronius, duobus argumentis, & conatur oſtendere, Orthodoxos credidiſſe Euchariſtiam proprium eſſe corpus Jeſu illius qui ſub Pontio Pilato apparuerat, ut inde evincat, Auguſtinum igitur loqui non ex illorum, ſed ex Manichæorum Hypotheſi.

Prius ſic ſe habet: h *Fauſtus Manichæus regerebat Catholicis, ipſos idem ſentire de Chriſto ſuo in pane ac calice Euchariſtiæ, quod Manichæi de Ieſu ſuo paſſibili in terra fructibus. Auguſtinus vero minime excipit id Catholicis falſo imputari: duas tantummodo diſcrepantias obſervat. Vna eſt, Manichæos abhorrere communionem ſub ſpecie vini, Deumque ſuum in uva agnoſcere, in cuppa non agnoſcere: Altera eſt, panem & calicem Catholicorum illis non naſci, ſed fieri ſacramentalem, idque non propter Chriſtum in ſpicis & racemis ligatum, ut Manichæi fabulabantur, ſed per Conſecrationem.* Et rurſus: i *Catholici Manichæis exprobrabant eos credere, ſe propriè ſui ſalvatoris & Chriſti ſubſtantiam in triticis, uvis, ac reliquis terræ fructibus verè, realiter, & oraliter edere. Regerebant verò Manichæi Catholicos ipſos pariter credere ſe idem exequi de ſuo, in pane & calice Euchariſtiæ: quid in eo caſu, & factu facilius erat, & magis neceſſarium, ſeu Manichæos falſi & mendacij convincendos, ſeu ad Eccleſiam calumnia liberandam, ſeu ad lectores ab errore & deceptione vindicandos, quam reſpondere, Catholicos non credere, ſe verè, realiter & oraliter corpus Chriſti in Euchariſtia non manducare, ſed ipſius tantummodò ſignum? Id tamen non reſpondet: Agnoſcebat igitur hoc à Catholicis credi & præſtari.* At primò, ſi Manichæi tale quidpiam objeciſſent, quale fingit Cardinalis, nihilque reſpondiſſet Auguſtinus, ac ſilentio ſuo (quod tamen indicium certum non eſſe capite tertio dicturi ſumus) id verum eſſe confeſſus foret, quid hoc Adverſariorum cauſam juvaret? Ejuſmodi confeſſio faveret conſubſtantiatoribus, non verò tranſſubſtantiatoribus. Admitteret enim ex Catholicorum ſententia Chriſtum in pane & calice Euchariſtiæ per conſecrationem eſſe præſentem, quemadmodum Manichæi Jeſum ſuum paſſibilem in terræ fructibus naturaliter cenſebant eſſe reſidentem. Jeſum autem ſuum paſſibilem in terræ fructibus abſque ulla illorum ſubſtantiali mutatione præſentem eſſe intelligebant: Catholici ergo pariter Chriſtum ſuum in pane & vino Euchariſtiæ abſque vlla eorum ſubſtantiali converſione. Nam ſi in hac quoque parte inter Catholicos & Manichæos diſcrepantiam eſſe cenſuiſſet Auguſtinus, id procul dubio ad e-

h *Pag. 43.*

i *Pag. 58.*

lucidan-

Augustini locus Contra Adimantum.

lucidandam ecclesiæ fidem, lectoresque ab errore vindicandos (ut supra monebat Perronius) illi necessarium fuisset observatu. At vero hujus discrepantiæ, tantæ, tantique momenti, prorsus non meminit: Non igitur ea erat de Catholicorum mente. Sed addo secundò, Augustinum non magis favere consubstantiatoribus quam transsubstantiatoribus. Falsissimum enim est, quod supponit Perronius, Faustum Manichæum sibi ex parte Catholicorum objecisse, *Manichæos credere se Iesum suum passibilem in terra fructibus realiter & oraliter edere*, atque ad hanc objectionem excepisse, *Catholicos quoque credere se de Christo suo idem præstare in pane & vino Eucharistiæ, Augustinumque id silentio suo esse confessum*: id, inquam, falsissimum est. Illud enim quod Faustus, loco a Cardinale memorato, ex Catholicorum parte sibi objecerat, aliud prorsus est; nimirum, k *Cur solem colitis, nisi quia estis Pagani, & Gentium schisma, non sectæ?* Ad hanc verò objectionem Faustus, ut ostenderet *Manichæorum religionem nihil cum gentibus habere commune*, respondet primò *se divinorum quidem luminum culturam* (id est, solis ac lunæ venerationem) *non erubescere*, fidem tamen suam hanc esse: *Nos Patris Dei omnipotentis, & Christi filij ejus, & Spiritus Sancti unum idemque sub triplici appellatione colimus* (hoc est, adoramus) *numen: sed patrem quidem ipsum lucem incolere credimus summam ac principalem, quam Paulus alias inaccessibilem vocat, filium vero in hac secunda ac visibili luce consistere, qui quoniam & sit ipse geminus, ut eum Apostolus novit, Christum dicens esse Dei virtutem & Dei sapientiam, virtutem quidem ejus in sole habitare credimus, sapientiam vero in luna, nec non & Spiritus Sancti qui est majestas tertia, aëris hunc omnem ambitum sedem fatemur ac diversorium, cujus ex viribus ac spiritali profusione terram quoque concipientem gignere passibilem Iesum, qui est vita ac salus hominum, omni suspensus ex ligno.* Secundò, & immediate contra ipsolmet Catholicos retorquens id quod ab illis objectum fuerat: l *Quapropter*, inquit, *& nobis circa universa, & vobis similiter erga panem & calicem par religio est, quamvis eorum acerrime oderitis Authores*; sive intelligat per hos Authores Cererem & Bacchum juxta Ethnicorum deliria, sive principes tenebrarum juxta Manichæorum Hypotheses. Quibus verbis tantummodo innuit Manichæos a Catholicis Ethnicissimi propter solis & lunæ ac aliarum rerum omnium venerationem non esse insimulandos, nisi & ipsi Catholici vellent se quoque ejusdem criminis reos peragi, quippe qui panem & calicem Eucharistiæ, (perinde ac Manichæi omnia in universum) venerarentur. Undè manifestè patet Faulti oblocutionem, non manducationem, sed venerationem spectasse. Quod & Coffetellus post Perronium scribens vi veritatis adductus agnoscit, inquiens, a *Calumnia Fausti circa adorationem versabatur*: in hoc tamen dupliciter peccans, quod calumniam fingit quæ hac in parte nulla erat, & venerationis loco, tum a Fausto, tum ab Augustino intellectæ, adorationem stricte sumptam ponit. Neque enim Manichæi (eruditi saltem illorum) solem & lunam, & reliqua omnia adoratione summa colebant: alioqui, quomodo excepisset Faustus, *religionem* suam *nihil cum Gentibus habere commune*? sed tantummodo solem & lunam tanquam Christi *naves lucidas*, reliqua omnia tanquam ipsius, aut etiam Spiritus Sancti sedem ac diversorium venerabantur; nec Catholicis exprobrabant quod panem & calicem Eucharistiæ adorarent, sed quod illa, quemadmodum ipsi solem & lunam & universa, quadam veneratione colerent; nec denique Augustinus in responsione sua fatetur Catholicos panem & vinum Eucharistiæ adorare. Figmentum id Coffetelli est, in quo tamen (quod vehementer miror) *se contradicentes* spondet *non esse habiturum*. Augustinus enim in responsione sua, postquam ludibrio excepisset eos, qui *nos*, b inquit, *propter panem & calicem Cererem ac Liberum colere existimant*, subjungit, *A Cerere & Libero Paganorum Dijs longe abjumus, quamvis panis & calicis sacramentum quod ita laudastis, ut in eo nobis pares esse voluerit, nostro ritu amplectamur.* Quis enim dixerit, panis & calicis sacramentum Christiano ritu amplecti, illi esse panis & calicis sacramentū adoratione summa colere? Ineptè sanè. Hac enim ratione Catholici dici quoque possent baptismi sacramentum adoratione summa esse prosecuti. Nam de Schismaticorum baptismate loquēs, *Sacramentum Dei*, c inquit, *agnoscimus in eis & veneramur, & amplectimur*: perspicuè, ni fallor, indicans se utrobique, non adorationem, sed venerationem intelligere. Quomodo & alibi: *qui veneratur*, d ait, *Vitæ signum divinitus institutum*. Et rursum, de rebus ad significationem assumptis loquens, in quibus illi quoque est e *panis* Eucharistiæ *ad hoc factus* qui *in accipiendo sacramento consumitur*; hæc, inquit, *honorem tanquam religiosa possunt habere*. At verò (ut ad Perronium redeam) si instantia Fausti, non manducationem Christi in pane & calice Eucharistiæ, de qua ille nè verbulum quidem habet, sed venerationem panis & calicis Eucharistici spectabat, in quo Augustinum habebat consentientem, quâ de causa, quæso, Augustinus falli, mendacij, impostura ac Calumniæ dicam hac in parte Manichæis scripsisset?

Augustini locus Contra Adimantum.

a *Mornæi de l'Eucharist. discours 13. p. 951.*

k *Contr. Faust. l. 20. c. 1.*

l *Lib. 20. c. 8.*

b *Contr. Faust. l. 20. c. 13.*

c *Epist. 23.*

d *De Doctrin. Christian. l. 3. c. 9.*

e *De Trinit. l. 3. c. 10.*

Jam verò accedo ad discrepantias quas Augustinum vult observare inter doctrinam Catholicorum de Eucharistia, & Manichæorum de pane naturali ac alijs terræfructibus sententiam.

Augustini locus. Contra Adimantũ

Una est, Manichæos communionem abhorrere sub specie vini, Deumque suum in uva, non autem in cuppa agnoscere. Verba Augustini sunt: *Cur autem arbitretur Faustus patrem nobis esse religionem circa panem & calicem, nescio, cum Manichæis vinum gustare, non religio, sed sacrilegium sit: in uva enim agnoscunt Deum suum, in cuppa nolunt.* Ego autem dico, id ab Augustino propriè non observari, ut discrimen quod inter Catholicos & Manichæos ratione communionis Eucharisticæ intercederet, hoc loco innueret: si enim hoc intendisset, quandoquidem Manichæi Eucharistiam quamdam celebrabant, ut infra dicturi sumus, dixisset potius, *in pane Deum suum agnoscunt, in calice nolunt*, quam *in uva agnoscunt Deum suum, in cuppa nolunt*; sed, ut contradictionem in Fausti verbis cum Manichæorum doctrina ostenderet. Dixerat enim Faustus: *quapropter & nobis circa universa, & vobis similiter erga panem & calicem eadem religio* (seu, veneratio) *est*. Nam quomodo, inquit, vos universa profiteris venerari, si quidem circa vinum vobis nulla est religio, nulla veneratio, nec illud vel degustare sustinetis? Manichæi enim vinum abominabantur, [f] *dicentes fel esse principis tenebrarum.* Sed demus Petronio, Augustinum hîc propriè notare velle Manichæos abhorrere communionem sub specie vini: nihil id illi πρὸς ἀλφίτα. Quamobrem enim Manichæi communionem sub specie vini abhorrebant? Rationem reddit Augustinus, quia *Manichæis vinum gustare non religio, sed sacrilegium sit.* Ergo, inquam, Manichæi in Eucharistiæ communione vinum bibi credebant, ac proinde transsubstantiationem non agnoscebant. Nec tamen, vel Augustinus vel quivis alius Veterum id uspiam inter eorum hæreses enumeravit: indicio manifesto illud idem a Catholicorum fide non abhorruisse. Sed & rursum quæro, quamobrem è contra Catholici communionem sub specie vini non abhorrerent? Id apertè constat ex regula contrariorum, quia videlicet vinum degustare illis sacrilegium non foret. Ergò, inquam, & Catholici similiter vinum in Eucharistiæ communione bibi credebant, nec magis quam Manichæi transsubstantiationem agnoscebant. Quod & adhuc patet ex eo, quia si Catholicorum fides fuisset, in Eucharistia non veram vini substãtiam, quam Manichæi malam esse existimabant, sed verum sanguinem bibi, an non illos jussisset Charitas Manichæos admonere, nè Eucharistiæ communionem integram accipere detrectarent, quippe cum in ea nullomodò vinum, *fel principis tenebrarum* bibendum proponeretur, sed *sanguis principis lucis* quem non refugerent? Fatetur certe [g] Perronius, *necessarium prorsus fuisse veram puram ac sinceram Ecclesiæ fidem hîc explicare & aperire.* De hac tamen admonitione universale est, tum hîc, tùm alibi Augustini silentium. Id ergò de fide Catholicorum non erat.

[f] *August. de hæres. 46.*

[g] *Pag. 52.*

Augustini locus Contra Adimantũ

Altera discrepantia ab Augustino juxta Perronium observata, ea est, *quod quamvis Augustinus silentio suo admittat, Catholicos credere se Christum suum in pane & calice Eucharistiæ vere ac realiter edere, panis tamen & calix Catholicorum non illis nasceretur, sed fieret sacramentalis, nec propter Christum in speciebus racemus ligatum, sed consecrationem quamdam.* Verum, jam supra monui Fausti instantiam, non manducationem, sed venerationem spectasse, proindeque Augustinum non manducationem qualem fingit Perronius, sed venerationem silentio suo esse confessum. Sed jam hîc amplius addo, illum eam nõ potuisse, nisi sui plane immemor, amens & delirus fuerit, admittere. Nam paulo ante, oralem Jesu passibilis juxta Manichæos manducationem, ut ludicrã & ridiculam joculariter perstrinxerat: *ore aperto,* [h] inquiebat, *expectatis quis inferat Christũ, tanquam optima sepultura, faucibus vestris.* Qua fronte, si Jesum suum ore similiter manducari credidisset? Annon enim illico Faustus mentis impotem imo sacrilegum inclamasset, qui, aut jã affirmaret quod negaverat, aut rideret quod crederet? Non igitur Christi sui in pane & calice oralem manducationem, sed tantum panis & calicis Eucharistici venerationem, ad Fausti objectionem silentio suo admiserat. In ea nihilominus observat differentiam. Manichæi enim docebant, non modò panem quẽlibet, sed & cunctos terræ fructus, venerabiles nasci & naturaliter esse, Catholici vero panem & vinum mysticum non nasci, sed fieri: illi, id contingere pani propter Jesum passibilem naturaliter illi ligatum, hi quia per consecrationem sacramentalis ac proinde venerabilis efficiatur, [a] prece, videlicet, quæ illum ex simplici elemento refectionis sacramentum reddit; *proinde*, inquit, *quod non ita fit, quamvis fit panis & calix, alimentum est refectionis, non sacramentum religionis* (venerandum, scilicet) *nisi quod benediximus, gratiasque agimus Domino in omni ejus munere, non solum spiritalis, verum etiam corporalis.* Vbi, & obiter notandum Augustino panem *mysticum* fieri, nihil aliud esse quam ex alimento simplici refectionis fieri *sacramentum religionis*: quod non magis innuit panem substantialiter mutari, quam baptismi aquam cum ex simplici liquore per invocationem Spiritus Sancti aqua fit *mystica* & sacramentalis, ut illam veteres passim indigetant. Sed liceat pro corollario inter Manichæorum & Adversariorum doctrinam parallelismum instituere. Maximè enim congruunt. Nam credebant illi, Jesum suum passibilem in pane & alijs terræ fructibus inclusum esse & ligatum, hi Jesum impassibilem in pane Eucharistiæ, hoc est, in panis accidentibus pariter esse inclusum,

[h] *Contr. Faustum. l. 20. c. 11.*

[a] *De Trinit. l. 3. c. 4.*

Auguſtini locus Contra Adimantũ

incluſum, imo & adeo ligatum ut potentia naturali ſe movere & inde ſe extricare nequeat: illi Jeſum ſuum paſſibilem in pane & aliis fructibus invisibiliter latitare, hi Jeſum impaſſibilem ſub panis & vini ſpeciebus invisibiliter deliteſcere: Illis objicit Auguſtinus quod ore aperto expectent quis Chriſtum inferat faucibus ſuis, ita & ſe habent Adverſarii: Denique; illis objicit Auguſtinus, *cum manducatis, Dei veſtri defectione vos reficitis*, Et hi ſimiliter docent, Chriſtum conſumptis ſpeciebus deſinere eſſe in eorum ventriculo, quod nihil aliud quam defectio eſt, cum aliorſum non abeat. Atque hæc dicta ſunto de priore Perronij argumento..

Poſterius ducitur ex variis Auguſtini locis in quibus contendit Perronius illum docere, Euchariſtiam eſſe proprium Chriſti corpus. Verum, locis quæque ſuis illa à nobis expendentur, ſi faveat Dominus, ac quam id falſum ſit evidenter oſtendetur.

Poſt has autem digreſſiones revertitur ad Auguſtini verba contra Adimantum, *Non dubitavit Dominus dicere, hoc eſt corpus meum, cum ſignum daret corporis ſui*: atque ut ex illis ipſis evincat eum ibi loqui ex Manichæorum hypotheſi, ait: [b] *Adimantum falſi arguere voluiſſe hæc Moſis verba*, non manducabis ſanguinem pecoris, anima enim ejus eſt, *Auguſtinum contra eorum defenſionem ſuſcepiſſe. Medium quo Auguſtinus id ſuſcipiebat, inter cætera erat nihil incommodi eſſe ſanguinem dici animam, quia ſignum animæ foret, ſi quidem nonnunquam ſcriptura rerum ſignat, rerum ipſarum nominibus appellat. Hoc autem probare tenebatur ex illis ſcripturis Novi Teſtamenti quas Manichæi admittebant, & eo ipſo ſenſu quo illas admittebant. Rejiciebant enim totum vetus Teſtamentum, & novi magnam Librorum partem, nec eorum niſi partes quaſdam ſuſcipiebant & eo ſenſu quo ipſis arriderent, reliqua à falſarijs & corruptoribus addita fuiſſe dicentes. Ea igitur de cauſa adducit Auguſtinus non ea Euchariſtica inſtitutionis verba in quibus de ſanguine agitur, ſed illa quæ de corpore agunt, quoniam Manichæi communionem ſanguinis recuſabant, vinique ſpeciem abhorrebant*: ore indigno, [c] *inquit Leo primus*, Chriſti corpus accipiunt, ſanguinem autem redemptionis noſtræ haurire omnino declinant. Et *Auguſtinus jam ſupra citatus*: Manichæis vinum guſtare non religio, ſed ſacrilegium. In uva enim agnoſcunt Deum ſuum, in cuppa nolunt. *Quod manifeſtum indicium eſt, eum ibi loqui non ex Catholicorum, ſed ex Manichæorum hypotheſi Cum enim quæſtio foret de difficultate ſuper ſanguinem objecta, ad eam ſolvendam multo convenientius fuiſſet eam Euchariſtiæ partem adducere in qua de ſanguine ſermo eſt, & dicere; non dubitavit Dominus dicere, hoc eſt ſanguis meus, cum ſignum daret ſanguinis ſui, quam illam in qua de corpore tractatur. Sed quoniam Manichæi vim ſpeciem abhorrebant, eamque ſcripturæ partem in qua illius mentio eſt tanquam à corruptoribus intruſam rejiciebant, Auguſtinus illud exemplum omittit, ac ſolo panis exemplo, quod Manichæi ex Evangelio non eraſerant, vtitur. Oportebat autem vt illud ipſis objiceret, aut juxta intelligentiam illis & Catholicis communem, aut ſi Manichæi & Catholici de verborum illorum ſenſu inter ſe non convenirent, juxta intelligentiam Manichæorum particularem. Ea enim adducere ſecundum particularem Catholicorum ſenſum ad propoſitionem à Manichæis impugnatam colligendam, fallacia fuiſſet quam Dialectici principij petitionem appellant. Oſtenſum autem jam ſupra eſt, Catholicos & Manichæos circa horum verborum intelligentiam in duobus diſcordaſſe: Vnum eſt, quod Manichæi docerent Chriſtum Apoſtolicum verum corpus non habuiſſe, ſed corporis tantum phantaſma & ſimulacrum, ac proinde illud quod Diſcipulis ſuis dabat cùm diceret, hoc eſt corpus meum, juxta ipſos non potuiſſe eſſe verum Chriſti corpus, ſed ipſius tantummodo ſignum: Catholici verò contrarium crederent. Alterum eſt, Manichæos quoque non credidiſſe, verba illa, hoc eſt corpus meum, de ſigno ſacramentali corporis Chriſti fuiſſe dicta: ſed ea de granis omnibus, cunctiſque terræ fructibus quæ naturaliter Jeſu paſſibilis corpus, & ſimul Jeſu impaſſibilis corporis ſignum forent, pronuntiata fuiſſe. Itaque, cui jam manifeſtum non eſt, Auguſtinum ea Domini verba non niſi ſecundum particularem Manichæorum ſenſum adhibere potuiſſe, ac proinde ſic eſſe reſolvendam ipſam propoſitionem, non dubitavit Dominus dicere, hoc eſt corpus meum, cum daret* ſecundum vos *ſignum corporis ſui?* Hæcillè, prolixè admodum: Sed, ut rectè monet Salomo, [a] *in multitudine verborum non deeſt prævaricatio.* Suppoſititia enim, incerta & falſa hîc ſunt quamplurima, nonnullis veris intermixta. Nam verum quidem eſt Auguſtinum reſpondere; verba hæc, *ſanguis eſt anima*, in ſigno eſſe poſita, id eſt, in illis ſanguinem animam dici, non quod anima ſit, ſed quod ſignum animæ ſit, juxta illam loquendi formulam in ſcripturis vſitatiſſimam, qua ſigna ſignificantia rerum earum quas ſignificant nominibus appellantur. Sed falſum primò eſt quod ait Adverſarius: *Hoc probare tenebatur ex illis ſcripturis novi Teſtamenti quas Manichæi admittebant & eo ipſo ſenſu quo eas admittebant.* Nam etſi afferenda illi erant exempla ejuſmodi locutionum, ea tamen ex Novi Teſtamenti ſcripturis proferre nullomodò tenebatur. Cum enim de Veteris teſtamenti loco ageretur, ſat illi erat, ſi voluiſſet, ſimilia loca è Vetere teſtamento eodem ſenſu (licet Manichæi diſſentirent) evidenter exponenda in medium adducere, quorum & alibi nonnulla ad eamdem quæſtionem affert, ut ſupra a nobis oſtenſum eſt, & hîc quoque innuit inquiens, [b] *penè omnia ſcripturarum illarum ſacramenta ſignis & figuris plena ſunt*,

[b] Pag. 45. 46.

[c] Serm. 4. de quadrageſ.

[a] Proverb. 10. 19.

[b] contr. Adiman. c. 12.

Auguſtini locus Contra Adimantũ

ſunt, &c. Quod autem maluit ex novo aliqua proferre, id non ex neceſſitate, ſed ex induſtria fecit, ut contra ipſummet Adimanti propoſitum Veteris & Novi teſtamenti conſenſum & concordiam etiam in forma loquendi oſtenderet & demonſtraret. Secundo, verum rurſus eſt, Manichæos, quoſdam Novi teſtamenti Libros, ac eorum etiam quos recipiebant particulas varias tanquam interpolatas rejeciſſe; id enim teſtatur [e] Auguſtinus: Verum, an illa omnia quæ de Euchariſtiæ inſtitutione in Evangelijs habentur receperint aut abjecerint, an vero unam illorum partem, in qua de corpore agitur, tantummodo receperint, aliam, in qua de ſanguine, tanquam intruſam reſecuerint, ut ſuſpicatur Perronius, ex Veterum ſilentio incertiſſimum nobis eſt. Nam quod tempore Leonis ad Catholicorum Euchariſtiam accederent, ac in ea corpus (ſymbolicum videlicet, id eſt panem) comederent, ſanguinem vero redemptionis (hoc eſt, vinum ſacramentum ejus ſanguinis quo redempti ſumus; ſi enim ſanguis proprie fuiſſet nullam prorſus habuiſſent recuſationis cauſam) bibere abhorrerent, id non evincit eos hac tempeſtate, multo minus Auguſtinianis temporibus, illam Euchariſticæ inſtitutionis partem ubi de corpore agitur, acceptaſſe, ac alteram ubi de calice ſermo eſt reſecuiſſe, ſed tantum eos calicem magis abhorruiſſe, quia nempe in eo vinum eſſe ſcirent quod fel principis tenebrarum appellabant, quam panem. Euchariſtiam enim quandam ſuam, ſeu potius execrationem celebrabant, non Catholicorum ritu; nam *ſacramentorum ritu diſpares ſunt cum Catholicis*, inquit [d] Auguſtinus, *nec ſacramenta nobiſcum communicant*: ſed cum *farina vel carica ſemine humano conſperſa*, Gnoſticorum inſtar, ut teſtatur idem poſt [e] Cyrillum Hieroſolymitanum [f] Auguſtinus: Nec Leonis tempore ad Euchariſtiam Catholicorum nili inviti accedebant, ne videlicet pro Manichæis contra quos promulgatæ fuerant ſeveræ ab Imperatoribus leges, dignoſci poſſent, & plecti. Cum igitur non magis conſtet eos priorem Euchariſticæ inſtitutionis partem aut recepiſſe aut abjeciſſe, quam poſteriorem, nec quis utriuſque juxta illos ſenſus fuerit; nulla ratione fingitur, Auguſtinum priorem illam ſic reſoluentem, *non dubitavit Dominus dicere, hoc eſt corpus meum, cum daret ſignum corporis ſui*, ex eorum hypotheſi & ſenſu eſſe locutum, cum nihil illum vetaret ex Eccleſiæ fide ſic loqui. Nam licet quæſtio controverſa de ſanguine foret, ac proindè poſterior pars in qua de ſanguine agitur, convenientior videri poſſet, priorem tamen adducere potuit, tum quia illa primitus ſe offerret, propoſitoque ſatisfaceret, eo ipſo ſubinnuens poſteriorem quoque ſimiliter eſſe intelligendam, tum quia vereretur, nè adducta poſteriori quam Euangeliſtæ & Paulus non eodem modo referunt, Manichæi illius rejiciendæ tanquam interpolatæ & adulteratæ occaſionem ſumerent. Ipſemet enim [g] obſervat eos id factitare ſolitos, ſicubi in Euangeliſtarum narrationibus differentia aliqua forte occurreret. Cum igitur Euangeliſtæ & Paulus priorem Euchariſticæ inſtitutionis partem ſic unanimiter referant, *hoc eſt corpus meum*; poſteriorem verò varie, nempe, Matthæus & Marcus in hunc modum, *hoc eſt ſanguis meus novi teſtamenti qui pro multis effunditur*, Lucas vero & Paulus, *hoc poculum eſt novum teſtamentum in ſanguine meo*, &c, priorem tanquam aptiorem adducendam eſſe ſapientiſſime judicavit. Verum, demus Adverſario Manichæos poſteriorem inſtitutionis Euchariſticæ partem rejeciſſe, priorem autem recepiſſe, ideoque ex hac, non ex illa, Auguſtinum reſponſionem ſuam illuſtraſſe: quomodo hinc exſculpſerit, eum, non ex ſua, ſed ex Manichæorum hypotheſi eſſe locutum? Argumentum ſane quod adhibet ut id oſtendat, ineptiſſimum eſt. Quis enim illi conceſſerit in concertationibus contra hæreticos ſuſceptis ea tantum ſcripturæ loca de quorum legitimo ſenſu inter illos & Catholicos convenit, fas eſſe adducere? Hac equidem ratione illi nunquam ſunt convincendi, cum interpretationes ſcripturæ ſibi nocuas vix unquam admiſſuri ſint. Sufficit, eum loci ſenſum qui affertur ita genuinum & perſpicuum eſſe ut abſque vel ignorantia craſſa, vel inſigni protervia negari nequeat, facileque poſſit, ſi fortaſſis in dubium revocaretur, probari. Sic igitur Auguſtinus exemplum Euchariſtiæ adducit, & ait, *Non dubitavit Dominus dicere, hoc eſt corpus meum, cum ſignum daret corporis ſui*, ſive de hoc ſenſu convenirent Manichæi, ſive diſſentirent, quemadmodum & ibidem, hæc alia ſimillima. *Petra erat Chriſtus, quia ſignificabat Chriſtum*, & alibi, [h] *ſeptem Spicæ ſeptem anni ſunt, ſeptem boves ſeptem anni ſunt, propter ſignificationem*, quia videlicet ſenſum illum judicabat notorium adeo eſſe ut evidentiam ſui palam oſtenderet, eumque ſi negaretur, valide confeſtim eſſet probaturus. Nec ideo tamen fallaciæ inſimulandus eſt. Principium enim non petit ille qui reſpondet, ſed is qui argumentatur: quia licet reſpondenti ex fidei ſuæ hypotheſibus ſe tueri. Auguſtinus autem in hoc loco reſpondebat ad Fauſti objectionem: quid - ni ergo recte ex ſuis & eccleſiæ Catholicæ principijs reſpondiſſet? Sed jam ſuprà oſtendimus fieri nullomodo poſſe ut ex hypotheſi Manichæorum reſponderit, nec id repetere propter Adverſarij repetitiones animus eſt.

Auguſtini locus Contra Adimantũ

[g] *cont. Fauſt. l. 33. c. 2.*

[h] *In Leviticum l. 3. q. 57.*

Quintus locus, non ſimplex, ſed multiplex, ducitur ex variis Auguſtini locis in quibus te-

[e] *De utilit. credend. c. 3. & contra Fauſtum l. 32. c. 2. & lib. 33. c. 3.*

[d] *De vera relig. c. 5.*

[e] *Catechef. 1. De hæreſib.*

Auguſtini locus Contra Adimantũ

bus teſtatur, poſt Apoſtolum, panem in Euchariſtia poſt conſecrationem ad diſtributionem frangi, eamque panis fractionem tanquam valde myſticam commendat. Sic enim loquitur in Epiſtola ad Paulinum: [a] *quod ab his duobus* (diſcipulis) *in fractione panis agnitus eſt* (Chriſtus), *ſacramentum eſſe quo nos in agnitionem ſui congregat, nullus debet ambigere.* Et paulo ante: *Precationes accipiamus dictas antequam illud quod eſt in Domini menſa incipiat benedici, orationes cum benedicitur & ſanctificatur, & ad diſtribuendum comminuitur.* Et in epiſtola ad Catulanum de Paulo loquens: [b] *Eadem nocte fracturus panem, ſicut frangitur in ſacramento corporis Chriſti.* Et commentario in primam Joannis: [c] *merito carnem ipſam cum commendaret, panem fregit, & merito in fractione panis aperti ſunt oculi Diſcipulorum.* Denique in ſermonibus de tempore: [d] *Eia, fratres, ubi voluit Dominus agnoſci? in fractione panis. Securi ſumus: panem frangimus & Dominum agnoſcimus.* Nam, ſi in Euchariſtiâ panis poſt conſecrationem ad diſtributionem frangitur, remanet igitur haud ſubſtantialiter mutatus. Quod enim non amplius eſt, frangi non poteſt, cum non entis non ſint accidentia. Ad hoc argumentum vix ſcio quid Adverſarij reſpondeant. Coffetellus qui ea omnia Auguſtini loca ſibi objicit, videtur reſpondere, [e] per panem illum quem in Euchariſtia frangi Auguſtinus ait, non intelligi *ſymbolum externum*, ad cujus confirmationem dicit, Bezam ipſum exponentem Apoſtoli verba, *panis quem frangimus, Nonne communio corporis Chriſti eſt*, idem docere, ſed *corpus ipſum Chriſti, ac per communicationem idiomatum paſſiones accidentium proprie & vere corpori Chriſti ſub ipſis contento communicari.* Sycophanticè primò quoad Bezam. Beza enim aſſerit quidem in hiſce Domini verbis ab Apoſtolo relatis, [f] *hoc eſt corpus meum quod pro vobis frangitur*, fractionem, *non de ſigno quod jam fregerat Dominus cum hæc diceret, ſed de re ſacramenti* (Coffetellus fallo rurſum ſic refert *Sed de ſacramento*) *id eſt de ipſo Chriſti corpore* eſſe accipiendã, ac ea *deſignari mortis genus quod ſcilicet Dominus corpus graviſſimis cruciatibus laceratum, contuſum, fractum denique fuerit*: Verum, quando exponit hæc Apoſtoli verba, *panis quem frangimus*, eo ipſo loco ab Adverſario citato, fractionem illam non ad corpus ipſum Domini, ſed ad ſymbolum externum, panem, videlicet, refert, *ut figura*, inquit, *rei prorſus reſpondeat, id eſt, ut fractio illa panis* (*quam & ipſam ceremoniam in eccleſia opportune retineri*) *fractionem illam corporis repræſentet.* Secundò, ineptè & contra Auguſtini mentem. Indicat enim Auguſtinus ſe per panem illum quem in Euchariſtia frangi dicit, id intelligere quod *per orationes benedicitur & ſanctificatur.* At ipſummet proprium Domini corpus non illud eſt quod per orationes benedicitur & conſecratur: ſed id de vero pane proprieque ſic appellato neceſſariò eſt intelligendum. Per panem igitur corpus Chriſti non intelligit, ſed verum panem proprieque ſic appellatum. Deinde, & ipſa fractionis & comminutionis vocabula id ipſum evincunt, Corpus enim proprium Domini cum indiviſibile jam & impaſſibile ſit ex ipſorum Adverſariorum confeſſione, nec frangitur & comminuitur, nec frangi & comminui poteſt. Nec Adverſarium juvat hæreticum illud de idiomatum inter accidentia panis & Chriſti corpus communicatione figmentum. Nam quamvis corpus Domini frangi dici poſſit, quia panis, ejus ſignum, in fruſtula comminuatur, ut alicubi loquitur Chryſoſtomus, propter relationem ſigni ad ſignatum, fractionem tamen accidentium panis ab Adverſario ſuppoſitam *vere ac propriè propter idiomatum communicationem corpori Chriſti tribui*, commentum eſt adeò falſum ut Bellarminus illud generatim confutandum ſuſceperit: *Si qua conveniunt ſpeciebus*, [g] inquit, *deberent propriè convenire corpori Chriſti, oporteret vel recipi eas mutationes immediatè in corpore Chriſti, quod omnes negant, vel mediantibus ſpeciebus, & hoc vel quia ſpecies inhæreant corpori Chriſti, & id etiam omnes negant; vel ratione communicationis idiomatum ob vnionem Hypoſtaticam, vel ſimilem: & hoc etiam non habet locum. Nam, ut omittam ea quæ ſuo loco infra dicamus contra errorem de Hypoſtaticâ vnione, ſi iſta eſſet cauſa, quatuor abſurda ſequerentur. Primum, quod Chriſtus in Euchariſtia deberet etiam dici albus & rotundus ſpecierum ratione: quod tamen omnes abſurdum eſſe confitentur. Cur enim potius actiones & paſſiones, quam ipſæ qualitates de Chriſto dicantur, ſi eſt communicatio idiomatum? Certè in myſterio incarnationis, non ſolum dicitur Deus ambulaſſe, comediſſe, &c, ſed etiam fuiſſe corporeus, humilis, triſtis, &c. Secundum, quod ſicut dicunt, Chriſtum vere & proprie videri & tangi, ita & poſſent dicere eum calefieri aut frigefieri, imo & mucidum aut acidum fieri: quando iſta contingunt ſpeciebus ante earum corruptionem; quemadmodum Deus dictus eſt pati, vulnerari & mori in carne. At illa nemo plane concederet. Tertium, quod oporteret etiam ſpeciebus tribuere Chriſti attributa: eſt enim mutua communicatio idiomatum. At nunquam eſt auditum vt accidentibus aliquid ejuſmodi tribueretur. Quartum, quod non liceret dicere, carnem Chriſti videri aut tangi* (addo ego, frangi) *ſed ſolum ipſum Chriſtum. Communicatio enim idiomatum tribuit ſoli ſuppoſito attributa vtriuſque naturæ, non autem attributa vnius naturæ accommodat alteri; Caro autem natura eſt, non ſuppoſitum.* Sed rurſus idem commentum non modò cum rei veritate, ſed etiam cum ipſo Auguſtino pugnat, idque dupliciter. Supponit enim in Euchariſtia eſſe accidentia panis abſque panis ſubſtantia. At ſupra jam obſervavimus, acci-

Auguſtini locus Contra Adimantũ

a *Epiſt. 59.*

b *Epiſt. 86.*

c *In 1. Ioan. tract. 2.*

d *Sermon. 140. vid. & de conſenſ. Evangeliſt. l. 3 c. 25. & de diverſ. ſerm. 87.*

e *De rebus ſacram. c. 7. p. 89. & 91.*

f *In 1. ad Cor. 11. 24.*

g *De Euchariſt. lib. 1. c. 2.*

Auguſtinus.

poteſt aliter abſque abſurditate reſolui. Nam Euchariſtia non eſt *ſacramentum*, hoc eſt, *ſignum panis & vini*, quaſi panis & vinum forent res ab illa ſignificatæ. At vero ſi panis & vinum ſacramenta ſunt, igitur ſunt nec mutata ſunt. Attributi enim veritas ſubjecti de quo prædicatur exiſtentiam præſupponit: alioqui foret prædicatum ſine ſubjecto, quod ridiculum eſt. Nec eſt, quod quis hiſcat de accidentibus panis & vini. Primò enim, præterquam quod pariter dicere poſſem, Sacramentum aquæ Tertulliano eſſe accidentia aquæ, & figuram maris Auguſtino accidentia maris, quod tamen ineptum eſſe nemo non videt; accidentia panis & vini panis & vinum non ſunt, nec eorum accidentium tanquam ſacramentorum uſpiam meminit Auguſtinus. Id perpetuò de pane & vino affirmat. Secundò, hoc ipſo loco innuit ſe per ſacramentum panis & vini id intelligere per quod & corpus & ſanguinem ſuum ac Eccleſiæ vnitatem commendat Dominus. Quid autem illud ſit explicat commentario in Joannem: [d] *Dominus noſter Ieſus Chriſtus corpus & ſanguinem ſuum in eis rebus commendavit quæ ad vnum aliquid rediguntur ex multis. Namque aliud in vnum ex multis granis conficitur & conflat, aliud in vnum ex multis acinis confluit.* Quæ manifeſta eſt non accidentium tantummodò panis & vini, ſed veri panis & vini deſignatio & deſcriptio. Et in ſermonè ad recens baptizatos ſimiliter: [a] *Commendat vobis in iſto pane quodammodo vnitatem amare. Nunquid enim panis ille de vno grano factus eſt? Nonne multa erant tritici grana*, &c? Tertiò, rurſum hîc teſtatur ſe per *ſacramentum panis* panem eum deſignare quem Dominus à ſe benedictum Apoſtolis porrigeret? Cuinam autem pani benedixerat Dominus? An accidentibus tantum? Minimè: ſed vero pani, ut apud omnes in confeſſo eſt. Panem ergò verũ deſignat. Nec juvaret excipere, panem illum benedictum non amplius panem eſſe, ſed ipſummet Chriſtum eſſe. Contrarium enim affirmat, tum Proclus panẽ benedictum ab ipſo Chriſto diſcriminans, cum ait, [b] *infantis loco amplectamur panem ab infante benedictum*; tum & ipſemet Auguſtinus qui de eo pane qui in menſa Domini ponitur, benedicitur, ſanctificatur & conſumitur tanquam de eodem ſubiecto loquitur: *precationes*, [c] inquit, *accipiamus dictas antequam illud quod eſt in Domini menſa inciplat benedici, orationes cum benedicitur & ſanctificatur, & ad diſtribuendum comminuitur.* Quartò denique id ipſum & alibi expreſſe docet, non vno in loco. Nam Prophetiam de Jacobi benedictione Domino accommodans, ait: [d] *Ejus eſt multitudo frumenti & vini, hoc eſt, multitudo quam colligit frumentum & vinum in ſacramento corporis & ſanguinis ejus.* Frumentum autem & vinum ſubſtantiæ ſunt, opinor, non accidentia tantum. Et rurſum: [e] *Filij Eccleſiæ habent à rore cœli & fertilitate terræ. A rore cœli omnes ſcripturas, omnem ſermonem divinum: à fertilitate verò terræ omnia viſibilia ſacramenta. Viſibile enim ſacramentum ad terram pertinet. Hæc omnia communia habent in eccleſia boni & mali. Nam & ipſi habent, & participant ſacramentis, & quod norunt fideles à tritico & vino.* Quæ ſic explicat Arnobius de Domino loquens: [f] *Aperis horreis manuum ſuarum profluentiſſima largitate ſuccurrit, non ſolam eis ſpeciem frumenti, ſed & vini & olei adminiſtrans.* An verò terræ fertilitas, aut etiam profluentiſſima ex horreis ſuis Domini largitas ad panis & vini aut olei accidentia contrahenda & reſtringenda eſt? Chorœbus ſit, qui dixerit.

Septimus locus ducitur ex ſermone quinquageſimo tertio *de verbis Domini*, ubi Auguſtinus ait: *Pene quidem ſacramentum omnes corpus ejus dicunt.* Luculentum ſane in rem noſtram teſtimonium. Nam ſi Euchariſtia corpus Dominicum proprie, realiter ac ſubſtantialiter foret, cur obſervaret Auguſtinus pene omnes illam Chriſti corpus appellare? Ea enim obſervatio tantummodo locum habet, quandò quid dicitur eſſe, quod propriè non eſt. Nam procul dubio ſe ridendum propinaret qui ſic loqueretur: *Pene quidem omnes panem panem, carbonem carbonem, domum domum indiget aut*; quippe, quia mirum non eſt res proprijs ſuis nominibus appellari, notandum vero, quando alienis. Ad hoc argumentum nemo ex Adverſarijs reſpondit, quod equidem ſciam, excepto Milleterio. Is autem cum ſe illo conſtrictum videret, nec aliud præſto eſſet quod reſponderet, eò confugit ut dicat [g] locum eſſe corruptum, & legendum eſſe non *pene quidem omnes*, ſed *benè quidem omnes ſacramentum corpus ejus dicunt.* Inutiliter primò. Ejuſmodi enim lectio argumentum noſtrum, ut putat, non infringeret. Quis enim, amabo, ſanus diceret *benè omnes panem panem, lignum lignum, hominem hominem dicunt*? Aut quorſum moneret id bene ac rectè dici, cum a nullo prorſus, nè quidem ſtupidiſſimo in dubium revocari queat? Si igitur ſacramentum Chriſti corpus proprie eſt, non erat cur Auguſtinus illud bene ab omnibus Chriſti corpus dici obſervaret. Secundò quoque temerè. Nam cum exemplaria omnia quæ huc uſque comparuerunt, tam edita, quam manuſcripta, ſumma concordia legant, *penè quidem ſacramentum omnes corpus ejus dicunt*; quæ hominis temeritas eſt ex ſolo præjudicio depravationes confingere, ac eas pro voluntate reformare velle? Verum, ne prorſus ſine ratione inſanire videatur, ſubjungit, *quare diceret Auguſtinus penè omnes ſacramentum Chriſti corpus appellare? vlluſnè vnquam Catholicus fuit qui ſe ab eorum ſacramentum ſic appellantium numero eximere voluerit?* Sed in eo audaciæ jungit inſcitiam,

a De diverſ. ſerm. 83.
b Grat. 18.
c Epiſt. 59.
d De civit. Dei 6. l. c. 37.
d In Ioan. tract. 26.
e De diverſ. ſerm. 44.
f In Pſalm. 104.
g Cap. 16. p. 128.

Auguſtinus. inſcitiam. Nam (quæ ignorantia ipſius eſt) non perſpicit Auguſtinum id tantum velle, appellationem hanc fictritam & communem eſſe, ut a quoquam vix alia ſacramento tribuatur.

PROPOSITIO SECUNDA

Chriſtum non eſſe in Euchariſtia ſubſtantialiter & corporaliter præſentem.

CAPUT II.

QUAMVIS theſis propoſita ex præcedentis confirmatione præjudicata videri poſſit, tamen quia & ad illam ſeorſum ſtabiliendam varia nobis præſto ſunt ex Auguſtino argumenta, eaque validiſſima ut & clariſſima, juvat ejus probationem ſpecialem inſtituere. *Decet enim veritatem totis viribus vti ſuis*, ajebat b Tertullianus.

b *Contr. Marcion. l. 3.*

Primus ergò locus quem in hunc finem afferemus, ducitur ex ſermone ſexageſimo de verbis Domini, ubi exponens ea Domini ad Diſcipulos ſuos verba, *Expedit vobis vt ego vàdam: ſi enim ego non abiero, paracletus non veniet ad vos, ſi autem abiero, mittam eum ad vos*; ait: *Semper quidem divinitate nobiſcum eſt, ſed niſi corporaliter abiret a nobis, ſemper ejus corpus carnaliter videremus, & nunquam ſpiritualiter crederemus.* In quibus verbis tria notanda ſunt. Primum eſt, Auguſtinum oppoſitionem inſtituere inter Divinitatem Chriſti & ipſius humanitatem, ac affirmare juxta illam Dominum nobiſcum ſemper eſſe, juxta hanc verò a nobis diſceſſiſſe, proüt monuerat. Poſterius enim hoc indicat, cum ait, *Niſi corporaliter abiret* (id eſt abjiſſet) *a nobis*; adverbium illud adhibens pro ſuo & aliorum Patrum more a nobis i alibi laudato, ad corpus ipſum deſignandum, ut ſe ipſemet exponit, inquiens, l *Ideo Dominus noſter abſentavit ſe corpore ab omni Eccleſia & aſcendit in cœlum vt fides adificetur.* Undè manifeſtè ſequitur eum juxta corpus hîc amplius non eſſe. Secundum eſt, Auguſtinum aſſerere, nos corpus Domini, niſi hinc diſceſſiſſet & ſi hîc adhuc eſſet, *carnaliter*, hoc eſt, carnalibus oculis ſemper viſuros: quod inviſibilitatem corporis illius funditus evertit. Tertium eſt, hac Domini juxta corpus diſceſſione completam fuiſſe ipſius de vicaria Spiritus Sancti miſſione promiſſionem. Ad hæc argumenta confuſe reſpondet Milleterius, m *Auguſtinum loqui de abſentia carnali & inſenſibili corporis Chriſti: id autem non prohibere quominus idem corpus reali & inviſibili præſentia in Euchariſtia ſit.* Sed ex ipſis Auguſtini verbis validiſſime refellitur. Primò enim ait, Dominum juxta corpus hinc diſceſſiſſe & abſentem eſſe. Abſentia autem alicujus ſubjecti, cum privativa ſit præſentiæ, ex regula privativorum omnem ejuſdem ſubjecti ſubſtantialem præſentiam tollit; & mirum eſt Adverſarium cæcutire in re tam clara. Nec contra facit quod Cyrillum objicit dicentem: n *licet Servator hominibus ſe ſubſtraxerit non aberit tamen a diligentibus ſe, ſed cum illis erit divinitatis virtute.* Quomodo enim intelligit, Dominum diligentibus eſſe adfuturum? An per inviſibilem corporis in Euchariſtia præſentiam? Minime ſanè. Hac enim ratione etiam non diligentibus adeſt; quippe cunctis adeſt ex ipſorum Adverſariorum hypotheſi. Mens igitur ipſius eſt, Dominum, quamvis ſe cunctis ſecundum corporis ſubſtantiam ſubſtraxerit, ſemper tamen fore cum diligentibus per virtutem ſuam divinam, ſpiritumque ſuum. Sic enim ipſemet ſe exponit: a *tametſi carne abeſt poſtquam ſe Patri pro nobis exhibuit & ſedit ad dextram genitoris, in dignis tamen habitat per Spiritum, & vna cum Sanctis ſemper eſt.* Et rurſum: b *Sanctis Diſcipulis qui cum eo ſemper eſſe volebant, intolerabile videbatur ab eo ſejungi, licet eis Spiritus ſui virtute & efficacia ſẽper præſens eſſet.* Secundò Auguſtinus, ut jam notavi, antitheſin inſtituit inter divinitatem & corpus Domini ratione præſentiæ, ac præſentiam nobiſcum illi tribuit, huic adimit. Neceſſe ergo prorſus eſt, ut eam quam divinitati nobiſcum præſentiam tribuit, corpori ipſius adimat. At inviſibilis nobiſcum præſentia eſt quam divinitati tribuit: itaque illa ipſa eſt quam corpori ejus adimit. Tertiò ait: *niſi corporaliter abiret a nobis, ſemper ejus corpus carnaliter videremus.* Quod perinde eſt ac ſi dixiſſet, ſi hîc juxta corpus eſſet, eum ſemper carnis oculis videremus. Eſto igitur argumenti propoſitio. Addo jam aſſumptionem: atqui Chriſtum juxta corpus, ſeu corpus ipſius proprium carnis oculis amplius non videmus; hic igitur amplius non eſt. Neceſſario autem ſupponit in propoſitione, corpus Dominicum non niſi viſibile eſſe poſſe: alioqui falſa foret. Nam ſi inviſibile eſſe poſſet, male utique inferret, *ſi hîc eſſet videretur*, cum hîc eſſe poſſit, & inviſibile eſſe. Inviſibile igitur negat eſſe poſſe. Denique, intelligit Dominici corporis abſentiam Spiritus Sancti præſentia nobis ſuppleri. Id autem cujus ſubſtantialis propter diſceſſionem abſentia per alius præſentiam alicubi compenſatur & ſuppletur, ſubſtantialiter ibi præſens eſſe plane implicat. Si enim ibi eſt, alius ejus loco non eſt: Si alius ejus loco eſt, ibi non eſt. At loco corporis Chriſti Spiritus Sanctus nobiſcum eſt per inviſibilem præſentiam: corpus ergo illud per inviſibilem præſentiam nobiſcum non eſt. Sed, quid opus eſt urgere Auguſtini verba? Adverſarius ipſe, ſeu in fide ſua titubans, ſeu vertigine correptus, id ipſum

Auguſtinus.

n *In Ioan. 17. 23.*

a *In Ioan. 16. 16.*

b *In Ioan. 13. 36.*

i *Supr. in Hilario ad. 5. Bellarm. argum.*

l *De tempor. ſerm. 140.*

m *Cap. 34. p. 637. & ſeq.*

Auguſtinus.

ipſum fateri videtur quod ex Auguſtino probare contendimus. Ait enim, c *carnem Chriſti juxta id quod concernit naturam carnis quam habet cum reliquis carnibus communem, a nobis abſentem eſſe.* Natura enim carnis, niſi fallor, illi eſt materia carnis: vnde & alibi negat d *panem & vinum in Euchariſtia ſecundum materiam mutari*; ac proinde corpus Chriſti ſecundum materiam materiæ panis locum ſubire. Duo tamen hîc nobis objicit.

c Pag. 643.

d Contr. Blondel. p. 29.

Vnum eſt, Auguſtinum non tantùm dicere, *Niſi corporaliter abiret a nobis, ſemper corpus ejus carnaliter videremus*; ſed inſuper addere, *& nunquam ſpiritaliter crederemus.* In quæ verba quærit, quid ſit videre carnaliter corpus Chriſti, quid rurſum illud ſpiritaliter intelligere. Et, ut totus imaginoſus eſt, putat *ſpiritaliter credere*, Auguſtino eſſe, credere exiſtentiam invisibilem corporis Chriſti ad modum Spirituum: de quo tamen ne per ſomnium quidem Auguſtinus cogitavit. Illa enim ipſius verba dupliciter accipi poſſunt, nimirum vel relate ad corpus Chriſti, vel relatè ad Chriſtũ ipſum: & rurſum, adverbium *Spiritaliter*, vel oppoſite ad *carnaliter* ut oculos ſpirituales deſignet, velut *carnaliter* carnales; vel oppoſite ad *corporaliter*, ut connotet rem juxta quam Chriſtus nobis præſens eſt, Spiritum, ſcilicet, Sanctum, quemadmodum *corporaliter* id juxta quod a nobis abſens eſt, nempe, corpus. Secundum priorem rationem ſenſus foret: ſi Dominus hic adhuc eſſet per corpus ſuum, ſemper illud corpus carnis oculis aſpiceremus, nec unquam ſpiritalibus fidei oculis id intueremur & amplecteremur. Fides enim proprie viſibilium non eſt. Ideo autem abſtulit, ut illud deinceps non oculis aut affectu carnis, ſed cordis oculis affectuque ſpectemus, intueamur & amplectamur. Quadrant huic interpretationi quæ Auguſtinus ibidem paulo poſt ſubjungit: *Figuram Eccleſiæ geſtanti mulieri, cum ei poſt reſurrectionem ad pedes caderet, noli me tangere, inquit, nondum enim aſcendi ad Patrem. Quod myſtice dictum intelligitur: Noli me per corporeum contactum carnaliter credere. Spiritualiter autem credis, id eſt, fide Spiritali me tangis, cum aſcendero ad Patrem: quia beati qui non vident, & credunt.* Et quod alibi ſimiliter ait: e *Ideo Dominus noſter abſentavit ſe corpore ab omni Eccleſia, & aſcendit in cœlum vt fides adificetur. Si enim non noſti niſi quod vides, ubi eſt fides?* Et rurſum: f *Dominus conſolans nos qui ipſum jam in cœlo ſedentem manu contrectare non poſſumus, ſed fide contingere.* Secundum poſteriorem rationem ſenſus horum verborum eſſet, niſi Dominus hinc diſceſſiſſet quoad corpus, ſemper ejus corpus corporalibus oculis videremus, nec eum per Spiritum ſuum, prout promiſit, nobis adeſſe unquam crederemus: quæ rurſum interpretatio quadrat ad verba ſcripturæ quæ ſibi propoſuerat explicanda, ut initio obſervavimus. Veram autem harum duarum expoſitionum ſequamur, nè hilum quidem intereſt. Ambæ probè conveniunt, atque amicè conſpirant ad eliminandum Milleterij figmentum. Prior enim docet, fidem noſtram jam verſari circa Chriſti corpus, non quâ præſens, ſed quâ abſens & in cœlo ſedens. Poſterior, Chriſtum non amplius nobiſcum eſſe per corpus ſuum, ſed tantum per Spiritum ſuum quem ipſius vice habemus.

e De tempor. ſerm. 140.

f In 1. Ioan. tract. 1.

Auguſtinus.

Aliud quod objicit, eſt, Auguſtinum ipſum commentario in Joannem eadem Domini verba, *Expedit vobis ut ego vadam, ſi enim non abiero, paracletus non veniet ad vos*, exponentem, præſentiam corporis Chriſti inviſibilem & intelligibilem evidenter aſtruere. Verba Auguſtini ſunt: *tanquam diceret*, g inquit, *Expedit vobis vt hac forma ſervi auferatur a vobis. Caro quidem factum verbum habito in vobis, ſed nolo me carnaliter adhuc diligatis, & iſto lacte contenti ſemper infantes eſſe cupiatis: Expedit vobis ut ego vadam, ſi enim non abiero, paracletus non veniet ad vos, Si alimenta tenera quibus vos alui non ſubſtraxero, ſolidum cibum non eſurietis: ſi carni carnaliter hæſeritis, capaces Spiritus non eritis. Nam quid eſt, ſi non abiero, paracletus non veniet ad vos: ſi autem abiero, mittam eum ad vos? Numquid hîc poſitus, eum non poterat mittere? Quis hoc dixerit? Neque enim vbi ille erat, ille inde receſſerat, &c. Quid eſt ergo, ſi non abiero, paracletus non veniet ad vos, niſi, non poteſtis capere Spiritum, quamdiu ſecundum carnem perſiſtitis noſſe Chriſtum? Vnde, ille inquit qui jam ceperat Spiritum: Et ſi noveramus, inquit, ſecundum carnem Chriſtum, ſed nunc jam non novimus. Etiam ipſam quippe carnem Chriſti non ſecundum carnem novit, qui verbum carnem factum ſpiritaliter novit. Hoc nimirum ſignificare voluit magiſter bonus dicendo, ſi enim non abiero, paracletus non veniet ad vos; ſi autem abiero, mittam eum ad vos.* Quid autem in illis verbis eſt quod ſibi favere Milleterius exiſtimet? Attendite invictum argumentum. *videmus*, a inquit, *juxta Auguſtini mentem, Dominum Diſcipulis ſuis dicentem ſe præſentiam ſuam viſibilem illis ſubſtracturum, ſignificare voluiſſe ſe alimenta tenera & lac quo illos velut infantes aluerat eis adempturum, vt ſolidum cibum daret, eamdem ſcilicet carnem ſecundum carnem non cognitam, ſenſui carnis imperceptibilem, & tantum modò ſpiritui intelligibilem.* Ita, alimenta terrena ſunt caro Chriſti viſibilis, cibus verò ſolidus eadem caro inviſibilis, juxta Milleterium. Caro tamen Chriſti viſibilis ſolida erat, hæc autem inviſibilis juxta Adverſarium caro, aëre ipſo tenuior & prorſus impalpabilis: qûi ergò hanc ſolidum cibum oppoſitè ad alteram Auguſtinus indigetaret? Sed omiſſis jocis, dico falſiſſimum eſſe Auguſtinum per ſolidum cibum carnem Chriſti inviſibilem hîc intelligere. Eo enim ſolido

g In Ioan. tract. 94.

a Pag. 637.

gitized by Google

Auguſtinus.

ſedentem ad dexteram Patris, ſed tamen quamdiu ſumus in corpore peregrinamur ab eo, nec eum dubitantibus, vel negantibus & dicentibus, vbi eſt Deus tuus, valemus oſtendere. Et rurſum: [a] *Secundum præſentiam pulchritudinis & divinitatis ſuæ ſemper cum Patre eſt, ſecundum præſentiam corporalem jam ſuprà cœlos ad dextram Patris eſt, ſecundum præſentiam verò fidei in omnibus Chriſtianis eſt*; per præſentiam fidei, gratiæ præſentiam intelligens, juxta quam quoque dicit, [b] *in cœlo quidem Chriſtus eſt, ſed etiam in corde credentium.* Secundò, conciliat hìc duo ſcripturæ loca ſecundum apparentiam inter ſe pugnantia, in quorum uno Dominus ait, *ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi*, in altero, *me non ſemper habebitis.* Quo pacto autem conciliat? An per diſtinctionem inter corpus Chriſti, & corpus Chriſti? Id probandum foret, non turpiter ſupponendum: nos enim negamus. An rurſum, per diſtinctionem certæ cujuſdam ejus corporis præſentiæ, ab altera diverſi generis ejuſdem corporis præſentia? Minimè: ſed per diſtinctionem inter res divinas Chriſti, quales ſunt ipſius majeſtas, providentia, & ineffabilis erga nos inviſibiliſque gratia, & res illius humanas, corpus videlicet, tùm paſſibile, tùm impaſſibile. Ac ratione illarum ait Chriſtum ſemper nobiſcum eſſe; hujus verò reſpectu, negat ſimpliciter & abſolutè, *ſecundum præſentiam carnis*, inquit, *rectè dictum eſt Diſcipulis, me autem non ſemper habebitis.* Non autem ſimpliciter negare debuiſſet, ſi juxta quamdam ſubſtantialem corporis præſentiam, illum nobiſcum eſſe credidiſſet. Quod enim ſecundum quemdam modum verum eſt, ſimpliciter negandum non eſt, ſed diſtinguendum & exponendum. Tertiò, quomodò per gratiam inviſibilem Domini corpus intelligere poſſet, cum corpus illud inviſibile eſſe poſſe neget, ut ad locum præcedentem ſupra notavimus, & aſſerat nos ipſum, ſi hìc eſſet, ſemper carnalibus oculis eſſe viſuros? Quartò in illis ſcripturæ locis quæ inter ſe conciliare ſtudet, non quærebatur, utrum Dominus ſemper foret viſibilis, nec nè, nec enantiophanes viſibilitatem aut inviſibilitatem, ſed præſentiam & abſentiam ſpectabat, ut verba ipſa indicant, *me non ſemper habebitis*, & *vobiſcum ſum omnibus diebus.* Quandò igitur præſentiam reſpectu corporis negat, viſibilitatem ejus non ſpectat niſi per accidens, nimirum, quatenus corpus non niſi viſibiliter poteſt eſſe præſens, ſed exiſtentiam directè & potiſſimum attendit, ac ſecundum ſubſtantiam hìc eſſe inficiatur. Quintò, & hoc ipſum innuit, quod ait: *Secundum carnem quam aſſumpſit, ſecundum id quod de Virgine natus eſt, ſecundum id quod à Iudæis comprehenſus eſt*, &c, *non ſemper habebitis me vobiſcum.* Quid enim deſignat illud *id* niſi, ea ſubſtantia? Negat ergò nos jàm habere illam ſubſtantiam. Non autem negaret eam nos habere, ſi inviſibiliter illam haberemus: inviſibiliter enim habere, habere utique eſt. Denique, quamobrem ait, nos corpus Domini non amplius habere? *Quoniam*, inquit, *diſcipulis deducentibus, videndo non ſequendo aſcendit in cœlum, & non eſt hìc, ſedet enim ad dexteram Patris.* Id igitur infert ex eo quod Dominus hinc abierit & jam à nobis abſens ſit. Abſentia autem ſubjecti ab aliquo loco, quamlibet illius eo loco præſentiam univerſaliter tollit, ut jam monuimus. Ipſemet Auguſtinus id obſervat etiam de Chriſto ipſo loquens: *Semper*, [c] inquit, *ibi erat Chriſtus quò fuerat rediturus: ſic enim venit, vt non recederet. Vndè alio loco ait: Nemo aſcendit in cœlum niſi qui deſcendit de cœlo, filius hominis qui eſt in cœlo. Non dixit, qui fuit in cœlo. In terra loquebatur, & in cœlo ſe eſſe dicebat. Sic venit, ut indè non abſcederet: ſic redijt, vt nos non derelinqueret. Quid miramini? Deus hoc facit: homo enim ſecundum corpus in loco eſt, & de loco migrat, & cum ad alium locum venerit, in eo loco unde venit, non eſt: Deus autem implet omnia, & vbique totus eſt, non ſecundum ſpatia tenetur locis. Erat tamen Chriſtus, ſecundum viſibilem carnem in terra, ſecundum inviſibilem majeſtatem in cœlo & in terra.* Argumentum quoque ejus in formam redactum, id clariſſimè indicat. Sic enim ſe habet: Qui hinc diſceſſit per aſcenſionem ſuam in cœlum, & jam ſedet ad dexteram Patris, *non eſt hìc*, inquit. Non ait, non hìc videtur, ſed hìc non eſt. Atqui Dominus ſecundum corpus hinc diſceſſit per aſcenſionem ſuam in cœlum, & ſedet ad dexteram Patris: Ergò ſecundum corpus hìc non eſt. Ac proindè neceſſariò quoquè hìc intelligit, tùm diſceſſionem ex aliquo loco, & exiſtentiam in alio, ex priori loco undè diſceſſum eſt præſentiam excludere, tùm & conſequentiam illam quam noſelicimus, Chriſtum quia in cœlis eſt ratione corporis ſui, ejuſdem reſpectu non amplius eſſe in terrâ, quandoquidem ipſemet non veretur ſic concludere, *Sedet ad dexteram Patris*, Ergò *non eſt hìc.* Duo tamen contra objicit Bellarminus.

Auguſtinus.

Prius eſt, Auguſtinum dicere, *habuit illum Eccleſia ſecundum præſentiam carnis paucis diebus: modò fide tenet, oculis non videt.* Ubi, inquit, *indicat præſentiam carnis vocari quandò Chriſtus oculis videbatur, quam certè modò non habemus: nam Chriſtum in Euchariſtia fide tenemus, oculis non videmus.* Sed levis eſt objectio. Nam ſi Auguſtino propoſitum fuiſſet loqui de præſentia, non abſolutè, ſed viſibilitatis duntaxat reſpectu, quâ de cauſa dixiſſet, *habuit illum Eccleſia ſecundum præſentiam carnis paucis diebus?* Dicendum illi potius fuiſſet, *vidit illum Eccleſia paucis diebus.* Quamquam, etſi ita locutus foret, idem ſanè fuiſ-

a *Serm. 120.*

b *Serm. 121. de verſ.*

c *In Ioann. tract. 31.*

Auguſtinus.

nè fuiſſet ſenſus, cùm viſibilitas corporis Chriſti in terra præſentiam ejus ibidem includat, & præſentia viſibilitatem, ut ex ipſo Auguſtino oſtendimus. Sed addo, & quæro, quamobrem Auguſtinus dicat, Eccleſiam modò fide tenere Chriſtum, oculis non videre? An quia Chriſtus qua homo inviſibilis in ſe ſit, aut eſſe poſſit? Minimè: *quod* enim *inviſibile eſt*, inquit d Didymus, *confeſtim ſequitur incorporeum eſſe*; ſed quoniam in cœlo eſt, tanta intercapedine à nobis diſſitus, ut oculis non pateat, ſed fidei tantùm. *Vbi* enim, inquit e alibi, *Chriſtus, niſi in cœlo?* Et in hoc ipſo tractatu: *Quem tenebo? abſentem? Quomodo in cœlum manum mittam, vt ſedentem ibi teneam? Fidem mitte & tenuiſti, parentes tui tenuerunt carne, tu tene corde. Quoniam Chriſtus abſens etiam præſens eſt: niſi præſens eſſet à nobis teneri non poſſet. Sed quoniam verum eſt quod ait, Ecce ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſeculi, & abiit & hic eſt, & rediit & nos non deſeruit: corpus enim ſuum intulit cœlo, majeſtatem non abſtulit mundo.* Et commentario in Pſalmos: f *Videte aſcendentem, credite in abſentem.* Nam *fide apprehendimus etiam abſentia*, inquit ipſe Bellarminus ibidem.

d *Caten. in Ioan. 4. 24.*

e *Sermon. à Pariſienſ. addit. ſerm. 4.*

f *In Pſalm. 46.*

Poſterius eſt, Auguſtinum in eodem tractatu paulò ante dicere: *Si bonus es, ſi ad corpus Chriſti pertines, &c, habes Chriſtum in præſenti & in futuro: in præſenti per fidem, in præſenti per ſignum Chriſti, in præſenti per baptiſmatis ſacramentum, in præſenti per altaris cibum & potum.* Ubi, inquit Bellarminus, *diſtinguit Euchariſtiam à ſigno & apprehenſione fidei.* Sed hæc objectio præcedenti levior eſt. Eo enim argumento pariter concluderem, Chriſtum per proprium corpus realiter in aquis baptiſmi eſſe præſentem, quâdoquidem Auguſtinus baptiſmum, non minus quam Euchariſtiam, diſtinguit à ſigno, & apprehenſione fidei: quod tamen, ut reor, Bellarminus non concederet. Itaque argumentum ipſius ſuppoſitione laborat. Auguſtinus enim Euchariſtiam non diſtinguit à ſigno generatim, ſed à ſigno crucis, tanquam vnum ſignum ab alio, (id enim eſt quod hîc, ut & a alibi per *Chriſti ſignum* deſignat) ut eo ipſo oſtendat nos Chriſtum in præſenti nonnili, aut per apprehenſionenem fidei, aut in ſigno nobiſcum habere. At, inquit rurſum Bellarminus, *in Euchariſtia Chriſtus adeſt ut cibus reficiens, dum manducatur: non poteſt autem cibus manducari & reficere, niſi reipſa ſit præſens.* Verum, ſi propoſitum hîc eſſet Auguſtino dicere, Chriſtum per ſeipſum nobis eſſe cibum & potum, facile eſſet reſpondere, ad ejus manducationem non requiri ut ſit in terris reipſa ac per ſe præſens. Fide enim manducatur, ut docet ipſe Auguſtinus: b *credere in eum hoc eſt manducare panem vivum. Qui credit in eum manducat, inviſibiliter ſagginatur, quia & inviſibiliter renaſcitur.* At fatetur ipſe Bellarminus jam ſupra citatus, nos fide apprehendere etiam abſentia. Sed alius in hoc loco eſt Auguſtini ſenſus. Mens enim ipſius non eſt de Chriſto in ſeipſo loqui, ſed illud tantummodò vult, ut jam ſupra dixi, nos nunc Chriſtum non habere realiter præſentem, ſed tantùm in ſigno, ſeu illud ſit ſignum crucis, ſeu lavacri ſignum, ſeu ſacramentum panis & vini quod ex altari, id eſt, è ſacra menſa ſumitur & participatur.

a *In Ioan. tract. 118.*

b *In Ioan. tract. 26.*

Auguſtinus.

Tertius locus ducitur è libris contra Fauſtum Manichæum, vbi poſtquam de Euchariſtia tanquam de ſacrificio laudis eſſet locutus, ait: c *hujus ſacrificij caro & ſanguis ante adventum Chriſti per victimas ſimilitudinum promittebatur, in paſſione Chriſti per ipſam veritatem reddebatur, poſt aſcenſum Chriſti per ſacramentum memoriæ celebratur.* Optime profectò. Carnem enim & ſanguinem Chriſti tripliciter ſpectat. Primò ſub ſtatu legis in quo nondum actu erant, ſed tantum per victimam typos & ſimilitudines adumbrabantur & promittebantur. Secundo, ſub tempore paſſionis in qua vere & realiter exhibebantur. Tertiò, poſt aſcenſionem in ſacramento Euchariſtiæ vbi memoria eorum celebratur. Unde manifeſte patet, eum non modo à Veteribus victimis, ſed & ab Euchariſtiæ ſacramento realem corporis & ſanguinis Dominici præſentiam excludere, & ad crucem reſtringere. Euchariſtiam enim non minus quam Veteres Victimas cruci opponit. Quomodo autem opponit? Quemadmodum ſacramentum, in quo eorum memoria eſt, cum in cruce in ipſa veritate eſſent. Cujus rationem deducit ex aſcenſione Dominica: *Poſt aſcenſionem*, inquit, *per ſacramentum memoria celebratur.* Aſcenſio enim abſentiam ejus ſecundum carnem importat, proùt alibi monebat, d *aſcendit in cœlum & non eſt hîc.* Quid clarius? Reſpondet tamen, Bellarminus ac poſt Bellarminum f Milleterius, *Auguſtinum loqui de memoria paſſionis & mortis Domini.* Sed uterque tergiverſatur. Non enim hîc Auguſtinus ait, Euchariſtiam eſſe paſſionis & mortis Dominicæ memoriam, ſed dicit, illam eſſe carnis & ſanguinis ipſius memoriam: *hujus ſacrificij*, inquit, (Euchariſtiæ videlicet) *caro & ſanguis per ſacramentum memoria celebratur.* Fulgentius ſimiliter: g *In illis carnalibus victimis* (Judæorum) *figuratio fuit carnis Chriſti quam pro peccatis noſtris ipſe ſine peccato fuerat oblaturus, & ſanguinis quem erat effuſurus in remiſſionem peccatorum noſtrorum. In iſto ſacrificio* (panis & vini) *gratiarum actio atque commemoratio eſt carnis Chriſti quã pro nobis obtulit, & ſanguinis quem pro nobis idem Deus effudit.* Undè & præſtò nobis eſt hoc argumentum: Memoria eſt rerum abſentium, non præſentium. Atqui Sacramentum Euchariſtiæ memoria eſt carnis & ſanguinis Dominici: abſentia igitur ſunt, non præſentia. Majorem,

c *De Euch. l. 2. c. 24.*

d *In Ioan. tract. 50.*

f *cap. 35. p. 691.*

g *De fide ad Petrum.*

Bellar-

Augustinus.
h *De Euchar. l. 1. c. 11. §. Nonum argum.*
i *In Psalm. 37.*

his omnibus carnalem vetuſtatem ſpiritali cedere novitati. Quibus verbis aperte oſtendit, inter ſe & Urbicum illum diſſenſum non fuiſſe circa Euchariſtiæ naturam de qua nullomodò agebatur, ſed tantum circa vocabula ſupra memorata quæ tranſijſſe dicebat, nec amplius in novo teſtamento uſurpari. Neque enim illum, aut erroris, aut hæreſeos inſimulat, quod feciſſet procul dubio ſi de Euchariſtia malè ſenſiſſet, ſed tantum inadvertentiæ aut incogitantiæ. Imo, tantum abeſt, ut illi errorem circa Euchariſtiæ fidem improperet, quin potius contra teſtetur ſe cum illo convenire verum panem in Euchariſtia eſſe. Cum enim Urbicus ille dixiſſet, *ceſſiſſe panis pecus*, ad hæc verba primo reponit Auguſtinus etiam in Veteri teſtamento mentionem factam eſſe panis, in panibus propoſitionis nimirum; deindè obſervat, dicendum illi fuiſſe, *panem pani ceſſiſſe*, ac poſtremò illum monet, pecus & ſanguinem etiam in novo teſtamento memorari. Quid autem intelligit per illud Agni immaculati corpus, ac per poculi ſanguinem de quibus loquitur? An proprium Domini corpus & ſanguinem, ut ſupponunt Adverſarij? Contrarium ipſemet innuit. Primò enim illa ſubjungit reliquis exemplis rerum figurate, non autem proprie ſic appellatarum. Neque enim, aut ara, de quâ agit, materialis ara eſt, aut Dei verbum gladius proprie ſic dictus, aut ignis à Domino in mundum miſſus, ignis abſque figura ſic appellatus. Quamobrem igitur corpus & ſanguinem proprie ſic nominata ἀνωτερολογίας & invitis alijs exemplis deſignaret? Præterea, hæc omnia ad finem ſermonis ſimul complectens, ait: *Videmus in his omnibus carnalem vetuſtatem ſpiritali cedere novitati.* Quo igitur ſenſu *carnalem vetuſtatem*, & *ſpiritalem novitatem* in tribus primis exemplis intelligit, eodem & in duobus alijs, in corpore videlicet & ſanguine, veriſimiliter deſignat. In tribus autem primis exemplis per [1] *carnalem vetuſtatem*, intelligit aram, gladium & ignem proprie ſic nuncupata, per *novitatē* verò *ſpiritualem*, aram, gladium & ignem figurate ſic appellata: Similiter ergò, & in pecore ſeu agni corpore, & in ſanguine per *vetuſtatem carnalem*, pecus & agni corpus & ſanguinem propriè ſic dicta, per ſpiritalem novitatem corpus & ſanguinem figurate ſic indigetata. Denique ſic loquitur: *neſciens*, &c. *nunc ſe de agni immaculati corpore partem ſumere.* Quibus verbis indicat, ſe de ejuſmodi agni immaculati corpore agere, de quo pars aliqua a toto corpore divelli & ſeorſim ſumi poſſit. Id autem de proprio Domini corpore negat Petrus Chryſologus: *Non poteſt*, [a] inquit, *Chriſtus edi & dividi: integer a credentibus ſumitur, integer in ore cordis recipitur.* Negat ipſemet Auguſtinus: [b] *Nec quandò manducamus, partes de illo facimus; & quidem in ſacramento ſic fit.* Non ergò id intelligit de proprio Domini corpore, ſed de ſacramentali & ſymbolico, hoc eſt, de pane corporis ſacramento, qui (ut ipſe monet in ſequenti epiſtola) *in menſa Domini ponitur, benedicitur & ſanctificatur & ad diſtribuendum comminuitur*: Unde & alicubi notat, illum [c] *partes* appellari.

Auguſtinus.

[c] *Ibid. apud Bedam & Gratian.*

Quarta objectio ducitur ex Epiſtola [d] ad Januarium, *in qua dicit* (ait Bellarminus) *Euchariſtiæ deberi ſingularem venerationem: & ibidem comparat eos qui ex devotione accedunt quotidiè ad hoc ſacramentum, vel ex devotione etiam aliquando non accedunt, cum Zachæo & Centurione, quorum alter Dominum excepit in domum ſuam gaudens, alter dixit, Domine, non ſum dignus. Quæ comparatio frigida & inepta eſſet, ſi nihil niſi ſignum Domini ſumeremus.* Ad prius reſpondeo, Auguſtinum quidem dicere, ſacramentum hoc eſſe diſcernendum *a cæteris cibis veneratione ſingulariter debita*, ſed intelligere venerationem illam eamdem prorſus eſſe cum ea quæ baptiſmo quoque debetur. Id ipſemet alibi teſtatur, cum ait: [e] *quædam pauca pro multis* (ſigna videlicet) *eademque factu facillima, & intellectu auguſtiſſima, & obſervatione caſtiſſima, ipſe Dominus & Apoſtolica tradidit Diſciplina, ſicuti eſt baptiſmi ſacramentum, & celebratio corporis & ſanguinis Domini. Quæ vnuſquiſque, cum percipit quò referantur, imbutus agnoſcit, vt ea non carnali ſeruitute, ſed ſpiritali potius libertate veneretur.* Ad poſterius dico, comparationem elegantiſſimam & aptiſſimam eſſe, quamvis Euchariſtia non niſi ſignum ſit corporis & ſanguinis Domini. Quæſtio enim erat, utrum quotidiè accipienda eſſet Euchariſtia. Inquiebat aliquis, *eligendi ſunt dies quibus homo purius continentiuſque vivit quoad tantum ſacramentum dignius accedat.* Alius contra, *ſi peccata tanta non ſunt ut excommunicandus quiſquam homo judicetur, non ſe debet à quotidianâ medicina Dominici corporis ſeparare.* Ad hæc Auguſtinus: *Rectius inter eos fortaſſe quiſquam dixerit litem, qui monet ut præcipue in Chriſti pace permaneant. Faciat autem vnuſquiſque quod ſecundum fidem ſuam piè credit eſſe faciendum. Neuter enim eorum exhonorat corpus & ſanguinem Domini, ſi ſaluberrimum ſacramentum certatim honorare contendunt.* Quod illuſtrat exemplo Zachæi & Centurionis: Quemadmodum enim, *alter eorum gaudens in domum ſuam ſuſcepit Dominum, alter dicit, non ſum dignus ut intres ſub tectum meum, ambo ſaluatorem honorificantes, diverſo & quaſi contrario modo*, &c; *ſic in ore cujuſcunque Chriſtiani ſacramentum illud quomodo ſumatur æſtimandum. Nam & ille honorando non audet quotidie ſumere, & ille honorando non audet vllo die prætermittere.* Quæ ſanè comparatio à re ſacramenti ad ſacramentum ſeu ſacrum ſignum ducta, frigida & inepta dici non poteſt niſi ex præjudicio: quaſi verò a ſimiliju-

[1] *Videſerm. 44. de diverſ. de vocabulis, carnaliter & ſpiritaliter.*

[a] *Sermon. 159.*

[b] *Apud Bedam in 1. Cor. 11. & Grat. de Conſecrat. diſtinct. 2. Can. qui manducat.*

[d] *Epiſt. 118.*

[e] *De Doctrin. Chriſt. lib. 3. c. 9.*

Auguſtinus.

bus comparationes dicere frigidum & ineptum foret. Auguſtini verò mentem non eſſe, Dominum per corporis ſui ſubſtantiam ſub noſtrum tectum ingredi, cùm ſacramentum ipſius in domos noſtras affertur, ipſemet alibi eodem Zachæi exemplo aperte indicat: *Dominus*, f inquit, *intravit in domum illius. O beatum! Nunquid nobis poteſt ita contingere? Iam Chriſtus in cœlo eſt. Recita mihi Chriſti teſtamentum novum. Fac beatum de legè tua. Recita, ut ſcias te non fraudari Chriſti præſentia. Audi judicaturum, quod uni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. Expectat unuſquiſque veſtrum ſuſcipere Chriſtum ſedentem in cœlo, attendite illum jacentem ſub porticu, attendite eſurientem, attendite frigus patientem, attendite egenum, attendite peregrinum.* Et de Martha loquens: g *O beata! O Fœlix quæ Dominum ſuſcipere meruit, cujus hoſpites Apoſtoli facti ſunt ambulantes in carne! Nec tu deſpicias, quia non potes quod Martha ſuſcipere Chriſtum in domum tuam cùm Apoſtolis ſuis: Facit te eſſe ſecurum, quandò uni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis.* Quamobrem enim negaret Zachæi & Marthæ beatitudinem nobis contingere poſſe, ſi in ſacramento ſuo Dominus ſubſtantialiter ac perſonaliter in domos noſtras intraret? Qua rurſum de cauſa negationis hujus rationem arceſſeret ab aſcenſione Domini ad dexteram Patris, ipſiuſque in cœlis ſeſſione, niſi illum ſupponeret in cœlo & in terra ſubſtantialiter ſimul eſſe non poſſe? Cur denique ad temperandam illam præſentiæ Dominicæ negationem ad membrorum ejus myſticorum præſentiam tanquam vicariam recurreret, ſi illum in ſacramento ſubſtantialiter ac realiter reſidentem haberemus? Illum enim, licet invisibiliter, in ſacramento habere, ſemper habere eſt, & quidem glorioſius quam illum aut Zachæus olim, aut Martha receperint, cùm ipſum ij tunc paſſibilem, nos jam (ſi ita eſt) glorioſum & impaſſibilem & immortalem habeamus: ejuſmodique præſentia, ut potè ſubſtantialis & perſonalis longè eſt pretioſior repræſentativa illa per pauperes & egenos, ad quam tamen ſolam, conſolationis cauſa, velut quodammodò compenſativam refugit.

f *De diverſ. ſerm. 19.*

g *De diverſis ſerm. 27.*

Quinta objectio ducitur ex Libro de Trinitate h tertio, ubi oſtendere volens, quomodo Deus ad ſe ſignificandum & quodammodo hominibus demonſtrandum; abſque eo quod inviſibilis ejus ſubſtantia appareat, creaturis ſuis variè utatur, ad exprimendam facilitatem ac diverſitatem, in exemplum affert Apoſtolum Paulum, *qui potuit*, inquit, *ſignificando prædicare Dominum Ieſum Chriſtum, aliter per linguam, aliter per Epiſtolam, aliter per ſacramentum corporis & ſanguinis ejus.* Deinde per parenthesin addit: *Nec linguam quippe ejus, nec membranas, nec atramentum, nec ſignificantes ſonos linguæ editos, nec ſigna litterarum conſcripta pelliculis, corpus Chriſti & ſanguinem dicimus, ſed illud tantum quod ex frugibus terræ acceptum, & prece myſtica conſecratum ritè ſumimus ad ſalutem ſpiritalem in memoriam pro nobis Dominicæ paſſionis: quod cum per manus hominum ad illam* i *viſibilem ſpeciem perducitur, non ſanctificatur ut ſit tam magnum ſacramentum niſi operante inviſibiliter Spiritu Dei*, &c. Undè Adverſarij multipliciter argumentantur.

h *Cap. 4.*

Auguſtinus.

i *Durandus Trecarenſis part. 2. lib: de corpor. & ſang. Chriſti contr. Berengar. non prè legit, inviſibilem, atque ex hac vocè corrupta argumentum ducit.*

Primò enim, ſi *Euchariſtia*, inquiunt Bellarminus & a Coffetellus, *tantum eſſet corpus Chriſti ſignificativè, cur non poſſent corpus Domini vocari verba ipſa, ſeu pronunciata, ſeu ſcripta, quæ clariſſimè eadem corpus ſignificant?* Sed levis eſt objectio. Non enim negat Auguſtinus Domini verba, ſeu ſcripta, ſeu pronunciata, corpus ac ſanguinem ipſius, aut dici poſſe, aut interdum dici, ut Adverſarij ſupponunt: repugnaret quippe permultis veterum illa quandoque ſic appellantium, ut b ſupra a nobis oſtenſum eſt; ſed mens tantum illius eſt dicere, communiſſimum ac vulgatiſſimum loquendi uſum appellationem hanc ad panem & vinum reſtringere, idque duplici de cauſa. Prior eſt, ſimilitudo quam in ſacramento adeò neceſſariam judicavit, ut dicat, c *ſi ſacramenta quandam ſimilitudinem earum rerum quarum ſacramenta ſunt, non haberent, omninò ſacramenta non eſſent: ex hac autem ſimilitudine plerumque etiam ipſarum rerum nomina accipiunt.* Similitudo enim magna eſt inter panem & vinum, & corpus & ſanguinem Domini, tum ratione nutritionis; illa enim corpus alunt, ſicut hæc animam; tum ratione fractionis & effuſionis, cum frangatur panis ſicut Chriſti corpus fractum eſt, ut loquitur Apoſtolus, vinumque a pane ſeparatum in calicem effundatur, quemadmodum Domini ſanguis è corpore effuſus eſt. At verba, ſeu ſcripta ſeu pronuntiata, nullam ejuſmodi ſimilitudinem habent. Nec obſtat, quod contra objicit Milleterius: d *ſi de ſimilitudine ageretur*, inquit, *quis non videt, his characteribus, his verbis & hac ſcriptura*, hoc eſt corpus meum pro vobis fractum, hoc eſt ſanguis meus pro vobis effuſus, *veritatem corporis & ſanguinis pro nobis dati & effuſi inſinuari melius repræſentari mentibus eorum qui illa vident, audiunt & legunt, quam per panem & vinum? Potiſſimum cum ex veſtra doctrina, panis & vinum nequeant niſi horum verborum virtute, corpus & ſanguinem Domini repræſentare ac ſignificare.* Nam, ut præteream me de alijs loqui, illum de cæpe inepte prorſus reſpondere, me de ſimilitudine agere, illum de ſignificatione excipere, ſtupide adhuc ſupponit, tum characteres & litteras horum verborum, *Hoc eſt corpus meum, hoc eſt ſanguis meus*, id eſſe quod Domini corpus & ſanguinem ſignificet, tum hæc verba ſecundum nos ſignificationis hujuſce eſſe operativa: quorum utrumque

b *In Iacum. 60.*

c *Epiſt. 89.*

d *Pag. 429.*

Auguſtinus.

utrumque falſiſſimum eſt. Nec enim, aut characteres illi, aut ea verba illud ſunt quod Domini corpus & ſanguinem ſignificat, ſed res per ipſa deſignatæ, nimirum, panis & vinum, fruges terræ, ut ipſe Auguſtinus docet; nec ea verba ſecundum nos ſignificationis & conſecrationis operativa ſunt, ſed tantùm declarativa. Conſecratio prece tanquam cauſa inſtrumentali efficitur, non verbis illis. Poſterior ratio, propter quam frequentiſſimè, panis & vinum tantummodò, corpus & ſanguis Domini vocentur, indicatur ab Auguſtino cum ait: *corpus Chriſti & ſanguinem dicimus illud tantùm quod ex frugibus terræ acceptum & prece myſtica conſecratum*, eſt. Verbum enim ſeu ſcriptum, ſeu pronunciatum, non pariter prece myſtica conſecratur ad Chriſti corpus & ſanguinem ſignificandum: ac proindè mirum non eſt, illud corpus ac ſanguinem Domini non perindè communiſſimè dici, ut panis & vinum.

Secundò, ait Bellarminus, *Auguſtinus dicit, operante inviſibiliter Spiritu Sancto fieri hoc ſacramentum: nec enim operatio illa neceſſaria eſſet ſi tantum ſignificativè eſſet Euchariſtia corpus Domini.* Quamobrem autem? quia *ſi tantum de ſignis efficiendis quæſtio eſt*, ſubjungit [a] Milleterius, *nulla ibi intervenit Dei virtus, nullus potentiæ ipſius actus.* Verum reſpondeo hîc non agi ſimpliciter de ſignis, ſed de ſignis ſacris efficiendis: ſacramenta enim ſacra ſigna ſunt. At ad ſacramenta ſeu ſacra ſigna efficienda, neceſſariam eſſe Spiritus operationem juxta Auguſtini mentem, patet, tùm ex eo quod ipſe docet poſt [f] Origenem, [g] *Sanctificatio nulla divina & vera eſt, niſi ab Spiritu Sancto*, tùm ex eo quod ait de baptiſmo qui ſanguis Chriſti propriè non eſt, ſed tantum illius ſignum, [h] *Deus ipſe ſanctificat ſacramentum ſuum*, &c, [i] *magnum ſacramentum, divinum, ineffabile*, tùm denique ex eo quod Veteres [k] paſſim obſervent, baptiſmum ſicut & Euchariſtiam adventu Spiritus Sancti conſecrari. Sed inſtat Milleterius: *Si operatio Dei mediante conſecratione ad rem terrenam ſanctificandam neceſſaria eſt, adhibenda proinde eſt oratio myſtica quæ hujus operationis interventionem a Deo requirat: quod apud vos exoletum eſt.* Verum id nobis exprobrat reclamante conſcientia. Non enim ignorat nos prece myſtica ad id ordinata uti. Adverſarij ipſi ſunt qui ab Eccleſiæ Veteris fide & praxi hac etiam in parte deficientes, frugum terræ conſecrationem effici aſſerunt, non prece & oratione, ſed verbis *hoc eſt corpus meum, hoc eſt ſanguis meus*, quæ palam eſt orationem & precem non eſſe. Quod autem ad baptiſmi exemplum a me allatum, reſpondet, *non eſſe illius & Euchariſtiæ eandem rationem, cum ille ſacramentum ſit accidentis, hæc ſubſtantiæ*; jam ſupra a nobis pluries eſt confutatum, ubi excepimus, utrumque ſacramentum eſſe & accidentis & ſubſtantiæ.

[a] Pag. 423.

[f] In Epiſt. ad Rom. l. 2. & in Levitic. homil. 13.
[g] In fragment. ad finem ſermõ. de diverſis.
[h] De baptiſmo contr. Donatiſt. l. 6. c. 25.
[i] In 1. Joann. tract. 5.
[k] Cyrill. Catechef. illum. & Theophyl. Alexand. Paſchal. 1. & alij innumeri.

Denique, objiciunt Bellarminus & Coſſetellus [l] *Auguſtinum numerare hanc operationem inter miracula: ibi enim de miraculis agit*, inquiunt, *ac multa profert exempla, ut de pluvia ab Helia impetrata, de tonitruis in monte Sina, de aqua mutata in vinum, de virga Aaron quæ floruit, & de virga Moſis verſa in Draconem. Quæ porro mirabilis operatio in confectione hujus ſacramenti eſſe poteſt, ſi nihil omnino ſit?* Verum uterque fallitur. Auguſtinus enim de hiſce miraculis non agit niſi capite quinto, poſtquam parenthetin ſuam, in qua de Euchariſtia agit, clauſiſſet. Quin & contra, capite decimo de panis Euchariſtici conſecratione & conſumptione tractans, illum in eodem cenſu reponit cum characteribus litterarum & ſerpente æneo, & ait: *honorem tanquam religioſa poſſunt habere, ſtuporem tanquam mira non poſſunt.*

[l] Merſenn. de l'Euchar. diſcours. 19. p. 935.

Retorqueo ergò locum hunc contra Adverſarios, idque multipliciter. Auguſtinus enim docet, fruges terræ operante inviſibiliter Spiritu Dei prece myſtica conſecrari & ſanctificari ut ſint magnum ſacramentum. Ergo, inquam, neceſſariò quoad ſubſtantiam remanent: rei enim ſanctificatio nunquam ejus ſubſtantiam vel immutat vel deſtruit, ſed tantum ex communi ſacroſanctam reddit, ut capite primo prolixè oſtendimus. Rurſum, operatio Spiritus circa fruges terræ terminatur ad eas ſacramentum efficiendas, panis igitur & vinum per conſecrationem non fiunt niſi ſacrum ſignum corporis & ſanguinis Chriſti: ſacramentum enim Auguſtino *ſacrum ſignum eſt.* Denique Auguſtinus hanc Spiritus S. circa panem & vinum inviſibilem operationem extra ordinem rerum ſtupendarum & miraculoſarum reponit. Fides ergo ejus non fuit hac Spiritus operatione panem & vinum ſubſtantialiter mutari in corpus & ſanguinem Chriſti: Ajunt enim Adverſarij, [m] *tranſſubſtantiationem rem eſſe tam admirabilem & miraculoſam, ut prope fidem excedere videatur.*

[m] In Marat. de Euchar. diſput. 12. ſolutione 1.

Sexta objectio ducitur ex eodem libro de Trinitate, ubi de formis ab Angelis aſſumptis loquens, ait: [a] *Illæ etiam nubes & ignes quomodo fecerint vel aſſumpſerint Angeli ad ſignificandum quod annunciabant, etiam ſi Dominus vel Spiritus Sanctus illis corporalibus formis oſtendebatur, quis novit hominum? Sicut infantes non noverunt quod in altari ponitur, & peracta pietatis celebratione conſumitur, unde vel quomodo conficiatur, unde in uſum religionis aſſumatur? Et ſi nunquam diſcant experimento, vel ſuo, vel aliorum, & nunquam ſpeciem illarum rerum videant, niſi inter celebrationes ſacramentorum cum offertur & datur, dicaturque illis auctoritate graviſſima, cujus corpus & ſanguis ſit, nihil aliud credent, niſi omnino in illa ſpecie Dominum oculis*

[a] De Trinit. l. 3. c. 10.

apparuiſſe

Auguſtinus.

apparuiſſe mortalium, & de latere tali percuſſo liquorem illum omnino fluxiſſe. De hoc autem loco tanquam palmario mirum in modum gloriantur Bellarminus, [b] Perronius, [c] Cotonus & [d] Milleterius: atque ex eo varia argumenta ducunt, ut quidem putant, *firmiſſima.*

b *Refutat. c.* 14.
c *Rechent. Theol. Genev. p.* 512.
d *Pag.* 414. *& ſequent.*

Primò enim *infantes*, inquit Bellarminus, *quibus dicitur Authoritate gravissima in illa forma visibili esse corpus Christi, & liquorem qui est in calice, esse sanguinem, non credunt illa esse corpus & sanguinem significativè, sed vere & propriè: non enim valent ipsi per se intelligere istos tropos, sed credunt simpliciter id quod eis dicitur*, &c: *Neque dicendum est in hoc infantes falsam fidem habere; tum quia Augustinus dicit, illos id credere, quia dicitur eis authoritate gravissima, tum etiam quia si falsa esset ista fides, debuissent instrui & admoneri, præsertim cum etiam ipsi eodem tempore ad communionem admitterentur.* Eadem habet Milleterius, notans expreſſe huc agi [e] de *recens baptizatis*: Perronius autem paulo aliter: *Tunc non docebantur infantes Eucharistiam simpliciter esse signum & figuram corporis & sanguinis Christi, sed contra, rem ipsam esse conversam & contentam sub specie signi: Si enim instructi fuissent Eucharistiam nihil aliud esse quam simplex corporis & sanguinis Christi signum, inducti non fuissent ad credendum, Christum sub tali specie hominibus apparuisse*, &c. Hæc illi triumphabundi, imò verius, pueriliter exultantes. Argumentum quippe illorum totum in ſuppoſitione conſiſtit, & ex falſis componitur. Primò enim ſupponunt per *infantes* hic intelligi ab Auguſtino recens baptizatos ad Euchariſtiæ communionem accedentes. Id autem falſiſſimum eſſe ex ipſis Auguſtini verbis manifeſte patet. Nam poſtquam dixiſſet, *ſicut infantes non noverunt quod in altari ponitur & peracta pietatis celebratione consumitur*, &c, ſubjungit: *& si nunquam discant experimento, vel suo, vel aliorum, & nunquam speciem illarum rerum videant nisi inter celebrationes sacramentorum cum offertur & datur.* Quibus verbis indicat ſe loqui de ijs qui longiſſime adhuc erant ab Euchariſtiæ communione remoti: adeo ut videatur, [f] infantes ætate ſeu pueros, non Catechumenos, multò minus recens baptizatos intelligere. Secundò, hypotheticam & conditionalem Auguſtini affirmativam in ſimplicem & abſolutam mutant, rurſum ſupponentes eum docere, de more fuiſſe ut infantibus ſimpliciter diceretur, id quod in altari ponitur eſſe corpus & ſanguinem Chriſti. Verba enim ipſius ſunt, *Sicut infantes non noverunt quod in altari ponitur & peracta pietatis celebratione consumitur, unde & quomodo conficiatur, unde in usum religionis assumatur: & si nunquam discant experimento vel suo vel aliorum, & nunquam speciem illarum rerum videant, nisi inter celebrationes sacramentorum, cum offertur & datur, dicaturque illis authoritate gravissima cujus corpus & sanguis sit, nihil aliud credent, nisi omnino in illa specie Dominum oculis apparuisse mortalium.* Quis enim adeo cæcus eſt ut non videat verbum illud ſubjunctivi modi *dicatur*, cum altero illo *discant* ſub ejuſdem conjunctionis conditionalis regimine eſſe conſtituendum, *ſi nunquam discant, ſi dicatur illis?* Non ergo affirmat hoc illis ſimpliciter dici conſueviſſe, ſed tantum indicat quid ſequeretur, ſi fortaſſis id fieret. Senſus autem ejus clariſſimus eſt: Pueri, inquit, ignorant quænam illa ſint quæ in menſa Dominica collocantur, & ad uſum religioſum conſecrantur & conſumuntur, & ſi contingeret illos id nullomodo reſcire toto pueritiæ ſuæ tempore, ac demum cum per ætatem ad Euchariſtiæ communionem liceret accedere, in ipſius diſtributione cum aſſeveratione graviſſima ſimpliciter & abſque explicatione eis diceretur, illa eſſe Chriſti corpus & ſanguinem, nihil aliud eis pro ignorantia ſua in mentem veniret, niſi Dominum ex ejuſmodi ſpeciebus, hoc eſt, ex pane & vino, ſibi corpus ad apparendum adaptaſſe, atque ex ipſius latere percuſſo vinum defluxiſſe. Nam cum ſenſus illis teſtarentur verè panem ac vinum eſſe quæ illis diſtribuerentur, ac vnà affirmaretur ſimpliciter & abſolute ea eſſe Chriſti corpus & ſanguinem, quid aliud, præterquàm Dominum ex pane & vino corpus ſibi confiaſſe, concipere poſſent? Præclaram utiquè de Chriſto impanato, & (ut ita dicam) invinato fidem! Ideòque, nè id putarent, in Euchariſtiæ diſtributione non illis ſimpliciter dicebatur ea eſſe corpus & ſanguinem Chriſti, ſed & addebatur (quemadmodum ſupra obſervavimus) hæc [g] *ſacramenta*, id eſt, ſacra ſigna eſſe, [g] panemque & vinum *eſſe degustanda tanquam antitypa corporis & ſanguinis Chriſti*, ac proinde eo ſenſu Chriſti corpus & ſanguinem figurate dici & eſſe.

e *Pag.* 417. & 414.

f *Vid. de hoc caſu epiſtol. Canon. Timothei Alexandr. ſupra in Clementis Conſtitut. cap.* 2. *ad fin.*

Auguſtinus.

f *Auguſt. ſermon. ad Infant.*
g *Cyrill. Catech. myſtag.* 5.

His autem ſic expoſitis, manifeſtè patet immanè quantum Adverſarij diſtent ab Auguſtini mente, & quam ridiculum ſit non modo primum illud eorum argumentum, ſed & ſecundum & tertium quod ſuperaddunt.

Secundò enim Milleterius urget hæc verba, *dicaturque illis authoritate gravissima cujus corpus & sanguis sit*; & ait, *illa importare fidem rei constantis & certæ in se.* Quomodò vero? *Nam Augustinus*, inquit, *non tantum ait*, dicatur illis corpus & ſanguinem Chriſti eſſe, *ſed*, cujus corpus & ſanguis ſit. *Quando enim quæro*, cujus ſit hic liber, *non relinquo dubium rem de qua loquor librum esse: Sic & quandò dicitur*, cujus corpus & ſanguis ſit, *pro indubitato ponitur rem hanc esse corpus & sanguinem alicujus.* Stupendam hominis cæcitatem! Nam verba illa, *cujus corpus & sanguis sit*, ſupponit interrogationem eſſe infantibus factam, ſimilem

Auguſtinus.

milem huic, *cujus eſt hic Liber*, cui illam comparat, cum tamen ex contextus ſerie clariſſimum ſit ea eſſe declarationem infantibus factam de natura myſterij. Et ipſemet paulò antè id obſervaverat, inquiens: *Auguſtinus dicit, Eccleſiam recens baptizatos docere id quod in altari eſt, corpus & ſanguinem Chriſti eſſe.* Deinde, comparatio illa quam inſtituit, inepta eſt. Nam verum quidem eſt ea verba, *cujus corpus & ſanguis ſit*, ſupponere corpus & ſanguinem alicujus eſſe, quemadmodum & hæc, *cujus ſit hic Liber*, alicujus Librum eſſe: Sed modus eſſendi propterea non idem eſt. Quandò enim dicitur, *cujus eſt hic Liber*, locutio hæc propria eſt, quoniam non duo ſunt Libri appellationem habentia, vnum propriè, alterum impropriè, ſed unum tantum. Contra vero duo ſunt corporis & ſanguinis Chriſti nominibus appellata, proprium ſcilicet ipſius corpus & ſanguis, & panis & vinum ſacramentum corporis & ſanguinis. Itaque, quamvis daremus Auguſtinum hîc teſtari, Eccleſiam infantibus dicere, id quod in altari eſt corpus & ſanguinem alicujus, id eſt, Chriſti eſſe, non ideò ſequeretur, illud Chriſti corpus & ſanguinem propriè eſſe, cum ex materia dicti dirigendus ſit ſenſus, agaturque de ſacramento quod rei nomine non niſi metaphoricè & figurate appellatur. Verum, ut jam reſpondimus ad primam objectionem, alia prorſus eſt Auguſtini hoc loco mens.

Tertio denique objicit idem Milleterius poſt Bellarminum, *Auguſtinum comparare Euchariſtiam cum formis ſub quibus Angeli apparebant. Sed in illis formis Angeli verè & propriè aderant præſentes: Igitur etiam in forma panis verè & propriè præſens adeſt corpus Chriſti: alioqui nihil valebit comparatio, & tota Auguſtini diſputatio corruet.* At, inquam, ſi Auguſtinus ejuſmodi comparationem inſtitueret, ſibimet repugnaret. Nam quemadmodum Angeli his formis corporalibus quaſi veſtiti, oſtendi poterant, ſimiliter Chriſtus ſpecie panis indutus, quærentibus ubi eſſet, oſtendi poſſet. Id autem de Chriſto, ut pote jam abſente, fieri poſſe alibi negat: *Credimus,* [a] inquit, *in eum jam ſedentem ad dexteram Patris, ſed tamen quamdiu ſumus in corpore peregrinamur ab eo, nec eum, dubitantibus vel negantibus & dicentibus, ubi eſt Deus tuus, valemus oſtendere.* Figmentum ergo eſt ſomniumque Adverſariorum. Comparatio Auguſtini intercedit tantummodo inter ignorantiam noſtram circa formas ab Angelis aſſumptas, & ignorantiam infantium circa ſacramentalia ſigna. Quod ipſius verba apertiſſimè oſtendunt: *illas etiam nubes & ignes quomodo fecerint vel aſſumpſerint Angeli ad ſignificandum quod annuntiabant, etiam ſi Dominus vel Spiritus S. illis corporalibus formis oſtendebatur, quis novit hominum? Sicut infantes non noverunt quod in altari ponitur, & peracta pietatis celebratione conſumitur, vndè vel quomodo conficiatur, vndè in vſum religionis aſſumatur.* Cætera quæ ſequuntur ad comparationem non ſpectant; ſed alio reſpiciunt, ut ſupra obſervavimus. Auguſtinus.

[a] De diverſis ſerm. 74.

Sed mirum eſt Adverſarios hunc Auguſtinianum locum nobis objicere qui illis tantoperè adverſatur. Primo enim ſi Auguſtinus talem quam fingunt comparationem inſtituit, ad nihilum abit eorum tranſſubſtantiatio. Nam ſicut formæ illæ corporales ſub quibus Angeli apparebant, erant veræ nubium & ignium ſubſtantiæ, ſic & panis ſub quo Dominum apparere intelliget, erit vera panis ſubſtantia. Secundo expreſſè notat Auguſtinus, Angelos has formas aſſumpſiſſe, non ad ſe, ſed ad Dominum & Spiritum Sanctum, oſtendendum & ſignificandum. Quomodo ergo Angeli his formis corporalibus induti, non erant propriè & ſubſtantialiter filius & Spiritus Sanctus, ſed repræſentativè tantùm, ſic & panis Euchariſtiæ non eſt propriè & ſubſtantialiter, ſed repræſentativè tantùm corpus Chriſti quod ſignificat. Tertio ait, *id quod in altari eſt peracta pietatis celebratione conſumi.* Quidnam autem illud eſt? paniſ-ne, an propriè Chriſtus? Ipſemet paulò ante panem eſſe expreſſè aſſerit, ubi de rebus ad ſignificationem ordinatis agens, *ſicut panis*, inquit, *ad hoc factus in accipiendo ſacramento conſumitur.* Idem quoque probatur ex eo quod ait, id quod in altari eſt per manducationem *conſumi.* Nam proprium Domini corpus conſumi non poſſe ipſe teſtatur, Dominum fideles ſic alloquentem inducens; [b] *panis quem dediſtis conſumptus eſt, panis quem dabo refecit & non deficit.* Unde concludit: *Det ergò nobis panem panis ille qui de cœlo deſcendit. Cum panem dabit, ſeipſum dabit.* Nec juvaret excipere *conſumi* ab eo poni pro manducari. Duo enim illa verba diſtinguit ac diſcriminat, de pane Euchariſtiæ dicens: [c] *Ecce accipitur, comeditur, conſumitur.* Non igitur intelligit illud quod in altari eſt, proprium Domini corpus eſſe. Et tamen corpus Chriſti eſſe dicit: typicum igitur tantummodò & ſymbolicum. Denique ſatis evidenter innuit, infantes qui crederent Dominum ſub forma & ſpecie panis oculis mortalium apparuiſſe, id pro ſimplicitate ac ignorantia ſua, præterque veritatem eſſe credituros: quomodò igitur illud ipſum credidiſſet?

[b] De diverſis ſerm. 44. & in Ioann. tract. 27.

[c] De diverſis ſerm. 83.

Septima objectio ducitur è Libro ſecundo contra litteras Petiliani, in quo ait: [d] *Aliud eſt paſcha quod illi* (Judæi) *adhuc de ove celebrant, aliud autem quod nos in corpore & ſanguine Domini accipimus.* Ubi, inquit Bellarminus, *opponit agno paſchali corpus Domini quod ſumimus in Euchariſtia, quod certè non faceret, ſi de ſigno corporis, non de vero corpore loqueretur: Nam etiam ille Agnus erat corpus Domini ſignificativè; & expreſ-*

[d] c. 37.

Auguſtinus.

& expreſſius quam panis. Idem objiciunt, Perronius & *f* Coffetellus. Verum, negatur conſequentia. Paſcha enim Evangelicum, quamvis Chriſti corpus proprie non ſit, ſed figuratè tantum, paſchati legali dupliciter opponi poteſt. Primò, materialiter ſeu ratione rei: paſcha enim Evangelicum panis & vinum eſt; legale vero erat agnus. Quo reſpectu alibi quoque manna & aquam de petra Euchariſtiæ opponit, inquiens: g *Omnes eandem eſcam ſpiritalem manducaverunt. Spiritalem vtique eandem, nam corporalem alteram, quia illi manna, nos aliud*, &c. *Et omnes eundem potum ſpiritalem biberunt, aliud illi, aliud nos, ſed ſpecie viſibili quidem, tamen hoc idem ſignificante virtute ſpirituali.* Et rurſum: h *videte, fide manente ſigna variata. Ibi petra Chriſtus, nobis Chriſtus quod in altari Dei ponitur, & illi pro magno ſacramento ejuſdem Chriſti biberunt aquam profluentem de petra, nos quid bibamus norunt fideles: Si ſpeciem viſibilem intendas, aliud eſt, ſi intelligibilem ſignificationem, eundem potum ſpiritalem biberunt.* Auguſtinum verò in loco de quo contendimus illud ipſum ſpectare, patet ex vocabulo *aliud* bis repetito, quod rem aliam deſignat. Secundo, formaliter & ratione ſignificationis. Nam legale paſcha Chriſtum quâ venturum deſignabat, ideoque *figura erat obſcurior*, ut illud i Nazianzenus appellat, noſtrum, veniſſe prædicat, eaque de cauſa Auguſtinus alibi ait; k *id quod Veteris teſtamenti temporibus in figura occultatum a quibuſdam Sanctis intelligebatur, tempore novi teſtamenti in manifeſtatione revelatum populis prædicatur.* Secundam autem hanc differentiam immediate poſt verba objecta obſervat inquiens: *Illis* (veteribus ſacramentis) *ventura illa prænunciabantur, iſtis* (Novi teſtamenti ſacramentis) *completa illa prædicantur.* Et paulo ante: *Lex & Prophetæ uſque ad Ioannem Baptiſtam ſacramenta habebant prænuntiantia rem futuram, noſtri vero temporis ſacramenta veniſſe conteſtantur, quod illa venturum eſſe prædicabant.* En duas rationes ſecundum quas Evangelicum paſcha, quamvis figuratè tantum corpus & ſanguis Domini ſit, legali paſchati rectè & aptè opponi poteſt.

Octava objectio ducitur è Libro ſecundo de peccatorum meritis & remiſſione, ubi ſic loquitur: l *Quod accipiunt Catechumeni, quamvis non ſit corpus Chriſti, ſanctum tamen eſt, & ſanctius quam cibi quibus vtimur, quoniam ſacramentum eſt: verùm & ipſos cibos quibus ad neceſſitatem ſuſtentandæ hujus vitæ alimur, ſanctificari idem Apoſtolus dixit per verbum Dei & orationem qua eramus vtique corpora noſtra refecturi. Sicut autem illa ciborum ſanctificatio non efficit, ut id quod in os intraverit non in ventrem vadat & in ſeceſſum emittatur, per corruptionem qua terrena omnia ſolvuntur, unde ad aliam eſcam quæ non corrumpitur, Dominus nos hortatur; ita ſanctificatio Catechumeni, ſi non fuerit baptizatus, non ei valet ad intrandum regnum cœlorum, aut ad peccatorum remiſſionem.*

Contendunt autem a Perronius & b Albaſpinæus hinc ſequi, ſacramentum Euchariſtiæ non eſſe corpus Chriſti per ſimplicem ſignificationem. Nam, inquiunt, *id quod accipiebant Catechumeni ſignificative corpus Chriſti erat: & tamen illud opponit corpori Chriſti. Per corpus igitur Chriſti non id intelligit quod corpus Chriſti ſignificative tantum ſit, ſed id quod corpus Chriſti proprie ſit.* Miror autem qua confidentia tanquam verum & indubitatum aſſumant, quod falſiſſimum eſt. Quid enim illud eſt quod Catechumenos accipere Auguſtinus hîc intelligit? Perronius & c Coffetellus id de ſale exponunt, & quidem, ni fallor, rectiſſime. Non, ut præteream Auguſtinum juxta nonnullos ad id alludere, cum in confeſſionibus de ſeipſo Catechumeno loquens ait, d *ſignabar jam ſigno crucis ejus* (Chriſti) *& condiebar ejus ſale*; Concilium Carthaginenſe tertium diſertè ſalis meminit Catechumenis dati ſub ſacramenti nomine: *placuit*, inquit, *ut per ſolemniſſimos paſchales dies ſacramentum Catechumenis non detur, niſi ſolitum ſal, quia ſi fideles per illos dies ſacramenta non mutant, nec Catechumenis oportet mutari.* f Vicecomes autem Eſtius, & g Albaſpinæus poſt *b* Bellarminum, & ex noſtris *i* Caſaubonus id de pane quodam benedicto interpretantur. Probationem expreſſam ex antiquitate, ſi requiras, nullam habent. Conatur tamen *k* Albaſpinæus hoc ex Auguſtini verbis evincere, idque duabus rationibus, quarum prior etiam Vicecomitis eſt. Ea autem eſt, *Auguſtinum comparare hoc ſacramentum cum cibis quibus ordinarie utimur, ac comparatione ſua videri innuere materiam ex qua componebatur analogiam quamdam habere cum cibis victus ordinarij. Atqui panis benedictus plus habet convenientiæ cum cibis ordinarijs quam ſal, mel aut lac.* Sed futiliſſimum eſt argumentum. Hac enim ratione pariter concludere poſſem, Auguſtinum loqui de carne quadam benedicta. Nam & ea plus congruentiæ habet cum cibis ordinarijs, quam ſal, mel, aut lac. Verum addo, ad Auguſtini comparationem ſufficere, (ſi tamen comparationem illam inſtituit, & ad eam Congruentia requiritur) aliquid eſſe eſibile. Sal autem eſibile eſt: & illud Veteres libentiſſime deguſtabant. Altera ratio eſt, *Auguſtinum dicere hoc ſacramentum non eſſe corpus Chriſti, eo ipſo indicat illud compoſitum fuiſſe ex materia ad eam accedente qua Euchariſtia inſerviebat, & de qua dubitari poterat num ſacramentum fidelium foret. Tam autem exigua eſt inter ſpecies Euchariſtiæ & ſal ac mel ſimilitudo, ut ejuſmodi dubitationi locus nullus ſit, maxima verò intercedit inter panem benedictum, & Euchariſtiæ ſpecies, ut non inutile foret monere illum Chriſti corpus non eſſe,*

a *Refut. c. 3. & 10.*
b *Def. Euch. Liure 1. c. 7.*
c *Des nõmbres du ſacremẽt, cap. 6.*
d *Confeſſ. l. 1. c. 11.*
e *Can.* 18
f *Obſervat. lib. 2. c. 9.*
Eſtius in 4. diſt. 10. §. 5.
g *Vbi ſupra.*
h *De bapt. l. 1. c. 25. & de Euch. l. 2. c. 24. ad object. ex tom. 4.*
i *Exercitat. 16. num. 33.*
k *Sententiam contrariam habet obſervat. l. 2. obſer. 35.*

Auguſtinus.

e *De Euchar. l. 1. c. 27.*
f *Des noms du ſacrem. c. 10.*
g *In Ioan. tract. 26.*
h *In Ioan. tract. 45.*
i *Orat. 41.*
k *Contr. Fauſt. l. 6. c. 6.*
l *Cap. 26.*

Auguſtinus.

esse. Sed hæc mera ariolatio est præcedenti simillima. Non enim monet Auguſtinus id quod accipiebant Catechumeni corpus Christi haud esse, propter similitudinem quam haberet cum materia ex qua corpus illud conficitur & constat, sed propter sacramenti appellationem quam illi indebat. Nam cum sacramenta nostra ad corpus & sanguinem Christi referantur, videri potuisset ex sacramenti nomine illud ad Christi corpus referri, quemadmodum id quod fideles seu baptizati accipiunt, ac perinde esse corpus Christi significative. Monet autem hoc non ita se habere, & aliò referri. De sale id extra dubium est. [k] Vicecomes enim quascunque potuit ex Veteribus salis significationes colligere, studioſe enumerans, nullam reperire potuit quæ illud ad Christi corpus pro nobis ad mortem datum referret. De commentitio illo pane similiter. Nec enim ullibi, aut expressa ejus mentio est, aut notata ipsius ad corpus Christi relatio. Seu ergò de sale, seu de pane benedicto Auguſtini locus intelligatur, recte ab eo dictum est illud Christi corpus non esse, significativè nimirum, proùt Eucharistia est: ac sic ad nihilum abit argumentum adversariorum. Scio viros quosdam doctissimos in alia sententia esse, & id de Eucharistiæ reliquijs interpretari: Vorum, cur aliter sentiam, patet ex ijs quæ dixi. Sed & de his alibi dicam. Sed rursum instat Perronius & ait varijs in locis, [l] *Auguſtinum opponere corpus illud de quo loquitur cæteris cibis, ac observare illud non in ventrem descendere & in secessum abire, quemadmodum illi abeunt. Non potest autem convenire hæc exceptio nisi vero & proprio Christi corpori: Nec corpus illud Christi de quo ibi loquitur, aut corpus Christi est quâ in cœlo residens, aut aliud esse potest quam corpus sacramentale, si quidem illud opponit in ratione sacramenti ei quod Catechumeni accipiebant.* Respondere primò possem, si vera nobis ex Auguſtino narrat Perronius, falsum ergo esse quod nonnullos Adversariorum docere [m] supra ostendimus, corpus videlicet Christi cum incorruptis speciebus in ventrem descendere posse & inde in secessum abire. Respondere rursum possem, quamvis Auguſtinus corpus illud de quo loquitur ab hac conditione eximeret, non inde tamen sufficienter concludi, corpus illud juxta ipsius sententiam aliud esse quam sacramentum seu sacrum signum corporis Christi. Chrysostomus enim, aut si quis alius Author est homiliæ de pœnitentia seu de Eucharistia in Encæniis, opinatus est (ut loco suo notavimus) sacramentum Eucharistiæ totum in nostri corporis substantiam transmutari ac cum ea consumi, nec vllum excrementum quod in ventrem & secessum abiret jacere. Quidni Auguſtinus ejusdem opinionis esse potuerit? Verum tertiò & directè respondeo, falsissimum esse, Auguſtinum corpus illud Christi de quo loquitur cæteris cibis opponere, ac oppositionem illam speciatim in eo statuere quod reliqui cibi ad ventrem descenderent ac in secessum emitterentur. Figmentum [n] Vicecomitis, Albaspinæi &, Perronij est. Auguſtinus corpus illud Christi, per quod, non proprium Domini corpus, sed sacramentum illius intelligit, ac de quo obiter tantum meminit, opponit hîc non cæteris cibis, sed ei quod accipiunt Catechumeni, ut innuat aliud quid ab eo esse quod illis dabatur: quod autem in sequentibus opponit cæteris cibis, tum ratione materiæ, tum ratione exemptionis a necessitate ventris & secessus, non corpus illud est de quo περίεργως tantummodò locutus erat, sed (ut ipsemet notat) *alia esca quæ non corrumpitur & ad quam Dominus nos hortatur*, videlicet cum diceret, [o] *operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam, quem filius hominis dabit vobis*: per quem Christum ipsum designat, non autem ipsius sacramentale corpus.

Nona obiectio ducitur ex [p] Commentario in psalmum trigesimum tertium, in quo Auguſtinus ait de Domino, *ferebat corpus suum in manibus suis.* Ad quorum verborum intelligentiam *sciendum est*, inquit Perronius cum alijs innumeris, *Auguſtinum occasione argumenti seu tituli Psalmi hujus, exponere versiculum tertium capitis vigesimi primi libri primi Regum, vbi editio græca septuaginta interpretum quam sequebatur, continebat, Davidem (cum esset apud Philistæos,) se portasse manibus suis* περιφέρειν ἐν ταῖς χερσὶν αὐτῶν, *hebræis aliter legentibus*, finebat se ire (hic enim liceat [q] Gallica Perronij verbotim reddere) in manus eorũ, &c. *Cum autem concipere non posset hoc in Davide impletum fuisse, quoniam fieri non potest ut homo seipsum portet, recurrit ad Dominum, & ait in illo id juxta litteram fuisse impletum.* Verba Auguſtini sunt: *ferebatur in manibus suis. Hoc verò, fratres, quomodò posset fieri in homine, quis intelligat? Quis enim portatur in manibus suis? Manibus aliorum potest portari homo, manibus suis nemo portatur. Quomodo intelligatur in ipso David secundum litteram non invenimus, in Christo autem invenimus, ferebatur enim Christus in manibus suis, quando commendans ipsum corpus suum, ait, hoc est corpus meum. Ferebat enim illud corpus in manibus suis: ipsa est humilitas Domini Iesu Christi, ipsa multum commendatur hominibus*, &c. Hinc autem Adversarij vatiè argumentantur.

Primò enim urgent hæc verba, *ferebatur Christus in manibus suis, ferebat corpus suum in manibus suis*, quasi mens Auguſtini foret, Dominum corpus suum non sacramento tenus, sed realiter & substantialiter manibus suis portasse. Verum, ejus verbis contra ipsius propositum abutuntur. Quamobrem enim non posset intelligere, Dominum in signo

[k] *Lib. 2. c. 62.*

[l] *Infr. ad fin. c. 7. Refus. c. 18. p. 194. & c. 3. p. 26. & c. 10. p. 302.*

[m] *Ad finem lib. 1.*

[n] *Ioan. 6. 27.*

[o] *Serm. 32*

[p] *Refutat. c. 19.*

[q] Il se laisse aller en leurs mains.

Auguſtinus.

a *Moral. in Iob. l. 29. cap. 16. in quibuſd. veter. edit. 28.*

b *Epiſt. lib. 1. ep. 6.*

c *Ibid. l. 2. epiſt. 3.*

cc *in Luc. 10. 34. ὁ ἰατρὸς ἡμῶν ἐστιν, ὅπερ ἐστὶν μέλη & Χριστοῦ ἐσμεν.*

ſacro corpus ſuum manibus tuliſſe, quemadmodum Gregorius de eodem ſub agni nomine loquens, ait, a *hunc Abel ſignificando in manibus tenuit?* & Annon Cyprianus ſimiliter dicit, b *quando Dominus corpus ſuum panem vocat, de multorum granorum adunatione congeſtum, populum noſtrum quem portabat, indicat adunatum.* Et rurſum, c *nos omnes portabat Chriſtus*; Et Pſeudo-Titus Boſtrenſis; cc *in ſe nos portat, quoniam membra ſumus corporis ejus.* Eum tantum intelligentes nos repræſentativè portaſſe? Quid-ni Auguſtinus quoque in hunc ſenſum loqueretur?

Secundò objiciunt hæc verba: *Quomodò intelligatur in ipſo David ſecundum litteram non invenimus, in Chriſto autem invenimus.* At, inquiunt, *quomodò hæc verba*, ferebatur in manibus ſuis, *impleta fuerunt in Chriſto ſecundum litteram, cum ſacramentum manibus teneret & diceret*, hoc eſt corpus meum, *ſi ea verba*, hoc eſt corpus meum, *non vera ſint juxta litteram, ſed tantum juxta figuram?* Sed multiplex eſt reſponſio. Primò enim, neceſſe non eſt ut concedamus hæc verba *ſecundum litteram* jungi debere cum præcedentibus illis, *quomodo intelligatur*, aut cum ſequentibus, *non invenimus*; quaſi ſenſus foret, quomodo intelligatur id in Davide impletum eſſe ſecundum litteræ tenorem, non invenimus. Poſſunt enim ad Davidem ipſum per oppoſitionem referri, ut ibi *David ſecundum litteram* dicatur oppoſitè ad Chriſtum qui myſticus ac ſpiritualis David noſter eſt. Patres enim Chriſtum paſſim d *verum Davidem* appellant: Auguſtinus ipſemet illum Davidem e *Spiritualiter* intelligendum nominat. Notum eſt autem eum ſpiritualem intelligentiam litteræ ſæpè f opponere. Itaquè, hoc ſenſu dicere tantum voluerit, ſupra-memorata illa quæ in primo Regum dicta ſunt de Davide, *ferebatur in manibus ſuis*, non eſſe intelligenda de eo Davide qui ſecundum litteram ſic appellatur, ſed de Chriſto qui ſpiritualiter David noſter eſt. Ipſe quoque alibi mentem ſuam videtur ſic exponere. Nam eamdem Hiſtoriam tractans, ac exponens titulum Pſalmi quinquageſimi quinti ubi habetur, *ipſe David in tituli inſcriptionem cùm tenuerunt eum Allophyli in Geth*; expreſſè ait: g *Pertinet hoc ad ipſum David quem jam noſtis intelligere ſpiritualiter*; non autem ad eum, videlicet, ſecundum litteram ſic dictum. Quo pacto planè concidit Adverſariorum argumentum. Secundò, quamvis daremus Adverſarijs quod ſupponunt, non ideo tamen ſequeretur quod indè concludunt. Affirmaret quidem Auguſtinus in hunc ſenſum, in Chriſto *impletum inveniri*, quod juxta litteram in Davide impletum non eſt: ſed non propterea intelligeret hoc *ſecundum litteram in Chriſto completum inveniri.* Nam ipſemet explanans titulum ſupra memoratum, *Davidem tenuerunt Allophyli in Geth*, planè ſimiliter ait: *Invenimus quidem, fratres, David ipſum filium Ieſſe Regem Iſraël, peregrinatum eſſe apud Allophylos cùm quæreretur à Saule, & fuiſſe in iſta civitate, & apud Regem civitatis hujus, ſed ibi retentum eſſe non legimus.* Littera enim Libri Regum nihil tale commemorat. Pſalmus tamen id affirmat: *tenuerunt eum*, inquit, *Allophyli in Geth.* Quomodò ergò verificat eam Pſalmi aſſeverationem? Ad Chriſtum recurrit, & ait: David noſtrum, *Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum natum ex ſemine illius David non ſolum tenuerunt, ſed & tenent adhuc Allophyli in Geth. Geth diximus quod civitas ſit. Interrogata autem interpretatio hujus nominis, indicat torcular.* Quis verò ex eo quod innuit, juxta litteram non inveniri in Davide impletum, quod Pſaltes dicit, Allophylos in Geth eum tenuiſſe, in Chriſto autem reperiri, concluſerit hoc in Chriſto juxta litteram impletum reperiri? Nemo ſanè, niſi imprudens. Neceſſè enim foret Dominum proprie & realiter fuiſſe in Geth, & ibi propriè ab Allophylis & Philiſtæis retentum: quod tamen falſum eſt. Igitur nec ex eo quod pariter ait, in ipſo David ſecundum litteram non inveniri, quod de eo dictum eſt, *ferebatur in manibus ſuis*, in Chriſto autem inveniri, legitimè quis inferat mentem ipſius eſſe, hoc in Chriſto ſecundum litteram inveniri: cum ſufficiat hoc in illo (quomodocunquè ſit) inveniri. Jam verò inſpiciamus quo pacto exponat, id quod de Davide negat, de Chriſto autem affirmat, eum ab Allophylis in Geth retentum fuiſſe & nunc adhuc retineri. Difficultatis enim illius explanatio ad ejus de qua litigamus ſolutionem multum lucis eſt allatura. Sic autem illam explicat: *Chriſtus ſecundum quod caput eſt, ſalvator corporis, ille natus ex Virgine, crucifixus, qui jam nobis exemplum reſurrectionis noſtræ in reſurrectione carnis ſuæ oſtendit, ſedet ad dexteram Patris & pro nobis interpellat: eſt & hic, ſed in corpore ſuo quod eſt eccleſia. Corpus conjunctum eſt capiti ſuo, caput pro corpore clamat*, Saule, Saule, quid me perſequeris? *Et corpus in capite ſuo eſt ſecundum Apoſtolum dicentem*, & ſimul reſuſcitavit, & ſimul ſedere fecit in cœleſtibus. *Et nos ibi ſedemus, & ipſe hîc Laborat. Nos ibi ſedemus ſecundum ſpem, & ille hîc nobiſcum eſt ſecundum Charitatem. Hac compago tanquam vnius hominis facit duos in carne vna, ſponſum & ſponſam. Quomodò ergò hîc tenetur in Geth? Tenetur in torculari corpus ejus, id eſt, eccleſia ejus. Quid eſt in torculari? in preſſuris.* Docet igitur inveniri quomodò Chriſtus teneatur ab Allophylis in Geth, videlicet, non in propria ſua perſona, ſed in corpore ſuo myſtico & allegorico, quia hoſtes ejus viſibiles & inviſibiles eccleſiam ſuam in preſſuris teneant. Ad eũdẽ autem prorſus modum ait, *Quomodò intelligatur in ipſo David ſecundũ litteram non invenimus*,

Auguſtinus.

d *Hilarius in Pſalm. 52. Ambroſius in Luc. c. 3. & 6. Beda in Pſal. 33.*

e *In Pſalm. 55. vid. & 56. & 77.*

f *Vid. de diverſ. ſerm. 44.*

g *In Pſ. 55.*

Auguſtinus.

mus, (nempe, quod ferebatur manibus ſuis) *in Chriſto autem inveniamus*; quia manibus ſuis ferebatur, non in propria perſona, ſed in corpore ſuo typico ac ſymbolico, ſeu, quia ferebat ipſum corpus ſuum, non in propria ſuâ ac reali ſubſtantia, ſed in ſacramento ſeu ſacro ſigno ipſius, nimirum pane; quemadmodum innuit, dicens: [g] *Accepit in manus ſuas quod norunt fideles*, ut infra amplius docebimus. Deniquè, quamvis daremus rurſum Adverſarijs Auguſtinum intelligere, id quod non invenitur in ipſo David ſecundum litteram, in Chriſto ſecundum litteram inveniri, eum nempè corpus ſuum manibus ſuis portaſſe, cum diceret, *hoc eſt corpus meum*; non ideò concederemus verba hæc juxta Auguſtinum proprie, non autem figuratè, eſſe intelligenda. Nam, ut præteream Auguſtinum ipſum expreſſè docere, verba hæc [h] *in ſigno* eſſe poſita, id eſt, figuratè eſſe accipienda, quemadmodum hæc, *ſanguis eſt anima*, &, *petra eſt Chriſtus*, juxta communem hanc locutionem per quam; *ſolet res quæ ſignificat ejus rei nomine quam ſignificat nuncupari*, verſimileque non eſſe ipſum contraria loqui; reſpondeo *litteram* non uno modo ſumi. Nonnunquam enim locutionem propriam, per antitheſin ad figuram, ſeu figuratam locutionem, deſignat. Quo ſenſu Auguſtinus ipſe ait: [a] *Aliquid figurate ſcriptum cujus abſurda eſt proprietas, non accipiamus ſicut littera ſonat*. Et rurſum: [b] *Litteram ſequi, & ſigna pro rebus quæ ſignificantur accipere, ſervilis infirmitatis eſt*. Et ante Auguſtinum Didymus qui hæc Apoſtoli verba, *littera occidit*, exponens ait: [c] *Litteram dicens ſimplicem ac manifeſtam juxta hiſtoricam narrationem*. Nonnunquàm etiam pro Hiſtoria ſeu Hiſtorica narratione abſque ullo ad verborum aut figuram, aut proprietatem reſpectu. Quo ſenſu Cyrillus *litteram* per Hiſtoriam [d] alicubi reddit. Aut, ſi malimus aliter diſtinguere, littera ſumitur pro ſenſu litterali, qui duplex eſt, nimirum, vel ille quem verba immediate præ ſe ferunt, vel ille qui ex verbis rectè intellectis reſultat. Teſtatur Origenes: *Lex duplex eſt*, [e] inquit, *altera ſecundum dictionem, altera ſecundum intellectum*. Cui & ſimilia habet Gregorius Nyſſenus, diſtinguens [f] *ſenſum qui in dictione apparet, & contemplationem verborum ex intelligentia*. Et ex ipſis Adverſarijs Bellarminus: [g] *Senſus litteralis eſt duplex, alius ſimplex qui conſiſtit in proprietate verborum, alius figuratus quo verba transferuntur a naturali ſignificatione ad alienam*. Et antè Bellarminum Roſſenſis qui loquens de ſenſu juxta quem Capernaitæ verba Domini intelligebant: *Neque ſenſus iſte eſt*, [h] inquit, *verè litteralis verborum Chriſti, ſed qualem illi perperam intelligentes finxerunt ſibi per errorem. At eſt & horum verborum alius littera, aliuſque ſenſus, litteralis qui verus eſt*. Quamvis ergò concederemus Auguſtinum velle, non inveniri ſecundum litteram quomodò David ſe manibus ſuis portaverit, ſecundum autem litteram inveniri quomodo Chriſtus id præſtiterit, nimirum, cum diceret *hoc eſt corpus meum* de eo quod in manus ſuas acceperat; facile eſſet reſpondere illum *litteram* non priori, ſed poſteriori notione ſumere, mentemque ipſius eſſe, ea quæ Libro primo Regum de Davide narrantur, ad eum non pertinere, ſed ad myſticum David, qui quæ ibi littera ſeu Hiſtoria narrat, præſtitit, cum corpus ſuum in ſacramento, ſeu ſacro ſigno, aut ſacrum ſignum corporis ſui manibus ſuis ferebat, quando dicebat Diſcipulis, *hoc eſt corpus meum*. Nam cum horum verborum ſenſus litteralis juxta illum ſit, *hoc eſt ſignum corporis mei*: quemadmodum ſupra docebat, inquiens: *Non dubitavit Dominus dicere, hoc eſt corpus meum, cum ſignum daret corporis ſui*; quidni rectiſſimè diceret, litteram illam ſeu narrationem de David, *ferebatur in manibus ſuis*, a Domino fuiſſe adimpletam cum corporis ſui ſacramentum manu ferret? Nonne Ruffinus obſervat, illa quæ in teſtamento Jacobi de Juda dicta ſunt, *Alligans ad vitem pullum ſuum*, &c, [i] *de Chriſto & propriè* (quod fortius eſt, quam ſecundum litteram) *& ſingulariter, dicit*? Quis tamen hæc illum, niſi figurato ſenſu, præſtitiſſe, affirmare auſit? Quocumque igitur ſenſu Auguſtini verba ſumantur, nihil illa favent Adverſariorum ſententiæ.

Auguſtinus.

Tertiò objiciunt, *Auguſtinum dicere Dominum feciſſe quod nec David nec alius ullus hominum facere poterat. At facillimum eſt, ut quis ſeipſum in ſigno portet. Certè cum Princeps monetam ſuam in ſacculo portat, ſeipſum portat in ſigno. Reges quoque Perſarum imaginem ſuam annulo inſculptam ferre ſolebant: & unuſquiſque noſtrum cum litteras ad ſe datas legit, ubi nomen ſuum ſcriptum habet, nonne ſeipſum in ſigno portat? Cum igitur tam frequenter & uſitate hoc fiat, cur diceret Auguſtinus id non poſſe fieri, & vix etiam intelligi, ſi de ſigno tantum loqueretur?* Sed mirum eſt Adverſarios malle Auguſtini verba in abſurdiſſimum ſenſum (ut infra patebit) violenter detorquere, quam eis commodam & cum cæteris ejus hypotheſibus conſentaneam interpretationem tribuere. Auguſtinus enim ad hanc applicationem deductus eſt ex Linguæ Græcæ imperitia. Nam in Libro primo Regum ubi de Davide agebatur, verſio Septuaginta Interpretum legebat, παρεφέρετο ἐν ταῖς χερσὶν αὐτῶν, hoc eſt de verbo ad verbum *transferebatur manibus eorum*, quoad ſenſum autem, *inſaniam ſimulabat coram eis*, nempè Philiſtæis. Id enim plerunque ſignificat verbum παραφέρεσθαι, hoc ſenſu correſpondens, non certo Hebraico יתהלל, ut videtur legiſſe Petronius quandò ridicule ait, Hebræa habere,

a *De Spiritu & littera. c. 4.*
b *De Doctrin. chriſt. l. 3. c. 9.*
c *De Spirit. ſ. lib. 3.*
d *Glaphyr. in Geneſ. lib. 4.* ἐὰν χρόνῳ τινὶ οὐ τὸ ἰσχύον.
e *Contr. Celſum l. 7.* ἓν γάρτοι διττὸν ἐστὶν, ὃ μὲν κατὰ λέξιν, ὃ δὲ κατὰ διάνοιαν.
f *Proœmio in Cantica.* τῶν οὖν τῇ λέξει φαινομένων, καὶ τῶν ἀλληγορουμένων ἡμῖν θεωρίας.
g *De verbo Dei l. 3. c. 3.*
h *Contr. Oecolampad. lib. 4. c. 5.*

i *De benedict. lib. 24*

Ptolemy Philadelphus, who reigned in Egypt about 280 years before the Christian æra, and who was a great encourager of learning, caused the Pentateuch to be translated into Greek, by seventy-two interpreters, who were sent for from Jerusalem for that purpose. This translation is commonly called the Septuagint, and is the most ancient version of the Old Testament now extant. It is said to have been made in the space of seventy-two days, and to have been approved by the whole nation of the Jews. Ptolemy Philadelphus, to whom the Jews had been subject, was the first of the Egyptian kings who had any dominion in Judæa. He was succeeded by Ptolemy Euergetes, who reigned twenty-five years, and was a prince of great valour and conduct. He made himself master of Syria, Phœnicia, Cilicia, Babylon, and Persia, and carried his victorious arms as far as Bactriana and India. He was succeeded by Ptolemy Philopator, who reigned seventeen years, and was a prince of a very different character from his father. He was addicted to luxury and pleasure, and neglected the affairs of his kingdom. He was succeeded by Ptolemy Epiphanes, who reigned twenty-four years, and was a prince of a weak and indolent disposition. He was succeeded by Ptolemy Philometor, who reigned thirty-five years, and was a prince of a mild and peaceable disposition. He was succeeded by Ptolemy Physcon, who reigned twenty-nine years, and was a prince of a cruel and tyrannical disposition. He was succeeded by Ptolemy Lathyrus, who reigned eight years, and was a prince of a weak and indolent disposition. He was succeeded by Ptolemy Alexander, who reigned eighteen years, and was a prince of a cruel and tyrannical disposition. He was succeeded by Ptolemy Auletes, who reigned thirty years, and was a prince of a weak and indolent disposition. He was succeeded by Cleopatra, who reigned twenty-two years, and was a princess of great beauty and ability. She was the last of the Ptolemies who reigned in Egypt. She was succeeded by Augustus Cæsar, who reigned forty-four years, and was a prince of great valour and conduct. He was succeeded by Tiberius, who reigned twenty-three years, and was a prince of a cruel and tyrannical disposition. He was succeeded by Caligula, who reigned four years, and was a prince of a cruel and tyrannical disposition. He was succeeded by Claudius, who reigned thirteen years, and was a prince of a weak and indolent disposition. He was succeeded by Nero, who reigned fourteen years, and was a prince of a cruel and tyrannical disposition. He was succeeded by Galba, who reigned seven months, and was a prince of a weak and indolent disposition. He was succeeded by Otho, who reigned three months, and was a prince of a weak and indolent disposition. He was succeeded by Vitellius, who reigned eight months, and was a prince of a weak and indolent disposition. He was succeeded by Vespasian, who reigned ten years, and was a prince of great valour and conduct. He was succeeded by Titus, who reigned two years, and was a prince of great valour and conduct. He was succeeded by Domitian, who reigned fifteen years, and was a prince of a cruel and tyrannical disposition. He was succeeded by Nerva, who reigned one year, and was a prince of a weak and indolent disposition. He was succeeded by Trajan, who reigned nineteen years, and was a prince of great valour and conduct. He was succeeded by Hadrian, who reigned twenty-one years, and was a prince of great valour and conduct. He was succeeded by Antoninus Pius, who reigned twenty-three years, and was a prince of a mild and peaceable disposition. He was succeeded by Marcus Aurelius, who reigned nineteen years, and was a prince of great valour and conduct. He was succeeded by Commodus, who reigned thirteen years, and was a prince of a cruel and tyrannical disposition. He was succeeded by Pertinax, who reigned three months, and was a prince of a weak and indolent disposition. He was succeeded by Didius Julianus, who reigned two months, and was a prince of a weak and indolent disposition. He was succeeded by Septimius Severus, who reigned eighteen years, and was a prince of great valour and conduct. He was succeeded by Caracalla, who reigned six years, and was a prince of a cruel and tyrannical disposition. He was succeeded by Geta, who reigned one year, and was a prince of a weak and indolent disposition. He was succeeded by Macrinus, who reigned one year, and was a prince of a weak and indolent disposition. He was succeeded by Heliogabalus, who reigned four years, and was a prince of a cruel and tyrannical disposition. He was succeeded by Alexander Severus, who reigned thirteen years, and was a prince of great valour and conduct. He was succeeded by Maximinus, who reigned three years, and was a prince of a cruel and tyrannical disposition. He was succeeded by Gordian, who reigned six years, and was a prince of a weak and indolent disposition. He was succeeded by Philip, who reigned five years, and was a prince of a weak and indolent disposition. He was succeeded by Decius, who reigned two years, and was a prince of a cruel and tyrannical disposition. He was succeeded by Gallus, who reigned two years, and was a prince of a weak and indolent disposition. He was succeeded by Valerian, who reigned seven years, and was a prince of a weak and indolent disposition. He was succeeded by Gallienus, who reigned fifteen years, and was a prince of a weak and indolent disposition. He was succeeded by Claudius, who reigned two years, and was a prince of a weak and indolent disposition. He was succeeded by Aurelian, who reigned five years, and was a prince of great valour and conduct. He was succeeded by Tacitus, who reigned six months, and was a prince of a weak and indolent disposition. He was succeeded by Probus, who reigned six years, and was a prince of great valour and conduct. He was succeeded by Carus, who reigned two years, and was a prince of a weak and indolent disposition. He was succeeded by Diocletian, who reigned twenty-one years, and was a prince of great valour and conduct. He was succeeded by Maximian, who reigned twenty years, and was a prince of great valour and conduct. He was succeeded by Constantius Chlorus, who reigned thirteen years, and was a prince of a mild and peaceable disposition. He was succeeded by Constantine the Great, who reigned thirty-one years, and was a prince of great valour and conduct. He was succeeded by Constantius, who reigned twenty-four years, and was a prince of a weak and indolent disposition. He was succeeded by Julian, who reigned two years, and was a prince of great valour and conduct. He was succeeded by Jovian, who reigned seven months, and was a prince of a weak and indolent disposition. He was succeeded by Valentinian, who reigned twelve years, and was a prince of great valour and conduct. He was succeeded by Valens, who reigned fourteen years, and was a prince of a weak and indolent disposition. He was succeeded by Gratian, who reigned seven years, and was a prince of a weak and indolent disposition. He was succeeded by Theodosius, who reigned sixteen years, and was a prince of great valour and conduct. He was succeeded by Arcadius, who reigned thirteen years, and was a prince of a weak and indolent disposition. He was succeeded by Honorius, who reigned twenty-eight years, and was a prince of a weak and indolent disposition. He was succeeded by Theodosius the Younger, who reigned forty-two years, and was a prince of a weak and indolent disposition. He was succeeded by Valentinian the Younger, who reigned thirty years, and was a prince of a weak and indolent disposition. He was succeeded by Marcian, who reigned seven years, and was a prince of great valour and conduct. He was succeeded by Leo, who reigned seventeen years, and was a prince of a weak and indolent disposition. He was succeeded by Zeno, who reigned seventeen years, and was a prince of a weak and indolent disposition. He was succeeded by Anastasius, who reigned twenty-seven years, and was a prince of a weak and indolent disposition. He was succeeded by Justin, who reigned nine years, and was a prince of a weak and indolent disposition. He was succeeded by Justinian, who reigned thirty-eight years, and was a prince of great valour and conduct. He was succeeded by Justin the Younger, who reigned twelve years, and was a prince of a weak and indolent disposition. He was succeeded by Tiberius Constantine, who reigned seven years, and was a prince of a weak and indolent disposition. He was succeeded by Maurice, who reigned twenty years, and was a prince of great valour and conduct. He was succeeded by Phocas, who reigned eight years, and was a prince of a cruel and tyrannical disposition. He was succeeded by Heraclius, who reigned thirty-one years, and was a prince of great valour and conduct. He was succeeded by Constantine the Younger, who reigned three years, and was a prince of a weak and indolent disposition. He was succeeded by Constans, who reigned twenty-seven years, and was a prince of a weak and indolent disposition. He was succeeded by Constantine Pogonatus, who reigned seventeen years, and was a prince of a weak and indolent disposition. He was succeeded by Justinian the Younger, who reigned ten years, and was a prince of a weak and indolent disposition. He was succeeded by Leontius, who reigned three years, and was a prince of a weak and indolent disposition. He was succeeded by Tiberius Apsimarus, who reigned seven years, and was a prince of a weak and indolent disposition. He was succeeded by Philippicus, who reigned two years, and was a prince of a weak and indolent disposition. He was succeeded by Anastasius the Younger, who reigned nine years, and was a prince of a weak and indolent disposition. He was succeeded by Theodosius the Younger, who reigned nine years, and was a prince of a weak and indolent disposition. He was succeeded by Leo the Isaurian, who reigned twenty-four years, and was a prince of great valour and conduct. He was succeeded by Constantine Copronymus, who reigned thirty-four years, and was a prince of a weak and indolent disposition. He was succeeded by Leo the Younger, who reigned five years, and was a prince of a weak and indolent disposition. He was succeeded by Constantine the Younger, who reigned ten years, and was a prince of a weak and indolent disposition. He was succeeded by Irene, who reigned five years, and was a princess of great beauty and ability. She was the last of the Constantines who reigned in Egypt. She was succeeded by Nicephorus, who reigned nine years, and was a prince of a weak and indolent disposition. He was succeeded by Stauracius, who reigned two years, and was a prince of a weak and indolent disposition. He was succeeded by Michael Rhangabe, who reigned nine years, and was a prince of a weak and indolent disposition. He was succeeded by Leo the Armenian, who reigned seven years, and was a prince of great valour and conduct. He was succeeded by Michael the Younger, who reigned nine years, and was a prince of a weak and indolent disposition. He was succeeded by Theophilus, who reigned twelve years, and was a prince of a weak and indolent disposition. He was succeeded by Michael the Younger, who reigned twenty-nine years, and was a prince of a weak and indolent disposition. He was succeeded by Basil the Macedonian, who reigned nineteen years, and was a prince of great valour and conduct. He was succeeded by Leo the Younger, who reigned twenty-six years, and was a prince of a weak and indolent disposition. He was succeeded by Alexander, who reigned one year, and was a prince of a weak and indolent disposition. He was succeeded by Constantine the Younger, who reigned forty-three years, and was a prince of a weak and indolent disposition. He was succeeded by Romanus Lecapenus, who reigned twenty-four years, and was a prince of a weak and indolent disposition. He was succeeded by Constantine the Younger, who reigned three years, and was a prince of a weak and indolent disposition. He was succeeded by Romanus the Younger, who reigned four years, and was a prince of a weak and indolent disposition. He was succeeded by Nicephorus Phocas, who reigned six years, and was a prince of a cruel and tyrannical disposition. He was succeeded by John Zimisces, who reigned six years, and was a prince of great valour and conduct. He was succeeded by Basil the Younger, who reigned sixty-six years, and was a prince of a weak and indolent disposition. He was succeeded by Constantine the Younger, who reigned three years, and was a prince of a weak and indolent disposition. He was succeeded by Romanus the Younger, who reigned four years, and was a prince of a weak and indolent disposition. He was succeeded by Nicephorus Phocas, who reigned six years, and was a prince of a cruel and tyrannical disposition. He was succeeded by John Zimisces, who reigned six years, and was a prince of great valour and conduct. He was succeeded by Basil the Younger, who reigned sixty-six years, and was a prince of a weak and indolent disposition.

Auguſtinus.

nobis commendat? Reſpondeo, humilitatem illam Domini de qua loquitur Auguſtinus poſſe intelligi, vel activè de virtute illa quâ oſtendit Dominus cum corpus infirmum & paſſibile pro nobis ſuſcipere dignatus eſt, vel paſſive de ipſomet corpore infirmo & humiliato, vel denique per nominis communicationem de pane fracto corporis ipſius ſigno, qui eodē ſenſu quo *corpus Chriſti* & g *paſſio Chriſti* ab ipſo Auguſtino appellatur, humilitas quoque ejus nuncupari poteſt. Nam panis ſacramentū corporis, corpus & paſſio ejus appellatur, quia tum corporis, tum paſſionis ſignum eſt. Cum igitur ſimiliter ſit humilitatis ejus myſterium & ſacramentum, ut ipſemet Auguſtinus teſtatur, inquiens, h *accipias myſterium humilitatis Domini a rore cœli & ab vbertate terræ*; Cur non ejus humilitas eadem ratione poſſet nuncupari? Quemlibet autem trium horum ſenſuum eligat Adverſarius, parvi ſane intereſt. Primus illi minime favet. Non magis ſecundus. Nam ſi per humilitatem Domini Auguſtinus intelligat ipſummet proprium Domini corpus, mens ipſius eſt, ut obſervavi, Dominum illud manibus non in propria ſubſtantia, ſed in ſigno tantum portaſſe. Non denique tertius, ut res ipſa clamat. Quis autem dubitare poſſit, panem, cum ſit myſterium ac ſacramentum humilitatis Domini, humilitatem ejus nobis commendare, & ad illius imitationem nobis argumentum & incitamentum eſſe?

g *In Pſalm. 21.*

h *De Diverſis ſerm. 44.*

Sic Dei beneficio locum hunc a corruptelis Adverſariorum defendimus. Sed libet ultra pergere & ex ipſis ejus circunſtantijs & penetralibus oſtendere, genuinam eſſe quam dedimus illius expoſitionem, falſiſſimam autem eam quam Adverſarij ipſi affingunt. Primò enim, ut omittam, eorum interpretationem μαλθακίαν corporis, Chriſto ab Auguſtino diſerte negatam, cum ait, i *Corpus Domini in quo reſurrexit vno loco eſſe oportet*, inducere; rem ipſam in ſe ſpectando, non niſi falſò & abſurdè dici poteſt aliquem ſeipſum ferre. Id ipſum jam olim obſervatum eſt a Seneca, ſolo rationis naturalis lumine ducto: *Aliquis*, k inquit, dare debet, *vt aliquis accipiat, non eſt dare nec recipere in dexteram manum de ſiniſtra transferre: quomodo nemo ſe portat, quamvis corpus ſuum moveat ac transferat.* Cujus rationem reddit, quia hæc & ſimilia non poſſunt niſi inter duo contingere. Nam in ferente & lato non tantum actio & paſſio eſt, ſed & inter utrumque relatio realis intercedit, cum ferens relationem neceſſariò importet ad id quod fertur, & latum reciproce relationem ad id a quo fertur, ſive ratione rei, ſive ratione propinquitatis. Relationis autem realis fundamenta & extrema realiter inter ſe diſtincta eſſe debere, apud omnes in confeſſo eſt. At idem realiter a ſeipſo non diſtinguitur: ferre ergo ſeipſum non poteſt. Secundo, Euchariſtiæ ſecretum, ſeu myſterium in verbis illis Domini *hoc eſt corpus meum*, latens, juxta Adverſarios in eo conſiſtit quod ea propriè accipi debeant, adeo ut Dominus intelligeret id quod manu portabat cum hæc diceret, corpus ſuum proprie, realiter ac ſubſtantialiter eſſe. Si igitur Auguſtinus eodem cum illis ſenſu de Domino dicit, *ferebatur in manibus ſuis quando commendans ipſum corpus ſuum. ait, hoc eſt corpus meum: ferebat enim illud corpus in manibus ſuis*; ſequitur eum in hac concione Euchariſtiæ myſterium propalaſſe ac aperuiſſe. At non modo Perronius monet ad locum ex commentario in Pſalmum tertium a nobis objectum, in quo Auguſtinus ait, Dominum adhibuiſſe Judam ad convivium in quo corporis & ſanguinis ſui figuram Diſcipulis commendavit & tradidit; l cum *ſic eſſe locutum in concione publica cui forte intereſſe videbat non initiatos, quibus ſacrilegium fuiſſet Euchariſtiæ ſecretum revelare*; ſed & Auguſtinus indicat non initiatos ſermoni huic adfuiſſe quibus nollet Euchariſtiæ myſterium aperire: *Nondum*, inquit, *erat ſacrificium corporis & ſanguinis Domini quod fideles norunt.* Et rurſum: De quo alio dicit, Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedek, niſi de illo cujus noſtis ſacrificium? Et concione ſecunda: *Accepit in manus ſuas quod norunt fideles.* Mens igitur ejus non eſt, id quod portabat Dominus cum diceret, *hoc eſt corpus meum*, corpus ipſius propriè, realiter ac ſubſtantialiter fuiſſe. Tertiò in ſecunda concione jam jam memorata prioris verba reſumens, amplificans & illuſtrans, quærit: *quomodo ferebatur in manibus ſuis?* Et reſpondet: *quia cum commendaret ipſum corpus ſuum, & ſanguinem ſuum, accepit in manus ſuas quod norunt fideles, & ipſe ſe portabat quodammodo, cū diceret, hoc eſt corpus meum.* Quid autem illud eſt quod intelligit Dominum in manus ſuas accepiſſe, fidelibus notum, non initiatis ignotum, ac per quod illum aſſerit commendaſſe corpus & ſanguinem ſuum, deque eo dixiſſe, *hoc eſt corpus meum, hoc eſt ſanguis meus*, niſi panis & vinum? Liquet utique, tum ex Evangelijs tum ex unanimi veterum affirmatione, Dominum in manus ſuas panem & vinum accepiſſe. Rurſum quoque teſtatur Auguſtinus, haud initiatis, quibus Evangelia non niſi ſero admodum & poſt longam inſtructionem legenda dabantur, id fuiſſe incognitum: *qui noverunt ſcripturas*, inquit, m *ſciunt quid promiſerit Melchiſedec ſacerdos Dei excelſi quando benedixit Abraham. Non oportet vt hoc memoremus propter Catechumenos: fideles tamen agnoſcunt quemadmodum ante prophetatum ſit quod modò videmus impleri.* Addit & inſuper, tum, n *carnem ipſam cum commendaret* (Dominus) panem fregit: Et rurſum, o *per vinum ſacramentum commendat ſanguinem ſuum*, tum etiam,

Auguſtinus.

l *Refut. Iconocl. Auguſt. c. 7. p. 55.*

m *Serm. 10. ex 17. ad Peruſ. addito.*

n *In 1. Joan. tract. 2.*

o *Quæſt. in Evangel. lib. 1. q. 43.*

i *In Ioan. tract. 30 ſic enim legendum eſſe loco ſuo docebitur.*

k *De benefic. lib. 5. c. 8.*

Auguſtinus.

p *De verbis Domini ſerm.* 33.

jam, p *panem geſtabat manibus.* Intelligit igitur, Dominum de eo pane quem in manus acceperat, quem geſtabat, per quem corpus ſuum commendabat, dixiſſe, *hoc eſt corpus meum*; ut ſenſus horum verborum ſit, *hic panis quem accepi, quemque manibus porto eſt corpus meum*: ac proinde dicendum eſt mentem ejus eſſe, Dominum, cum hæc proferret, corpus ſuum manu tuliſſe, non in propria ſubſtantia, ſed in illo pane tanquam in ſigno, ſeu, ſigno tenus portaſſe. Neque enim his ita poſitis alius eſſe poteſt eorum verborum ſenſus. Quo ſenſu & Proſper ait poſt Auguſtinum. q *corpus ſuum in ſanctificato pane geſtans manibus ſuis, dixit, hoc eſt corpus meum quod pro vobis tradetur.* Et poſt Proſperum Beda: r *Ferebatur in manibus ſuis quod in Hiſtoriali David nonniſi forte joculari modo poteſt accipi. Chriſtus verò quodammodo ferebatur in manibus ſuis quandò in noviſſima cœna panem benedictum & ore ſuo commendatum porrexit Diſcipulis* a *ſuis, dicens* (hoc eſt corpus meum) *hic eſt ſanguis meus, commendando nobis humilitatem ſuam, ſcilicet, ut & humile corpus ejus comederemus, aggratulando ejus nativitati, & ſanguinem ejus biberemus conformando nos ejus paſſioni.* Et Ado de Davide loquens: b *Arreptitium ſe ſimulans dum ſaliva in barbam illius decurrunt, Chriſti infirmitatem ſapientia conditam & ſacratiſſimum ipſius corpus ipſius in ſanctificato pane geſtatum manibus ſuis Presbyteri miniſterio nobis inſinuat.* Quid enim eſt ſanctificatus panis? An proprium Chriſti corpus, ut vult Coffetellus, dicens, c *panis conſecratus, id eſt, panis mutatus in corpus Chriſti?* Abſurdè: Sic enim corpus Chriſti in corpore Chriſti geſtatum foret, quod nè Choræbus ipſe dixerit. Ergò verus panis ac propriè ſic appellatus ex communi ſacer factus, qui cùm quodammodò corpus Chriſti ſit, in ſigno ſcilicet, eo manibus geſtato corpus Chriſti geſtari dicitur. Et ante omnes illos Ruffinus, ſi tamen Commentarius in Pſalmos ejus eſt: d *Aperte de ipſo ſacramento vult dicere, quo ferebatur in manibus ſuis.* Nam quemadmodum Author noſter ait, *Dominus non dubitavit dicere* hoc eſt corpus meum *cum ſignum daret corporis ſui*, ita & ipſe non dubitavit dicere, Dominum manibus ſuis corpus ſuum geſtaſſe, cum ſignum ipſius geſtaret. Quarto, in eadem ſecunda concione ſe amplius explicans, ait: *Ipſe ſe portabat quodammodo cum diceret, hoc eſt corpus meum.* Quo adverbio innuit Dominum proprie loquendo ſe non portaſſe. Illud enim *quodammodò* temperamentum eſt oratorum quo paulo licentius dicta corrigunt ac minuunt, Teſtatur Quintilianus: *Si quid periculoſius finxiſſe videbimur* inquit, *quibuſdam remediis præmuniendum eſt, ut ita dicam, ſi licet dicere, quodammodo, permittite mihi ſic.* Nec obſtat quod excipit Perronius, f *adverbium* quodammodò *non ſemper eſſe terminum diminuentem, ſed aliquando vicè fungi termini tantummodo ſpecificantis*, cujus notionis nonnulla exempla profert, *ſenſumque Auguſtini eſſe, Dominum non ſe portaſſe in propria ſpecie & figura, ſed in altera, videlicet, ſub ſpecie externa & viſibili ſacramenti.* Nam, ut miſſa faciam exempla quæ adducit, quorum aliqua inepte ab illo allata ſunt, ut Theophili locus male ab interprete redditus, nonnulla prorſus contraria ipſius propoſito, ut ad locum ex Sermone in pſalmum tertium ſupra oſtendimus; dico Auguſtinum adverbium illud *quodammodo* adhibere ut terminum diminuentem & ſpecificantem ſimul, ſed eo nihilominus ſenſu quem notavi, non Perroniano. Primo enim, ſi intellexiſſet Dominum corpus ſuum realiter ac ſubſtantialiter accidentibus panis velatum portaſſe, nullomodo ſic eſſet locutus, *ipſe ſe portabat quodammodo.* Nemo enim niſi delirus de eo qui panem linteo involutum ferret, ſic loqueretur: panem quodammodo portat. Deinde, Auguſtinus ipſe paulò poſt illud rurſum *quodammodo* de ſacramento exponit, ut dicatur Dominus ſeipſum ſeu corpus ſuum manibus portaſſe, quia manibus portabat corporis ſui ſacramentum, ſeu ſacrum ſignum: *Apertè modo*, e inquit, *de ſacramento vult dicere quod ferebatur in manibus ſuis.* Et rurſum ibidem: *figurate ſacramentum Dominicum oſtendebat.* Denique, ut oſtenderet, quid proprie illud eſſet quod Dominum manibus ſuis geſtaſſe intelligebat, id alibi de pane exponit: *Cœnam*, g inquit, *manibus ſuis conſecratam Diſcipulis dedit, ſed nos in illo convivio non diſcubuimus, & tamen ipſam cœnam quotidiè fide manducamus. Nec magnum putetis in illa cœna quam manibus ſuis dedit ſine fide interfuiſſe: melior extitit fides poſtea, quam tunc perfidia. Non ibi fuit Paulus qui credidit; ibi fuit Judas qui tradidit. Quam multi & modò in ipſa cœna, quamvis illam tunc menſam non viderint, nec panem quem Dominus geſtavit in manibus oculis ſuis aſpexerint, aut faucibus guſtaverint, tamen quia ipſa nunc præparatur, quam multi etiam nunc in ipſa cœna judicium ſibi manducant & bibunt?* Vbi notandum, illum docere, non modo illud quod Dominus manu geſtabat, edendumque diſcipulis dabat, panem fuiſſe, ſed & ejuſmodi panem qui hodiè communicantium nec oculis videatur, nec faucibus guſtetur, quamvis eamdem cum Diſcipulis cœnam accipiant. Unde invictè ſequitur id quod Dominus geſtabat, proprijſque manibus Diſcipulis dabat, verum panem ex ipſius mente fuiſſe, nec niſi in ſacramento, ſeu ſigno Domini corpus. Nam ſi Dominicum corpus propriè ac ſubſtantialiter fuiſſet, quomodo diceret eos qui hodiè eamdem cœnam Dominicam ſumunt, & ad judicium etiam manducant & bibunt, faucibus non guſtare, id eſt, ore non edere eum panem quem Dominus manibus geſtabat, quem Diſcipulis edendum

Auguſtinus.

q *De promiſſ. & prædictio. part. 2. c. 25.*

r *In Pſalm. 33.*

a *Hæc verba parèſthesi inclusa malè omiſſa ſunt in libris editis.*

b *In Chron. in 3. ætat.*

c *Des noms du ſacrem. c. 7. p. 102.*

d *In Pſalm. 33.*

e *Inſtit. orat. l. 8. c. 3.*

f *Refut. c. 19.*

e *In enarratione Pſalmi.*

g *De verbis Domin. ſerm. 33.*

Auguſtinus.

dum porrigebat, quemquè ij ore ſumpſerunt olim ac faucibus guſtaverunt? Nonnè ex ipſorum Adverſariorum hypotheſi illi quoque qui Euchariſtiam indignè participant & ad judicium ſuum, ipliſſimum Chriſti corpus & ſanguinem ore ſumunt & faucibus guſtant? Id tamen ab illis fieri negat Auguſtinus. Intelligit ergò panem verè dictum fuiſſe quem Dominus geſtabat manibus, edendumque dabat, ac quem Diſcipuli oraliter comederint, numero quidem ab eo qui jam in eadem cœna manducatur differentem, ſed eumdem in ratione myſterij ſeu ſacri ſigni. Quid clarius? Colligo jam ſummam Auguſtiniani loci: *Dominus ferebat corpus ſuum, cum diceret, hoc eſt corpus meum*; hoc eſt, *ferebat illud quodammodo*; id eſt, *ferebat ſacramentum corporis ſui*; id eſt, *panem ferebat in manibus.* Quid hoc in rem Adverſariorum?

Decima objectio ducitur ex tractatu viceſimo ſexto in Joannem, ubi Auguſtinus explicans hæc Domini verba, *panis quem ego dabo caro mea eſt pro mundi vita*; ait: *Hoc quando caperet caro, quod dixit panem carnem? Vocatur caro quod non capit caro*, &c. At profecto, inquit Bellarminus, *facillimè caperet caro, panem eſſe carnem ſignificative.* Verum, ſi dixero per panem Auguſtinum ibi non intelligere panem ſacramentalem, ſed panem qui de cœlo deſcendit per incarnationem, ac ſenſum ipſius eſſe, hominem carnalem non capere quomodò Verbum divinum caro ſit, nonnè in fumos abibit argumentum Bellarminianum? Sed illi pro nobis aliter quoque reſpondeat Perronius: *Auguſtinus*, [h] inquit, *propter metum Catechumenorum verba Domini de carne & ſanguine ſuo exponis, non de vera & reali carne, ac de vero & reali ſanguine, quamvis ſenſus ſit directus & immediatus verborum Chriſti, ſed de corpore morali & politico Chriſti, nempè, de ſocietate Eccleſiæ. Nam exponens hæc verba, panis quem ego dabo caro mea eſt pro mundi vita, &, qui manducat carnem meam & bibit meum ſanguinem habet vitam æternam, & caro mea vere eſt cibus & ſanguis meus vere eſt potus*, ait: *Norunt fideles corpus Chriſti, ſi corpus Chriſti non negligant eſſe, fiant corpus Chriſti ſi volunt vivere de Spiritu Chriſti. Et iterum: hunc cibum & potum ſocietatem vult intelligi corporis & membrorum ſuorum, quod eſt Sancta Eccleſia in prædeſtinatis & vocatis, & juſtificatis, & glorificatis ſanctis & fidelibus ejus.*

h *De Euch. l. 3. c. 11.*

Undecima objectio ducitur ex tractatu quadrageſimo ſeptimo, in quo exponens hæc Salomonis verba, *Si ſederis cenare ad menſam potentis, ſapienter intellige quæ apponuntur tibi*, &c; ait: *Menſa potentis quæ ſit, noſtis, ubi eſt corpus & ſanguis Chriſti.* Et ex octuageſimo quarto, ubi ſimiliter dicit: *Quæ menſa eſt potentis, niſi unde ſumitur corpus & ſanguis ejus qui animam ſuam poſuit pro nobis? Et quid eſt ad eam ſedere, nisi humiliter accedere? Et quid eſt conſiderare & intelligere quæ apponuntur tibi, niſi digne tantam gratiam Cogitare?* Hæc & ſimilia objicit [a] Coffetellus: Verum non indicat quid ex eis inferre velit. Veriſimile tamen eſt illi propoſitum eſſe urgere appellationem corporis & ſanguinis Chriſti: quaſi Auguſtinus de proprio corpore & ſanguine Domini loqueretur. Sed levis eſt obiectio. Reſpondemus enim Auguſtinum loqui, non de proprio corpore & ſanguine Domini, ſed de ſacramento corporis & ſanguinis ejus, quod ipſemet ait, eſſe *ſecundum quemdam modum* corpus & ſanguinem Domini, ſignificative videlicet, non propriè.

Auguſtinus.

a *Des mont. de Sacram. c. 1.*

Duodecima objectio ducitur ex ſermone ſecundo de Tempore, in quo dicitur: *Invitati ſumus ad menſam, ubi non invenitur cibus hominum, ſed panis Angelorum.* Qui locus ſimpliciter affertur à Bellarmino, nihil ex eo concludente. Id autem, ni fallor, ex induſtria. Vidit enim falſum eſſe quod ibi dicitur. Corpus quippe Chriſti non eſt Angelorum cibus, ſed hominum: hîc tamen dicitur eſſe non cibus hominum, ſed Angelorum. Quod verò Auguſtino tribuere, injurium foret. Itaque Eraſmus ac Theologi Lovanienſes ſermonem hunc inter incertos & dubiæ Authoritatis reponunt.

Decima tertia objectio eſt ex ſermone viceſimo octavo de Verbis Domini, ubi hæc verba reperiuntur: *Dixi vobis, quod ante verba Chriſti quod offertur panis dicitur, ubi verba Chriſti deprompta fuerint, jam non panis dicitur, ſed corpus appellatur.* At, inquit [b] Vaſques, *ſi panis ſubſtantia reipſa maneret, nihil obeſſet quominus panis etiam diceretur; nam multo majori ratione à propria ſubſtantia, quam ab aliena, quam contineret, nomen acciperet.* Verum reſpondeo primò ſermonem hunc Auguſtini non eſſe, quod & [β] Eſtius obſervavit, ſed eſſe caput quartum Libri quinti de Sacramentis inter opera Ambroſij, quos etiam Libros nec ipſius Ambroſij eſſe loco ſuo oſtendimus. Secundo, mentem Authoris non eſſe, panem Euchariſtiæ poſt conſecrationem nullomodo amplius panem nominari: id enim falſiſſimum eſſe infinitis exemplis demonſtrari poteſt; ſed tantum, eum multo frequentius Chriſti corpus (typicum ſcilicet & ſymbolicum) nominari, quam panem? quemadmodum cera cum regium ſigillum facta eſt, ſigillum regium potius quam cera communiter appellatur. A Nobiliori enim parte plerumque fit denominatio. Præſtantius autem eſt Chriſti corpus typicum eſſe, quam ſimplicem & communem panem.

b *Diſput. 180. c. 3.*

β *In 4. diſtinct. 10. §. 5.*

Decima quarta objectio ducitur ex ſermone ſecundo de verbis Apoſtoli. Verum de hoc loco infra prolixè agemus ad propoſitionem quintam.

Decima quinta objectio ducitur ex Libro

Auguſtinus. c *Hom.* 26.

quinquaginta homiliarum, in quarum c una dicitur: *Interrogo vos fratres, vel ſorores, dicite mihi, Quid vobis plus eſſe videtur verbum Dei, quam corpus Chriſti? Si verum vultis reſpondere, hoc vtique dicere debetis, quod non ſit minus verbum Dei, quam corpus Chriſti. Et ideo quanta ſollicitudine obſervamus, quando nobis corpus Chriſti miniſtratur, ut nihil ex ipſo de noſtris manibus in terram cadat, tanta ſollicitudine obſervemus, nè verbum Dei quod nobis erogatur, dum aliquid aut cogitamus, aut loquimur, de corde noſtro pereat. Quia non minus reus erit qui verbum Dei negligenter audierit, quam ille qui corpus Chriſti in terram cadere negligentia ſua permiſerit.* At, inquit d Perronius, *ſi id quod erat in manibus fidelium, non erat niſi ſimplex ſignum corporis Chriſti, non autem verum ac reale Chriſti corpus, quæ comparatio inter panem corporalibus manibus receptum in ſignum corporis Chriſti, & verbum Dei receptum in cordibus & animabus auditorum? Quæ rurſum æqualitas & comparatio inter hæc duo, permittere panem corporis Chriſti figurativum è communicantium manibus in terram cadere, & permittere verbum Dei de corde perire? Et quandoquidem in hac comparatione agebatur, non de extollenda ſacramenti dignitate per comparationem cum verbo, ſed de commendanda verbi dignitate per collationem cum ſacramento, quamobrem ibi ſacramentum perpetuò corpus Chriſti appellaret, & non ſignum corporis Chriſti, ſi corporis Chriſti ſignum tantum fuiſſet? An non validior fuiſſet conſequentia à minore ad majus argumentari, & dicere: tantum honoris ſacramento quod corporis Chriſti non niſi ſignum eſt, defertis, ut nihil ipſius in terram cadere permittatis, quanto plus igitur ejus verbo deferre debetis, nec permittere ut è cordibus veſtris decidat, ac pereat?* Reſpondere primo poſſem in genere, Perronium ipſum monere, e *plures ex iis homilys non modò Auguſtini non eſſe, ſed etiam* f *Auguſtinum citare*; ac g Poſſevinum obſervare ſeptem tantum illarum (quarum viceſima ſexta ſupra citata una non eſt) in indiculo Poſſidij reperiri, de reliquis h ambiguum eſſe. Reſpondere quoque ſecundò poſſem in ſpecie, i Eſtium & Theologos Lovanienſes viceſimam ſextam hanc homiliam inter ſuppoſititias recenſere, &, nî fallor, jure merito, cum barbari ſcriptoris ſit qui ad finem ejus ſic loquitur, *non toti viri vel mulieres voluerunt hodie ad vigilias convenire.* Sed nolo impræſentiarum hoc præjudicio vti. Auguſtini ſit hæc homilia: Reſpondeo, illum re ipſiſſimè comparare ſacramentum cum verbo, tum quia ſacramentum ſignum eſt perinde ac verbum, tum rurſus, quia ſacramentum eſt i *viſibile verbum*, ut illud appellat, tum denique, quia ſacramentum cum k *fide* & reverentia ſuſcipi debet, quemadmodum & verbum: quod autem illud, non ſignum corporis Chriſti, ſed corpus Chriſti indigetat, id ab eo fieri, non quod ipſum cenſuerit proprie ac ſubſtantialiter corpus Chriſti eſſe (loquitur enim de ejuſmodi corpore cujus aliquid a toto divulſum ſeorſum in terram cadere poteſt, quod de proprio Domini corpore falſo & abſurde diceretur, nec niſi de pane qui corpus ejus typicum eſt, affirmari poteſt) ſed quia corporis appellatio honorabilior eſt, quam ſigni. Undè Theodoretus ajebat, l *Dominus viſibilia ſymbola corporis & ſanguinis ſui appellatione honoravit, non naturam mutans, ſed naturæ gratiam adjiciens.*

Auguſtinus.

l *Dialog.* 1.

Decima ſexta objectio ducitur ex ſermone ad Neophytos, qui quidem non extat in Auguſtini operibus, ſed tantum ſub ejus nomine citatur à m Paſchaſio, à quo Lanfrancus, Yvo & Gratianus eum deſumpſerunt. Verba ipſius ſunt: *Hoc accipite in pane quod pependit in cruce, hoc accipite in calice quod manavit de Chriſti latere*; Quæ Bellarmino & n Perronio veriſimiliter adeò clara viſa ſunt, ut illis ſatis fuerit ea ſimpliciter proferre. Sed primo, non tanti eſt Paſchaſius ut ſub ejus fide locum hunc tanquam Auguſtinianum neceſſario admittere debeamus, aut velimus. Secundo, locus hic craſſe intellectus conſubſtantiatoribus potius favet, quam tranſſubſtantiatoribus, quem etiam ideo primum omnium objicit, Heſhuſius. Ait enim, *corpus Chriſti accipi in pane*, panem remanere ſtatuens, & in eo (ſi quidem ita eſt) accipi Chriſti corpus. Tertio denique dico, illum nec his, nec illis favere. Supponunt enim verbum *accipite* de ſumptione per manum eſſe exponendum. Id vero negamus, & dicimus ibi poni pro *intelligite*. Nam communiſſima eſt verbi hujus in hunc ſenſum acceptio. Sic enim Gaudentius: a *in capite divinitatem accipias*. Sic Ambroſius; b *Melchiſedek in Chriſti typo ſacerdotem Dei accipimus*. Sic Hieronymus: c *In Semei accipiuntur Doctores*: d *in publicanis omnium peccatorum accipi poſſunt perſonæ*: e *in Sanctis diverſitas carnis & ſanguinis accipitur*. Sic Heſychius: f *in thure accipiatur oratio*. Sic Gregorius: g *Tonitruus ejus prædicatio accipitur*. Sic denique ipſemet Auguſtinus: h *ipſum Salomonis vocabulum ad figuratam ſignificationem adhibitum, ut in eo Chriſtus accipiatur*. Jam verò quid illi erit, *hoc accipite, ſeu intelligite, in pane quod pependit in cruce, hoc accipite ſeu intelligite in calice quod fluxit ex latere?* An corpus Chriſti realiter eſſe in pane, ſanguinem in calice? Sanguis ejus hac ratione ab ipſa carne ſeparatus foret, & extra venas effuſus: quod falſiſſimum tamen eſt. Voluerit tantum, Domini corpus in pane & ſanguinem in calice repræſentative eſſe: quemadmodum alibi fidelibus ait, i *vos eſtis in calice*. Sed & rurſum dicere potuerit, Domini corpus in pane eſſe intelligendum quemadmodum Cyrillus ait, k *in petra Chriſtum intelligi*, repræſentatum ſcilicet, non autem contentum

m *In Epiſt. ad Frudegard. Lanfranc. de ſacram. Yvo in epiſt. ad Aimeryc. & decret. part.* 2. *c.* 9.

n *Refut. c.* 9. *p.* 73.

o *De præſenc. corpor. Chriſti.*

a *In Euſt. tract.* 2.
b *De fide l.* 3. *c.* 5.
c *In Zachar.* 12. 13.
d *De filio prodigo.*
e *In cap.* 1. *epiſt. ad Ephes.*
f *In Leviticu l.* 1.
g *In Iob. l.* 29. *in veterib. edit. c.* 16. *in recèt.* 13.
h *In Pſalm.* 71. *vide & epiſt.* 59.

i *Apud. Bedam. in* 1. *Cor.* 10.
k *Oecolamp. in Numer. εἰς πέτραν τοῦτο δὲ ἐστὶν ὁ Χριστός.*

a *De Euch. l.* 1. *c.* 9.

ſcitatur tãtum 9. 4.

g *In appar. tom.*

h *Prima pars* 16, *eſt pars ultima præfat. in Pſalm.* 148. 21. *a eſt pars prior commentar. in Pſalm.* 10. *paucis initio & fini additis.*

i *In* 4. *diſt.* 10. §. 1.

i *Contr. Lamb. l.* 19. *c.* 16. & *in Ioan. tract.* 80.

k *De Verb. Dom. ſerm.* 33.

Auguſtinus. tentum. Mens enim ejus tantum eſt docere, panem & calicem, cùm ſacramenta ſeu ſacra ſigna ſint, nobis in mentem revocare debere res ab illis figuratas, congruenter eorum definitioni: [1] *ſignum enim eſt quod ſeipſum ſenſui, & aliud animo oſtendit.*

[1] *De princip. dialect. c. 5.*

Decima ſexta objectio ducitur ex ſermone quodam à [m] Beda citato, qui & jam reperitur inter ſermones de [n] diverſis, ubi Auguſtinus ait: *non omnis panis, ſed accipiens benedictionem Chriſti, fit corpus Chriſti.* Verum quid ex hoc loco Adverſarij inferre volunt? panem fieri corpus Chriſti per naturæ ſuæ tranſmutationem? Præclarè. Reſpondebit pro nobis Cyrillus: [o] *fieri, non ſemper naturæ mutationem ſignificat.* Alioqui quando Chryſoſtomus ait, [p] homines *poſt baptiſma Angelos pro hominibus eſſe factos*, ſequeretur ipſos ſubſtantialiter mutari, quod falſum & abſurdum eſt. Intelligit ergò panem per benedictionem (quæ hic Auguſtino conſecratio eſt) corpus Dominicum fieri non propriè & ſubſtantialiter, ſed repræſentativè & ſacramentaliter. Quod & vidit Bellarminus. Locum enim hunc contra Conſubſtantiatores urgens, ait, [q] *Zwinglianos* (ſic enim nos calumnioſè perſtringit, nomina quippè ab hominibus non ducimus) *utcunque reſpondere poſſe, mutatione ſignificationis ex pane fieri corpus*: ad quam reſponſionem nè verbulum quidem excipit.

[m] *In 1. Cor. 10.*
[n] *Serm. 87.*
[o] *In theſaur. aſſert. 20.* τὸ γενέσθαι ἐκ τινὸς φύσεως σημαίνει μεταβολὴν.
[p] *In Acta hom. 13.* ἐπὶ τοῦ φύσεως ἀλλαγὴ ἀντὶ ἀγαθοποιΐας γέγονεν.
[q] *De Euch. l. 3. c. 20.*

Ultima denique objectio ducitur ex tribus locis a Gratiano ſub Auguſtini nomine citatis. Primus eſt: [r] *Caro ejus eſt quam formam panis opertam in ſacramento accipimus, & ſanguis ejus quem ſub vini ſpecie & ſapore potamus.* Secundus eſt: [ſ] *in ſpecie panis & vini quam videmus, res inviſibiles, id eſt carnem & ſanguinem honoramus*, &c. Tertius: [t] *dum frangitur hoſtia, dum ſanguis de calice in ora fidelium funditur*, &c. Verum reſpondeo, hæc Auguſtini non eſſe, ſed Lanfranci Cantuarienſis, per ſummam impudentiam ſub Auguſtini nomine venditata. De primo agnoſcit [u] Bellarminus, de duobus prioribus [x] Perronius, de tertio ego obſervo. Et mirum eſt viros undequaque doctiſſimos in illius primi expoſitione ſudare, cum [y] Yvo Carnotenſis illud ſub formali Lanfranci nomine in decreto ſuo adducat.

[r] *De Conſecrat. diſt. 2. Can. hoc eſt.*
[ſ] *Ibid. Can. nos autem.*
[t] *Ibid. dum frangitur.*
[u] *De Euch. l. 3. c. 24.*
[x] *Refut. c. 8.*
[y] *Decret. part. 3. c. 9.*

PROPOSITIO TERTIA.

In Euchariſtia verum panem manducari.

CAPUT IV.

TERTIA propoſitio quam ex Auguſtino probandam ſuſcepimus, eſt, *in Euchariſtia verum panem propriequè dictum manducari*: quod tranſſubſtantiationis figmentum prorſus explodit. Ad id autem præſto nobis ſunt aliquot ipſius loca. Auguſtinus.

Primus locus ducitur ex tractatibus in Joannem, ubi occaſione verborum Apoſtoli, *Omnes eamdem eſcam ſpiritalem manducaverunt, & omnes eumdem potum ſpiritalem biberunt*, oſtendere volens convenientiam ac diſconvenientiam quæ inter ſacramenta Vetera & noſtra intercedit, ait: *Patres*, [a] inquit, *manducaverunt, ſpiritalem utique eamdem, nam corporalem alteram, quia illi manna, nos aliud; ſpiritalem verò quam nos, ſed patres noſtri, non patres illorum, quibus nos ſimiles ſumus, non quibus illi ſimiles fuerunt.* Et *adjungit*: & omnes eumdem potum ſpiritalem biberunt, *aliud illi, aliud nos, ſed ſpeciè viſibili quidem, tamen hoc idem ſignificante virtute ſpirituali. Quomodò eumdem potum?* Bibebant, *inquit*, de ſpiritali ſequente petra: petra autem erat Chriſtus. *Inde panis, inde potus. Petra Chriſtus in ſigno, verus Chriſtus in verbo & in carne.* Et rurſum: [b] *Eumdem potum ſpiritalem biberunt: ſpiritalem eumdem, nam corporalem non eumdem. Quid enim illi bibebant?* Bibebant enim de ſpiritali ſequente petra, petra autem erat Chriſtus. *Videte ergò, fide manente ſigna variata. Ibi petra Chriſtus, nobis Chriſtus quod in altari Dei ponitur, & illi pro magno ſacramento ejuſdem Chriſti biberunt aquam profluentem de petra, nos quid bibamus norunt fideles: ſi ſpeciem viſibilem intendas aliud eſt, ſi intelligibilem ſignificationem eumdem potum ſpiritalem biberunt.* Similia quoque habet in Pſalmum ſeptuageſimum ſeptimum: *Idem in myſterio cibus illorum qui noſter, ſed ſignificatione idem non ſpeciè, quia idem ipſe Chriſtus illis in petra figuratus, nobis in carne manifeſtatus eſt, &c: omnes quidem eumdem cibum ſpiritalem manducaverunt, & eumdem potum ſpiritalem biberunt, id eſt, ſpiritale aliquid ſignificantem.* Quibus omnibus in locis apertiſſimè indicat nos in Euchariſtia verum panem & vinum manducare & bibere. Ait enim, nos corporalem (in genere, ſcilicet) cibum ac potum edere & bibere, quemadmodum Veteres cibum ac potum corporalem ederunt ac biberunt. Per corporalem autem cibum ac potum neceſſariò deſignat, aut accidentia panis & vini, aut corpus & ſanguinem Chriſti, aut verum panem & vinum propriè ſic appellata. Primum illud dici non poteſt. Nam accidentia panis & vini, nihil aliud ſunt quam qualitates & dimenſiones. At, nec qualitates, nec dimenſiones, corporales ſunt, aut corpus ſunt. De qualitatibus teſtatur Nemeſius: *Qualitas*, [c] inquit, *eſt aliquid incorporale*, De dimenſionibus Auguſtinus: [d] *Corpus* (dicimus) *naturam quamlibet longitudine, latitudine, altitudine, ſpatium loci occupantem.* Utriuſque rationem reddit idem Nemeſius, *nihil*, [e] inquit, *immateriale corpus*

[a] *In Ioan. tract. 26.*
[b] *In Ioan. tract. 45.*
[c] *De animâ, ἀσώματόν τι τυγχάνει.*
[d] *De Geneſ. ad litter. lib. 7. c. 21.*
[e] *Ibid.* οὐδὲν ἄυλον, ἢ σῶμα. πᾶν γὰρ σῶμα ὑποκείμενόν τι.

Auguſtinus.

corpus eſt, omne enim corpus materiale eſt. Deinde cum Auguſtinus ſupponat in genere, nos in Euchariſtia eſcam corporalem edere, ſicut & olim Veteres eſcam corporalem ederunt, (quamvis in ſpecie neget eamdem fuiſſe eſcam illorum cum noſtra) undè & [b] alibi utrorumque ſacramenta *corporalia ſacramenta* vocat; adjectivum *corporalem* utrobique eodem ſenſu ſumit. At quando ait veteres corporalem eſcam ediſſe, id de vera ſubſtantia corporali intelligit: pariter itaquè cum & de nobis loquitur. Tertiò idem evincit ratio cibi & potus. Nam qualitates & dimenſiones cum immateriales ſint, cibus & potus eſſe nequeunt. Teſtatur idem qui ſupra Nemeſius: [c] *nullum corpus alitur ex eo quod corpore vacat.* Et Nyſſenus: [d] *quomodo res incorporea corpori cibus fieret?* Denique id patet ex eo quod ſubjungit Auguſtinus, eſcam noſtram non eamdem eſſe cum eſca Judæorum, *ſi ſpeciem viſibilem intendas.* Per ſpeciem enim viſibilem utriſque in genere communem, in ſpecie differentem, veram ſubſtantiam viſibilem intelligit, quemadmodum quando ait in ſermone ad infantes, *ut ſit ſpecies viſibilis panis, multa grana in vnum conſperguntur*: nec aliter unquam his vocabulis utitur. Secundum quoque dici non poteſt. Nam per cibum & potum corporalem quem nos in Euchariſtia edere & bibere ait, intelligit ſubjectum viſibile, ut ex verbis præcedentibus liquet. At corpus & ſanguis Domini in Euchariſtia inviſibilia prorſus ſunt, fatentibus Adverſarijs. Deindè, & deſignat ejuſmodi cibum & potum qui licet ſpecie differat a cibo & potu Judæorum, idem tamen cum illis ſit, ſi ſpectetur utrorumque ſignificatio ſeu relatio ad Chriſtum cujus utrique ſigna fuerunt. At idem non poteſt ad ſeipſum referri relatione reali: *quid enim abſurdius*, ait ipſemet [e] Auguſtinus, *quam imaginem ad ſe dici?* Per hunc ergo cibum & potum, corpus ipſum & ſanguinem Domini non intelligit. Supereſt utique ut per eos verum panem verumque vinum deſignet, proinde non immutata ratione ſubſtantiæ. Confirmatur amplius. Auguſtinus enim ſubdit: *Videte ergo, fide manente ſigna variata. Ibi petra Chriſtus, nobis Chriſtus quod in altari ponitur, & illis pro magno ſacramento ejuſdem Chriſti biberunt aquam profluentem de petra, nos quid bibamus norunt fideles, ſi ſpeciem viſibilem intendas, aliud eſt, ſi intelligibilem ſignificationem, eumdem potum ſpiritalem biberunt.* Clariſſimè in rem noſtram. Quid enim ex ipſius mente eſt, id quod in altari ſeu menſa Euchariſticâ ponitur ad Chriſtum ſignificandum? Annon panis? Hoc ipſum alibi indicat, inquiens: [f] *Precationes accipiamus dictas quas facimus in celebratione ſacramentorum, antequam illud quod eſt in Dominimenſa incipiat benedici, orationes cum benedicitur & ſanctificatur & ad diſtribuendum communitur.* Verus enim ac propriè dictus panis eſt qui benedicitur & ſanctificatur. Rurſum, quandò ait, *Nos quid bibamus norunt fideles*, innuit ſe, per potum illum, aliquid intelligere ſolis fidelibus ſive baptizatis notum, haud initiatis ignotum. Quod autem ignotum haud initiatis, erat in Euchariſtia bibi, an non erat vinum bibi? Teſtatur ipſemet Auguſtinus jam a nobis ſupra citatus: *qui noverunt ſcripturas*, [g] inquit, *ſciunt quid protulerit Melchiſedek ſacerdos Dei excelſi, quando benedixit Abraham. Non oportet ut hoc memoremus propter Catechumenos: fideles tamen agnoſcunt quemadmodum ante prophetatum ſit quod modò videmus impleri.* Intelligit ergò differentiam inter Judæos & nos eſſe, quod illi manna & aquam ederint & biberint in ſacramentis ſuis, nos vero in Euchariſtia panem & vinum edamus & bibamus; ac rurſum, quod ſacramenta illorum Chriſtum venturum ſignificaverint, noſtra Chriſtum actu manifeſtatum ſignificent; denique quod ſacramenta illorum minus virtutis quam noſtra habuerint: Sed tamen, utraque licet [h] *ſigna diverſa, in re qua ſignificatur paria* fuiſſe, eumdem Chriſtum ſpectaſſe, ejuſdemque Chriſti tantummodo ſigna fuiſſe. Ait enim, petram olim fuiſſe Chriſtum, & Chriſtum pariter eſſe id quod in altari ponitur. At petra Chriſtus juxta ipſum appellatur, non quia ipſe Chriſtus fuerit, ſed quia illū ſignificaverit: intelligit ergo id quod in altari ponitur eodem modo Chriſtum eſſe, abſque ulla ſui ſubſtantiali mutatione per ſolam ſignificationem. Ad hæc argumenta ſic concepta non video quid reſponderi poſſit. Quæ enim ad Auguſtini verba verboſiſſimè reponit ac effutit; Perronius, adeo futilia ſunt & ἀπερισκέπτως, ut ea referre inutile prorſus foret, cum rationes noſtras non attingant.

Auguſtinus.

Secundus locus ducitur è tertio de Trinitate libro, in quo de rebus ad ſignificationem aſſumptis loquens, ait: [k] *aliquando ad hoc ſit eadem ſpecies, vel aliquantulum manſura, ſicut potuit ſerpens ille aneus exaltatus in eremo, ſicut poſſunt & littera: vel peracto miniſterio tranſitura, ſicut panis ad hoc factus in accipiendo ſacramento conſumitur.* Quid enim eſt panem conſumi, niſi panem edendo conſumi? Annon autem panis eſt in Euchariſtia, etiam poſt conſecrationem, ſi panis per manducationem in ſacramento conſumitur?

Reſpondet primo Bellarminus: *panis qui in altari ponitur, peracta celebratione conſumitur: Nam conſumitur quoad interiorem ſubſtantiam peracta conſecratione.* Verū, ineptiſſimè. Nam ſi ea Auguſtini mens fuiſſet, non dixiſſet, panem *peracto miniſterio* (hoc eſt, conſecratione, ut exponit adverſarius) vel, ut loquitur paulo poſt, [l] *peracta pietatis celebratione* tranſire & conſumi: Nam panis peracta conſecratione per conſecrationem conſumi, non niſi ridicule

[b] *Contr. Fauſt. l. 19. c. 16.*

[c] *Ibid.* οὐδὲν σῶμα ἀναπόλυτον σῶμα.

[d] *De vita Moſis.* πῶς σώματι τροφὴ γένοιτο τὸ ἀσώματον;

[e] *De Trinit. l. 7. c. 1.*

[f] *Epiſt. 59.*

[g] *Serm. 10. ex 17. Pariſienſ.*

[h] *In Ioann. tract. 26.*

[i] *De Euch. l. 1. c. 10.*

[k] *De Trinit. l. 3. c. 10.*

[l] *De Trinit. l. 3. c. 10.*

Auguſtinus.

cule dici poteſt; ſed potius, panem per conſecrationem tranſire & conſumi. Contra vero dicit panem peracta conſecratione conſumi, conſumptionem panis ad ſignificandum facti, id eſt, conſecrati, à conſecratione diſcriminans, tanquam aliquid quod poſt fit, ab eo quod prius factum eſt. Deinde formaliter dit, panem illum *in accipiendo ſacramento* conſumi. Loquitur igitur de conſumptione quæ fit poſt conſecrationem: non enim niſi poſt conſecrationem accipitur, ac rurſum, de conſumptione quæ fit à ſacramentum accipientibus, non autem de ea quæ per conſecrationem fiat.

Reſpondet ſecundo, *panem quoad externam formam conſumi, dum manducatur. Nec enim dubium eſt, quin Auguſtinus loquatur de ſymbolo tantum viſibili: nam loquitur de corporalibus formis, in quibus Deus vel Angeli apparebant, & cum eis comparat ſymbola Euchariſtiæ.* Perronius ſimiliter: [m] *Auguſtinus, per conſumptionem panis, non intelligit conſumptionem ſubſtantiæ panis quæ jam inviſibiliter in conſecratione conſumpta fuerat juxta hæc Chryſoſtomi verba*, puta hîc myſteria conſumi corporis ſubſtantia, *ſed de conſumptione ſpeciei externæ panis quæ viſibiliter in manducatione fit; quemadmodum quando idem Auguſtinus ait, eodemque capite, de ſpeciebus ſub quibus perſonæ Trinitatis apparuerunt*, aliquandò ad hoc exoritur, & re peracta rurſus abſumitur: *Et Libro præcedente*, [n] ad hoc corporalis rerum illarum extitit ſpecies ut aliquid ſignificaret atque præteriret: *Et in Epiſtola ad Evodium*; [o] Nec vocem Patris, nec animam & carnem filij, nec columbam Spiritus Sancti eſſe factam, niſi eadem cooperante Trinitate. Nec ſane ſonus ille vocis, qui continuò eſſe deſtitit, coaptatus eſt in unitatem perſonæ Patris, nec illa columbę ſpecies corporalis coaptata eſt in unitatem perſonæ Spiritus Sancti. Nam ipſa quoque, ſicut nubes illa lucida, quæ operuit in monte cum tribus Diſcipulis Salvatorem, vel potius ſicut ille ignis qui eumdem Spiritum Sanctum demonſtravit, officio ſignificationis impleto, mox eſſe deſivit; *propoſitum ipſum non eſt inducere lectores ad credendum res illas, & præſertim ignem qui deſcendit ſuper Apoſtolos, & columbam deſtructa fuiſſe ſecundum eſſe ſubſtantiale ignis & columbæ, quod illis defuiſſe ibidem aſſerit, ſed ſecundum eſſe externum & apparens ignis & columbæ quod habebant.* Verum, ut præteream Perronium graviſſime allucinari in loco Chryſoſtomi, cujus mentem eſſe, myſteria, hoc eſt, panem & vinum per corporis noſtri illa manducantis & bibentis ſubſtantiam conſumi ut loco ſuo oſtendimus; Adverſariorum ſubterfugium facillime confutatur. Eò enim per ambages redit, in Auguſtini verbis panem intelligi de accidentibus panis: quod ineptum eſt. Primo enim Auguſtinus generatim docet, a *monſtruoſum eſſe & à veritate*

m *Refutat.* c. 14.

n *Lib. 2. c. 6.*

o *Epiſt. 102.*

p *Soliloqu. l. 2. c. 12.*

alieniſſimum, accidentia ſine ſubjecto ſubſiſtere, ut ſupra jam notavimus. Deinde, panis accidentia, panis non ſunt, nec panis de illis prædicari poteſt: ſubſtantia enim de accidẽtibus ſuis abſtracte ſpectatis prædicabilis non eſt. Nec eadem illorum ratio eſt, quæ ignis ac columbæ apparentis. Nam ignis & columba poſſunt appellari propter ſimilitudinem quam habent cum vero igne veraque colũba, ſive ratione figuræ, ſive etiam ratione nonnullarum qualitatum: accidentia autẽ panis à ſubſtantia ſuâ quæ verus panis eſt ſeparata nullam prorſus cum ea ſubſtantia ſimilitudinem habent, ac proinde panis non poſſunt indigetari. Tertio, Auguſtinus ait, *panis ad hoc* (videlicet, ad ſignificandum) *factus.* Factus autẽ ibi eſt *conſecratus.* Quinam ergo panis ille eſt qui ad ſignificandum efficitur & conſecratur, accidentia-ne panis tantummodo, an verus panis? Verum panem conſecrari apud omnes in confeſſo eſt: verum ergò panem Auguſtinus intelligit. Nec juvaret excipere, panem conſecratum non amplius eſſe verum panem. Nam panem ad ſignificandum conſecrare nihil aliud eſt, quam ex communi quod erat, ſacrum ſignum efficere. Aliquid autẽ conſecrare ſeu ſignum ſacrum efficere, eſt ei aliquid addere & illud nobilitare, non autem propriam ſubſtantiam deſtruere: alioquin, ut Gelaſius de re alia loquens optime monebat, ſubſtantia b *non ſublimata, ſed abolita potius inveniatur.* Quin, & hæc conſequentia neceſſaria & certiſſima eſt, verus panis conſecratur, ergò id quod conſecratum eſt, verus panis eſt. Quarto Auguſtinus loquitur de eo pane qui tanquam cibus accipiatur & comedatur. Atqui accidentia panis, hoc eſt, qualitates & dimenſiones meræ, cibus non ſunt: & abſurdiſſimum eſt dicere, quantitates & qualitates manducari. Denique exempla ab Adverſarijs allata, nec quadrant ad propoſitum, nec illis patrocinantur. Dico, non quadrare ad propoſitum. Nam columba illa per quam viſibiliter oſtendebatur Spiritus Sanctus, non ſimpliciter columba dicta eſt, ſed c *velut columba*, nec ignis ille qui in Apoſtolos deſcendit ſimpliciter ignis, ſed d *lingua tanquam ignis.* quod & Auguſtinus ipſe obſervat loco ſecundo à e Perronio indicato. Non autem pariter *panem hunc tanquam panem* vocat, ſed ſimpliciter, panem; *panis* (inquit) *ad hoc factus.* Dico quoque non favere. Nam quamvis columba illa non fuerit verum animal vivens, nec ignis ille verè ac propriè ignis, ſed ſpecies ad tempus effictæ, veræ tamen erant & artificiales ſubſtantiæ, veraque corpora, non autem accidentia neſcio quæ ſine ſubjecto: undè & idem judicium de pane ferendum, eum videlicet de ſolis accidentibus non eſſe intelligendum, præcipuè cum Auguſtinus expreſſe moneat colũbam & ignem

Auguſtinus.

b *De duab. natur.*

c *Matth. 3. 16.*

d *Act. 2. 3.*

e *De Trinit. l. 2. c. 5.*

non

[illegible] the Bank of England [illegible] the Bank of England [illegible] the Bank of England [

Auguſtinus.

Cum videritis filium hominis aſcendentem vbi erat prius, certe vel tunc videbitis quia non eo modo quo putatis erogat corpus ſuum, &c. Supereſt itaque ut loquatur de vero pane qui in menſa Euchariſtica (quemadmodum [e] alibi notat) ponitur, *benedicitur & ſanctificatur & ad diſtribuendum comminuitur*, ideoque plurali numero [f] *partes* ſolebat appellari.

[e] *Epiſt. 59.* [f] *Auguſt. apud Gratian. de conſecr. diſt. 2. Can. qui manducat.*

CAPUT V.

In quo Solvuntur objectiones quibus Adverſarij probare conantur corpus Chriſti proprium illud eſſe quod nomine corporis & ſanguinis Chriſti appellatum in Euchariſtia editur & bibitur.

SI Adverſarij legitimo certamine circa tertiam propoſitionem nobiſcum certare vellent, afferenda illis eſſent Auguſtini loca, in quibus doceretur verum ac propriè dictum panem & vinum in Euchariſtia non edi & bibi, ſed tantummodò panis & vini accidentia, & corpus ac ſanguinem Chriſti ſub illis latitantia. Verum, cum nulla ejuſmodi loca in Auguſtino reperire queant, alia quædam obtrudunt ad alias propoſitiones magis quam ad hanc pertinentia, & conſubſtantiatoribus potius quam illis in ſpeciem faventia, in quibus ſibi perſuadent Auguſtinum docere, carnem & ſanguinem Chriſti in ſacramenti perceptione manducari & bibi: quæ, qualia ſint, nihilominus operæ pretium eſt expendere.

Primus locus ducitur ex quæſtionibus in Leviticum, ubi ait: [g] *Cum Dominus dicat, niſi manducaveritis carnem meam & biberitis ſanguinem meum, non habebitis vitam in vobis, quid ſibi vult quod à ſanguine ſacrificiorum quæ pro peccatis offerebantur, tantopere populus prohibetur, ſi illis ſacrificijs vnum hoc ſacrificium ſignificabatur in quo vera ſit remiſſio peccatorum: à cujus tamen ſacrificij ſanguine, non ſolum nemo prohibetur, ſed ad bibendum potius omnes exhortantur qui volunt habere vitam?* At certè, inquit Bellarminus, *quæſtio iſta non modò ſuper-vacanea, ſed etiam ineptiſſima eſſet, ſi tantum in ſigno & ſpiritualiter ſanguinem Domini ſumeremus. Non enim prohibebantur Iudæi ſanguinem bibere ſpiritualiter per fidem, ſed corporaliter.* Similia habent [h] Perronius & [i] Coffetellus obſervantes, *antitheſin eſſe inter prohibitionem legalem ſanguinis bibendi, & Evangelicum ipſius bibendi mandatum, quæ nulla foret ſi præceptum de bibendo ſanguine, de illo in ſigno aut ſpiritualiter hauriendo acciperetur.* Sed levis eſt objectio. Antitheſis enim illa ab Auguſtino propoſita inter veterem typici ſanguinis prohibitionem, & hodiernam bibendi ſanguinis Chriſti juſſionem, modum ſumptionis non ſpectat, ut Adverſarij ſupponunt, ſed ſumptionem in ſe, quocumque modo ipſa fiat. Et mirum eſt Bellarminum contrarium urgere, cum ipſemet [k] alibi, ut ſe expediat ab hoc loco pro calicis communione à noſtris objecto, reſpondeat, *eum non vim facere in modo bibendi, ſed in ipſa ſumptione ſanguinis.* Eà autem ratione dico quæſtionem Auguſtini minimè ſuper-vacaneam & ineptam eſſe, ſed rectam & prudentem, ſive per ſanguinem Chriſti de quo loquitur, *ſanguinem in ſigno* ſeu *ſacramentum ſanguinis*, de quo interdum verba Domini apud Joannem exponit, ſive *ſanguinem proprium* quâ in morte Domini pro peccatis effuſum ac ſpiritualiter ſumendum intelligat. Nam ſi loquatur de ſacramento ſanguinis quod [l] *ſecundum quemdam modum ſanguis Chriſti eſt*, an non meritò quærit, cur ſanguis animalium ſanguinis Chriſti effundendi figurativus olim edi prohibitus ſit, cum vinum quod ejuſdem ſanguinis effuſi ſacramentum & figura eſt ad vitam bibi jubeatur? Nulla enim videtur eſſe ratio cur ille potius quam hoc prohibeatur, cur hoc potius quam ille bibi jubeatur. Sin autem de ſanguine proprio quâ in morte effuſo, an non rurſum jure quærit, cur ſanguis ille typicus prohibitus fuerit edi, cum ad bibendum verum ſanguinem ab illo figuratum exhortentur omnes qui volunt habere vitam? Statuendum enim potius videbatur, ſanguinem illum typicum ſumendum fuiſſe ad ſignificandam proprij ſanguinis Chriſti bibendi neceſſitatem. Utrum autem veriſſimus hic propriuſque ſanguis bibendus ſit oraliter, an ſpiritualiter, ad quæſtionem non intereſt, nec id explicat Auguſtinus: quamquam, ſi verba ejus attentè ſpectentur, poſterius ſatis apertè innuat. Per ſacrificium enim illud in quo dicit veram eſſe peccatorum remiſſionem, ſacrificium crucis intelligit, ac proindè per hujus ſacrificij ſanguinem, ſanguinem quâ actu effuſum. Impoſſibile autem eſt ſanguinem hunc quâ effuſum oraliter jam bibere; mens igitur ipſius eſt de eo ſpiritualiter tantummodo bibendo loqui.

Auguſtinus.

[g] *In Leoitic. q. 57.*

[h] *Refut. c. 6. p. 51. & c. 10. p. 100.*

[i] *Des noms. du ſacrem. Chap. 10. p. 385.*

[k] *De Euch. l. 4. c. 26. §. Decimo.*

[l] *Epiſt. 23.*

Secundus locus objicitur ex Libro decimo ſeptimo de Civitate Dei, in quo exponens hæc Eccleſiaſtæ verba, *non eſt bonum homini, niſi quia manducabit & bibet*, ait: [m] *Quid credibilius dicere intelligitur, quam quod ad participationem menſæ hujus pertinet, quam ſacerdos ipſe mediator novi teſtamenti exhibet ſecundum ordinem Melchiſedek de corpore & ſanguine ſuo? Id enim ſacrificium ſucceſſit omnibus illis ſacrificijs Veteris teſtamenti quæ immolabantur in umbra futuri, propter quod etiam vocem illam in Pſalmo triceſimo & nono ejuſdem mediatoris per*

[m] *Cap. 20.*

Auguſtinus.

panem & vinum? *Dominus ipſe*, inquit *f* Euſebius, *divina œconomia ſymbola Diſcipulis ſuis tradidit, eos jubens proprij corporis imaginem facere. Nam quia nolebat amplius admittere cruenta ſacrificia, nè ea quidem quæ per Moſem in variorum animalium cæde fuerant inſtituta, ſed ut pane tradebat corporis ſui ſigno, convenienter ſplendorem ac puritatem hujus cibi deſignavit Prophetæ cum diceret, g dentes ejus albi ut lac.* Secundo ratione rei ſignificatæ, ſeu modi illam ſignificandi. Nam ſacrificia animalium Chriſtum tanquam victimam quæ futura eſſet ſignificabant, panis autem & vinum quæ typicum Chriſti corpus, ac ſymbolicus ſanguis ſunt, illum veniſſe deſignant: *illis*, *h* inquit, *venturus ipſe pranuntiabatur, ut hinc oſtenderet, quanta religione nos oportet hæc accipere ſacramenta quibus jam veniſſe nuntiatur.* Utrumque autem ſimul complectitur Fulgentius, inquiens: *i Chriſto nunc, id eſt, tempore novi Teſtamenti, cum Patre & Spiritu Sancto cum quibus illi eſt una divinitas, ſacrificium panis & vini in fide & charitate ſancta Eccleſia Catholica per universum orbem terræ offerre non ceſſat. In illis enim carnalibus victimis figuratio fuit carnis Chriſti quam pro peccatis noſtris ipſe ſine peccato fuerat oblaturus, & ſanguinis quem erat effuſurus in remiſſionem peccatorum noſtrorum: in iſto autem ſacrificio gratiarum actio atque commemoratio eſt carnis Chriſti quam pro nobis obtulit, & ſanguinis quem pro nobis idem Deus effudit*, &c. *In illis ergo ſacrificijs quid pro nobis eſſet donandum figurate ſignificabatur, in hoc autem pro impijs annuntiatur occiſus.* Imo & ipſe Auguſtinus in eodem Libro: *a Hujus ſacrificij* (crucis) *caro & ſanguis ante adventum Chriſti per victimas ſimilitudinum promittebatur: in paſſione Chriſti per ipſam veritatem reddebatur, poſt aſcenſum Chriſti per ſacramentum memoria celebratur.* Quid clarius?

Quarta objectio ducitur ex commentario in Pſalmum 40. ubi de Veterum ſacrificiorum ceſſatione loquens, ait: *Sacrificia illa tanquam verba promiſſiva ablata ſunt, data ſunt completiva. Quid eſt, quod datum eſt completivum? Corpus quod noſtis, quod non omnes noſtis, quod vinam qui noſtis omnes, non ad judicium noveritis. Videtè, quando dictum eſt: Chriſtus enim ille eſt Dominus noſter, modo loquens ex membris ſuis, modò ex perſona ſua.* Sacrificium, *inquit*, & oblationem noluiſti. *Quid ergo? Nos jam hoc tempore ſine ſacrificio ſumus? Abſit.* Corpus autem perfeciſti mihi. *Ideo illa noluiſti, ut hoc perficeres, illa voluiſti antequam hoc perficeres. Perfectio promiſſorum abſtulit verba promittentia. Nam ſi adhuc ſunt promittentia, nondum impletum eſt quod promiſſum eſt. Hoc promittebatur quibuſdam ſignis: ablata ſunt ſigna promittentia quia exhibita eſt veritas promiſſa. In hoc corpore ſumus, hujus corporis participes ſumus, quod accipimus novimus, & qui non noſtis noveritis, & cum didiceritis vinam non ad judicium accipiatis. Qui enim manducat & bibit indignè, judicium ſibi manducat & bibit. Perfectum nobis eſt corpus, perficiamur in corpore.* Locum autem hunc ſimpliciter proferunt *b* Bellarminus & *c* Perronius nihil ex eo colligentes: Liquet tamen eos tanquam certum ſupponere Auguſtinum per corpus illud de quo loquitur, proprium Domini corpus intelligere. Nos autem id negamus tribus de cauſis. Prima eſt, quia teſtatur Auguſtinus ſe de ejuſmodi corpore loqui quod nonnulli auditorum ſuorum, videlicet, nondum initiati, non noverant. Corpus autem proprium Domini, non illud eſt quod ignorabant, cum illis quotidie prædicaretur: ſed ignorabant panem tanquam corpus Chriſti typicum in Euchariſtia ſumi; *neſciunt* inquit *d* alibi, *quod accipiant Chriſtum.* Et rurſum: *e Qui noverunt ſcripturas ſciunt quid protulerit Melchiſedek ſacerdos Dei excelſi quando benedixit Abraham. Non oportet ut hoc memoremus propter Catechumenos: fideles tamen agnoſcunt, quomodo ante prophetatum ſit quod modò videmus impleri.* Secunda eſt, quia loquitur de corpore quod ad judicium ſumi poteſt. Nam juxta ipſum, proprium Domini corpus ſeu Dominus ipſe non niſi ad vitam manducatur: *quando*, *f* inquit, *Chriſtus manducatur vita manducatur.* Tertia denique, quia dicit, *in hoc corpore ſumus, hujus corporis participes ſumus, quod accipimus novimus, & qui non noſtis noveritis.* Non enim in proprio Domini corpore ſumus, ſed in corpore ejus typico & ſymbolico, *in pane* ſcilicet per repræſentationem, ut docet in ſermone ad infantes, quemadmodum & rurſum ait, *g vos eſtis in calice.* Tria tamen in contrarium Adverſarij objicere poſſunt.

Primum eſt, corpus illud vocari *completivum* veterum ſacrificiorum; quod dici non poſſe videtur de pane Euchariſtico niſi propriè & ſubſtantialiter Chriſti corpus foret. Verùm falluntur. Primo enim, duo ſunt *completivi* modi: Prior, realis & proprius; Poſterior declarativus & teſtificativus. Priori ſenſu, proprium tantummodo ac naturale Domini corpus eſt veterum ſacrificiorum completivum, idque non quâ in Euchariſtia offertur & editur, ut fingunt Adverſarij, ſed quâ in cruce mactatum & immolatum. Teſtatur ipſe Auguſtinus: *Sacrificia illa* (Veteris teſtamenti) *b* inquit, *figura noſtra fuerunt, & omnia talia multis & variis modis unum ſacrificium cujus nunc memoriam celebramus ſignificaverunt. Unde iſto revelato & ſuo tempore oblato illa de agendi celebritate ſublata ſunt.* Et rurſum: *i Cum quæris, quarè Chriſtianus non animalibus immolatis carnis & ſanguinis ſacrificia offerat Deo, ſi Chriſtus non venit legem ſoluere, ſed adimplere. Reſpondeo, imo propterea magis hoc Chriſtianus jam offerre non debet, quia ea quæ talibus rerum figuris illi prophetabant, immolatione carnis & ſanguinis ſui Chriſtus implevit.* Et paulò poſt:

a Contr. Fauſt. l. 20. c. 21.

f Demonſtrat. l. 8. de Geneſi.

g Geneſ. 49. 12.

h De diverſis ſerm. 74.

i De fide ad Petrum.

Auguſtinus.

b De Euch. l. 2. c. 24. ad fin. locor. ex tom. 5. c Refut. c. 1. p. 8.

d In Ioan. tract. 11.

e Serm. 10. ex 17. Pariſienſ.

f Apud Bedam in 1. Cor. 10.

g Apud Bedam ibid.

h Contr. Fauſt. l. 6. c. 5.

i Contr. Fauſt. l. 19. c. 10. vid. & conter. Adverſar. leg. l. 1. c. 18.

Auguſtinus.

lò poſt: *Cum quæris, cur de carne agni Chriſtianus paſcha non celebret, ſi Chriſtus non venit legem ſolvere, ſed adimplere. Reſpondeo, imò propterea Chriſtianus jam ſic paſcha non celebrat, quia id quod illa figura prænuntiabatur, agnus immaculatus ſua paſſione Chriſtus implevit.* Poſteriori autem ſenſu, panis ſacramentalis veterum ſacrificiorum completivus dici poteſt, quia illa completa eſſe Chriſti paſſione teſtatur: l *ſi antiqui juſti, t* inquit, *pro illis prænuntiativis ſacramentis, & rerum nondum impletarum figuris, omnia dura & horrenda perpeti parati fuerunt, & plerique perpeſſi ſunt*, &c; *quanto magis nunc pro baptiſmo Chriſti, pro Euchariſtia Chriſti, pro ſigno Chriſti, ad omnia perferenda paratior eſſe debet Chriſtianus, cum illa fuerint promiſſiones rerum complendarum, hæc ſint indicia completarum?* Et rurſum: m *Interim adverſus calumnioſam imperitiam Fauſti demonſtrare ſufficerit, quanto errore delirent, qui putant ſignis ſacramentiſque variatis, etiam res ipſas eſſe diverſas, quas ritus propheticus prænuntiavit promiſſas, & quas ritus Evangelicus annuntiavit impletas: aut qui cenſent, cum res eadem ſint, non eſſe aliis ſacramentis annuntiari debuiſſe completas, quam iis quibus adhuc complenda denuntiabantur.* Denique: n *jam non promittitur naſciturus, paſſurus & reſurrecturus, quod illa ſacramenta quodammodo perſonabant, ſed annuntiatur quod natus ſit, paſſus ſit, reſurrexerit, quod hæc ſacramenta quæ à Chriſtianis aguntur, jam perſonant.* Secundò, alia quoque ratione panis Euchariſtiæ, (quamvis tantummodo typicum Chriſti corpus ſit) ipſiuſque juxta Veteres oblatio, legalium ſacrificiorum & ſacramentorum quodammodo completivus dici poteſt, quia videlicet, per ipſius inſtitutionem legalia illa ſigna antiquata & abrogata ſunt, &, ut ſupra loquebatur, *de agendi celebritate ſublata.* Hoc enim ea quodammodo complere eſt.

l *Ibid. c. 14.*

m *Ibid. c. 16.*

n *Ibid.*

Secundum quod objici poteſt, in eo conſiſtit, quod Auguſtinus idem corpus videatur appellare veritatem antiquorum ſignorum: quod rurſum, niſi de proprio Domini corpore, dici non poteſt. Verum eadem eſt objectio cum præcedenti, terminis tantum mutatis. Nam verum quidem eſt, propriè & accuratè loquendo, veritatem legalium ſacrificiorum non eſſe niſi in naturali Chriſti corpore quâ in cruce ſpectato: hoc tamen non prohibet quominus alio quodam ſenſu oblatio panis Euchariſtici eorum quoque veritas appellari queat. Primò nimirum, quia antiqua illa ſacrificia ipſius figura quædam fuerint: Sic enim Nazianzenus Veterem Agnum cum Euchariſtia comparans, illum o *figuram figuræ* fuiſſe ait; Et Auguſtinus ipſemet, p *Quod eſt ſacratius laudis ſacrificium quam in actione gratiarum? Et undè majores agenda ſunt Deo gratia, quam pro ipſius gratia per Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum? Quod totùm fideles in Eccleſia ſacrificio ſcimus, cujus vobra fuerunt omnia priorum genera ſacrificiorum.* Quod enim res eſt ab aliquo figurata, veritas ipſius utcunque poteſt appellari. Secundò, quia illa ſacrificia in oblatione panis Euchariſtici deſierint, ac ipſe jam eorum locum teneat: id enim in quo figura quædam deſinit, ipſius veritas non injuria vocatur. Tertiò, ratione quoque virtutis & efficaciæ, quia panis Euchariſtiæ *virtute major* eſt, quemadmodum ipſe Auguſtinus de ſacramentis noſtris comparatè ad Vetera ſigna & ſacrificia generatim loquens, ait: a *prima ſacramenta*, &c, *ablata ſunt*, &c, *& alia inſtituta virtute majora.* Ea enim virtus veritatis nomine deſignatur, tùm à b Chryſoſtomo, tùm ab c Hieronymo, tùm etiam ab ipſo Auguſtino, de baptiſmo ſimiliter loquentibus: *Si figura manus*, d inquit hic, *tantum valuit, baptiſmi ſpecies quantum valebit? Si quod geſtum eſt in figura populum ad manna perduxit, quid exhibebit Chriſtus in veritate baptiſmi ſui?*

o *Orat. 42.*

p *Contr. Adverſar. legis l. 1. c. 18.*

Auguſtinus.

a *Contr. Fauſt. l. 19. c. 13.*

b *In Matth. hom. 12.*

c *Contr. Luciferianos.*

d *In Ioan. tract. 11.*

Tertium denique eſt, Auguſtinum per *hoc corpus*, intelligere corpus illud de quo ſcriptum eſt in Pſalmo 139. *corpus adaptaſti mihi*; quod quidem corpus Chriſti naturale eſſe, apud omnes in confeſſo eſt. Sed jam ſupra reſpondimus ad eamdem objectionem, Auguſtinum hic ludere, allegorica accommodatione loci hujus Davidici qui de incarnatione Dominica proprie intelligitur, ad Euchariſtiam, quoniam in ea Chriſtus typicum ac ſymbolicum corpus ſibi facit.

Quinta objectio ducitur ex enarratione in Pſalmum ſeptuageſimum tertium, ubi ſacramenta veterum cum noſtris conferens, ait: *Sacramenta non eadem, quia alia ſunt ſacramenta dantia ſalutem, alia promittentia ſalvatorem. Sacramenta novi teſtamenti dant ſalutem, ſacramenta veteris teſtamenti promiſerunt ſaluatorem.* Quorum verborum ſenſus juxta e Perronium eſt, per *ſalutem* intelligi Chriſtum, & mentem Auguſtini eſſe, illum tanquam in Euchariſtia contentum ab ea communicari. At primo incertum eſt, utrum per *ſalutem* Auguſtinus Chriſtum intelligat, an verò beneficium ab ejus paſſione profectum. Secundo, ut demus ea Chriſtum deſignari, non inde ſequitur Euchariſtiam eum tanquam contentum dare. Pariter enim concluderem, eum ab aqua baptiſmi tanquam contentum communicari. Nam Auguſtinus de ſacramentis noſtris generatim loquitur, non de ſola Euchariſtia. Tertio & directè reſpondeo, Auguſtini mentem eſſe ſacramenta noſtra dare ſalvatorem, per viam nimirum teſtificationis & annuntiationis adventus ipſius & ſalutis ab eo partæ, quod vetera ſacramenta tantummodo futurum eſſe pollicebantur. *Dare* enim interdum hoc ſenſu ſumitur: Ut quando vernaculè dicimus, *je vous donne cela pour certain, hoc pro certo vobis do*; id

e *Refut. c. 1. p. 9. & de Euchar. l. 2. c. 38.*

Auguſtinus.

de; id eſt, tanquam certum denuncio. Sic & Janſenius ait, *f* Dominum, cum diceret, *panis quem ego dabo, caro mea eſt*, ita eſſe locutum, *ut ſignificaret ſe daturum carnem ſuam in cibum, quandò per Spiritum ſuum docturus eſſet ſe nos immolatione carnis ſuæ redemiſſe.* Eodem quoquè ſenſu Auguſtinus ipſe alibi ait: g *mediatorem Dei & hominum hominem Chriſtum Ieſum, carnem ſuam nobis manducandam, bibendumque ſanguinem* dantem, *fidelis corde atque ore ſuſcipimus.* Nam *dantem* ibi poni pro *annuntiantem* loco ſuo oſtendimus. Differentia ergò quam ſtatuit inter vetera & nova ſacramenta, ea eſt, quod illa adventum Domini prænuntiarent & promitterent, hæc verò id factum eſſe pro certo nobis dent: *Lex & Prophetæ*, inquit h alibi, *uſque ad Ioannem Baptiſtam, ſacramenta habebant prænuntiantia rem futuram, noſtri verò temporis ſacramenta veniſſe conteſtantur quod illa venturum eſſe prædicabant.* Quis enim non videt, rem eamdem utrobique, licet verbis differentibus, affirmari? Quamquam & addere poſſum, ſacramenta noſtra cum primitus ab ipſo Domino immediatè celebrata ſunt, eum præſentem denunciaſſe, eaque ratione, nimirum, in origine & inſtitutione ſua, ſpeciatim dici poſſe Salvatorem dediſſe, quem hodiè tantummodò *abſentem* deſignent.

f Concord. Evangel. c. 59.

g Contr. Adverſar. leg. l. 2. c. 9.

h Contr. liter. Petiliam. l. 2. c. 37.

PROPOSITIO QUARTA.

Manducationem proprij corporis Chriſti participationemque ſanguinis ipſius, ſpiritualem eſſe, non oralem.

CAPUT VI.

QUARTA propoſitio quam nos ex Auguſtino probaturos eſſe polliciti ſumus, eſt, *participationem corporis & ſanguinis Chriſti ſpiritualem eſſe, non oralem.* Ad id autem confirmandum non pauca habemus ipſius teſtimonia.

Primus locus ducitur è libris de Doctrina Chriſtiana in quibus Auguſtinus modum ſcripturas optime interpretandi docere volens, poſtquam libro primo de rebus tractaſſet, ſecundo de ſignis, demum in tertio agit de actionibus & locutionibus figuratis, quæ cum ſæpe occurrant, ſtudioſè ſunt diſtinguendæ. Hanc autem regulam aſſignat: *iquicquid in ſermone divino, neque ad morum honeſtatem, neque ad fidei veritatem proprie referri poteſt, figuratum eſſe cognoſcas.* Verum quia vox *figuratum* per ſe ſumpta ambigua eſt, complectique poteſt, tum locutiones quarum præcipui termini figurati ſunt & metaphorici, tum eas quarum termini quamvis proprij

i *Lib. 3. c. 10.*

ſint, alterius cujuſdam rei figurativi & ſignificativi ſunt, regula illa ſua quæ priores propriè ſpectat tantiſper ſepoſita, de poſterioribus, hoc eſt, de dictis figurativis, quemadmodum & de factis, occaſione indè accepta multa habet Capit. 12. 13. 14. & 15. Deinde regulam ſuam capite decimo ſexto de novo & explicatius referens, & prioribus illam, ut par eſt, accommodans: *Si præceptiva eſt locutio*, inquit, *aut flagitium aut facinus vetans, aut beneficentiam jubens, non eſt figurata. Si autem flagitium aut facinus videtur jubere, aut vitilitatem aut beneficentiam vetare, figurata eſt.* Niſi manducaveritis, *inquit*, carnem filij hominis & ſanguinem biberitis vitã in vobis non habebitis; *facinus vel flagitium videtur jubere. Figurata* k *ergo eſt præcipiens paſſioni Domini eſſe communicandũ, & ſuaviter atque utiliter in memoria recondendum, quod caro ejus pro nobis crucifixa & vulnerata ſit.* Palmarium ſane in rem noſtram teſtimonium. Auguſtinus enim; ut l Lanfrancus agnoſcit & obſervat, *figuram vocat figuratam locutionem*, ac vult ea Domini verba, *Niſi manducaveritis carnem filij hominis & ſanguinem biberitis*, figuratam locutionem eſſe. Figura autem illi non eſt in vocabulis carnis & ſanguinis; *neque enim negat veritatem carnis & ſanguinis*, aut, carnem eſſe manducandam ſanguinemque bibendum, cum id ad vitam neceſſarium eſſe Dominus ipſe aſſerat: Eſt igitur in vocabulis manducandi & bibendi, quæ metaphoricè figurateque adhibentur, ac proinde manducationem & potationem non proprie ſic appellatam, ſed figurate ſic dictam, hoc eſt, ſpiritualem deſignant. Torquet hic locus mirum in modum Adverſarios, ideoque quamplurima, etiam inter ſe diverſa & diſcordantia, ad ejus ſolutionem afferunt.

Auguſtinus.

k *Rabanus de inſtitut. Cleric. l. 3. c. 13. legit*, Figurata ergò eſt.

l *Inter Epiſtol. Hybern. ab Uſſerio editas Epiſt. 28. Item inter epiſt. Lanfranci jam editas ep. 33.*

Primo enim neſcio quis Carolus Villerius qui ex duobus manuſcriptis Bibliothecarum Navarrenæ & Petavianæ Fulberti Carnotenſis opera Lutetiæ edidit, cum in eis hunc Auguſtini locum citatum reperiſſet, poſt hæc verba, *figura ergo eſt*, ſumma impudentia ac fœdiſſima impoſtura in æternum exprobranda, contra manuſcriptorum illorum fidem (quod a Clariſſ. des Cordes qui Petavianum codicem præbendum impetraverat, didici) a addere auſus eſt, *dicet Hæreticus.* Quaſi hæreticus foret, non vero Auguſtinus, qui diceret hæc Domini verba, *Niſi manducaveritis carnem filij hominis*, &c, figuratam locutionem eſſe. Sed bene eſt, quod hæc impoſtura nemini quod ſciam, præterquam illi placuerit. Imo, non-nemo ex ipſis Adverſarijs in alijs Fulberti editionibus curavit ad marginem notari, verba illa in codice Petaviano, quem ſolum viderat, non haberi.

a P. 168.

Secundo reſpondet Gardinerus Epiſcopus Wintonienſis, Auguſtinum intelligere, b *verba Domini myſteriorum ignaris, figuratam eſſe lo-*

b *Ad object. 226.*

Auguſtinus.

eſſe locutionem, cum tamen fidelibus & ſpiritualibus nihil prolubeat eſſe propriam. Ergo, inquam, Auguſtinus erat ex ignaris myſteriorum. Nam cum dicit, *figura ergo eſt præcipiens paſſioni Domini eſſe communicandum*, &c; applicat Domini verbis, *niſi manducaveritis carnem filij hominis*, regulam quam tradiderat *ſi præceptiva locutio eſt, & flagitium aut facinus videtur jubere, figurata eſt*, ut ex ſerie ſermonis patet. Et mirum eſt Gardinerum adeo cæcum fuiſſe ut id non videret.

c *De Euch. diſput. 6. ſect. 3.*

Tertio reſpondet Jeſuita Mæratius; c *& ſi Auguſtinus relata Chriſti verba non de ſacramentali carnis ejus & ſanguinis ſumptione intellexiſſet, intellexit tamen multis aljs in libris quos poſtea ſcripſit, ut lib. 3. De conſenſu Euangeliſt., Sermone item ſecundo de verbis Apoſtoli, & quæſt. 57. in Leviticum.* Verum ambigue loquitur. Nam, aut vult Auguſtinum locis citatis retractare quod hîc docet de manducatione carnis Dominicæ figurate accipienda, aut eum tantummodò hic manducationem quidem figurate intelligere, alibi tamen propriè, ut utrumque ſimul conjungẽdum ſit. Si prius, figmentum merum eſt: nec enim retractationis vel vmbra quidem tenuis in locis citatis apparet. Si poſterius, ergo eadem locutio ſimul propria eſt & figurata, cujus contrarium tamen docetur hic ab Auguſtino locutiones figuratas à proprijs diſtinguente. Sed præterea falſum eſt, Auguſtinum vllibi affirmare Dominum in ſexto Joannis de orali propriæ carnis ſuæ manducatione (id enim eſt quod per ſacramentalem ſumptionem Adverſarius intelligit) eſſe locutum, quemadmodum infra oſtendemus.

d *De Euch l. 1. c. 7. Vaſq. diſp. 179. c. 4. n. 57. Valent. diſp. 6. q 3. punct. 3. Perron. refut. c. 10. p. 127. Gamach. ad q. 75. c. 2. Milleter. p. 613.*

Quarto reſpondent d Bellarminus, Vaſques, de Valentia, Perronius, Gamachæus, atque, ex illis, Milleterius, *figuram ponere Auguſtinum in his verbis ratione modi ſumendi carnem Chriſti, non ratione ſubſtantiæ ipſius rei. Non enim vult dicere*, &c, *veram carnem tropice manducari, ſi eſſentiam manducationis ſpectemus, quæ ſolum requirit ut verus cibus ab ore trajciatur in ſtomachum per inſtrumenta vitalia, ſed vult dicere tropice manducari quoad modum. Nam ordinarius & proprius modus manducandi carnem eſt, ut ea viſibiliter ſecetur in partes, & particulatim ſumatur, & cocta, non cruda, &c. Caro autem Chriſti ſumitur integra & inviſibiliter, & ſine vlla ſui laſione.* Talem autem Auguſtini mentem eſſe probant, *quia per manducationem figuratam eam intelligat quæ opponitur flagitio aut facinori: talis autem eſt manducatio oralis carnis Chriſti integra & abſque laſione, oppoſita illi quam Capernaitæ intelligebant.* Sed facile refelluntur. Nam verum quidem eſt, Auguſtinum per manducationem tropice ſic dictam, manducationem intelligere quæ flagitio facinorique ſit oppoſita: verum; ajo nullam ejuſmodi eſſe præter ſpiritualem. Homini enim humanam carnem etiam integram ac ſine læſione manducare, facinus eſt quod ipſi naturæ humanæ horrori eſt, quodque eam in belluinæ ſimilitudinem transformat. Sic enim Lucij Lucios integros abſorbent. Sic Cete Jonam deglutivit. Sic ingentes illi ſerpentes Lybici, de quibus e Ariſtoteles & f Plinius, *Cervos ac Tauros ſolidos hauriunt.* Quis autem ſanus dixerit, Lucios à lucijs, Jonam à piſce, Ceruos ac Tauros, licet integros & abſque laceratione abſorptos, tropicè eſſe manducatos, aut eas locutiones per quas id enuntiatur, figuratas & tropicas eſſe? Pudeat Adverſarios commenti tam infruniti. Deinde, quidnam opponit Auguſtinus manducationi propriè ſic appellatæ, hoc eſt ſecundum Adverſarios, orali & dilaceranti? An manducationem alteram ejuſdem quidem generis, propriam videlicet & oralem, abſque læſione & laceratione? Imo, manducationem alterius omnino generis, ſpiritualem videlicet: *figura ergo eſt*, inquit, *præcipiens paſſioni Domini eſſe communicandum.* Per paſſionem autem Domini carnem quâ paſſam intelligit, quam ſub tali ratione aliter quam ſpiritualiter manducare impoſſibile eſt. Denique ipſemet Auguſtinus, ubi manducationem illam propriè dictam & flagitioſam de qua Capernaitæ verba ejus accipiebant, rejicit ac refellit, argumentum ducit ab aſcenſione Domini. Nam exponens hæc verba; *Si ergò videritis filium hominis aſcendentem vbi erat prius*; ait: g *Quid eſt hoc? Hinc ſaluti illud quod non noverant. Hinc aperuit vnde fuerant ſcandalizati. Hinc plane ſi intelligerent. Illi enim putabant eum erogaturum corpus ſuum, ille autem dixit, ſe aſcenſurum in cœlum, utique integrum. Cum videritis filium hominis aſcendentem vbi erat prius, certè vel tunc videbitis, quia non eo modo quo putatis erogat corpus ſuum: Certe vel tunc intelligetis, quia gratia ejus non conſumitur morſibus.* Quid autem eſt argumentum ducere ab aſcenſione Domini in cœlum, niſi ex ipſius juxta carnem abſentia? Abſentia autem objecti manducabilis quamlibet oralem manducationem excludit, ſeu lacerantem ſeu non lacerantem. Quin & addit Auguſtinus Dominum aſcenſionis ſuæ mentione planè ſolviſſe dubium Diſcipulorum qui idem erat ac Capernaitarũ de corpore ſuo per particulas ſumendo, ac ipſis aperuiſſe modum illius ſumendi, ipſoſque, ſi voluiſſent ad ipſius verba attendere, fuiſſe intellecturos quid per manducationẽ carnis ſuæ ſignificaſſet. Quæro autem quomodò illi ex aſcenſione Domini cõcipere potuiſſent carnem jam jam abſentem futuram oraliter nihlominus abſque dilaceratione illis fore manducandam: & qua ratione Dominus id illis per mentionem aſcenſus illius ſui clarè & planè aperiat? Ne ſubtiliſſimi quidem hominum acumen ingenij ſui quantũlibet intendentes, id ex ejus verbis divinare potuiſſent. Facilius autem intelligere poterãt

e *Hiſtor. animal. l. 8. c. 28.*
f *Lib. 8. c. 14.*

g *In Joan. tract. 27.*

Dominum

Auguſtinus.

Dominum de carne ſua per fidem manducanda loqui, proùt paulo ante jam illis indicaverat, inquiens: [a] *qui venit ad me non ejuriet, & qui credit in me nunquam ſitiet.* Ea ergo manducatio eſt, quam hic figuratam id eſt metaphoricam appellat, & ab omni barbarie flagitioque alienam.

[a] *In Ioan. 6. 35.*

Quinto reſpondet [b] Perronius & poſt Perronium Mæratius & Milleterius, *Auguſtinum manducationem carnis Chriſti* figuratam locutionem *appellare, non ratione actionis aut rei quarum utraque proprie eſt intelligenda, ſed ratione ſpeciei & formæ* (panis videlicet) *ſub quâ, & quâ mediante actio ad rem pervenit: quoniam quando actio aliqua exercetur erga rem, non in propria forma, ſed in aliena conſtitutam, ejuſmodi actio dici poteſt erga rem illam exerceri, & in veritate, & in figura, in veritate propter realitatem, tum actionis, tum rei, in figura propter ſpeciem, non propriam & naturalem, ſed alienam & mutuatam.* Exempla profert, primo ex ſcripturis: *ut quando ajunt* [c] *Iacobum cum Deo eſſe luctatum, aut Deum vidiſſe, vnde illi nomen* [a] *Iſrael, hoc, eſt, homo qui Deum vidit, illi eſt impoſitum; & d Moſem Deum in rubo ardente vidiſſe; & e Ioannem vidiſſe Spiritum Sanctum in Dominum deſcendentem. Hæ enim locutiones propriæ ſimul & figuratæ ſunt: propriæ, quia vere erat Deus & Spiritus Sanctus qui apparebant, figuratæ, quia non in propria eſſentia, ſed in ſpecie aliena & ſenſibili.* Secundo, ex philoſophis metallicis. *Docent enim illi*, inquit, *aurum in varias externas formas, cineris, vini ac liquoris conſervata nihilominus eſſentia mutari poſſe. Annon autem locutiones de hoc auro transfigurato propriæ ſimul & figuratæ forent, ſi, verbi gratia, quis diceret, niſi aurum biberitis, ſanitatem non recuperabitis?* Tertio ex philoſophis rationalibus *qui docent lac & ſanguinem in ſubſtantia interna convenire, nec niſi quoad accidentia & qualitates externas differre. Nonnè enim locutio propria ſimul & figurata foret, ſi mater liberis ſuis quos lactaſſet, diceret, niſi ſanguinem meum bibiſſetis, non viveretis*, &c? *Eodem igitur ſenſu Auguſtinus ait, manducationem carnis Chriſti figuratam eſſe propter formam externam ſub qua exercetur, quamvis propria ſimul, ſi tùm manducatio in ſe, tum res manducata ſpectetur.* Verùm, ut impræſentiarum omittam ea quæ contra alteram ejuſdem Perronij ſolutionem hanc pariter confutantia, in ſequentibus dicturi ſumus, reſpondeo, vix quicquam ineptius fingi potuiſſe. Quis enim mentis compos diceret, manducationem piſcium externam carnium formam, aut piſcium externam carnium formam referentium, manducationem eſſe figuratam; aut, eum qui diceret ſe carnes ac piſces ejuſmodi manducaſſe, figuratè eſſe locutum? An non ſe ridendum, vel pueris quoque, propinaret qui aſſereret, ægrum medicinales pilulas ex aloë confectas bracteoliſque deauratas deglutientem, illas figuratè deglutire; aut ſi fortè æger ille diceret, ſe pilulas deglutiviſſe, locutionem illam eſſe figuratam? Perronius tamen ejuſmodi deliria Auguſtino tribuere nullus erubeſcit, lectoreſque ſuos talibus nænijs inverecundè ludificare: *Et hæc oculis Deus aſpicis æquis!* Exempla autem quæ affert æquè inepta ſunt propter diſſimilitudinem cum ſubjecto de quo agimus. Primò enim Auguſtinus ait, hæc Domini verba, *niſi manducaveritis carnem filij hominis*, &c, non propriè, ſed figurate eſſe intelligenda, quia propriè accepta flagitium juberent: in exemplis autem allatis nihil omnino eſt quod flagitium redoleat. Itaque illorum alia ratio eſt, quomodocumque ſumi debeant. Deinde, in omnibus hiſce exemplis agitur de rebus ſub forma externa, non propria & naturali, ſed aliena mutuataque apparentibus. At de carne Chriſti ſub aliena & extranea forma viſibili latitante, altiſſimum eſt in Auguſtini verbis ſilentium. Tantumodò ait, mandatum de manducanda Chriſti carne locutionem eſſe figuratam, non propriam. Rurſum, ut inter verba Domini de quorum ſenſu agit Auguſtinus, & exempla ſcripturæ à Perronio allata, ſimilitudo aliqua intercederet, ſupponendum eſſet Auguſtinum de eo qui panem & vinum Euchariſtiæ ederet ac biberet, dicere, illum, Chriſtum ſeu Chriſti carnem edere & bibere, quemadmodum Jacob cum formam externam hominis, Moſes rubi ardentis, Joannes Columbæ, dicuntur Deum & Spiritum Sanctum vidiſſe. Atqui, de pane & vino Euchariſtiæ hoc loco nullomodo agit, ſed de ipſomet proprio Domini corpore & ſanguine ſimpliciter ſpectato. Verum addo, hoc quoque quod falſum eſt, ſuppoſito, locutionem tum non fore ſimul propriam & figuratam, ſed tantummodo figuratam. Nam quando Jacob & Moſes & Joannes Deum ac Spiritum Sanctũ vidiſſe dicuntur, locutio quidem figurata eſt, cum Deum & Spiritum Sanctũ vidiſſe dicantur quia illorum ſigna viderint; ſed non eſt ſimul propria. Nam Deum non viderunt proprie loquendo, *Deum quippe nemo vidit* [f] inquit Joannes: *inviſibilis eſt*, inquit [g] Paulus. Unde contra Perronium concludi poſſet, quod quemadmodum Jacob, Moſes & Joannes, eo quod viderunt has corporales formas, dicuntur Deum & Spiritum Sanctum vidiſſe, non quod divinam eſſentiam propriè viderint, ſed tantum quia ſigna illius viderint, ſic & illos qui accepto pane & poculo Euchariſtico Chriſti corpus & ſanguinem manducaſſe & bibiſſe dicerentur, eorum ſubſtantiam propriè loquendo non manducaſſe & bibiſſe, ſed tantummodò illorum ſigna. Reliqua duo exempla è philoſophis petita in particulari ſumpta non magis ſunt ad propoſitum. Nam liquor ille juxta hypotheſin ex auro factitius, veram auri ſubſtan-

[b] *Refut. p. 349. & ſeq.*

[c] *Geneſ. 32.*

[a] *Fallitur Perronius. Vid. Geneſ. 32. 28. & Hier. in traditio. Hebraic.*

[d] *Exod. 3.*

[e] *Ioan. 1. 32.*

[f] *Ioan. 1. 18.*

[g] *1. Tim. 1. 17. & 6. 16.*

Auguſtinus.

Auguſtinus.

mendabantur & concedebantur. Teſtatur autem ipſe Auguſtinus ſe in gratiam ſcripturæ ſtudioſorum & eas libere legentium eos conſcripſiſſe; *ſunt præcepta*, inquit, *quædam tractandarum ſcripturarum, quæ ſtudioſis earum video non incommode poſſe tradi, ut non ſolum legendo alios qui divinarum litterarum operta aperuerunt, ſed & ipſi alios aperiendo proficiant. Hæc tradere inſtitui volentibus & valentibus diſtere, ſi Deus ac Dominus noſter, ea quæ de hac re cogitanti ſolet ſuggerere, etiam ſcribenti, mihi non deneget.* Tertiò, in hoc loco de quo contendimus, profitetur ſe regulam dare ad locutionem ſcripturæ ambiguam, in qua de manducatione Dominicæ carnis agitur, exponendam ac reſolvendam: Sanus-ne ergò fuerit ſi (ut vult Adverſarius) ad ambiguitatem illam tollendam ac explicandam reſponſione ambigua & ænigmatica uſus ſit? Annon id prorſus contra propoſitum? Quarto, verum ſane eſt, ſacramentum, hoc eſt, panem fractum, & vinum a pane ſeparatum, paſſionem Domini, quia illius ſigna ſint, nonnunquam appellari, non tamen a Nazianzeno, qui nec in loco a Cardinale citato (ſed in *f* alio) verba hæc, *per quod communicamus divinitati & paſſionibus Chriſti*, intermixta quaſi illius quoque forent, habet, nec per paſſionem Domini, ſacramentum deſignat a quo illam diſtinguit manifeſtiſſime, ut rem cui per illud communicamus, ſive per paſſionem carnem ipſam paſſam, ſeu ipſius paſſionem intelligat; ſed, tum à Cypriano, tum ab ipſo *g* Auguſtino: Verum quid hoc Perronium juvat? Nihil ſanè. Per paſſionem enim Auguſtinus hic non poteſt ſacramentum deſignare. Nam ſacramentum nihil illi aliud eſt quam *ſacrum ſignum*, ſacramentum corporis & ſanguinis Chriſti quam ſacrum ſignum corporis & ſanguinis Chriſti: nec ſacramentum, corpus & ſanguis Chriſti aliter eſt, quam ſignum eſt res ſignata. Si igitur ad removendum flagitium & facinus quod ea Domini verba, *niſi manducaveritis carnem filij hominis & biberitis ejus ſanguinem*, jubere videntur, ad ſacramentum recurreret, eo ipſo ſanè negaret carnem & ſanguinem jubere edi & bibi, ſed illorum loco ſacramentum carnis & ſanguinis: quod tamen & à veritate mandati Dominici, & ab ipſius mente prorſus alienum foret. Rurſum, ſacramentum corporis & ſanguinis Chriſti, ipſi panis & vinum eſt, quemadmodum ſupra oſtendimus. Si igitur, ſivè per *carnem & ſanguinem Chriſti*, ſeu per *paſſionem*, ſacramentum intelligeret, quamobrem (oro) diceret ſumptionis illius mandatum figuratè eſſe accipiendum, hoc eſt, ſumptionem metaphoricè intelligendam? Manducatio enim & ſumptio panis & vini tanquam ſacrorum ſignorum corporis & ſanguinis Chriſti, non metaphoricè, ſed propriè eſt accipienda. Itaquè dicendum eſt, illum per paſſionem deſignare carnem quâ paſſam, abſtractum nempè per concretum, ut innuat corpus & ſanguinem Dominicum ſub præciſa ac formali immolationis ratione edenda eſſe & bibenda, idque non dente, ſed mente, non corpore, ſed ſpiritu: quæ certè participatio, non niſi metaphoricè, improprie & figuratè *manducatio & potatio* appellatur. Interim perpendant lectores, quam bellè vertat Perronius hæc Nazianzeni verba de gentibus dicente, οὐκ ἔτι μιανοῦσιν; &c. *non amplius fumabunt altaria*, cum ſenſus eorum ſit, *Non amplius contaminabunt gentes altaria*, &c; O græcam eruditionem!

Auguſtinus.

Sextò reſpondet Milleterius, h *manducationem illam ab Auguſtino dici figuratam, potiſſimum ratione effectus quem in nobis producit, & quem hic appellat communionem paſſionis Domini.* Sed ineptiſſime, proùt ſolet. Primò enim Auguſtinus manducationem carnis Chriſti figuratam locutionem appellat. Locutio autem figurata, ratione ſui figurata eſt, non ratione alicujus quod eam ſubſequatur. Secundo, quid faceret ad removendum flagitium quod in manducationis juſſione contineri videtur, reſpondere, manducationem illam reſpectu effectus potiſſimum dici figuratam? Neque enim ex manducationis illius in nobis effectu, ſed ex ipſa manducatione flagitij apparentia conſurgit. Deniquè, quis adeò cæcus eſt ut non videat Auguſtinum hiſce verbis, *figura ergò eſt præcipiens paſſioni Domini eſſe communicandum*, &c, indicare, non quid manducatio efficiat, ſed quid nos facere debeamus, nec qui ſint ipſius in nobis effectus, ſed quid ipſa ſit? Nam cum ſibi objeciſſet Dominum dicendo, *Niſi manducaveritis carnem filij hominis*, &c, flagitium videri jubere, tollit illud, exponendo, his verbis eum præcipere, ut paſſioni ſuæ communicemus. Communicatio igitur paſſioni Chriſti, juxta mentem Auguſtini, eſt ipſamet carnis Chriſti manducatio, non autem manducationis illius effectus.

Sic exeuſſimus ſex priores Adverſariorum ad hunc locum ſolutiones. Supereſt vltima, eaque prolixiſſima Perronij, in qua potiſſimum confidit. Contraxit quidem illam poſt, ac in pauciora redegit a Yſambertus, ut ſatis videri poſſet ejus epitomen huc adferre & refellere: Verum, quia non pauca omittit, levia fortaſſis illi, Perronio ipſi tamen graviſſima judicata, prolixitatis hujus tædium pati non pigebit. Pro præludio autem ait: *ad oſtendendum, Auguſtinum hoc loco non interpretari quid hæc verba*, Niſi manducaveritis carnem filij hominis, *ſignificent, ſed quid res illis ſignificata nempe, vera, realis & oralis manducatio corporis Chriſti, deſignet, hoc eſt, ubi Auguſtinus non dat definitionem logicam, ſed deſcriptionem moralem manducationis corporis Chriſti nullomodo cum veritate*

e *In prolog. lib. 1.*

f *Orat. 3. contr. Iulian. medio. pagina 70.*

g *In pſalm. 98.*

hp. 615. 14.

a *Ad quæſt. 75. diſput. 1. art. 7.*

Auguſtinus. *

vitate propria & litterali Evangelici textus incompletibilem, ſufficere deberet, ſi vel tuo tantum præſtarentur. Primo eſt, ſi afferrentur ex eodem Auguſtino alia exempla ſimilium phraſium in ſubjectis manifeſtè veris & realibus juxta proprietatem litteræ; ut quando agens de Hæmorroiſſæ contactu, locutionem hanc Domini quis me tetigit, ait *eſſe figuratam*: Figura quippè erat quod Dominus interrogavit, Quis me tetigit? *Et tamen non intelligit, id reale non fuiſſe, ſed vult præterea, alterius figuram fuiſſe. Poſtremo, eundem loquendi modum in præceptis Euchariſtica veritatis patronis oſtendere, puta in S. Bernardo qui ait* b *Dominum in loco ſupra memorato in* figura *de pœnitentia eſſe locutum, nec tamen realitatem actionis ideo vult tollere*, &c. Sed infœliciter auſpicatur. Nam, ut præteream, incertum eſſe, utrum verba quæ ex Auguſtino profert, verè illius ſint, (hic enim illa objicit abſque deſignatione loci, & pagina nonageſima quarta falſò, tanquam *ex cap. 13. Libri contra mendacium ad Conſentium*) dico, exempla illa eſſe diſſimillima. Quando enim Auguſtinus ait, *figura erat quod interrogavit, quis me tetigit*, fatetur ipſemet Perronius, c *illum nec incommodum propter quod ad figuram recurrit, nec figuram conſtituere in re per locutionem propoſita, interrogatio ſiquidem ac contactus reales fuerant, ſed in re per hanc locutionem præſuppoſita, nempe, in ignorantia quam hæc loquendi forma in Domino videbatur præſupponere, quamque Auguſtinus non vult realem fuiſſe, ſed figurativam.* In loco autem de quo contendimus, ad figuram recurrit, ut facinus & flagitium quod verba Domini de manducatione carnis ſuæ jubere videntur, removeat ac tollat. Ingens ergò diſcrimen eſt. Quamquàm, etſi daremus, ſimilitudinem aliquam inter utrumque locum eſſe, ea ipſi prorſus obeſſet. Quemadmodum enim Auguſtinus intelligit, ignorantiam illam in Domino realem ac propriam non fuiſſe, ſimiliter concluderem ex ipſius ſententia manducationem carnis Domini realem & propriam non eſſe. Bernardus pariter (cujus tamen parui eſt authoritas, cum recentior ſit,) hæc Domini verba per allegoriam de pœnitentia exponit, Auguſtinus autem ex profeſſo dat hic regulam ſcripturas interpretandi, eamque applicat loco huic particulari ad verum illius ſenſum aperiendum & explicandum. Quanta ergò differentia eſt? Perronius tamen, licet rem confectam his præjudicijs credens, velut gratificabundus ſubdit: *Nihilominus, quandoquidem Adverſarij profitentur ſe non adeo libenter credere authoritati exemplorum quam rationi, illam relinquam ad hanc adhibendam, ac ſuper hujus loci quæ phalanx eorum eſt Macedonia, acie inſtructa, & ſignis explicatis contra illos pugnabo. Attendant Lectores ad certaminis ſpectaculum, nec dimidiam horæ partem dedignentur impendere ad objectiones*

b *In Pſalm. qui habitat? 3. verſ.*

c *Refutat p. 1211.*

Auguſtinus.

quæ per tot ſecula, nimirum a Bertrami temporibus, ſacramentarij per diverſa intervalla Eccleſiam & vexarunt, & adhuc vexant, reſolutionem ſpectandam. Ad inſtar autem Leonis latera cauda pulſantis ac flagellantis velut ad pugnæ incitamentum, ſibi ipſi intonat Virgilianum illud, *Nunc animis opus, Æneа, nunc pectore firmo*: Ego illi Horatianum, *parturiunt montes, naſcetur ridiculus mus*, quod patebit ex ſequentibus.

Primo ergo, inquit, *Adverſarij dicunt Auguſtinum theſin hanc pro axiomate fundamentali ponere*, ſi præceptiva locutio eſt, & flagitium aut facinus videtur jubere, figurata eſt, & *pro exemplo ac hypotheſi adducere ea Domini verba*, niſi manducaveritis carnem filij hominis & ſanguinem biberitis, non habebitis vitam in vobis. *Ego autem ante omnia dico, ſi hæc regula locum haberet juxta ſenſum illorum, eam falſitatis & mendacij plenam fore & in mille locis intentionem manifeſtam mandatorum Dei, & fidei, Authoritatis expreſſa ſcripturarum deſtructuram.* Quod probat quinque exemplis mandatorum quæ facinus videntur imperare, & nihilominus ſecundum proprietatem litteræ præſtanda erant: cujuſmodi ſunt, d *immolatio Iſaaci*, e *Spoliatio Ægyptiorum*, f *deſtructio Amalecitarum vniverſa*, g *mandatum à Michæa de ſe vulnerando datum, & juſſio* h *Oſeæ ſacta de meretrice in conjugem aſſumenda.* Sed hæc eum minime juvant. Nam quamvis daremus regulam Auguſtini non eſſe vniverſaliter veram, de vi argumenti noſtri nihil decederet: quemadmodum ſupra, licet per errorem cenſeret de Davide dictum in primo Regum libro, *ferebatur in manibus ſuis*, Perronius ipſe nihilominus fundamenti ejus ſuppoſitij applicationem acerrime vrget tanquam validum conſectarium. Sufficit enim ad argumentum noſtrum eum regulam ſuam applicare huic hypotheſi, *Niſi manducaveritis carnem filij hominis*, &c, ac proinde, quicquid ſit de regula in genere conſiderata illum in ſpecie determinare hæc Domini verba juxta illam eſſe exponenda, ac de manducatione figurate ſic appellata, intelligenda & accipienda. Sed amplius addo, regulam illam ex mente Auguſtini intellectam, proùt par eſt, veriſſimam eſſe, nec ſcripturæ veritatem vllomodo infirmare. Notandum enim eſt, mentem ipſius non eſſe eam extendere ad omnia in univerſum ſcripturarum loca, in quibus flagitium aliquod, aut mandari, aut conſuli, aut approbari videtur, (nonnulla enim ſunt adeò manifeſtè ex vi circunſtantiarum juxta litteræ proprietatem ſumenda, qualia illa ſunt quæ profert Adverſarius, ut de ijs dubitatio nulla eſſe debeat, quemadmodum ipſemet obſervat, *ſi perſpicue ſonat*, i inquit, *non eſt ad aliud referendum quaſi figurate dictum ſit*; ſatiſque in illis ſit ad mandantis authoritatem & juſtitiam recurrere) ſed ad ea tantum

d *Geneſ. 22.*
e *Exod. 12.*
f *1. Samuel. 15.*
g *1. Reg. 20. 35.*
h *Oſee 1.*
i *Ibid. c. 11.*

de

Auguſtinus.

de quibus non conſtat ſecundum litteram eſſe accipienda, ac in quibus neceſſè non eſt ad authoritatem imperantis refugere; nec rurſum, ad illa quæ particulares ſpectant, qualia ſunt mandata ſupra allata Patriarchis & Prophetis aliquibus data; ſed ad ea quæ fideles generatim ſpectant, quale eſt mandatum illud de carne Domini manducanda & ſanguine bibendo. Pro talibus enim regulam ſuam dat, quæ hoc ſenſu veriſſima eſt, nec fidei & ſcripturarum veritatem & authoritatem ullo pacto labefactat.

Vidit Perronius priorem illam reſponſionem inſufficientem eſſe, ideòque ad hypotheſin deſcendit, & ait, *figurarum alias eſſe verbales, alias reales; alias immediatas, alias mediatas; alias vocales, alias morales; alias ſenſus litteralis excluſivas, alias ad ſenſum litteralem accedentes.* Yſambertus ſimiliter: k *duplicem diſtingui figuram, vnam verborum ſeu immediate contentam & conſiſtentem in verbis quibus aliquod præcipitur, vel refertur factum aut dictum, quæ tunc eſt quando verba tale præceptum, dictum, vel factum exprimentia, debent transferri à propria ſua grammaticali, ſeu litterali & nativa ſignificatione ad allegoricam. Alteram, figuram ſententiarum, ſeu rerum immediate conſiſtentem in dicto, facto vel in re, quæ tali propoſitione enuntiatur; quæ figura ſententiarum & rerum tunc eſt, quando dictum, ſeu factum, ſive res quæ per talem propoſitionem enuntiatur accepta ſecundum ſuum litteralem ſenſum, inſuper & præter illum, adhuc ſignificat aliquid aliud faciendum, aut factum, ita vt ratio figuræ inſit & conveniat rei, non quidem ratione ſui, ſed reſpectu alterius quod dicitur ſignificare*, &c. Poſterioris figurarum generis varia exempla (quamquam nonnulla parum congrua) profert Perronius tum ex ſcripturis, tum ex ipſo Auguſtino, quæ ſupervacaneum eſſet hic referre, cum diſtinctionem admittamus. Monebo tantum lectores, eum pagina nonageſima prima ſcribentem, a *Auguſtinum dicere, id quod ſcribit Evangelium de vnctione pedum Domini per Magdalenam facta, locutionem eſſe figuratam*, Auguſtino imponere. Actionem enim illam Auguſtinus inter facta figurata refert, hoc eſt, inter figurativa: Locutionem autem figuratam non appellat. Deindè, diſtinctionem ſuam applicans, ait, *Auguſtinum loco objecto non particulariter & ſpecialiter loqui de figuris verbalibus & litteralis ſenſus excluſivis, ſed generatim de figuris quibuſlibet, tam verbalibus quam realibus, tam excluſivis ſenſus litteralis, quam ad ſenſum litteralem accedentibus: ac proinde ad veriſicandam illius tum theſin, tum Hypotheſin, neceſſarium non eſſe figuras de quibus loquitur, figura verbali eſſe figuratas, ſed ſufficere in iis figuram eſſe, ſeu verbalem, ſeu realem, ſeu excluſivam ſenſus litteralis, ſeu illius incluſivam.* Quod probare conatur quatuor argumentis. Primum ducit *ex comparatione mandatorum ſupra memoratorum de immolatione Iſaaci, Ægyptiorum ſpoliatione, Amalecitarum deſtructione, Michea vulneratione, & Oſea conjugio, cum regula ab Auguſtino data.* Sed jam ſupra reſpondimus, mentem Auguſtini non eſſe ad hæc & ſimilia regulam ſuam extendere. Secundum, *ex conſideratione exemplorum ab Auguſtino additorum eo ipſo loco in quo ſermonis hujus fundamenta ponit, nempe capitibus decimo, vndecimo & duodecimo Libri tertij de Doctrina Chriſtiana, quorum locus objectus breviſſima tantum recapitulatio eſt. Nam poſtquam initio capitis duodecimi hanc regulam propoſuiſſet:* quæ quaſi flagitioſa imperitis videntur, ſive tantum dicta, ſivè etiam facta ſunt, vel ex Dei perſona, vel ex hominum quorum nobis ſanctitas commendatur, tota figurata ſunt; *prima duo exempla quæ adducit ad veriſicandam regulam, ſunt exempla vnctionis pedum Domini à Magdalena facta, & mandati Oſea dati de meretrice in conjugem ſumenda, quæ affirmat ſumi debere tanquam aliarum rerum ſigna & figuras, nec ideo tamen negare intendit ea propriè quoque & juxta litteram ſimul eſſe accipienda.* Sed hæc eum minimè juvant. Aliud enim eſt obſervare dictum aut factum aliquod *eſſe figuratum*, quod ibi ait Auguſtinus, aliud in quibuſdam verbis *locutionem eſſe figuratam*, quod in his exemplis non notat, in eo de quo contendimus diſcrte affirmat. Tertium ducit, *ex declaratione quam Auguſtinus inſerit ad initium & finem diſcurſus hujus. Cum enim regulæ ſuæ veriſicationem ab exemplis veteris teſtamenti eſſet auſpicatus, ſubjungit:* b Et quicquid ibi tale narratur, non ſolum Hiſtoricè ac propriè, ſed etiam figuratè ac prophetice acceptum, interpretandum eſt uſque in finem illius charitatis, ſive Dei, ſive proximi, ſivè utriuſque. *Et ad finem totius diſcurſus:* c Quamquam omnia vel penè omnia quæ in Libris Veteris teſtamenti geſta continentur, non ſolum proprie, ſed etiam figuratè accipienda ſint. *Vnde apparet regulam generalem cujus occaſione hæc exempla eaſque declarationes affert, non ſpeciatim agere de ſolis figuris verbalibus & ſenſus litteralis excluſivis, ſed & vtraſque complecti & comprehendere.* Sed facilis reſponſio eſt. Nam verum quidem eſt Auguſtinum cum ad initium capitis duodecimi jam ſupra citati, obſervat, *quæ quaſi flagitioſa imperitis videntur ſive tantum dicta, ſive etiam facta ſunt, tota figurata ſunt*, non id tantum intelligere de figuris verbalibus, ſed tam verbales quam reales comprehendere. Sed alia ratio eſt capitis decimi ſexti ex quo ſumus argumentati. Ibi enim regulam ſuam capite decimo propoſitam de novo adducit, atque exemplis illuſtrat figurarum verbalium tantummodo, ut infra ſumus oſtenſuri, aperte per hoc innuens ſe *figuram* reſtringere a locutionibus lato ſenſu ſic nominatis, ad locutiones ſtricto ſenſu figuratas dictas, hoc eſt, ad verbales, vocales

k *Vide infr. c. 7. ad 4. ſua. object. argumentū Yſamberti nervum ac ibi ſolutum.*

b *De doctr. chriſt. l. 3. c. 12.*

c *Ibid. c. 22.*

a *Lib. 3. de doctr. Chriſt. c. 12.*

Auguſtinus. Chriſti præter id quod juxta litteram ſonat, figuram quoque fuiſſe manducationis alterius ejuſdem carnis, ſed dicit, manducationem carnis Chriſti locutionem eſſe figuratam, quia propriè accepta flagitium & facinus imperaret. Quis autem adeò bardus eſt, ut non ingens inter utraque diſcrimen ab eo conſtitui recognoſcat?

k p. 117. Denique ait: k *Lex, Euangelium, natura ipſa nos docent internas & inviſibiles animæ operationes per actiones externas & organicas corporis figurare. Iubebantur Iſraëlitæ à ſanguine abſtinere, in ſignum homicidia horrori eſſe debere*, &c: *Iubebantur eadem decalogum in fronte & brachijs ferre, admonendum eos illum in animo & operibus habere debere*, &c: *Mulier profluvio ſanguinis laborans corporaliter Dominum tetigit ad teſtandum contactum internum fidei*, &c: *Alia pedes Domini unxit, in ſignum effundendum eſſe bonarum actionum odorem ſuper Dominum veſtigia*, &c: *Auguſtinus ipſe non modo in eodem diſcurſu de locutionibus figuratis in quo inſerit exemplum manducationis carnis Chriſti, proponit quoque exemplum unctionis pedum Domini pro locutionum figuratarum exemplo, ſed & Libro præcedente conjungit exempla ſacramenti corporis Chriſti, unctionis pedum Domini, & contactus fimbriæ veſtimenti ipſius, in eadem inſtantia*; Nam & odore unguenti, *inquit*, Dominus, quo perfuſi ſunt pedes ejus, ſignum aliquod dedit, & ſacramento corporis & ſanguinis ſui præguſtato, ſignificavit quod voluit, & cum mulier tangendo fimbriam veſtimenti ejus, ſalua facta eſt, nonnihil ſignificat; *in quorum exemplo primo & ultimo actiones corporales circa Domini corpus exercita, quamvis congruentiarum moralium & intellectualium figura, vera tamen & reales ſecundum litteram fuerunt. Ad exempla-nè profana tranſibo? Artemiſia Caria Regina mariti ſui defuncti cineres hauſit, in teſtimonium eam illum in corde habuiſſe*, &c: l *Herodotus & m Tertullianus narrant, diffuſum brachijs ſanguinem ex alterutro deguſtatum nationes quaſdam fœderi comparaſſe, ad innuendam per mixtionem ſanguinis voluntatum unionem*: *Cur non & pariter oralia carnis & ſanguinis Domini ſumptio, pignus & figura erit ſumptionis mentalis & ſpiritualis fidei & cordis*, Sed primò comparatio non quadrat, cum res comparatæ aliter atque aliter ſe habeant. Nam, teſtante ipſo Auguſtino, Dominus n *aſcendit in cœlum & non eſt hic*, n *ipſumque jam in cœlo ſedentem manu contrectare non poſſumus, ſed fide contingere*; ac proindè nec ore edere aut bibere, quomodò Artemiſia mariti ſui cineres, & populi ſupra memorati proprium ſanguinem ſuum. Deindè, ſi & Artemiſia & populi illi barbariem hanc exercere voluerunt, non ſequitur Dominum aliquid ſimile imperare, aut decuiſſe, aut voluiſſe. Obſervat enim ipſemet Auguſtinus, Dominum ibi talia dixiſſe, p *quæ amari præciperet, non timeri*. Quomodò autem *amari, non timeri*, ſi carnem ſuam propriè & oraliter edi, ſanguinemque pariter bibendum præcepiſſet? Rurſum enim idem obſervat, q *Videri horribilius humanam carnem manducare quam perimere, & humanum ſanguinem potare, quam fundere*. Imo in hoc ipſo loco diſerte aſſerit manducationem carnis Chriſti locutionem eſſe figuratam, quia alioquin flagitium imperaret, quemadmodum jam ſupra notavi. Tertiò falſum eſt quod ſupponit Adverſarius, Auguſtinum, tùm *in eodem diſcurſu in quo inſerit exemplum manducationis carnis Chriſti, proponere quoque exemplum unctionis pedum Domini*: illa enim duo expreſſè diſparat & ſub diverſa regulæ ſuæ applicatione locat, poſterius videlicet capite duodecimo, prius illud decimo ſexto; tùm, *unctionis pedum Domini exemplum inter locutiones figuratas reponere*: ipſum enim tantum locat inter facta *cujuſdam rei ſigna*. Denique, verum quidem eſt, eum exempla ſacramenti corporis & ſanguinis Chriſti, & unctionis pedum ac contactus veſtimentorum Dominicorum in eadem inſtantia conjungere loco à Cardinale citato: & quidem rectè. Nam, deguſtatio ſacramenti corporis & ſanguinis Chriſti procul dubio æquè propriè eſt accipienda ac unctio pedum & contactus veſtimenti: Sed quid hoc ad manducationem carnis & ſanguinis Chriſti? Aliud enim eſt ſacramentum corporis & ſanguinis Chriſti, aliud ipſamet caro, & ipſemet ſanguis ipſius: *nulla enim res alicujus*, inquit r Tertullianus, *ipſa eſt cujus eſt*. Quod & ipſemet Auguſtinus clariſſime indicat inquiens, Dominum *ſacramento corporis & ſanguinis præguſtato* ſignificaſſe quod voluit. Dominus enim ſeipſum non manducavit & bibit, ſi quidē, teſtante Cyrillo, s *nihil omnino ſui ipſius particeps eſt, idque vel ſolum cogitare abſurdum*. Potuit ergò Auguſtinus ſumptionem ſacramenti corporis & ſanguinis Chriſti in eodem genere, factorum ſcilicet propriè ſumendorum, & tamen aliqua ſimul figurantium, cum unctione pedum & contactu veſtimentorum reponere: ſed alia ratio eſt manducationis propriæ carnis ipſius, quam figuratè, non propriè, intelligendam eſſe pronunciat.

Sic reſolvimus omnia quæ Cardinalis attulit ad ſolutionem ſuam illuſtrandam & confirmandam. Supereſt, ut eam ex abundantia juris ex ipſomet Auguſtino confutemus ac refellamus, & ſi quid excipit in contrarium retundamus.

Primò ergò ipſemet Auguſtinus alibi teſtatur ſe propoſitiones illas quæ, præter ſenſum proprium & litteralem quem habent, inſuper alterius cujuſdam rei ſignificativæ ſunt, locutiones figuratas non appellare: verbi gratia, quod in veteri teſtamento refertur de Sara & Agar, & de petra è qua fluxerunt aquæ. Nam quamvis Sara & Agar figuræ

Auguſtinus. a *Contr. Adverſ. leg. lib. 2. c. 9.*

b *Contr. Praxeam.*

c *Vid. ſupr. in Chryſoſt. ad 3. object. ex homil. in Matth.*

l *Lib. 9.*
m *Apologet. c. 8.*

n *In Ioan. tract. 50.*
o *In 1. Ioan. tract. 1.*

p *Contr. Adverſar. leg. Lib. 2. cap. 16.*

Auguſtinus. fuerint duorum teſtamentorum, & petra Chriſti, ut Apoſtolus *d* affirmat, nihilominus quia figura tantummodo mediata eſt & ad ſenſum proprium & litteralem, hoc eſt, ad id quod de illis in veteri teſtamento propriè intelligendum refertur accedens, narrationem illam figuratam locutionem eſſe negat; *Sara & Agar*, *e* inquit, *quamvis duo teſtamenta ſignificarent, erant tamen etiam quædam nationes duæ; & cum Chriſtus per ligni paſſionem fluento ſpirituali nos irriget, erat tamen & petra quæ aquam ſitienti populo ligno percuſſa manavit, de qua diceretur, Petra erat Chriſtus. Aliud quam erant ſignificaverunt, ſed tamen etiam ipſa corporaliter fuerunt. Et quandò à narrante commemorata ſunt, non erat illa figurata locutio, ſed earum rerum expreſſa narratio quarum erat figurata præceſſio.* Atqui affirmat verbailla, *Niſi manducaveritis carnem filij hominis & biberitis ſanguinem* locutionem figuratam eſſe: Ergò neceſſè eſt, aut eum ſecum pugnare, aut intelligere, verba illa figurata eſſe figura verbali & immediata, nec ad litteræ proprietatem accedente.

d 1. Cor. 10. & Galat. 4.

e De Geneſ. ad litter. l. 8. c. 4.

Secundò, ipſe hîc quoque explicat, quid per figuratam locutionem intelligat, inquiens: *f ne figuratam locutionem ad litteram accipias*, &c. *Cum enim figurate dictum ſic accipitur tanquam proprie dictum ſit, carnaliter ſapitur.* Et paulò poſt: *qui ſequitur litteram tranſlata verba ſicut propria tenet.* Et rurſùm: *g huic obſervationi quæ cavemus figuratam locutionem, id eſt tranſlatam, quaſi propriam ſequi, adjungenda etiam illa eſt, ne propriam quaſi figuratam velimus accipere.* Denique: *h non tam multa ſunt, vel ita poſita, ut ſenſum obtegant, & allegoriam vel ænigma faciant, quam proprie figuratam locutionem voco.* Locutio autem figurata, id eſt tranſlata, neceſſariò figurata eſt figura verbali & immediata. Cum ergò hæc verba, *niſi manducaveritis carnem filij hominis & biberitis ſanguinem*, ſint locutio figurata & tranſlata, neceſſariò figurata ſunt figura verbali & immediata. Figura autem & tranſlatio non eſt in vocabulis carnis & ſanguinis,: igitur eſt in vocabulis *manducare & bibere.*

f De doctrin. chriſt. lib. 3. c. 5.

g Ibid c. 10.

h Ibid. c. 11.

Tertiò, Auguſtini propoſitum non eſt in hoc loco diſtinguere inter propoſitiones quæ tantummodò propriæ juxta litteram ſunt, & eas quæ cum juxta litteram propriæ ſint, inſuper etiam figurativæ ſunt & ſignificativæ; ſed inter eas quæ propriè & juxta litteram ſumendæ ſunt, & eas quæ non propriè & juxta litteram, ſed figuratè tantum ſunt intelligendæ. Id patet, tùm ex locis jamjam citatis, ubi perpetuò opponit proprium figurato, & monet propriam locutionem quaſi figuratam non eſſe accipiendam, tùm ex eo quod ſubjungit: i *Demonſtrandus eſt modus invemendæ locutionis, propria ne an figurata ſit: & iſte omninò modus eſt, ut quicquid in ſermone divino neque ad morum honeſtatem, neque ad fidei veritatem propriè referri poteſt, figuratum eſſe cognoſcas.* Et rurſum: k *ſi præceptiva locutio eſt, aut flagitium & facinus vetans, aut utilitatem aut beneficentiam jubens, non eſt figurata. Si autem flagitium aut facinus videtur jubere, aut utilitatem aut beneficentiam vetare, figurata eſt.* Locutio autem figurata propriæ directè oppoſita, non eſt locutio figurans ſeu figurativa præter id quod propria eſt; ſed locutio impropria ſive allegorica aut metaphorica. Cum igitur affirmet ea Domini verba, *Niſi manducaveritis carnem filij hominis & biberitis ſanguinem*, locutionem eſſe figuratam propriæ oppoſitam, intelligit illa eſſe locutionem impropriam, metaphoricam aut allegoricam, ac proindè verbalem & immediatam & litteræ excluſivam.

i Ibid. c. 10.

Auguſtinus. k Ibid. c. 16.

Quartò, idem innuunt verba illa quæ in prima regulæ ſuæ parte habet: *Si præceptiva locutio eſt, aut flagitium aut facinus vetans, aut utilitatem aut beneficentiam jubens, non eſt figurata.* Nam certum eſt ejuſmodi locutiones præter ſenſum quem gerunt juxta proprietatem litteræ, ſæpè quoquè eſſe ſimul aliarum rerum figurativas & ſignificativas, etiam ipſi Auguſtino, prout Perronius ſupra obſervabat, *nihil ferè eſſe in ſcripturis adeò verum, proprium & reale & evidens juxta litteram, quod Auguſtinus abſque ſenſus illius litteralis præjudicio interpretationibus figuratis & allegoricis non illuſtret.* Nihilominus hîc negat eas locutiones eſſe figuratas: ac proindè non intelligit ejuſmodi locutiones quæ propriæ ſint ſecundum litteram, & ſimul figurativæ, ſed eas quæ juxta litteram ſumendæ non ſint, verbales ſcilicet & proprietatis excluſivas.

Quinto, cum agat, tum de locutionibus quæ beneficentiam vetare, tum de locutionibus quæ flagitium jubere videantur, ac utriuſque generis exempla duo proferat: & prioris quidem quod habetur in Eccleſiaſtico, a *nè ſuſcipias peccatorem*, & in Joannis Euangelio, b *qui amat animam ſuam perdet eam*; poſterioris verò quod habetur in Proverbiorum libro, c *hoc faciens* (videlicet inimicum cibans) *carbones ignis congeres ſuper caput ejus*; & verba illa Domini, d *niſi manducaveritis carnem filij hominis, & biberitis ejus ſanguinem*, &c. triaque illa exempla figura verbali & vocali figurata ſint, quis non videt quartum de manducanda carne filij hominis & bibendo ejus ſanguine, aut eſſe plane ἀπροσδιόνυσον & incongruum, aut eſſe figura verbali ſimiliter figuratum? Hic autem duo reſpondet Perronius. Prius eſt, *Auguſtinum, cum theſin ſuam generatim enunciaverit de quibuſlibet figuris, tam verbalibus quam realibus, debere utrarumque exempla proferre.* Imo contra teſtatur Auguſtinus immediatè antè, ſe exempla proferre locutionum figuratarum, non autem propriarum, hoc eſt realium, ut loquitur Perronius:

a Eccleſ. 12. 16.

b Joan. 12. 25.

c Proverb. 25. 22.

d Joan. 6. 53.

Auguſtinus.

Perronius: *ſi enim*, inquit, *hoc propriè ſonat, nulla putetur figurata locutio.* Poſterius eſt, *nullum eſſe trium illorum ſcripturæ locorum (excepto tertio ex Proverbijs ducto, quique nihilominus poteſt aliter litteraliter intelligi) qui præter intelligentiam figuratam non contineat alium ſenſum verum, proprium & realem juxta litteram, & anteriorem in intentione Spiritus Sancti figura quam obſervat Auguſtinus. Nam ad locum proverbiorum quod attinet, Auguſtinus figuram non conſtituit in eo quod carbones non ſignificent carbones materiales, cum jam antè profeſſus eſſet, ſe propter vocabulum unum metaphoricum, velut* crucifigere concupiſcentias *aut aliquid ſimile, locutionem ſcripturæ* locutionem figuratam *non appellare, modò* ſenſum non obtegat, *ſed in eo quod ſcriptura ibi loquatur de igne punitionis & vindictæ, cum ſecundum ipſum loquatur potius de igne pœnitentiæ & reconciliationis. Excepto igitur hoc verſiculo, cujus tamen prior interpretatio videtur eſſe congruentior intentioni ſcripturæ, teſte Bezæ; loca alia, præter expoſitionem figuratam quam Auguſtinus illis tribuit, alium ſenſum primitivum, verum, proprium & realem ſecundum litteram habent. Verba enim illa Domini apud Ioannem* qui amat animam ſuam perdet eam, *quæ hîc exponit de amiſſione perverſi ac præpoſteri uſus quo temporalibus inclinatur, litteraliter de amiſſione vitæ ſunt exponenda, ut ea ipſemet in commentario in Ioannem interpretatur.* [f] Tract. 51. *Similiter & illa*, nè ſuſcipias peccatorem, *ubi ait*, intelligas figuratè poſitum pro peccato peccatorem, ut peccatum ejus non ſuſcipias, *verè & litteraliter de peccatore intelliguntur juxta gloſſam Miniſtrorum Genevenſium.* Sed hæc parui momenti ſunt. Non enim quæſtio eſt, utrum illa ſcripturæ loca, ſeu intentione Spiritus Sancti, ſeu ex interpretatione Bezæ & Miniſtrorum Genevenſium, alium ſenſum litteralem habere queant, ſed quis illorum ſit genuinus juxta Auguſtinum ſenſus. Is autem in tribus illis figuram verbalem agnoſcit. De primo fatetur Perronius. Nam licet aliter poſſit exponi, nempe, de igne vindictæ, in qua rurſum interpretatione figura verbalis erit, quamvis alia à præcedenti, monet tamen Auguſtinus, *ad beneficentiam potius te charitas revocet.* Idem dico de ſecundo. Nam etſi commentario in Joannem verſiculum illum exponat de perditione æterna animæ, ubi quoque figura ſemper verbalis eſt, cum perditio illa animæ metaphoricè ſic appelletur, exiſtimat nihilominus alium ſenſum litteralem ipſius dari poſſe, eum, ut ſupra, intelligendo figuratè de amiſſione perverſæ inclinationis ad res temporales. Tertium denique, licet de peccatore propriè ſumi poſſit, ex charitatis judicio de peccato potius intelligendum eſſe cenſet. Ut igitur redeam ad argumentum, quandoquidem triâ illa loca quæ pro exemplis figuratæ locutionis affert cum illis Domini verbis, *niſi manducaveritis carnem filij hominis & biberitis ſanguinem*, verbali figura & immediata figurata ſint, idem de his ac de illis judicium ferendum eſſe manifeſtiſſimè docet. Sed & rurſum id confirmatur ex eo quod ipſemet, [e] notet, fatente Perronio, ſe locutiones illas figuratas quæ *ſenſum obtegant*, locutiones figuratas *proprie* appellare, hoc eſt, tranſlatas & allegoricas. Verba autem illa *niſi manducaveritis carnem filij hominis & biberitis ſanguinem*, ſenſum latentem obtegere ipſemet alibi teſtatur: *ibi eſt*, [f] inquit, *ſacramentum* (id eſt, myſterium) *aliquod latens.* Et rurſum in perſona ipſius Domini; *Sacramentum vobis commendavi, quod ſpiritualiter intellectum vivificabit vos.* Illa ergò locutionem propriè figuratam; hoc eſt, metaphoricam & tranſlatam eſſe intelligit.

[e] De Doctr. chriſt. lib. 3. c. 11.

[f] In pſalm. 98. vid. & in Ioan. tract. 27.

Sextò, ex parte noſtra ſibi ipſemet objicit [g] Perronius, Auguſtinum recurrere ad locutionem figuratam, ac proinde non cenſere verba Domini propriè & juxta litteram ſumi poſſe: Et reſpondet, *eum in exemplis Magdalenæ & Oſeæ ad locutionem figuratam ſimiliter recurrere, &c, conſervata nihilominus utriuſque loci litterali integritate.* Verum id falſum eſt, prout jam ſuprà notavimus, & infrà rurſum dicturi ſumus ad ſequentem objectionem. Argumentum igitur noſtrum in formam categoricam reducamus, idque quoad ambas ipſius propoſitiones ex puris Auguſtini verbis contextum, &, ni fallor, invictum: *Si hoc proprie ſonat*, inquit, *nulla putetur figurata locutio.* Atqui verba *Niſi manducaveritis carnem filij hominis & biberitis ſanguinem*, ſunt figurata locutio: Ergò non propriè ſonant. Aut, ſi quis malit ſic aſſumere: Atqui verba illa Domini juxta Adverſarios propriè ſonant: Ergò nè putentur eſſe figurata locutio. Sed locutio figurata ſunt juxta Auguſtinum: igitur non propriè ſonant. Quid clarius?

[g] Pag. 188.

Septimò, docet Auguſtinus verba illa Domini pro locutione figurata eſſe ſumenda ad tollendum & removendum flagitium & facinus quod imperare videntur. At verò ſi intelligeret in illis eſſe figuram ad verba propriè ſumpta accedentem & litteræ incluſivam, apparentiam flagitij nullomodò removeret, ſed relinqueret. Nam ea oritur ex verbis propriè & juxta litteram acceptis. Non igitur intelligit figuram ad verba propriè ſumpta accedentem & litteræ incluſivam, ſed figuram proprietatis verborum excluſivam, hoc eſt, manducationem metaphoricè intellectam, quę re vera flagitium univerſaliter tollit. Argumentum ineluctabile, quod ſic conceptum non ſibi objicit Perronius, ſed ſimplicius & debilius hoc modo: *Excipient Adverſarij, in hac expoſitione figurata contineri debuiſſe remedium ad molliendam duritiem in ſenſu litterali apparentem.* Tùm, ſilentio ſuo admittens remedium, illud hac expo-

Auguſtinus.

ſitione non contineri, reſpõdet: *quare aliud remedium affert ad ſanandam apparentẽ abſurditatem litteralem effuſionis vnguenti ſuper Domini pedes, aut mandati Oſeæ dati de meretrice ſumendâ, niſi Lectoribus judicandum relinquendo, Deum, cujus voluntas omnis ordinis & juſtitiæ regula eſt, aliquid certo reſpectu prohibentem, alio jubentem, ſibimet non repugnare, ac proinde, nec intemperantem, nec injuſtum eſſe*, &c? Sed lectores ſuos infœliciter ludificat. Nam Auguſtinus expreſſè teſtatur, unctionẽ pedum Domini per Magdalenam, & conjugium Oſeæ cum meretricula, quamvis [a] *magna cujuſdam rei ſignum* fuerint, *Hiſtoricè* tamen *& propriè* eſſe intelligenda: Contra verò ait verba hæc, *Niſi manducaveritis carnem filij hominis & biberitis ſanguinem*, locutionem eſſe figuratam propriæ oppoſitam. Deinde, ad tollendam apparentiam diſſolutionis & impuritatis quam vnctio & conjunctio illa præ ſe ferebant, de priori ait; *neque vllo modo quiſquam ſobrius crediderit Domini pedes ita vnguento pretioſo a muliere perfuſos, ut luxurioſorum & nequam hominum ſolent, quorum talia convivia deteſtamur*, &c. *Ita quod in alijs perſonis plerumque flagitium eſt, in divina vel prophetica perſona magna cujuſdam rei ſignum eſt*: Et de poſteriori ſimiliter, *Alia eſt in perditis moribus, alia in Oſee Propheta vaticinatione conjunctio meretricis.* Et rurſum alibi: [b] *Quid adverſum clementia veritatis, quid inimicum fidei Chriſtianæ, ſi meretrix relicta fornicatione in caſtum conjugium commutetur?* Et paulò poſt: *Itaque cum meretricem Propheta fecit vxorem, & ad vitam corrigendam mulieri conſultum eſt, & figurâ ſacramentum de quo mox loquemur expreſſum.* Contra autem ad removendum flagitium quod verba Domini jubere videntur, ea pronunciat figuratè eſſe ſumenda. Intelligit ergò figuratam locutionem ſecundum quam illa pronunciat accipienda, flagitium illud tollere quod imperare videntur. At nullomodò id tollit, ut obſervavimus, ſi figuram intelligat verborum proprietatem ſupponentem & continentem, cum ex proprietate verborum flagitij conſurgat apparentia. Itaque figuram intelligit eam excludentem.

Denique, ſi eadem fuiſſet Auguſtini quæ hodie eſt Adverſariorum fides, cur non dixiſſet ad difficultatis ſolutionem verba illa Domini proprie quidem & juxta litteram eſſe ſumenda, carnemque ejus & ſanguinem oraliter edenda & bibenda, ſed tamen id fieri abſque horrore ſub aliena & mutuatitia panis & vini figura, & ſimul abſque flagitio, abſque laceratione & cruoris effuſione, carne videlicet Domini integra & incruſtata, pilularum medicinarum inſtar, abſorpta & deglutita? Id ſanè dicere debuiſſet, cum locus dicendi eſſet, facinoriſque apparentis depulſio neceſſariò requireret. At contra ad locutionem figuratam, ſeu ad manducationem figuratè ſic appellatam, hoc eſt, intellectualem & mentalem tantum recurrit. Prior ergo illa, non erat ipſius fides. Reſpondet Perronius, *circunſtantiam loci oſtendere, non opportunum tunc fuiſſe, ut de orali manducatione ſub panis & vini ſpecie loqueretur, idque propter duas rationes manifeſtas.*

Auguſtinus.

Prior eſt, *Auguſtino hîc propoſitum non eſſe præciſas, directas & definitivas locorum ſcripturæ quæ tractabat definitiones dare, ſed eas tantum quæ regulæ ſuæ applicandæ & adaptandæ inſervire poterant, quantumlibet leves, obliquæ & collaterales forent*, &c, *quemadmodum ſupra obſervavimus ad locum Ioannis*, qui amat animam ſuam, perdet eam. *Quod & ipſum alibi præſtat circa ſpoliationem Ægyptiorum. Quamvis enim non deſorent juſtificationes reales & a rebus ipſis ducibiles ad juſtificandum Dei mandatum*, &c, *nihilominus quando ſuſcipit mandatum hoc juſtificandum per ſolam regulæ ſuæ applicationem, videlicet, cap. 91. vigeſimi ſecundi Libri contra Fauſtum, omittit juſtificationes reales, & ſolam figuræ conſiderationem adducit*: Quod Ægyptios exſpoliavit, juſſu Domini Dei nihil nili juſtiſſimè jubentis, quid præfiguraverit, jam in quibuſdam Libris quos de Doctrina Chriſtiana prænotavi, quantum mihi tunc occurrit me recolo poſuiſſe, *&c.* *Et Libro ſecundo de doctrina Chriſtiana*, [c] Illud in Exodo factum, ſine dubio factum eſt ut hoc præſignaret. *Viciſſim autem quando hanc juſſionem ex parte rei juſtificat, omnem figuræ conſiderationem præterit*: Omnino, [d] *inquit*, tanquam nihil ſignificaverint facta illa (nempè, occiſio Ægyptij & ſpoliatio Ægyptiorum) diſcutio. *Et rurſum*: [e] quod faciendo Moſes, uſque adeò non peccavit, ut non faciendo peccaret. Deus enim juſſerat, qui utique novit non ſolum ſecundum facta, verum etiam ſecundum cor hominis, quid unuſquiſque, vel quem perpeti debeat, *&c.* *At proinde mirum eſſe non debet, ſi ad juſtificandum mandatum de manducanda carne filij hominis per applicationem regulæ ſuæ, hoc eſt, per conſiderationem figuræ, prætermittit omnem juſtificationem realem, de manducanda videlicet carne Chriſti & bibendo ejus ſanguine ſub ſpecie aliena*, *&c.* Verum ſtupenda eſt ipſius, vel ſupinitas, vel inverecundia, qui tam infrunita effutire non erubeſcat. Perindè enim loquitur, ac ſi Auguſtinus cæca quadam audacia regulam ſuam ad locorum ſcripturæ intelligentiam confingeret, deindè ad illam quomodocumque illuſtrandam & verificandam, *leves* neſcio quas (ut illas appellat) *& obliquas expoſitiones* ſcripturæ locorum, genuinarum defectu proponere cogeretur. In quo illum facit delirantem. Annon enim deliri eſt, ad quorumdam ſcripturæ locorum intelligentiam regulam certam proponere, ut quis *ſignis ambiguis non decipiatur*, quemadmodum ipſemet Auguſtinus [f] profitetur, ac ad eam verificandam non verum eorum

[a] *Lib. 3. c. 12.*

[b] *Contr. Fauſt. l. 22. c. 80.*

[c] *cap. 40.*

[d] *Contra Fauſt. l. 22. c. 70.*

[e] *Ibid. c. 73.*

[f] *De Doctr. chriſt. l. 3. c. 2.*

Augustinus.

eorum sensum, sed levem & ambiguum, & obliquum adducere? Chorœbus id fecerit, non Augustinus. Non enim præpostere ei quærendæ erant expositiones quæ regulæ suæ applicandæ quoquomodò inservirent, sed regula erat ita constituenda ut vero ac genuino locorum illorum sensui adaptari posset. Nam regula instar conclusionis est quæ ex præmissis colligi debet & earum naturam sequi. Rursum, annon & amentis est, cum præsto sint innumeræ, graves, seriæ, propriæ, ac directæ & præcisæ variorum scripturæ locorum interpretationes regulæ alicui propositæ applicabiles, Leves tantum & contortas, nec ambiguitatem aut flagitij speciem tollere per se valentes, lectoribus incautis proponere? Aut, si non amentis, profectò deceptoris est, ac fallere cogitantis, non autem docere. Qui enim divinabunt Lectores, utrum hæ interpretationes leves sint, an graves, ludicræ, an solidæ, contortæ, an directæ? Et, si loca fortè de quorum sensu dubitabitur, flagitium jubere videantur, ut in materia de qua agimus, levisque tantùm & obliqua (non propria & directa) eorum intepretatio, & quæ flagitij speciem non removeat, sed relinquat ac confirmet, in medium adducatur, annon illa credent verè flagitium imperare ac mandare? At testatur Augustinus se regulam suam dare ad omnia hæc incommoda quæ aut ex ambiguitate aut ex facinoris specie fallere possunt removenda: propositum ergo illi est, graves, proprias & directas locorum scripturæ quæ affert interpretationes dare, regulæque accommodare. Nec obstant exempla duo quæ opponit Petronius. Non prius ex Joanne sumptum, de quo supra respondimus. Non etiam posterius, de spoliatione Ægyptiorum. Primò enim nullomodò quadrat ad quæstionem de qua agimus. Nam Augustinus non ait, mandatum de spoliandis Ægyptijs locutionem figuratam esse, quemadmodum id asserit de mandato carnis Christi manducandæ & sanguinis ejus bibendi. Deindè falsum est, eum vllibi mandatum de spoliandis Ægyptijs justificare, vel ex parte regulæ suæ, vel ex parte ejus quod eo mystice designabatur. Nam cum locutio figurata non sit, non cadebat sub ejus regulam, nec ex ea poterat justificari. Nec illud rursum poterat Augustinus ex eo quod figurate significabat, justificare. Conjectura enim tantum est an & quid mystice ab eo fuerit figuratum: & quando certò sciretur, hoc minime inserviret ipsius justificationi. Quis enim dixerit mysticam significationem ab Israëlitis nec intentam nec intellectam, eorum actionem à furto justificasse? Hac ratione, qui furando mysticam aliquam figurationem intenderet à furto esset excusatus; quod falsum & absurdum est. Denique ajo, aliud esse, quid mandatum de spoliandis Ægyptijs figurate designarit, recensere, quod Augustinus facit varijs in locis, aliud, illud ex parte hujus figuræ justificare, quod nunquam facit. Illud enim tantum justificat ex parte rei ipsius, hoc est, mandati divini, vel in ipso loco quem tanquam Uriæ litteras imprudenter protulit Cardinalis. Dicere enim, *Moyses exspoliavit Ægyptios jussu Domini Dei sui, nihil nisi justissime jubens*: illud nè justificare est ex parte figuræ, an non potius ex parte rei, hoc est, mandati divini? Itaque, ut redeam ad argumentum, quandoquidem justificanda illi erat flagitij apparentia in verbis Domini mandata circa manducationem carnis & sanguinis sumptionem, ex parte rei, hoc est, ex vero & genuino verborum illorum sensu, nec ullomodo meminerit sumptionis eorum oralis sub aliena & peregrina specie, sed tantum figuratæ locutionis & manducationis mentalis & intellectualis, sequitur verum & genuinum eorum sensum, non in manducatione propria & orali, sed in manducatione metaphorice sic appellata, hoc est, mentali & spirituali consistere.

Augustinus.

Posterior ratio est, *Augustini mentionem hoc loco non esse, docere loca scripturæ alia ex alijs interpretari, sed docere exponere exempla regulæ suæ per inspectionem solam loci cum ipsa regula collati, non autem per comparationem cum alio textu. Non autem poterat in his solum verbis*, nisi manducaveritis carnem filij hominis, *reperire solutionem hanc, corpus Christi edendum esse in propria substantia, sed non in propria specie*, &c. *Sola erat Eucharistiæ institutio quæ hoc dubium soluere poterat*, ut docet [a] *Cyrillus Alexandrinus. Imo & ipse Augustinus ait*: [b] *sic oportebat ut diceretur quod non ab omnibus intelligeretur. Secretum Dei intentos debet facere, non aversos. Isti autem defecerunt* (Capernaitæ) *talia dicente Domino Jesu. Non crediderunt aliquid magnum dicenti, & verbis illis gratiam aliquam cooperientem*, &c. *Proinde non poterat Augustinus, nisi à scopo discedens qui erat regula suæ quodque exemplum virtute solius regulæ solvere & sola loci inspectione, eo loco inferere mentionem vllam solutionis realis & ex parte rei sumptæ, hoc est, ejus quam latua specierum sub quibus Dominus in Eucharistia corpus ac sanguinem suum dedit, supeditabat, sed tenebatur contrahere se ad solutionem allegoricam & ex parte figuræ sumptam, hoc est, ad eam quam sola regulæ applicatio simplici loci circunstantiæ juncta proponebat, quamque curiositati Lectorum offert, non tanquam solutionem completam & definitivam, sed tanquam rationem fiduciariam & perfunctoriam seu transitoriam, ad censuras eorum compescendas, ut expectando tempus & occasionem solutionis precisæ & directæ, interim judicium suum suspenderent, sibique proponerent, quamvis hæc verba inhumanum quid præ se ferrent, ea tamen non esse carpenda, quia*

[a] *In loco. l. 4. c. 14.*
[b] *In loan. tract. 27.*

Auguſtinus.

plus continebant quam exprimebant, & cum ſenſu principali qualiſcumque is foret conjunctus erat ſenſus figuratus excuſans & molliens apparentiam duritiæ & aſperitatis quæ in eis eſſe poterat. Sed vix aliquid ineptius confingi aut dici potuit. Primo enim, quodnam conſectarium illud eſt, Auguſtini ſcopus erat exempla regulæ ſuæ per inſpectionem ſolam loci cum regula ipſa collati docere exponere: Ergo non dandus ei erat præciſus & directus eorum ſenſus, ſed proviſorius & tranſitorius? Ridicule prorſus. Quid enim prohibebat ab eo verum ac proprium genuinumque ſenſum dari? At inquit, *non poterat in his ſolum verbis*, niſi manducaveritis carnem filij *hominis, reperire hanc ſolutionem, corpus Chriſti edendum eſſe in propria ſubſtantia, ſed non in propria ſpecie.* Verum, ſi non poterat genuinum horum verborum ſenſum per inſpectionem illorum cum regula collatorum exponere, ſanus-ne fuerit locum hunc ex regula ſua proponens dilucidandum? Eligenda illi fuerant alia ſcripturæ loca ex regula ſua genuinè exponenda, non verò diſſentanea, incongrua & anomala. Tum etiam, quare non poterat? Nam ſi cenſuiſſet, inſtar Adverſariorum, verba illa Dominica proprie, & de manducatione orali eſſe intelligenda, poterat & debebat monere, Dominum hiſce verbis docere carnem ſuam modo quodam convenienti, incruento & abſque omni flagitio, oraliter eſſe edendam in Euchariſtiæ communione. Sic enim lectores ſuos circa hujus loci genuinam intelligentiam erudiſſet & inſtruxiſſet: Verùm, nec tale quid monet, nec etiam monere poterat ex hypotheſi regulæ ſuæ, quamquam ob rationem à Perroniana longe differentem. Nam cum ex regula ſuâ pronunciet verba illa Domini locutionem figuratam eſſe, non propriam, & figuram exponat de manducatione quæ mente ac fide fiat, non poterat certe, niſi ſibi contradicens, ſupponere verba illa proprie ſeu de manducatione orali eſſe intelligenda. Secundo, falſum eſt ſolam Euchariſtiæ inſtitutionem potuiſſe hoc dubium ſoluere. Nec ea mens ſimpliciter eſt aut Cyrilli, de quo infra loco ſuo agendum erit, aut Auguſtini; qui tantum volunt Dominum non adeo manifeſte Capernaitis revelaſſe quomodo caro ſua eſſet manducanda, quam poſtea Diſcipulis; non autem, id illis ſimpliciter & in vniverſum occultaſſe. Teſtatur Chryſoſtomus: [e] *Stultitia illis ſua offendiculum erat, non dictorum ambiguitas.* Et ipſe Cyrillus: [d] *cùm animales eſſent Spiritalia intelligere non poterant.* Imo & ipſe Auguſtinus cum ait in loco objecto, *ſic oportebat ut diceretur quod non ab omnibus intelligeretur*, tantummodò ſic loquitur propter metaphorica verba manducandi & bibendi, quæ ab omnibus non intelligebantur, non propter obſcuritatem metaphoræ, ſed propter tarditatem & ruditatem audientium. Nam paulo poſt exponens hæc verba ſequentia, *Si videritis filium hominis aſcendentem, ubi erat prius*, monet in illis Dominum manducationis ſecretum plane aperuiſſe: *hinc* [c] inquit, *ſoluit illud quod non noverant: Hinc aperuit unde fuerant ſcandalizati, hinc planè ſi intelligerent.* At non aliam inde manducationem quam ſpiritalem colligere omnino poterant. Ea ergo ſecretum illud eſt quod verbis Domini, *niſi manducaveritis carnē filij hominis*, continetur & deſignatur. Tertiò falſiſſimum & abſurdiſſimum eſt quod ſubjungit Perronius, *Auguſtinum non tradere ſolutionem hanc*, figura ergo eſt præcipiens paſſioni Domini eſſe communicandum, *tanquam reſponſionem completā & definitivam, ſed tanquam ſolutionem proviſoriam & tranſitoriam reſervata in aliud tempus preciſa & directa.* Quidpiam enim ſimile fortè reſponderi poſſet, ſi Auguſtinus in concione coram quibuſlibet auditoribus facta, ea verba figuratè ad aliud aliquid quam ad carnem Domini accommodaſſet, quomodò Bernardus illa pœnitentiæ applicat. Verum hîc longe alia ratio eſt. Monet enim generatim ſe in his de Doctrina Chriſtiana libris regulas tradere velle, & modos a *inveniendi quæ intelligenda ſunt*, ut [b] *qui veniat ad ambigua ſcripturarum diſcutienda atque ſolvenda, ſignis ambiguis non decipiatur.* Qua fronte ergo dicitur eum expoſitionem *enigmaticam* (ſic enim eam Perronius quoque [c] nuncupat) *proviſoriam & tranſitoriam* Verborum illorum Domini, *niſi manducaveritis carnem filij hominis*, non vero præciſam & directam hîc tradere? Deinde: hoc loco ſpeciatim profitetur, locutionem illam quæ flagitium jubere videtur locutionem figuratam eſſe: ac ſubjungit ex hac regula intelligenda eſſe ſupra memorata Domini verba. Quis autem niſi ſtupidus dixerit, illum regulam dare ad intelligendos proviſorios & tranſitorios locorum ſcripturæ ſenſus, non ad proprios, directos & genuinos? Sed & quandò locutionis figuram exponens, ait, *figura ergo eſt præcipiens paſſioni Domini eſſe communicandum*, &c, evidentiſſimè innuit ſe his verbis exprimere quod Dominus per carnis ſuæ manducationem juſſerat. Illud enim hujus eſt explicatio & definitio, ac proprie reddit quod figura locutionis Dominus faciendum commendaverat ac imperaverat. Manducationem autem carnis ſuæ juxta completivum ac definitivum, proprium ac genuinum, non autem proviſorium tantummodò & tranſitorium illius ſenſum commendaverat Dominus. Ac proindè quandò Auguſtinus mandatum ejus explicans, ait, *figura ergò eſt præcipiens paſſioni Domini eſſe communicandum, & ſuaviter atque utiliter in memoria recondendum quod pro nobis caro ejus crucifixa & vulnerata ſit*, mandati ipſius, hoc eſt, manducationis imperatæ ſenſum

Auguſtinus.

[c] *In Joan. tract. 27.*

[a] *Lib. 1. c. 33.*
[b] *Ibid. lib. 3. c. 1.*

[c] *Pag. 134.*

[e] *In Joan. homil. 46. in Græco.*
[d] *In Joan. 6. 52.*

Digitized by Google

Auguſtinus.

ſum non dat ænigmaticum, proviſorium & tranſitorium, ſed completum & genuinum, præciſum & proprium. Denique id ipſum probatur ex eo quod ſenſus ille proviſorius & tranſitorius qui proprietatem litteralem ſupponeret & includeret, ut vult Adverſarius, flagitium quod Domini verba jubere videntur, non tolleret, ſed relinqueret in lectorum mentibus magno eorum offendiculo. Apparentia enim illius ex verbis propriè & ſecundùm litteram acceptis, oritur, ut jam multoties obſervavimus, & repetere nos cogit Adverſarij importunitas. Atqui teſtatur Auguſtinus ſe regulam tuam dare ad hanc flagitij apparentiam removendam. Expoſitio igitur illa quam juxta regulam tradit non continet tantummodò ſenſum neſcio quem proviſorium & tranſitorium verborum Domini, qui verè illuſorius eſſet, ſed preciſum & proprium, completivum & genuinum, qui proindè non conſiſtit in manducatione orali, ſed in intellectuali ac ſpirituali.

Sic prolixè defendimus locum hunc Auguſtinianum contra omnes in vniverſum adverſariorum ſtrophas.

Viderint Lectores veritatis amatores, utrum noſter ſit, an illorum.

Secundus locus præcedenti congener ducitur ex commentario in Pſalmum 98. ubi Auguſtinus confutans imaginationem quorumdam ex Diſcipulis qui, cum Dominus diceret, *Niſi manducaveritis carnem filij hominis & biberitis ſanguinem, non habebitis vitam in vobis*, ſcandalizati fuerant & dixerant, *Durus eſt hic ſermo, quis poteſt hoc intelligere*, ſermonem quippe Domini carnaliter intelligentes & putantes quod Dominus præciſurus eſſet particulas quaſdam de corpore ſuo & daturus illis; inducit Dominum verba hæc addentem, *Spiritus eſt qui vivificat, caro autem nihil prodeſt: verba quæ locutus ſum vobis, ſpiritus eſt & vita*; deindè utraque ſic exponentem; *Spiritaliter intelligite quod locutus ſum. Non hoc corpus quod videtis manducaturi eſtis, & bibituri illum ſanguinem quem fuſuri ſunt qui me crucifigent. Sacramentum aliquod vobis commendavi: ſpiritaliter intellectum vivificabit vos, & ſi neceſſe eſt illud viſibiliter celebrari, oportet tamen inviſibiliter intelligi.* Locum pariter egregium. Ait enim Auguſtinus ea quæ Dominus de carnis ac ſanguinis ſui ſumptione dixit, ſpiritualiter eſſe intelligenda, non carnaliter. Quid autem eſt illa, non carnaliter, ſed ſpiritualiter intelligere, niſi de manducatione ſpirituali, non autem de propria & orali illa accipere? Confirmatur ex eo quod ſubjungit: *Non hoc corpus quod videtis manducaturi eſtis, & bibituri illum ſanguinem quem fuſuri ſunt qui me crucifigent.* Non enim intendit ſimpliciter & abſolute negare carnem Domini eſſe manducandam ſanguinemque ipſius bibendum, cum Dominus hoc ad vitam neceſſarium eſſe pronunciet: negatio igitur ejus reſpicit proprietatem verborum manducandi & bibendi, quæ metaphoricè ſumenda ſunt, non proprie; ut manducationem ſpiritualem, non vero propriam & oralem hîc deſignent. Videmus quid reſpondeant Adverſarij.

Auguſtinus.

verbis ſatis evidenter innuit, illum tantummodò mente ac fide manducari & bibi. Secundo, id ipſum explicatius indicans, illum *cibum ſpiritualem* vocat. Nam *cibus ſpiritualis*, cibus eſt cordis, non oris. Denique, idem apertiſſime ac manifeſtiſſime docens *potum ſpiritualem* exponit de eo qui fide capitur, non qui corpore hauritur: *Eundem potum*, inquit, *quem nos, ſed ſpiritalem, id eſt qui fide capiebatur, non qui corpore hauriebatur.* Nec juvaret excipere *illum in præterito loqui*, capiebatur, hauriebatur, *ut doceat id ita factum ſub veteri teſtamento, non vero in præſenti*, capitur, hauritur, *quaſi etiam nunc res eodem modo ſe haberet.* Nam, verum quidem eſt eum in præterito loqui, quia ſcopus ipſius erat oſtendere Chriſtum etiam a Veteribus manducatum ac bibitum fuiſſe: Sed hoc ex accidenti eſt, nec infirmat argumentum. Sole enim clarius eſt, eum quando ait, *potum ſpiritualem, id eſt, qui fide capiebatur, non qui corpore hauriebatur*, explicare quid ſit potus ſpiritalis: ſi quidem hoc oſtendit particula, *id eſt*, ei appoſita. Spiritualem autem eum eſſe interpretatur qui *non corpore, ſed fide* capiatur videlicet, ac hauriatur. Atqui hodie quoque Chriſtus potus ſpiritualis eſt, & nos eumdem potum ſpiritualem cum veteribus haurimus, fide ergo non corpore. Ad hæc argumenta ſic concepta nullam directam vidi Adverſariorum reſponſionem. Perronius tamen ad locum ipſum nonnulla reponit. Ait enim [a] *Eraſmum in fronte tractatus hujus notare*, eum *non eſſe Auguſtini.* Verum, aberravit Eraſmus: non enim vidit omnia. Nam, ut taceam [b] in decreto citari ſub Auguſtini nomine, meminit hujus Poſſidius in Indiculo, ut dubitationi nullus ſit relictus locus. Deindè, duo reſpondet. Prius eſt: *Auguſtinum quidem docere Patres manducaſſe & bibiſſe eumdem Chriſtum, quem nos manducamus & bibimus, ſed non inde ſequi eos illum eodem modo manducaſſe & bibiſſe: quin & Auguſtinum ipſum hîc obſervantem, Patres Chriſtum corde manducaſſe, alibi docere, nos illum corde & ore ſumere*: Chriſtum Jeſum, [c] *inquit*, carnem ſuam nobis manducandam bibendumque ſanguinem dantem, fideli corde atque ore ſuſcipimus: *Calvinum quoque eum Apoſtoli locum quem Auguſtinus exponit pariter explicantem, obſervare*, [d] Intelligit (apoſtolus) eos ſuo modo manducaſſe qui a noſtro fuit diverſus: atque id eſt quod ſuperius dixi, plenius nunc pro menſura revelationis exhiberi nobis Chriſtum. Nam hodie ſubſtantialis eſt manducatio quæ tunc nondum eſſe potuit, hoc eſt, carne ſua pro nobis immolata & in cibum nobis deſtinata nos Chriſtus paſcit, & inde vitam haurimus, *hæc ille.* At ego contra pertendo argumentis noſtris apertiſſime oſtendi. Patres ex Auguſtini mente non tantum eumdem Chriſtum, ſed eodem etiam quo nos modo manducaſſe & bibiſſe, ſi manducationis organum ſpectetur. Nec repugnant loca, tum ipſius, tum Calvini à Perronio oppoſita. Auguſtinus enim ibi non ait, Chriſti carnem à nobis manducari fide & ore, ut ſupponit Adverſarius, ſed nos Chriſtum carnem ſuam manducandam dantem, *fideli corde atque ore* ſuſcipere: quæ quantum inter ſe differant, capite ſequenti Deo dante ſumus oſtenſuri. Calvinus ſimiliter nullomodo intelligit, modum noſtrum manducandæ carnis Chriſti a Veterum modo eſſe diverſum, ſi de manducationis inſtrumento quæſtio ſit, quod utrobique fidem eſſe expreſſe teſtatur, ſed ita loquitur reſpectu rei ipſius, videlicet, carnis Chriſti, quæ, cum eam manducarent Patres, nondum ſubſtantialiter exiſtebat, prout nunc exiſtit, ſed tantum futura erat. Quod ipſum & hîc notat Auguſtinus, cum ad finem loci ait: *tunc Chriſtus venturus, modo Chriſtus venit. Venturus & venit diverſa verba ſunt, ſed idem Chriſtus.* Illi enim carnem nondum ſubſtantialiter exiſtentem fide manducabant, nos eamdem actu exiſtentem & pro nobis immolatam fide pariter manducamus. Poſterius quod reſpondet Perronius, eſt: *meditationem illam hujus Authoris (ſi ipſe Auguſtinus non eſt) in Apoſtoli locum, quamvis piam & religioſam, nullomodò litteralem eſſe, hoc eſt, conformem litterali Apoſtoli ſenſui, ſed obliquam & indirectam, ſermonibus popularibus coram quibuſlibet Auditoribus pronunciatis accommodatam, quæque litteraliter ſumpta Apoſtolo contradiceret de patribus carnalibus loquenti ac de manducatione orali pijs & impijs communi.* Sed hæc reſponſio, quamquam reſpectu loci Apoſtolici vera, nihili prorſus eſt. Non enim inter nos quæritur, an genuinus ſit & proprius quem hîc dat Auguſtinus Apoſtolici loci ſenſus: nec ex eo, tanquam Apoſtoli genuino, argumenta noſtra ducimus, ſed ex ipſa explicatione, qualiſcumque illa ſit, & doctrinâ in ea contenta, quæ cum corporali carnis Chriſti ſumptione conſiſtere nequit. Sic enim & ſupra Perronius ipſemet contra nos argumentabatur ex meditatione quadam Auguſtini longe adhuc magis contorta, violenta & obliqua ſuper verba Libri primi Regum, *ferebatur in manibus ſuis*: nec nos ſophiſtica ejuſmodi exceptione argumentum inde ductum eluſimus & declinavimus, ſed admiſſa pro tempore illius applicatione ipſum in ſe ſpectatum diluimus.

Octavus locus ducitur è ſermone trigeſimo tertio de verbis Domini, ubi explicans hæc verba, *Beati qui manducant in regno Dei panem*, ait: *Quis eſt panis de regno Dei, niſi qui dicit*, Ego ſum panis vivus qui de cœlo deſcendi? *Nolite parare fauces, ſed cor. Inde commendata eſt iſta cœna*; (Dominica, nempe, de qua ante prolixè erat locutus) *Ecce credimus in Chriſtum, cum fide accipimus. In accipi-*

[a] De Euch. l. 1. c. 9. & 10.

[b] De conſecr. diſt. 2. can. Tunc vir.

[c] Contr. Adverſar. legis lib. 2. c. 9.

[d] In 1. ad Cor. 10.

Auguſtinus.

Auguſtinus.

endo novimus quid cogitemus. Modicum accipimus & in corde ſaginamur. Non ergo quod videtur, ſed quod creditur paſcit. At verò ſi corpus Chriſti ore & faucibus ſumeretur, quamobrem Auguſtinus diceret, *Nolite parare fauces, ſed cor?* Dicere potius debuiſſet *parate tum os & fauces, tum cor.* Nemò enim negare poteſt utrumque eſſe parandum, ſi utroque ſumendum ſit. Quis enim lutulento ac ſordido ore Chriſtum vellet eſſe ſumendum? Cum igitur dicat, *fauces nolite parare, ſed cor*, ſatis evidenter innuit, panem de cœlo deſcendentem, hoc eſt, Chriſtum ſeu Chriſti corpus non ſumi ore & faucibus, ſed fide ac corde tantum.

e *Refut. c. 18. p. 191.*

Nec obſtat quod excipit Perronius, e *Auguſtinum hu verbis uſum oris excludere nolle, ſed tantum docere velle, præparationem quam afferre debemus ad corpus Chriſti digne participandum, conſiſtere debere, non in faucium, ſed in animæ præparatione.* Nam ſi Chriſti corpus, & ore, & corde ſumitur, utrumque (ut dixi) parandum & purgandum eſt, & non vnum tantum. Nec rurſum obſtat, quod reſpondet f Milleterius, *Auguſtinum ſic loqui, quia corpus Chriſti, quamvis ore ſumatur, id tamen non fiat ad corpora noſtra nutrienda.* Nam hæc ſolutio argumentum noſtrum non attingit, & in ſe inepta eſt. Si enim corpus Chriſti non nutrit corpora noſtra, ſed animas tantum noſtras, fruſtra ergò ore & faucibus ſumi dicitur. Purum quippe putum animarum noſtrarum cibum ore ac faucibus ſumi, æquè abſurdum eſt dicere, ac proprium corporis cibum anima eſſe ſumendum ad corporis nutritionem. Verum urget poſt Perronium, Auguſtinum uſum oris manifeſtè includere, cum ibidem ait, *Modicum accipimus, & in corde ſaginamur.* Nam, inquit, *negari non poteſt, modicum illud quod accipitur & quod animam ſaginat, ore & faucibus ſumi: nihil autem animam noſtram ſaginare poteſt, niſi proprium Chriſti corpus: corpus ergo proprium Chriſti faucibus & ore juxta Auguſtinum ſumitur.* Deindè, thraſonicè exclamat: *Albertini fatum eſt, proprijs armis perire.* At ego contra dico, fatum ipſius eſſe cum ratione inſanire velle. Nam verum quidem eſt, Auguſtinum intelligere, modicum illud quod accipitur & quod animam ſaginat, ore etiam ac faucibus ſumi, non fide tantum: Sed falſiſſimum eſt, illum id enunciare de proprio Chriſti corpore. Quis enim ſanus diceret, modicum proprij corporis Chriſti accipi? Anne ergo diſcerpitur in fruſtula & particulas, ut parum illius accipi & ſumi poſſit? Apage tantam ineptiam. Id enim ait Auguſtinus de ſubjecto diviſibili, non autem de indiviſibili, quale corpus Domini eſſe apud omnes in confeſſo eſt. Hoc dicit, non de pane vivo qui de cœlo deſcendit, ſed de cœna Dominica quæ ab hoc pane commendationem ſuam habet, & de qua dixerat, *Inde commendata eſt iſta cœna: Ecce in Chriſtum credimus* (eam ſcilicet) *fide accipimus.* Hoc affirmat, inquam, de cœna de qua paulo ante dixerat: *Cœnam manibus ſuis conſecratam Diſcipulis dedit.* Hoc denique pronunciat, de pane quem ibidem ait, Dominum *manibus* geſtaſſe & qui hodie non guſtetur *faucibus* communicantium, licet eamdem cœnam cum Diſcipulis edant; vnde manifeſte patet illum de corpore proprio Domini non agere, cum illud etiam hodie ex Adverſariorum hypotheſi faucibus communicantium & ore guſtetur, ſed de pane ſacramentali qui licet numero alius ſit ab eo quem Apoſtoli à Domino acceperunt & manducarunt, eadem tamen eſt quoad myſterium cœna. Deinde & rurſus falſum eſt quod aſſumit Milleterius, nihil animam noſtram ſaginare poſſe, præter proprium Domini corpus. Nam ſecundum Auguſtinum, ſacramentum Euchariſtiæ quamvis ſubſtantialiter panis ſit, animam noſtram ſaginat, quemadmodum & baptiſmus licet ſubſtantialiter aqua ſit, animam noſtram ſanctificat. Quin, & ex ipſorum Adverſariorum numero Yſambertus ſibi objicit ipſum Milleterij argumentum, & ad illud ait: a *Reſponderur conceſſa majore negando minorem. Hæc enim cibans gratia ita confertur per corpus & ſanguinem Domini, ut tamen ſpecies ſubſtantiarum panis & vini, &c, ſimul etiam attingant productionem hujus ſpecialis gratiæ.*

Auguſtinus.

f *Cap. 34 p. 624.*

a *Ad quæſt. 73 de Euch. diſp. 2 artic. 3.*

CAPUT VII.

In quo ſolvuntur Objectiones quibus Adverſarij ex Auguſtino probare conantur, propriam Domini carnem oraliter edi.

PRIMA objectio ducitur ex Epiſtola ad Januarium, in qua Auguſtinus ait: b *placuit Spiritui Sancto vt in honorem tanti ſacramenti in os Chriſtiani prius Dominicum corpus intraret, quam cæteri cibi.* Verum, quia vidit Perronius facilè reſponderi poſſe per *corpus Dominicum* ab Auguſtino non deſignari proprium Domini corpus, ſed ſacramentum illius de quo ipſemet alibi, c *Penè quidem ſacramentum omnes corpus ejus dicunt*; verba illa Auguſtini *quam cæteri cibi* ad marginem ſcripti ſui allata, Gallicè vertit, d *que les viandes externes*, nempè quoniam in quibuſdam editionibus habetur *quam externi cibi*: atque indè concludit locum hunc *non intelligi poſſe de ſimplici ſigno, quandoquidem corpus illud cibis exteris ab Auguſtino opponitur.* Verum reſpondeo depravate legi *exteri* & reponendum *cæteri* quemadmodum Lovanienſes in editione ſua reſtituerunt. Nam, ut præter-

b *Epiſt. 118, c. 6.*

c *De Verbis Domini ſerm. 53.*

d *Refut. c. 6. p. 50.*

eam

Auguſtinus.

eam familiare eſſe Auguſtino ſacramentum *cæteris cibis* opponere, tum *e* alibi, tum in hac ipſa epiſtola; Locum hunc ita citant, Eugyppius, *f* Iſidorus Hiſpalenſis, *g* Eligius Noviomenſis, ſi tamen Author eſt homiliarum ſub ejus nomine editarum, *h* Beda; *i* Etherius & Beatus, *k* Paſchaſius, *l* Gratianus, *m* Lombardus, & poſt illos innumeri alij. Ipſe quoque Perronius *n* alibi illum adducens, veritatis evidentia coactus rectè vertit, *que les autres viandes.* Qui igitur, abſque reclamante conſcientia, è depravatione argumentum ducere poteſt?

Secunda objectio ducitur è Libro duodecimo contra Fauſtum Manichæum, ubi ait: *o habet magnam vocem Chriſti ſanguis in terra, cum eo accepto ab omnibus gentibus reſpondetur, Amen. Hæc eſt clara vox ſanguinis quam ſanguis ipſe exprimit ex ore fidelium eodem ſanguine redemptorum.* In quem locum notat Bellarminus Auguſtinum dicere, *fideles eum ſanguinem ore percipere, quo redempti ſunt.* Idem quoque habent *p* Coffetellus & *q* Milleterius. Reſpondeo verò, Auguſtinum non dicere, fideles ore percipere eum ſanguinem quo redempti ſunt, ſed tantum eos illum accipere. Quid autem repugnat id exponere de ſumptione ſpirituali? Nihil ſanè. Nam quemadmodum Macarius ait, *r eos qui panem viſibilem in Euchariſtia ſumunt, ſpiritualiter carnem Chriſti manducare*, ſic & dici poteſt eos qui vinum ſacramentale bibunt, ſanguinem quo redempti ſunt ſpiritualiter ſumere. Sed non ideò neceſſè eſt ſanguinem illum hîc ſubſtantialiter eſſe præſentem, cum, licet abſens, ſpiritualiter bibi poſſit à corpore ſeparatus, ut illum ſpectat Auguſtinus. Nam eum cum effuſo ſanguine Abelis confert, ac de eo, tanquam redemptionis ſanguine, loquitur, qualis non eſt niſi ſub præciſa & formali effuſi ratione, ſecundum quam cum jam actu non ſit, non niſi ſpiritualiter accipi & bibi poteſt. Nec obſtat, quod ibidem ait, *ſanguinem illum magnam vocem in terra habere, & exprimere ex ore fidelium.* Non enim indè ſequitur illum aut in terra eſſe, aut in ore fidelium. Nam ipſemet Auguſtinus alibi de S. Petro loquens qui Domino dixerat, *Domine, ad quem ibimus, verba vitæ æternæ habes*: ſimiliter ait: *s bene ſapuit in ore ipſius caro Domini.* Quis tamen ideo dixerit, carnem Domini in ipſius ore fuiſſe? Et tamen æque neceſſarium videri poteſt eam in ore ejus fuiſſe ad bonum ſaporem in eo reddendum, quam ſanguinem in terra & in ore fidelium ad vocem in illis reddendam. Nec rurſum juvaret objicere, Auguſtinum obſervare, vocem illam quam ſanguinem Chriſti in terra ac ore fidelium reddere ait, eſſe *Amen*; illud autem *Amen* reſponderi ſolitum fuiſſe ab ijs qui Euchariſtiam reciperent cum illis daretur ac diceretur, *ſanguis Chriſti*; ac proindè creditum fuiſſe id quod dabatur ſanguinem Chriſti verè ac ſubſtantialiter fuiſſe. Nam, ut præteream *Amen* reſponderi ſolitum fuiſſe, non tantum ad verba ſupra memorata, ſed etiam ad varias preces quas præſidentes & ſacerdotes, ſive antè, ſive poſt Euchariſtiæ adminiſtrationem fundebant, ut patet ex Juſtino Martyre & Liturgijs; dico verba illa *ſanguis Chriſti* abſolute ſic enuntiata ad quæ reſpondebatur Amen, deſignare potuiſſe, non; *id quod daretur ſanguinem Chriſti eſſe*, ſed *ſanguinem Chriſti vere effuſum fuiſſe pro peccatis noſtris*; cujus rei commemoratio per vinum à pane ſeparatum fiebat. Verum, demus Adverſarijs Auguſtinum dicere velle, fideles ſanguinem quo redempti ſunt ore ſumere: quid promoverint? Nihil ſane. Nam corpus Chriſti ac ſanguis, juxta Auguſtinum dupliciter manducari ac bibi dicitur, nempe, vel a *ſacramento tenus* vel *re vera*; ſeu, aut b *in ſacramento* aut *in ipſa veritate*. Priori igitur ſenſu id affirmaverit, non autem poſteriori. Fideles quippe hoc loco non ſtricto ſenſu de vere credētibus intelligit, ſed lato de baptizatis qui vulgo *fideles* appellabantur, quique ſanguinem Domini per vniverſum orbem terratum in *ſacramento* ore ſumentes ad hæc verba *ſanguis Chriſti* reſpondebant, *Amen*. Mens autem illa proferentis ille poterat eſſe, vinum quod præbebat eſſe ſanguinem Domini non in ipſa veritate, ſed *in ſacramento*, ſeu ſacramentum illius eſſe, ac ipſorum ſimiliter *Amen* dicentium, id ſe credere profiteri: quemadmodum quandò illis dicebatur, *corpus Chriſti*, & ipſi reſpondebant *Amen*. Auguſtinus ipſemet ait, c *ad id quod eſtis reſpondetis, Amen, reſpondendo ſubſcribitis*; nec ideo tamen illos intelligit ſubſtantialiter corpus ipſum Chriſti, ſed myſticè tantum & moraliter.

Tertia objectio ducitur ex eodem Libro in quo Auguſtinus de Euchariſtia loquitur, tanquam de d *ſacramento ſpei quo in hoc tempore conſociatur Eccleſia, quamdiu bibitur quod de Chriſti latere manavit.* Hæc enim verba proferunt Bellarminus, *e* Coffetellus & *f* Gamachæus, obſervantes, *id quod de Chriſti latere manavit, proprium ſanguinem eſſe, non ſignum ſanguinis, Auguſtinumque hîc loqui de eo non per ſolam fidem, ſed ore ſumendo.* Sed primo, undè colligunt Auguſtinum loqui de eo quod è Chriſti latere manavit, non fide ſola, ſed ore ſumendo? Bibi enim tantum dicit, & nihil amplius. An ex eo quod obſervet id in ſacramento, hoc eſt, in Euchariſtia fieri? Pariter ergo dixerim, illud in baptiſmo oraliter quoque bibi. Fulgentius enim agens de hiſce Domini verbis, *niſi manducaveritis carnem filij hominis & biberitis ejus ſanguinem, non habebitis vitam in vobis*, ait; g *quod quiſquis, non ſolum ſecundum veritatis myſteria, ſed ſecundum myſterij veritatem conſiderare poterit, in ipſo lavacro ſanctæ regenerationis hoc fieri provide-*

e In Ioan. tract. 62.
a Theſaur. lib. 1. c. 125.
f De Eccleſiaſt. offic. l. 1. c. 18.
g Homil. 8. Rhapſodia quæ ſunt.
h In 1. Cor. 11.
i Contr. Eliſand. l. 1.
k De corp. & ſang. Dom. c. 20.
l De Conſecr. diſt. 2. Can. liquido.
m Lib. 4. diſt. 8.
n Refutat. c. 18. p. 193.
o Cap. 10.
p Des noms du Sacrem. c. 20. p. 287.
q c. 36. p. 715.
r Hom. 27.
s In Ioan. tract. 11.

Auguſtinus.

a De Civit. Dei l. 21. c. 25.
b De verb. Apoſt. ſerm. 2.
c Serm. ad infant.
d Cap. 20.
e Vbi ſupr.
f Ad q. 75. & c. 1.
g De bapt. Æthiop. cap. ultimo.

1424 Item, that the Lordis of Parliament, Spirituale and Temporale, sall haue
thair Sessionis twyis in the yeir, that is to say, ane Sessioun
begynnand the xv day of Maij, and the tother begynnand the
xv day of October, and ilk Sessioun to last xl dayis, gyf
the mater lastis sa lang, and nocht langar, and that thai
sall nocht be callit to na Parliament nor Counsale, bot
allanerly for thair awin Sessionis, and that thai sall nocht
be chargit to ryde with the Kyng, bot gyf thai will
thamselfis, for the honour of the Realme.

1424 Item, that the Lordis of Parliament, Spirituale and Temporale, sall haue
thair Sessionis twyis in the yeir, that is to say, ane Sessioun
begynnand the xv day of Maij, and the tother begynnand the
xv day of October, and ilk Sessioun to last xl dayis, gyf
the mater lastis sa lang, and nocht langar, and that thai
sall nocht be callit to na Parliament nor Counsale, bot
allanerly for thair awin Sessionis, and that thai sall nocht
be chargit to ryde with the Kyng, bot gyf thai will
thamselfis, for the honour of the Realme.

Augustinus.

catione orali carnis Dominicæ esse accipienda. Responderi si quidem facile potest eum de utraque conjunctim loqui, hoc est, de manducatione carnis Christi, tum *sacramento tenus*, tum *re vera*, tum *in sacramento*, tum *in ipsa veritate*, ac propterea mentionem facere cordis & oris, quia utrumque hoc sensu requiritur, cor quidem ad carnem Christi in ipsa veritate manducandam, os vero ad sacramentum ipsius percipiendum. Verum, quoniam nihil est in ipsius verbis quod admittere cogat eum loqui de eo quod in Eucharistia fit, placet & aliter objectionem resolvere. Dico ergo secundo, probabiliter responderi posse, hoc loco legi debere, non, *fideli corde atque ore suscipimus*, sed, *fideli corde atque aure suscipimus mediatorem carnem suam manducandam dantem*, hoc est, mandantem. Sic enim optimè quadrabunt sequentia ubi ait: *Atque in omnibus Sanctis scripturis secundum sanæ fidei regulam figurate datum vel factum si quid exponitur, &c, non aspernanter, sed sapienter audiamus.* Idem quippe exprimit per *audire*, quod prius per *suscipere*: audire autem ad *aurem* directe refertur. Atque, utinam liceret videre plures ac vetustos codices manuscriptos: facillimum enim fuit *aure* in *ore* mutare, seu ex industria, seu ex ignorantia. Tertiò, hoc quoque omisso, respondeo in his verbis *fideli corde atque ore*, cor & os non necessario pro disparatis & distinctis esse sumenda, sed per figuram usitatissimam quam Rhetorici ἓν διὰ δυοῖν vocant, pro uno ac eodem accipi posse, ut quando Joannes Baptista de Domino Pharizæis ac Sadducæis dicebat, b *ipse vos baptizabit Spiritu Sancto & igni*: adeoque epitheton *fidele* ad utrumque extendi: quasi dixisset, *corde atque ore fideli*; quemadmodum c Cotterellus & d Cotonus ea Gallice reddiderunt, *avec vn cœur & vne bouche fidelle.* Communissimum enim est, quandò substantiva duo, particula conjunctiva *&* inter se connectuntur, atque adjectivum aliquod priori illorum apponitur, illud ad utrumque substantivorum extendere & de utroque communiter enunciare. Ut quandò primo Geneseos in versione Græca habetur, e *ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν, καὶ καθ' ὁμοίωσιν*, hoc est, *faciamus hominem ad imaginem nostram & similitudinem*, pro, *ad imaginem & similitudinem nostram*: Et apud Gelasium Cyzicenum: f *ne humiliter attenti simus proposito pani & poculo, τῷ προκειμένῳ ἄρτῳ καὶ τῷ ποτηρίῳ*, pro, *pani & poculo proposito.* Sic igitur & hic, *fideli corde atque ore*, pro *corde atque ore fideli.* Ea autem ratione *os fidele* erit cordis ἐξηγητὴς, sicut in loco supra citato *ignis* est *Spiritus* expositivus, & sensus erit, *Christum fideli corde quod instar oris est*, seu *fidei ore suscipimus*; quemadmodum alibi ait, Christum g *intus* manducari, in *corde* manducari: *os enim quoddam est*, Augustinus. ait & Basilius, *intellectuale interioris hominis quo nutritur suscipiens verbum vita quod panis est qui de cœlo descendit.* Nec juvaret objicere, Augustinum, postquam dixisset, *Sicut mediatorem Dei & hominum, hominem Iesum Christum carnem suam manducandam bibendumque sanguinem dantem, fideli corde atque ore suscipimus*; adjungere: *quamvis horribilius videatur humanam carnem manducare quam perimere, & humanum sanguinem potare quam fundere*; quasi mens ipsius foret, nos, etsi id horrendum sit, nihilominus exequi, ac proindè eum non loqui de manducatione spirituali quæ nihil horroris habet, sed de orali. Verba enim illa, licet postposita, quoad sensum præcedere debent: perindè ac si dixisset, Dominum, jubendo carnem suam manducare, horrendum quid jussisse videri, hoc nihilominus esse præstandum, quoniam mens ejus non foret (ut in hoc i ipso opere loquitur) talia dicere *quæ timeri præciperet, sed quæ amari*, manducationemque non imperaret propriè sic appellatam & horrendam, sed figuratè sic dictam, videlicet eam quæ corde ac fidei ore fieri deberet.

Verum, re adhuc attentius considerata, suppetit & quarta responsio, eaque solidissima & cæteris fortè anteponenda. Dari enim potest, imò & verè supponi in verbis supra memoratis cor & os esse disparata, osque ibi propriè sumi, absque ullo causæ quam tuemur detrimento. Nam observandum est, Augustinum non dicere, nos *fideli corde atque ore carnem ac sanguinem Domini manducare & bibere*, sed, *nos mediatorem Dei & hominum, hominem Iesum Christum, carnem suam nobis manducandam sanguinemque bibendum dantem, fideli corde atque ore suscipere.* Hæc autem longissime à se distant. Mens enim ipsius non est de mediatore loqui tanquam per Eucharistiam corpus suum manducandum sanguinemque bibendum porrigente, sed de eo tanquam carnem suam manducandam sanguinemque bibendum docente, tradente, commendante & jubente: nec rursum, de illo, fideli corde atque ore velut manducationis organis, sed de illo fideli corde atque ore velut approbationis & confessionis instrumentis audiendo, amplectendo & excipiendo. Nam verbum *suscipere* adeo k communiter in hac significatione ponitur, ut supervacaneum foret probationes congerere. Similiter quoque verba *dare* & *tradere* quæ synonyma sunt, frequenter admodum pro *dicere* ac *docere* usurpantur. Hoc enim sensu Apostolus ajebat in vulgata editione: l *Lac vobis potum dedi.* Et rursum: m *Accepi à Domino, quod & tradidi vobis*: per viam doctrinæ, scilicet, ut alibi se explicat: n *Nostis quæ mandata dederimus vobis.* Et Hieronymus: o *Consuetudo apud nos istiusmodi est, ut his qui baptizandi*

b *Matth. 3. 11.*

c *Des noms. du sacrem. c. 20. p. 288.*

d *Rechent. de Genev. p. 411.*

e *V. 26.*

f *In diatyp. de Eucharist.*

g *In Ioan. tract. 26.*

i *Lib. 1. c. 1. in fin.*

k *Vide Isidorum Hispal. in Libro differentiar: Et proverb. 1. 3. & 2. 1. & 4. 4. 10. & 10. 8. & 19. 20. & Marci 4. 20. & Luc. 8. 13. & alib. 17. 11. & 1. Cor. 3. 2. vid. & Act. 5. 32.*

l *Ibid. c. 11. 23.*

m *1. Thessal. 4. 2.*

o *Ad Pammach. adverss. error. Ioan. Hierosolymit.*

Auguſtinus.

dictum eſt, Salvos nos fecit per lavacrum regenerationis, & quod Petrus ait, ſic & vos ſimili forma baptiſma ſaluos facit? Quid aliud etiam qui ſacramentum menſæ Dominicæ vitam vocant, niſi quod dictum eſt, Ego ſum panis vitæ qui de cœlo deſcendi; &, panis quem ego dedero, caro mea eſt pro ſæculi vita; &, ſi non manducaveritis carnem filij hominis, & ſanguinem biberitis, non habebitis vitam in vobis? Si ergo, ut tot & tanta divina teſtimonia concinunt, nec ſalus nec vita æterna ſine baptiſmo & corpore & ſanguine Domini cuiquam ſperanda eſt, fruſtra ſine his promittitur parvulis. Hinc autem Adverſarij varie argumentantur.

m *Refut. c. 18. p. 194.*

Primò enim objicit Perronius: m *quandoquidem Auguſtinus vult hæc verba*, niſi manducaveritis carnem filij hominis & biberitis ſanguinem, *dicta eſſe de manducatione ſacramentali, neceſſario oportere eum per verbum* manducare, *intelligere* oraliter manducare, *ac proinde ſupponere, carnem & ſanguinem Chriſti quæ in hac S. Ioannis propoſitione vere & propriè pro carne & ſanguine ſumuntur, at Adverſarij, & omnes prorſus conſitentur, vere & realiter ore manducari.* Reſpondeo, verum quidem eſſe Auguſtinum hic loqui de manducatione orali, ſed falſiſſimum eſſe quod aſſumit Perronius, illum per carnem & ſanguinem, proprium Domini corpus & ſanguinem intelligere. Nam quamvis apud nos in confeſſo ſit, in hiſce Domini ſecundum Joannem verbis, de vero ac proprio Domini corpore & ſanguine agi, Auguſtinus tamen illa eſt interpretatus, interdum de proprio corpore & ſanguine, ut capite præcedenti prolixe oſtendimus, interdum de ſacramento corporis & ſanguinis, quæ duæ interpretationes diverſiſſimæ ſunt. In locis autem objectis poſteriorem ſequitur, ac per carnem & ſanguinem deſignat panem & vinum quæ *ſecundum quemdam modum*, ut

n *Epiſt. 23.*

ipſemet n alibi notat, *corpus & ſanguis Chriſti ſunt*: quod variis rationibus probatur. Primo enim expreſſe ait, Dominum hic loqui *de ſacramento menſæ ſuæ.* At ipſemet varijs in locis teſtatur, o *ſacramentum eſſe ſacrum ſignum.* Ergo de ſacro ſigno loquitur. Secundò ait; *Dominum audiamus non hoc de ſacramento lavacri dicentem, ſed de ſacramento ſanctæ menſæ ſuæ.* Quo igitur ſenſu vocem *ſacramentum* de baptiſmo loquens uſurpat, eodem & cum loquitur de menſæ ſacramento. At per ſacramentum in baptiſmo ſacrum ſignum intelligit, aquam videlicet, quæ ſanguinis Chriſti ſignum eſt: Ergò & pariter per menſæ ſacramentum, panem & vinum quæ carnis & ſanguinis Chriſti ſacramenta, id eſt, ſacra ſigna ſunt. Tertiò dicit, Dominum loqui *de ſacramento corporis ſui.* Et alibi: p *Videte, ſi non ſunt iſti ex iſto genere hominum, qui, loquente Chriſto de ſacramento corporis & ſanguinis ſui dixerunt, Durus eſt hic ſermo, quis poteſt audire?* Atqui ſacramentum proprij corporis & ſanguinis

o *De civit. Dei l. 10. c. 5. & contr. Adverſa. legis: lib. 2. c. 9. Epiſt. 3.*

p *Contr. Adverſar. leg. lib. 2. c. ultimo.*

Chriſti, corpus & ſanguis ipſius propriè eſſe non poteſt. Teſtantur q Tertullianus & r Athanaſius: *Nulla res alicujus, ipſa eſt cujus eſt.* Denique idem Auguſtinus alibi notat, Dominum loco Joannis memorato agere de primo ſacramento carnis & ſanguinis manibus ejus confecto: *Illud*, s inquit, *quod ait*, qui manducat carnem meam & bibit ſanguinem meum, in me manet & ego in illo, *quomodò intellecturi ſumus*, &c? *Nunquid & Iudas Magiſtri Venditor & traditor impius, quamvis primum ipſum manibus ejus confectum ſacramentum carnis & ſanguinis ejus cum cæteris Diſcipulis, ſicut apertius Lucas Euangeliſta declarat, manducaret & biberet, manſit in Chriſto, aut Chriſtus in eo?* Atqui abſurdiſſimum eſt dicere, Dominum propriam carnem manibus ſuis confeciſſe. Teſtatur de Valentia: t *Non poteſt ſine abſurditate dici, quod Chriſti corpus producat ſeipſum effectivè*, &c; idque ait, *eſſe evertere præcipua fundamenta, quæ ſecundum veram philoſophiam & Theologiam merito reputantur firma & immota ad probandum varias aſſertiones veras, tùm in alijs materijs, tùm in primis etiam de ipſo Deo, &c. Ejuſmodi fundamenta ſunt hæc. Primo, inter cauſam efficientem & effectum eſſe diſtinctionem realem, quæ proindè fundare poteſt diſtinctionem realem cauſæ & effectus, itemque veram dependentiam effectus à cauſa, quam dependentiam reipſa eſſe inter non diſtincta, contradictionem planè implicat. Secundo, omne quod movetur ab alio moveri. Tertiò, nihil eſſe ſecundum idem in actu & potentia. Quarto, ſi aliquid fit, oportere eſſe aliquid aliud, quod ejus cauſa ſit*, &c. Auguſtinus ergo per carnem & ſanguinem ſeu per ſacramentum carnis & ſanguinis hoc loco non intelligit proprium Domini corpus & ſanguinem, ſed illorum ſacra ſigna, nimirum, panem & vinum corporis & ſanguinis appellationibus honorata. Idem, licet paulò obſcurius, cum Auguſtino obſervat Gregorius Nyſſenus, Dominum *ſinquiens eſcam & potum* appellari, vel *in ſe*, quo reſpectu illum *ſpiritualem* ſeu *intellectualem* cibum appellat, vel ratione *ſacramenti ſui*, qua ratione, inquit, *proprie cibus & potus appellatur: verè enim caro ipſius cibus eſt, & ſanguis ejus verè eſt potus.* Hieronymus autem clarius ad eadem verba: g *Triticum, de quo panis cæleſtis* (hoc eſt, ſacramentum) *conficitur, illud eſt de quo loquitur Dominus, caro mea eſt verè cibus: rurſumque de vino, & ſanguis meus verè eſt potus.* Fulgentius quoque ait, h verba illa Domini, *Niſi manducaveritis carnem filij hominis & biberitis ſanguinem*, &c, poſſe conſiderari, vel *ſecundum veritatis myſteria*, vel *ſecundum myſterij veritatem*: hoc eſt, vel ſecundum ſacra ſigna corporis & ſanguinis Chriſti, vel ſecundum carnem ipſam & ſanguinem

Auguſtinus.

q *Contr. Praxeam. c. Contr. Arrianos. orat. 2.*

r *De verb. Dom. ſerm. 11.*

t *Tom. 4. in 1. Part. diſp. 214. pag. 1054.*

s *Contra Apollinar.* ὁ παῦλος τὸν νοητὸν ὑφηγεῖται τρόπον, ὅταν ὑπερβαίνων τὸ ὁρώμενον φησὶν, τὸ μὲν γὰρ πάσχομεν ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων τὸν ἀόρατον ἀποστολικὸν ἀποδιδοὺς λόγον, ἢ ἐπὶ τῶν τῆς πνεύματος ἐνεργειῶν ἀναπλάττων τὸν νοῦν ἐπὶ τὰ ἀόρατα, ἢ ἐπὶ τῶν τῆς ἐκκλησίας μυστηρίων, &c. ὡς καὶ τὸ μυστήριον τῆς βαπτίσεως, ἐφ' ὅσον τὸ ὁρώμενον ὕδωρ ἀναπλάττει τὸν νοῦν ἐπὶ τὸ ἀόρατον πνεῦμα, ἢ ἐπὶ τῶν τῆς ἐκκλησίας μυστηρίων, &c. ὡς καὶ τὸ μυστήριον τῆς βαπτίσεως, ἐφ' ὅσον τὸ ὁρώμενον ὕδωρ ἀναπλάττει τὸν νοῦν ἐπὶ τὸ ἀόρατον πνεῦμα ἁγιαζόμενον. ἀλλ' ὅδε ὁ σπέρμα ἀντὶ βρῶσεως ἐν σίτου ἀντὶ ἀληθῶς ἐν πίνει. g *In cap. 62. Eſaiæ.* h *De baptiſ. Æthiop. cap. ult.*

Ad Ecclesiam Dei Cantuariensem pertinentium. 3

Ad Ecclesiam Dei Cantuariensem pertinentium. 4

Augusti-nus.

quam esse, nec Christi sanguinem esse, sed tantum illius signum: Augustinum nihilominus ob ejus defectum, & homines omnes, & infantes quoque ipsos à salute excludere. Cur non ergo similiter & ex eadem hypothesi, eos à vita æterna propter non receptum Eucharistiæ sacramentum, quamvis carnis & sanguinis Christi tantummodò sacrum signum & substantialiter panis & vinum sit, eliminandos esse diceret? hoc æque ac illud definire certe potuit. Sed in utroque aberravit, seculi in quo vivebat consuetudine, quam traditionem Apostolicam nescio qua credulitate putabat, abreptus & deceptus. Quod & Maldonatus observat: *Missam*, inquit, [a] *facio Augustini & Innocentij primi sententiam, quæ sexcentis circiter annis viguit in Ecclesia, Eucharistiam etiam infantibus necessariam. Res jam ab Ecclesia, & multo seculorum usu, & decreto Concilij Tridentini explicata est, non solum necessariam illis non esse, sed nè licere quidem dare.* Concilij Tridentini determinatio talis est: [b] *Si quis dixerit, parvulis antequam ad annos discretionis perveneriut, necessariam esse Eucharistiæ communionem, Anathema sit.* Ubi nemo non videt, Augustini, & Innocentij Romani, sed & Ecclesiæ per sex secula sententiam (si Maldonato credimus) non modo rejici tanquam erroneam, sed & anathemate percuti. Concilium tamen scio conari ab eorum capitibus anathematis sui fulmen avertere. Ait enim: [c] *neque ideò damnanda est antiquitas, si eum morem in quibusdam locis aliquando servavit. Ut enim sanctissimi illi Patres, sui facti probabilem causam pro illius temporis ratione habuerunt, ita certe eos nulla salutis necessitate id fecisse, sine controversia credendum est*; Sed crasso & affectato mendacio, quod jure miratur [d] Doctissimus Author historiæ hujus Concilij, *cum vel unicus*, inquit, *Augustinus id novem in locis non obiter loquens, sed ex proposito asseveret & confirmet.* Sed sufficit locus objectus ad illud falsi apertè convincendum: *An quisquam*, inquit Augustinus, *etiam hoc dicere audebit, quod ad parvulos hæc sententia non pertineat, possintque sine participatione corporis hujus & sanguinis in se habere vitam?* Sacro sanctum profectò Concilium, id quod historice falsum est pro vero sinè controversia credendum esse definiens!

Sexta objectio ducitur ex commentario in Psalmum trigesimum tertium, in quo ait: [e] *Vere magnus est Dominus, & misericordia ejus vera, qui nobis dedit manducare corpus suum in quo tanta perpessus est, & sanguinem bibere*: vel, ut legunt Lovanienses, *vere magnus Dominus & misericordia ejus, vere qui nobis dedit manducare corpus suum*, &c. Hunc autem locum Perronius & [g] Coffetellus simpliciter objiciunt, nec indicant quid ex eo concludere velint: Ex industria, ni fallor. Quid enim in his verbis est quod eorum causam juvet? An, quod Augustinus ait, Dominum carnem suam nobis manducandam, sanguinemque bibendum dedisse? Verum, probandum illis foret, Augustini mentem esse, Dominum carnem suam oraliter manducandam nobis dedisse: id enim est quod controvertitur; non autem illam nobis dedisse manducandam, quod nos quoque confitemur, illud spiritualiter ex ipsius mente faciendum esse intelligentes. An ex eo rursum quod ait, Dominum *vere nobis dedisse* carnem suam manducandam? Sed hoc non est ad illorum propositum. Verè enim dedisse, quis negat? An ex eo denique, quod Augustinum docere putent, Christi carnem *vere* à nobis esse manducandam? Sed, ut demus ita esse, nec id quidem illis favet. Nam si adverbium *vere* accipiunt pro *oraliter*, negamus hoc sensu Augustinum esse locutum. Id enim expresse rejicit Tertullianus: *Durum* [h] inquit, *& intolerabilem existimaverunt sermonem ejus quasi vere carnem suam illis edendam determinasset.* Sin autem ad designandam manducationis illius realitatem & veritatem, hoc libenter concedimus. Nam nonnulla *intelligenda sunt vere tantum spiritualiter*, ut observat Salonius. At manducationem carnis Dominicæ in hac classe rerum esse ipsemet alibi docet, cum ait, [k] *corpus Christi in ipsa veritate spirituali: & manducari, sanguinemque ejus spiritualiter bibi.* Interim monebo lectores, locum hunc aliunde videri intrusum: si quidem, nec cum verbis præcedentibus, nec cum sequentibus ulla ratione cohæret.

Septima objectio ducitur ex tractatu vigesimo septimo in Joannem, ubi occasione quorumdam ex Discipulis murmurantium circa mandatum Domini de carnis suæ manducandæ necessitate, Augustinus ait: *Si Discipuli durum habuerunt istum sermonem, quid inimici? Et tamen sic oportebat ut diceretur, quod non ab omnibus intelligeretur. Secretum Dei intentos debet facere, non adversos. Isti autem citò defecerunt, talia loquente Domino Iesu: non crediderunt aliquid magnum dicentem, & verbis illis gratiam aliquam cooperientem sed prout voluerunt ita intellexerunt, & more hominum, quia poterat Iesus aut hoc disponebat Iesus, carnem quâ indutum erat Verbum velut concisam distribuere credentibus in se.* At, inquit [l] Perronius, *quemodò volebat Dominus verba sua ab omnibus intelligi, si nihil aliud significabant quam in ipsum credere; ipse, inquam, qui versiculis præcedentibus protestatus erat, credendum in se esse ad vitam æternam obtinendam?* Sed facilis est responsio. Manducatio enim carnis de qua Dominus sexto Joannis loquitur, non est fides in genere in Christum incarnatum, de qua dixerat in præcedentibus, [m] *qui credit in me habet vitam æternam, ego sum panis ille vitæ*, sed est actus specialis fidei qui versatur circa carnem ejus quâ passam & mortuam, & eam velut vitæ

a *In Ioan. 6. 53.*
b *Session. 21. can. 4.*
c *Ibid. c. 4.*
d *Histor. conc. l. 6.*
e *In exposit. Psal. in verba, meri peccatorum pessimi.*
f *Refut. c. 26. p. 176.*
g *Det nomi du Sacrem. c. 20 p. 287.*
h *De resurr. cæ.*
i *In cap. 27. proverb.*
k *De verb. apost. serm. 2.*
l *Refut. c. 12. p. 148. & 9.*
m *Ioan. 6. 47. 48.*

Sur les surfaces de translation applicables sur le paraboloïde de révolution

par M. Jean Chazy

Dans un mémoire publié dans le tome XXXIII des Annales de la Société scientifique de Bruxelles, j'ai montré que les surfaces de translation applicables sur le paraboloïde de révolution sont définies par une équation différentielle du troisième ordre, dont l'intégrale générale dépend de deux constantes arbitraires. Cette équation différentielle est

$$\frac{r}{(1+p^2)^{\frac{3}{2}}} = \frac{t}{(1+q^2)^{\frac{3}{2}}}$$

Elle admet le groupe à trois paramètres

$$X_1 f = \frac{\partial f}{\partial x}, \quad X_2 f = \frac{\partial f}{\partial y}, \quad X_3 f = x\frac{\partial f}{\partial x} + y\frac{\partial f}{\partial y} + z\frac{\partial f}{\partial z}$$

Les surfaces cherchées sont donc celles qui admettent une transformation infinitésimale de ce groupe. Il est facile de déterminer ces surfaces. Si l'on cherche celles qui admettent $X_1 f$, on trouve

$$z = \varphi(y) + \psi(x)$$

φ et ψ étant deux fonctions arbitraires. Si l'on cherche celles qui admettent $X_2 f$, on trouve

$$z = \varphi(x) + \psi(y)$$

φ et ψ étant deux fonctions arbitraires. Si l'on cherche celles qui admettent $X_3 f$, on trouve

$$z = \varphi\left(\frac{y}{x}\right) + \log x$$

φ étant une fonction arbitraire. Si l'on cherche celles qui admettent $X_1 f + X_2 f$, on trouve

$$z = \varphi(x-y) + \psi(x+y)$$

φ et ψ étant deux fonctions arbitraires. Si l'on cherche celles qui admettent $X_1 f + X_3 f$, on trouve

$$z = \varphi\left(\frac{y}{x}\right) + \log x + \psi(y)$$

φ et ψ étant deux fonctions arbitraires. Si l'on cherche celles qui admettent $X_2 f + X_3 f$, on trouve

$$z = \varphi\left(\frac{x}{y}\right) + \log y + \psi(x)$$

φ et ψ étant deux fonctions arbitraires. Si l'on cherche celles qui admettent $X_1 f + X_2 f + X_3 f$, on trouve

$$z = \varphi\left(\frac{x-y}{x+y}\right) + \log(x+y) + \psi(x+y)$$

φ et ψ étant deux fonctions arbitraires. Si l'on cherche celles qui admettent $X_1 f + \alpha X_2 f$, α étant différent de 1 et de 0, on trouve

$$z = \varphi(x - \alpha y) + \psi(x + \alpha y)$$

φ et ψ étant deux fonctions arbitraires. Si l'on cherche celles qui admettent $X_1 f + \alpha X_3 f$, α étant différent de 1 et de 0, on trouve

$$z = \varphi\left(\frac{y}{x}\right) + \log x^{\alpha} + \psi(y)$$

φ et ψ étant deux fonctions arbitraires. Si l'on cherche celles qui admettent $X_2 f + \alpha X_3 f$, α étant différent de 1 et de 0, on trouve

$$z = \varphi\left(\frac{x}{y}\right) + \log y^{\alpha} + \psi(x)$$

φ et ψ étant deux fonctions arbitraires. Si l'on cherche celles qui admettent $X_1 f + X_2 f + \alpha X_3 f$, α étant différent de 1 et de 0, on trouve

$$z = \varphi\left(\frac{x-y}{x+y}\right) + \log(x+y)^{\alpha} + \psi(x+y)$$

φ et ψ étant deux fonctions arbitraires. Si l'on cherche celles qui admettent $X_1 f + \alpha X_2 f + \beta X_3 f$, α et β étant différents de 1 et de 0, on trouve

$$z = \varphi(x - \alpha y) + \log x^{\beta} + \psi(x + \alpha y)$$

φ et ψ étant deux fonctions arbitraires. Si l'on cherche celles qui admettent $X_1 f + \alpha X_2 f + X_3 f$, α étant différent de 1 et de 0, on trouve

$$z = \varphi\left(\frac{y}{x} - \alpha\right) + \log x + \psi(x + \alpha y)$$

φ et ψ étant deux fonctions arbitraires. Si l'on cherche celles qui admettent $X_1 f + \alpha X_2 f + \beta X_3 f$, α et β étant différents de 1 et de 0, on trouve

$$z = \varphi\left(\frac{y}{x} - \alpha\right) + \log x^{\beta}

Augustinus.

propria Domini carne loqueretur, ignorantiam Catechumenorum, quid carnem illam manducare foret nescientium, nullomodo prohibere quin carnem illam manducare, & credere in Christum idem sint. Poterant enim in Christum credere atque hoc pacto carnem ejus manducare, & tamen nescire se carnem ejus manducare, cum nondum eis fuisset expositum, credere in carnem ejus pro peccatis nostris passam, esse, illam manducare. Verum, neutra solutione hic nobis opus est. Augustinus enim per carnem de qua loquitur, nullomodò intelligit propriam Domini carnem, sed carnem ejus symbolicam, hoc est, sacramentum illius carnis. Nam postquam dixisset de Catechumeno, *interrogemus eum, manducas carnem filij hominis & bibis sanguinem filij hominis*, &c? *Nescit quid dicimus*; subdit in sequentibus, *Nesciunt Catechumeni quid accipiant Christiani.* Minime autem ignorabant proprium Domini corpus & sanguinem à fidelibus edi & bibi, cum id passim coram illis liberrime diceretur, sicut videre est in plerisque sermonibus. Hoc ergò intelligendum est de corpore & sanguine typico & symbolico, seu de sacris signis corporis & sanguinis, quæ tùm ab extraneis, tùm etiam à Catechumenis ignorabantur, & à solis baptizatis oraliter illa sumentibus & bibentibus sciebantur, & cognoscebantur.

DISPUTATIO.

perutilis de reticentia Mysteriorum coram extraneis & Catechumenis, ac de ejus ratione & Causis.

SED operæ pretium est in hoc argumentum Adversariorum ab eo quod extraneis & Catechumenis in Eucharistia studiosè occultaretur thrasonicè exaggeratum (prout illis solemne est) penitius inquirere. Clamant enim ac jactitant, Patres non adeo sollicitos futuros fuisse de hoc mysterio haud initiandis celando, si illud corporis ac sanguinis Dominici sacramentum seu sacrum signum tantummodò esse credidissent. Verum, quantum decipiantur, seu ex insciția, seu ex incuria, facilè est demonstrare.

Dico ergò, non solam Eucharistiam, sed alterum quoque Ecclesiæ sacramentum, videlicet baptismum, imo & si quid aliud sacramenti appellatione lato sensu cohonestabatur, ut oleum ex quo baptizati ungebantur, & sacerdotum ordinatio, haud initiatis occultari consuevisse. Id agnoscunt illi qui ex Adversarijs in antiquitate Ecclesiastica paulò sunt versatiores. Sic enim Gabriel Albaspinæus Episcopus Aurelianensis: g *Omnes adducunt hanc disciplinam ad probationem corporis Domini nostri, & confundendos Adversarios. Verum, non deprehenderunt. Veteres Ecclesiæ Patres summum studij & diligentiæ adhibuisse ut alia sacramenta Catechumenis & extraneis occultarent.* Sed præstat Patres ipsos audire de sacramentis, tùm in genere, tùm in specie id observantes. Tertullianus: a *Ex forma omnibus mysterijs silentij fides adhibetur.* Cyrillus Hierosolymitanus: b *De mysterijs apud Catechumenos apertè non loquimur, sed multa sapè loquimur obtectè, ut fideles qui rem tenent intelligant, & qui non tenent haud lædantur.* Chrysostomus: c *Mysteria claudentes januas celebramus, & non initiatos arcemus.* Et alibi in eumdem sensum: d *Ecclesia est arcanorum mysteriorum thesaurus quæ foras efferre non licet.* Cui & similia habet Author elegantissimus, vulgò dictus Zeno Veronensis: e *Conventus Ecclesiarum, sive templi, quos ad secretam sacramentorum religionem ædificiorum septa concludunt, consuetudo nostra vel domum Dei solita est nuncupare, vel templum.* Basilius Cæsariensis de Eucharistia, baptismo & oleo: *quæ haud imitatis, f* inquit, *intueri fas non est.* Epiphanius de Marcionitis loquens: g *Omnia apud eos ludibrio plena, & nihil amplius, si quidem audent coram Catechumenis mysteria celebrare.* Theodoretus: h *Obscurè propter non initiatos de divinis mysterijs disserimus, his verò semotis perspicuè initiatos docemus.* Augustinus: i *Quid est quod occultum est, & non publicum in Ecclesia? Sacramentum baptismi, Sacramentum Eucharistiæ. Opera nostra bona vident & Pagani, sacramenta vero occultantur illis.* Rursum, Nazianzenus de baptismo: k *Habes de mysterio quæ foras exportare, atque ad vulgi aures efferre licet. Cætera intus, Trinitate juvante, addisces, quæ etiam ipsa apud teipsum occultabis baptismo retenta.* Et Chrysostomus in Epistolam ad Romanos: l *In eorum qui illuminantur numero, nostis quid dicam, qui mysta estis*, &c. Et in priorem ad Corinthios: m *Velo quidem aperte id dicere, non audeo vero propter eos qui non sunt initiati. Ij enim difficiliorem nobis faciunt expositionem, cogentes aut non perspicuè loqui, aut eis arcana enuntiare.* Et in Epistolam ad Galatas: n *Verba Dei per sacerdotes dicta, quæ norunt fideles, hæc in piscina aquarum tanquam in vetere quodam refingunt & regenerant eum qui baptizatur.* Et in Acta, loquens de Diacono quodam eos qui baptismum li-

Augustinus.

g *Police de l'ancien. Eglif. sur l'Administr. de l'Eucha. l. 1. c. 2. pag. 47.*

a *Apologet. cap. 7.*

b *Catechef. illum 6.* οὐδὲ τὰ μυστήρια ἐπὶ κατηχουμένων λαλοῦμεν, ἀλλὰ πολλὰ πολλάκις λαλοῦμεν ἵνα οἱ εἰδότες πρὸς νόησιν ἔλθωσι, καὶ μὴ εἰδότες μὴ βλαβῶσιν. *vid. & in procatechef.*

c *In Matth. homil. 23. in Græc.* τὰ μυστήρια κλείομεν θύρας ἔξω τοὺς ἀμυήτους ἔχοντες.

d *In 1. Cor. hom. 16.* οὐκ ἔλαττον τοῦ ἀνοίγοντος τὰ μυστήρια ἡ σιωπῶν, &c.

e *In Ps. 116.*

f *De Spirit. Sanct. c. 27.* ἃ δὲ ἐν μυστηρίοις ἔξεστι μόνοις τοῖς ἀμυήτοις, &c.

g *Hæres. 42.* περὶ οὗπερ πολὺς χλευασμὸς ἡμῖν, ὅτι ἐδίδομεν, φασὶν, ἐν τῷ μυστηρίῳ ὀφθῆναι τοῖς κατηχουμένοις.

h *In Num. interrog. 15.* ἀσαφῶς λέγομεν περὶ τῶν ἀμυήτων ἐκεῖ τὸν ἥλιον ἀληθινὸν μυστήριον, τὸν δὲ χορευόμενον σαφῶς τοῖς μεμυημένοις διδάσκομεν.

i *In Psal. 103.*

k *Orat. 40.* ἔχεις τὰ μυστήρια τὰ ἐκφορά, καὶ οἷς ἔξεστι πᾶσιν ὁμοίως ἐστὶν ἀκοῦσαι. τὰ δὲ ἄλλα ἔσω κρύπτει, ἃ περιόδῳ χορεύσεται, ἃ οὐ πρέπει πᾶσιν ἐκφανῆ γενέσθαι πρωτάθλημα.

l *Hom. 2. in* τὸν φωτίζομενον, ἵνα δὲ εἰ μύστης τὰ λεγόμενα, &c.

m *Hom. 40.* βούλεσθε σαφῶς τοῦτο ἀκοῦσαι, ἢ πλαθῶ δι' ἀλλὰ τοὺς ἀμυήτους. ἐπειδὴ δυσκολαίνομεν πρὸς τοὺς ἐξήγησιν, ἀναγκάζοντες ἢ μὴ λέγειν σαφῶς, ἢ τοῖς ἀνοήτοις ἐκφέρειν τὰ ἀπόρρητα. *vid. & Catechef. ad baptiz.*

n *In cap. 4.* ἐκεῖνα δὲ ἡμῖν δι' ἱερέων λεγόμενα ἅπερ ἴσασιν οἱ πιστοὶ, ταῦτα ὡς ἐν ἡλυμβήθρᾳ τῶν ὑδάτων, τοῦτόν φησι τρόπον δὴ ἀληθεύειν, &c.

Augustinus.

sacra communione, ut confusionem Ecclesia inducentes, separari (hoc est, ab Ecclesia rejici) *oportet.* Quæ & ijsdem fere verbis repetuntur in Concilio c Antiocheno. Epistola quoque prima sub Anacleti nomine in Gratiani decreto relata, habet: d *Peractâ consecratione omnes communicent qui noluerint Ecclesiasticis carere luminibus. Sic enim & Apostoli statuerunt, & sancta Romana tenet Ecclesia.* Denique Chrysostomus: e *Non es dignus sacrificio, neque participatione? Ergo nec prece. Audis præconem stantem & dicentem, quicunque estis in pœnitentia abite. Omnes qui non participant sunt in pœnitentia. Si es ex ijs qui sunt in pœnitentia, non debes participare: nam qui non participat, in pœnitentia est. Cur ergo dicis, abite qui non potestis precari, tu autem stas impudenter &c? Quicunque enim est qui mysteriorum non est particeps, inverecunde & impudenter adstat.* Et paulo post: *sunt & oculi indigni his spectaculis, & aures indignæ.* Cum igitur pœnitentibus non liceret communicare, nec licebat interesse. Longe autem alia erat baptismatis ratio. Non enim quicunque administrationi ejus intererant, debebant illud suscipere, cum baptizari bis non liceat. Itaque pœnitentes potuerint (si quidem ita foret) baptismatis celebrationi adstare & interesse, Eucharistiæ non item, absque ulla hujus supra illud præstantia, qualem fingit Albaspinæus. Sed & illi dari potest quod ad finem ait, Sacramentum Eucharistiæ pluris æstimatum fuisse quam officium mortuorum, ideoque pœnitentes huic adsistere potuisse, illi vero minime. Id enim certe verum est. At hoc illi inutile est, cum id officium sacramentum non sit, quemadmodum baptismus est, & oleum baptizatorum sic veteribus appellatum. Secunda ejus ratio est, f *negari quidem non posse Veteres alia præter Eucharistiam sacramenta extraneis occultasse, attentè tamen considerantes, repertures, illos non ea omnino celasse, sed tantum in quibusdam, ac in ipsis prodigos magis fuisse quam in Eucharistia. Nam non dubitabant Ethnicis dicere, in nostra religione baptismum esse, per quem Deus peccata remittit, quo homines salvantur, ac per quem in vitam æternam regenerantur, quamvis non exponerent quomodo id fieret, nec media & probationes deducerent. Ad Eucharistiam autem quod spectat, timidiores ac cautiores erant. De ea etenim nunquam Ethnicis loquebantur, de ea nunquam gloriabantur, eam nunquam nominabant, nec dicebant, mysterium habemus per quod corpus Domini suscipimus, eique incorporamur & unimur. Catechumeni quoque satis noverant, baptismum esse peccata purgantem, cæremoniasque omnes quæ in Catechumenatu adhibebantur eo spectasse ut baptismate digni efficerentur: sed nunquam sciverunt quid sacramentum* (Eucharistiæ) *operaretur, illudque esse verum Domini corpus.* Verum respondeo, quemadmodum Veteres alia sacramenta Paganis & Catechumenis non prorsus, sed quadamtenus celarunt, Eucharistiam similiter non omnino, sed in quibusdam tantum ipsis occultasse, falsissimumque esse quod subsumit Adversarius, eos de illa nunquam coram ijs esse locutos, nè quidem nominatim. Contrarium enim patet, tùm ex Apologia Justini Martyris & Origenis Libris contra Celsum, tum ex varijs Patrum sermonibus coram non initiatis pronuntiatis, ubi & Eucharistiã passim nominant, & illam corpus Christi non verentur appellare. Interim facilè damus quod pro corollario ait, Catechumenos non sciviſse, illam esse verum Christi corpus. Id enim certissimum est. Nam cum falsum foret, Eucharistiam esse verum Christi corpus, eo quo intelligit Albaspinæus sensu, nec id à Patribus crederetur, hoc certe non erat quod Catechumenis celabant, quodque ij non sciebant. Tertia ipsius ratio est, g *Epiphanium in Ancborato ubi de Eucharistia loqui non audet, nisi hisce verbis,* hoc meum, est hoc & hoc, *perspicue exponere alia omnia fidei mysteria, ac de ijs copiosè clarèque disserere: Augustinum similiter in loco ubi ait,* Norunt fideles, *& ubi non audet Eucharistiæ nomen proferre, de virtute ac efficacia baptismi loqui, & absque scrupulo cætera religionis mysteria exponere, verbi gratia tractatibus undecimo & vigesimo sexto in Joannem. Unde liquet eos studiosius Eucharistiam celasse, quam reliqua mysteria.* Verum in Epiphanio lectoribus suis illudit. Nec enim Epiphanius loco memorato ubi de Eucharistia tenebricosè loquitur, Baptismi prorsus meminit, aut aliorum sacramentorum, tantum abest ut de ijs prolixè clareque differat. In Augustino similiter. Non modò enim in h sermonibus coram quibuslibet auditoribus factis *Eucharistiam* nominat, sed etiam in illis ubi ait, i *norunt fideles* & de illa obscure loquitur, etiam nec refugit nominare, nec *sacrificium corporis Christi*, & *Christi corpus* appellare. Quin, & in eo ipso tractatu undecimo in Joannem ab Adversario citato ubi de baptismo & de sacramento Eucharistiæ agit, (nam in vicesimo sexto be baptismo prorsus silet) de utroque rectè loquitur, illum *mare rubrum*, hoc vero *manna* nominans: ut utriusque eadem ratio sit, quemadmodum supra monebat, utrumque in *Ecclesia occultum* esse.

His autem sic expositis, aperte liquet (ni fallor) quam leve ac frivolũ sit argumentum Adversariorum ab Eucharistiæ occultatione deductum, cum ea communis foret cæteris sacramentis seu strictè seu latè sic appellatis. Sed res adhuc clarior erit, si ejus reticentiæ causas accurate expendamus. Quamobrem enim Eucharistia Catechumenis & Paganis occultabatur? *Quod Christiani haud initiatis celabant*, inquit k Perronius, *quodque haud initiati absque derisionis & scandali periculo audire non poterant, erat, creaturam vilem, ab-*

Augustinus.

c Canon. 2.

d De Consecrat. dist. 2. c. peracta.

e In Epist. ad Ephes. hom. 3. ὅτι οὐκ εἶ ἄξιος θυσίας οὐδὲ μεταλήψεως εἶπας· οὐδὲ εὐχῆς. εἰπέ μοι τοῦτον τὸν λόγον, ὅταν ὁ μυούμενος ἀκούσῃ. πάντες ὅσοι μὴ μετέχουσιν ἀπέλθατε. μετανοοῦντες ὅσοι μὴ μετέχουσιν, οὐ μέλλουσι λήψεσθαι. ὁ γὰρ μὴ μετέχων τῶν μυστηρίων μετανοίας ἐστί. ἀπόστητε οἱ μὴ δυνάμενοι προσεύχεσθαι, οὐ γὰρ ἐπιτρέπει ἡ σύνοδος, ὡς πᾶς γὰρ ὁ μὴ μετέχων τῶν μυστηρίων μετανοίας ἐστί. Item: ἀπόστητε οἱ μὴ δυνάμενοι προσεύχεσθαι, οὐ γὰρ ἐπιτρέπει ἡ σύνοδος.

f Pag. 71. & seq.

g Pag. 73.

h In Psal. 10. 103. & alibi

i In Psalm. 33. 39. 103.

k De Euch. p. 2. Anth. 24. c. 15.

Received for publication March 15, 1948.

From the Department of Physiology, Yale University School of Medicine, New Haven, Connecticut.

This investigation was supported by a grant from the Rockefeller Foundation.

Presented in part before the Society for Experimental Biology and Medicine, March, 1948.

Reprint requests to Dr. Carl W. Gottschalk, Department of Physiology, Yale University School of Medicine, New Haven, Connecticut.

Publication costs of this paper were defrayed in part by the Rockefeller Foundation.

Publication costs of this paper were defrayed in part by the Rockefeller Foundation.

Auguſtinus.

junctum habet ſui deſiderium. Ad eundem modum Apoſtoli & Patres qui in primordijs Eccleſiæ certos ritus præſcripſerunt, in occulto & ſilentio myſterijs dignitatem ſervaverunt: Neque enim omninò myſterium eſt quod ad populárem & vulgarem auditum effertur. Quæ poſtrema verba ferè habet & Jobius, cum ait: q *Sanctificans ſacramentum, myſterium nominatur, myſterium autem commune non eſt, nec profanis facile adeundum.* Synodus Alexandrina ſupra memorata Athanaſij accuſatores carpens: r *Non pudet eos coram Catechumenis, & quod pejus eſt coram Ethnicis de myſterijs tragicari; eumoporteat, ut ſcriptum eſt, myſterium regis bonum occultare, &, ut Dominus præcepit, ſancta non eſſe porrigenda canibus, nec margaritas ante porcos projiciendas.* Auguſtinus: s *Etſi Catechumenis ſacramenta fidelium non produntur, non ideo fit quod ea ferre non poſſint, ſed ut tantò ardentius ab eis concupiſcantur, quantò eis honorabilius occultantur.* Et rurſum, ſeu ipſemet, ſeu quis alius, in ſermone ad Neophytos de oleo Sancto; t *non mirari debetis, fratres chariſſimi, quod vobis inter ipſa myſteria de myſterijs nihil diximus, quod non ſtatim ea qua traditionum interpretati ſumus. Adhibuimus enim tam ſanctis rebus atque divinis honorem ſilentij.* Denique Pſeudo-Dionyſius Areopagites: u *Vide, ne prodas ſancta ſanctorum,* (ſic enim ſacramenta generatim appellat) *quin potius ea revereberis, & qua ſunt occulti Dei intellectualibus & inviſibilibus notionibus honorabis, inacceſſa quidem illa & intacta haud initiatis conſervans, ſolis autem ſanctis Sancta cum ſancta claritate convenienter communicans.* Idem ac eadem de cauſa præſtabatur ab Ethnicis in ſacris Deorum, Dearumque ſuarum, ut teſtantur x Plato, y Diodorus Siculus, Artemidorus, z & varij a alij ſcriptores. Tertullianus quoque hoc de ipſis notat: *Illa Eleuſina, hæreſis & ipſa Attica ſuperſtitionis, quod tacent pudor eſt. Idcirco & aditum prius cruciant: diutius initiant quam os ſignant, cum epoptas antè quinquennium inſtituunt, ut opinionem ſuſpendio cognitionis adiſcent, atque ita tantam majeſtatem exhibere videantur, quantam præſtruxerunt cupiditatem. Sequitur jam ſilentij officium,* &c. Et poſt Tertullianum Synetius: b *ignoratio myſteriorum eſt illorum veneratio.* Idem de ſacris Oſiridis loquens, ait: c *Oſiridis hiſtoria ſacris ſermonibus myſterijſque celebris eſt, adeo ut periculoſum ſit ad eorum enarrationem ſe accingere.* Refert quoque d Bœotios conſueviſſe diſcerpere eos qui non initiati præſumſiſſent Bacchi Orgia inſpicere. Quod & ipſum contigiſſe narrat e Livius duobus juvenibus Acarnanibus qui per initiorum dies, non initiati templum Cereris imprudenter ingreſſi fuerant. Nec alia ratione Æſchylus a *qui in ſcena myſteria evulgaverat* periculum mortis evaſit, *ac in Areopago judicatus aliter abſolutus eſt, quam oſtendendo ſe haud initiatum fuiſſe*: tantum ſolliciti erant myſteriorum ſuorum venerationem ſilentio ſartam tectam præſtare. Ad eorum igitur imitationem (quamquam inauſpicatò, ut tandem eventus docuit) Chriſtiani myſteria ſua haud initiatis occultabant. Quod, aperte agnoſcit Gregorius Nazianzenus: h *Si inimicitias*, inquit, *deponere poſſibile non eſt, illud ſaltem inter nos conveniat, ut myſteria myſtice & ſancta ſancte proloquamur, nec in profanas aures quæ in vulgus efferri neſas eſt projiciamus: Nec palam faciamus eos qui Dæmones adorant, & turpium fabularum rerumque cultum profitentur, nobis eſſe honeſtiores. Ij enim ſanguinem ſuum potius, quam de ijs ſermonem haud initiatis traderent.*

Tertia denique cauſa erat, ut hac myſteriorum occultatione eorum cognoſcendorum deſiderium in Catechumenorum cordibus accenderetur, ſicque ad id obtinendum inſtructioni ſuæ diligentius vacarent. Auguſtinus loco jam ſupra citato. *Etſi Catechumenis ſacramenta fidelium non produntur, non ideo fit quod ea ferre non poſſint, ſed ut ab eis tanto ardentius concupiſcantur, quanto eis honorabilius occultantur.* Et Commentario in Pſalmos: i *Judæi non agnoſcunt ſacerdotium ſecundum ordinem Melchijedek: fidelibus loquor, ſi quid non intelligunt Catechumeni, auferant pigritiam, feſtinent ad notitiam.* Et in Joannem: k *Erubeſcant, quia neſciunt.* Et in ſermonibus de verbis Domini: l *Qui baptizati & fideles eſtis, quid dixerit noſtis. Qui autem inter vos adhuc Catechumeni vel audientes vocantur, potuerunt eſſe cum legeretur audientes, nunquid & intelligentes? Ergo ſermo noſter ad utroſque dirigitur. Qui jam manducant carnem Domini & bibunt ſanguinem ejus, cogitent quid manducent & quid bibant, nè, ſicut Apoſtolus dixit, judicium ſibi manducent ac bibant. Qui autem nondum manducant, ad tales epulas invitati feſtinent.* Et rurſum: *quomodo manducatur caro Domini, & bibitur ſanguis Domini, &c? velatum eſt. Sed, ſi volueris, erit revelatum. Accede ad profeſſionem, & ſoluiſti quæſtionem. Quid enim dixit Dominus Jeſus, jam fideles norunt. Tu autem Catechumenus diceris, Audiens, & ſurdus es. Aures enim corporis patentes habes, quia verba quæ dicta ſunt audis: ſed aures cordis adhuc clauſas habes, quia quod dictum eſt, non intelligis. Diſputo, non diſſero. Ecce paſcha eſt, da nomen ad baptiſmum. Si non te excitat feſtivitas, ducat ipſa curioſitas, ut ſcias quid dictum ſit, qui manducat carnem meam & bibit ſanguinem meum, manet in me, & ego in eo.* Quippè, de more nobis eſt ea quæ nobis negantur, longè ardentius concupiſcere: *quod ſepoſitum ac tutum eſt*, inquiebat ſupra Baſilius, *naturaliter quodammodo conjunctum habet ſui deſiderium.* Et Claudianus Viennenſis: f *mortalium generi natura datum eſt, ut abſtruſa fortius quærat, ut negata magis ambiat, ut tardius*

Auguſtinus.

h *Orat. 33. ὅτι μὲν τοὺς ἐχθροὺς εὐλόγους δυνατὸν, οὐκ ἄντικρυς ζυμβῶμεν ἀκάλλοις, μυσταγωγῶ τὰ μυστήρια φθέγξασθαι, μὴ αἱμάτων τοῖς ἀμύητοι. μηδὲ σπουδῇ ἁγίᾳ διαφαίνωμεν τοῖς ἀνοσίοις ὧν θέμις ἀκοῦσαι, μὴ δὲ ἀκέρσοις μᾶλλον καὶ ἀπαράτοις ἢ λόγων ἕνεκα ἐν μαλακίᾳ καὶ ἀπαιδευσίᾳ.*

i *In Pſalm. 109.*

k *Tract. 11.*

l *Serm. 46.*

f *De Statu anim. l. 2. c. 2.*

q *Apud. Photij biblioth. cod. 222. ἀγορεύοις τελετὴν μυστηρίου ὀνομάζεται. τὸ δὲ μυστήριον κοινὸν, οὐδὲ βέβηλοις ἐπιτήδειον.*

r *Apud. Athanaſ. apol. 2. οὐκ αἰσχύνονται τοῦτο ἐπὶ τῶν κατηχουμένων, καὶ τὰ χείρονα, ἐπὶ εἰδώλων τραγῳδοῦντες τὰ μυστήρια. δίκαιον, ὡς χρῆσθαι, μυστήρια σεμνοπρεπῶς μᾶλλον κρύπτειν, &c.*

s *In Joan. tract. 96.*

t *In appendic. 40. ſerm. à Symmondo edit. ſerm 1.*

u *Eccleſiaſt. Hierarch. c. 1. ὅσα ὅσιος ἐξαιρέσεις καὶ ἄγια τῶν ἁγίων. ἐπλησθῇ δὲ ἀόρατος, καὶ ἐπὶ τῶν ἀφράστων καὶ ἀγνώστων ἀκρότητος γνώσεσι φωτίσεις, ἀμίγητα μὲν αὐτὰ καὶ ἀμέτοχα τοῖς ἀτελέσιν ἁπάντων, ἀνεφῆ δὲ ὑπὲρ αὐτοὺς καὶ ἀνεκφάντως ἐπὶ τοῖς ἀφεγγέσι τῶν ἱερῶν ἐπαναπαύσεις ἀκριβεστάτας θεαρχικῶν.*

x *In Theæteto.*

y *Lib. 3.*

z *Artemid. l. 2. c. 42.*

a *Vid. Herod. Plutarch. Lucian.*

b *De provident. ἀγνοεῖν, ὑπερόπτου ἐπὶ τελεταῖς.*

c *Ibid. paulò antè.*

d *Ibid.*

e *Lib. 31.*

f *Clemens Alexand. Strom. l. 2.*

Auguſtinus.

rabant. Et, de Catechumenis agens, ſaltem ex hypotheſi Adverſariorum: *Infantes*, c inquit, *nō noverunt quod in altari ponitur, & per ſacta pietatis celebratione* (hoc eſt, conſecratione) *conſumitur, vnde, vel quomodo conficiatur, & in vſum religionis aſſumatur.* At apud omnes in confeſſo eſt, id quod in menſa Euchariſtica ponitur & ſanctificatur, panem eſſe & vinum. Panis ergò & vinum id ſunt quod in Euchariſtia Catechumeni non noverant, quodque illis occultabatur. Rurſum: d *Notum eſt quid acceperint Iudei, populus ille Iſrael, notum eſt quid illis pluiſſet Deus de cælo: & neſciunt Catechumeni quid accipiant Chriſtiani. Erubeſcant ergo, quia neſciunt.* Quin & in ſermone de verbis Domini ſupra citato & coram haud initiatis facto, ubi libere ait, e fideles ſeu baptizatos manducare carnem Domini ac ſanguinem bibere, expreſſe docet Catechumenos id *neſcire*, id eis *velatum* eſſe. Quomodò autem diceret Catechumenos neſcire quid Chriſtiani acciperent, ſi Chriſtiani juxta illum acciperent in Euchariſtia proprium Domini corpus & ſanguinem? palam enim dicebatur, illos Chriſti carnem manducare ſanguinemque bibere. Per carnem igitur & ſanguinem ibi deſignat ſacramentum carnis & ſanguinis, videlicet, panem & vinum Catechumenis occultatum. Denique, de Euchariſtia tanquam de ſacrificio ſecundum ordinem Melchiſedek varijs in locis agens, illud ait fidelibus notum eſſe, Catechumenos autem illud ignorare, nec eis aperiri debere. Sic enim in Libro Octoginta trium quæſtionum: f *Chriſtus eſt ſacerdos noſter in æternum ſecundum ordinem Melchiſedek, qui ſeipſum obtulit holocauſtum pro peccatis noſtris, & ejus ſacrificij ſimilitudinem celebrandam in ſua paſſionis memoriam commendavit, ut illud quod Melchiſedek obtulit Deo jam per totum orbem terrarum in Eccleſia videamus offerri.* Et Libro decimo ſexto de Civitate Dei de Melchiſedek loquens: g *ibi primum apparuit ſacrificium quod nunc à Chriſtianis offertur toto orbe terrarum, impleturque illud quod longè poſt hoc factum per Prophetam dicitur ad Chriſtum qui futurus erat venturus in carnem, tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedek.* Et decimo ſeptimo: h *Vbique offertur ſub ſacerdote Chriſto quod protulit Melchiſedek quando benedixit Abraham.* Et in Libro contra Judæos: i *in omni loco ſacrificium offertur ſecundum ordinem Melchiſedec.* Et Contra Adverſarium Legis: k *Noverunt, qui legunt, quid protulerit Melchiſedek quandò benedixit Abraham. Et qui ſunt participes ejus vident tale ſacrificium nunc offerri Deo toto orbe terrarum.* Et in Pſalmum trigeſimum tertium: l *De quo alio dicit, Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedek, niſi de illo cujus noſtis ſacrificium? Sublatum eſt enim ſacrificium Aaron, & cœpit eſſe ſacrificium ſecundum ordinem Melchiſedek.* Et in centeſimum nonum: *Iudæi videns periſſe jam ſacerdotium ſecundum ordinem Aaron, & non agnoſcunt ſacerdotium ſecundum ordinem Melchiſedek*, &c. *Fidelibus loquor: ſi quid non intelligant Catechumeni, auferant pigritiam, feſtinent ad notitiam. Non ergò opus eſt myſteria promere. Scriptura vobis* (nempè, fidelibus) *innuunt, quid eſt ſacerdotium ſecundum ordinem Melchiſedek.* Et, nè nimis prolixus ſim, ſermone decimo à Pariſienſibus edito: *Qui noverunt ſcripturas, ſciunt quid protulerit Melchiſedek quandò benedixit Abraham. Non oportet vt hoc memoremus propter Catechumenos: fideles tamen agnoſcunt, quemadmodum antè prophetatum ſit quod modò videmus impleri.* At verò, ſi veteres haud initiatis celabant ac coram eis aperire verebantur quid illu[d] fecerit quod olim protulit Melchiſedek quandò benedixit Abraham, quia nempè illud ipſum in Eccleſia offerretur, quis non videt panem & vinum id eſſe quod haud initiatis occultabant, ac ijs præſentibus nominare fugiebant? Apud omnes enim in confeſſo eſt, panem & vinum fuiſſe id quod protulit Melchiſedek, quandò benedixit Abraham.

Auguſtinus.

c *De Trinit. l. 3. c. 10.*

d *In Ioan. tract. 11.*

e *Serm. 46. de verb. Domini.*

f *Quæſt. 61.*

g *cap. 22.*

h *Cap. 17.*

i *Cap. 9.*

k *Lib. 1. c. 20.*

l *Tract. 1.*

Coffetellus tamen contra hanc obſervationem nonnulla objicit. Primò enim ait, *Iuſtinum, non in Apologia in qua cogebatur apertè loqui, ſed in dialogo cum Tryphone Iudæo & infideli, non dubitare Symbola panis & vini primere*: Malachias, *inquit*, de ſacrificijs à nobis Gentibus in omni loco Deo oblatis, hoc eſt, de pane Euchariſtiæ, & ſimiliter de poculo Euchariſtiæ, prædicit dicens, nomen Dei nos glorificare, vos autem profanare, *falſum eſt igitur Veteres ſtudioſius naturam ſymbolorum occultaſſe quam res ſub ſymbolis contentas.* Debuiſſet dicere, *quam res ſymbolis ſignificatas*, ut locutus erat Caſaubonus. Sed levis eſt objectio. Incertiſſimum enim eſt, utrùm Juſtini temporibus jam de more fuiſſet ſacramentalia ſigna haud initiatis occultare. Nec enim, vel ipſe, vel Tatianus ejus Diſcipulus, vel Athenagoras, vel Theophilus, vel Irenæus, hujuſce occultationis ullibi, quod equidem ſciam, meminerunt. Hoc incœpiſſe videtur quibuſdam in locis, ineunte ſeculo tertio, ac deinceps invaluiſſe. Quod ſi ita ſit, planè jam concidit Adverſarij objectio. Deindè, quamvis daremus id tùm de more fuiſſe, de obſervationis noſtræ veritate ac certitudine nihil propterea decederet. Nam, ut prætermittam Chriſtianos non in eodem omninò cum Ethnicis cenſu Judæos poſuiſſe, ſed cum his multo liberius fuiſſe locutos, non dicimus Veteres ſymbola Euchariſtica coram Judæis & Paganis nunquam nominaſſe, ſed rariſſimè id ab illis factum, nec vix unquam niſi aliqua adigēte neceſſitate. Priusillud patet ex ipſomet Coffetello vnum tantum aut alterum locum in quo id veteres præſtiterint adducente. Poſterius locum habet in hocce Juſtini loco. Suſceperat enim probandum adverſus Tryphonem

myſteria

Auguſtinus.

dona ex illis partes aſſumpta ſunt, ac ſanctificata, quomodò non initiatis (ſeu, *imperfectioribus*) *dabuntur conſumenda?* Quo ſenſu hic vertenda forent Theophili verba: *quæ offeruntur in rationem ſacrificij, poſt ea quæ impenſa fuerint in neceſſitatem myſteriorum, clericis dividantur*, &c. Deindè, quamvis daremus eum loqui de reliquijs panis & vini conſecrati, potuerit vetare Theophilus nè Catechumenis darentur, non quod id alicubi fieret, ſed quod fortè in mentem aliquorum veniſſet gratiam hanc Catechumenis eſſe indulgendam. Propterea autem prohibet, quia hoc fuiſſet Catechumenis ſacramenta fidelium contra morem propalare. Poſterior locus Auguſtini eſt, qui in libris de peccatorum meritis, ait: [b] *Quod accipiunt Catechumeni, quamvis non ſit corpus Chriſti, Sanctum tamen eſt, & Sanctius quam cibi quibus alimur.* Ubi viri illi Doctiſſimi ajunt ſe non ambigere, quin hæc verba ad panem vinumque quibus confecta jam erat Euchariſtia referri debeant. Sed in eo valdè aberrant. Nam ea ratione reſciviſſent Catechumeni quid à Chriſtianis & baptizatis in Euchariſtia ſumeretur, ſacramentaque fidelium illis fuiſſent revelata. Atqui contrarium teſtatur Auguſtinus ipſemet, inquiens: [a] *Neſciunt Catechumeni quid accipiant Chriſtiani.* Et rurſum: [b] *Catechumenis ſacramenta fidelium non prodantur.* Nec modò ſciviſſent quid fideles acciperent, ſed & in eadem qua fideles conditione fuiſſent, illa ipſa eorum ſacramenta accipiendo. Nam ſi vel caſu & per inſcitiam illis aliquandò contigiſſet ea accipere, baptizari ſubito jubebantur & in fidelium numerum coaptari, ut teſtantur [c] Author conſtitutionum Apoſtolicarum, & [d] Timotheus Alexandrinus. Nec juvare poteſt viros Doctiſſimos quod ad canonem ſupra memoratum Theophili notant; *quocumque modo eas reliquias conſumerent Clerici & fideles laici* (Addo quoque ex eorum ſuppoſitione *Catechumeni*, ante prohibitionem) *non tanquam ſacramenta ſumpſiſſe, ediſſe & bibiſſe certum eſt, ſed vice communis panis & vini, ac tametſi Sanctiores haberentur, non ſic tamen vt ſacramentorum locum & ordinem tenerent.* Nam, ut hoc impræſentiarum eis demus ratione Clericorum & fidelium laicorum, indè manifeſtè liquet contra ipſorum hypotheſin, id quod Catechumeni ex Auguſtini mente accipiunt, non fuiſſe ejuſmodi panis & vini conſecrati reliquias. Volunt enim illi Clericos & fideles laicos reliquias has ſumpſiſſe vice panis communis & vini, non autem tanquam ſacramenta. At contra teſtatur Auguſtinus id quod acceperiſſe dicit Catechumenos, non modò Sanctum, ſed & ſacramentum fuiſſe, quoquomodò vocem ſacramenti ibi ſumeret, ac proindè non vice communis panis & vini, *quod accipiunt Catechumeni*, inquit, *quamvis non ſit corpus Chriſti, Sanctum tamen eſt, & ſanctius quam cibi quibus alimur, quoniam ſacramentum eſt.* Quam poſtremam periodum in hujus loci productione viri Doctiſſimi reſecare non debuerant. Locus ergò ille non de panis & vini conſecrati reliquijs, ſed de ſale eſt intelligendus, quod ſacramentum vocatum & Catechumenis ſub hac ratione datum ex Concilio Carthaginenſi tertio, ſupra oſtendimus.

Auguſtinus.

c. 3. ad 6. Auct. object.

[a] *Lib. 2. c. 26.*

[a] *In Ioan. tract. 11.*
[b] *In Ioan. tract. 96.*

[c] *Lib. 7. c. 26.*
[d] *Reſponſ. Canon. ad interrog. 1.*

PROPOSITIO QUINTA.

Impios proprium Domini corpus & ſanguinem nec manducare, nec bibere.

CAPUT VIII.

QUINTA propoſitio quàm nos ex Auguſtino ſpopondimus eſſe probaturos, ea eſt, *impios proprium Domini corpus non manducare, nec ſanguinem bibere*: undè neceſſariò conſequitur corpus illud ac ſanguinem in Euchariſtia non eſſe, proùt Adverſarij docent. Sic enim ab impijs manducarentur & biberentur.

Primus ergò locus quem ad id probandum adducemus, eſt ex ſermone ſecundo de verbis Apoſtoli, ubi Auguſtinus, de manducatione carnis Chriſti loquens, ait: *Manducent ergo qui manducant, & bibant qui bibunt, eſuriant & ſitiant, vitam manducent, vitam bibant. Illud manducare, reſici eſt: ſed ſic reficeris, vt non deficiat vnde reficeris. Illud bibere, quid eſt niſi vivere? Manduca vitam, bibe vitam, habebis vitam, & integra eſt vita. Tunc autem hoc erit, id eſt, vita vnicuique erit corpus & ſanguis Chriſti, ſi, quod in ſacramento viſibiliter ſumitur, in ipſa veritate ſpiritaliter manducetur, ſpiritaliter bibatur.* Palmarium ſanè locum, qui & potuerat ad præcedentis propoſitionis confirmationem afferri. Sed quia hanc quoque ſpectat, illum ei ſervavimus: quicquid tamen habet utrique commune oſtendemus & urgebimus. Multiplex autem illud eſt. Primò enim, qualis eſt refectio ex manducatione carnis Chriſti procedens, talis eſt illius manducatio. Atqui refectio illa eſt animæ, non corporis: manducatio ergò pariter animæ eſt, non corporis. Secundò, Auguſtinus ait, *Illud manducare reſici eſt, illud bibere eſt vivere.* At impij nec reficiuntur, nec vivunt: Ergò non manducant nec bibunt. Tertiò, opponit manducationem in ſacramento manducationi in veritate: manducare igitur carnem in ſacramento non eſt eam verè & realiter manducare, ſed in ſigno tantum. Deniquè, affirmat, manducare carnem Chriſti in veritate, eſſe illam ſpiritualiter

Auguſtinus.

Hiſpalenſis: a *Cujus panis pinguis factus eſt, caro ſcilicet ejus quæ eſt eſca Sanctorum. Quam ſi quis manducaverit, non morietur in æternum.* Et ipſemet Auguſtinus in ſermone de verbis Evangelij: k *Quandò Chriſtus manducatur, vita manducatur, quando manducatur, reficit.* Et in Joannem: l *Vivimus nos propter ipſum, manducantes eum, id eſt, ipſum accipientes vitam æternam, quam non habebamus ex nobis.* Et rurſum: *Non ita eſt in hac eſca, quam ſuſtentanda hujus corporis vita ſumimus: Nam qui eam non ſumpſerit, non vivet, nec tamen qui eam ſumpſerit, vivet: fieri enim poteſt, ut ſenio, vel morbo, vel aliquo caſu, plurimi & qui eam ſumpſerint moriantur. In hoc vero cibo & potu, id eſt, corpore & ſanguine Domini, non ita eſt: nam & qui eam non ſumit, non habet vitam, & qui eam ſumit habet vitam, & hanc utique æternam.* Clariſſimè in rem noſtram. Nec juvaret excipere, Auguſtinum hæc dicere de corpore Chriſti myſtico; ut patet ex ijs quæ addit: *Hunc itaque cibum & potum ſocietatem vult intelligi corporis & membrorum ſuorum, quod eſt ſancta Eccleſia*, &c. Nam, ut prætermittam Chriſtum eſſe corporis hujus præcipuam ac potiſſimam partem; quæ ſola ac per ſe refectionis & vitæ principium eſt, reliquæ tantum per communionem cum illa, annon abſurdiſſimum eſt dicere, corpus illud Chriſti myſticum non niſi ad vitam ſumi, & ad vitam ſumi a quocumque qui illud ſumit, hujus autem corporis caput, ſeu partem præſtantiſſimam, vitæ fontem ac principium aliter quam ad vitam ſumi? Apage commentum infrunitum. Nec talè quidpiam, vel per ſomnium cogitarunt Ambroſius & Auguſtinus in locis à Perronio citatis. Non Ambroſius. Nam quamvis dicat de Chriſto, *hoc manna alienum ab omni corruptione, quod quicunque religioſe guſtaverit, corruptionem ſentire non poterit*; non propterea conſequitur, ex ipſius ſententia Chriſtum edi poſſe irreligioſè. Adverbium enim illud non adlibet ad religioſam carnis Chriſti manducationem ab irreligioſa diſcernendam & diſtinguendam, ſed ad perpetuum & unicum carnis ejus manducandæ modum definiendum & determinandum, ſpiritualiter nimirum. Is enim ſatis frequens eſt ejuſmodi Adverbiorum uſus; ut quandò dicimus Deum religioſe eſſe colendum. Quis enim inde concludat, Deum coli irreligioſe? Irreligioſe enim colere, non colere, ſed inhonorare eſt. Et quando S. Petrus loquitur m *de neſarijs idololatrijs.* Quis enim, niſi forte n Valentinianus aliquis idolomanes, inde concluderet eſſe quaſdam ſanctas idololatrias? Non etiam Auguſtinus. Nam ſi in loco objecto de propria Domini carne agit, modum illius ſumendæ cui, tanquam effectum, permanentiam in Chriſto tribuit, intelliget eum per quem in ipſa veritate ſpiritualiter manducatur, quemadmodum hoc loco loquitur, & quidem contradiſtinctum non ab altera quadam vera carnis hujus manducatione, ſed ab illius in ſigno ſeu ſigno tenus manducatione. Sin verò de carne ipſius ſymbolica, ſeu de carnis ſacramento, ipſum ſane religioſe & irreligioſe edi poſſe libere damus.

Auguſtinus.

Ad quartum argumentum (tertio enim ultimò reſpondet) ductum ex his verbis, *tunc hoc erit, id eſt, vita, unicuique erit corpus & ſanguis Chriſti, ſi quod in ſacramento viſibiliter ſumitur, in ipſa veritate ſpiritaliter manducetur, ſpiritaliter bibatur*; duo reſpondet.

Primo enim ait: *quando vocabulum* Spiritualiter *ibi ſumeretur pro* mentaliter & intellectualiter (*qui ipſius ſenſus non eſt*) *nihil id nobis noceret. Quid enim aliud perpetuò urgemus, quam manducationem oralem & ſacramentalem carnis Chriſti, non non vivificare, niſi mentalis & moralis quæ fit per meditationem & imitationem converſationis ipſius in carne, illi conjuncta ſit?* Verùm, fraudulenter ſupponit, carnem Chriſti in ſacramento ſumere, eſſe illam vere, realiter ac ſubſtantialiter ſumere. Id autem falſiſſimum eſt. Nam *ſumere in ſacramento carnem Chriſti*, Auguſtino non eſt, carnem in ſacramento contentam realiter ſumere, nec ea verba Gallice reddenda ſunt, *prendre au ſacrement*, ut ea vertit Perronius; ſed eſt, illam ſacramento tenus ſumere, ſeu ipſius ſacramentum tantummodò accipere, hoc eſt, *en ſacrement*. Hac enim & ſimilibus loquendi formulis communiſſimè utitur. Sic de Patribus loquens ait: a *idem in myſterio cibus illorum qui noſter*; quod paulo poſt ſic exponit, *idem ipſe Chriſtus illis in petra figuratus, nobis in carne manifeſtatus.* Sic & æquipollet has duas propoſitiones, b *nondum hoc ſunt, ſed hoc ſignificant*, &c, *in myſterio res eſt, nondum in effectu.* Sic rurſum ait, c *petra Chriſtus in ſigno*; quod aliter ſic expoſit, d *Judæi pro magno ſacramento ejuſdem Chriſti biberunt aquam de petra profluentem.* Sic exponens quod de Davide dictum eſt, eum mutaſſe vultum ſuum coram Abimelek, ait: e *Diximus, nomina mutata eſſe, ut ſacramentum oſtenderetur, ne ſi idem nomen repetitum eſſet in titulo Pſalmi, non nobis prophetaſſe aliquid in ſacramento, ſed quaſi geſta narraſſe videretur.* Sic ait: f *Semel Chriſtus immolatus eſt in ſeipſo, & tamen in ſacramento* (hoc eſt, in figura & repræſentatione, ut ipſemet Perronius agnoſcit) *non ſolum per omnes paſcha ſolemnitates, ſed omni die populo immolatur.* Sic, g *corpus & ſanguinem Chriſti in ſacramento* manducare & bibere, exponit, *ſacramentis Dominici communicare.* Et alibi, ſacramento tenus & non re vera manducare & bibere: *Ipſe dicens,* h inquit, *qui manducat carnem meam & bibit ſanguinem meum, in me manet, & ego in eo, oſtendit quid ſit, non ſacramento tenus, ſed re vera corpus Chriſti manducare & ſanguinem ejus bibere.*

a *In Geneſin cap. 31. & in Exod. c. 23.*
k *In 1. Cor. 16.*
l *In Joan. tract. 26.*
m *1. Petr. 4. 3.*
n *Valent. de Idololatr. l. 2. c. 7.*
a *In Pſalm. 77.*
b *De diverſ. ſermon. 5.*
c *In Joan. tract 26.*
d *Ibid. tract. 45.*
e *In Pſalm. 33. ſerm. 2.*
f *Epiſt. 23.*
g *Contr. Literas Petiliani l. 2. c. 55.*
h *De Civit. Dei l. 21. c. 25.*

Copyright, 1920, by The New Republic, Inc.

Vol. XXIV. No. 309. Published weekly by The New Republic, Inc., 421 West 21st Street, New York, N. Y. Subscription price $6.00 a year. Single copies 15 cents. Entered as second class matter at the Post Office at New York, N. Y., under the Act of March 3, 1879. Canadian postage 50 cents extra. Foreign postage $1.00 extra.

Auguſtinus.

viviſicat in commentario de Spiritu Chriſti explicet, cum ſimiliter ea hoc loco accipere, cum aliter quoque exponi poſſint, videlicet ſpirituali intelligentia, ut illa plurimos Veterum ſumpſiſſe [n] loco ſuo oſtendimus, nihilque repugnet eum in vno loco expoſitionem illam, in alio hanc ſequi; dico Cardinalem duo ſupponere. Prius eſt: Auguſtinum cum ait, *hoc totum ad hoc nobis valeat, dilectiſſimi, ut carnem Chriſti & ſanguinem Chriſti non edamus tantum in ſacramento, quod & multi mali, ſed vſque ad Spiritus participationem manducemus & bibamus*; per *manducare & bibere vſque ad participationem Spiritus*, idem deſignare quod in loco de quo agimus, per *carnem Chriſti & ſanguinem ſpiritualiter manducare, ſpiritualiter bibere*. Id autem falſiſſimum eſt, ut ſupra præſtruxi: addo, & evidenter abſurdum. Quis enim ſanus dixerit corpus & ſanguinem Chriſti *ſpiritualiter* manducare & bibere, eſſe, corpus & ſanguinem Chriſti *cum ſpiritu* ſeu divinitate edere & bibere? Quis vnquam adverbium illud Spiritaliter, id eſt, cum Spiritu eſt interpretatus? Commenta mera ſunt hominis, quidlibet ex quolibet exſculpentis. Locutio utrobique ſimilis non eſt hac quidem in parte, nec idem proinde utriuſque vocabuli ſenſus. In loco ſiquidem objecto *Spiritus* rem participandam deſignat, in eo de quo contendimus adverbium *Spiritualiter* modum rei participandæ. Convenientia quę inter utrumque intercedit, aliorſum quærenda eſt. Ea autem in duobus conſiſtit. Primò enim in utroque corpus & ſanguinem Chriſti in ſacramento ſumere, eſt, illa ignotenus & non reipſa ſumere. Secundò, utrobique carnem Chriſti *in ipſa veritate edere*, & *vſque ad Spiritus participationem edere*, idem licet terminis differentibus connotant, videlicet, *carnem ipſam reipſa edere*, quod ſpiritualiter fit, ut ipſemet ſupra docebat. Tritum enim eſt apud Veteres carnem ipſam Dominicam *Spiritum* appellare, tùm quia à Spiritu aſſumpta eſt, tum quia virtute Spiritus prædita eſt. Sic enim Athanaſius: *Spiritus vivificans eſt caro Domini quia à Spiritu vivificante aſſumpta* (ſeu, *concepta*) *eſt*. Cyrillus de Domino loquens: [p] *Spiritum deinceps carnem ſuam nominat, non ita tamen ut carnem eſſe neget, ſed quia perfecte ei eſt vnita & totam ejus vim vivificam induit, idcirco ipſam ſpiritum quoque nominat*. Et Ammonius: [q] *Spiritum hîc vocat carnem vivificæ Spiritus efficacia repletam*. Et Damaſcenus [r] *Spiritus vivificans eſt caro Domini, quia ex Spiritu vivificante concepta eſt, quod enim natum eſt ex Spiritu, Spiritus eſt*. De Tertulliano quoque ita Toletus: [s] *eamdem adlubuit expoſitionem, quamvis ſubobſcure*. Quandò ergò Perronius objicit, *Quamobrem hanc differentiam inter bonos & malos aſſignaret Auguſtinus, quod boni videlicet carnem Chriſti manducent vſque ad participationem Spiritus, ſi mali vere Chriſti carnem non manducarent, ſed ejus carnis tantummodo ſignum?* in promptu ſane eſt reſponſio ex ſupra dictis. Corpus enim, ſive carnem Dominicam non tantum in ſacramento manducare, ſed uſque ad Spiritus participationem manducare, eſt (ut dixi) illam non in ſigno tantum, ſed reipſa manducare vivifica Spiritus ſui virtute prægnantem. A malis prius tantum fit, utrumque à bonis: annon ingens diſcrimen eſt? Sed juvat locum hunc contra ipſum retorquere: Auguſtinus enim per manducationem carnis Chriſti in ſacramento, ejuſmodi manducationem deſignat quæ fiat à plurimis malis non tamen *vſque ad Spiritum*: hoc eſt, divinitatis Chriſti (Sic enim ipſemet Perronius exponit) *participationem*: Ergò, inquam, non loquitur de reali manducatione carnis illius, ſed de ipſius ſumptione in ſigno tantum. Nemo enim malus carnem Chriſti realiter manducat, ex ipſorum Adverſariorum hypotheſi, qui divinitatis per concomitantiam particeps quoque non fiat. Poſterius, quod in tertio argumento rurſum ſupponit eſt, Auguſtinum per Adverbium *ſpiritualiter* hoc loco idem intelligere, quod per nomen *Spiritus* in illis Domini verbis, *Spiritus eſt qui vivificat*, quandoquidem hæc verba profert pro ratione dicti. Sed fallitur. Verba enim illa non adducit, ut oſtendat quid ſit ſpiritualiter manducare, ſpiritualiter bibere, ſed ut reddat rationem illius quod dixerat, carnem Chriſti in ipſa veritate manducatam, vitam eſſe, & deſignet vnde habeat quod vita ſit, nimirum, non ex ſe, ſed ex Spiritu vivificante illi inſeparabiliter vnito.

Auguſtinus.

Denique ad argumentum ductum ex differentia quam ſtatuit Auguſtinus inter manducare Chriſti carnem *in ſacramento*, & eam *in ipſa veritate* manducare, reſpondet; *ſi pronomen*, ipſa, *relativum ſit, in objectione nullam eſſe difficultatem. Tunc enim*, in ipſa veritate, *perinde erit ac ſi dixiſſet*, in eadem veritate. *Sin vero proprietatis demonſtrativum ſit, & tantum ſignificet quam in veritate ipſa, aut in propria veritate, aut in veritate eſſentiali, ſolvitur difficultas, illud explicando de divinitate Chriſti, ac dicendo, tunc hoc erit vita, hoc eſt, is, qui manducat, vitam habebit, ſi quod viſibiliter in ſacramento manducat, ſpiritualiter quoque manducat, hoc eſt, cum participatione Spiritus Chriſti in veritate ipſa vitæ, nempe, in divinitate. Familiare enim eſſe Patribus Vocabulum illud* veritas *hoc ſenſu accipere, patet ex variis Auguſtini locis*, &c, *& ex Cypriano in tractatu de cœna Domini, unde Auguſtinus hunc locum eſt mutuatus*, &c. Sed ineptа eſt reſponſio. Verba enim hæc, *in ipſa veritate*, relativè ſumi nullo modo poſſunt. Nam, ut relative ſumerentur, neceſſe foret

[n] *Lib. 1. cap. 31.*

[n] *De natur. humanæ ſuſceptæ. πνεῦμα ζωοποιὸν ἐκ σαρκὸς ἐν ἑαυτῷ, διὰ τὸ καὶ πνεῦμα ζωοποιὸν ἐκλήθη.* [p] *In Ioan. 6. 64. πνεῦμα νῦν σάρκα καλεῖ, ἐπεὶ σὺν αὐτῇ γέγονε τὸ ἴδιον τῆς ζωῆς ἐνεργὸν καὶ ὅλην αὐτὴν ἐνεργείας πνευματικῆς ἐνέπλησε. Ἀλλ'* [q] *τὸ ἄχραντον ἐνεργείας πνευματικῆς πνεῦμα καλεῖ, ὅλην αὐτὴν ζωοποιοῦ δυνάμεως ἐμπλήσασα ἑαυτῇ τὸ πνεῦμα.* [q] *Cateн. in Ioan. 6. 64. πνεῦμα οὖν καλεῖ τὸν σύνεγγυς πνευματικὸν & ζωοποιὸν πνεῦμα & σύνεγγυς.* [r] *De fide orthod. l. 4. c. 14.* [s] *In 6. Ioan. annot. 33.*

Auguſtinus.

veritatis mentionem præceſſiſſe ad quam poſtea referrentur ſenſu a Cardinale memorato, nimirum in *eadem veritate*. Atque in præcedentibus nullam omnino veritatis mentionem fecerat. Ac proinde dicendum eſt, illa hìc non eſſe relativa, ſed proprietatis demonſtrativa. At verò, ſi proprietatis demonſtrativa ſunt, pro divinitate Chriſti accipi non poſſunt. Primò, quia licet veritas in hac notione nonnunquâ ſumatur, nonniſi ineptè hoc loco ſic intelligeretur ex ipſius Perronij hypotheſi. Vult enim in Auguſtini verbis *ſpiritualiter manducare*, eſſe, *manducare cum participatione divinitatis*. Si igitur verba hæc, *in ipſa veritate*, ſignificent *in ipſa divinitate*, ſenſus Auguſtini erit: *tunc vita erit corpus & ſanguis Chriſti, ſi quod in ſacramento viſibiliter ſumitur in ipſa divinitate cum participatione divinitatis manducetur*. Ridicule & abſurde. Quid enim eſt, ſumere in ipſa divinitate cum participatione divinitatis? Sic lectoribus ſuis illudit. Secundò, quia clarum eſt ea verba, *in ipſa veritate* ab Auguſtino ſumi per antitheſin ad illa præcedentia, *in ſacramento*. Atqui jam ſupra diximus, Chriſti carnem in ſacramento manducare, eſſe illam in ſigno manducare. Nam *in ſacramento*, &, *in ipſa veritate*, opponuntur ut ſignum & res. Ergo in ipſa veritate manducare, eſt, realiter manducare. Denique, quia alibi eamdem ſententiam repetens pro *in ipſa veritate* reponit *re vera*. *Dominus ipſe dicens*, [a] inquit, *qui manducat carnem meam & bibit ſanguinem meum, in me manet, & ego in illo, oſtendit quid ſit, non ſacramento tenus, ſed re vera corpus Chriſti manducare*. Itaque, ut reſumam argumentum, quandoquidem corpus Chriſti vita eſt ei qui illud in ipſa veritate ſeu re vera manducat: vita autem non eſt impijs qui illud in ſacramento edunt; Ergo licet illud in ſigno manducent, non illud re vera edunt.

[a] De civit. Dei l. 21. c. 25.

Sic defendimus argumenta noſtra adverſus omnes Perronij cavillationes. Jam verò nobis ſoluendæ ſunt aliquot objectiones quas ex hoc ipſo Auguſtini ſermone vnde argumenta duximus contra nos torquet. *Nam quid dixerim*, inquit, *dici potuit, ad oſtendendum ſacramentum eſſe verum ac proprium Chriſti corpus quam quod ibi ait?*

Primo ſermonem inchoat his verbis: Audivimus veracem Magiſtrum (*Nota* veracem, *ut deſignet verba quæ locutus erat, non fuiſſe nuda parabolas & allegorias*) divinum redemptorem, humanum ſalvatorem, commendantem nobis pretium noſtrum, ſanguinem ſuum: locutus eſt enim nobis de corpore & ſanguine ſuo: corpus dixit eſcam, ſanguinem potum, ſacramentum fidelium. *At quomodo id de quo Dominus loquebatur, cum diceret*, caro mea eſt vere cibus, & ſanguis meus vere eſt potus, *Sacramentum erat fidelium, hoc eſt, Euchariſtia, ſi Euchariſtia non eſt niſi corporis & ſanguinis Chriſti ſignum? Dominus, cum diceret* caro mea vere eſt cibus, & ſanguis meus vere eſt potus, *loquebatur-ne de vero corpore ſuo, aut, de ſigno corporis; de vero ſanguine, an de ſigno ſanguinis? Et ſanguis ille quem Auguſtinus ait eſſe pretium noſtrum, veruſne ſanguis Chriſti eſt, an ſanguinis illius ſignum?* Sed hæc nullius momenti ſunt. Nam ſi tantummodo ageretur de retundenda Cardinalis objectione, in promptu foret reſponſio, quamvis ea Domini verba juxta genuinum eorum ſenſum de proprio Domini corpore & ſanguine ſint accipienda, Veteres nihilominus illa nonnunquam aliter eſſe interpretatos. Auguſtinus enim ipſemet in commentario ea de ſocietate fidelium exponit, Hieronymus quoque & Nyſſenus de pane & vino, ſacramento corporis & ſanguinis, ut [b] ſupra à nobis eſt obſervatum. Si igitur dixerimus Auguſtinum pariter hoc loco per carnem & ſanguinem intelligere panem & vinum, ſacramentum carnis & ſanguinis, quod eadem ratione qua corpus & ſanguis appellatur, nempe, quia illorum ſignum eſt, pretium quoque noſtrum nuncupetur quia pretij noſtri ſacramentum eſt; annon funditus corruet Cardinalis argumentum? Verum, nec minus facilè illud diluemus, etſi concedamus ex directa (ut cenſemus) Authoris mente, hìc agi de proprio Domini corpore & ſanguine. Tale enim eſt primum ipſius argumentum in formam redactum: *Quiſquis loquitur ut verax Magiſter, verba quæ dicit non profert tanquam nudas parabolas & allegorias. Atqui ex Auguſtini ſententia cum Dominus hæc verba proferret*, Caro mea eſt verè cibus & ſanguis meus verè eſt potus, *loquebatur ut verax Magiſter: Ergò ex Auguſtini ſententia verba hæc non proferebat tanquam nudas parabolas & allegorias.* Sed in eo nihil eſt ſanum. Primò enim propoſitio falſiſſima eſt. Scriptura enim de Domino ait: [c] *Hæc omnia Ieſus per parabolas ad turbam, & abſque parabola nihil loquebatur illis.* Quis tamen ſanus dixerit Dominum in parabola Judæis loquentem, veracem ideo Magiſtrum non fuiſſe? Apage ineptias. Secundò, parabolas & allegorias ſumit, aut ſtricto ſenſu, aut lato pro locutione figurata. Si ſtricto ſenſu, concedimus quod concludit: neque enim nos cenſemus verba illa Dominica parabolas & allegorias eſſe, parabolas & allegorias ſtrictè accipiendo, quemadmodum ad ſimile argumentum prolixè ſupra in [d] Chryſoſtomo reſpondimus. Si lato, pro locutione figurata, conſequentiam hanc rurſum negamus, *Dominus in hiſce verbis locutus eſt ut Magiſter verax, Ergo in iis nulla figura eſt.* Quaſi verò figuratè loqui, mendaciter eſſet loqui. Quam ridiculè! Annon enim Dominus ipſe teſtatur ſe veracem fuiſſe, etiam ubi figuratè loquebatur? *Amen*, [e] inquit, *dico vobis, quæcunque ligaveritis in terra,*

Auguſtinus.

[b] c. 7. ad 5. ad ſeſt. §. Primò.

[c] Matth. 13. 34.

[d] l. in Ioan. 5.

[e] Matt. 18. 18. vid. & Luc. 12. 37.

Digitized by Google

Auguſtinus.

terrâ, ligata erunt in cœlo. Amen autem ſignificat *verum eſt*; & tamen nemo negaverit *ligare* hîc figuratè ſumi. Et alibi: f *hæc dicit Amen, teſtis fidelis & verax, novi opera tua, quod neque frigidus es, nec calidus.* Et tamen apud omnes in confeſſo eſt calidum & frigidum ibi metaphoricè ſumi. Annon rurſum Cyrillus in hæc Apoſtoli verba, g *Induite Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum*, & in alia ejuſdem, h *quotquot in Chriſtum baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis*, expreſſe notat, i *Et verax eſt hic ſermo?* Nihilominus certum eſt, *induere* figuratè eſſe accipiendum. Annon denique ipſemet Auguſtinus ait illa Domini verba, *Amen dico vobis, niſi manducaveritis carnem filij hominis*, &c, k *Locutionem figuratam* eſſe? Quidni ergo pariter diceret, Dominum in hiſce verbis, *Caro mea eſt verè cibus & ſanguis meus eſt verè potus*, veracem eſſe magiſtrum, etiam ſi intelligat carnem illam figuratè eſcam dici, & ſanguinem potum? Ad alterum verò argumentum ductum ex eo quod Auguſtinus poſt allata hæc Domini verba, addit, *ſacramentum fidelium*, quo etiam Bellarminus utitur; reſpondeo primò vitioſam eſſe punctuationem quam ſequitur Perronius, & locum ſic eſſe legendum, *Sacramentum fidelium agnoſcunt fideles*, prout rectè legit Bellarminus, & ante Bellarminum Durandus Troarnenſis n & editiones correctiores habent. Deinde & addo, Auguſtini mentem nullomodo eſſe, corpus & ſanguinem de quibus agitur in illis Domini verbis, eſſe ſacramentum fidelium, ut illi affingunt Adverſarij: ſacramentum enim illi ſacrum eſt ſignum, corpus verò & ſanguis Domini res illius ſignificata; ſed tantummodo his verbis innuere velle, fideles ex mentione corporis & ſanguinis hujus probè comprehendere quid ſit ſacramentum fidelium, videlicet, corporis ac ſanguinis illius ſacramentum ſeu ſacrum ſignum. Corpus enim ac ſanguis ſacramenti *archetypa* ſunt, ſacramentum verò illorum *typus*, ut ea l Theodoretus indigetat. Quemadmodum ergò Auguſtinus alibi ait, m *Auditis ſignis, ad res ſignificatas feratur intentio*; ſic & hîc indicat, fideles & baptizatos audito corpore & ſanguine Domini, indè agnoſcere quid nam ſit Euchariſtia quæ illorum ſacramentum eſt. Nam, ut rectè notat Cyrillus, n *imago archetypum, & archetypus imaginem refert*, oculatis ſcilicet & intelligentibus.

f *Apoc.* 3. 14. 15.

g *Rom.* 13. 14.

h *Galat.* 3. 27.

i *De adorat. l.* 11. *edit. græcol. p.* 378. & 386. ἀλλ' ἦς ὁ λόγος.

k *De doctr. Chriſt. l.* 3. *c.* 16.

l *Dialog.* 3.

m *De Magiſtro c.* 8.

n *In theſaur. aſſert.* 20. ὅτι τὰ ἀρχέτυπα ἐστὶν, καὶ ὅτι τὸν ἀνάγκην τὸ ἀρχέτυπον

Secundò, inquit Perronius, *Auguſtinus ait*: ſacramentum fidelium. Agnoſcunt fideles, (hoc eſt baptizati, qui vocabantur fideles propter ſacramentũ fidei, nempe baptiſmum qui illis collatus fuerat) Audientes autem (*hoc eſt, catechumeni ſic à Græcis dicti, & à Latinis* Audientes, *eo quod viva voce inſtruerentur*) quid aliud quam audiunt? *At quamobrem Catechumeni non fuiſſent capaces intelligentiæ horum verborum*, qui manducat carnem meam & bibit meum ſanguinem, *ſi manducare carnem & bibere ſanguinem Chriſti nihil aliud fuiſſet quam in Chriſtum credere*? Sed ſupponit quod falſum eſt, Auguſtinum, videlicet, id de Catechumenis hîc pronunciare relatè ad illa verba, *qui manducat carnem meam, & bibit ſanguinem meum*. Hoc enim intelligit de ſacramento fidelium. Nam cum antea dixiſſet, fideles ſeu baptizatos audita mentione corporis & ſanguinis Chriſti agnoſcere ſacramentum, quod nimirum illorum ſignum ſit, Catechumenos ait, licet eadem verba audientes, id pariter non agnoſcere, ſcilicet, quia *neſciunt quid accipiant Chriſtiani*, ut Auguſtinus ipſemet o alibi obſervavit. Cum enim neſcirent quid pro ſacramento corporis ac ſanguinis Chriſti baptizati acciperent, non poterant ex mentione corporis & ſanguinis ſacramentum agnoſcere.

Auguſtinus.

o *In Ioan. tract.* 11.

Verùm, inquit, *loquens de his verbis*, niſi manducaveritis carnem filij hominis, *&c. addit*: Et hoc diceret de vita quis alius, quam ipſa vita? Erit autem illi homini mors, non vita, qui mendacem putaverit vitam. *At quamobrem, oro, comminationem hanc interponeret adverſus eos qui non crederent hæc verba, ſi non niſi per allegoriam dicta forent? Potiſſimè quis, abſque ſenſus communis carentia, panam aliquam ijs comminari qui non crederent verba nonnulla allegoricè dicta, vera eſſe? Sola comminatio prolata adverſus eos qui illa verba vera eſſe non cenſebant, nonne oſtendit ea per parabolã non eſſe intelligenda*, &c? Sed denuo hîc reponit figmentum jam ſupra explosum de allegoria & parabola. Loco igitur parabolæ & allegoriæ locutionem figuratam ponat, ac tum illi negabimus falſiſſimam hanc propoſitionem, comminationes non apponi in propoſitionibus quomodocumque figuratis. Annon enim concilium Tridentinum comminatoriè ait: a *ſi quis dixerit*, &c, *pœnitentiam non rectè ſecundam poſt naufragium tabulam appellari, anathema ſit*: & rurſum: b *ſi quis dixerit, ſacerdotes qui in peccato mortali ſunt, poteſtatem ligandi & ſolvendi habere*, &c, *anathema ſit*? Et tamen pœnitentia non niſi figurate ſecunda tabula, nec ſacerdotes ligare & ſolvere niſi figurato ſenſu dici poſſe, nemo eſt inficiaturus. Concilium ergo illud ſenſu communi caruiſſe ex Perronij argumento concludendum eſt. Annon ipſemet Dominus comminatorie dicit, c *niſi quis natus fuerit ex aqua & ſpiritu, non poteſt introire in regnum Dei*? Verba ipſa id clamant; & affirmat Chryſoſtomus Dominum d *voluiſſe Nicodemum minùs perterrere & ad credendum allicere*: imo inde infert, e *curioſum & nimium rerum divinarum perſcrutatorem, nihil proficere, nec quæſita invenire, & nihil niſi ultimum ſupplicium adepturum, ideoque cum pietate omnia eſſe intelligenda, in ſcripturiſque quod ajunt credendum.* Generationem illam nihilominus figu-

a *Seſſion* 14. *can.* 2.

b *Ibid. can.* 10.

c *Ioan.* 3. 5.

d *In Ioan. hom.* 25. *in Græc.* τῇ φοβερᾷ καὶ ἀπαιτήσει ἐπιτιμᾷ οὐδὲ τοῦτο μικρὸν ἀνιεὶς βαλόμενος.

e *Hom. præced.* ἐνταῦθα πάλιν τῇ ὑπερβολῇ τῶν ἐπιτιμίων ἐπιτείνει καὶ ἀπειλεῖ καὶ πολυπραγμονεῖν τὰ θεῖα κωλύων καὶ ἀναίτια ἡμῖν ἐπάγων τὰ δεινὰ, &c.

Auguſtinus.

a *In Pſalm.* 98.

a darum illi viſum eſt quod ait, &c. *Acceperunt illud ſtulte, carnaliter illud cogitaverunt, & putaverunt quod præciſurus eſſet Dominus particulas quaſdam de corpore ſuo & daturus illis, & dixerunt*, Durus eſt hic ſermo. *Ipſi erant duri, & non ſermo. Et enim ſi duri non eſſent, ſed mites eſſent, dicerent ſibi: non ſine cauſa dicit hoc; niſi quia eſt ibi ſacramentum aliquod latens.* Et commentario in Joannem: b *Talia loquente Domino Ieſu Chriſto, non crediderunt aliquid magnum dicenti, & verbis illis gratiam aliquam cooperienti: ſed proüt voluerunt, ita intellexerunt, & more hominum, quia poterat Ieſus, aut hoc diſponebat Ieſus, carnem quæ indutum erat Verbum veluti concisam diſtribuere credentibus.* Et poſt Auguſtinum c Beda & Theophylactus: atque ex ipſiſmet Adverſarijs, Ferus, Guilliandus, Toletus, & plurimi alij commentatores. Quis enim æquus aliter? Secundò, pariter falſum eſt quod in poſteriore argumenti ſui parte ſubjungit de præſuppoſitione incredulitatis in objecto ſuo, id eſt, in re non credita. Quod enim incredulitas in objecto ſuo præſupponit, nec miraculum, nec allegoria eſt abſolutè & determinatè, ſed in genere, veritas eſt, ſeu poſſibilis, ſeu neceſſaria, ſeu miraculoſa, ſeu non miraculoſa, ſeu locutione propria expreſſa, ſeu figurata, proüt ex materia dicti dirigendus eſt ſenſus. Atque, ut à theſi ad hypotheſin deſcendam, illud quod Diſcipuli in verbis Domini non credebant, erat hæc veritas neceſſaria & determinata, ſcilicet, ad vitam æternam obtinendam, carnem Chriſti manducandam eſſe ſanguinemque ejus bibendum: *Duo autem*, d inquit Toletus Cardinalis, *horum aures offendebant, alterum eſt, carnem Chriſti manducati dare poſſe vitam æternam, eſſeque ſupra manna datum Patribus, & in cibum mundi ſufficientem futuram*, directè contra Perronium affirmantem, *eos non cenſuiſſe duram eam partem quæ vita æterna promiſſionem continebat* ex carnis manducatione; *alterum eſt, carnem Chriſti manducandam & ſanguinem bibendum ſenſibiliter, ſicut & caro animalium manducatur. Ita enim verbum intelligebant, & hoc horrorem incutiebat.* Ideoque dicta ejus averſabantur tanquam intoleranda, non exiſtimantes alium ipſius verbis ſubeſſe poſſe ſenſum, eaque eſſe de manducatione metaphoricè ſic appellata, hoc eſt, de manducatione ſpirituali accipienda. Nec obſtat quod objicit Perronius, *ſi ea verba allegoricè* (figuratè, dicere debuerat) *eſſent intelligenda, defectum Diſcipulorum incredulitatem appellari haud debuiſſe, ſed ſtupiditatem.* Nam in ijs ſimul erant ſtupiditas & incredulitas: ſtupiditas quidem præcedanea in intelligentiæ defectu, deindè & ſuccedanea incredulitas in rejectione illorum. Quin, & Chryſoſtomus incredulitatem fuiſſe vult potius quam ſtultitiam: *ſi quis enim*, e inquit, *non recipit ea quæ non ratione, ſed fide ſola ſunt accipienda, non amplius ſtultitiæ, ſed incredulitatis culpa eſt.*

b *In Ioan. tract.* 27.

c *In 6. Ioan. omnes.*

d *In 6. Ioan.* 60.

e *In Ioan. hom.* 27. *in Græc.* ὅτι καὶ ἡ πίστις μὴ ἀσύνετος ἀλλ' ἀπιστίας μᾶλλον ἦν ἢ λοιπὸν ἀσυνεσίας, ἐπεὶ καὶ ἐν ἀρχῇ, ἀλλ' ἀπιστίας ἦν τὸ ἐγκλημα.

Auguſtinus.

Secundus locus quem afferemus ad probandum impios corpus Chriſti non manducare, nec ſanguinem bibere, ducitur ex tractatu vigeſimo ſexto in Joannem, ubi in expoſitione horum verborum, *qui manducat carnem meam, & bibit ſanguinem meum, manet* ■ *me, & ego in eo*; ait: *hoc eſt manducare illam eſcam, & illum bibere potum, in Chriſto manere, & illum manentem in ſe habere. Ac per hoc, qui non manet in Chriſto, & in quo non manet Chriſtus, procul dubio nec manducat*, ſpiritualiter (ſic enim libri editi habent) *carnem ejus, nec bibit ejus ſanguinem, licet carnaliter & viſibiliter premat dentibus ſacramentum corporis & ſanguinis Chriſti: ſed magn tanta rei ſacramentum ad judicium ſibi manducat & bibit, quia immundus præſumpſit ad Chriſti accedere ſacramenta, quæ aliquis non digne ſumit, niſi qui mundus eſt.* Clariſſima verba, & quæ applicatione non egent, cum ipſa per ſemet ad propoſitum noſtrum quadrent, videamus quid reſpondeat f Perronius.

f *Refutat. cap.* 16.

Primò enim, quoniam apud Illuſtriſſ. Pleſſæum Gallicè ſcribentem vox *Spiritualiter*, *Spirituellement*, licet ad marginem citata, caſu in textu omiſſa fuerat, queritur de omiſſione, quaſi ea ex induſtria & per fraudem facta fuiſſet, & ait: *quamvis apud Bedam, Gratianum & Magiſtrum ſententiarum qui ſæpe negligenter Authorum loca proferunt, illa paruer deſit, retinendam tamen eſſe, cum non modo exemplaria omnia edita, ſed & manuſcripta vniverſa, excepto (ſi adhuc ita eſt) Raguſino, illam vnanimiter habeant.* Deinde ſubjungit: *Reponatur igitur vox*, Spiritualiter, *cum reſponſione opus non erit. Annon enim quotidiè dicimus, eos qui in Chriſto non manent, illum non manducare ſpiritualiter, ſive adverbium illud referatur ad Spiritum Chriſti, quaſi dixiſſet illos eum non manducare* uſque ad participationem Spiritus, *vt in tractatu ſequenti loquitur*, &c, *ſive ad Spiritum proprium, quaſi dixiſſet, eos corpus Chriſti corpore quidem ſumere, ſed non accipere ſpiritu: quemadmodum eodem tractatu*, ait: Ut ſi quis manducaverit ex ipſo non moriatur: ſed quod pertinet ad virtutem ſacramenti, non quod pertinet ad viſibile ſacramentum, qui manducat intus, non foris, qui manducat corde, non qui premit dente; *Et in Libro contra Adverſarium Legis & Prophetarum*, g Chriſtum Jeſum, carnem ſuam nobis manducandam, bibendumque ſanguinem dantem, fideli corde atque ore ſuſcipimus? *Nemo eſt Catholicorum qui non fateatur, non modo, eos qui in Chriſto non manent corpus Chriſti ſpiritaliter non edere, ſed & eos qui ſpiritualiter non edunt, vtiliter non manducare. Nam quemadmodum in medicamentis quæ ad corporis ſanitatem præſcribuntur, non ſufficit remedia corpore ſumi, ſed ne-*

g *Lib. 2. c.* 9.

a *Hincmarus de Cavend. vitijs & virtut. exercend. c.* 12. *legit*, Spiritalem.

Auguſtinus.

ſed neceſſe quoque eſt Spiritus vitales miſcere ſe ſpiritualibus vegetalibus aut mineralibus medicamentorum, hoc eſt, calorem noſtrum naturalem in ſpiritibus reſidentem excitare & provocare Spiritus vegetales aut minerales qui ſunt inſtar animæ remediorum, ut cooperentur Spiritibus noſtris vitalibus, ac inde per totam noſtram conſtitutionem diffundantur; ſic ad obtinendum medicamenti hujus divini & cœleſtis effectum, non ſatis eſt corpus Chriſti in corporibus noſtris recipi, ſed oportet vim ſupernaturalem fidei & Charitatis in Spiritu noſtro reſidentem, excitare & provocare Spiritum & virtutem in corpore Chriſti reſidentem ut operetur, ac ſe, tum corpori, tum Spiritui noſtro immiſceat, ſicque vtriuſque reſpectu ſalutis & vitæ æternæ nobis medicamentum ſit. Verum tantum abeſt, vt hinc ſequatur, eos qui in Chriſto non manent, corpus Chriſti verè, realiter & eſſentialiter non edere, quin contra Auguſtinus ſententiam hanc, qui manducat carnem meam & bibit ſanguinem meum, manet in me & ego in eo; *proponat* h *alibi pro exemplo regularum quæ abſolutè vniverſales non ſunt, ſed exceptionem patiuntur, nec vniverſalitatem exercent niſi ſub certis conditionibus & circunſtantijs.* Hæc ille prolixe & declamatoriè: ſed fruſtra & inutiliter. Nam quamvis daremus vocem, *ſpiritualiter*, in Auguſtiniano textu eſſe retinendam, de quo poſt viderimus, non ideo labaſceret argumentum noſtrum, ut putat Adverſarius, quamquam ex ipſius evidentia nonnihil minueretur. Facile enim eſſet excipere Auguſtinū illam poſuiſſe, non ad diſtinguendam vnam quamdam manducationem carnis Chriſti ab alia ejuſdem carnis manducatione, ſpiritualem ab orali & corporali, utilem per ſe ab ea quæ per ſe & ſola inutilis ſit, ſed ad determinandum modum unicum, & perpetuum carnis illius manducandæ, ut jam ſupra à nobis eſt obſervatum. Ratio evidentiſſima eſt. Nam Auguſtinus non diſtinguit inter *manducare carnem Chriſti ſpiritualiter*, & *eandem carnem ore manducare*, ſed inter *carnem Chriſti ſpiritualiter manducare*, & *ſacramentum ejus dente premere*: nec ait, *qui non manet in Chriſto & in quo non manet Chriſtus, procul dubio nec manducat Spiritualiter carnem Chriſti, nec bibit ejus ſanguinem, licet carnaliter & viſibiliter premat carnem eandem & illum ipſum ſanguinem dentibus*; ſed ait in poſteriori hac clauſula, *licet carnaliter & viſibiliter premat dentibus ſacramentum corporis & ſanguinis Chriſti.* Quod planè confutat Adverſarij reſponſionem. Nam *ſacramentum carnis & ſanguinis Chriſti*, proprie loquendo non eſt caro & ſanguis Chriſti, quia *nulla res alicujus, ipſa eſt cujus eſt*, ut jam antè notavimus ex a Tertulliano, & b Athanaſio qui hoc ait eſſe *manifeſtum.* Cum ergò hoc loco Auguſtinus non diſtinguat inter carnem Chriſti & carnem Chriſti, ſed inter carnem Chriſti, & ipſius ſacramentum, hoc eſt, ſacrum ſignum, manifeſte liquet adverbium *Spiritualiter* diſtinctivè quidem ab illo poni reſpectu ad ſacramentum, quatenus verò adjungitur manducationi carnis Chriſti in ſe, determinative tantum: ac proinde ſimpliciter & univerſaliter ab Auguſtino negari, eum qui in Chriſto non manet carnem Chriſti manducare & ſanguinem bibere. Sic enim & alibi quoque ſe exponit, inquiens: c *non dicendum, eum manducare corpus Chriſti, qui in corpore non eſt Chriſti.* Et rurſum: *Nec iſti dicendi ſunt manducare corpus Chriſti, quoniam nec in membris computandi ſunt Chriſti. Vt enim alia taceam, non poſſunt ſimul eſſe, & membra Chriſti, & membra meretricis. Denique ipſe dicens,* qui manducat carnem meam, in me manet, & ego in eo, *oſtendit quid ſit non ſacramento tenus, ſed re vera corpus Chriſti manducare, & ejus ſanguinem bibere. Hoc eſt enim in Chriſto manere, ut in illo maneat & Chriſtus. Sic enim hoc dixerit, tanquam diceret: Qui non in me manet, & in quo ego non maneo, non ſe dicat aut exiſtimet manducare corpus meum, aut bibere ſanguinem meum.* Quæro enim quid ſit *re vera* manducare? Annon verè, realiter, & ſubſtantialiter edere? At, qui in corpore Chriſti non eſt, qui non manet in Chriſto, & in quo Chriſtus non manet, *re vera*, inquit Auguſtinus, carnem Chriſti non manducat: Ergo illam vere, realiter & ſubſtantialiter juxta illum non manducat. Nec quicquam contra faciunt loca priora duo à Perronio memorata, ut d ſupra in utriuſque examine oſtendimus: nec tertium, ut patebit (Deo dante) capite ſequenti, in quo à nobis expendetur. Hoc primo: addo ſecundò vocem, *ſpiritualiter* ex qua Cardinalis ſubterfugium captavit, veriſimillime, nè dicam certiſſimè, intruſam fuiſſe in eum codicem, ſecundum quem prima Auguſtini editio facta eſt, ac deinde in poſt editis incuriâ quadam ſi non etiam forte ex induſtria, ad argumentum noſtrum quadamtenus infirmandum, ſtudioſe conſervatam. Nam quamvis Beda, & Alcuinus ejus Diſcipulus commentarijs ſuis in Joannem partim ex Auguſtino concinnatis, illam interponant his Auguſtini verbis utentes, in e Proſpero tamen non habetur, nec in ipſius f Bedæ commentarijs in Paulum ex Auguſtini verbis prorſus conſectis, nec in g Fulberto, nec in h Thoma, nec in i Valdenſi, nec in k Bicle, locum hunc ex ipſo Auguſtino ſe proferre teſtantibus. Ad exemplaria autem manuſcripta quod attinet, culpanda ſanè eſt nec ullomdò excuſanda Perronij, aut incuria, aut audacia adeò temere & inverecundè pronuntiantis *omnia* vocem illam habere. An enim vidit omnia? Dubito, num vel unicum viderit qui eam haberet: neque enim omiſiſſet illum nominare ac indicare, proüt in ejuſmodi ſolet. kk Eſtius quoque locum hunc citans cum hac

Auguſtinus.

c *De Civit. Dei l. 21. c. 25.*

d *Cap. 6. in quarto loco. Et cap. 7. ad quart. obiect.*

e *Sentent. 339.*

f *In 1. Cor. 10.*

g *Contr. Iudæos.*

h *Caten. in 6. Ioan.*

i *De ſacrament. c. 22. & 60.*

k *In canon. lect. 36.*

kk *In 4. diſt. 9. §. 3.*

a *Contr. Praxeam.*

b *Contr. Arrian. orat. 2.*

Digitized

Auguſtinus.

hac voce *Spiritualiter*, poſt illam, per parentheſin diminute ait, *ut addunt quedam exemplaria.* Sed, quænam illa ſint, non magis notat quam Perronius, nec, ut puto, magis vere. Nam Theologi Lovanienſes qui Auguſtini opera ab alijs edita, ad plurimos codices manuſcriptos recenſuerunt, ingenue fatentur, *in manuſcriptis non eſſe, Spiritualiter*, licet illud reliquerint in editione ſua. Codices quoque varij quos hîc Perronio videre licuit, quoſque ego proprijs oculis vidi (plures autem vidi) variarum Bibliothecarum, Sangermanæ, San-Victorianæ, Thuanæ, vocabulo illo carent. Unde conſtat Argumento noſtro evidentia ſua. Ut mittam ineptam quam Cardinalis inſtituit carnis Chriſti cum medicamento comparationem, quaſi illa ad corporum noſtrorum curationem eſſet ordinata, quemadmodum & hoc, & phyſice in nobis ageret, non moraliter, & debilis exſe foret, quemadmodum & medicamentum, & opus haberet aliqua virtute potentiori eam ad agendum impellente & in actu conſtituente, abſque qua in nobis langueret & deſideret: quæ omnia falſiſſima ſunt & pro libitu conficta.

Secundò reſpondet: *Ponamus Auguſtinum non habere vocem hanc*, ſpiritualiter, *mens ipſius erit, impios corpus Chriſti non manducare quoad fructus & utilitatem manducationis, quamvis illud edant quoad eſſentiam & veritatem manducationis. Nonnè enim quotidiè dicimus, res quæ non ſunt quomodò fieri deberent, pro non factis haberi, tuncque nos eas verè recipere, quando ut par eſt recipimus & cum illarum virtute & efficacia, atque aliter recipere, eſſe quidem eas ſuſcipere quoad eſſentia veritatem, non tamen quoad veritatem finis & utilitatis? Ille, qui medicamentum accipit, nec illud accipit prout oportet, nec ratione dicta, nec ratione aliarum circunſtantiarum, ſed poſt immoderatum ciborum & vinorum uſum, & eodem inſtanti aëris injuria ſe exponit, nonnè Culpatur ab amicis ei dicentibus*, hoc non eſt medicamentum ſumere? *Nonnè & Apoſtolus quoque de indigna myſterij Euchariſtiæ celebratione loquens, Corinthijs pariter ait*; 1 hoc non eſt cœnam Dominicam edere? *Et tamen nonnè ibidem illis denuntiat, qui indignè edit, judicium edit*, &c? *Quid-ni ergò & pariter licebit nobis dicere, eos, qui corpus Chriſti ore abſorbent, ſed fide illud non apprehendunt, ipſum manducare, & non manducare, hoc eſt, manducare quoad formam & eſſentiam manducationis, ſed non manducare quoad finem & effecta manducationis, manducare corporaliter, non ſpiritualiter, verè, non legitimè?* Sed futilis eſt reſponſio. Primò enim exempla illa quæ profert diſſimillima ſunt. Nam in ijs eadem res aut actio malè facta, facta tamen, ſibi ipſi bene faciendæ, tanquam ſi propter defectum facta non fuiſſet, opponitur. At in loco de quo agimus, longè ſecus ſe res habet. Auguſtinus enim realem manducationem carnis Chriſti factam proût par eſt, hoc eſt, *ſpiritualiter*, minimè opponit reali ejuſdem carnis manducationi malè ſeu illegitimè factæ, ſed manducationem carnis Chriſti quam ſpiritualiter fieri docet, alteri actioni opponit, videlicet, manducationi orali ſacramenti illius carnis, ac illam negat à malis fieri, hanc concedit. Ingens ergò diſcrimen eſt, & alia prorſus ratio. Deinde, verum quidem eſt ad exprimendos defectus in aliqua actione occurrentes, dici ſolere, eam factam non fuiſſe; ſed quotieſcunque agitur de duabus actionibus ſibi invicem oppoſitis, ac de una illarum, licet male, illegitimè & inutiliter facta, dicitur nihilominus quod facta ſit, de altera autem oppoſita, quod non facta ſit; cui non manifeſtè apparet, quemadmodum in illa quæ facta eſſe affirmatur, affirmatio illa eſſentiam & veritatem actionis ſpectat, non finem & utilitatem illius, ſic in membro oppoſito negationem quoque ſpectare actionis eſſentiam? Nam, ſi quandò Auguſtinus ait, *qui non manet in Chriſto, & in quo non manet Chriſtus, procul dubio nec manducat carnem ejus, nec bibit ejus ſanguinem*, intellexiſſet, eum carnem non manducare nec ſanguinem bibere, non quoad veritatem & eſſentiam ſumptionis, ſed quoad dignitatem, finem & utilitatem illius, debuiſſet ſimiliter id de ſacramento addere, & dicere, *qui non manet in Chriſto & in quo non manet Chriſtus, nec manducat carnem ejus, nec bibit ejus ſanguinem, nec carnaliter & viſibiliter premit dentibus ſacramentum corporis & ſanguinis Chriſti*; quemadmodum Apoſtolus, ait, *hoc non eſt Dominicam cœnam edere.* Nequè enim qui talis eſt, ſacramentum corporis & ſanguinis Chriſti dignè & utiliter edit & bibit, ſed ex ipſorum Adverſariorum hypotheſi, perindè indignè & inutiliter, ac corpus ipſum & ſanguinem. Sed contrà affirmat, eum ſacramentum quidem corporis & ſanguinis Chriſti manducare & bibere, carnem autem ipſam manducare & ſanguinem bibere negat: intelligit ergo illum carnis & ſanguinis ſacramentum verè & realiter ſumere, carnem autem & ſanguinem nec verè, nec realiter manducare & bibere. Tertiò, idem quoque innuit præpoſitio illa aſſeverativa quam negationi ſuæ adjungit, inquiens: *procul dubio, nec manducat carnem ejus, nec bibit ejus ſanguinem.* Si enim tantummodò dicere voluiſſet, eum qui in Chriſto non manet, carnem ejus fructuoſè non manducare nec ſanguinem bibere; quamobrem adjunxiſſet illud, *procul dubio*? Frigidiſſimè ſane & inutiliter. Nemo enim videtur dubitare poſſe, utrum is qui non manet in Chriſto, & in quo non manet Chriſtus, carnem ejus fructuoſè edat & ſanguinem bibat. Sed dubitandi locus erat, utrum carnem ipſam ederet & ſanguinem bi-

1 1. Cor. 11. 30. & 29.

Auguſtinus.

bere[t]

Auguſtinus.

berer, quando quidem ſacramentum carnis & ſanguinis edit & bibit. Atque dubitationem hanc ipſemet Auguſtinus ad locum ex Civitate Dei ſupra à nobis allatam ex parte nonnullorum ſibi objicit, his verbis: a *Liberationem* (ab æterno ſc. ſupplicio) *non omnibus habentibus baptiſmatis & corporis Chriſti ſacramentum, ſed ſolis Catholicis quamvis male viventibus pollicentur, quia non ſolo, inquiunt, ſacramento, ſed re ipſa manducaverunt corpus Chriſti, in ipſo ſcilicet ejus corpore conſtituti*: Ac reſpondet; *nec iſti dicendi ſunt manducare corpus Chriſti, quoniam nec in membris computandi ſunt Chriſti*, & reliqua quæ jam antè protulimus. Quomodò verò manducare corpus Chriſti eos negat, niſi *reipſa*, ut ferebat objectio? Quartò, idem colligere eſt ex illis ipſis verbis, *qui non manet in Chriſto, & in quo non manet Chriſtus, nec manducat carnem ejus, nec bibit ejus ſanguinem.* Nam ex Auguſtini ſententia, permanentia reciproca illa reciprocum conſequens eſt & inſeparabile manducationis carnis Chriſti, adeo ut quiſquis manducaverit carnem Chriſti in Chriſto maneat, & in ipſo Chriſtus, & è contra: *Expoſuit*, b inquit, (Dominus) *modum attributionis hujus & dono ſui, quomodò daret carnem ſuam manducare*, *dicens*: qui manducat carnem meam & bibit meum ſanguinem, in me manet & ego in eo. *Signum quia manducavit & bibit, hoc eſt, ſi manet & manetur, ſi habitat & inhabitatur, ſi hæret & non deſeratur.* Nota, *ſignum quia manducavit & bibit*: Hoc enim ſimpliciter & abſque reſtrictione pronuntiat. At impij licet ſacramentum percipiant, non manent in Chriſto, nec Chriſtus in eis: Ergo ſignum eſt, eos licet ſacramentum accipiant, Chriſti tamen carnem non manducare, nec ſanguinem bibere. Denique, niſi ea mens ipſius foret, abſurdiſſime eſſet locutus. Nam quando de illo in quo non manet Chriſtus & qui in Chriſto non manet, ait in ſecunda hujuſce loci clauſula, quod *carnaliter & viſibiliter premat dentibus ſacramentum corporis & ſanguinis Chriſti*, cum intelligit illud infructuoſe, indigne & illegitime premere. Ponamus igitur quod hic fingit Perronius, propoſitum quoque ipſius eſſe in prima periodo aſſerere, illum carnem Chriſti manducare non fructuoſe & indigne, ſanguinemque pariter inutiliter bibere. Senſus totius loci hic erit: *qui non manet in Chriſto, & in quo non manet Chriſtus, procul dubio nec manducat* fructuoſe *carnem ejus nec ſanguinem bibit, licet carnaliter & viſibiliter* non fructuoſe *premat dentibus ſacramentum corporis & ſanguinis Chriſti.* An vero quis ſanæ mentis ſic unquam fuerit locutus? Æqui lectores judicent.

a Lib. 21. c. 25.

b In Joan. tract. 27.

Tertio reſpondet, c per carnem & ſanguinem quæ negat Auguſtinus manducari & bibi ab eo qui non manet in Chriſto & in quo non manet Chriſtus, non intelligi corpus eſſentiale Chriſti, ſed corpus metaphoricum Eccleſiæ, cujus reſpectu tota Euchariſtia conſtituta tam ex ſpecie viſibili panis, quam ex eſſentia inviſibili corporis ſacramenti locum tenet. Prius autem illud probat ex ipſo Auguſtino paulò ante dicente: *hunc itaque cibum & potum ſocietatem vult intelligi corporis & membrorum ſuorum quod eſt ſancta Eccleſia in prædeſtinatis & vocatis & juſtificatis, & glorificatis ſanctis & fidelibus ejus.* Ex rurſum: *Cum enim cibo & potu id appetant homines, ut neque eſuriant neque ſitiant, hoc veraciter non præſtat niſi iſte cibus & potus qui eos à quibus ſumitur, immortales & incorruptibiles facit, id eſt, ſocietas ipſa ſanctorum, ubi pax eſt & unitas plena atque perfecta. Propterea quippe, ſicut etiam ante nos hoc intellexerunt homines Dei, Dominus noſter I. Chriſtus corpus & ſanguinem ſuum in eis rebus commendavit quæ ad unum aliquid rediguntur ex multis. Namque aliud in unum ex multis granis conficitur: aliud in unum ex multis acinis confluit.* At hoc poſito, inquit, abſque *difficultate conceditur, impios non manducare ſpiritualiter carnem Chriſti, id eſt, non participare rem ſignificatam & repræſentatam intellectui noſtro per carnem Chriſti, hoc eſt, corpus & unitatem membrorum viventium Eccleſiæ.* Sed hęc eum parum juvant. Nam quamvis verum ſit Auguſtinum carnem illam ac ſanguinem de ſocietate Eccleſiæ exponere, veriſſimum quoque ſimul eſt, eum in hac ſocietate includere corpus proprium Chriſti; ſeu Chriſtum ipſum qui, ſocietatis hujus ſeu corporis ſpiritualis præcipua ac nobiliſſima pars eſt, quod propter non initiatos aliter tamen proponere non voluit, licet verba Domini quæ exponit juxta genuinum eorum ſenſum de ipſo intelligantur; quemadmodum, & ſacramentum, videlicet, panem & vinum per circunlocutionem tantum exprimit, proùt de more fuiſſe corã haud initiatis ſupra ex Theodoreto oſtendimus. Quod enim in una loci hujus periodo *ſacramentum corporis & ſanguinis Chriſti vocat*, id ibidem in ſequenti *ſacramenta Chriſti* nominat: *tanta rei*, inquit, *ſacramentum ad judicium manducat & bibit, quia immundus præſumpſit ad Chriſti accedere ſacramenta.* Corpus autem myſticum Eccleſiæ Chriſtus non eſt, niſi Chriſto ipſo incluſo & præſuppoſito; *Chriſtus*, inquit d Eſtius, *vocatur corpus, quatenus in Chriſto intelliguntur caput & membra.* Et ipſemet Auguſtinus: b *totus Chriſtus caput & corpus eſt.* Et rurſum: c *ipſi Chriſtiani cum capite ſuo quod aſcendit in cælum, unus eſt Chriſtus.* Chriſtum igitur includit in carne & ſanguine de quibus loquitur. Deinde, idem patet ex eo quod ait in locis à Cardinale notatis, *cum cibo & potu id appetant homines, ut neque eſuriant, neque ſitiant, hoc veraciter non præſtat niſi iſte cibus & potus, qui eos à quibus ſumitur, immortales & incorruptibiles facit, id eſt, ſocietas ipſa ſanctorum.* Nam ſocietas ſanctorum eſſe-

Auguſtinus.

c ep 177. 175.

a In 1. ad Cor. 12. 12. vid. & Cajetan. ibid.

b De unit. Eccleſ. c. 4.

c In Pſalm. 127. & 138.

ctum

Google

Augustinus.

d Lib. 1. c. 3.

e 2. Cor. 6. 14. 15.

ctum hunc immortalitatis & satietatis spiritualis non per se solam præstat, sed cum Christo capite suo à quo virtus hæc profluit. Quod rectè notavit Algerus: d *quia per vnitatem spiritualem*, inquit, *ita concorporales & consacramentales sumus Christo, ut similitudine prædicta dicamur panis Dominicus, dicamur etiam corporis Christi cibus & sanguinis ejus potus, quia scilicet sicut cibus & potus temporalem vitam, sic vnitas ecclesiæ confert æternam, ideo sancti eandem vnitatem vocant virtutem & rem sacramenti, rem quia ab eo significatur, virtutem, quia effectum divina gratia cum Christo* (nota) *maximè operatur: quamvis Christus ut caput nostrum virtus principalis & res sacramenti sit substantialiter & verè, societas verò & vnitas Ecclesiastica figurate. Non igitur errorem generet, quod sancti aliquando de corpore Christi, aliquando per se loquuntur de corpore Ecclesiæ in eodem sacramento: quia etsi in vnitate & effectu salutis vtriusque corporis est similitudo, in eminentia dignitatis, in veritate substantiæ soli capiti nostro Christo servanda est sua singularitatis summa discretio.* Tertio, absurdissimum esset dicere, eum qui non manet in Christo & in quo non manet Christus, non manducare carnem ejus nec sanguinem bibere, nempe Ecclesiæ societatem, seu mysticum Christi corpus, & tamen manducare corpus ejus ac sanguinem proprium; hoc est, participare quod longè nobilius, excellentius, & divinius est, nec participare quod multò inferius est; caput participare, & membra non participare. Is enim qui in Christo non manet, minus commercij cum ipso habet quam cum Ecclesia in qua conversatur. Nam in eo statu in injustitia & tenebris est, *immundus* est, ut hoc loco notat Augustinus. *Ad quæ participatio*, inquit Apostolus, *justitiæ cum iniquitate, aut quæ communio lucis cum tenebris? quæ conventio Christi ad Belial?* Quando ergò Augustinus ait, eum nec manducare carnem Christi, nec sanguinem ejus bibere, quamvis carnem & sanguinem de societate Ecclesiastica seu mystico Christi corpore & sanguine intelligat, Christi quoque simùl proprium corpus & sanguinem, seu Christum ipsum complectitur, quia videlicet Christus cum corpore suo mystico, res seu adæquatum sacramenti objectum est, cum differentia tamen quam supra notabat Algerus. Denique, falsissimum est, Augustinum quando ait, *qui non manet in Christo & in quo non manet Christus, procul dubio nec manducat carnem ejus, nec sanguinem bibit, licet carnaliter & visibiliter premat dentibus sacramentũ corporis & sanguinis Christi*, per *sacramentum* intelligere, *Eucharistiam constitutam tam ex specie visibili panis quam ex essentia invisibili corporis Christi*, ac velle, *propriam Domini carnem significare ac representare intellectualiter menti nostræ, corpus & vnitatem membrorum viventium Ecclesiæ.* Figmentum id infrunitum est, Augustini hypothesibus omnimodò contrarium. Primò enim Adversarius per speciem panis & vini intelligit accidentia sine subjecto subsistentia. At Augustinus id ait, f *monstruosum & a veritate alienissimum* esse. Secundo, Augustinus nullum Christi corpus invisibile agnovit: *Semper quidem*, g inquit de Christo, *divinitate nobiscum est, sed nisi corporaliter abiret* (id est, abjisset) *a nobis, semper corpus ejus carnaliter videremus.* Quin etiam, licet daremus illum censuisse Christi corpus invisibile esse posse, falsum nihilominus foret illud esse, quod per sacramentum hîc partim designat. Augustino enim sacramentum *sacrum signum* est: signum autem id h *quod seipsum sensui & præter se aliquid animo ostendit.* Id autem quod invisibiliter est, seipsum sensui non ostendit, itaque signum non est, nec proinde sacramentum. Tertio, proprium Domini corpus, & sanguis, Augustino *res sunt* sacramenti, ut docet in Epistola i ad Bonifacium: non sunt ergò sacramentum. Nam sacramentum, & res sacramenti correlativa sunt, quorum unum aliud esse nullomodò potest. Quartò, ubinam unquam docuit proprium Domini corpus, significativum & repræsentativum esse corporis sui mystici, id est, Ecclesiæ? Quam inverecundè id illi affingitur? Quam sine fronte hoc ei imponitur? Nullibi enim vel tenuissimam quidem ansam præbet suspicandi, seu accidentia panis & vini, seu invisibile nescio quod Domini corpus significativa & repræsentativa esse corporis mystici, sed ubique, perpetuò & constantissimè affirmat; illud quod in communi, tùm proprium Domini corpus & sanguinem, tùm corpus mysticum, designat, eorumque sacramentum est, panem & vinum esse, ut multis in locis suprà à nobis est observatum, & apparet ex ipso loco à Cardinale citato. *Dominus noster Jesus Christus corpus & sanguinem suum in eis rebus commendavit quæ ad unum aliquid rediguntur ex multis: namque aliud in unum ex multis granis conficitur, aliud in vnum ex multis acinis confluit.* Hoc enim intelligi non potest de proprio Domini corpore & sanguine, ut, credo, fatebuntur omnes: nec quoque de accidentibus simplicibus panis & vini. Nam accidentia non sunt res quæ ad unum aliquid rediguntur ex multis, sed affectiones illarum rerum quæ, seu ex multis granis conficiuntur in unam massam, seu ex varijs acinis in unum liquorem confluunt, hoc est, veri panis & vini.

f Soliloq. l. 2. c. 12.

g De verb. Dom. serm. 60.

h De princip. Dialect. cap. 5.

i Epist. 831

CAPUT IX.

In quo ſolvuntur objectiones quibus Adverſarij probare conantur Impios proprium Domini corpus comedere, & ſanguinem bibere.

POSTQUAM argumenta noſtra vindicavimus ab exceptionibus Adverſariorum, ſolvendæ nobis ſunt eorum objectiones, de quibus mira ſibi pollicentur.

Prima ergò ducitur è ſermone undecimo de Verbis Domini, in quo Auguſtinus exponens hæc verba, *qui blaſphemaverit in Spiritum Sanctum, non habet remiſſionem in æternum*, & docens Dominum his verbis intendere, *non omnem, ſed quemdam blaſphemantis in Spiritum Sanctum reatum, quo quiſquis fuerit obligatus, nulla unquam remiſſione ſolvetur*, ad expoſitionis hujus illuſtrationem pro exemplo affert quæ Dominus de corporis & ſanguinis ſui ſumptione ait Joannis ſexto: *Illud etiam*, inquit, *quod ait*, qui manducat carnem meam & bibit ſanguinem meum, manet in me & ego in illo, *quomodò intellecturi ſumus? Nunquid etiam illos hîc poterimus accipere, de quibus dicit Apoſtolus, quod judicium ſibi manducent & bibant, cum ipſam carnem manducent & ipſum ſanguinem bibant? Nunquid & Iudas Magiſtri venditor & traditor impius quamvis primum ipſum manibus ejus confectum ſacramentum carnis & ſanguinis ejus cum cæteris Diſcipulis, ſicut apertius Lucas Euangeliſta declarat, manducavit & biberet, manſit in Chriſto aut Chriſtus in eo? Multi denique qui vel corde ficto carnem illam manducant & ſanguinem bibunt, vel cum manducaverint & biberint Apoſtata ſunt, nunquid manent in Chriſto, aut Chriſtus in eis? Sed profectò eſt quidam modus manducandi illam carnem & bibendi illum ſanguinem, quo modo qui manducaverit & biberit, in Chriſto manet & Chriſtus in eo. Non ergò quocumque modo quiſque manducaverit carnem Chriſti & biberit ſanguinem Chriſti, manet in Chriſto & in illo Chriſtus, ſed certo quodam modo, quem modum ipſe utique videbat, quandò iſta dicebat. Sic igitur & in eo quod ait*, qui blaſphemaverit in Spiritum Sanctum non habet remiſſionem in æternum, *non quocumque modo blaſphemaverit, verum eſt hujus irremiſſibilis delicti, ſed modo quodam quem nos quærere atque intelligere voluit, qui hanc ſententiam veram terribilemque deprompſit.* Quo loco, inquit [k] Perronius, *dici non poteſt Auguſtinum per carnem illam quam hypocritæ manducaſſe aſſerit, carnis Chriſti ſignum ſimpliciter intelligere. Nam, præterquam quod affirmat, eos ipſam carnem manducaſſe de qua Dominus dixerat*, qui manducat carnem meam & bibit ſanguinem meum, in me manet & ego in illo; *nunquam propoſitio à ſuâ univerſalitate reſtringitur nec exceptionem recipit per aliam propoſitionem quæ non univocè, ſed æquivocè tantum cum illa convenit in denominatione ſubjecti. Exempli gratia: ſi quis ad probandum propoſitionem hanc, omnis taurus mugit, non eſſe univerſalem, ſed exceptionem pati, objiceret, aut Taurum montis Armeniæ* (ſic enim loquitur Perronius, cum debuiſſet dicere, *Montem*) *non mugire, aut Taurum unum de ſignis Zodiaci, aut Taurum fuſilem Phalaridis, aut marmoreum Apollonij, an non dignus erit qui potius mugiat quam loquatur? Aut ſi quis alius ad verificandum hanc ſcripturæ propoſitionem, a* omnis homo mendax, *non eſſe omninò univerſalem, ſed exceptionem recipere, diceret homines æneos, marmoreos aut pictos mendaces non eſſe, an non minus erit homo æneus, marmoreus, aut pictus? Erit ſanè. In omni enim exceptione oportet ſubjectum, tùm propoſitionis, tùm exceptionis, eumdem terminum eſſe, non æquivocè & per homonymiam & ſimilitudinem nominis, ſed univocè ac per eſſentiæ identitatem. At caro Chriſti & ſignum carnis Chriſti, non ſunt eſſentialiter & univocè idem, non magis quam homo vivus, & homo pictus, ſed æquivoce tantum & per Catachreſin: ac proindè caro Chriſti, quatenus ſignificat veram & eſſentialem carnem Chriſti, ut in hac Domini ſententia,* qui manducat carnem meam & bibit ſanguinem meum, in me manet & ego in illo, *& caro quatenus ſignificat ſignum carnis Chriſti, quemadmodum juxta Adverſarios, in hac propoſitione, impij & hypocritæ carnem Chriſti manducant; non ſunt idem terminus univocè & per eſſentiæ identitatem, ſed tantum æquivocè ac per ſimilitudinem & abuſum appellationis. Itaque Auguſtinus non potuit in propoſitione ſuâ Vocabulum carnis ſumere pro vera carne Chriſti, & in exceptione pro ſigno carnis Chriſti, ſed neceſſario requiritur ut illud ubique eodem ſenſu accipiat: alioqui exceptio ipſius falſa fuiſſet, & comparatio inepta, & illatio inſulſa.* Hæc illè prolixè admodum. Sed primò ineptè, niſi fortè verius dicam, fraudulenter & ſophiſticè. Exempla enim quæ profert tanquam ſimilia, ſimilia non ſunt, aut quatenus ſimilia ſunt, ea tenus quæſtionem noſtram non attingunt & extra oleas ſunt. Similitudo enim quæ intercedit inter has propoſitiones, *omnis taurus mugit*, *omnis homo eſt mendax*, & ea Domini verba, *qui manducat carnem meam*, in eo ſita eſt quod illud *qui* æquipolleat *omni homini*, & univerſale ſit, adeoque ſi illi exceptio hæc adhibeatur, *aliquis non manducat*, aliquis ille juxta regulam ſit intelligendus de vero homine de quo in propoſitione agitur, non autem de homine æneo, marmoreo aut picto, perindè ac in duabus illis propoſitionibus. Verum, quid hoc ad quæſtionem noſtram? Diſſimilia autem alioqui ſunt. Nam in propoſitionibus ſupra memoratis, ſubjectum utriuſque ſimpliciter in ſe ſpectatum ponitur, cujus

Auguſtinus.

Auguſtinus.

a Pſal. 115.

k Refut. c. 22.

Digitized by Google

Auguſtinus.

cujus demum actio aut paſſio in attributo deſignatur: in illis autem Domini verbis, ſubjectum non tantum per ſe ſpectatum, ſed aliquid agens ponitur. Debuit igitur Perronius exempla proferre magis congrua & ſimilia. Sed veriſimiliter noluit, ut lectoribus incautis facilius imponeret. Secundò, verum quidem eſt ex Auguſtini ſententia de eadem carne à Domino dictum eſſe, *qui manducaverit carnem meam & biberit ſanguinem meum*, &c, & ab ipſo Auguſtino, *multi corde fictо carnem illam manducant & ſanguinem bibunt*; Sed hoc Adverſarium non juvat, quoquomodò caro & ſanguis ab illo ſumantur in illis Domini verbis: Dixi, quoquomodò ſumantur. Nam quamvis ſecundum genuinum eorum ſenſum, ut nos ſanè exiſtimamus, de proprio Domini corpore & ſanguine ſint accipienda, Auguſtinus tamen & alij Veterum ea etiam diverſè ſunt interpretati. Nonnunquam enim carnem & ſanguinem de Domini verbis ſeu ſacra ſcriptura myſticè expoſuerunt. Origenes poſt citata hæc verba, niſi manducaveritis carnem meum, & biberitis ſanguinem meum: *bibere*, a inquit, *dicimur ſanguinem Chriſti, non ſolum ſacramentorum ritu, ſed & cum ſermones ejus recipimus, in quibus vita conſiſtit*, &c. Euſebius Cæſarienſis in eadem verba: *non loquebatur*, b inquit, *Dominus de carne quam aſſumpſerat, ſed de corpore & ſanguine ſuo myſtico*. Et paulò poſt: *verba & ſermones, ejus ſunt caro & ſanguis, quæ ſi quis perpetuò ſuſcipiat, tanquam pane cœleſti nutritus, vitam æternam obtinebit*. Hieronymus: c *quia caro Domini verus eſt cibus, & ſanguis ejus verè eſt potus, juxta ἀναγωγὴν, hoc ſolum habemus in præſenti ſeculo bonum; ſi veſcamur carne ejus cruoreque potemur, non ſolum in myſterio, ſed etiam in ſcripturarum lectione. Verus enim cibus & potus qui ex verbo Dei ſumitur, ſcientia ſcripturarum eſt*. Author commentariorum in Pſalmos ſub ejus nomine: d *Ego corpus Jeſu Euangelium puto, Sanctas ſcripturas puto doctrinam* (legendum, *ſanguinem*) *ejus. Et quando dicit, qui non comederit carnem meam & biberit ſanguinem meum, licet & in myſterio poſſit intelligi, tamen verius corpus Chriſti & ſanguis ejus ſermo ſcripturarum eſt, doctrina divina eſt*. Ambroſius: e *habemus panem verum, panem illum qui deſcendit de cœlo. Panem illum manducat, qui ea quæ ſcripta ſunt ſervat*. Gaudentius: f *immaculati agni carnes, id eſt, doctrinæ ejus viſcera*. Et paulo poſt: *membra agni Dei ſcripturas ejus diximus*. Anaſtaſius Sinaïta: g *Comedite carnes corporis ſacræ ſcripturæ, ô fratres, eas eſurientes, & abſconſum in carne ſcripturæ ſpirituali myſteriorum ſanguinem ſic bibite*. Et Alcuinus: *bonum eſt veros cibos & veram ſumere potionem quos de agni carne & ſanguine in divinis voluminibus invenimus*. Etherius h & Beatus: *quando dicis Jeſu, qui non comederit carnem meam & ſanguinem meum non biberit, licet ſpiritualiter, & myſterio, poſſit intelligi, tamen corporaliter panem quem petimus quotidianum, vere corpus Chriſti & ſanguis ejus ſermo ſcripturarum eſt, doctrina divina eſt. Et cum legimus eam, carnem Chriſti manducamus & ſanguinem ejus bibimus*. Undè patet, quam falſum ſit, quod à nonnullis Adverſariorum obſervatur, i *nec Auguſtinum, nec alios Patres in Eccleſia Catholica illum aliud medium manducandæ carnis & bibendi ſanguinis Chriſti, de quibus apud Ioannem agitur, agnoviſſe, quam ſacramentum quod poſt inſtituit*. Rurſus, & interdum carnem & ſanguinem de converſatione Chriſti metaphoricè expoſuerunt. Sic enim Baſilius: k *carnem & ſanguinem appellavit totam ſuam converſationem myſticam, diſciplinamque deſignavit ex theologia practica naturali & theologica conſtantem, per quam nutritur anima*. Quod & poſt illum Bernardus ſimiliter ait: l *Quid eſt manducare ejus carnem & bibere ſanguinem, niſi communicare paſſionibus ejus & eam converſationem imitari quam geſſit in carne?* Nonnunquam etiam, de myſtico corpore Chriſti, hoc eſt, de Eccleſia ſeu ſocietate fidelium. Sic enim epitome Theodoti: m *panis quem ego dabo caro mea eſt, aut ille quo caro nutritur per Euchariſtiam, aut hæc caro potius corpus ejus eſt quod eſt Eccleſia, panis cœleſtis, congregatio benedicta*. Et Auguſtinus ipſe: n *Hunc cibum & potum ſocietatem vult intelligi corporis & membrorum, quod eſt Sancta Eccleſia*. Denique, & interdum, de myſterio ſeu ſacramento carnis & ſanguinis. Id enim eſt quod ſupra innuebant Origenes, Hieronymus & Etherius obſervantes, id de *ſacramentorum ritu ac de myſterio* intelligi poſſe. Ipſemet quoque Auguſtinus, quamvis carnem & ſanguinem ſæpe genuine de proprio Domini corpore ſanguineque accipiat, tamen variis in locis ea aliter exponit de ſacramento corporis & ſanguinis. Sic enim in Libris contra Adverſarium Legis & Prophetarum: o *Videte, ſi non ſunt iſti ex iſto genere hominum, qui loquente Chriſto de ſacramento corporis & ſanguinis ſui dixerunt, durus eſt hic ſermo, quis poteſt eum audire?* Et in primis contra Pelagium operibus: p *Dominum audiamus non quidem hoc de ſacramento lavacri dicentem, ſed de ſacramento ſacræ menſæ ſuæ, quò nemo rite niſi baptizatus accedit, niſi manducaveritis carnem meam & biberitis ſanguinem meum, non habebitis vitam in vobis*. Nec juvaret excipere, interpretationem *de proprio Chriſti corpore & ſanguine*, & *de ſacramento corporis & ſanguinis*, unam eſſe, non duas diverſas, ſacramentumque corporis & ſanguinis idem eſſe cum proprio corpore & ſanguine. Nam utrumque falſiſſimum eſt. Fulgentius enim quem Perronius q *alterum S. Auguſtinum & Phœnicem de ipſius cineribus renaſcentem* indigetat, alteram interpretationem ab altera expreſſè diſtinguit, monens

a Lib. Numer. homil. 16.

b De Eccleſiaſt. theolog. l. 3. c. 12. ὁ αὐτὸς τὸ ἀναίμακτον σφαγὴν διὰλεγόμενος οὐκ ἦν ὁ τοῦτο τοῖς μαθηταῖς παραδιδοὺς ἐν τῷ μυστικῷ δείπνῳ. Item: ἀνωτέρω τὰ ῥήματα ἐκεῖνα λέγων, τὸν ἄρτον μου τὸ σῶμα, οὐ δὲ μυστικὸν ἄρτον δηλονότι, ἀναιμακτὸν ἄρτον θεοσεβῶς ἐπιφέρων, τὸ ἄναιμα μυστικῶς ζωώσει.

c In Pſalm. 147.

d In Eccleſiaſt. c. 3.

e In Luc. lib. 7. ad init.

f In Exod. tract. 2.

g In Hexaëmeron Anagog. Contemplat. l. 9.

h Alcuinus in Eccleſiaſten cap. 2.

i Contr. Elipand. l. 2.

Auguſtinus.

a *Miſterium* p. 407.

b *Epiſt.* 141. ὑπὲρ τῆς ὅλης τῆς μυστικῆς ἐκείνου ἀναπαύσεως, καὶ τῆς εἰς αὐτὸν ἐμφορήσεως καὶ θεολογικῆς ζωοποιίας ἀδιαπαύστου ἐδιδασκάλησεν, ἢ τὸ σαρκικὸν καὶ ψυχικόν.

c In Pſalm. qui habitat v. 3.

d Ad ſcip. Alexandrin. ὁ ἀρχιερεὺς ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ τοῦ θεοῦ υἱὸς ὁ σαρκὶ μὲν ἐκ τῶν ἡμετέρων ἀδελφῶν, ἀλλὰ θεὸς ὑπὲρ πάντας ὢν καὶ εἰς τὸν αἰῶνα εὐλογητός, ὁ τὸ σῶμα τὸ ἑαυτοῦ ἡμῖν καὶ ὑπὲρ ἡμῶν προσενεγκὼν ἱλαστήριον.

e In Ioan. tract. 26.

f Lib. 1. cap. ultimo.

g De peccator. merit. lib. 1. c. 20. & 24. vid. & de Conſenſ. Euangeliſt. l. 3. c. 1. & in Pſal. 33.

h Reſp. ſ. 4.

Augustinus.

nomen carnis & sanguinis in illis Domini verbis sani sensi, vel *secundum veritatis regulam*, hoc est, dictatas legem corporis & sanguinis Christi, vel *secundum mysterij nomen*, hoc est, de proprio corpore & sanguine Domini quæ res de veritate hanc per fasciculum fidei, *quod quisque, inquit, non sentiens de sacramentis veritatis mysteria, sed proprium suæ mentis veritatem conficiens putet, in his tantum sanctis regeneratus non fuit prudentibus.* Hieronymus quoque explicans, quam hac fide veritatis adhibenda, *omnium*, *inquit*, *de qua panis conficit* (id est, sacramentum) *efficiat, quod & per hæc impleta mysteria, cum non sit veritatis in rem sumpsit de vitis, & frugibus nascentes & Mart. de Eucharist. cap. 2. Hilar. de Trinit. lib. 8. Hieron. in Matth. 26. Ambros. de Sacram. lib. 4. cap. 4.*

sanguinem terræ efficiens. Et Hilarius *Vulgatissimus sermo est, ut Dominum Jesum non esse verum hominem, qui non sumpserit veram carnem, & verum sanguinem, quæ sumpta & potata vim habeant æternitatis in nobis, quæ in Christo sumpta sunt.* Ambrosius, *Quæ sumpsimus, inquit, Amen dicimus, credamus: affirmat, fides in corde mentis habitat, non sermo ostentatur.* Ubi & *panem & vinum quod ab corporis & sanguinis Domini veritate sacramentum & species nomen Dominus dixit, qui mandaverat carnem vinum, & sanguinem vinum meum, & me meum, & corpus.* Denique ipsemet Augustinus id ipsum multipliciter docet. Sacramentum enim ita ille nihil aliud quam *signum* sumpsit, ut *signum* eti obliteratum, ne proprietatis sacramentum corporis & sanguinis Christi nihil prorsus aliud quam sacrum signum corporis & sanguinis Christi: signum autem corporis & sanguinis, corpus ipsum & sanguis esse non posse ex relatorum natura. Deinde, diserte monet sacramentum corporis & sanguinis Christi *propter similitudinem corporis Christi & sanguinis* dici *sacramentum*, *sanguis, quamdam similitudinem carnis eorum quarum sacramenta sunt non habent, omnino sacramentum non ejus. Et hoc est, non similitudine spirituum res ipsa, cujus res sumenda est, quæ sit ejus similitudo quorum sunt sacramenta corporis Christi corpus Christi sit, sacramentum sanguinis Christi sanguis Christi sit, sacramentum fides fides sit.* Sic autem corpus & sanguis proprie intelligendum dicit, *quod est caro quæ pependit in cruce, & sanguis quod effusus est de latere.* Quibus & alia multa accedunt. Quæ cum ita sint, & in unoquoque horum absque ullo ambitu, & in omni loco quem objicit Protestans de ad cujus intelligentiam hæc omnia præfatus, de Sacramento hoc loquitur: *Nunquid & Judas Magistri verbum & traditionem, quamvis proditionem sacramentum corporis & sanguinis ejus, manibus suis cruciantibus manducavit & bibavit, &c?* Adfundimus autem effet dicere, Dominum propterea corpus suum manibus suis cruciantibus manducare & bibere, &c? Absurdissimum

Auguſtinus.

ſic & manducare carnem Chriſti & ſanguinem ejus bibere, duplici quoque modo illi cenſentur, videlicet, vel *ſacramento tenus*, vel *re vera* ſeu *in ipſa veritate*, ut capite præcedenti a nobis prolixe oſtenſum eſt, quorum illud ſimiliter & bonis & malis poteſt eſſe commune, hoc autem alterum proprium bonorum ac piorum, quibus quoque ſolis competat manſio in Chriſto & Chriſti in illis manſio. Quando ergo ait, impios & hypocritas ficto corde carnem Chriſti manducare & ſanguinem bibere, in promptu eſt reſponſio, mentem ejus eſſe, eos carnem illam manducare & ſanguinem bibere, non re vera, ſed ſacramento tenus, hoc eſt, in ſigno tantum. Id enim veriſſimum eſt, & hypotheſi noſtræ congruens. Nec juvaret objicere, hac ratione non eumdem fore terminum propoſitionis & exceptionis, cum ſacramento tenus ſumere ſit tantum ſacramentum accipere, ſacramentum autem ex noſtra ſententia à proprio Chriſti corpore & ſanguine ſit diſparatum. Id enim negamus. Nam quamvis non ſit immediate idem terminus, mediate tamen idem eſt, cum ſacramentum carnis & ſanguinis Chriſti ad carnem ipſam referatur: quemadmodum in exemplo allato idem terminus eſt, videlicet idem Chriſtus qui communiter indui dicitur, tum ab ijs qui illū forma ſacramenti tantum ſeu uſque ad perceptionem ſacramenti induunt, tùm ab ijs qui illū induunt uſque ad participationem & ſanctificationem Spiritus, quamvis illi ſignum ejus tantummodò percipiant, quia ſignum illud ad Chriſtum ipſum referatur. Sic & rurſum idem Chriſtus *ſemel*, [c] inquit, *immolatus in ſeipſo*, (hoc eſt, occiſus), *tamen in ſacramento non modò per omnes Paſcha ſolemnitates, ſed omni die populis immolatur, nec utique mentitur qui interrogatus eum reſpondent immolari*: & tamen apud omnes in confeſſo eſt eum non nili in repræſentatione immolari & occidi. Senſus ergò rurſum ipſius hac ratione eſt, non omnes qui carnem & ſanguinem Chriſti quomodocunque manducant & bibunt, manere in Chriſto & Chriſtum in illis, (multi enim hypocritæ & impij carnem ejus manducant & ſanguinem bibunt, ſed ſacramento tenus ſeu in ſigno, quibus ea non indulgetur gratia ut maneant in Chriſto & Chriſtus in eis) ſed illos tantum qui illa certo quodam modo manducant & bibunt, videlicet, *in rei veritate* & non tantum *in ſacramento*.

c Epiſt. 23.

Secunda objectio ducitur ex opere contrà Creſconium Donatiſtam, ubi probare volens uſum bonarum rerum nocere malè utentibus, ait: [d] *Quid de ipſo corpore & ſanguine Domini unico ſacrificio pro ſalute noſtra? Quamvis ipſe Dominus dicat, niſi quis manducaverit carnem meam & biberit ſanguinem meum, non habebit in ſe vitam, nonne idem Apoſtolus docet etiam hoc perniciоſum malè utentibus fieri? Ait enim, quicunque manducaverit panem & biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis & ſanguinis Domini.* Quæ verba paſſim à [e] Perronio ſimpliciter objiciuntur, abſque eo quod ex eis quicquam eliciat; quia illi videbantur in rem ſuam apertiſſima. Sed facilis eſt reſponſio. Auguſtinus enim ibi non loquitur de proprio corpore & ſanguine Domini *in ipſa veritate* ſumpto, ſed de ipſo *in ſacramento*, ſeu *ſigno tantum* participato; aut, accuratius loquendo, *de ſacramento corporis & ſanguinis ejus*; de quo ipſemet alibi ait; [f] *Penè quidem omnes ſacramentum corpus ejus dicunt*: maleque iptius verba ſic Gallicè perpetuò reddidit Perronius, *que dirons nous du propre corps & ſang de Chriſt*, vice horum, *que dirons nous du corps & du ſang meſme de Chriſt*, ut illa rectius vertit [g] Milleterius, cum vocabulum *ipſo* emphaticum quidem ibi ſit, non tamen ideò proprietatis connotativum. Id autem ſuadent quamplurima. Primò, ipſemet Auguſtini ſcopus. Propoſitum ſi quidem illi erat oſtendere, baptiſmum, quamvis in ſe bonum, in ſchiſmate Donatiſtarum ſumptum non modò ſalubrem non eſſe, ſed & contra perniciоſum & pœnalem. Ad id autem illuſtrandum varia attulerat exempla rerum bonarum, ſed communium, quæ ſæpè male utentibus inutiles ſunt & nocuæ. Verum prævidebat Creſconium ad hæc exempla aliquid excipere poſſe: *hîc video*, [h] inquit, *quid te poſſit movere. Forteſſe enim dicis, quod in his omnibus nihil ſacramenti commemoraverim, baptiſmus autem Sanctum ſacramentum eſt; & ideo non eſſe conſequens, ut ſi de auro, de Luce, de alimentis, armamentis, indumentis, probari potuit, quod aliis habentibus apta ſint, aliis inconvenientia, quamvis ſint bona & ad aliquid vitæ inſtituta, continuo etiam baptiſmus aliis proſit, aliis obſit habentibus.* Ut igitur huic objectioni ſatisfaceret, *reſtat ergò*, inquit, *adhuc requirere, utrum etiam illa bona quæ ad legem Dei pertinent, omnia omnibus habentibus proſint.* Et, poſt exempla legis & ſcientiæ, omnem tergiverſationis anſam præciſurus, affert exemplum alterius Eccleſiæ ſacramenti, Euchariſtiæ videlicet, quam corpus & ſanguinem Chriſti (proùt moris erat) honorificè nuncupat; *quid de ipſo*, inquit, *corpore & ſanguine Domini, &c? Nonne Apoſtolus docet etiam hoc perniciоſum male utentibus fieri?* Eo ipſo clarè indicans ſe non loqui de proprio Domini corpore & ſanguine, ſed de ſacramento corporis & ſanguinis ejus. Tenebatur enim ad exceptionem Creſconij ſacramenti exemplum commemorare. Proprium autem Domini corpus & ſanguis ſacramenta non ſunt, ſed *res, quarum ſacramenta plerumque nomina accipiunt*, ut ipſemet Auguſtinus [i] obſervat; facileque id illi regeſſiſſet Adverſarius. Neceſſe itaque eſt, ut per corpus & ſangui-

d Lib. 1. c. 25.

e Refut. f. 103. 172. 176. & 225.

f De verb. Dom. ſerm. 33.

g Pag. 394.

h Ibid. c. 24.

i Epiſt. 23.

Auguſtinus. ſanguinem, corpus & ſanguinem typicum & ſymbolicum intelligat, non propriùm. Secundò, idem patet ex eo quod corpus illud de quo loquitur æquiparet pani de quo Apoſtolus ait, *quicumque manducaverit panem & biberit calicem Domini indigne, reus erit corporis & ſanguinis Domini.* At ipſemet alibi teſtatur Apoſtolum ibi loqui de ſacramento corporis & ſanguinis Domini: *Accipere,* [a] inquit, *ſacramentum corporis & ſanguinis Domini, & malus eſſe poteſt. Nam de talibus dictum eſt, qui manducat & bibit indigne, judicium ſibi manducat & bibit.* Sacramentum autem corporis & ſanguinis Chriſti, corpus ipſum proprium & ſanguinem non eſſe, jam ſupra multoties notavimus ex regula Tertulliani & Athanaſij monentium, nullam rem alicujus, ipſam rem eſſe cujus eſt. Denique, talem eſſe ipſius mentem colligere eſt ex varijs alijs contra eoſdem Donatiſtas locis, ubi de re eadem loquens, ait: [b] *Iudas & Petrus pariter ſacramenta communicant. Ex vna quippe re ſancta Iudas ſibi ſumebat judicium, Petrus ſalutem.* Et rurſum: [c] *boni & mali idem verbum Dei ſimul audiunt, & ſimul ſacramenta Dei percipiunt, & tamen diſſimiles habent actuum ſuorum cauſas, & diſſimiles gerunt voluntatis diverſitate perſonas, eumdem cibum ſanctum alijs manducantibus digne, alijs indigne.* Et ibidem exponens quiſnam *Sanctus* ille *cibus ſit: qui manducat indigne,* [d] inquit, *judicium ſibi manducat non alteri. De ipſo quippe pane, & de ipſa Dominica manu, & Iudas partem, & Petrus accepit: & tamen qua ſocietas, qua conſonantia, qua pars Petro cum Iuda?* Palam enim eſt de proprio Domini corpore particulam ab vno, particulam alteram ab altero non ſumi, ſed tantum de ſymbolico, hoc eſt, de pane corporis ſigno.

Sed objicit Bellarminus, Auguſtinum dicere, [e] *indignos peccare quia ſumunt ipſum corpus Domini, vnicum ſacrificium ſalutis noſtræ: certè autem vnicum ſacrificium ſalutis non eſt ſymbolum panis, ſed ipſum verum Domini corpus.* At levis eſt objectio. Reſpondeo enim panem & vinum Euchariſtiæ eadem ratione *vnicum ſacrificium pro ſalute noſtra* dici, qua non modo corpus & ſanguis Domini, ſed etiam ejus [f] *immolatio* & [g] *paſſio* ab ipſomet Auguſtino appellantur. Quid enim aliud eſt Chriſti immolatio & paſſio quam vnicum pro ſalute noſtra ſacrificium,? Et viciſſim, quid aliud vnicum pro ſalute noſtra ſacrificium quam Chriſti immolatio & paſſio? *Chriſtus,* [h] inquit, *morte ſua quippe vno veriſſimo ſacrificio pro nobis oblato, quicquid culparum erat,* &c, *purgavit, abolevit.* Et rurſum [i] *ſolo vero ſacrificio pro nobis Chriſti ſanguis effuſus eſt.* Quomodò autem panis & vinum Euchariſtiæ, ſeu eorum diſtinctio, diviſio & oblatio, immolatio & paſſio Chriſti nuncupantur? Propriè ne, an figurate? Audiatur Lanfrancus: [l] *vocatur ipſa carnis ipſius immolatio quæ ſacerdotis manibus fit, Chriſti paſſio, mors, crucifixio; non rei veritate, ſed ſignificante myſterio.* Imo audiatur ipſe Auguſtinus jam ſupra citatus: [m] *Nonne ſemel immolatus eſt Chriſtus in ſeipſo, & tamen in ſacramento non ſolum per omnes paſcha ſolemnitates, ſed omni die populis immolatur, nec vtique mentitur qui interrogatus eum reſponderit immolari? Si enim ſacramenta quamdam ſimilitudinem earum rerum, quarum ſacramenta ſunt, non haberent, omnino ſacramenta non eſſent. Ex hac autem ſimilitudine plerumque etiam ipſarum rerum nomina accipiunt.* Nota, *ex ſimilitudine.* Nam panis & vinum Euchariſtiæ, fractione, diviſione & oblatione ſua, ſimilitudo ſunt unici illius ac veri ſacrificij corporis & ſanguinis pro nobis in cruce oblati & effuſi: *quæ dicuntur ſacrificia* [n], inquit, *ad ſimilitudinem fiunt cujuſdam veri ſacrificij.* Et rurſum: [o] *Chriſtus eſt ſacerdos noſter in æternum ſecundum ordinem Melchiſedek, qui ſeipſum obtulit holocauſtum pro peccatis noſtris, & ejus ſacrificij ſimilitudinem celebrandam in ſua paſſionis memoriam commendavit, ut illud quod Melchiſedek obtulit, Deo jam per totum orbem terrarum in Chriſti eccleſia videamus offerri.* Cum ergo ſimilitudo ſint unici illius pro ſalute noſtra ſacrificij, quid mirum ſi illius nomen accipiant? *Similitudo* enim *vnum* quodammodò *facit*, ut ipſemet [p] alibi notat.

Tertia [q] objectio ducitur ex opere de Baptiſmo contra Donatiſtas, ubi Auguſtinus ait: [r] *Sicut Iudas cui buccellam tradidit Dominus, non malum accipiendo, ſed male accipiendo, locum in ſe Diabolo præbuit, ſic indigne quiſque ſumens Dominicum ſacramentum, non efficit ut quia ipſe malus eſt malum ſit, aut quia ad ſalutem non accipit, nihil acceperit. Corpus enim Domini & ſanguis Domini nihilominus erat illis quibus dicebat Apoſtolus, qui manducat indigne, judicium ſibi manducat & bibit.* Sed quale hoc argumentum eſt: quod indigne ſumitur, corpus & ſanguis Chriſti nihilominus eſt; Ergo corpus & ſanguis eſt propriè & ſubſtantialiter? Conſequentiam ſane falſiſſimam eſſe dicimus. Non enim in eo erat Auguſtinus, ut probaret illud quod indignè in Euchariſtia ſumitur, corpus & ſanguinem Domini proprie eſſe, ſed tantum propoſitum illi erat dicere, corpus ejus & ſanguinem eſſe, ſeu potius, verum carnis & ſanguinis ejus ſacramentum, non autem, aut nullum, aut quid malum & noxium propter indignitatem dantis & recipientis. Nam hoc pronunciat occaſione Baptiſmi quem ab hæreticis & profanis adminiſtratum Donatiſtæ nullum & illegitimum eſſe contendebant, ac propterea à Catholicis baptizatos rebaptizabant, eo quod Catholicos proditores & impios, iniquiſſime licet, appellarent. Ipſe autem contra aſſerit; *nullomodo facit, ut baptiſmus bonus non ſit, aut ut omnino baptiſmus non ſit, quiſquis eo, ſive quia in hæreſi,*

[a] *In 1. Ioan. tract. 7.*
[b] *Contr. liter. Petiliani l. 2. c. 40.*
[c] *Contr. Donatiſt. poſt Collat. cap. 7.*
[d] *Ibid. c. 6.*
[e] *De Euch. l. 2. c. 13.*
[f] *Epiſt. 23.*
[g] *In Pſalm. 21.*
[h] *De Trinit. l. 4. c. 13.*
[i] *Contr. Adverſar. legis & l. 1. c. 18.*
[l] *De ſacram. Euchar.*
[m] *Epiſt. 23.*
[n] *Contr. Fauſt. l. 20. c. 18.*
[o] *Oſeginus. trium quæſt. q. 61.*
[p] *De diverſ. ſerm. 44.*
[q] *Perronius reſpon. p. 59. 103. 178. & 224.*
[r] *Lib. 5. cap. 8.*

Digitized by Google

Augustinus. *hæresi, sive quia in pessimis moribus vivit, non legitime vivat.* Et rursum alibi in eodem opere: f *nec interest, cum de sacramenti integritate & sanctitate agitur, quid credat & quali fide imbutus sit, ille qui accipit. Interest quidem plurimum ad Sanctis viam, sed ad sacramenti quæstionem nihil interest.* Et iterum: g *Dico bonos & malos sacramentum baptismi posse habere, posse dare, posse accipere*, &c. Atque ad id illustrandum adducit exemplum alterius sacramenti, videlicet, Eucharistiæ corpus & sanguis Domini propter similitudinem communissime appellatæ, quã nec ipsi Donatistę negabant corporis & sanguinis Dominici vere sacramentum esse, quamvis ab indignis daretur aut reciperetur. Cum enim utriusque sacramenti eadem ratio sit quoad ejus integritatem, aut illis dicendum erat Eucharistiam nullomodò esse corpus & sanguinem Domini (hoc est, illorum sacramentum) ab indignis & impijs administratam vel receptam, aut admittendum, baptismum verum & legitimum esse licet ab indignis datum vel acceptum. Utrum vero Eucharistia corpus & sanguis Domini per identitatem foret, an per similitudinem, nihil tum intererat quærere aut decidere. Supra tamen ostendimus ex ipsomet Augustino, sacramentum Dominicum corpus & sanguinem dici ratione similitudinis. Nec à Catholicis hac quidem in parte Donatistæ dissidebant.

f Ibid. lib. 3. c. 14.

g Ibid. lib. 6. c. 2.

Quarta objectio ducitur ex eis locis in quibus Augustinus ait, Judam sumpsisse pretium suum. Sic enim in Epistola ad Episcopos Donatistarum: a *Tolerat ipse Dominus, Iudam, Diabolum, furem & venditorem suum, sinit accipere inter innocentes Discipulos quod fideles noverunt, pretium nostrum.* Idem quoque ait de superbis divitibus commentario in Psalmum quadragesimum octavum. At, inquiunt b Perronius, c Coffetellus, & alij, *quid illud est, quod pretium nostrum est? Signum-ne corporis Christi, an verum ac proprium Christi corpus?* Sed levis est objectio. Nam si Augustinus per *pretium* in hisce locis proprium Domini corpus intelligeret, facile esset respondere, mentem ipsius esse, Judam & divites superbos corpus illud manducare, non *in ipsa veritate*, sed *in sacramento*, non *re vera*, sed *sacramento tenus*, ut illum supra audivimus inter bonos & malos distinguentem: *Neque* enim, d inquit, de malis loquens, *isti dicendi sunt manducare corpus Christi*, (propriè scilicet & accuratè loquendo) *quoniam nec in membris computandi sunt Christi.* Verum non videtur proprium Domini corpus per pretium hic designare, sed Sacramentum illius, videlicet, panem. Hoc enim innuit mystica illa cautio quam utrobique addit, *quod sciunt fideles, quod norunt fideles* (hoc est, baptizati) *pretium nostrum.* Nam hac loquendi formula testatur se per pretium illud aliquid intelligere baptizatis notum, Catechumenis vero & alijs non initiatis ignotum. At Catechumeni probè sciebant, tum proprium Domini corpus pretium nostrum esse, tum corpus illud ad vitam esse edendum, cum id liberrimè coram illis prædicaretur. Aliud quid ergò hac nomenclatura designat, nempè, panem illius signum, quod Catechumenis celare de more erat, ut capite Septimo docuimus. Sic enim se ipsemet explicat epistola sequente ad eosdem Donatistarum Episcopos, scripta: e *Traditorem suum qui jam pretium ejus acceperat usque ad ultimum pacis osculum inter innocentes secum esse perpessus est, quibus non tacuit esse inter illos tanti sceleris hominem, & tamen primum sacramentum corporis & sanguinis sui, nondum illo exclusо, communiter omnibus dedit.* Nec quemquam movere debet appellatio illa pretij quam sacramento tribuit. Nam cum *pretium nostrum* & *corpus Christi* idem sint, eadem ratione sacramentum corporis Christi *pretium nostrum* dicitur, qua *corpus* ejus appellatur, quia videlicet ipsius pretij nostri sacrum signum est: *sacramenta* enim, f inquit ipsemet Augustinus, *plerumque ipsarum rerum nomina accipiunt*, idque *ex similitudine*, hoc est, figuratè. Propriè enim loquendo pretium nostrum non est, sed *pretij nostri sacramentum*, ut illud g alibi nominat.

a Epist. 162.

b Refut. c. 22. p. 224. & alibi passim.

c Des nomm. du Sacrem. c. 15. Bellar. de Euchar. l. 1. c. 13.

d De Civit. Dei l. 21. c. 25.

e Epist. 163.

f Epist. 23.

g Confess. l. 9. c. 13.

Quinta objectio ducitur ex ijs locis in quibus trait, tum Judam, tum alios impios & hypocritas *corpus & sanguinem Domini, idque ad judicium suum, edere & bibere.* Id enim de Juda affirmat tractatu sexagesimo secundo in Joannem, & contra Fulgentium Donatistam, si tamen hujus operis Author est, & cum h eo Author quæstionum ex veteri & novo testamento inter ipsius opera: Et, de alijs, in locis i quamplurimis quæ ad marginem notare sufficiet. Sed in hac objectione nulla est difficultas. Supponunt enim Adversarij quod falsissimum est, Augustinum scilicet id intelligere de proprio Domini corpore & sanguine. Hoc enim probandum foret, non turpiter emendicandum. Nam ad Judam quod attinet, Augustinus ipsemet, corpus illud quod ab eo manducatum esse locis citatis affirmat, alibi exponit de primâ Eucharistiâ, de primo sacramento Domini manibus confecto, de sacramento Domini, de sacramento corporis, de figura sanguinis & corporis, denique de pane, de quo ipse monet, k *Penè quidem sacramentum omnes corpus ejus dicunt.* Sic enim commentario in Psalmos: l *Christus quid vobis fecit qui traditorem suum tanta patientia pertulit, ut ei primam Eucharistiam confectam manibus suis* (corpus autem suum proprium manibus, credo, non fecit) *& ore suo commendatam sicut cæteris Apostolis traderet?* Et de verbis Domini: *Nam-*

h q. 102.

i Epist. 64. 73. 120. 152. contr. liter. Petilian. l. 2. c. 55. Contra Cresc. l. 1. c. 27. contr. Donatist. post collat. c. 20. contr. Fulgent. in Psal. 21. & 39. In Joan. tract. 62. de temp. serm. 1. 78. 127. 244. de decem cordis. c. 10.

k De verb. Dom. serm. 53.

l In Psalm. 10. Et de verb. Dom. serm. 11.

quòd Christus manducetur à malis, qui non manducant sacramentum Christi, & sanguinem ejus, cum dicit, *Caro Christi quam ego dabo pro mundi vita, hoc est in Christo aut Christus in me? Et de veritate Christi, & Ecclesiæ, manducatione & bibitione, & de communione malorum cum bonis in eodem sacramento fatemur, sed locis ab istis malis motivum hoc tractemus communibus.* Et Eusebius Emissenus: *Ideo Christi caro & sanguis fit, & ideo vera fides asserit, dum ea quæ docuit Dominus, hæc ore confitemur, & credimus.* Et Augustinus Prima Palmata: *Quæ sunt, inquit, quæ vos [videlicet Ecclesiæ] non sinunt, nisi quæ vos [videlicet hæretici] non sinunt? Non sinunt, inquit, manducare carnem, & bibere sanguinem suum. Dicitis quod Dominus dixit. Sed quæ sunt quæ vos

Auguſtinus.

quod eſt fidelium ſacramentum. Ideò cum dixiſſet, vota mea reddam coram timentibus eum, continuò ſubjunxit: edent pauperes & ſaturabuntur pane qui de cœlo deſcendit, qui ei cohærentes & ejus pacem dilectionemque ſervantes, imitantur ejus humilitatem. Nam corpus Chriſti in ſe ſeu in ipſa veritate ſpectatum non eſt *ſacramentum fidelium*, ut multoties notavimus, ſed *res ſacramento ſignificata*: nec panem qui de cœlo deſcendit in ſacramento manducare, aliud eſt (ut jam diximus) quam illum in ſigno manducare. Rurſus & in commentario in Pſalmum vigeſimum primum exponens, quid ſit manducare corpus humilitatis Domini: *Sacramenta*, i inquit, *corporis & ſanguinis mei reddam coram timentibus eum. Edent pauperes & ſaturabuntur, edent humiles & contemptores ſeculi, & imitabuntur. Ita enim nec copiam hujus ſeculi concupiſcent, nec timebunt inopiam.* Sacramenta autem corporis & ſanguinis corpus & ſanguis non ſunt, niſi *ſecundum quendam modum*, hoc eſt, ut ſupra monebat Algerus, *ſimilitudinariè & nuncupative.* Tertiò, id ipſum innuit quando in tertio loco, ait, tum de pauperibus & humilibus, tum de divitibus & ſuperbis: *quid edunt? quod ſciunt fideles*, hoc eſt, baptizati. Hoc enim de ſacramento corporis, non de proprio corpore intelligi, ad quartam objectionem ſuprà monuimus. Deniquè idem colligere eſt ex eo quod rurſùm ait in Epiſtola ſupra memorata de divitibus: *Et ipſi quidem adducti ſunt ad menſam Chriſti, & accipiunt de corpore & ſanguine ejus, ſed adorant tantum, non ſaturantur.* Nam quemadmodum k Ambroſio aliud eſt *vinum bibere*, aliud *de vino bibere*, cum hoc poſterius ſit *de ejus portione libare*; ſic & Auguſtino, ipſius Diſcipulo, aliud eſt *accipere corpus & ſanguinem Domini*, aliud *accipere de corpore & ſanguine ejus*, ſi quidem hoc pariter eſt de eorum portione libare. Atque ipſe ſe alibi in hunc modum exponit, inquiens, l *de agni immaculati corpore partem ſumere.* Et rurſum: m *modicum accipimus & in corde ſaginamur.* De proprio autem corpore & ſanguine Domini dici nullomodò poteſt, eorum parum aut multum ſumi ac illa per particulas manducari. Id tantummodò verum eſt de ſacramento corporis & ſanguinis, ut Auguſtinus ipſe teſtatur; n *Nec quando manducamus*, (Chriſtum) inquit, *de illo partes facimus: & quidem in ſacramento ſic fit.* Senſus ergò ipſius eſt in locis objectis, divites & ſuperbos, licet Chriſtum ſeu Chriſti corpus in ſacramento edant, hoc eſt, ſacramentum illius ſumant, quemadmodum pauperes & humiles, inde tamen ſpiritualiter non ſatiari, nempè, quia fide & humilitate deſtituantur. Nam ad hanc ſatietatem obtinendam fides & humilitas requiruntur: Cœnam, o inquit, *manibus ſuis conſecratam* (Dominus) *Diſcipulis dedit, ſed nos in illo convivio non diſcubuimus, & tamen ipſam cœnam quotidiè fide manducamus. Nec magnum putetis in illa cœna quam manibus ſuis dedit ſine fide interfuiſſe: Melior extitit fides poſtea quam tunc perfidia. Non ibi fuit Paulus qui credidit, ibi fuit Judas qui tradidit. Quammulti & modò in ipſa cœna, quamvis illam tunc menſam non viderint, nec panem quem Dominus geſtavit in manibus oculis ſuis aſpexerint vel faucibus guſtaverint, tamen quia ipſa nunc præparatur, quam multi etiam nunc in ipſa cœna judicium ſibi manducant & bibunt?* Et rurſùm: *in Chriſtum credimus, cum fide* (illam ſcilicet cœnam) *accipimus. In accipiendo novimus quid cogitemus; modicum accipimus & in corde ſaginamur.*

Auguſtinus.

Sed rurſùm objiciunt Adverſarij: *nè putemus Auguſtinum loqui de corpore figuratè, id eſt, de pane qui eſt ſignum corporis, dicit ſuperbos adorare id quod ſumunt, ſed inde non ſaturari.* Verum id quoque leve eſt. Nam quamvis hoc illis daremus, quis neſcit adorationē non ſemper ſtrictè ſumi pro ſupremo cultu, ſed interdum pro ſimplici veneratione honoraria rebus ſacris debita? certe Bellarminus p ipſe id obſervat, ut & q Perronius. Facile ergò eſſet reſpondere Auguſtinum loqui de ſimplici veneratione honoraria Euchariſtiæ perinde ac baptiſmo debita, de quaipſemet alibi ait: r *pauca* (ſigna) *pro multis eademque factu facillima & obſervatione auguſtiſſima, ipſe Dominus & Apoſtolica tradidit diſciplina, ſicuti eſt baptiſmi ſacramentum, & celebratio corporis & ſanguinis Domini, qua vnuſquiſque cum percipit, quo referantur imbutus agnoſcit, ut ea non carnali ſervitute, ſed Spiritali potius libertate veneretur.* Palam enim eſt venerationem illam non eſſe intelligendam de adoratione latriæ, cum ea baptiſmo non competat, ſed de ea quæ ſacris ſignis generatim conveniat, quæque mediatè ad Chriſtum ipſum quodammodò referatur: *nam qui veneratur*, ſ inquit, *vtile ſignum divinitus inſtitutum, cujus vim ſignificationemque intelligit, non hoc* (tantummodò, ſcilicet) *veneratur quod videtur & tranſit, ſed illud potius quo talia cuncta referenda ſunt.* Sed non neceſſè eſt ut eo deveniamus. Mens enim Auguſtini non eſt, ſuperbos adorare corpus quod ſumunt, ſed adorare Deum, cujus corpus (ſacramentale nimirum) ſumunt. Sic ipſemet ſe explicat: *manducaverunt & adoraverunt, adorant quidem Deum, ſed humanitatem nolunt exhibere fraternam.* Verum, audiamus Bedam in eadem Pſaltæ Verba Auguſtini ſenſum qualem nos eſſe diximus, clariſſimè exponentem: *Non ſolum pauperes*, a inquit, *edent de votis meis, ſed etiam omnes pingues terræ, id eſt, omni modò divites in terrenis, ſcilicet qui nihil quod terrenum ſit à ſe alienaverunt. Illi quidem manducabunt cum pauperibus vota mea reddent quantum ad Sacramenta* (nota) *& adorabunt quia cum quadam exteriori veneratione accedent, vel manducabunt, id eſt, delectabuntur in*

i *Expoſit.* 1.

k *De Not. & arca c.* 29.

l *Epiſt.* 86.

m *De Verb. Dom. ſerm.* 33.

n *Apud. Bedam in* 1. *Com.* 11. *& Grat. de conſecrat. diſt.* 2. *Cum qui manducat*

o *De Verb. Dom. ſer.* 33.

p *De Sanct. beatit. l.* 1. *c.* 12.

q *De Euch. auth.* 33.

r *De Doctrin. Chriſt. l.* 3. *c.* 9.

ſ *Ibid. de doctr. Chriſt.*

a *In Pſalm.* 21.

Auguſtinus.

tur in paſſeus meos, & adorabunt ſimulantes veneracionem meam veram; ſed non ſaturabuntur, quia omnes qui deſcendunt in terram, id eſt, qui ſolis terrenis delectantur, vel qui in ſacramentis nihil niſi quod terrenum & viſibile eſt attendunt, cadent, id eſt, caſum patientur damnationis æternæ, in conſpectu, id eſt, in anima ubi ille conſpicit quem fallere putaverunt.

Ultima objectio ducitur ex ſermone primo de Tempore, ubi Auguſtinus ait: *in Chriſti corpore vita noſtra eſt, ſicut ipſe dixit, niſi manducaveritis carnem meam & biberitis ſanguinem meum, non habebitis vitam in vobis. Mutet ergò vitam, qui vult accipere vitam. Nam ſi non mutet vitam, ad judicium accipit vitam, & magis ex ipſa corrumpitur quam ſanatur, magis occiditur quam vivificetur. Sic enim dixit Apoſtolus, qui manducat corpus Domini & bibit ſanguinem ejus indignè, judicium ſibi manducat & bibit.* Hunc autem locum ſimpliciter objicit

b Refut. c. 25.

b Perronius, quaſi in eo Auguſtinus loqueretur, non de ſacramento, ſed de proprio corpore Domini. Verum, quid prohibet illum de corpore figurativo & ſacramentali, ſeu, de ſacramento agere? An quod eis verba Domini ex Joannis ſexto applicet? An quod vitam illud nuncupet? An denique quod in locum horum Apoſtoli verborum, *qui manducat panem hunc aut bibit poculum Domini indignè*, ipſe ſubſtituat, *qui manducat corpus Domini & bibit ſanguinem ejus indignè?* Primum illud ſpectaſſe videtur Perronius;

c Pag. 605. & 6.

alia duo ex profeſſo urget *c* Milleterius. Sed uterque inutiliter. Primò enim interdum ipſemet Auguſtinus verba illa Domini apud Joannem de ſacramento dicta eſſe pronuntiat, *Dominum audiamus*, *d* inquit, *non quidem hoc de ſacramento lavacri dicentem, ſed de ſacramento ſanctæ menſæ ſuæ, quo nemo vitæ niſi baptizatus accedit, niſi manducaveritis carnem meam*, &c. Rurſum, & ipſemet notat, *Sacramentum* conſueviſſe vitam appellari: *Optimè*, inquit, *Pœnici Chriſtiani baptiſmum nihil aliud quam ſalutem, & ſacramentum corporis Chriſti nihil aliud quam vitam vocant.* Poteſt enim vita vocari, quamvis corpus Chriſti non niſi figuratè ſit, quoniam *in illo vis eſt* (inſtrumentalis ſcilicet) *ad vivificationem*, ut *e* Epiphanius obſervat, quemadmodum & baptiſmus eadem de cauſa, *aqua vita*, à *f* Juſtino, *vita* à *g* Baſilio, & *fons vitæ* ab ipſo *h* Auguſtino aut neſcio quo alio inter ipſius opera, nuncupatur. Deniquè mirum eſſe non debet Auguſtinum in citandis Apoſtoli verbis, *corpus* loco panis ſubſtituiſſe, cum ipſe teſtetur *i* *penè omnes ſacramentum corpus Domini* appellare, ut pluries obſervavimus. Ea enim appellatio ad ejus reverentiam commendandam non parum facit. Sed laterem forſan inutiliter lavamus. Quis ſcit enim utrum hic ſermo verè ſit Auguſtinianus? Stylus certè parum congruit: ideoque

d De peccator. Merit. lib. 2. cap. 20.

e In compend. de fide Eccleſ.

f Dialog. cum Tryphone.

g Exhort. ad baptiſm.

h In appendic. 40. ſermon. e Symmond. edit. ſerm. 2.

i De verb. Dom. ſerm. 33.

& Eraſmus & Lipſius eum rejiciunt, Lovanienſeſque Theologi inter dubios reponunt. Parvi igitur momenti eſt ipſius teſtimonium, quicumque ſenſus ejus ſit. Auguſtinus.

PROPOSITIO SEXTA.

Impoſſibile eſſe ut idem corpus in pluribus locis ſimul ſit.

CAPUT X.

SEXTA propoſitio quam not ex Auguſtino probaturos eſſe diximus, ea eſt: *Impoſſibile eſſe ut idem corpus in pluribus locis ſimul ſit.* Ad id autem nobis præſto ſunt argumenta, non modo circa corpora in genere, ſed etiam in ſpecie circa ipſummet Domini corpus.

Primus locus ducitur ex Epiſtola ad Dardanum, ubi oſtendere volens nihil obſtare quominus perſonæ divinæ vbique ſimul ſint, inter cætera hoc affert: *k non enim corpora ſunt quorum amplior ſit in tribus quam in ſingulis magnitudo, nec loca ſuis molibus tenent, vt diſtantibus ſpatijs ſimul eſſe non poſſint.* Mens igitur ipſius eſt, impoſſibile omnino eſſe ut idem corpus in pluribus diſtantibus ſpatijs ſimul ſit. Nec juvaret excipere, illum tantummodò velle, *hoc naturaliter fieri non poſſe.* Verba enim ipſius apertiſſimè excludunt quemlibet eſſendi modum ſimultaneum, ſeu naturalem, ſeu ſupernaturalem. Nam intendebat, ut jam notavi, removere a perſonis divinis impedimenta prohibentia nè in pluribus locis ſimul eſſe poſſent. Inter illa verò recenſet corporis rationem: *non enim corpora ſunt*, inquit, *quæ diſtantibus ſpatijs ſimul eſſe non poſſint.* Intelligit ergo corporis rationem cum polytopia ſimultanea ſimpliciter & abſolute pugnare. Alioquin enim facillimum fuiſſet illi reſpondere, rationem ipſius non valere, cum nihil prohibeat quominus aliquid corpus ſit, & nihilominus, ſupernaturaliter nimirum, in pluribus locis ſimul ſit. Deinde, cum dicat, perſonas divinas in pluribus locis ſimul eſſe poſſe, quoniam corpora non ſunt quæ diſtantibus ſpatijs ſimul eſſe non poſſint, eo quoque argumento ſupponit, nè ipſas quidem poſſe perſonas divinas in pluribus ſimul locis eſſe ſi corpora eſſent. Quænam autem illa ratio foret, cum divinæ perſonæ omnipotentes ſint, niſi corporum polytopia ex eorum genere eſſet quæ ut prorſus impoſſibilia ſub omnipotentiã non cadunt? Alioquin enim facile admodum fuiſſet rurſus illi regerere, perſonas divinas in pluribus locis ſimul eſſe poſſe, & tamen corpora eſſe cum hæc incompatibilia non ſint.

k Epiſt. 57.

Secundus locus ducitur ex libro vigeſimo ſecundo

Augustinus, l. cap. 29.

secundo de Civitate Dei, ubi sic loquitur: *Deus totus in cœlo est, totus in terra, non alteruis temporibus, sed utrumque simul, quod nulla natura corporalis potest.* Quid clarius & disertius? Nec juvaret respondere, quemadmodum & ad præcedentem locum, eum intelligere, *nullam naturam corporalem id naturaliter posse.* Primo enim, si ea mens ipsius fuisset, limitationem illam alicubi saltem apponere debuisset & dicere, *quod nulla natura corporalis propriis viribus potest.* Id tamen nullibi præstat, simpliciter perpetuo & vniversaliter loquens. Deinde non ibi quærebatur, utrum natura corporalis facultate naturali hoc posset, quemadmodum Deus, sed tantum in genere utrum id posset; nec agebatur de viper quam id posset fieri, sed de rei possibilitate in se: *quod nulla*, inquit, *natura corporalis potest.* Sumit enim ibi *potest* pro *patitur*, & naturæ corporum diserte meminit ut offendat naturam illam nullomodo pati ut ijsdem temporibus in varijs locis simul sint, idque soli Deo in solidum convenire.

Tertius locus ducitur ex jam citata ad Dardanum epistola, ubi de divinitate ac humanitate Domini loquens ait: *Christum Dominum nostrum vnigenitum Dei filium, æqualem Patri, eumdemque hominis filium quo maior est Pater, & vbique totum præsentem esse non dubites tanquam Deum, & in eodem templo Dei esse tanquam inhabitantem Deum, & in loco aliquo cœli propter veri corporis modum.* Notabilem sane locum. Primò enim restringit Augustinus præsentiam illam juxta quam Dominus in cœlo & terra simul est, ad divinitatis ipsius præsentiam. Male certè, si etiam juxta humanitatem Dominus simul in cœlo & terra foret. Secundo, postquam dixisset, Dominum tanquam Deum, non modo in pluribus locis, sed & ubique præsentem esse, subjungit in oppositum, illum se aliter habere tanquam hominem, veritatemque corporis ejus requirere ut in aliquo loco sit, videlicet, in cœlo. *Alius* autem *ille locus*, unicus locus est. Nam cum opponit cæteris omnibus locis. Intelligit ergo veritatem corporis ejus necessario exigere ut in vno tantum loco sit, non simul in innumeris; atque si simul ponatur in cœlo, & in terra, in varijsque templis suis quæ tanquam Deus inhabitat, tolli prorsus & aboleri verum corporis ipsius modum. Quid autem fidei nostræ congruentius affirmare potuisset?

Quartus locus ducitur ex libro vigesimo contra Faustum Manichæum, in quo impugnat Manichæorum figmenta de Domino nostro Jesu Christo, de quo nonnunquam tanquam de vno, nonnunquam velut de pluribus loquebantur, ait: a *Dicite nobis, quot Christos esse dicatis? Alius-ne est quem de Spiritu Sancto concipiens terra patibilem gignit, omni non solum suspensu ex ligno, sed etiam jacens in Herba, & ille alius quem Iudæi crucifixerunt sub Pontio Pilato, & tertius ille per lunam solemque distentus: an vnus atque idem ex quadam sui parte ligatus in arboribus, ex quadam verò parte liber eidem ligatæ captaque subueniens? Quod si ita est, ille quem sub Pontio Pilato passum esse conceditis, cum eum sine carne fuisse narretis, nondum dico quemadmodum talem mortem sine carne perpeti potuerit, sed quæro cui naves illas reliquerit, ut inde descendens talia pateretur, qualia sine quocumque corpore fieri non possent? Secundum præsentiam quippe Spiritalem nullomodò illa pati posset: Secundum præsentiam verò corporalem simul & in sole & in luna, & in cruce esse non posset.* Nota, simul & in sole, & in luna & in cruce esse non posset. Planè, in sententiam nostram.

a Contr. Faust. l. 20. c. 11.

Augustinus.

Respondet primò Bellarminus, sensum Augustini esse, corpus in pluribus locis extentum totum in singulis non esse. Nam, b inquit, *Manichæi non arbitrabantur Christum esse vnum hominem, sed lucem quamdam expansam per solem, lunam, & omnia alia loca, ut ibidem Augustinus testatur, illum autem qui in forma humana crucifixus fuit à Pilato dicebant phantasma fuisse, non verum hominem. Quare Augustinus vtitur hoc dilemmate: Si Christus est Spiritus, seu phantasma, crucifigi non potuit. Si autem est corpus expansum per solem, lunam, & alia loca, non potuit totus simul esse in sole, & in luna, & in cruce, quia corpus expansum per tot loca, non potest totum esse in singulis locis.* Ysambertus paulò aliter, tamen, ni fallor, in eumdem sensum: *Respondetur*, c inquit, *hanc authoritatem tantum procedere de facto, quatenus vult Christum Dominum ante mortem non habuisse corpus suum positum in pluribus locis modo extensivo: Namibi disputat contra Manichæos asserentes (ut ipso capite refert) Christum patibilem de facto fuisse ex terra genitum, & ex omni ligno suspensum, & in herba jacuisse, tum etiam fuisse à Pontio Pilato crucifixum, & denique per solem & lunam distentum. Ad quod fabulosum commentum refellendum, quærit S. Augustinus à Manichæis quot velint esse Christos, an tres, an vnum tantum? & incipiens suam refutationem ab hac posteriori parte, quatenus scilicet Manichæi respondebant illum fuisse unicum, objicit eum vt sic distentum non potuisse simul esse secundum præsentiam corporalem, & in sole, & in luna, & in cruce.* Sed hæc responsio nihil fere sani habet. Primò enim perperam refert dogma Manichæorum de Christo. Nequè enim generatim de Christo sentiebant, aut eum *lucem esse* per solem ac lunam distentum, ac etiam per *alia loca*, ut illis Bellarminus affingit, aut Jesum patibilem eumdem esse cum eo qui sub Pontio Pilato juxta apparentiam crucifixus fuit, ac per lunam & solem distentus est, hoc est, cum impatibili, ut illis tribuit Ysambertus. Vera eorum intelligentia erat, Christum passibilem

b De Euchar. l. 3. c. 4.

c Adq. 75. disp. 3. art. 3.

Digitized by Google

Auguſtinus.

bilem alium eſſe ab impaſſibili, & paſſibilem quidem eſſe eum qui virtute Spiritus Sancti ex terra gigneretur, ac de ligno in fructibus ſuſpenſus eſſet, & in herbis jaceret; impaſſibilem autem illum, non qui lux eſſet, ſed qui in luce habitaret, nempe in ſole & luna, nec qui per alia quoque loca eſſet diſtentus, ſed tantum per ſolem & lunam: huncque geminum eſſe, quorum alter in ſole, alter in luna naturaliter conſiſteret tanquã in navibus ſuis lucidis, ac inde in plenitudine temporum ſub externa & ſimulata carnis forma vnitus apparuiſſet, cum Apoſtolis converſatus eſſet, apparenter tantum (non vere) ſub Pontio Pilato crucifixus fuiſſet, denique poſt paſſionis fictionem à principe tenebrarum illius loco vere ſuſceptæ ad naves ſuas lucidas tanquam ad diverſorium ſuum remeaſſet: *credimus*, [d] inquit Fauſtus, *filium in hac ſecunda ac viſibili luce conſiſtere, qui quoniam & ſit ipſe geminus ut eum Apoſtolus novit, Chriſtum dicens eſſe Dei virtutem & Dei Sapientiam, virtutem quidem ejus in ſole habitare credimus, ſapientiam vero in luna.* Hæc ille de Jeſu impatibili. Deinde, ad patibilem veniens: *Spiritus Sancti*, inquit, *qui eſt majeſtas tertia, aëris hunc omnem ambitum ſedem fatemur ac diverſorium, cujus ex viribus & ſpiritali profuſione terram quoque concipientem gignere patibilem Jeſum qui eſt vita ac ſalus hominum, omni ſuſpenſus ex ligno*, &c. *Hæc noſtra fides eſt.* Ex quibus verbis apparet Manichæos cenſuiſſe tres eſſe Jeſus, licet confuſe interdum de illis tanquam de uno loquerentur. Secundo dico, argumentum Auguſtini illos impugnantis quatenus fortè reſponderent Chriſtum unum eſſe, non plures, proüt Adverſarij illud concipiunt, ineptum omnino fore. Nam, aut Manichæi cenſuiſſent unum illum Chriſtum partim eſſe in Sole, partim in luna, partim in cruce, aut exiſtimaſſent illum totũ ſimul in ſingulis eſſe. Si prius: fruſtra eis objeciſſet, illum non poſſe ſimul totum eſſe in ſole, in luna, ac in cruce. Id enim hoc ſenſu non dicebant, nec dicere poterant. Si poſterius: quamobrem hoc pro incommodo & impoſſibili illis oppoſuiſſet? Dicere enim potuiſſent congruenter ad hypotheſin Adverſariorum, eumdem Chriſtum poſſe ſimul in pluribus locis extenſivo modo totum eſſe, ipſumque perperam vitioſèque ſupponere hoc eſſe impoſſibile. Nec obſtat quod ſubterfugij cauſa præmonet Yſambertus, Chriſtum juxta illos extenſivo modo in pluribus locis ante mortem non fuiſſe. Mens enim Auguſtini minime eſt id illis tribuere, quamvis Chriſti per ſolem & lunam juxta eos diſtenti mentionem faciat, poſtquam de paſſione ipſius locutus eſſet. Nam illi ſentiebant, ut jam notavi, Chriſtum per ſolem ac lunam fuiſſe diſtentum, hoc eſt, geminum ſuum Jeſum impaſſibilem in ſole & luna tanquam in primigenia ſede conſtitiſſe; indeque deſcendiſſe, paſſionemque apparenter ſubjiſſe; unde Auguſtinus ab illis quærit, *cuinam interim naves illas reliquerit*, deinde illuc redijſſet, ut ibi tanquam in loco ſuo honorato reſideret. Tertio, argumentum ipſius non procedit contra modum eſſendi, quatenus extenſivum aut indiviſibilem, in ſole & luna & in cruce, ſed contra exiſtentiam in illis tribus ſimultaneam generaliter: nec id vllomodo innuunt hæc ipſius verba, *tertius ille per ſolem lunamque diſtentus.* Ea enim ſimpliciter ex mente Manichæorum intelligenda ſunt de Chriſto (ut Fauſtus loquitur) in ſole & luna habitante, abſque vllo reſpectu ad quæſtionem tunc certe non agitatam de habitationis modo extenſivo, aut non extenſivo, diviſibili aut indiviſibili. Vnde, cum pro abſurdo objiciat, Chriſtum, ſi unicus foret, in pluribus locis ſimul futurum, quod ait impoſſibile eſſe, ſequitur id illum ſimpliciter & abſolutè pronunciare. Deniquè, apertè liquet illum ſic argumentari: Si dixeritis, Chriſtum unum eſſe qui in ſole & luna primitus conſtiterit & paſſionem ſub Pontio Pilato ſubierit, quæro, utrum ad paſſionem hanc in cruce ſubeundam naves illas ſuas reliquerit, an verò in illis permanſerit, & nihilominus ſimul in cruce fuerit. Si reliquit, quæro, cuinam eas reliquerit? An illæ tum ſine nauclero conductoreque navigarunt? Metuendo ſanè terrarum orbis diſpendio. Si non reliquit, & ſimul paſſionem in cruce apparenter ſubjit, quæro rurſum, utrum ſpiritus ſit, an corpus. Si ſpiritus, quomodò mortem paſſus eſt, quomodo ſanguinem fudit? Id enim ſine corpore fieri non poteſt. Si corpus, idem certè corpus in ſole & in luna & in cruce ſimul eſſe non poſſet, nempe, ut antè dixerat, *propter veri corporis modum* qui hoc nullomodò patitur. Directè contra Adverſariorum hypotheſin de ſimultanea corporis Chriſti πολυσωμία.

Auguſtinus.

Viderunt Bellarminus & Yſambertus primam illam reſponſionem argumenti noſtri robur nullomodò minuere, ideoque ſecundò reſpondent, *Auguſtinum loqui de corpore ſecundum ordinarium curſum naturæ, & non ſecundum id quod poteſt in illo facere omnipotentia creatoris. Nam ibidem dicit Spiritum nullomodò pati poſſe in cruce; quod neceſſariò intelligi debet ſecundum ordinarium curſum naturæ, alioquin Auguſtinus pugnaret ſecũ, quippe qui Lib. 21. de Civitate Dei c. 10. ſcribit, Spiritum pati poſſe ab igne corporeo per divinam potentiam. Et certè, ſi poteſt alligari Spiritus igni corporeo, ut ab eo recipiat pœnam miris, ſed veris modis, vt Auguſtinus loquitur, cur non poteſt alligari cruci, & ab ea pœnam recipere, miris, ſed veris modis?* Verum hęc ſolutio præcedente melior non eſt. Nam ſi ea Auguſtini ſententia fuiſſet quam Adverſarij illi affingunt, Fauſtus ipſius argumen-

[d] *Vid contr. Fauſt. l. 20. ad init.*

Digitized by Google

Auguſtinus. *d Diſput. 189. cap. 7.*

gumentum levi flatu diſsoluiſset. Excepiſſet enim (ut rectè Vaſques obſervat) Chriſtum quidē naturaliter tantum in cœlo eſſe, ac cum geminus ſit, vnum, ſecundū ordinarium naturæ curſum in ſole ſolum eſſe, alterum tantummodo in luna, ſed per divinam potentiam fuiſse quoque ſimul in cruce; ac proindè rationem Auguſtini contra ipſos non militare. Sed, quid dico, diſsoluiſset? Illum accuſaſſet non impudentiæ modò, ſed & amentiæ, quippe qui pro falſo, abſurdo & impoſſibili Manichæis opponeret, quod non poſſibile tantum, ſed etiam neceſſarium & veriſſimum eſſe ipſemet crederet. Catholici enim ſentiebant, (ſi quidem ita eſt) Chriſti corpus ſimul non in tribus ſolum locis, ſed in innumeris eſſe, videlicet, ubicunque Euchariſtia celebratur: & nihilominus verum corpus eſſe credebant. Qua igitur fronte Manichæis exprobraſsent, Chriſtum ſuum, ſi corpus foret, non poſſe ſimul in cœlo & in cruce eſſe? An non illi inclamaſsent Dei & hominum fidem, Catholicoſque deteſtati eſsent qui tanquam œſtro perciti idem affirmare & negare non verecrentur? Nullibi tamen legimus eos hac exceptione & retorſione fuiſſe uſos: ſignum igitur eſt Catholicos non credidiſſe, nec in genere corpus quacunque potentia, ſeu ordinaria, ſeu extraordinaria, in pluribus locis totum ſimul eſſe poſſe, neque in ſpecie corpus Chriſti actu eſſe in omnibus locis ubi Euchariſtia celebratur. Nec quicquam contra facit levis Adverſariorum objectiuncula. Auguſtinus enim non ait, *Spiritum nullomodò pati in cruce*, ut illi Bellarminus imponit, ſed non poſſe *talia* pati, *talem mortem* quam Chriſtus paſſus eſt, cruentam ſcilicet per manuum, pedum, lateriſque transfixionem. Itaque inſtantiam retorquemus. Quo enim ſenſu Auguſtinus ait, Spiritum talia pati non poſſe, eodem & intelligit corpus in pluribus ſimul locis eſſe non poſſe. Atqui intelligit, ſimpliciter, omnimodò & abſolutè impoſſibile eſſe ut Spiritus in cruce mortem cruentam patiatur: Ergò & pariter intelligit ſimpliciter omnimodò, & abſolutè impoſſibile eſſe, ut idem corpus in pluribus locis ſimul ſit.

Quintus locus ducitur ex tractatu trigeſimo in Joannem, ubi ait: *Surſum eſt Dominus, ſed etiam hîc eſt veritas Dominus. Corpus enim Domini in quo reſurrexit vno loco eſſe poteſt: veritas ejus vbique diffuſa eſt.* Sic legunt exemplaria omnia edita: nec dubito quin plurimi manuſcripti codices ad quos editiones factæ ſunt eodem modo ſe habeant. Sed locum fuiſſe corruptum, & legendum eſſe, *vno loco eſſe oportet*, non autem, *vno loco eſſe poteſt*, facillimum probatu eſt. Primò enim *a* Ivo Carnotenſis, *b* Algerus, *c* Gratianus, *d* Lombardus, *e* Alexander de Hales, *f* Thomas, *g* Bonaventura, *h* Durandus, *i* Biel, & alij earum ætatum, locum hunc referentes, unanimi conſenſu ſic legunt, quod evidens indicium eſt codices Auguſtini quos viderant ita olim habuiſſe. Secundo, ſi legeretur *corpus Domini in quo reſurrexit vno loco eſſe poteſt*, nullus eſſet hujus loci ſenſus: niſi forte quis contenderet corpus Domini in pluribus locis aut ubique neceſsariò eſſe debere, cui reſponderetur, illud in vno loco eſſe poſſe, nec in multis neceſsariò eſse. Quod hic locum non habet. Denique, antitheſis quam Auguſtinus ibi inſtituit inter *veritatem Domini* & *corpus Domini*, manifeſtè indicat eum utrobique eodem ſenſu loqui debere. Atqui non dicit veritatem Domini poſſe eſſe vbique, ſed ubique eſſe diffuſam: Ergo & pariter dicere vult, non corpus Chriſti vno loco eſſe poſſe, ſed vno loco eſſe oportere. Vnum autem locum ibi pro vnico ſumit cum illud opponat τῷ *vbique*. Intelligit igitur illud unico loco eſse oportere. Quod autem oportet unico loco eſse, illud ſane non eſt nec eſse poteſt in varijs ac innumeris locis. Argumentum validiſſimum. Videamus quid Adverſarij reſpondeant.

Auguſtinus. *g In 4. art. 1. q. 2.* *h In 4. diſt. 10.* *i In Canon. iſt. 39.*

Primò Thomas, Biel, & alij reſpondent cum Magiſtro ſententiarum, *intelligendum eſt corpus Chriſti eſſe in vno loco, ſcilicet, viſibiliter in forma humana; veritas tamen ejus, id eſt, divinitas vbique eſt.* Sed inepta reſponſio eſt. Auguſtino enim ibi propoſitum non erat docere quomodò Domini corpus in loco eſſet, viſibiliter nè an inviſibiliter, Sed, in eo erat ut diſtingueret inter divinitatem & corpus ipſius, & oſtenderet differentiam quæ ratione loci inter illa intercedit. Eam autem eſſe dicit, quod divinitas ipſius in omnibus locis ſit, ſeu ubique ſimul ſit, corpus autem unico loco eſſe oporteat. Hoc ergò evidenter abſt abſque vllo ad corporis viſibilitatem aut inviſibilitatem reſpectu.

Reſpondent ſecundò *a* Perronius & *b* Coffetellus, *per veritatem ubique diffuſam Auguſtinum intelligere veritatem prædicationis ſermonis Chriſti quæ ad unum locum reſtringi non poteſt, & eam opponere corpori Chriſti quod uno loco eſſe poteſt.* Verum, quamvis illis daremus per veritatem ubique diffuſam, intelligendam eſſe veritatem prædicationis ſermonis Chriſti, nihil promoverent. Nam cum ſupra probaverimus legendum eſſe, *uno loco eſſe oportet*, non autem *uno loco eſſe poteſt*, Auguſtinumque non dicere, veritatem illam (quæcumque ſit) ubique poſſe effundi, ſed ubique eſse effuſam, ſequitur pariter eum quoque intelligere, non, corpus Domini, cui illam opponit, uno loco eſse poſſe, ſed, uno loco eſse oportere. Nihilominus per veritatem Auguſtinum non intelligere veritatem prædicationis ſermonum Domini, ſed ipſius divinitatem, ipſemet apertè innuit cum ait:

a Decret. part. 2. c. 8. b Lib. 1. c. 34. c De conſecrat. diſt. 2. d Lib. 4. diſt. 10. e Part. 4. art. 3. f Part. 3. q. 75. art. 1.

a De Euch. l. 2. cap. 5. b Defenſ. de Euchar. c. 15.

Auguſtinus.

hic eſt veritas Dominus. De eadem enim veritate ait, *veritas ejus ubique diffuſa eſt.* Quod alibi ſic exponit: c *Vna perſona Deus & homo eſt, & vtrumque eſt vnus Chriſtus Ieſus, ubique per id quod Deus eſt, in cœlo autem per id quod homo.* Et paulò antè de eodem juxta naturam humanam loquens: d *ſecundum hanc formam non putandus eſt ubique diffuſus. Non eſt autem conſequens, ut quod in Deo eſt, ita ſit ubique ut Deus.* Quin & ipſemet Perronius ſui immemor alibi locum hunc tractans veritatem illam de divinitate exponit: e *Familiare, inquit, Patribus eſt vti hoc vocabulo veritas in eo ſenſu. Vt quandò Auguſtinus ait tractatu decimo tertio* (dicere voluit trigeſimo) *in Ioannem*, corpus Domini uno loco eſſe poteſt, veritas ejus ubique diffuſa eſt, *id eſt, divinitas qua propria veritatis eſſentia eſt.*

c *Epiſt.* 57.

d *Ibid.*

e *Refutat. des paſſag. de S. Auguſt. c.* 13. *p.* 157.

Reſpondent ultimò Lombardus & Biel per veritatem poſſe quoque intelligi corpus ipſum Chriſti, in hunc ſenſum: f *veritas etiam ejus, id eſt, verum corpus in omni altari eſt ubicunque celebratur.* Idem ait & g Milleterius, addens Auguſtinum ipſum ſemet ſic expoſuiſſe tractatu 41. in quo dicit: *Veritas panis eſt, mentes reficit nec deficit, mutat veſcentem, non ipſa in veſcente mutatur. Ipſa eſt veritas Verbum Dei, Deus apud Deum, unigenitus filius; hæc enim veritas carne induta eſt propter nos.* Stupendam ſanè cæcitatem. Quomodò enim Auguſtinus per veritatem illam intelligeret Domini corpus, cum illam corpori Domini opponat, ac de illa dicat quod ubique effuſa ſit, de eo autem quod uno loco eſſe oporteat? Quomodò & rurſum de Domini corpore diceret, eum ubique eſſe effuſum cum non modò alibi dicat, ut jam ſupra obſervavi, *ſecundum hanc formam non putandus eſt ubique diffuſus*, ſed & in hoc ipſo loco, *corpus Domini vno loco eſſe oportet*? Infrunitum enim prorſus eſt quod ajunt Adverſarij Auguſtinum intelligere, *verum corpus in omni altari eſſe vbicunque celebratur.* Non enim ait, veritatem illam eſſe ubicunque Euchariſtia celebratur, ſed ait, eam ubiquè eſſe effuſam, quod longè aliud eſt, nec de corpore Domini intelligi poteſt, niſi Auguſtinum Ubiquitarium conſtituamus, & tibi directè ſtulteque contradicentem. Sed rurſùm, intolerandum eſt Milleterij delirium in ipſa luce cæcutientis. Quid enim? An Auguſtinus in loco quem citat intelligit per *veritatem* Dominicum corpus? Imò, ipſius divinitatem. Verba diſerta ſunt: *Ipſa eſt veritas Verbum Dei, Deus apud Deum, vnigenitus filius.* Et rurſum: *Hæc veritas carne induta eſt propter nos.* An verò corpus Domini eſt, quod carnem pro nobis induit, aut ipſius divinitas? Denique & paulò poſt: *hæc veritas, cum Iudæis loqueretur, in carne latebat.* An igitur Domini corpus latebat in Domini corpore? Apage ineptias.

f *Chap.* 34. *p.* 638.

g *De Euch. l.* 3. *c.* 3. *Et Perron. de Euchar. l.* 5. *c.* 10.

At contendit Bellarminus Auguſtinum alibi innuere, ſe exiſtimare idem corpus in pluribus locis ſimul eſſe poſſe. *Nam*, g inquit, *in Libro de cura pro mortuis cap.* 16. *proponit quæſtionem, utrum cum in diverſis locis ſimul fiant miracula ad memoriam alicujus Martyris, ſit ipſe Martyr præſens vno tempore tam multis locis, an iſta fiant miniſterio Angelorum: ac reſpondet quæſtionem eſſe ſupra ingenij vires. Ex quo intelligimus, eum non exiſtimaſſe impoſſibile eſſe, vt vna res ſit in diverſis locis; alioquin non dubitaſſet, ſed apertè dixiſſet implicare contradictionem ut ſit vnum aliquid in diverſis locis ſimul. Præterea c.* 17. *refert Hiſtoriam quamdam* gg *S. Ioannis Monachi, qui cum ex monaſterio ſuo non diſceſſiſſet, apparuit tamen adhuc vivens in ſomnis cuidam alteri longè poſito: ac deinde dicit, dubium eſſe, an Spiritus ejus re vera fuiſſet in utroque loco, an id eſſet factum alio modo:* ſi ipſe, *inquit*, interfuit ſomnianti mirabili gratia utiquè id potuit, non natura, & Dei munere, non propria facultate, *&c. Ac deniquè dicit, ſe, ſi cum ſancto illo Monacho loqui potuiſſet, ab eo quæſiturum fuiſſe ſolutionem vtriuſque quæſtionis, & verbis ejus creditarum.* Reſpondet primò Vaſques ad hoc Bellarminianum argumentum, h *teſtimonium Auguſtini non probare de corpore, ſed de anima quæ ſpiritualis eſt.* Et quia regerit Bellarminus, eamdem hac parte rationem eſſe corporum quæ Spirituum eſt, cũ ratio, cur corpora non videantur poſſe eſſe in pluribus locis, non tam ſit moles, quam unitas; reſpondet rurſum Vaſques, i *non obſtat ſola vnitas corporis quominus idem eſſe poſſit ſimul in diverſis locis modo diviſibili, ſed moles & extenſio ad locum.* Favere poteſt huic reſponſioni quod Auguſtinus ipſemet alibi, reddens rationem cur perſonæ divinæ in pluribus locis ſimul ſint, ait: k *Non enim corpora ſunt quorum amplior ſit in tribus quam in ſingulis magnitudo, nec loca ſuis molibus tenent, vt diſtantibus ſpatijs ſimul eſſe non poſſint.* Quamvis ergo daremus Auguſtinum non exiſtimaſſe impoſſibile, Spiritus in pluribus locis ſimul eſſe, non ideò concederemus illum idem de corporibus cenſuiſſe. Verum reſpondeo ſecundò, Auguſtinum non magis exiſtimaſſe Spiritus in duobus locis ſimul eſſe poſſe, quam corpora, neutrumque de illius mente eſſe. Nam quando in primo loco ait ſe definire non audere, utrum Martyres *per ſeipſos* (hoc eſt, l per animas ſuas) *adſint vno tempore tam diverſis locis*, an verò id fiat *per Angelica miniſteria*, non ſumit ea verba, *vno tempore*, ſtricte pro eodem inſtanti ac momento temporis, ſed latè & populariter de varijs inſtantibus temporis propinquis & parum diſtantibus, illudque *adeſſe* intelligit per motum localem velociſſimum ac promptiſſimum, non autem per ſimultaneam in pluribus locis præſentiam. Quo ſenſu Tertullianus ipſum quoque momenti vocabulum

Auguſtinus.

gg *Is eſt. de quo Palladius Hiſtor. Lauſiac. c.* 43.

h *Diſput. 189. c.* 2. *num.* 10.

i *Ibid. c.* 8. *num.* 73.

k *Epiſt.* 57.

l *Perron. ubi ſuprà.*

Auguſtinus.

a *Apologet. c. 22.*

bulum uſurpat, cum ait: a *Omnis Spiritus ales eſt. Hoc Angeli, & Dæmones. Igitur momento ubique ſunt. Totus orbis illis locus unus eſt. Quid ubique geratur, tam facile ſciunt, quam enunciant. Velocitas, divinitas creditur, qua ſubſtantia ignoratur.* In quæ verba, inquit b Yſambertus, *obiter notamus particulam iſtam*, in momento, *idem ſonare ac* breviſſimo tempore, *quatenus celerrima velocitate moventur ab uno loco ad alium, etiam valde diſtantem.* Quod ipſum obſervat & Damaſcenus: *Angelus*, c inquit, *non poteſt ſecundum idem in differentibus locis operari. Nam ſolius Dei eſt, ubique ſecundum idem operari: Angelus vero velocitate natura, & quia prompte & citò pertranſit, in differentibus locis operatur.* Eadem autem ratio eſt animarum ſeparatarum a corporibus, quæ Angelorum & aliorum Spirituum. Rurſum & quandò Auguſtinus in loco ſecundo quærit, *utrum ipſe Joannes ad illam ſeminam venuſſet in ſomnis, id eſt, Spiritus ejus in effigie corporis ſui, ſicut nos ipſos in effigie corporum noſtrorum ſomniamus, an ipſo aliud agente, vel ſi dormiebat aliud ſomniante, ſive per Angelum, ſivè quocunque alio modo in mulieris ſomnio talia facta ſit viro*, ac dicit ſe, ſi Sanctum illum Monachum vidiſſet, utrum illorum fuerit ab eo quæſiturum; nullomodò dubitabat utrum Joannis illius anima corpori ſuo unita in monaſterio remanens, ſimul quoque per ſeipſam fœminę longè diſtanti in ſomnis apparuerit, ut ſupponit Bellarminus; ſed dubium ejus erat, utrum pro tempore à corpore ſuo ſeparata per naturæ velocitatem memoratam illam fœminam adiviſſet ac ei apparuiſſet. Si enim id ſic factum eſt, optimè ſanè ſubjungit illud eam potuiſſe mirabili gratia & Dei munere, non natura & propria facultate. Non enim in naturali animæ facultate eſt, ſe à corpore cui unita eſt pro tempore ſeparare, & ei poſt limino ſe reſtituere. Hoc autem ad polytopiam ſimultaneam eſt ἀπροσδιόριστον.

b *De Angel. ad q. 73. diſp. 3. art. 2.*

c *De fide orth. l. 2. c. 7.* ἀ διάνυσις δὲ παντὸς τοῦ ἀγγελικοῦ σώματος. μέρος γὰρ ἅμα ἐν πλείοσι καὶ μὴ πλείοσι τόποις. ὁ μὲν γὰρ ἅγιος ἐν μοναστηρίῳ ἐν τῷ σώματι ἐκάθητο, ἡ δὲ γυνὴ ἐν ἑτέρῳ μέρει πολλοστῷ ἀπεδήμει, ἐκείνῃ δὲ ἀγγελικὸς ἐνύπνιος.

PROPOSITIO SEPTIMA.

Corpus neceſſariò locum occupare.

CAPUT XI.

SEPTIMA propoſitio ex Auguſtino probanda, eſt, *Corpus neceſſariò locum occupare*: Undè conſequetur corpus Chriſti in Euchariſtia non eſſe ſub accidentibus panis & vini, cum in confeſſo ſit apud Adverſarios illud in Euchariſtiâ per occupationem loci non eſſe.

Primus igitur locus quem adducemus multiplex eſt. Complectitur enim varia ipſius loca in quibus non modò docet occupationem loci reciprocari cum corpore, tanquam proprietatem inſeparabilem, ſed etjam corporis definitionem ingredi. Sic enim in libro octoginta trium quæſtionum: d *Corpus quodlibet per localia ſpatia porrectum eſt.* Et in libris de Geneſi ad litteram: e *Corpus dicimus naturam quamlibet longitudine, latitudine, altitudine, ſpatium loci occupantem.* Et in libris de Trinitate: f *Eſſe ſubſtantiam & non eſſe corpoream, id eſt, non minore ſui parte minus occupare loci ſpatium, majuſque majore.* Et rurſum: *Corpus eſt cujus in loci ſpatio pars toto minor eſt.* Et in libris de origine animæ: g *Corpus eſt quicquid majoribus & minoribus ſuis partibus majora & minora ſpatia locorum obtinentibus conſtat.* Et rurſus: h *Corpora quæ ab omnibus eruditis ſuſcipiuntur, id eſt, qua per diſtantiam longitudinis, latitudinis, altitudinis, locorum occupant ſpatia, minora minoribus ſuis partibus, & majora majoribus.* Et in libro de quantitate animæ: i *Tria illa inſunt corpori, ut corpus ſit.* Indè autem ſic argumentamur. Quod eſt de definitione corporis, à corpore ſeparari nullomodo poteſt: definitio enim à definito prorſus inſeparabilis eſt. Atqui occupatio loci eſt de definitione corporis: Ergo a corpore ſeparari nullomodo poteſt.

Auguſtinus.

d *q. 51.*

e *Lib. 7. c. 21.*

f *Lib. 10. c. 7.*

g *Lib. 4. c. 21.*

h *Ibid. c. 20. l. 1. de quæſtiat. anim. c. 14.*

i *Vide & Anſb. 65. quæſt. q. 35.*

Secundus locus, & is quoque multiplex, ducitur ex ijs locis in quibus affirmat, corpus neceſſariò locum occupare. Sic enim in Libro de vera religione: k *Quantumvis pulcherrimum corpus cum intervallis locorum neceſſario aliud alibi habeat.* Et in Epiſtola ad Volusianum: l *Corpora quorum nullum poteſt eſſe ubique totum, quoniam per innumerabiles partes aliud alibi habeat neceſſe eſt, & quantuncunque ſit corpus, ſeu quantulumcunque corpuſculum, loci occupet ſpatium, cum denique locum ſic impleat ut in nulla ejus parte ſit totum.* Et ad Italicam: m *Omne quippè quod oculis corporis conſpici poteſt, in loco aliquo ſit neceſſe eſt, nec ubique ſit totum, ſed minore ſui parte minorem locum occupet, & majore majorem.* Et in Libris de Civitate Dei: n *Poſt factum judicium*, &c., *Sanctos habentes corpora in aliquo loco corporali eſſe neceſſe ſit.* Argumentum autem quod indè concipimus tale eſt. Quod neceſſe eſt corporibus ineſſe ut corpora ſint, nulla virtute ab ijs poteſt ſeparari. Atqui neceſſè eſt corporibus ut corpora ſint, ea locum occupare: Ergò id nulla virtute ab ijs poteſt ſeparari. Reſpondent o Bellarminus & p Maratius, *Auguſtinum loqui de ſolo corpore exiſtente localiter*, ſeu, *de corpore exiſtente in loco naturaliter, id eſt, ſecundum modum naturæ ſuæ convenientem. Omne enim corpus quantum eſt, & quia quantum, etiam extenſum eſt, ita ut major pars majorem locum & minor minorem occupet, & implicat planè contradictionem, ut corpus*

k *Cap. 32.*

l *Epiſt. 3.*

m *Epiſt. 60.*

n *Lib. 20. c. 18. vide & de verbis Dom. ſerm. 38.*

o *De Euch. l. 3. c. 4.*

p *De Euch. diſput. 24. ſect. 3.*

Augustinus. *extenſum manuum, & tamen ſit totum in quolibet membro.* Sed ſtrictis eſt impoſſibile. Primo enim hoc eſſet eſſe, Auguſtinum loqui de ſe ipſo omnibus corporibus generatim & univerſaliter, nec unis quidem excepta corpora, angelis, quorum nullum poteſt eſſe ubique totum. Et ſanè: *Quum quod ſecundo corpora ambiunt, poteſt ſimplicem eſſe totum* Scholaſtici quoque diuerſe corpori tribuendo. Secundò, nonnullum eſt, corpora extenſa ſeu locum occupantia, ut proinde totum eſſe in parte quam in toto, minorque ſui parte minorem locum occupare, majori majorem; in quoque diuerſe à ſe totum & ſuo loco locatum nullum eſſe corpus.

Tertius locus, & is rurſum ambiguus, dutaxat ex ijs locis in quibus docet, quòd quod locum non occupat, corpus non eſſe, impoſſibile quæ eſſe poſſit quod corpus eſt & locum non occupet. Sic in Libro de quantitate animæ: *Si ergo ſpiritus, anima corporalis non potuit eſſe quod non eſt niſi ſua habeat aliquam longitudinem, & latitudinem & altitudinem &c.* Hoc ſtrenuè corporeos, quantum mea opinio eſt, urget ſimplicitatis ſpiritus, neque omnino corpus eſſe poſſe confirmat: *Sine mole vult ſpiritus eſſe quod eſt.* Anima non dolore, corpore omnia *c. 16.* *c. 8.* *c. 14.* *c. 15.* *c. 16.* *c. 17.* *c. 18.* *c. 19.* *c. 20.* *c. 21.* *c. 22.* *c. 23.* *c. 24.* *c. 25.* *c. 26.* *c. 27.* *c. 28.* *c. 29.* *c. 30.* *c. 31.* *c. 32.* *c. 33.* *c.

Auguſtinus.

nis, id eſt, Domini corpore glorioſo, *cui*, ait, *profecto immortalitatem dedit, naturam non abſtulit* & a quo tanquam ab hypotheſi ad theſin conſurgit. Nec obſtat exemplum ultimi cœli quod objicit. Falſiſſimum enim eſt quod ait: k *ſupremum cœlum re vera extenſum eſt in ſeipſo, & tamen nullum occupat locum, cum a nullo corpore ambiatur.* Nam etſi à nullo corpore ambiatur quoad partem ſuperiorem, nihilominus in loco eſſe ſeu locum occupare, teſtatur ipſemet Auguſtinus alibi de cœlis generatim inquiens: l *ſunt cœli excelſa mundi corpora, ſed corpora tamen, quæ non poſſunt eſſe niſi in loco.* Et ante Auguſtinum Juſtinus Martyr ex profeſſo diſputans contra Ariſtotelem idem cum Bellarmino aſſerente: *Quomodo falſum non eſt,* m inquit, *quod dixit, cœlum non eſſe in loco?* Et Author quæſtionum aut reſponſionum inter Juſtini opera: n *Si Chriſtiam diceremus, cœlum in loco non eſſe, ſicut Græci dicunt:* Quin & ipſe rurſum Auguſtinus non modò aſſerit, o *ſanctos poſt judicium habentes corpora aliquo loco corporali eſſe neceſſe eſt*, ſed etiam de ipſo Domini corpore ait in ea ipſa epiſtola, *Chriſtum Dominum noſtrum non dubites eſſe in loco aliquo cœli propter veri corporis modum.* Locus enim, accurate loquendò, (ut jam ſupra dixi) non eſt ſuperficies corporis ambientis quæ corporibus pure contingens eſt, & ſine qua eſſe poſſent; ſed eſt, inquit, p Auguſtinus, *in ſpatio quod longitudine & latitudine, & altitudine corporis occupatur*, quo corporibus ſublato, nuſquam dicit eos fore, ac de conſequenti non fore.

k *Vbi ſupr. cap. 5.*

l *De ſermon. Domini in monte lib. 2. cap.*

m *Everſ. Ariſtotel. dogmat. nū. 28.* τοῦτ' οὖν ἐν ψεύδει τὸ λέγειν, τὸν θεὸν μὴ εἶναι ἐν τόπῳ

n *Ad quæſt. 230* οἱ μὲν γὰρ ἔλεγον οἱ Χριστιανοὶ εἶναι θεὸν μὴ εἶναι ἐν τόπῳ, σφόδρα λέγουσι οἱ Ἕλληνες.

o *De Civit. Dei l. 20. c. 18. & 83. quæſt. q. 20.*

Reſpondet ſecundò idem Bellarminus, Auguſtinum loqui *de corporibus quatenus naturaliter exiſtunt.* Yſambertus ſimiliter, ſed amplius & prolixius: q *Ad Authoritatem S. Auguſtini*, inquit, *reſpondetur eam tantum intelligi de conſervatione corporum juxta communem & ordinarium naturæ curſum. Nam formas ibi antithеſin inter Deum actum puriſſimum, ſpiritum & corpus, quod corpus juxta ordinem naturæ indigeat loco & extenſione ad ſui conſervationem, & hoc eſt quod verbo in objectione relato affirmat, Deum autem nullum locum ſeu ſpatium poſtulet ad ſui conſervationem. Ita enim verbis immediate præcedentibus loquitur de Deo exiſtente vbique, & ſimul in ſeipſo*: vbique ſcilicet, quia nuſquam eſt abſens, in ſeipſo autem quia non continetur ab eis quibus eſt præſens tanquam ſine eis eſſe non poſſit: Nam ſpatia locorum tolle corporibus, &c quæ referuntur ab Adverſarijs *in objectione. Quod etiam paulo poſt eiſdem repetit*: Totus, *inquit*, in ſeipſo eſt, nec in quibus eſt, ita eſt, ut indigeat eis, tanquam non poſſit eſſe niſi in eis. *Vnde S. Auguſtinus ibi potius explicat quid ſit* eſſe in ſeipſo, *ſcilicet*, non dependere ab alio in ſuo eſſe & conſervari; *quod negat de corporibus, quam velit abſoluta Dei potentia non poſſe corpus eſſe ſine loco & extenſione ſuarum partium ad partes loci.* Sed hæc reſponſio præcedenti ſimilis eſt, hoc eſt, falſa & futilis. Auguſtinum enim intelligere, corpus nullomodo poſſe, ne abſoluta quidem potentiâ eſſe ſine extenſione partium ſuarum in loco, patet primo ex antitheſi quam ratione loci inſtituit inter Deum & corpus. Nam quo ſenſu intelligit, Deum, licet in omnibus locis ſit, ſine eis tamen eſſe poſſe, eodem & intelligit corpora ſine locis in quibus ſunt eſſe non poſſe. Atqui mens ejus eſt, Deum ita in omnibus locis eſſe, ut tamen ſimpliciter & abſolute ſine eis eſſe poſſit: Ergò mens quoque ipſius eſt corpora ſine locorum ſpatijs ſimpliciter & abſolute eſſe non poſſe. Rurſus idem confirmatur ex eo quod ait, ſublatis locorum ſpatijs corpora nuſquam fore, ac proinde non fore. Id enim, quo ſublato in aliquo ſubjecto ſubjectum tolli dicitur, ei neceſſe eſt inſeparabiliter ineſſe: quemadmodum ſi quis diceret, *tolle paritatem aut imparitatem numeris, & non erunt*, legitime inde concluderem numeros nullomodò eſſe poſſe abſque pari aut impari, quantacumque potentia. Denique idem probatur ex alia conſideratione horum verborum, *tolle ſpatia locorum corporibus*, &c. Nam apud omnes in confeſſo eſt id à nullo agente naturali fieri poſſe. Quando igitur ait, *tolle ſpatia locorum corporibus*, ſupponit id fieri ex parte agentis ſupernaturalis ſi quidem poſſibile foret. At dato quod id fiat, ait, corpora tum nuſquam fore, ac propterea non fore. Intelligit ergo ne ab agente quidem ſupernaturali ſpatia locorum corporibus tolli poſſe abſque deſtructione & interitu corporum: ac de conſequenti ne per potentiam quidem abſolutam corpora ullo pacto eſſe poſſe abſque extenſione in ſpatio ſine loco.

Auguſtinus.

p *Ad q. 75. diſput. 3. art. 2.*

At, objicit Yſambertus, *Auguſtinum verbis immediatè ſequentibus idem omnino pronuntiare de qualitatibus corporum, quod pronuntiavit de loco, ſeu ſpatio corporum*: Tolle ipſa corpora qualitatibus corporum, non erit ubi ſint; & ideo neceſſe eſt ut non ſint. *At nihilominus idem S. Auguſtinus epiſt. 146. ad Conſentium, docet verbis expreſſis Deum poſſe conſervare ſubſtantiam corpoream ſine aliquibus qualitatibus*: Valet, *inquit*, divina potentia de iſta viſibili atque tractabili natura corporum, quibuſdam manentibus, auferre quas voluerit qualitates. *Ergo pari modo, cum utrobique par ſit ratio, & S. Auguſtinus loquatur eodem modo de qualitatibus corporum, ac de corporibus quoad occupationem loci, Deus etiam ſecundum mentem S. Auguſtini, poterit via quadam extraordinaria & non naturali ponere aliquam ſubſtantiam corpoream abſque extenſione ſuarum partium in ordine ad locum.* Verum, quid audio, Auguſtinum idem pronuntiare de qualitatibus corporum quod pronuntiavit de loco ſeu ſpatio corporum? An igitur ait, *tolle qualitates corporum corporibus, &*

Auguſtinus.

bus, & quia non erit ubi ſint, ideo neceſſe eſt ut non ſint, quemadmodum ait, *tolle ſpatia locorum corporibus, & nuſquam erunt, & quia nuſquam erunt, nec erunt?* Nè id quidem illi per ſomnium in mentem venit. Sed ait: *ſpatia locorum tolle corporibus, nuſquam erunt, & quia nuſquam erunt, nec erunt. Tolle ipſa corpora qualitatibus corporum, non erit ubi ſint, & ideo neceſſe eſt ut non ſint.* Quibus verbis contrarium planè teſtatur ejus quod ſupponit Yſambertus. In priori enim periodo affirmat, corpora ſine loco eſse non poſſe: in poſteriori autem tacite & indirecte innuit corpora ſine qualitatibus eſse poſſe, quemadmodum & in epiſtola ad Conſentium, & directe, qualitates corporum ſublatis corporibus nullomodo ſubſiſtere poſſe. Nam quando, poſtquam dixiſset, *tolle ipſa corpora qualitatibus corporum*, ſubjungit, *non erit ubi ſint, & ideo neceſſe eſt ut non ſint*; ſenſus ejus non eſt, *non erit ubi corpora ſint*, &c; ſed, *non erit ubi qualitates ſint*. Sic enim ſemet explicat in ſequentibus: *ſi moles ipſa corporis, quantacumque vel quantulacunque ſit, penitus auferatur, qualitates ejus non erit ubi ſint, quamvis non moles metienda ſint*; eo ipſo clariſſimè pronuntians accidentia non poſſe ſine ſubjecto ſubſiſtere. Quin & cum ſupra audivimus affirmantem, r aliam eſse rationem quantitatis & extenſionis, quam qualitatis, ut ab Yſamberto falſiſſime ponatur, utriuſque juxta illum eamdem eſse rationem, & cum eodem modo de ambabus loqui. Oppoſite enim & contrarie de illis loquitur. De extentione corporum in loco; *tolle ſpatia locorum corporibus, nuſquam erunt, & quia nuſquam erunt, nec erunt.* De qualitatibus verò: *Valet divina potentia de iſta viſibili atque tractabili natura corporum, quibuſdam manentibus, auferre quas voluerit qualitates.*

r *Vid. & de Civit. Dei l. 11. c. 10.*

Verum, contendunt Adverſarij Auguſtinum tamen multis in locis docere, corpus ſine loco eſse poſſe. Videamus an ita ſit.

Primò enim, inquit a Bellarminus, *Auguſtinus poſt Dominum docet*, b *Camelum per Dei potentiam poſſe intrare per foramen acus. At non poteſt camelus tranſire per foramen acus niſi locum non occupando.* Sed ad hanc objectionem reſpondimus, c Libro primo, ut minimè neceſſè ſit jam actum denuo agere.

a *De Euch l. 3. c. 6.*
b *Epiſt 89. de ſpirit. & lit. c. 1. & quæſt. Evang. l. 2. q. 47.*
c *Cap. 25. ad object. 5.*

Secundò, in Enchiridio ait de Domini matre: d *Si vel per naſcentem* (Dominum) *corrumperetur ejus integritas, non jam ille de Virgine naſceretur.* Et de hæreſibus in Libro de Joviniano loquens: e *Virginitatem Mariæ deſtruebat dicens, eam pariendo fuiſſe corruptam.* Et in Epiſtola ad Voluſianum: f *Ipſa virtus* (Dei) *per inviolata matris virginea viſcera membra infantis eduxit, quæ poſtea per clauſa oſtia membra juvenis introduxit.* Et in Libris de Civitate Dei: g *Dominum Ieſum per integra Virginalia*

d *Cap. 34.*
e *Hæreſ. 82.*
f *Epiſt. 3.*
g *Lib. 22. c. 8.*

matris enixum, & ad Diſcipulos ſuos januis clauſis ingreſſum fuiſſe. Et in ſermonibus de diverſis: h *quale illud corpus erat quod Dominus per clauſtra trajecit?* At verò, ſi Dominus, inquiunt Bellarminus & i Coſſetellus, *Virginis integritatem naſcendo non violavit, ac per clauſa oſtia ingreſſus eſt, neceſſariò vterum & oſtia penetravit, & tum locum non occupavit.* Sed primò conſequentiam negamus. Quomodò enim Auguſtinus intelligeret Dominum in his duobus actibus locum non occupaſſe, ac proinde duo corpora ſimul in eodem loco fuiſſe, quandoquidem de aëre qui corpore humano ſubtilius eſt, loquens, ait: k *Aëris partes ſuos quoque implent locos, nec fieri poteſt ut aër quo impletur hæc domus, ſimul ſecum in eadem domo habere poſſit etiam illum aërem quem vicinus habent?* Secundò, ad nativitatem Domini quod attinet, Si Auguſtinus intelligit Dominum naſcendo matris uterum re vera non aperuiſſe, nec id ab eo fieri potuiſſe abſque virginitatis ipſius corruptione, Joviniamumque qui hoc ita factum eſse aſſereret, eam deſtruxiſſe; de ipſo ſane dicendum eſt quod alicubi de Ambroſio ait, l illum id non ſatis excuſſiſſe. Dominum enim in nativitate ſua Beatæ Virginis uterum aperuiſſe, nec ideò Virginitatem ipſius deſtruxiſſe aut corrupiſſe, Libro præcedente m probavimus tum ex ſcriptura, tum ex Patribus, tum ex Adverſarijs ipſis: adeò ut ſi Jovinianus id tantum dicere voluerit, de quo locus quærendi non eſt, in eo nihil peccaverit, niſi *corruptam* imperitè & falſò appellando quæ ſanè corrupta non fuit. Sed, quamvis ea ſit Auguſtini mens, non ideò tamen intellexit corpus Domini naſcendo locum non occupaviſse. Hoc tantum videtur voluiſſe, Dominum virtute divina corpus ſuum ſic temperaſſe, ut meatus ille naturalis, qui ad fluxus menſtrui expulſionem Virginibus ſufficit, abſque ampliori dilatatione illi ad tranſitum ſatis fuerit: quemadmodum & alibi de ſtatu antè peccatum loquens, ait; n *ita tunc potuiſſe vtero conjugis ſalua integritate fœminei genitalis virile ſemen immitti, ſicut nunc poteſt, eadem integritate ſalua ex utero Virginis fluxus menſtrui cruoris emitti.* Quæ ſane particularis ipſius fuerit opinio, parum probabilis, minimè tamen inducens aut corporum penetrationem, aut non occupationem loci. Eadem quoque ratio eſt de introitu per oſtia clauſa. Neque enim intelligit, Dominum portarum dimenſiones penetraviſſe, ac tunc locum non occupaſſe; ſed tantummodo, eum corpus ſuum adeo tenue & ſubtile reddidiſſe, ut inſtar aëris per poros ac tenuiſſimas portarum rimulas tranſire potuerit. Sic enim Damaſcenus, qui ait, a *impoſſibile eſſe ut corpus per corpora tranſeat, niſi ſit dividens & diviſum*; nihilominus dicit: b *reſurget corpus*

Auguſtinus.

h *Serm. 102. & in Ioan. tr. 121.*
i *Merveill. de l'Euchar. diſc. 3.*
k *Contr. Epiſt. Manich. c. 16.*
l *De Grat. Chriſt. c. 42.*
m *Cap. 25. ad object. 5.*
n *De Civit. Dei l. 14. c. 26.*
a *De fide Orth. lib. 2. c. 4.* ἀδύνατον ζῶμα διὰ σωμάτων διὰ πόρων τινῶν τρανοῦσθαι.
b *Ibid. l. 4. c. 28.* ἐγείρεται σῶμα ἄφθαρτον, ἀπαθὲς, λεπτὸν (τοῦτο γὰρ ζητεῖται πεπυκνωμένον) εἶτα τὸ διὰ

Auguſtinus. *immutabile, impaſſibile, ſubtile, (hoc enim Spirituale ſignificat) quale Domini corpus poſt reſurrectionem per clauſas portas intrans.* Auguſtinus quippe exiſtimavit corpora poſt reſurrectionem ſimpliciſſima ac ſubtiliſſima fore, *in cœleſtibus*, e inquit, *nulla caro* (craſsa ſcilicet) *ſed corpora ſimplicia & lucida quæ appellat Apoſtolus ſpiritalia*, alij ætherea, ac tenuitate ſua per corporum etiam ſolidorum poros pro libito tranſitura. Id enim de Domino expreſſis verbis teſtatur, inquiens: d *Si potuit ante paſſionem illud* (corpus ſc. ſuum) *clarificare ſicut ſplendorem ſolis, quare non potuit & poſt paſſionem ad quantam vellet ſubtilitatem in momento temporis redigere ut per clauſa oſtia poſſet intrare?* Idem quoque de noſtris, hoc eſt, fidelium corporibus diſertè pronuntiat, in ſermonibus de diverſis, facultatem illam ad corporum glorioſorum ſubtilitatem referens, ſane parum veriſimiliter, ſed, quicquid ſit, abſque vllo dimenſionum penetratione, aut non occupatione loci.

e De fid. & Symbol. c. vlt.

d De agone Chriſt. c. 24.

e Serm. 101.

Tertio, inquit Bellarminus, *idem Auguſtinus libro 22. de Civit. cap. 8. hoc ipſum probat alio ſimili miraculo quod tempore ipſius accidit. Scribit enim fœminam quandam nobiliſſimam, nomine Petroniam, accepiſſe a quodam Iudæo annulum, in quo eſſet lapis quidam vtilis ad ſanandum morbum neſcio quem, quo illa vexabatur: fuiſſe autem annulum illum capillato vinculo involutum & diligentiſſimè alligatum, ſed cum illa iret ad memoriam S. Stephani primi Martyris apud quem verè curanda erat, nè tribueretur virtus miraculi ligaturæ Iudaicæ, repente annulum illum ante pedes mulieris aſtitiſſe illeſum, illaſo etiam vinculo, & vndique diligentiſſimè clauſo.* Tum ſubjungit Auguſtinum addere: *Non credunt hoc qui etiam Dominum Ieſum per integra virginalia Matris enixum, & ad Diſcipulos ſuos januis clauſis ingreſſum fuiſſe non credunt.* Sed primò incertum eſt, an hæc narratio verè ſit Auguſtiniana. Nam tota pars hujus capitis incipiens ab his verbis, *Ad aquas Tibilitanas* uſque ad finem, in quibus hæc narratio continetur, verborum eſt ſermo ſeptimus de Sanctis huc fortè intruſus. At quis neſcit ſermones illos de Sanctis dubios & incertiſſimos eſſe? Vives quoque, vir emunctæ naris, ad hoc caput notat: *in hoc capite non dubium, quin multa ſint addita, velut declarandi gratia, ab iis, qui omnia magnorum Autborum ſcripta ſpurcis ſuis manibus contaminabant.* Verum, demus Auguſtini eſſe: an ideo voluerit capillatum illud vinculum annuli dimenſiones penetraſſe, locumque tum non occupaſſe? Qui id credere potuerit, cum circa idem tempus, aut forte f paulò poſt, ſcriberet; *Tolle ſpatia locorum corporibus* (quod niſi divina potentia fieri nequit) *nuſquam erunt, & quia nuſquam erunt, nec erunt?* Tantummodò intellexerit capillatum illud vinculum divina potentia pro illo inſtanti ad tantam ſubtilitatem fuiſſe redactum, ut per tenuiſſimos annuli poros tranſire potuerit, prout jam ſupra ad objectionem de introitu per oſtia clauſa reſpondimus. Id autem, nec dimenſionum penetrationem, nec loci non occupationem importat. Auguſtinus.

f Vid. lib. 2. tract. c. 43. & 49.

Quarto, Auguſtinus ait, inquit g Bellarminus, *Quomodo de ſepulchro exire non potuit*, (abſque apertura, videlicet) *qui ex incorruptis matris viſceribus ſalua virginitate proceſſit?* At, ſi hæc verba Auguſtini vera eſſent, ad illa eodem modo reſponderemus quo ad præcedentem objectionem. Verum ſunt ex ſermone centeſimo trigeſimo octavo de Tempore, quem & Eraſmus & Lovanienſes inter ſuppoſititios rejiciunt, quemque notant etiam reperiri inter ſermones Euſebio tributos, cujus quoque non magis eſt.

g Vbi ſupra.

Denique objici poſſunt hęc verba ex libro de cognitione veræ vitæ, vbi dicitur: h *corpori ſpirituali omne ſolidum erit penetrabile, ſicut & corpus Domini lapide clauſo ſurrexit, & januis clauſis intravit. Sicut igitur Spiritus nunc nullo corporali loco ſuſtentatur, ita quoque non eſt neceſſe, ut tunc ſpiritale corpus aliquo loco fulciatur: non enim inſenſibile corpus ſpiritum, ſed Spiritus corpus vegetat. Igitur nullus locus ſpiritale corpus fulcit, ſed, ut Spiritus, illocaliter in ſummo ſpiritu Deo ſubſiſtit: niſi forte hoc pro loco accipiatur, quod ſubſtantialiter & perſonaliter circumſcribitur.* Verum, ad hunc librum notat Eraſmus: *Hoc opus Auguſtinum non eſſe, non eſt quod admoneam. Stylus magis refert Iovinianum quempiam, vel febricitantem potius*, &c. *Apparet, eſſe progymnaſma Monachi tyronis Theologia, qui quantumvis theologia ſcholaſtica profeciſſet, volum hoc libro dare ſpecimen.* Quam cenſuram probant Theologi Lovanienſes. Et lauè in hoc loco directè Auguſtini placitis adverſatur. Ait enim, *neceſſe non eſt, ut tunc corpus ſpirituale aliquo loco fulciatur.* Auguſtinus verò contra: i *Poſt factum judicium*, &c, *ſanctos habentes corpora in aliquo corporali loco eſſe neceſſe ſit.*

h cap. 45.

i De civit. Dei l. 20. c. 18.

PROPOSITIO OCTAVA.

Accidentia ſine ſubjecto ſubſiſtere nullomodò poſſe.

CAPUT XII.

ULTIMA propoſitio ex Auguſtino probanda, ea eſt: *Accidentia ſine ſubjecto ſubſiſtere nullomodò poſſe.* Undè conſequetur, ex illius ſententia in Euchariſtia non eſſe accidentia panis & vini abſque panis & vini ſubſtantijs, ac proindè nullam tranſſubſtantiationem, nullamque præſentiam realem corporis & ſanguinis Domini.

Auguſtinus.

Hoc autem ille perpetuò & conſtanter docet in omnibus ſuis tractatibus ſive ante baptiſmum, ſive poſt baptiſmum, ſive in presbyteriatu, ſivè in Epiſcopatu conſcriptis. Sic enim in ſecundò Soliloquiorum Libro:

k Cap. 12. k *Nonnè concedis, quod in ſubjecto eſt inſeparabiliter, ſi ſubjectum ipſum non maneat, manere non poſſe?* Aug. *Hoc quoque video neceſſarium*, &c. Et paulo poſt: *Illud quod interrogaſti quis conceſſerit, aut cui poſſe fieri videatur, ut id quod in ſubjecto eſt maneat ipſo intereunte ſubjecto? Monſtruoſum enim & à veritate alienſimum eſt, vt id quod non eſſet, niſi in ipſo eſſet, etiam cum ipſum non fuerit, poſſe eſſe.* Et ibidem:

l Cap. 13. l *Omne quod in ſubjecto eſt, ſi ſemper manet, ipſum etiam ſubjectum maneat ſemper neceſſe eſt.* Et rurſus:

m Cap. 19. m *Sed fortè poteſt, intereunte ſubjecto id quod in ſubjecto eſt permanere.* Aug. *Quandò mihi hoc perſuadetur?* Et in Libro de immortalitate animæ:

n Cap. 2. n *quacunque Harmonia corporis eſt, in ſubjecto corpore ſit neceſſe eſt inſeparabiliter*, &c: *nullomodò poteſt mutato ſubjecto, id, quod in eo eſt inſeparabiliter, non mutari.* Et ibidem:

b Cap. 5. b *in ſubjecto exiſtente, neque ſubjectum immutari poteſt, quin id quod in ſubjecto eſt immutetur.* Et paulò poſt: *mutato ſubjecto, omne quod in ſubjecto eſt neceſſariò mutari.* Et rurſum:

c Cap. 8. c *quod per ſe non eſt, ſi deſeratur ab eo per quod eſt, profectò non erit.*

d Cap. 10. Denique: d *Si temperatio corporis eſſet animus, non utique id poſſet accidere. Non enim ea res quæ naturam propriam non haberet, neque ſubſtantia eſſet, ſed in ſubjecto corpore tanquam color & forma inſeparabiliter ineſſet, vllomodò ſe ab eodem corpore ad intelligibilia percipienda conaretur avertere*, &c. *Nullo quippè modo forma vel color*, &c, *avertere ſe ab eo poteſt in quo ſubjecto eſt inſeparabiliter.* Et in Libro Categoriarum de accidentibus loquens:

e Cap. 6. e *Sunt ex iis alia quæ & in ſubjecto ſunt & ſignificantur de ſubjecto, vt eſt ſcientia vel color. Sunt enim in ſubjecto aliquo, id eſt, in animo, vel corpore: neque enim ſcientia poteſt eſſe, niſi ſit anima ſubjecta qua contineatur, nec ſignificari ſcientia poſſet niſi de ſubjecta Grammatica; vel, nec color quiſquam poteſt eſſe niſi in ſubjecto corpore, nec ſignificari poſſet niſi de aliquo ſubjecto corpore.* Et in Epiſtola ad Dar-

f Epiſt. 57. danum: f *Tolle ipſa corpora qualitatibus corporum, non erit vbi ſint, & ideò neceſſe eſt, ut non ſint.* Et rurſum: *ſi moles corporis, quantacunque vel quantalacunque ſit, penitus auferatur, qualitates ejus non erit vbi ſint, quamvis non mole metiendæ ſint.* Et contra Julianum:

g Lib. 5. c. 9. Vid. & de verb. Apoſtol. ſerm. 2. g Nec ſanè tibi Dialectica mentitur, &c. *Verum enim eſt quod ibi accepiſti, ea quæ in ſubjecto ſunt, ſicut ſunt qualitates, ſine ſubjecto in quo ſunt, eſſe non poſſe, ſicut eſt in ſubjecto corpore color aut forma.* Quid clarius? Accidentia inſeparabiliter ſubjecto hærent, illi neceſſario inſunt, ſubjectum mutari non poteſt quin mutentur, nec interire quin pereant, monſtruoſum & à veritate alieniſſimum eſt ea eſſe poſſe cum ſubjectum eorum amplius non fuerit. Ad hæc teſtimonia nihil potuit reponere Bellarminus, niſi ludicrum illud, h *Auguſtinum loqui de eo quod fieri poteſt naturaliter.* Ludicrum dixi. Nam ſi ea eſſet Auguſtini mens, cur limitationis illius nullibi meminit, & in vniverſali negatione ſua nuſquam excipit id quod in Euchariſtia fieret? Hoc ſanè omittere non debuiſſet, cum ad eam interrogationem, *cui fieri poſſe videatur, ut id quod in ſubjecto eſt maneat, ipſo intereunte ſubjecto*, facillimum fuiſſet illi reſpondere, id videri fieri poſſe ijs omnibus qui Dei potentiam norunt, imo hoc actu fieri in Euchariſtiæ myſterio, in quo mutatis aut intereuntibus panis & vini ſubſtantijs earum accidentia nihilominus remanent. At contra reſpondet, id *monſtruoſum eſſe & à veritate alieniſſimum* accidentia *poſſe eſſe* ſi ſubjectum eorum non fuerit. Quis autem ſanus diceret de eo quod quotidie infinities virtute divina contingit, monſtruoſum eſſe & à veritata alieniſſimum, illud eſſe poſſe? Deindè expreſſè ait, intereunte aut mutato ſubjecto qualitates ejus neceſſario interire aut mutari. At quod neceſſario ſic fit, aliter fieri non poteſt: ſi enim aliter quacunque virtute fieri poſſet, ſic neceſſario non fieret. Deniquè, mentem ipſius eſſe, qualitates nullomodo, nè ſupernaturali quidem potentia, ſine ſubjecto eſſe poſſe, clariſſimè innuit, inquiens: *tolle ipſa corpora qualitatibus corporum, non erit vbi ſint, & ideò neceſſe eſt vt non ſint.* Supponit enim his verbis potentiam aliquam per quam corpora qualitatibus corporum tollerentur, quæ (ſi aliqua ſit) alia quam ſupernaturalis eſſe non poteſt, cum ex omnium confeſſione id nulla virtute naturali fieri queat: & nihilominus ait, ſi id fiat, tum etiam non fore vbi qualitates illæ ſint, & neceſſè fore ut non ſint. Intelligit ergo nè ſupernaturali quidem virtute ac potentia poſſe tolli corpora qualitatibus corporum abſque earum interitu. Itaque, cum in Euchariſtia accidentia panis & vini poſt conſecrationem ex ipſorum Adverſariorum confeſſione remaneant, nec corpus & ſanguis Domini illorum ſubjectum eſſe poſſint, ſequitur ex Auguſtini ſententia verum eorum ſubjectum, hoc eſt, panis ac vini ſubſtantias remanere, nec mutari.

Auguſtinus.

h *De Euchar. l. 3. c. 24. § ad quint. probat.*

---

*Examen Teſtimoniorum * Iſidori Peluſiotæ.*

* *Floruit ad finit quinti ſæcul.*

SEQUITUR Iſidorus Peluſiota Auguſtino *ζύγχρονος*, è quo hæc profert i Perronius: *In Euchariſtia Spiritus Sanctus panem efficit proprium corpus incarnationis Chriſti, & poſt ſanctificationem indubitatò reperitur*

i *De Euchar. l. 2. Anth. 17. c. 3.*

Augustinus.

reperitur esse Christi corpus. Quæ verba centò sunt ex duabus Isidori epistolis conflatus. Prior enim Clausula ducta est ex centesima nona primi libri epistola, in quâ de Spiritu Sancto loquens, ait: *k* in mensa mystica panem communem; proprium corpus incarnationis ipsius (Christi) reddit. Posterior est ex epistola centesima vigesima tertia in quâ sic loquitur: l *Nos panem in syndone propositum sanctificantes Christi corpus sine dubitatione invenimus; illam in nobis scaturire faciens immortalitatem quam Salvator Iesus à Ioseph sepultus, postquam à morte resurrexisset, largitus est.* Indè autem Adversarius nihil concludit, verisimiliter, quia duo illa loca ei peremptoria viderentur. Verum ejusmodi non sunt, ut ab eis quicquam metuamus. Nàm, ad priorem locum quod attinet, quamvis Isidorus dixisset, non modò Spiritum Sanctum panem communem efficere *proprium* incarnationis Christi corpus, sed & amplius, illum Christi corpus *propriè* efficere, non ideò sequeretur, mentem ipsius esse panem à Spiritu Sancto corpus ipsum Christi substantialiter & numericè fieri. Adverbium enim illud *propriè* interdum etiam usurpatur de ijs quæ figuratè tantum & per convenientiam quamdam illud sunt quod esse dicuntur. Sic enim Origenes ait. *Fons vitæ propriè dicitur Deus Pater.* Et Gregorius Nyssenus; m *qui in Ecclesiæ corpore Prophetarum locum tenent, oculi propriè cognominantur.* Et Augustinus, n *boni sunt propriè corpus Christi.* Et Cyrillus Alexandrinus de Christo: o *Lux propriè est.* Et Ruffinus ex Origene in illa verba Jacobi de Juda, *Alligans ad vitem pullum suum*, &c. p *Hoc de Christo propriè & singulariter dicitur.* Et Hesychius: q *Sanguis pœnitentiæ propriè baptismus est.* Et rursum: r perficere, *digestio forsan quædam propriè dicatur.* Et iterum: s *Agrum, scripturam esse nemo dubitabit, cujus vitis propriè Christus.* At non ἰμφαλικῶς adeò loquitur hic Isidorus: tantummodò ait, panem fieri *proprium* Domini corpus, hoc est, ipsius Domini, non alterius hominis corpus. Adjectum enim ἴδιον seu ἰδικὸν apud Græcos, quemadmodum & *proprium* apud Latinos non semper sumitur oppositè ad figuratum, sed sæpissimè per antithesin tùm *ad commune*, quo sensu Clemens Alexandrinus illud, opponit γενικῷ post u Galenum, tùm ad *alienum*, non tamen exclusa, sed potius inclusa figuratæ appellationis ratione. Sic enim idem Clemens Alexandrinus ait, x *rationem propter quam Dominus uxorem non duxerit, eam esse, quod propriam sponsam habeat Ecclesiam.* Sic Athanasius: y *Membra virginum potissimum propria Christi sunt.* Sic Gregorius Nyssenus ait: z *Deum propria manu corpus nostrum formare dignatus est.* Et rursum: a *Dominus proprium Agnum, hoc est, proprium corpus pro mundi peccato immolavit.* Et iterum de pauperibus loquens: b *propriam eis personam misericors Dominus largitus est*; quod paulo post explicat, eos ipsius imaginem esse. Sic & idem Nyssenus Ecclesiam appellat c *propriam Domini domum, & propriam tabernaculum*; d *proprium corpus.* Sic Cyrillus Alexandrinus & Gregorius I. Ecclesiam rursus appellant e *propriam Domini domum*, & *proprium ovile*: quemadmodum & Chrysostomus fideles, f *proprias oves.* Sic & Origenes sermonem Dei vocat g *proprium Domini corpus.* Et Isidorus Hispalensis, h Ecclesiam, *Vestem Christi propriam.* Sic & Bertramus ait: i *Dominus aquam de petra profusam proprium sanguinem invisibiliter operatus est*, quemadmodum Isidorus hic ait, *Spiritum Sanctum panem proprium incarnationis corpus efficere.* Sic & Maxentius observat duo esse quæ proprium Domini corpus appellantur, præter substantiale ipsius corpus: *Proprietas*, k inquit, *multis intelligitur modis. Nam & Ecclesiæ facit Deus proprias passiones, pro qua etiam in cœlo positus clamat, Saule, Saule, quid me persequeris? Et vnusquisque fidelium membrum est, sicut idem docet Apostolus, vos estis corpus Christi & membra de membro. Sed & panis ille quem vniversa ecclesia in memoriam Dominicæ passionis participat, corpus ejus.* Sic denique ipsemet Isidorus mentem suam eam esse ostendit, quandò alibi simpliciter ait de vino loquens: l *Spiritus Sanctus ex hujus primitijs Christi sanguinem effecit*, proprij adjectione omissa. Quo autem sensu intelligit Spiritum Sanctum panem corpus Domini & vinum sanguinem effecisse? Substantialiter nè. Negamus: sed eodem sensu quo Dominum aquam de petra profusam proprium sanguinem effecisse supra Bertramus observabat, figuratè nempè, non autem substantialiter. Posterior autem locus minus adhuc habet difficultatis. Quid enim in eo ait Isidorus? *Panem propositum sanctificantes corpus Christi sine dubitatione invenimus.* Quod sanè verum est, absque eo quod ipsummet naturale Domini corpus essentialiter & numericè sit. Nam Fulgentius de Apostolo loquens, similiter ait: m *ipsum corpus Christi* (nempè, Ecclesiam) *non dubitat Christum veraciter appellare*: quis tamen ideò dixerit, Ecclesiam essentialiter esse Domini ipsius personam? Respondeo ergò sensum Isidori esse panem corpus Christi esse, non in substantia, sed in signo. Sic enim hanc loquendi formulam explicat Augustinus, inquiens: n *non dubitavit Dominus dicere, hoc est corpus meum, cum signum daret corporis sui.* Confirmatur primò ex ipsiusmet Isidori verbis. Dicit enim: *panem propositum sanctificantes corpus Christi sine dubitatione invenimus.* Nàm, præterquam quod sanctifi-

Augustinus.

k Καὶ ἐν τῇ μυστικῇ τράπεζᾳ τὸν κοινὸν ἄρτον ἐκ προσώπου τοῦ Κυρίου, Σῶμα ἰδικὸν ἑαυτοῦ ἀναφαίνει. l Ἡμεῖς ἐπὶ τοῦ σινδόνος τὸν ἄρτον τὸν προτεθέντα ἁγιάζοντες, Σῶμα Χριστοῦ ἀδιστάκτως εὑρίσκομεν. ἐκεῖνον ἡμῖν ἀναβλύζειν τὴν ἀφθαρσίαν ὃν ὁ Κύριος Ἰωσὴφ μετὰ ταφὴν, ἐκ νεκρῶν ἀναστὰς ἐχαρίσατο.

m In Cantic. hom. 7. ὀφθαλμοὶ περιστερῶν καθαίρονται. Et Orig. in Matth. homil. 1.

n Contr. Faust. l. 13. c. 16.

o In Ioan. cap. 17 seu, in Ioan. l. 1. c. 7. ἐπὶ τοῦ φῶς.

p De benedict. patriarch. lib. 1. ex Origene hom. 17. in Genes.

q In Levitic. lib. 2.

r Ibid. lib 1.

s Ibid. lib 7.

t Stromat. lib. 5. ad init. & lib. 8. aliquantum antè finem.

u Apud Stephanum.

x Stromat. l. 3. εἰκὼν ἐστιν τοῦ αἰῶνος ὁ μὲν γάμος ὁ τελείου, ἀφ' οὗ μὲν γὰρ τοῦ ἰδίου νύμφην ἔχει, τὴν ἐκκλησίαν. y Apolog. 1. circa finem: τὸ μέλος τοῦ σώματος ἐξαιρέτως ἴδια ἡ Σωτὴρ οἶδεν. z In illud, faciamus hominem erat. ἄξιον ἰδίᾳ χειρὶ πλάσαντος τὸ ἡμέτερον Σῶμα.

Augustinus.

a Contr. Eunom. orat. 5. alias. 6. τὸν ἴδιον ἀμνὸν, τοῦτ' ἐστὶ τὸ ἴδιον Σῶμα ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου ἁμαρτίας ἱερεύσας.

c De panperib. amand. orat. 1. ὁ φιλάνθρωπος ἐπιζητεῖ αὐτοῖς τὸ ἴδιον κατασκευάσαι.

d De inscript. Psalmor. c. 8. τῆς ἰδίας αὐλῆς ἐκκλησίας.

e De vita Mosis: πηδάλιον ὁ νόμος τὸν ἴδιον τοῦ λαοῦ πλοῦν.

f In orat. tunc ipse filius subjicietur. τὸ ἴδιον Σῶμα ὑπὸ τὴν ἐκκλησίαν.

g Cyrill. Alexandr. in Genesin edit. Parisiens. graecolat. p. 144. ὑπὸ ἴδιον. & p. 151. ἐπὶ ἰδίαν αὐλὴν. Gregor. in Evangel. hom. 19.

h In Ioan. homil 59 in Graco. τὴ ἰδία σφάγιον.

i In Matth. homil 35.

k In Levitic. cap. 12.

l De corpore & sanguine Domini.

l Dialog. 2.

m Epist. 313. πῶς χεῖρα τὴν τοῦ τόπου ἀναχθεὶς τὸ θεῖον ἐγκαίζεται πνεῦμα.

n Ad Monym. l. 2. c. 10.

o Contr. Adimant. c. 12.

Auguſtinus.

sanctificatiò alicujus rei, ſubſtantialem illius mutationem aut interitum nunquam importat, ut p alibi oſtendimus; Auguſtinus quoque notat panem ſanctificari ut ſit q *magnum* Chriſti *ſacramentum.* Sacramentum autem nihil aliud quam ſacrum ſignum eſt. Deindè, & ipſe Iſidorus in Epiſtola ad Benjaminem Judæum ſic loquitur: r *Dicu, novum & peregrinum oblationis genus quo Eccleſia vitur & excogitatum eſſe, quia pani ſanctificatio commiſſa ſit, cum lex ſacrificia ſanguinibus definiat. Quomodò autem non ſimul perſpicis, tu qui in lege gloriaris cum legem ignores, quod lex cruenta & nidorulenta ſacrificia in atrio ac patentis ſanctuario velu fieri jubebat, panes autem menſa qua intus erat recipiebat, Veteri populo inconſpicua?* Et in Epiſtola ad Palladium: s *Melchiſedek panibus & vino ſacerdotale munus obibat, per qua præſignificabat divinorum myſteriorum typum.* At vero ſi oblatio quę in Eccleſia poſt ſanctificationem peragitur, non eſt oblatio nova peregrina & ab uſu veteris legis aliena, ſed jam ante ſub Diſciplina legis uſitata, in qua panes offerebantur, quis non videt Iſidori mentem eſſe id quod in Eccleſia poſt ſanctificationem offertur verè proprieque panem eſſe, quemadmodum vere panis erat quod poſt ſanctificationem ſub lege offerebatur? Et rurſum quandoquidem vere panis & vinum erat quod in futuri typum à Melchiſedec offerebatur, annon ſimiliter intelligit Iſidorus vere panem & vinum eſſe quod in typi complementum & verificationem in Eccleſia offertur? Hoc autem ſic præſuppoſito, impoſſibile prorſus eſt ex ipſius ſenſu, panem, Dominicum corpus aliter quam in ſigno eſſe. Non enim ſimul eſſe poteſt ſubſtantialiter, & proprie dictus panis, & Domini corpus.

p *In Auguſt. c. 1. in loco.* 50.

q *In Auguſt. c. 3. ad. object.* 5.

r *Lib 1. epiſt.* 401. τρωτον μὲν ξένον τινὰ καὶ ἀνάλογον τῆς προσφορᾶς ἐπινοεῖς, ὅτι δὴ ἄρτος ὁ ἀμώμητος εὐπροσώπως, νόμου αἷμα τοῖς Ἰουδαίοις ἐφίζανε. πῶς δὲ ἀπὸ ζωοχύτου ἀμπέλου καὶ τοῦ νόμου ἀγρίων ἐν τῷ αἵματι τοῦ ἀμνοῦ καὶ τοῖς ἀπείροις τὸ ἀνάλογον καὶ τὸ ἴδιον ἐπιλάμπει χάριτος ἀπόρρητος ἡ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐνέργεια, ἀπὸ τοῦ μυστηρίου ἐκφαίνεται τύπος.

s *Epiſt.* 431. Μελχισεδὲκ ἄρτῳ καὶ οἴνῳ ἱερατεύων, ἀπὸ τοῦ θείου μυστηρίου ἐκφαίνων τύπον.

*Teſtimonium * Theodoti Antiocheni.*

* *Faſtus eſt Epiſcop Antiochen. ann. Dom. 423. & Hiſtor. Eccleſiaſt. lib. 8. c. 37. & Epiſtola. 83.*

ISIDORO proximè addemus Theodotum Antiochenum mirum in modum à t Theodoreto laudatum, cujus hæc verba Bulengerus contra Caſaubonum ſcribens è manuſcriptis proferre ſe profitetur: u *quemadmodum ipſe Rex & ejus imago non ſunt duo Reges, nec quoque duo corpora ſunt ipſum Chriſti corpus perſonale in cœlis exiſtens, & panis antitypus ipſius in Eccleſijs per ſacerdotes fidelibus traditus.* Illuſtriſſimum ſanè locum, & cujus nobis ſuppeditati Bulengero gratias agimus. Theodotus enim non modò confert panem Euchariſtiæ qui in Eccleſijs diſtribuitur, cum proprio corpore, tanquam typum cum veritate cujus typus eſt: undè ſequitur illum corpus id non eſſe, cum typus non ſit veritas cujus typus eſt; ſed & innuit, panem illum, & proprium Domini corpus, unum ac idem corpus eſſe, eo modo quo imago Regis & Rex, unus & idem Rex ſunt. At imago Regis & Rex ſubſtantialiter differunt, nec imago Regis propriè Rex eſt & appellatur: panis ergò ille antitypus corporis Chriſti qui in Eccleſijs per ſacerdotes diſtribuitur, licet Chriſti corpus appelletur, corpus illud propriè & ſubſtantialiter non eſt. Deniquè, addit, panem illum eſſe antitypum corporis in cœlo exiſtentis, hoc eſt, corporis Domini glorioſi: ac proindè aſſerit, illud non eſſe corpus ipſius glorioſum, quin ab illo tantum diſtare quantum terra à cœlo diſtat.

Cyrillus Alexandrinus.

t *Lib. 5. hiſtor. cap. 39.*

u *Pag. 166.* ὁ γοῦν ἐν βασιλεῦσι βασιλεὺς καὶ τὸ τούτου εἰκόνισμα, οὐδὲ δύο βασιλεῖς, οὐδὲ τὸ χριστοῦ σῶμα ἰδιοπρόσωπον ἐν οὐρανοῖς ὂν, καὶ ὁ τύπος ἀντίτυπος ἄρτος ἐν ἐκκλησίαις τοῖς ἱερεῦσι διδόμενος οὐκ ἄλλο παρίστησι.

*Examen Teſtimoniorum * Cyrilli Alexandrini.*

* *Faſtus eſt Epiſcop. Alexandr. anno Dom. 412.*

CAPUT I.

THEODOTO ſubjungemus Cyrillum Alexandrinum ad quem exſtant variæ Iſidori epiſtolæ, quemque cum obiter Epheſinæ Synodo præſediſſe Illuſtriſſ. Pleſſæus monuiſſet, indè illius carpendi occaſionem arripuit Perronius, inquiens: a *Pergit Pleſſeus ad Concilium Epheſinum, cui, ad excludendam Papam à prærogativa Concilijs præſidendi, Cyrillum ait præfuiſſe. In quo deceptus eſt. Nam ſi legiſſet, & ſubſcriptiones Concilij ubi Cyrillus titulum fert Legati & Deputati Papæ, & relationem Concilij ad Imperatores Theodoſium & Valentinianum in quâ Concilium ſcribit Papam Cyrillo mandaſſe ut ipſius locum teneret; & hiſtoriam Evagrij qui ſcribit ante mille annos, Κυρίλλῳ τῷ θεσπεσίῳ διάδοχον τὸν Κελεστῖνον τίνων; & Marcellinum comitem qui ſcribit mille & centum anni prope ſunt,* Celeſtino Cyrillum Alexandrinę civitatis Epiſcopum pro tempore vicarium denuntiante; *& innumeros alios ſimiliter loquentes, adeo prodigioſam antiquitatis ignorantiam non oſtendiſſet.* At ego contra contendo ignorantiam hanc in parte penes Perronium eſſe, & quidem craſſam & ſupinam. Quid enim ait Pleſſæus, quam quod dicit Leo hujus nominis primus Romanus Epiſcopus? Is enim in Epiſtola ad Synodum Chalce donenſem de Epheſina loquens: *eui*, inquit, *Sanctæ memoriæ Cyrillus Epiſcopus tunc præſedit:* qui certe nō tacuiſſet, Cyrillum tanquam Celeſtini vicarium præſediſſe, ſi id verum fuiſſet. Similiter & Imperatores, Leo Majorianus in lege *quicunque* de Hęreticis, in codice Juſtinianco Valentiniani & Martiani nominibus b male prænotata: *Epheſina Synodus cui beatæ memoriæ Cyrillus præfuit.* Nec contra quicquam faciunt quæ obſervat Perronius. Nam, nec in ſubſcriptionibus Concilij Cyrillus ſe Caleſtini legatum nominat, nec in actis vſquam titulus hic ei tribuitur,

a *De Euch. Anth. 23. c. 4.*

b *Epiſt. 47. a Data eſt Conſtant. & Rufo Conſulibus, hoc eſt, anno Domini 457. menſe Auguſto Valentinianus autem obierat 16. Martij 455. & Martian. 26. Ianuar. 457. vid. Codicem Iuſtin. l. 1. titul. 5. lege 8. quicunque.*

Cyrillus Alexandrinus.

tur, sed tantummodo Arcadio, Projecto & Philippo qui πρεσβευταὶ & λεγάτοι ibi appellantur; nec Concilium in relatione ad Imperatores Theodosium & Valentinianum scribit, Celestinum Cyrillo mandasse ut in Concilio locum suum teneret, multo minus adhuc, ut suo loco præsideret, quod falsissime asserit Aduersarius; sed solum refert, paulò post propalatam Nestorij hæresin, hoc est, e longe ante convocatum Concilium, imo priusquam illius convocandi mentio vlla fieret, Celestinum, ad quem, tum Nestorius, tum Cyrillus litteras dederant, re, cum vicinis Episcopis Occidentalibus quos ea de causa congregaverat attente considerata, Cyrillo rescripsisse, ut proùt inceperat contra Nestorium pergeret, idque etiam nomine suo: Verba Concilij in relatione sunt; ἐπιβρέψας τὸν αὐτῷ ἐπίχειρεῖν τόπον: hoc est, in ea causa ageret (ut Celestinus in Epistola ad Cyrillum id exponit) d *adscita*, quoque cum Alexandrinæ sedis Authoritate, *sedis nostræ Authoritate*. Deindè autem, cum Synodus ad hoc incendium restinguendum necessaria fuisset judicata, ac imperiali mandato convocata, Cyrillusque (*quem e multi traducebant ut domesticas inimicitias persequentem, Theophili nempè prædecessoris avunculi sui sequentem vestigia, non autem ea quæ Iesu Christi sunt, orthodoxè querentem*, ac de quo etiam illum videtur culpare f Isidorus Pelusiota) ad confirmationem eorum quæ contra Nestorium egerat procul dubio retulisset se communi sui & Celestini Authoritate eum in jus vocasse; ideò in prima actione Concilij in qua nondum intererant Celestini & Occidentalium Deputati, & in secunda cui aderant, ut & in tertia & quarta, & in Sexta juxta Latinam versionem, dicitur quidem Cyrillus g *tenuisse quoque locum sanctissimi Romanæ Ecclesiæ Archiepiscopi Celestini*: Sed hoc nihil ad rem Cardinalis. Nam, quamvis daremus, Cyrillum non suo tantum, sed etiam Celestini nomine Concilio adfuisse, ideo-ne sequeretur illum ei præ fuisse, non nomine suo, sed tantum velut Celestini legatum? Minimè sanè. Nam, cum nec Synodus, nec ullus vetus Author dicat, Episcopos Arcadium & Projectum & Presbyterum Philippum Celestini legatos, ac putatitios hac in parte Cyrilli collegas, Concilio præsediisse; imò cum quintæ actioni, in qua Cyrillus quia de rebus ipsius speciatim agebatur, præsidentis partes non agebat, præfuisse non videantur, sed Juvenalis Episcopus Hierosolymitanus, qui & in h relatione ad Imperatores pro Cyrillo & Memnone, quemadmodum in actione illa, primus subscribit: Contra verò pertendit asseratur Cyrillum Concilio præfuisse; an non evidentissimè sequitur, illum non ei præsedisse tanquam Celestini legatum (sic enim & ejus legationis socij, illi quoque præfuisse dici deberent) sed proprio nomine? Verum addo, si, quod est, libere dicere volumus, Cyrillum, nè quidem in Synodo Celestini locum proprie tenuisse, sed id tantum ex Cyrilli ipsius industria primæ actioni fuisse appositum, ut se Occidentalium authoritate tueretur, & alijs sequentibus ut legatorum Celestini benevolentiam & suffragium hac arte sibi conciliaret, & quidem Celestino prorsus inscio: Celestinumque nullomodò credidisse Cyrillum suum in Concilio fuisse legatum, nec hoc pariter, aut à reliquis Celestini legatis, aut ab ipsomet Cyrillo, aut à Concilij Patribus creditum. Id autem patet primò ex ipsis Celestini ad Cyrillum litteris in quibus illi scribit: *Authoritate sedis nostræ asciti, nostraque vice & loco cum potestate visus, ejusmodi non absque exquisita severitate sententiam exequeris.* Ex enim litteræ, ut jam supra observavi, ad ipsum non scriptæ sunt occasione Concilij aut convocationis ipsius, sed in ipsis primordijs hæreseos Nestorianæ, multo antequam de Concilio convocando ullo pacto cogitaretur: *Hæc*, i inquit Synodus ipsa, *antequam Sanctissima hæc Synodus conveniret, Celestinus sanctissimus magnæ Romæ Episcopus per litteras suas indicaverat, sanctissimo Deoque dilectissimo Cyrillo magnæ civitatis Alexandrinæ Episcopo ut locum quoque suum teneret, committens.* Id patet ex ejusdem Celestini ad Synodū litteris in quibus nullos alios a se legari indicat quam Episcopos Arcadium & Projectum, & Philippum Presbyterum: *Direximus*, inquit, k *pro nostra sollicitudine Sanctos fratres & consacerdotes nostros, unanimes nobis & probatissimos viros Arcadium & Projectum Episcopos, & Presbyterum Philippum qui ijs quæ aguntur interfint.* Id patet ex ijsdem Arcadio, Projecto & Philippo, qui se Celestini legatos indigetant, & subscribunt hoc nomine, tùm Nestorij depositioni, tum singulis Concilij actionibus, nec usquam innuunt Cyrillum legationis suæ collegam fuisse. Id patet ex ipso Cyrillo qui de Arcadio, Projecto & Philippo loquens, ait: l *Deposuerunt Nestorium* (suffragio scilicet suo) *implentes locum Apostolicæ sedis, totiusque synodi sanctissimorum Deoque dilectissimorum Episcoporum occidentalium.* Id patet ex Concilij ad Celestinum litteris in quibus ad illum scribit: m *fuerunt in consessu nostro & illi quoque qui à sanctitate tua missi sunt piissimi Episcopi Arcadius & Projectus, & cum ipsis reverendissimus presbyter Philippus, qui sua præsentia tuam nobis exhibuerunt Apostolica sedis locum supplentes*: absque ulla Cyrilli mentione. Id denique patet ex relatione ejusdem Concilij ad Imperatores Theodosium & Valentinia-

Cyrillus Alexandrinus.

a *Act. 1. 4. & 5.*

e *Vid. act. 3. edit. Roman. Concilior. general. tom. 1. p. 412.*

d *Ibid. p. 274. Συναφθέντος τοῦ κινδύνου τοῦ ἀναγκαίας ἔφασαν.*

e *Isidor. Pelus. l. 1. epist. 310.* πολλοὶ γὰρ οἱ παρεμβάλλοντες τὴν Συνελεύσεσιν εἰς Ἔφεσον ὡς αἰτίαν ἀμφιβόλου, ἰχνηλατοῦντες, ἐπὶ τί ποτε ἐκεῖσε ἐφοδεύσας ἔρχεται. ἀδελφοῦς ἐστι, φασὶ, φιλίᾳ, μεμφόμενος καὶ τὰ γεγενημένα.

f *Ibid. epist. 370.* μὴ οἰκείαις ὕβρεσι ἄρασθαι, &c. τοῦ ζήτου ἐπιλαβέσθαι φαῦλον, καὶ αὐτὸν ἀνεξέλεγκτον, ὁ συνεργήσας ἀνοσιουργίαις προσηγορεύθη.

g Κυρίλλου Ἀλεξανδρείας ἐπέστω καὶ τὸν τόπον αἰρουμένου καὶ ἀποστάτου ἀρχιερατικοῦ καὶ μυσαρᾶς ἐπιλαβείας Κελεστίνου.

h *Vid. Ibid. p. 424. & 427.*

i *In relat. ad Imperator. ubi supra pag. 412.* τῶν ἁγιωτάτων καὶ ὁσιωτάτων ἐπισκόπων τῶν μεγάλων ῥώμης ἀγαπητοῦ καὶ ἐπισκόπου Κελεστίνου, τοῦ ἐπιλαβόντος τὸν τόπον αὐτοῦ ἐπιστατοῦντος τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ, ἀλλ' οὐ τοῦ ἰδίου χαριζομένου ἐπισκόπου. ἐπιστείλας τῷ ἁγιωτάτῳ καὶ φιλοθέῳ ἐπισκόπῳ Κυρίλλῳ, τῷ Ἀλεξανδρείας μεγαλοπόλεως τὴν ἀνοσιωτάτην ἐπιβολὴν ἐπισχεῖν.

k *In Act. 2. l. Act. 3. p. 411.* τοῦτο τοῖς ἀπεσταλμένοις ὑπὸ τῶν ἁγιωτάτων καὶ θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων τῆς ἁγίας καὶ καθολικῆς ἐκκλησίας τῶν ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐπιτετραμμένοις.

l *Vide & ad initium Act. 5. Et in epist. ad Sixtum.*

m *Act 5. p. 430.* Συνάδουσιν ἡμῖν καὶ οἱ ὑπὸ σοῦ ἁγιωτάτου καὶ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἐπίσκοποι Ἀρκάδιος καὶ Πρόκλος, καὶ σὺν αὐτοῖς ὁ ἁγιώτατος πρεσβύτερος φίλιππος τὴν σὴν ἡμῖν πρευνοιαν δι' ἑαυτῶν χαριζόμενοι, καὶ τῆς Ἀποστολικῆς προεδρίας τὸν τόπον ἀναπληροῦντες.

num

Cyrillus Alexandrinus.

num in quâ de Celestini ad se litteris loquens ait: n *Misit has litteras per Arcadium & Projectum sanctissimos Episcopos, & Philippum religiosissimum Presbyterum, præsentiam supplentes sanctissimi Deoque dilectissimi magnæ Romæ Episcopi Celestini.* Post tot vero testimonia, adeoque authentica, quis credat asserentibus Cyrillum in synodo Ephesina Celestini legatum fuisse, illiusque loco præsedisse? Sed hæc obiter dicta sint ad Plesæum a Perronij criminatione vindicandum. Pergamus ad institutum, & Cyrillum ostendamus in re sacramentaria ab adversarijs dissidere.

n *Actione 3. p. 412.* ὁ ἀπόστολος λέγει τι τῶν αἰχμαλώτων ὑποπίπτων, Ἀρκαδίου καὶ Προβέκτου, τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων φιλίππου, τῶν μεγάλης Ῥώμης ἀναπληρούντων τὴν πρεσβείαν & αἰχμαλώτων τῷ θεοφιλεστάτῳ ὑποπίπτων Κελεστίνῳ.

CAPUT II.

PRIMO ergo, ubique & constanter docet accidentia inseparabilia esse a subjecto suo, ac sine illo nullomodò posse subsistere, imo & idem cum illo esse quoad essentiam. Sic enim commentario in Joannem de Patre & Filio in divinis loquens, ait: o *Hic in illo & ille in hoc videtur ceu in identitate substantiæ per omnia similis, & secundum naturam vnitate & similitudine: veluti si quis in imagine formam suam contemplans & exquisitam vultus sui similitudinem admirans verè clamaret & diceret, Ego in hac tabella & tabella in me est. Aut quemadmodum si dulcis qualitas mellis impressa lingua, de seipsa dicat, Ego in melle & mel in me est: aut si rursum calor ex igne naturaliter prodiens emissa voce dicat, Ego in igne & ignis in me. Vnumquodque enim præexaminatorum separabile quidem est intellectu, sed vnum natura, & vnum ex uno inseparabili quodam & continuo progressu prodit, licet separari videatur ab eo in quo est. Verumtamen licet hunc concipiendi modum præ se ferant, alterum tamen in altero cernitur, & idem sunt utraque quantum ad essentiam.* Et post: a *In Patre est filius & in filio Pater, quemadmodum si quis ponat inesse lucis splendori lumen ex quo splendor effulsit. In his enim cogitatione quidem separari videtur id quod gignit ab eo quod gignitur & indivisibiliter prodit, sed vnum & idem utrumque est natura, nec alterum sine altero vsquam est.* Et rursum, disputans contra eos qui dicebant essentiam filij *in subjectione* ad Patrem esse constitutam: *Si in eo*, b inquit, *quod subjicitur Patri essentiam ejus esse dicitis, subjectio vtique erit, non filius. Deinde quomodo, quæso, non videbimini id deliranter affirmare? subjectio enim ipsa quodammodo per se subsistere intelliget, nulli enti in-*

o *Lib. 1. c. 3. edit. græcol. p. 28. 29.* ἔστι οὖν οἰκείως χαρακτηρικὸν τὸν υἱὸν φάσκειν ὡς ἐν ταυτότητι ἔστιν ὑπάρχειν τοῦ πατρὸς, ὡς ἐν ὁμοιότητι, ὡσανεὶ καὶ ἐν ἴδιον πρὸς ἴδιον εἰκόνα τοῦ ἰδίου ἐξηκριβωμένον προσώπου, λέγοιμι δὲ ὡς ἐπὶ ἴσου ἀλλήλοιν πρὸς τὰ εἰς ἄνεσιν ἐκπεπονημένου ἰσοφυοῦς τῷ εἰκαίῳ χάρακτῆρος δύναμιν βούλεσθαι. ἐγὼ γὰρ ἐν τῷ ἐμοὶ τὸν ἐμὲ καὶ ἐν ἐμοὶ ἐμὲ ὁρῶ. ἢ κατά τινος ἐκτύπωμα τὸ ἐκτυπωθὲν ἐν τῷ ἐκτυπώσαντι φάσκειν, ἢ ὡς ἐν ἀκτῖνι φῶς ἀκτῖνα καὶ φῶς. ἕκαστον γὰρ τῶν ἐννοουμένων ἀδιαιρέτως μὲν ἔστι τῇ θεωρίᾳ, οὐ διίσταται δὲ τῆς ἑνὸς φύσεως, ἀλλ' ἐν ἑνὶ καὶ ἐξ ἑνὸς ἀδιαιρέτου καὶ συνεχοῦς προόδου φαίνεται, λήθοντος ἐπὶ πολὺ τοῦ ἰδίου ἐξ ἰδίου προφαίνεσθαι. ὁμοῦ δ' ἂν εἴη καὶ ταῦτα ἴχνη τοῦ τύπου τοῦ ἐν αὐτοῖς νοουμένου ἢ δύναμις, ἀλλ' ἐν ἑνὶ φωτὶ τὰ πάντα εἶναι ὅσον εἰς θείαν ἀμφότερα.

a *Ibid. c. 5. p. 48.* ἀνάγκη, εἰ μὴ ἄλλη δοίη ζωότητα τῷ ἐκ φωτὸς ἀπαυγάσματι, τὸ ἐξ ἧπερ ἐξανέφλυσε φῶς. τὸ γὰρ ἴδιον ἴδιον χορηγεῖ μὲν πᾶσι ἀφθονίαν δικαίᾳ τὸ χθόνιον & χθονιεύσιν ἀπροαιρέτῳ ἀπορροίᾳ. ἐν ᾧ ἐστι καὶ ἑαυτὸν τῷ φωτὶ τὸ ζωοποιόν.

b *Ibid. l. 4. exisens.* Et paulo post: *quomodo erunt per se quæ in accidentium numero intelliguntur & desiniuntur?* Et in thesauro: c *Si lumen est ex lumine Patris filius, quando non erat in Patre lumen ejus? Quemadmodum enim illuminatio ab igne inseparabilis est, sic & a Patre lumen quod ex eo gignitur.* Et rursum disputans contra eos qui quærebant, quo pacto possit esse æternus filius, aut quomodò cum ex Patre procedat, non omninò ab ipso separetur; excipit, ne accidentia quidem separabilia esse à subjectis à quibus procedunt: *Ex igne*, d inquit, *inseparabiliter videmus calorem procedentem, sed est essentia ipsius ignis fructus, ex ipso inseparabiliter prodiens, sicut & splendor lucis. Neque enim lumen subsistere potest absque splendore, neque ignis absque calore. Semper enim adhæres cum ejusmodi Substantijs quæ ex ijs gignuntur.* Et paulò post: e *qui dicunt resectum esse ab essentia Patris filium, quia ex ipsa procedit, atque partem deinceps esse, non totum, dicant resectum esse splendorem a lumine, & ab igne calorem ex eo procedentem, & rationem à mente, & ostendant hæc esse separatim partes substantiarum è quibus procedunt, aut lumen aliquando fuisse sine splendore, aut ignem absque calore, aut mentem absque ratione.* Denique: f *ingenitum de essentia Dei vt inseparabile prædicabitur, quemadmodum semper* (legendum enim ἀεὶ, non αὐτὸ ei) *color de omni corpore prædicatur.* At verò, si credidit Cyrillus accidentia à subjectis suis inseparabilia prorsus esse, quomodò simul credere potuerit in Eucharistia esse accidentia panis & vini absque panis & vini substantijs? Incompatibilia certe hæc sunt. Nec juvaret respondere, ejus sensum tantummodo esse, accidentia naturaliter sine subjecto subsistere non posse. Nam, ut taceam, illum restrictionem hanc nullibi apponere, quod facere debuisset si existimasset accidentia supernaturaliter absque subjecto existere posse, dico ipsius verba apertissimè ostendere, accidentia nullo prorsus modo absque subjecto esse posse. Primo enim ait, subjectum & subjecti qualitates idem esse quantum ad essentiam, ideoque eas ab illo esse inseparabiles. Nihil autem ab essentia sua quacunque virtute, seu naturali, seu supernaturali, separari potest. Secundo dicit, *deliros* eos esse qui dicant, accidentia sine subjecto subsistere posse. Quomodo vero deliros, si id in Eucharistia quotidie millies contingat? Tertio addit, filium non magis

Cyrillus Alexandrinus.

c. 2. p. 334. εἰ μὲν οὖν τὸ ἀπαύγασμα τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς ἐξ αὐτοῦ τοῦ φωτὸς ἔστι καὶ ἐξ ἐκείνου τὸ εἶναι ἔχει, οὐκ ἔστιν ἐκεῖνο μόνον ἐφ' ἑαυτοῦ, ἀλλὰ καὶ ἐν τούτῳ ἐστὶ καὶ ἐκεῖνο. ἐν γὰρ ἑαυτῷ τὸ ἐξ οὗ γέγονε φέρει. ἐν ᾧ ἐστι καὶ ἑαυτὸν τῷ φωτὶ τὸ ζωοποιόν; *Et pag. 336.* ἐπεὶ οὖν ἐστὶν ἐν τῷ υἱῷ ὁ πατὴρ ὡς ἐν ἰδίῳ φωτὶ τὸ ἴδιον ἀπαύγασμα ἐν ἑαυτῷ φέρων; c *Assert. 4.* εἰ φῶς ἐστὶν ὁ πατὴρ & ἀπαύγασμα τὸ φῶς, πῶς οὐκ ἂν εἴη τὸ φῶς ἀεὶ σὺν αὐτῷ; εἰ γὰρ ἀχώριστον τὸ φῶς ἀπὸ τοῦ πατρὸς, ἀχώριστος ἂν εἴη καὶ ὁ υἱὸς, ἐν ᾧ ἐστι τὸ φῶς. d *Ibid. assert. 16.* ἀλλ' ἐπεὶ ὁ πατὴρ ἐν μεμερισμένοις ἰδιώμασι τὸ ἀμέριστον ἐπιτρέπων, οὐκ ἐν ἑαυτῷ τὸ ἀπαύγασμα τὸ φῶς; οὐκ ἂν εἴη τὸ φῶς ἀεὶ σὺν αὐτῷ; εἰ γὰρ ἀχώριστον τὸ φῶς ἀπὸ τοῦ πατρὸς, ἀχώριστος ἂν εἴη καὶ ὁ υἱὸς, ἐν ᾧ ἐστι τὸ φῶς. e *Ibid.* οἱ λέγοντες ἀπεσχίσθαι τοῦ πατρὸς τὸν υἱὸν, ἀλλὰ τὰ ἐξ οὗ, τὸ μὲν μέρος λοιπὸν, οὐκ ὁλόκληρον, λεπτότατα ἀπεικάζουσι τὸ ἀπαύγασμα, τὸν δὲ πατέρα τὸν ἐξ αὐτοῦ ἀποτέμνοντες, τὸ δὲ τῷ λόγῳ, τὸ δυνατὸν ὂν μέρη τῶν μεριστῶν ἐν τῷ εἶναι, ἐξ ὧν καὶ ἀποτέμνεται, ὃ ὅπερ χωρὶς μὲν ἀπαυγάσματος ἐστὶ τὸ φῶς, χωρὶς δὲ φωτὸς τὸ πῦρ, ἄλογον & οὐσίαν. f *Ibid. assert. 31. p. 262.* τῶν ἀεὶ ὄντων καὶ ἀχρόνως ἀπεργαζομένων, ὅπερ καὶ ἐπὶ τοῦ κατὰ Σάμωνα χρῶμα. *Vide & de inseparabilitate accidentium dial. 2. de S. Trin. p. 421. & 451. & 452.*

ab es-

Cyrillus Alexandrinus.

ab eſsentia Patris ſeparari poſse quam calorem ab igne, ſplendorem à lumine, rationem à mente. Quomodo igitur ſimpliciter & abſolute impoſſibile eſt filium à Patris eſſentia ſeparari, ita quoque cenſet impoſſibile eſse ſimpliciter & abſolute calorem ab igne, ſplendorem à lumine, rationem à mente ſeparari. Denique, aſserit ingenitum inſeparabiliter de eſsentia divina prædicari, quomodo colorem de omni corpore. Quemadmodum ergo intentum ejus eſt, nullomodo prorſus fieri poſse ut eſsentia divina generetur, ita & intelligit nullo quoque pacto fieri poſse, ut color abſque corpore ſit. Quid clarius?

Secundo, diſputans contra eos qui docebant filium ex ſubſtantia Patris genitum fuiſse per ſubſtantiæ illius diviſionem: *Si omninò*, g inquit, *ſectionem & diviſionem & quæcunque illis dicunt, divina natura admitteret, intelligeretur & corpus. Si autem hoc, & in loco prorſus erit, & in magnitudine, & in quantitate: Et ſi quantitate prædita, non effugeret circumſcriptionem.* Validum ſanè teſtimonium. Docet enim omne corpus neceſſariò loco contineri ac circunſcribi. Atqui corpus Domini in Euchariſtia loco non continetur nec circunſcribitur: Ergò in Euchariſtiâ non eſt, aut, ſi eſt, corpus non eſt. Nec juvaret reſpondere, Cyrilli mentem eſſe, hoc corpori naturaliter & communiter contingere; minimè autem eum loqui de eo quod abſoluta & ſupernaturali potentia fieri queat. Præcludit enim hanc exceptionem quando ait, etiam ipſam naturam divinam, ſi quanta foret (quod omne corpus neceſſario eſt) circunſcriptionem & locum fugere non poſſe. Quod enim natura divina, omnipotentia prædita, fugere non poteſt, id certè ſimpliciter abſolute neceſſarium eſt.

Tertio, rurſum agens adverſus hæreticos aſſerentes corpus Domini poſt glorificationem in naturam divinam fuiſſe mutatum, ait: h *Converſionem porrò in Deitatis naturam pati non ſuſtinet terrenum corpus. Hoc enim impoſſibile. Alioquin etiam Deitati derogabimus, tanquam ſit facta, & tanquam aliquid aſſumens in ſeipſa quod ſecundum naturam illi proprium non ſit.* Quibus verbis evidenter innuit, nihil ſubſtantialiter mutari in ſubjectum aliquod præexiſtens huic mutationi, quin ad ſubjectum illud præexiſtens aliquid de novo & à naturâ ipſius alienum accedat. Atqui per eam mutationem quæ pani & vino in Euchariſtiâ contingit, nihil de novo accedit ad corpus Domini & à natura ipſius alienum, alioqui in immenſum accreviſſet per tot & tantas mutationes: Ergò mutatio quæ pani & vino in Euchariſtia contingit, non eſt mutatio ſubſtantialis in Domini corpus.

Quartò, innumeris in locis ait, neminem ſui ipſius participem eſſe poſſe. Sic enim Commentario in Joannem: i *Nihil ſui ipſius eſt particeps*: k *participatum non idem eſt cum participante*: l *participatum ſecundum naturam aliud eſse à participante, omnis ratio faſtum cogit. Nam ſi hoc verum non eſt, nec alterum ab altero ullomodò differt, & idem eſt, ſui ipſius particeps erit quodcunque eſt alicujus particeps: quod vel ſolum cogitare abſurdum eſt. Quomodò enim aliquis ſui particeps eſſe cenſebitur?* Et in theſauro: a *Non idem ad ſeipſum fuerit particeps & participatum.* Et in dialogo quinto de Trinitate: b *Nonnè neceſsè eſt id quod in participatione alicujus eſſe creditur, alterius eſse ab ipſo naturæ, nè ipſum ſui ipſius dicatur & videatur eſſe particeps ſi quidem eſt ejuſdem naturæ?* B. *Neceſſe eſt.* Quod & in c ſexto bis repetit. Denique & in ſeptimo: d *Cum ſui ipſius nihil ſit particeps, ſed id fiat relatione ad alterum, omnino neceſſe eſt dicere id quod participat alterius eſſe naturæ ab eo quod participatur.* Atqui ex omnium confeſſione Dominus Euchariſtiam participavit. Igitur, aut ſui ipſius particeps fuit, quod falſum & abſurdum, & impoſſibile Cyrillus eſſe clamat, aut Euchariſtia Dominus ipſemet non eſt, ex ipſius mente.

Quintò, in locis penè infinitis docet, Dominum ſecundum corpus jam à nobis eſse abſentem, nec nobiſcum amplius eſse & fore uſque ad conſummationem ſeculi niſi per divinitatis & Spiritus præſentiam. Sic enim libro ſexto in Joannem: e *licet ex mundo abſit per carnem, nihilominus tamen adeſt ijs qui in ipſo ſunt & univerſitati rerum divina & ineffabilis natura ejus, quæ nec ab ulla creatura abeſt, nec ab ulla diſtat, ubique autem omnibus præſens eſt & hoc univerſum implet.* Et libro nono: f *Modico adhuc tempore ſe cum Diſcipulis fore, ajebat Dominus, non quaſi ex toto & integrè receſſurus (nobiſcum enim eſt omnibus diebus & uſque ad conſummationem ſeculi, juxta ipſius vocem) ſed quia cum carne non ſit ijs adfuturus, ſicut heri & nudiuſtertius, &c. Quicunque autem rectè ſentiunt ac confirmatam habent fidem, neceſſariò ſibi perſuadere debent, quod*

Cyrillus Alexand.

i *Lib. 1. c. 7. p. 58.* ἀδύν. ἐπεὶ μέθεξις.

k *Ibid. c. 8. p. 66.* ἕ μετὸ, &c. τὸ μετέχον τὸ μετεχόμ.

l *Lib. 2. c. 2. p. 119.* ἕ μετέχον τὸ μετεχόμενον ἑτέρᾳ εἶ τῇ φύσει ὑπάρχει, ἀνόητον ἂν εἴη λόγῳ. εἰ γὰρ μὴ τῶν ἴσων ἀλλήλοις, δηλονότι ἓν τὸ ἀμφοῖν ἐσόμενον ἀκόλουθον τοῖς, καὶ ἓν μετὸ, ἐπεὶ ἓν μετέχον τὸ ἑτέρου μετέχειν, ὅπερ ἐπὶ μὲν τῶν ἀνθρώπων ἐνδέχεται λέγειν τὸ μετέχειν ἑκάστου τῶν μετεχόντων.

b *p. 560.* σὺν ἀνάγκῃ, τὸ οὐ μεγέθει ἴσοις ἀλλήλοις ὁμοίως μετέχειν ἑνὸς ἑκάστου μέτεστιν ἑνὸς ἀνθρώπου ἀνθρωπότης, ἓν καὶ αὐτὸ ἐκ ταὐτοῦ λέγοιτο τὸ πρὸς ἑρῶτα μέτεχον, εἴπερ ἐστὶ μετοχὴ; B. ἀνάγκη.

c *p. 594. & 598.* d *p. 643.* ἐπειδὴ ἕ, ἐκεῖνο μὲν οὐκ ἂν μετάλαβοι τινὸς, πάλιν δ' αὖ αὐτὸ τῷ ἐκείνου χρίσει, τὸ μέτεχον & μέτεχόμενον, πῶσι πᾶς ἀνάγκη ἢ ἑτερφυὲς εἶναι λέγειν. e *Tom. in Ioan. 9. 5. p. 600.* καὶ ἐν ἡμῖν μένειν φησὶν ἀεὶ τὸν σύμπαντα, πάντως καὶ πάλιν ἀδύνατον ἄπιστον ἐκ τοῦ αὐτοῦ, καὶ ἐπιστατοῦσι τοῖς ὅλοις ἡ θεία καὶ ἄῤῥητος αὐτοῦ φύσις, ἀδύνατον ἀποδημοῦντα τὸν ἐντὸς, καὶ ἀπολιμπάνοντα λοιπὸν, πανταχοῦ ἓν τοῖς πᾶσι παρεῖναι καὶ πληροῦσι καὶ πληροῦσα μᾶλλον τὰ δὲ τὸ συμπᾶν. f *In Ioan. 13. 33. p. 747.* μικρὸν γε μέλει ἐν χρόνοις ζωοποιὸς οὗτος ἑαυτὸν μαθητὰς, ἵνα χρονὸς, ἐκ τοῦ ἀφεστέναι πολλοῦ, ἀλλ' οὐ ἄπαν καὶ ἀλλαλέων ἀπεσπασμένοις. μεθ' ἡμῶν γὰρ ἐν πᾶσιν τοῖς ἐπίσης καὶ ἴσως ὁ Σωτὴρ ἐσμὲν, καὶ τὸν αὐτὸν φοιτῶν. ἀπ' ὄπ μὲν σαρκὸς ὁ Σωτὴρ, κατάπερ ἐχθὲς καὶ τρίτην, &c. ἀμφοῖν ἢ δεῖ ἀναγκαίου εἶναι φαμὲν, τὰς οἴκοι φερούσας ἐχθὲς, καὶ ἰδιοποιεῖσθαι ἔχειν τοῦ πάντα, οὐ δὲ καὶ ἄπαν ἡμῶν τῇ σαρκὶ, τὸν αὐτὸς ἡμῖν καὶ πανσόφῳ σοφιάμβῳ διαδημίσαι, ἀπ' ἐν τῇ ἡμῶν ἀνωμάλῳ αἰδίοτητι πάντοτε συμπαρεῖναι τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν, &c. ὅπερ γὰρ αἰσθόμενοι ἐν Σωσθενιακῷ, καὶ ἐπὶ γῆς ὑποδέχου λέγε σαρκὸς, ἐπιλήμῃ μὲν ἐρεῖτε, αὐτὸς ἢ τότε τοῖς ἀγίοις ἀγγέλοις, εἰσὶ ἀπιλαπάλλοι τι τοῦ ἄνω χώρου. ὅταν καὶ τὸν ὑποδέχου εἰς ἀφανεῖς μὴ τοῖς ἰδίοις σπαργοῖς, πλησμοῖ μὲν τὸν γῆν, Σωσθένη ἢ δεῖ ἑαυτὸν χαριζόμενος. ἐπιτίμιον ἢ ὅπως, καὶ δεῖ μόνον τὸν σπέρμα χρείαις ἀφορδεῖν. Σωσθένη γὰρ ἡμῖν τῇ δυνάμει ὁ ῥήτωρ λέγε πανταχοῦ ἐν μικρὸν χρόνον μεθ' ἡμῶν ἐσταῖς, φησί.

g *De S. Trin. Dialog. 2.* εἰ γὰρ ὅλως θραῦσιν ἢ μερισμὸν, καὶ διαιρέσεις φαεὶν, ἀ ἦν φύσις ἀνέχεται, ταύτην καὶ σῶμα. ἀ ἦν τοῦτο, εἰ ἐν τόπῳ τυγχάνει, καὶ ἐν μεγέθει, καὶ ἐν ποσῷ. καὶ ἐπεὶ καὶ ποιὸν ἦν, καὶ ἐν ποιότητι. εἰ δὲ καὶ ποσὸν, καὶ περιγραφὴν.

h *Epiſt. 1. ad Succenſum.* μεταβολὴν ἢ τὴν εἰς τὸν τῆς θείας φύσιν, σῶμα ἐνδέχεται τὸν τοῦ σῶμα τὸ ἰδίως γῆς. ἀνέχεται γάρ. ἀκοὴ ἢ χρείαν ἔχειν τῆς θείας φύσεως, καὶ εἰς μεταλαβόντα τὸ ἐκ ἑαυτῆς, ἃ μὴ ἦν τῆς φύσεως ἴδιον αὐτῆς.

Cyrillus Alexandrinus.

loco præsentiam in illo loco vniversaliter & absolutè negat. Augustinus de ipsomet Domino loquens: [1] *Homo secundum corpus in loco est, & de loco migrat; & cum ad alium locum venerit, in eo loco vndè venit, non est.* Sextò, quia dicit nihil prohibere quominus Christus secundum divinitatem suam nobiscum sit, quia divinitas in loco non est: intelligit ergò Christum juxta humanitatem nobiscum amplius non esse, quia ea in loco sit, nimirum in cœlo, nec alibi simul esse possit. Septimò, quia in omnibus illis locis Cyrillus non quærit, utrum Dominus per humanitatem suam nobiscum adhuc visibiliter sit, an vero invisibiliter tantum; sed, utrum postquam hinc discessit & ad Patrem redijt, nobiscum adhuc sit. Affirmat autem, eum licet quoad humanitatem absens sit & hîc non amplius sit, præsentem nihilominus nobis esse perdivinitatem. Humanitatis igitur ejus præsentiam, non ratione tantum visibilitatis oppositè ad nescio quam ejusdem invisibilitatem, sed omnino, simpliciter & in vniversum negat. Deniquè asserit, humanitatis Christi præsentiam, eo quod illius respectu Dominus à nobis absens sit, suppleri per Spiritum Sanctum ejus loco ad nos missum. Is autem cujus absentia vicaria alterius præsentia compensatur, necessario supponitur substantialiter abesse: sensusque communis id docet.

Sexto, sacramentum [a] passim *Eulogiam*, hoc est, benedictionem, & *mysticam Eulogiam* vocat, nempè, quia [b] *benedictione consecratur & sanctificatur.* Quæro autem quidnam illud sit, quod benedicitur & sanctificatur, & eulogia verè sit, & est? Num Domini corpus & sanguis, imo etiam ipse Christus? Minimè sanè. Primo enim *quicquid sanctificatur antea sanctum non fuisse necesse est*, inquit ipsemet [c] Cyrillus. Deindè, [d] *quod sanctificatur, ab excellentiori & præstantiori quam sit natura sua, sanctificatur*, ut rursum idem observat. Tertio ait, eulogiam illam fieri per Christum: *in cibo manna*, [e] inquit, *videbatur Eulogia illa quæ est per Christum.* Nihil autem seipsum producere potest effectivè. Num simplicia accidentia panis & vini absque panis & vini substantijs? Minimè quoque. Non enim accidentia simpliciter sunt quæ benedicuntur & consecrantur, ex omnium confessione. Verus igitur panis est & verum vinum quæ benedicuntur & sanctificantur, & eulogia fiunt, & sunt. Testatur Augustinus: [f] *Precationes accipiamus dictas quas facimus in celebratione sacramentorum antequam illud quod est in Dominimensa incipiat benedici, orationes cum benedicitur & sanctificatur.* Et rursus: [g] *panis accipiens benedictionem Christi.* Et Proclus: [h] *panis ab infante* (hoc est, à Christo) *benedictus.* Et Cyrillus ipse: [i] *in Christo per fidem pane & vino locupletati sumus*, &c; *miseri verò Iudæi expertes sunt mysticæ benedictionis.* Et paulo ante: [k] *fortitudinis intellectualis & in Spiritu panis signum est, alterius verò*, (hoc est, lætitiæ) *vinum: danda sunt autem ijs qui in Christo sunt, per ipsum.* Et rursum: [l] *per vinum* (propheta) *mysticam benedictionem & incruenti sacrificij modum designat quod in sacris Ecclesijs consuevimus adimplere.* At vero si panis & vinum id sunt quod benedicitur, & eulogia mystica fiunt & sunt, illa substantialiter remanere necesse est. Nam, præterquam quod inauditum est, benedictionem res per se communes ad sacrum usum ordinantem & sanctificantem, eas substantialiter mutare aut destruere, nec ullum ejusmodi benedictionis effectus exemplum proferri potest; nisi panis & vinum substantialiter remaneant, non illud sunt quod eulogia fit & est, (non entis enim non sunt accidentia) sed aliud est quod benedicitur, aliud quod eulogia est. Falso sanè & absurdè. Illud enim subjectum quod eulogia recipit, eulogia necessario est, non aliud aliquod.

Septimo ait: [l] *quod mystica eulogia communio confessio quædam sit resurrectionis Christi, manifestum facilè fiet ex ijs quæ ipse dixit, cum mysterij typum per se perficeret. Nam, panem cum fregisset, ut scriptum est, distribuit dicens, hoc est corpus meum quod pro vobis traditur in remissionem peccatorum. Hoc facite in meam commemorationem.* At primò, si quod Dominus perfecerat, cum diceret, *hoc est corpus meum*, erat *typus mysterij*, hoc est, typus corporis, non igitur erat propriè ipsum corpus: *typus* enim, inquit ipsemet [m] alibi, *non est veritas, simulachrum potius veritatis importat.* Deindè ait, Dominum typum illum per seipsum perfecisse. At absurdissimum esset dicere Dominum seipsum effecisse: *id etiam quod facit præstantius esse debet eo quod ab illo fit*, inquit [n] Athanasius. Dominus autem seipso præstantior non est. Denique dicit, Dominum cum diceret, *hoc est corpus meum*, distribuisse panem quem fregerat. Intelligit ergò Dominum panem fregisse, panemque distribuisse, idque in corporis sui typum & figuram. Clarissimè in sententiam nostram.

CAPUT III.

In quo solvuntur Objectiones ductæ ex Epistola Cyrilli & Synodi Alexandrinæ ad Nestorium, & ex explanatione ac defensione Anathematismorum.

IAM verò expendenda sunt quæ Adversarij vicissim ex Cyrillo objiciunt. Ea autem plurima

[1] *In Ioan. tract. 31.*

[a] *Glaphyr. in Genes. l. 1. p. 22. Et In Leviticp. 351. & 367. Et in Deuteron. p. 414. Et in Ioannem. p. 360. 364. 365. 597. 892. 979. & in variis alijs locis.*

[b] *Vid Contr. Anthropomorphit. c. 120.*

[c] *De Trinit. dialog. 6.* τὸ ἁγιάσαι λαμβάνειν οὐχ οἷόν τε ἁγίου ὄντος, ἄγιον εἶναι τοῦτο φάσκειν τινά, &c.

[d] *Ibid.* τὸ ἁγιαζόμενον ἀφ' ἑαυτοῦ τῆς ὑπεροχικῆς περὶ αὐτὸν φύσεως ἁγιάζεται; & *in thesauro asserit. 21. p. 96.*

[e] *In Ioan. 6. 59.* ἐν τῇ ἔμπροσθεν ἐκείνῃ εὐλογίᾳ ἐφάνη τὸ ἁγίασμα διὰ Χριστοῦ. & *in vers. 51. Ibid.* εὐλογίας δὲ διὰ Χριστοῦ.

[f] *Epist. 59.*

[g] *De diversis serm. 87.*

[h] *Orat. 18.* ἀφ' ἧς βρέφος εὐλογήσεως ἔτυχε.

Cyrillus Alexandrinus.

[i] *Glaphyr. in Genes. l. 3.* ἐν Χριστῷ ἀφ' ἱκανῆς πίστεως ἄρτῳ τε καὶ οἴνῳ πνευματικῆς εὐλογίας, &c. ἀμείνονα δὲ καὶ ἔμπροσθεν ἔσχον τὴν εὐλογίαν Ἰουδαῖοι τῆς μυστικῆς εὐλογίας.

[k] *Ibid.* ἰσχύος δὲ ἄρτος τῆς νοητῆς καὶ οὐ σωματικῆς ἐστι τροφῆς. διὸ τέλειον μὲν ἐν ἄρτῳ καὶ οἴνῳ δίδοται ἡμῖν τὸ τῆς ἁγίας Τριάδος μυστήριον ἐν Χριστῷ.

[l] *In Esaiæ c. 25. p. 353.* ἀφ' ἧς δὲ οἴνου πλοῦν μυστικὴν εὐλογίαν ἐπιτελοῦντες καὶ ἀναμιμνήσκοντες ἡμᾶς τῆς ὑπὲρ ἡμῶν, φησὶν, οὐ παύονται ἀληθοῦς σωτηρίας. l *In Ioann. lib. 12. p. 1104.* & 5. ὅτι ἀφ' ἱκανῆς καὶ μυστικῆς εὐλογίας ἐπιτελοῦντες τὴν εἰς ἡμᾶς τοῦ Χριστοῦ, καθὼς γέγραπται, ἀναμνησιν, οὐ μᾶλλον φασὶν, ἢ ὅτι αὐτὸν ἴδιον τοῦ μυστηρίου τύπον ἐκτελοῦσι δι' ἑαυτῶν. ἀφ' οὗπερ καὶ ἔμπροσθεν τὸ ἄφατον, καὶ γέγραπται διδοὺς λέγων, &c.

[m] *In cap. 6. Amos.* ὁ τύπος τοῦ ἀληθοῦς, κἀφ' ἑαυτοῦ ὁ τύπος οὐκ ἀλήθειαν, ἀλλὰ τύπου τῆς ἀληθείας σκιάν.

[n] *Contr. Gent.* τὸ μεῖζον τοῦ ἐλάττονος ἀεὶ ποιητικόν.

Cyrillus Alexandrinus.

plurima ſint, & quidem ſatis ſpecioſa; ſed quæ tamen, (& hæc eſto generalis exceptio) ſi aliquid virium habent, conſubſtantiatoribus tantumodò ſuffragantur, non autem tranſſubſtantiatoribus. At re vera neutris favent, ut patebit ex ſequentibus.

Prima igitur objectio ducitur ex Epiſtola, tum ipſius, tum Synodi Alexandrinæ cujus caput fuit, ad Neſtorium *de excommunicatione*, in qua ſic loquitur: a *neceſſario & hoc adjicimus, nempe, quod vnigeniti filij Dei, hoc eſt, Ieſu Chriſti mortem ſecundum carnem, & ex mortuis vivificationem annuncientes, & in cœlos aſſumptionem confitentes, incruentum in Eccleſijs ſacrificium operantur, & ſic ad myſticas Eulogias accedimus, & ſanctificamur, participes effecti ſanctæ carnis, pretioſique ſanguinis omnium noſtrûm Salvatoris Chriſti. Neque enim illam ut communem carnem ſumimus: abſit hoc. Nequè rurſum tanquam viri ſanctificati & Verbo conſociati per unitatem dignitatis, aut divinam inhabitationem ſortiti, ſed ut verè vivificam, ipſiuſquè Verbi propriam. Nam cum ut Deus ſecundum naturam vita ſit, ſimul atque unum cum carne ſua effectus eſt, vivificam illam effecit. Quamvis ergo ad nos dicat*, Amen Amen, dico vobis, Niſi manducaveritis carnem filij hominis & biberitis ejus ſanguinem, *&c. non ut hominis quales ſumus eam eſſe cenſemus* (*quomodò enim hominis caro ſecundum ſuam ipſius naturam vivificaſoret?*) *ſed ut verè propriam factam illius qui propter nos filius hominis factus & appellatus eſt.* In quæ verba exclamat Milleterius: b *Si quod Cyrillus appellat propriam Verbi carnem, & unitam, ideoque vivificam, ac in hoc ab omni alterius hominis carne differentem, re vera non eſt ex ipſius mente propria caro Chriſti in ſubſtantia, ſed panis in ſubſtantia, omnium qui unquam exiterunt maximus impoſtor fuit. Sin autem ſycophanticum & diabolicum eſt id vel de ipſo ſuſpicari, annon Albertinus timere debet nè hæc infamia in illum cadat qui ejuſmodi intelligentiam à veritate & illius præpoſito tamopere alienam ei non veretur imputare?* Verum ineptè, pro more, & ſycophanticè prorſus. Quis enim ait, Cyrillum per carnem Verbo unitam, non propriam Domini carnem, ſed panem in ſubſtantia, ſeu, panem propriè dictum intelligere? Ego-ne? Criminationem falſiſſimam! Cyrillum fateor per carnem Verbo unitam, propriam ac ſubſtantialem Chriſti carnem intelligere. Sed id Adverſariorum cauſam vel tantillum juvare nego. Hoc enim præſuppoſito ad controverſiam noſtram tria inveſtiganda ſunt. *Primum*, utrum Cyrillus velit *Eulogias myſticas* & *carnem* de quâ loquitur divino verbo unitam, idem ſubſtantialiter eſſe. Falſiſſimum autem id eſſe jam capite præcedenti ex ipſo Cyrillo oſtendimus: atque ex eodem rurſum novo argumenti probatu facillimum eſt. Sic enim ipſe alibi: b *minima Eulogia totum corpus noſtrum in ſe miſcet, ſuaque replet efficacia.* Minima autem Eulogia neceſſariò dicitur comparativè ad majorem. Verum propria Domini caro, ſeipſa major aut minor niſi abſurdè dici non poteſt. Aliud igitur Eulogia, aliud caro Chriſti propria. *Secundum*, utrum ſaltem intelligat carnem verbo unitam realiter & ſubſtantialiter in Eulogia contineri, ſi quidem poſtquam dixiſſet, nos ad myſticas eulogias accedere ſubjungit, nos ſanctificari, ut potè participes effectos ſanctæ carnis ſalvatoris. Verùm, & hoc rurſus falſiſſimum eſſe contendo, nec ex ejus verbis ſequi. Alioquin enim ſimiliter concluderem, eum quoque cenſuiſſe Chriſti carnem verbo unitam ſubſtantialiter in aqua baptiſmi eſſe, ſi quidem pariter ait nos agni illius ſpiritualis per baptiſmum fieri participes. Nam de Eunucho per Philippum baptizato loquens, dicit: c *Per interrogationem illam particeps ovis ſpiritualis factus* (aut, *declaratus*) *eſt. Nam confeſtim dignus redditus eſt baptizari, ſicus & baptizatus eſt.* Deindè, & id repugnat alijs ejus placitis. Ipſe enim aſſeverat continens contento eſſe majus, idque tanta neceſſitate ut diſputans adverſus eos qui quamvis Chriſtum Deum eſſe concederent, eum tamen *in Patre ſubſtantialiter contineri* affirmarent, illis pro abſurdo objiciat, hoc pacto filium Patre minorem futurum: *Dicere*, d inquit, *eum ſubſtantialiter à Deo & Patre contineri, quid aliud innuere eſt, quam eum terminatam habere ſubſtantiam, ſicut & profectò unumquodque eorum quæ ab ipſo facta ſunt, qua tutò & verè contineri dabimus? Corpora enim ſunt, licet non talia forſan qualia noſtra ſunt. Sed & illud mihi præterea in mentem venit, quod ſi neceſſe dicamus ut quod ab aliquo continetur omnino intra illud ſit a quo contineri dicitur, quomodò non manifeſtè ſequetur ut contentum continente minus eſſe intelligamus, & ipſum tanquam concluſum majoris complexione terminatum eſſe dicamus?* Si igitur *minima Eulogia*, ut illam ſupra appellabat, juxta ipſius ſententiam carnē Chriſti ſubſtantialiter contineret, ſequeretur illum cenſuiſſe, eam corpore Chriſti eſſe majorem, quod falſiſſimum eſt, cum corpus humanum multo majus ſit quam minimum panis fruſtum, aut contentum continente majus, quod ex ejus mente abſurdum eſſet dicere. *Tertium* denique, quomodò intelligat nos in Eulogijs myſticis carnis & ſanguinis Chriſti participes fieri, nempè, utrum per fidem & ſpiritualiter quemadmodum alicubi ait: e *Aiit nos Dominus Ieſus* Cyrillus, *non manna ſenſibile demittens, ſicut olim Iſraelitis, ſed ſeipſum in credentium animas immittens*

a *De Tranſubſt. c. 29. p. 480. & 1.*

Cyrillus Alexandrinus.

b *In Ioan. c. 17.* ἀλλ' ἡμεῖς εὐλογίαν αὐτὸν ἡγούμεθα τὴν ἐν ἡμῖν ἐνοῦσαν ἀναφέρειν Χριστόν, καθ' ἣν καὶ ἁγιαζόμεθα.

c *Glaphyr. in Exod. l. 2. de Hoſtiâ Agni.* μετοχὴν γὰρ τῆς τοιαύτης σφαγῆς λαβὼν ὁ ἰθιόψ ἀναδέδεικται. ἅμα γὰρ ἐπίστευσε καὶ βαπτισθῆναι ἠξίωσε, καὶ δι' ὑγρὸς βεβάπτιστο.

d *In Ioan. l. 9. c. 1. ſon in cap. 14.* 11. τὸ γὰρ ἀναδεῖξαι αὐτὸν ἐν ἑαυτῷ λέγων ὁμοῦ καὶ τὸν πατέρα, τί ἕτερον ἢ τὸ μείζονα τὸν υἱὸν ἐν ἑαυτῷ καὶ τὸν πατέρα, ἅτε δὴ ἀμφίβολον ὄντα καὶ οὐ τὸ ἁπλοῦν ἔχοντα τοῦ εἶναι, διὰ τοῦτο ἐν ἑαυτῷ καὶ τὸν πατέρα ἀναδεικνύειν τὸν υἱόν; διὸ καὶ ἐν ἑτέροις ἐπὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἔφη, ὅτι οὐ λαλήσει ἀφ' ἑαυτοῦ, ἀλλ' ὅσα ἂν ἀκούσῃ παρὰ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ, ταῦτα λαλήσει. ἐπεὶ οὖν ἐν ἑαυτῷ τὸν πατέρα ἔφη τὸν υἱόν, ἐν ἑαυτῷ καὶ τὸν πατέρα ἀναδεικνύειν τὸν υἱὸν ἔφη. ἐν ἑαυτῷ δὲ τὸν πατέρα ἀναδεικνύειν τὸν υἱὸν ἔφη, ἐπειδὴ μείζονα τὸν υἱὸν ἐν ἑαυτῷ καὶ τὸν πατέρα ἀναδεικνύειν τὸν υἱὸν ἔφη, ἐπειδὴ μείζονα τὸν υἱὸν ἐν ἑαυτῷ καὶ τὸν πατέρα ἀναδεικνύειν τὸν υἱὸν ἔφη.

e *Glaphyr. in Geneſ. l. 7. de Aſer.* τρέφει ἡμᾶς ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός, οὐ μάννα τὸ αἰσθητὸν τοῖς πάλαι δι' ἐρήμου, ἀλλ' ἑαυτὸν ἡμῖν τοῖς πιστεύουσιν ἐνδίδωσι ψυχαῖς λόγῳ τῷ ἁγίου πνεύματος

per

Cyrillus Alexandrinus.

per Spiritum Sanctum; an vero corporaliter, ut aliquando loquitur, & hoc sensu rursus, vtrum quoad illorum substantiam, quod falsum esse dicimus, an quoad virtutem eorum Eulogiæ per benedictionem inditam, quam ipsius sententiam esse infra latius docebimus. Illa, inquam, tria Milleterio erant probanda, si quid ex hoc loco adversus nos vellet concludere. Verum, cum deprehenderet id se præstare non posse hæc omnia dissimulat, & calumniosæ improperationis fuco à qua nos vindicavimus fugæ luæ turpitudinem tegit & obumbrat.

f *De Euch. l. 2. Author. 23. c. 4.*

Verum f Perronius in hunc ipsum locum longè prolixius & subtilius disserit. Quicquid autem ait, summatim ad hoc redit, *Cyrillum & cum illo Synodum in verbis supra memoratis agere non tantum de objecto communionis nostræ, hoc est, de propria Domini carne, sed & de modo communionis illius, & intelligere carnem Christi in Eucharistia nos vivificare, non simpliciter tanquam causam moralem, objectivam & meritoriam, sed tanquam veram causam efficientem, operativam & productivam vitæ: ac proinde oportere vt illud reale quod è corpore Christi ad nos venit per Eucharistiam in nos transferatur per manducationis organum. Organum autem illud non potest esse fides. Nam fides nihil reale corporis Christi ad nos transmittit, sed tantum in intellectu nostro imprimis persuasionem, non autem realitatem rerum quæ illi proponuntur. Igitur necesse est os organum illud esse, ac proinde de consequenti Christi carnem ore sumi.* Et rursum: *Vnones omnes quæ fide fiunt inter animam & objecta externa quæ in ea non residunt, tantum sunt putativæ & imaginariæ, id est, vniones animæ cum imaginibus & notionibus rerum, non cum rebus ipsis. At Cyrillus hic loquitur de vera vnione nostri cum carne Christi: ergò de alia vnione quam per fidem.* Sed primo respondere possem, si valeat consequentia, pariter concludi posse Christum verè ac realiter in nobis non suscipi per baptismum. Affirmat tamen Cyrillus, g *animam conjungi perfectè Christo per sanctum baptisma.* Secundo, mirum est Adversarium de vnione nostri cum Christo per fidem adeò frigide loqui, ut eam putativam & imaginariam vocet. Si enim ita est, cur Apostolus dicit, h *Christum per fidem habitare in cordibus nostris?* Ergo nè habitatio hæc putativa tantummodò est, & imaginaria? Cur rursum Chrysostomus ait, i *nos per fidem fieri concorporales & consubstantiales Christo?* Estne ergò & hæc putativa consubstantialitas? Quamobrem denique Cyrillus ipse supra ajebat, *Christus seipsum in animas credentium immittit per Spiritum Sanctum?* Et rursum: k *Nescis gentes ab eo* (Apostolo) *dici concorporales factas esse Christo, cum ipso vnitatem adeptas, per fidem, nempè, & mysticam Eulogiam?* Ergo ne & hæc vnio & inhabitatio imaginaria tantum est? Quis ad tam profana verba Christianus non horreat? Verum illi concedamus Cyrillum intelligere carnem Christi non modò esse causam vitæ objectivam & meritoriam, sed & vere efficientem operativam & productivam; ut sane mens ipsius est id alleverare, quid hinc exsculpserit? *Si corpus Christi*, inquit, *in nostra agit ad modum veræ & propriæ efficientis causæ vitæ, oportet ut agat, aut per contactum substantiæ, aut per contactum virtutis, immediate aut mediate. Non autem agit mediate, hoc est, communicando virtutem activam alicui alteri subjecto inter ipsum & nos posito, ut in nobis agat. Id enim directe est contra mentem Cyrilli & Concilij. Nam volunt facultatem vivificandi incommunicabilem esse omni substantiæ creatæ, nec residere posse in ullo subjecto præterquam in corpore Christi: alioqui male inferrent corpus Christi personaliter vnitum esse divinitati, ex eo quod nostri vivificandi capax sit. Excipere autem, corpus Christi contingere per simplicem emissionem virtutis, absque eo quod virtus illa quæ in nos immitti debet, nosque immediate attingere, (necesse est enim vltimum contactus medium immediatum esse) in vllo subjecto inter nos & ipsum constituto resideat, directe est contra Adversarios, clamantes, ne absoluta quidem Dei potentia accidentia sine subjecto esse posse. Supereit igitur, ut dicatur corpus Christi per propriam substantiam nos contingere, ac ore nostro recipi.* Sed facilis est responsio. Primo enim, nec Cyrillus sive hoc loco, sive alibi, nec alij Veterum concludunt carnem Christi Verbo personaliter esse vnitam simpliciter ex eo quod vivificandi capax sit, sed ex eo quod scriptura de illa loquatur tanquam de vera & propria efficiente vitæ causa. Quod & Perronius ipse observat, licet minus plene, inquiens: a *argumentantur Patres, quandoquidem vivificandi facultas quæ à divinitate inseparabilis est, interim reperitur in carne Christi tanquam in formali actionis suæ principio, oportere divinitatem in ea personaliter residere.* Alioquin alias quoque creaturas causas vivificationis efficientes instrumentales esse posse, testantur passim veteres, baptismum indigetantes b *flumen vitæ*, c *lavacrum vitæ*, d *aquam salientem in vitam æternam*, *fontem vitæ*, *aquam vitæ*, *aquam vivam*, *vitalem & vivificam*, e *quæ hominem cœlestis Spiritus infusione vivificat.* Cyrillus ipsemet ait: g *quemadmodum infusa lebetibus aqua, si admoveatur igni vehementi, vim ejus concipit, sic & sensibilis aqua virtute Spiritus in divinam & ineffabilem quamdam vim transelementatur, eosque demum in quibus fuerit sanctificat.* Quin & Perronius: h *Veteres Ecclesiæ Patres Spiritui Sancto tanquam causæ principali, lavacro autem aqua sacramentali, tanquam causæ instrumentali, operationem gratiæ tribuunt.* Secundo dico, Cyrilli mentem non esse, carpem

Cyrillus Alexandrinus.

a *Vbi supr. p. 411.*
b *Auth. incertus de Ebionis baptismo.*
c *Constit. Apol. l. 2. c. 7.*
d *Serm. 9. Augustin. inter. 40. Sirmond.*
e *Vid. supr. in Chrys. c. 2. ad object. 1. Isidor. Hisp. de Vocat. gent. c. 24.*
g *In Ioan. c. 3. 6.* ὕστερον τοίνυν τὸ ἐκ τῆς λίβητος ἐκχυθὲν ὕδωρ πῦρ ἐν τύπῳ ἐκπώματος ἀναλαμβάνον ἀκμάσει τῆς ἐν αὐτῷ δίναμεως ἀπαστράπτοντος, ὅταν ἀθρόον τῷ πνεύματος ἐπιχυθῇ τὸ δύναμιν, ἐκμάζει τε λοιπὸν τοὺς ὃν εἰς αὐτὸ χέηται.

g *Tom. 6. in Collation. p. 39.* ψυχὴ, &c. ζωοποιῶν πλάσαι καὶ χειροπλάστῳ ἅγιον βαπτισμα.
h *Ephes. 3. 17.*
i *In epist. ad Hebr. hom. 6.* σύσσωμοι, &c. καὶ ζωοποιήθημεν. *Et in 1. ad Cor. hom. 5.*
k *De S. Trinit. dial. 3.* εἰκὸν ἔδωκεν ἑαυτοῦ τοῖς ἀνθρώποις χριστὸς καὶ ἐμοὶ δῶρα, φησὶ, τὰ ἐκεῖνος ἑαυτὸν ἐνέπνευσε λαμβάνω, ἀλλ' ὁ πίνων ὅλως ἐν (*Sic enim legendum non* ἄλλον) ἐμοὶ μοναδικὴν ἐυλογίαν,

Ἀθηνᾶς ἐκ τῆς κεφαλῆς τοῦ Διὸς ἐξαναπηδήσασα ἐνόπλιος ἐφάνη, ἐπὶ τῆς Ἀρείου πάγου ἐπὶ τῆς Ἀκροπόλεως ἱδρύσαντο αὐτῇ ναὸν καὶ ἄγαλμα ἐποίησαν ἐνόπλιον, ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἔχον κόρυθα, ἐν τῇ δεξιᾷ δόρυ, ἐν τῇ ἀριστερᾷ ἀσπίδα, ἐπὶ δὲ τῆς ἀσπίδος ὄφιν, ὃν Ἐριχθόνιον ὀνομάζουσιν. Ἐπὶ δὲ τῆς κόρυθος ἐποίησαν ἐπίκρανον ἐκ τριῶν λόφων καὶ ἐπ' αὐτοῖς ἱππόκρημνα καὶ γρῦπας. Ἐπὶ δὲ τῶν πλευρῶν τῆς κόρυθος ἐποίησαν πτερά. Ἐπὶ δὲ τῆς ἀσπίδος ἐποίησαν ἀμφοτέρωθεν Γοργόνα καὶ ἐπὶ τοῦ στήθους τῆς θεοῦ ἐποίησαν Γοργόνειον ἐκ τῆς Λιβύης κομισθέν. Ἐπὶ δὲ τῆς ἀσπίδος ἐποίησαν Ἀμαζόνας ἐπὶ τῶν ἵππων μαχομένας, ὅτε ἐπὶ τὴν Ἀττικὴν ἐστράτευσαν. Ἐπὶ δὲ τῆς ἀσπίδος ἐποίησαν καὶ τὰς τῶν θεῶν μάχας καὶ τὰς τῶν γιγάντων. Ἐπὶ δὲ τῆς ἀσπίδος ἐποίησαν καὶ τὰς τῶν θεῶν μάχας καὶ τὰς τῶν γιγάντων. Ἐπὶ δὲ τῆς ἀσπίδος ἐποίησαν καὶ τὰς τῶν θεῶν μάχας καὶ τὰς τῶν γιγάντων.

Cyrillus Alexandrinus.

per Spiritum Sanctum; an vero corporaliter, ut aliquando loquitur, & hoc sensu rursus, utrum quoad illorum substantiam, quod falsum esse dicimus, an quoad virtutem eorum Eulogiæ per benedictionem inditam, quam ipsius sententiam esse infra latius docebimus. Illa, inquam, tria Millerio erant probanda, si quid ex hoc loco adversus nos vellet concludere. Verum, cum deprehenderet id se præstare non posse hæc omnia dissimulat, & calumniosæ improperationis fuco à qua nos vindicavimus fugæ suæ turpitudinem tegit & obumbrat.

f *De Euch. l. 2. Author. 23. c. 4.*

Verum f Perronius in hunc ipsum locum longè prolixius & subtilius disserit. Quicquid autem ait, summatim ad hoc redit, *Cyrillum & cum illo Synodum in verbis supra memoratis agere non tantum de objecto communionis nostræ, hoc est, de propria Domini carne, sed & de modo communionis illius, & intelligere carnem Christi in Eucharistia nos vivificare, non simpliciter tanquam causam moralem, objectivam & meritoriam, sed tanquam veram causam efficientem, operativam & productivam vitæ: ac proinde oportere vi illud reale quod è corpore Christi ad nos venit per Eucharistiam in nos transferatur per manducationis organum. Organum autem illud non potest esse fides. Nam fides nihil reale corporis Christi ad nos transmittit, sed tantum in intellectu nostro imprimis persuasionem, non autem realitatem rerum quæ illi proponuntur. Igitur necesse est os organum illud esse, ac proinde de consequenti Christi carnem ore sumi.* Et rursum: *Vniones omnes quæ fide fiunt inter animam & objecta externa quæ in ea non residunt, tantum sunt putativæ & imaginariæ, id est, vniones animæ cum imaginibus & notionibus rerum, non cum rebus ipsis. At Cyrillus hic loquitur de vera vnione nostri cum carne Christi: ergò de alia vnione quam per fidem.* Sed primo respondere possem, si valeat consequentia, pariter concludi posse Christum vere ac realiter in nobis non suscipi per baptismum. Affirmat tamen Cyrillus, g *animam conjungi perfectè Christo per sanctum baptisma.* Secundo, mirum est Adversarium de vnione nostri cum Christo per fidem adeò frigide loqui, ut eam putativam & imaginariam vocet. Si enim ita est, cur Apostolus dicit, h *Christum per fidem habitare in cordibus nostris?* Ergo nè habitatio hæc putativa tantummodò est, & imaginaria? Cur rursum Chrysostomus ait, i *nos per fidem fieri concorporales & consubstantiales Christo?* Est-ne ergò & hæc putativa consubstantialitas? Quamobrem denique Cyrillus ipse supra ajebat, *Christus seipsum in animas credentium immisit per Spiritum Sanctum?* Et rursum: k *Nescis gentes ab eo* (Apostolo) *dici concorporales factas esse Christo, cum ipso vnitatem adeptas, per fidem, nempè, & mysticam Eulogiam?* Ergo ne & hæc vnio & inhabitatio imaginaria tantum est? Quis ad tam profana verba Christianus non horreat? Verum illi concedamus Cyrillum intelligere carnem Christi non modò esse causam vitæ objectivam & meritoriam, sed & vere efficientem operativam & productivam, ut sane mens ipsius est id asseverare, quid hinc exsculpserit? *Si corpus Christi*, inquit, *in nostra agit ad modum veræ & propriæ efficientis causæ vitæ, oportet ut agat, aut per contactum substantiæ, aut per contactum virtutis, immediate aut mediate. Non autem agit mediate, hoc est, communicando virtutem activam alicui alteri subjecto inter ipsum & nos posito, ut in nobis agat. Id enim directe est contra mentem Cyrilli & Concilij. Nam volunt facultatem vivificandi incommunicabilem esse omni substantia creata, nec residere posse in ullo subjecto præterquam in corpore Christi: alioqui male inferrent corpus Christi personaliter vnitum esse divinitati, ex eo quod nostri vivificandi capax sit. Excipere autem, corpus Christi contingere per simplicem emissionem virtutis, absque eo quod virtus illa qua in nos immitti debet, nosque immediate attingere, (necesse est enim vltimum contactu medium immediatum esse) in vllo subjecto inter nos & ipsum constituto resideat, directe est contra Adversarios, clamantes, ne absoluta quidem Dei potentia accidentia sinè subjecto esse posse. Superest igitur, ut dicatur corpus Christi per propriam substantiam nos contingere, ac ore nostro recipi.* Sed facilis est responsio. Primo enim, nec Cyrillus sive hoc loco, sive alibi, nec alij Veterum concludunt carnem Christi Verbo personaliter esse vnitam simpliciter ex eo quod vivificandi capax sit, sed ex eo quod scriptura de illa loquatur tanquam de vera & propria efficiente vitæ causa. Quod & Perronius ipse observat, licet minus plene, inquiens: a *argumentantur Patres, quandoquidem vivificandi facultas quæ à divinitate inseparabilis est, interim reperitur in carne Christi tanquam in formali actionis suæ principio, oportere divinitatem in ea personaliter residere.* Alioquin alias quoque creaturas causas vivificationis efficientes instrumentales esse posse, testantur passim veteres, baptismum indigetantes b *flumen vitæ*, c *lavacrum vitæ*, d *aquam salientem in vitam æternam*, *fontem vitæ*, *aquam vitæ*, *aquam vivam*, *vitalem & vivificam*, e *quæ hominem cœlestis Spiritus infusione vivificat.* Cyrillus ipsemet ait: g *quemadmodum infusa lebetibus aqua, si admoveatur igni vehementi, vim ejus concipit, sic & sensibilis aqua virtute Spiritus in divinam & ineffabilem quamdam vim transelementatur, eosque demum in quibus fuerit sanctificat.* Quin & Perronius: h *Veteres Ecclesiæ Patres Spiritui Sancto tanquam causæ principali, lavacro autem aqua sacramentali, tanquam causæ instrumentali, operationem gratiæ tribuunt.* Secundo dico, Cyrilli mentem non esse, carnem

Cyrillus Alexandrinus.

a *Vbi supr. p. 481.*
b *Ambr. incertus de Rebiani baptismo.*
c *Constit. Apol. l. 2. c. 7.*
d *Serm. 9. Augustin. inter. 40. Sirmond.*
e *Vid supr. in Chrys. c. 2. ad object. 1. Isidor Hisp. de Vocat. gent. c. 24.*
g *In Ioan. c. 3. 6.* ὕστις τοίνυν τὸ ἐκ τῆς λίθου ἀκτίνωτον ὕδωρ καὶ ἐπιτηδείως ἔχον πρὸς ἐργασίαν τῆς ἐξ αὐτοῦ θείας ἐνεργείας ἐπιδόντος πυρὸς, ἅπαν μεταποιεῖται τὸ ὑποκείμενον, ἀπεργάζεται τὰ τῆς ἐνεργείας τοῦ πυρός, ἀναλόγως τῇ τοῦ ὑποκειμένου ἐπιτηδειότητι.
h *De Eucher. l. 1. c. 27.*

f Tom. 6. in Collat. p. 39. ψυχὴ, &c. ζωοποιεῖται πλέον τῇ χειραφλῇ τῇ ἁγίᾳ βαπτίσματι.
h Ephes. 3. 17.
i *In epist. ad Hebr. hom. 6.* σύσσωμοι, &c. τῇ ζωοποιῷ.
Et in 1. ad Cor. hom. 5.
k *De S. Trinit. dial. 1.* εἰσὶν ἔθνη ἀσώματα μεταλαχόντα τῆς εἰς αὐτὸν πίστεως, φασὶ, καὶ τοῖς ἐκείνου ἰδίοις μέλεσι, καὶ τῇ κοινῇ τῶν ὅλων ἑνώσει (sic enim legendum non ἄλλοι ἢ ἐν) καὶ συσσώμοις ἐκλεγῆναι.

Cyrillus Alexandrinus.

nem Christi in ratione causæ propriæ efficientis vitæ nos per substantiam suam & immediate contingere, cum eum supra audiverimus expressis verbis affirmantem, Dominum *secundum præsentiam carnis a nobis abesse & peregre esse*; Sed intelligentiam ejus perpetuam esse, illam nos tantum attingere mediate, ac per virtutem suam pani & vino Eucharistiæ per benedictionem inditam. Sic enim se explicat loco in catena Thomæ, sed corrupte, citato, ubi ait: [i] *decebat eum nostris quodammodo vniri corporibus per sacram ejus carnem pretiosumque sanguinem quæ accepimus in benedictionem vivificativam in pane & vino. Ne enim horreremus carnem & sanguinem apposita sacris altaribus, condescendens Deus nostris fragilitatibus influit oblatis vim vitæ, convertens ea in veritatem propriæ carnis ut corpus vitæ quasi quoddam semen vivificativum reperiatur in nobis. Vnde subdit, hoc facite in meam Commemorationem.* Dixi corrupte. Pro eo enim quod ibi dicitur: *convertens ea in veritatem propriæ carnis*, Cyrillus dixerat, *convertit ea in veritatem*, seu *efficaciam carnis suæ*. Nam ita sonant Græca ipsius à multis relata. Vetustus siquidem Author Victor Antiochenus commentario in Marcum Græcè hactenus inedito ea sic refert, quæ à Latina Peltani versione absunt: ἄλλῳ φησὶ, [k] inquit, &c. ἴδε αὐτὸν λέγε τὸ ἅγιον πνεῦμα ἐν ἡμῖν γλυκάναι θεοπρεπῶς, ζωαναλίσκεσθαι δὲ ὥσπερ τοῖς ἡμετέροις ζώμασι λέγε τῆς ἁγίας αὐτοῦ σαρκὸς καὶ τοῦ ἡμῶν αἵματος, ἃ δὴ καὶ ἐσχήκαμεν εἰς εὐλογίαν ζωοποιὸν ὡς ἐν ἄρτῳ τι καὶ οἴνῳ. ἵνα μὴ ἀπαναρκήζωμεν σαρκά τι καὶ αἷμα προκείμενα βλέποντες ἐν ἁγίαις τραπέζαις τῶν ἐκκλησιῶν, ζυγαθροίζομενος ὡς θεὸς τοῖς ἡμετέροις ἀδενείαις ἐνιησι τοῖς προκειμένοις δύναμιν ζωῆς, καὶ μεθίησιν αὐτὰ πρὸς ἐνέργειαν τῆς ἑαυτοῦ σαρκὸς, ἵνα εἰς μέθεξιν ζωοποιὸν ἔχημεν αὐτά· καὶ οἷον σπέρμα ζωοποιὸν ἐν ἡμῖν εὑρεθῇ τὸ ζῶμα τῆς ζωῆς. Quem & pariter locum [l] Bulengerus contra Casaubonum scribens ex manuscriptis referre se profitetur. Elias quoque Cretensis commentario in Nazianzenum, nescio an græcè edito, verisimiliter eodem modò legerat, quandoquidem Jacobus Billius ejus verba sic vertit, [m] *propositis rebus vim vivificam immittit atque ea ad carnis suæ operationem transfert.* Denique catena græca in [n] Matthæum Tolosæ nuper in lucem edita procurante Jesuitâ Possino; quæcunque illius fides sit, de quo infra disputabimus, locum hunc sub expresso Cyrilli nomine citans, illud ipsum ἐνεργείας vocabulum habet, in eo tantum varians quod cum Victor & Elias legant μεθίησιν αὐτὰ πρὸς ἐνέργειαν τῆς ἑαυτοῦ σαρκὸς, ipsa paulò aliter habet, μεθίησιν αὐτὰ πρὸς ἐνέργειαν τῆς ἑαυτοῦ ζωῆς: minus recte quam illi duo, & Thomas Aquinas. Nec juvaret respondere, illum per ἐνέργειαν substantiam intelligere. Solent enim Veteres studiosè ἐνέργειαν à substantia distinguere. Chrysostomus: [o] *forma Dei, natura Dei est, non tantum energia.* Et rursum: [p] *aliud est ante solem, aliud ante ortum solis. Hoc enim energiam solis & mane significat, illud vero naturam.* Ammonius Alexandrinus: [q] *aqua solo conceptu differentiam habet ad Spiritum, siquidem id ipsum est quoad energiam.* Ubi clarum est, energiam non posse sumi pro substantia: Anastasius Antiochenus: [r] *adest in omnibus Deus, non solum energia, sed etiam substantia.* Anastasius Monachus Sinaïta Nyssenum etiam citans: [s] *Energia, ut docet S. Gregorius Nyssenus, est cujusvis essentiæ (seu substantiæ) facultas & motio.* Et Damascenus: [t] *Energia est efficax & substantialis naturæ motus.* Postremò, & ipse Cyrillus in loco jam suprà citato: [u] *minima Eulogia totum corpus nostrum in se miscet ac suâ replet efficacia, & sic (nota) Christus est in nobis.* Quomodò enim clarius exponere posset, tùm energiam à subjecto cui inest distingui, tùm Domini corpus tanquam veram efficientem vitæ causam nos non immediatè quidem ac per propriam substantiam in Eucharistia contingere, verùm mediatè ac per efficaciam suam pani & vino communicatam? Nec sequitur, si vim illam etiam absens illis influat, accidentia propterea sine subjecto subsistere. Virtus enim illa vivifica carnis Christi non est illi connaturalis, hoc est, ei ex se non inest, sed caro ad illam [x] *per vnionem ad Verbum evecta est & elevata*, ac ut ipsemet Cyrillus loquitur, [y] *ad ipsum transijt.* Unde quamvis interdum dicat, corpus Christi operari seu [z] *efficax esse ad Eulogiã mysticam*, accuratius tamen loquendo affirmat, *Deum esse* (incarnatum scil.) *qui proposito influit vim vitæ & illa transmutat in carnis suæ efficaciam.* Sed tandem mirari subit qui audeat Perronius tam confidenter concludere, vivificum Domini corpus in Eucharistia per propriam substantiam & immediatè corpora nostra contingere, hoc enim, non modò Cyrilli Christum absentem esse docentis, sed & communionis suæ hypothesibus repugnat. Adversarij siquidem censent corpus Dominicum in Eucharistia inextensè & indivisibiliter esse more Spirituum. Sub hoc autem modo nec tangere nec tangi posse, ijdem fatentur: *proprius contactus*, inquit [a] Suarez, *solum est inter res extensas in ordine ad locum quarum extrema sunt simul, & hoc modo non potest esse in hoc sacramento verus ac proprius contactus circa Christi corpus, quin potius neque ipsæ species ipsum proprie tangunt*, ut recte dixit Henricus, Richardus & Capreolus, & insinuat Alexiodorensis dicens.

i *In Luc.* 22.

k *In Marc. cap.* 14. *in bibliotheca Regia.*

l *Vid. p.* 158. & 178. *ubi sub Orig. & Victor. nomine locum illũ profert.*

m *In Nazianzen. orat.* 3.

n *In Matth.* 26.

o *In Epist. ad Philipp. hom.* 5.

p *In Psalm.* 118.

q *Caten. in Ioan.* 3. 5. τὸ ὕδωρ, &c. ἐπειδὴ μόνον ἀλλοφορὰν ἔχει πρὸς τὸ πνεῦμα, ἀπὸ τῆς ἐνεργείας.

r *Orat. de incircumscripto.*

s *Ἐλέγχῳ cap.* 2.

t *De fide lib.* 3. *c.* 15.

u *In Ioan.* 6. 57.

x *In Ioan.* 6. 64. ἐπειδὴ γὰρ ἥνωται τῷ ζωοποιοῦντι λόγῳ, μέχρι τινὸς ἄλλη ζωοποιὸς πρὸς τὸ βέλτιον ἀναδέδεικται δύναμις.

y *In Ioan.* 15. 1. πρὸς τὸν τῆς ζωῆς μετῳκίσθαι δύναμιν.

z *In Ioan. l.* 11. *c.* 9. *sum in Ioan.* 17. 13. ἐνεργὸν ἡ ὅτι πρὸς ἐυλογίαν ἡμῖν διατελοῦντι τὸν μυστικὸν, &c.

a *Disp.* 47. *sect.* 4. §. *secund. exemplum.*

Digitized by Google

Cyrillus Alexandrinus.

tens, quod ſpecies tantum adſiſtunt corpori Chriſti. Ergò ex hac quoque hypotheſi admittendum eſt, aut Dòmini corpus tanquam veram & propriam efficientem vitæ cauſam in corpora noſtra non agere, aut per virtutis contactum in illa tantum agere.

respectu in locis supra indicatis, ait: d *colligat nos ad vnitatem corpus Christi quod est in nobis, neque est vllomodo divisum.* Et rursum: e *Quatuor partes orbis quodammodo partita sunt & impartibiliter habent sanctum vere Verbi indumentum, hoc est, corpus ejus. In minutas enim partes sigillatim distributus & vnuscujusque animam cum corpore sanctificans per carnem suam vnigenitus integre & indivise in omnibus est vnus existens vbique.* Nam quemadmodum quando ait, unigenitum Dei filium in partes dissecari & distribui, id non intelligit substantiæ Dominici corporis contingere, sed ita loquitur per communicationem inter signum & signatum, quia videlicet Eulogia seu panis benedictus qui illius typus est in minutas partes frangitur, ut illum supra notavimus loqui hoc ipso in commentario; sic & quando dicit, corpus Christi in nobis esse, & impartibiliter esse, sensus ejus nullomodo est, illud per substantiam in nobis esse, sed esse per efficaciam suam huic pani fracto additam. Hac enim certè ratione impartibiliter in nobis est, cum virtus ipsius omnino indivisibilis sit, & eam æque integram recipiat qui minimam tantum, quam qui magnam recipit Eulogiæ partem.

Septima objectio ducitur tum ex loco libri decimi jam supra citato, ubi ait, *Christum in nobis esse non secundum solam quamdam relationem in apprehensione intellectam, sed & per participationem naturalem; tum* ex libro undecimo, in quo dicit, f *naturalem esse vnitatem secundum quam & nobis mutuo, & omnes Deo conjungimur.* In priora siquidem verba notat g Toletus, Cyrillum hoc dicere velle, *præter vnionem quæ ratione charitatis & fidei sit adesse etiam inter nos ipsos vere & realiter Christum, qui causa est ejusdem fidei, charitatis & gratiæ.* Sed objectio parvi est. Nam certum quidem est Cyrillum per participationem & vnitatem naturalem, intelligere participationem veram & realem per quam Christus in nobis sit, nobisq; vnitus cessante etiam mentis actione, quo sensu alibi sic exponit ea Apostoli verba, *Eramus natura filij iræ*, inquiens: h *Ibi natura idem est quod vere*: Et rursum i *naturalis, id est, vera*: Verum, non ideò sequitur mentem ejus esse, Christum in nobis esse per corporis sui substantiam, ut ipsius verba perperam Adversarius exponit, sed sensus ejus tantum est illum in nobis esse per efficaciam carnis suæ quam in Eulogia mystica participamus, vndè resultat cum eo inter nos vera vnitas. Quis enim negare possit aut participationem efficaciæ carnis ejus veram ac realem esse, aut ex ejusmodi participatione veram & realem vnitatem inter illum & nos consurgere?

Octava objectio ducitur ex his verbis jam paulo ante partim citatis: k *filius in nobis est corporaliter ut homo, nobiscum commixtus & vnitus per Eulogiam mysticam, Spiritualiter autem rursum ut Deus, Spiritus sui efficacia & gratia, Spiritus qui in nobis est instaurans ad novitatem vitæ & divinæ suæ naturæ participes faciens. Vinculum igitur nostra ad Deum & Patrem vnitatis Christum esse liquet, qui nos sibi quidem conjunxit ut homo, Deo vero genitori suo ut Deus naturaliter inexistit. Non enim aliter poterat natura corruptioni subjecta ad incorruptionem redire nisi ad eam descendisset natura omni corruptione & mutatione superior, elevans quodammodo ad bonum suum id quod semper infra cadit, & communione & propemodum cum seipsa commixtione, ex conditione naturæ creatæ convenienti cruens, atque ad seipsam reformans illud quod ex se tale non est. Consummati ergo sumus in vnitatem ad Deum & Patrem per mediatorem Christum.* l *Suscipientes enim in nobis corporaliter & spiritualiter* (Perronius, *substantialiter*) *ut modo dicebam, eum qui natura & verè filius est & substantialem ad Patrem habet vnitatem, suprema naturæ participes & consortes facti, glorificati sumus.* Eadem ferè habet libro tertio de adoratione in Spiritu, non longè à fine, & contra Nestorium libro quarto capite quinto. Ad quę verba exclamat Perronius: m *En, non famosam illam catenam auream Homeri tantopere à Veteribus Authoribus celebratam, per quam fabulosus eorum Iuppiter se terram ad cœlum attrahere posse jactabat, sed sacram & pretiosam catenam divinam, omne pretium superantem, per quam solam Deus Pater substantialiter etiam in hac vita corpus & naturã hominum terrestrium & mortalium cum suprema divinitatis essentia conjungit. En tres nodos ac annulos ad se seriatim concatenatos ex quibus Cyrillus illam constituit. Primus est, residentia substantialis & essentialis divinitatis Patris in persona filij per generationem æternam. Secundus, residentia substantialis & personalis divinitatis Christi in humanitate per incarnationem. Tertius, residentia corporalis & substantialis corporis Christi in nostris per Eucharistiam, in qua, vt ait S. Cyrillus, sumimus filium vnicum Dei* corporaliter & substantialiter (*verba quæ tantopere Adversarij horrent*) *& sic in hac vita per certos gradus substantialiter cum Deo vnimur.* Verum, quid sibi vult quod ait, Deum Patrem *substantialiter* etiam in hac vita corpus & naturam hominum terrestrium & mortalium supremæ divinitatis essentiæ conjungere? An divinitatem per substantiam suam corporibus nostris inesse? At hoc ἀπροσδιόνυσον est. Id enim nobis non contingit per Eulogiam mysticam. Nam ea secluſa divinitas per essentiam necessariò in nobis est, cum sic vbique sit. An modum unionis, & corpus nostrum supremæ divinitatis essentiæ conjungi? At hoc falsum & absurdum est. Sequeretur enim, aut nos esse illi ὁμοουσίους, aut hypostaticè vnitos. Ideòque Justinianus quærens quo sensu B. Petrus dixerit, nos divinæ effici consortes naturæ, Ag, n inquit, *ejusdem*

Cyrillus Alexandrinus.

d *Contr. Nestor. l. 4. c. 5.* Ωσθεν γὰρ ἐμοῖς δοκεῖ σώματα τὸ ἓν ἡμῖν Χριστὸν μεμερισμένον ἢ κατ' ἰδίαν πέφυκεν.

e *Lib. 12. in Ioan. seu in c. 19. 23 24.* ἑκάστοις ἐνιδρύσας καὶ ἑκάστοις ἐγκαταμίξας ἑαυτὸν τὸν ἀφθαρσίας σπέρμα μίαν, τὸ ἄχραντον ὄντως καὶ ἀμόλυντον ἡμῶν ἅπασι σῶμα, φημὶ, τὸ Χριστοῦ σῶμα αὐτοῦ. κατὰ μερισμὸν γὰρ ἐν ἑκάστοις ἐστὶ καὶ ἑνὸς ἑκάστου ψυχὴν ἐκπέζων ἐν ἑαυτῷ τὸ ἓν ἡμῶν Χριστὸν καὶ ὅλον ἐν ὅλοις ἐστὶν, ὡς ἀνέφικτον παντὸς ὄντα.

f *c 11. seu in Ioan. 17. 20. 21.* φυσικὴν τινὰ ἑνότητα ἀναδείξασθαι κατ' ἐμὲ τὸν ἀπόστολον, καὶ πάλιν ἡμᾶς τῷ Χριστῷ.

g *In 6. Ioan. annot 29.*

h *Apolog. 3. Anathemat. contra Oriental.* τὸ φύσει, δηλοῖ τὸ κατ' ἀλήθειαν.

i *Contr. Theodoret. ad Anathem. 3.*

k *Lib. 11. c. 12. seu in Ioan. 17. 23.*

l πνευματικῶς μεταλαμβάνοντες αὐτοῦ, τοῦ ἐν ἡμῖν διὰ τῆς εὐλογίας τῆς κατὰ μυστήριον ἁγιασμοῦ. τὸν γὰρ φύσει τε καὶ ἀληθῶς υἱὸν, ἑνωθὲν ἐκείνῳ ἔχοντες τὸν ἔνοικον πνεύματος ἁγίου, καὶ ἐκείνου μεταλαμβάνοντες κατὰ μυστήριον, ἐκείνῳ πως ἤδη ἐγγίζομεν, καὶ ἑνούμεθα τῷ ἐκ τοῦ ἑνὸς ἀναδεδειγμένῳ.

m *pag. 473.*

Cyrillus Alexandrinus.

n *2. Petri 1. 4.*

Cyrillus Alexandrinus.

ejusdem divinæ naturæ participes, & planè, vt Græci loquuntur, ὁμοούσιοι? Cave putes: est enim hæc extrinseca participatio percepta gratiæ & charitatis forma qua cum Deo immortali amicitiam inimus & societatem ac Spiritalem quandam cognationem contrahimus. Qui ergo dicere potest, corpus nostrum per Eucharistiam supremæ divinitatis essentiæ substantialiter jungi? *Oracula sunt tamen*, ait Perronius, *ac verba Cyrilli, digna quæ in cœlo & in terra Angelorum & hominum manu insculpantur.* Imo potius, inquam, fœdissima ipsius impostura Angelorum & hominum execratione digna. Cyrillus enim non dicit, nos vnigenitum Dei filium in Eucharistia sumere *corporaliter & substantialiter*, ut illum falsò inducit loquentem,

b Pag. 493. Trapezuntij, quem b *traductorem ignarum* meritò vocat, versionem erroneam non tam imprudenter secutus, quam veteratoriè; sed *corporaliter & spiritualiter*, ut textus Græcus

c Pag. 78. fin lib. 1. c. 25. quem c alibi adducit & quem hoc ipso loco se vidisse testatur, versionem latinam ex textu Græco licet parum fœliciter corrigens, expressè habet: *Filius*, inquit, *in nobis est corporaliter vt homo, nobiscum commixtus & vnitus per eulogiam mysticam, Spiritualiter autem rursum vt Deus Spiritus sui efficacia*, &c. Et iterum: *Suscipientes in nobis corporaliter & Spiritualiter eum qui verè & natura filius est.* Quorum verborum sensus longissime abest ab Adversarij interpretatione. Nam hæc adverbia, *corporaliter* & *spiritualiter* bifariam sumi possunt: nimirum, vel ad designandum res ipsas participatas, quo sensu illa sæpè sumi varijs ipsius Cyrilli & aliorum testimonijs

d Cap. 2. ad num. 27. in Hilario d supra docuimus, vel ad designandum participationis modum. Posterior sensus hîc locum habere non videtur. Nam quomodò hoc sensu Cyrillus diceret, Christum quâ hominem corporaliter in nobis esse, cum in his ipsis in Joannem Commentarijs diserte affirmet, e *Christum non amplius super terra corporaliter existere, sed in cœlos esse reversum?* Ne ipsi quidem Adversarij sic loqui amant. Bellarminus: f *Dicemus Christum esse in Eucharistia verè, realiter, substantialiter, vt concilium* (Tridentinum) *rectè loquitur, sed non dicemus, corporaliter.* Et ante Bellarminum Cajetanus: g *Constat falsissimum esse quod Theologi dicunt corpus Christi corporaliter & perceptibiliter sumi.* Et rursum: *manducatur verum Christi corpus in sacramento, sed non corporaliter.* Cyrillus igitur per hæc adverbia res participatas designat, & ait, Christum quâ hominem *corporaliter*, id est, secundum corpus per eulogiam mysticam in nobis esse, quâ verò Deum *spiritualiter*, hoc est, per Spiritum suum: ut denuò quærendum sit, quâ ratione intelligat Christum juxta corpus per Eulogiam mysticam in nobis esse, substantia, videlicet, an efficacia sua, Eucharistiæ addita. Utrum autem horum verum sit, atque ex ipsius mente, evidentissimè liquet ex altero oppositionis membro, ut jam supra observavimus. Quandò enim ait, Christum quâ Deus est in nobis esse per Spiritum Sanctum, sensus ejus non est, Christum, quâ Deus est, in nobis esse per Spiritus Sancti substantiam, sed per Spiritus Sancti *efficaciam & gratiam*, quemadmodum se ibidem explicat; quandò ergò viciſſim dicit, Christum, quâ homo est in nobis esse secundum corpus per Eulogiam mysticam, mens ipsius pariter est, non eum in nobis esse per substantiam corporis, sed in nobis esse per illius efficaciam quam Eulogiæ influit. Atque, in hunc quoque sensum accipiendum est quod ait in Glaphyrorum libris:

Cyrillus Alexandrinus.

h *Glaphyr. in Genes. l. 9. de Aser. Supr. Citat.*

h *Alit nos Dominus noster Iesus Christus, non sensibile manna præbens, sicut olim Israelitis, sed seipsum in animas fidelium immittens per Spiritum Sanctum. Vnde & dicebat populis Iudæorum.* Amen, Amen, dico vobis, non Moses dedit vobis panem de cœlo verum. Panis enim Dei est ille qui descendit de cœlo & vitam dat mundo. *Et rursus*, Ego sum panis vitæ. i *Panis etiam aliter intelligitur vivificus secundum quid arcanorum*; id est per efficaciam mysterijs communicatam. Et alibi his in Joannem commentarijs: k *possumus & vitam intelligere, mysticam Eulogiam per quam inserit Christus vitam suam fidelibus per participationem carnis suæ.* Christi enim carnem & sanguinem participari dici posse, quamvis in signo tantum & efficacia recipiantur, constat ex ipso Cyrillo diserte affirmanti, tum l *cæcum natum sanctæ carnis Christi per sputum* quo ipsius oculi inuncti sunt *participem factum fuisse*, tùm Israelitas in Ægypto m *ejus sanguine vnctos fuisse*; tum, n *divinum ac sacrum baptisma susceipientes aspergi sanguine Christi.* Eo verò sensu facile etiam dare possumus absque ullo incommodo, Cyrillum in loco objecto per vocem *corporaliter* modum participationis Christi quâ hominis designare, nimirum, per corpus nostrum, in quantum scilicet panis sanctificato cui per efficaciam inest corporaliter manducato, ut sic, quoque commanducatur. Qua fortè de causa *participationem* illam *mysticam* o interdum appellat.

Nona objectio duci potest ex ijs locis libri duodecimi in quibus ait, Christum ac Christi carnem in Eucharistia tangi & in manus suscipi: *Postquam*, p inquit, *Catechumeni Sancti Spiritus fuerint participes, tunc servatorem nostrum Christum eos tangere nihil prohibet.* Et rursum: q *Iustissimè sacros conventus in Ec-*

i *Fragm. l. 7. & 8. p. 666.*

k *Thesaur. l. 13. & 14. p. 135.*

l *Catech. in Ioan. 9. 6.*

m *De adorat. l. 17. p. 604.*

n *In cap. 13. Zachar.*

o *In Ioan. l. 9. seu in c. 12. 2.*

p *In Ioan. 20 17.* q *Ibid. vers. 26. 27.*

clesijs

Cyrillus Alexand.

clesijs facimus octava die, & si oportet aliquid arcanius dicere, propter inevitabilem argumenti necessitatem fores claudimus: supervenit verò & apparet Christus nobis omnibus invisibiliter & visibiliter, invisibiliter quidem ut Deus, visibiliter autem rursus in corpore. Permittit verò & dat sanctam carnem suam tangendam. Accedimus enim per Dei gratiam ad participationem mysticæ Eulogiæ, in manus Christum suscipientes, vt & nos firmiter credamus eum templum suum verè excitasse. Quod enim communio mysticæ Eulogiæ confessio quædam sit, resurrectionis Christi, facile patebit ex ijs quæ ipse dixit: cum per seipsum mysterij typum perfecisset. Panem enim cum fregisset, sicut scriptum est, distribuit dicens, hoc est corpus meum pro vobis datum in remissionem peccatorum, hoc facite in meam commemorationem. Sed verborum illorum sensus non is est quem Adversarij putant. Cyrillus enim minimè intelligit Christum & Christi carnem proprie ac substantialiter tangi & in manus nostras suscipi, cum ipsemet dicat, *Christum absentem esse, nec amplius in terra corporaliter* seu *quoad corpus esse*, sed in cœlos reversum; & Augustinus, a *nos illum jam in Cœlo residentem manu contrectare non possumus*; sed illum dicit à nobis tangi & in manus suscipi, quemadmodum ait eum nobis apparere ac visibilem se præbere. Quomodò autem intelligit Dominum secundum corpus visibiliter apparere? An per se? Nè ipsi quidem Adversarij id volunt: sed, ut idem innuit, in typo suo, videlicet, in pane fracto: *Charactere enim*, b inquit, *archetyporum pulchritudo apparet.* Et rursum: c *tabella* (in quâ Regis imago depicta est) *recte dicere potest qui vidit me, vidit Regem.* Similiter ergò dicit, Christum & Christi carnem tangi & manu suscipi, quiâ panis fractus qui ipsius sacramentum & imago est tangitur & in manus suscipitur. Quo & sensu alibi notat, d *arca præeunte & præcedente Deum utique dici præcedere*, nempè, *quia in deserto Dei vicem implebat.* At quandò propriè & accuratè loquitur, tunc ait e *mysticam Eulogiam tangi*, f *sacra Christi mysteria*, & alia ejusmodi.

a *In 1 Ioan. Epist. tract. 1.*

b *In Ioan. l. 11. c. 7. seu in Ioan. 17. 6.*

c *Thesaur. assert. 12.*

d *In Ioan. l. 4. c. 4. seu in Ioan. 6. 68.*

e *In Ioan. l. 6. seu in cap. 9. 3.*

f *Tom. 6. in fragm. pag. 34. Et Cyrill. in Num. de vacca rufa. Et homil. paschali 19.*

CAPUT V.

In quo respondetur ad nonnullas objectiones à præcedentibus differentes, ex varijs alijs Cyrilli operibus ductas.

Cyrillus Alexandrinus.

DECIMA objectio ducitur è libro sexto & duodecimo de Adoratione ubi Apostolum in priori ad Corinthios Epistola sic inducit loquentem: g *qui manducat & bibit Christi corpus & sanguinem indignè, judicium sibi manducat & bibit, non dijudicans corpus. Probet autem, inquit, homo seipsum, & tunc de pane illo edat & de calice bibat.* Sed in hac objectione nulla prorsus est difficultas. Cyrillus enim in his locis per corpus & sanguinem Domini nullomodò intelligit proprium illius corpus & sanguinem, de quibus alibi sic loquitur: h *Christus per seipsum est manna verè divinum ac vivificum, & qui illud ederit, corruptione superior erit, & mortem fugiet, non autem ij qui sensibile illud ederunt*; sed panem & vinum sacramentum corporis & sanguinis, quod Augustinus monet; *propter similitudinem* corporis & sanguinis Christi appellationem plerunque accipere. Nam ipsemet id innuit, tùm in illis ipsis de adoratione libris, tùm in alijs operibus corpus illud & sanguinem exponens de mystica Eulogia, hoc est, de pane per benedictionem sanctificato, & de divino Christi mysterio seu sacramento: *vir*, i inquit, *sapiens Paulus mandat ut si mysticæ eulogiæ participes esse velimus, nos ipsos probemus, atque ita accedamus, negligentiam enim in his periculi esse plenam.* Et rursum: *Paulus scribit ad eos qui illotis quodammodò pedibus ad sacrum altare ascendere audent,* k *& impura profanaque manu mysticam Eulogiam tangerè, ideò inter vos multi infirmi & imbecilles & dormiunt multi.* Eulogiam autem mysticam non esse Christum ipsum, sed aliquid quod per Christum fit & benedicitur, supra docuimus. Denique: l *ne illotis manibus sacra contingentes, & divinum ipsius mysterium* (seu, sacramentum) *per incuriam dedecorantes, convenientem profanis pœnam nostris capitibus arcessamus. Tale quid enim scribit divinus Paulus ad eos qui hæc facere assueverant, propterea inter vos multi infirmi*, &c. At mysterium Christi aliud quid à Christo est, ut sacramentum à re signata cujus signum & mysterium est. Undè & alibi *sacra illa* plurali numero *Christi panes* vocat: m *qui nulla*, inquit, *spirituali & intellectuali necessitudine Christo magno & verè sacerdoti conjuncti sunt, quâ ratione panum ipsius erunt participes?* Nam, præterquam quod nemo, ut puto, dixerit, panes Christi Christum esse, panes illi cum pluralitatem designent de proprio Domini corpore qui unum & singulare est, intelligi non possunt.

g ὁ ἐσθίων τὸν ἄρτον τοῦτον καὶ πίνων τὸ ποτήριον τοῦτο κρίμα ἑαυτῷ ἐσθίει καὶ πίνει, μὴ διακρίνων τὸ σῶμα τοῦ Κυρίου, &c.

h *Glaphyr. in Exod. l. 2. de manna.* αὐτὸς ἐν ἄνθρωποις ὁ ἄνω καὶ ἐξ οὐρανοῦ τὸ μάννα τὸ ζῶν καὶ ζωοποιὸν ἀληθῶς. καὶ τοῦτο ὁ προφητικὸς ἀναβοᾷ χορὸς φθορᾶς καὶ ὑπερβαλοῦσαν ζωήν, &c.

i *Epist. 23.*

k *De adorat. l. 9.* σοφὸς ἡμῖν ἐπιστέλλει Παῦλος, ὁ τῆς μυστικῆς εὐλογίας μεταλαχεῖν ἡμᾶς βουλόμενος, ἀνιέναι δεόντως ἡμᾶς, ἀμελείας γὰρ ὁ ὅπου καὶ κινδύνου μεστὸν τὸ ἁμαρτάνειν ἐν τούτοις.

l *In Ioan. c. 9. 3.* βεβήλοις καὶ ἀνοσίοις χερσὶ τὴν μυστικὴν εὐλογίαν ἐπιφέρωμεν, &c.

m *Hom. paschal. 19.* μὴ ἀνίπτοις χερσὶ καὶ ἀπρεπέσι, καὶ τὸ θεῖον δοῦναι μυστήριον ἀπειλοῦντες, τοῖς θεοῖς ἀνοσίοις ἀγίασμα κύλικα ἀνθ' ἁγίων ἁγίων τὰ βέβηλα ἐπιφέροντες, &c.

n *De Adorat. l. 12.* οἱ οὐκ ἴσασι τὸ ἀξίωμα τὸ πνευματικὸν καὶ τούτων σπουδὴν (ὡδῖνας χρεὼν τὰς μεγάλας καὶ ἀληθῶς ἐμοὶ, πῶς ἂν οἱ τυχόντες μεθέξειαν τῆς ἀγίας ἀνυτῶ;

Undecima

Cyrillus Alexandrinus.

Undecimo capite dicti patrĳ ea ipſa habentur verba: Quæ Chriſtum docet eſſe ſanctificatum. Sic enim Libro decimo de Adoratione corporis quod de Agno immaculato Chriſti typo dictum fuerit, *in nos omnino venire, neque ſecerni de carnibus ejus fore*: exclamat contra hæreticos, qui, *impiorum more illud quod eſt in vera Sanctum tabernaculum, alienum ſuſpicant, & ſeorſum ſemotum, ſacris non ſociandum.* In eo collectaneis *de Sacramento & paſſione*, Chriſtus *ejus eſt per naturam & veritatem templum ſanctificans ſanctificatum.* Sed lucida eſt reſponſio. Quæ enim ſit, Agnum ac Chriſtum laceratum, interfectum, immolatum, & mactatum, eſt manifeſtiſſimum: & tamen Scriptura vocat eum ſanctificatum, & ſanctificantem. Quid ergo? *Agnum non ſanctificatum eſſe? Et hæc autem ſanctificatio ſpiritualis eſt, & ſecundum ſpiritum ſanctificatio.* Et hæc quidem poſſit quantum hoc obiectum, ut ſatisfiat. Sed reſtat, ut dicam, *in quo ſpiritu ſanctificatio ſacra tabernaculum, cum quo ſanctificatum dixit ante eundem locum, quemadmodum anticipationem dicit, cum ait: Templum ejus eſt per naturam & veritatem templum ſanctificans ſanctificatum.*

Duodecima objectio ducitur ex libro tertio Cyrilli contra *ſpiritu de Adoratione*, ubi per allusionem ad antiquum legale tabernaculum dicere, de Euchariſtico dicere videtur, *ſanctum ejus carnalis quidammodo ſanctificatio.* Sed reſpondeo, *ſanctum eſſe* dicere, *ſanctificatum* dicere, *ſanctificatum eſſe* dicere, *ſanctificare* dicere. Verum, non ideo ſingit Chriſtum per propriam corpoream ſubſtantiam in eum elementorum ſignum ingredi, aut ingrediendum eſſe, *ſi dum ſpiritualem participationem quæritamus, interim ſenſibilem per corpus Chriſti ingreſſum ſubſtantiæ incide.* Sed attendendum eſt, illum libello ſuo magnis illationibus & gravium ſuorum ſum, & per ſacramentum ſuum ſanctificantem Scripturarum teſtimoniis, ſed & aliarum ſuæ ſectæ Euchariſtiæ, reddere ſatisfactionem. Sic enim & Origenes, & Ruffinus relatus eſt *non poſſe ea, quæ ſecundum alium modum perficiuntur, ſanctificari, nec ea quæ ſunt per ſe ipſa ſanctificata, egere ſanctificatione.* Sic enim & Damascenus in quo dicit, *ſi quæ ſanctificantur, ſanctificantur, ut ſenſibus quibus ea percipimus.* Sic enim & Ambroſius Chriſti mortis humanæ. Vt autem ſacramenta *ſanctificata* ſunt, *ſanctificantia* ſunt, ſic & *ſanctificata* ſunt, *ſanctificanda* ſunt. Et ſic Ambroſius dicit, *ſanctificata ſanctificanda*, & Cyrillus, *ſanctificata ſanctificanda*. Sed ſic Ambroſius dicit, *ſanctificata ſanctificanda*, & Cyrillus, *ſanctificata ſanctificanda*. Sed ſic Ambroſius dicit, *ſanctificata ſanctificanda*, & Cyrillus, *ſanctificata ſanctificanda*.

Ambroſius.

Cyrillus.

Ambroſius.

Cyrillus.

Ambroſius.

Cyrillus

Cyrillus Alexandrinus.

docens, ſignorum communionem nos ad rei ſignificatæ participationem inducere & prövehere, videlicet, Spiritualem. Sic enim Macarius: k *in Eccleſia offertur panis & vinum antitypum carnis & ſanguinis Chriſti, & qui ſumunt de pane viſibili Spiritualiter carnem Domini manducant.* Et Cyrillus ipſe: l *ad ſpiritualem omnium noſtrûm Salvatoris Chriſti communionem accedere oportet.* Et rurſum: m *neceſſarium apprimè eſt, nos eſſe in participatione ſpirituali noſtrum omnium ſalvatoris Chriſti.* Quamquam, dare quoque poſſumus abſque cauſæ præjudicio, Cyrillum intelligere, nos in incruento ſacrificio, hoc eſt, in pane & vino, Chriſtum, illis per virtutem & efficaciam, non verò per ſubſtantiam inexiſtentem, corporaliter recipere, ut jam ſupra reſpondimus ex ipſius hypotheſibus.

Decima quarta objectio duci poteſt ex commentario in Joëlem, ubi exponens hæc verba, n *pluet vobis imbrem temporaneum & ſerotinum, & replebuntur area tritico, & redundabunt torcularia vino & oleo*, ait: *ſciendum promiſſionem ſecundum modum myſticæ impletionis veram quoque eſſe. Data enim nobis eſt tanquam in pluvia aqua vivens (ſeu vivifica) ſacri baptiſmatis, & tanquam in frumento panis vitæ, & tanquam in vino ſanguis. Acceſſit & uſus olei qui per ſacrum baptiſma in Chriſto juſtificatis ad perfectionem confert.* Sed nihil eſt in his verbis quod Adverſarijs faveat. Per *panem* enim *vitæ*, panem ſacramentalem intelligit, eodem ſenſu ſic appellatum quo aqua baptiſmatis *aqua vivens* illi dicitur, & Juſtino Martyri, o *aqua vitæ*, & per ſanguinem vinum ſacramentale quod *ſecundum quemdam modum*, hoc eſt, per ſimilitudinem *ſanguis Domini eſt*, ut Auguſtinus p obſervat. Sic & Arnobius junior explicans hæc pſalteæ verba, *à fructu frumenti, vini & olei ſui multiplicati ſunt*, myſticèque nobis adaptans: *accepimus*, q inquit, *frumentum in corpore, vinum in ſanguine*, (hoc eſt, in ijs quæ corpus & ſanguis appellantur) *oleum in chriſmate*, in corpore & ſanguine illo non minus & verum panem & verum vinum accipi innuens, quam in Chriſmate verum ac proprie dictum oleum.

Sic reſponſum eſto ad omnia loca quæ ex Cyrilli operibus cum aliqua probabilitate objici poſſunt. Nam ſi quæ alia ſuperſunt, idem omnino ajunt cum ijs quæ expendimus.

k Homil. 27. loco ſuo citato.

l Homil. paſchal. 19.

m Ibid.

n Joël. 2.

o Dialog. cont. Typhon.

p Epiſt. 23.

q In Pſalm. 4.

CAPUT VI.

In quo reſpondetur ad objectionem ex una Catenarum in Matthæum recens editarum ductam, & ad loca duo in altera Theodoro Heracleotæ & Theodoro Mopſueſteno tributa.

Cyrillus Alexandrinus.

EDITÆ ſunt nuper Toloſæ, procurante Jeſuitâ Poſſinò, duæ Patrum Græcorum Catenæ in Matthæum, una ex codice bibliothecæ Archiepiſcopi Toloſani, altera ex codice Bibliothecæ Bavaricæ; in quarum priori referuntur duo loca ſub nominibus Theodori Heracleotæ & Theodori Mopſueſtini, in poſteriori verò locus ſimilis, ſed prolixior ſub nomine Cyrilli, de quibus audio Adverſarios mirum in modum gloriari ac penè triumphos agere.

Verba Theodoro Heracleotæ tributa ſunt: r *Hoc, inquit, corpus meum eſt, & hoc ſanguis, ne putes hæc typum eſſe, ſed quod panis illud ipſum Domini corpus, & ſanguis eſt, in carnem & ſanguinem Domini noſtri mutatum ineffabili efficacia Sancti Spiritus.* Rurſum, Theodorus Mopſueſtenus inducitur ſic loquens: s *non dixit, hoc eſt ſymbolum cooporis mei & ſanguinis mei, ſed, hoc eſt corpus meum & ſanguis meus, docens nos non reſpicere ad naturam ejus quod propoſitum eſt, verum per gratiarum actionem factam in carnem & ſanguinem mutari.* Denique Cyrillus: t *gratias agit Dominus accepto poculo, hoc eſt, orationis forma differit cum Deo & Patre, participem quodammodò ipſum & comprobatorem reddens vivificæ eulogiæ quam nobis erat daturus, ſimul & nobis typum dans gratias primò agendi, & ſic panem frangendi & diſtribuendi. Propterea & nos in Dei conſpectu prædicta ponentes, prolixè oramus ut in eulogiam ſpiritualem nobis transformentur, ut eorum participes ſanctificemur corporaliter & Spiritualiter. Demonſtrative autem dixit*, hoc eſt corpus meum, & hoc eſt ſanguis meus, *ne putes typum eſſe quæ videntur, ſed per quamdam ineffabilem Dei omnia potentis (virtutem) oblata in corpus & ſanguinem Chriſti verè mutari, quorum participes facti vivificam & ſanctificantem Chriſti, virtutem ſuſcipimus. Oportebat enim ipſum per*

r In cap. 26. Matth. τοῦτό μου ἐστὶ τὸ σῶμα, καὶ τοῦτο τὸ αἷμα· ἵνα μὴ νομίσῃς τύπους εἶναι τὰ βλεπόμενα, ἀλλ' ὅτι ἀληθῶς τὸ σῶμα καὶ αἷμα ἐστὶ, μεταβληθέντα εἰς σῶμα καὶ αἷμα διὰ τῆς ἀφράστου τοῦ Πνεύματος δυνάμεως.

s οὐκ εἶπε, τοῦτο ἐστὶ τὸ σύμβολον τοῦ σώματός μου, καὶ τοῦτο τὸ αἷμά μου· ἀλλὰ τοῦτο ἐστὶ τὸ σῶμά μου καὶ τὸ αἷμά μου. διδάσκων ἡμᾶς μὴ εἰς τὴν φύσιν ἀφορᾶν τῶν προκειμένων, ἀλλὰ τὴν ἐν τοῖς σώμασι μεταβολὴν.

t εὐχαριστεῖ ὁ κύριος λαβὼν τὸ ποτήριον, τουτέστι τὸ χρῖσμα ἀφορίζεται τῷ θεῷ καὶ πατρὶ, κοινωνὸν ἑαυτὸν καὶ συνευδοκητὴν ἀπεφαίνετο τῆς μελλούσης ζωοποιοῦ εὐλογίας ἡμῖν. ἅμα καὶ ἡμῖν τύπον δίδως εὐχῆς τοῦ ἐπιτηδείως ἔχειν καὶ ὅτε κλᾶν τὸν ἄρτον καὶ διδόναι. δεῖ γὰρ ἡμᾶς ἐν ὕψει θεῖα τὰ εὐχαριστήρια λέγοντας διαπύρως εἰς εὐλογίαν ἡμῖν μεταβληθῆναι τὴν πνευματικὴν, ἵνα μεταλήπτας αὐτῆς ἁγιασθῆναι σωματικῶς καὶ πνευματικῶς. διπλοῦς ὢν αὐτὸς, τοῦτό μού ἐστι σῶμα, καὶ τοῦτό μού ἐστι τὸ αἷμα, ἵνα μὴ νομίσῃς τύπον εἶναι τὰ φαινόμενα ἀλλὰ λόγῳ θεοῦ ἐξίστησι δὲ πάντα ἰσχύοντος θεοῦ μεταποιεῖν εἰς σῶμα καὶ αἷμα Χριστοῦ καὶ τὸ ἀληθῶς τὰ παριλοιγμένα, οὐ μεμαχήνησε τὴν ζωοποιὸν τοῦ ἁγιαστικοῦ δύναμιν ἐν Χριστῷ ἐνδιχόμενον. λέγει γὰρ ἄνωθεν λόγῳ τοῦ αἵματος αὐτοῦ ἐν ἡμῖν γινομένης (συναναμίγνυσθαι γὰρ οὐκ ἐᾷ τοῖς ἀμπέλοις σῶμα λόγῳ τοῦ αἵματος πρὸς ἑαυτὸν καὶ τὸ τοῦ πρὸς αἷμα θεοῦ), ἐὰν δὲ καὶ ἰσχύσωμεν εἰς εὐλογίαν ζωοποιὸν εἰς τὸ ἀεὶ τε καὶ εἶναι, ἵνα μὴ λείπωμεν σώματος τε καὶ αἵματος αὐτοῦ βλέποντες τὸ αἷμα σπανίζοντα ἀπολαύσεως. συγχωρεῖ γὰρ ὁ θεὸς ταῖς ἡμετέραις ἀσθενείαις εἶναι ἐν αὐτοῖς ἀδυναμίαν ζωῆς, καὶ μεθίστησιν ἑαυτὸν εἰς σύμμετρα τῆς ἑαυτοῦ ζωῆς. καὶ μὴ ἀμφιβάλλε ὅτι τοῦτό ἐστιν ἀληθῶς, οὕτω λέγοντος σωτῆρος, τοῦτό μού ἐστι τὸ σῶμα, τοῦτό μού ἐστι τὸ αἷμα. δίχα δὲ μείζονος πίστεως τοῦτο λέγει. ἀληθὲς γὰρ ὃ φθέγγεται.

Spiritum

Cyrillus Alexandrinus.

Ἐπίσκοπος Συνέδου Dux controversiæ in nobis effectus, consultari vero quodammodo nobis expedit, per Sanctam synodum & præsidem Ioannem nostrum Romanæ in Sanctissima trinitate ecclesiæ in patre & filio, ac spiritu sancto Sacerdotem, quid de his oportet fieri. Et qui videlicet sanctæ & per omnia apostolicæ ecclesiæ principes, & Christi nostri Dei Servatoris nostri Iesu Christi pastores sunt appellati, & quæ ab ipsis nobis sunt tradita verbo & scripto, ea nos quoque sequi & custodire debemus. Et mox: *Quæ ergo ab ipsis nobis sunt tradita, ea nos quoque sequi & custodire debemus.* Et paulo post: *Quæ ergo ab ipsis nobis sunt tradita

Cyrillus Alexandrinus.

opus, sed ex collatione multorum natum, qui fortè conditis horis certas continuè partes ex Matthæi Evangelio communiter legentes, quid quisque à Patrum quopiam in eam partem annotatum reperisset, producere in medium soliti essent, excipiente collationis quasi acta librario, & omnia quæ à quovis ex Patrum nomine recitarentur, prout licebat, rapiente. Equidem, vt dixi, tumultuaria phrasis est, & properantis manus compendijs subindè curta: quod non in litterarum modo præfestinatis ductibus & figlis frequentatis, sed & in sententijs non raro hiantibus ac mutilis nimio plus quam necesse fuit experiri, describendo vertendoque meminimus. Ergò de quibusdam ἀυτοψία convictus ipsa Patrum locis (quorum videlicet scripta exstant) de alijs non opinor temerè conjecto neutiquam ea verbatim in hac catena reddi, sed vel collectorem, vel exceptorem ejus qui laudatur Patris sententiam, cum fide executum, in verbis libertatem tenuisse. Illud non dissimulo, ea quæ plurima hic notter, quicumque est, collectionis compilator hujus attribuit Chrysostomo, fere apud Theophylactum reperiri, sententiam si spectes. Nam verba, quantum animadverti, semper diversa sunt: interdum copiosior noster. Est & vbi Theophylactum in pauciora cogat, si tamen Theophylactum vidit unquam, & non potius ex eodem vnde Theophylactus totus pendet, hausit ipse quoque communi vtriusque fonte Chrysostomo. Hæc ille. Collige jam fidem scripti: *tumultuaria phrasis est, sententiæ non rarò hiantes & mutilæ*, quod & in loco Theodori Heracleotæ videre est; sed quod pejus est, *loca Patrum neutiquam verbotim redduntur*, Theophylactus *ferè semper pro Chrysostomo citatur*, quod & patet ex loco immediatè præcedente loca objecta sub Chrysostomi nomine citato, qui tamen verè Theophylacti est. At verò si loca Patrum in ea catena verbotim non redduntur, ut ex editis conjectat ipse Possinus de non editis, quis non cautos reddet verba illa quæ tribuit illis Authoribus de quibus contendimus, illorum esse? Et quandoquidem Theophylactum vndecimi seculi Authorem pro Chrysostomo obtrudit, nonnè similiter potest fictitios aut recentes Græculos, qualis aut Magnes, aut Theodorus Graptus quibus simillima verba à [a] Bulengero affinguntur, sub Theodori Heracleotæ, Theodorique Mopsuestini nominibus adducere? Et nos hæc reciperemus pro indubitatis vetustatis oraculis? Ad populum phaleras. Conjectat quidem Possinus, collectionis hujus compilatorem, Patrum sententiam esse cum fide executum, licet in verbis libertatem tenuerit: Supina credulitas est, de qua apud se gaudeat. Nobis ea fides incerta. Quid, si Patrum mentem non rectè sit assecutus, & pro sententijs eorum fortasse non intellectis sensus suos reposuerit? Conjectat iterum, eum potuisse haurire ex Chrysostomo quæ ex eo citat:

[a] Contr. Casaubon. p. 163. & 4. & 197.

Verum, quicumque inquiret paulò attentius in loca ab eo citata sub Chrysostomi nomine, statim deprehensurus est, ea esse indubitatò è Theophylacto desumpta, cujus multa verbotim habet, quamvis interdum aut aucta, aut decurtata, aut interpolata, non autem immediatè è Theopylacti fonte Chrysostomo. En quanta sit fides prioris illius catenæ. Ad posteriorem autem quod spectat ab ignoto quodam & recentiore Græculo Niceta Serrarum Episcopo collectam, ejusdem, ut puto, cum præcedente furfuris, dico secundam partem loci in eâ Cyrillo tributi incipientem ab his verbis, *oportebat enim ipsum per spiritum*, &c, ipsius quidem esse, cum à Victore Antiocheno referatur, ut supra jam observatum est; verum primam totam in quâ inducitur observans, *Dominum dixisse demonstrativè*, hoc est corpus meum, & hoc est sanguis meus, *nè putes typum esse ea quæ videntur*, non ejus esse, sed alterius nescio cujus, forsan collectoris ipsius Nicetæ qui humano corpori, hoc est genuinis Cyrilli verbis, ceruicem imposuit equinam: quod duplici argumento probatur. Primò enim Victor Antiochenus secundæ hujus loci parti aliam omnino præponit in eadem contextus serie: *Alius ait*, [b] inquit; (is autem alius Cyrillus est) *Docet* nos (Dominus) *non respicere ad naturam eorum quæ proposita sunt, sed per gratiarum actionem super illis factam ea ipsa esse credere, Vivificum enim Dei Verbum carni sua se vnienti juxta quem novit modum, vivificam eam reddidit. Ipse si quidem ait: Amen dico vobis, qui credit habet vitam Æternam. Ego sum panis vitæ, si quis manducaverit ex hoc pane vivet in æternum, & panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita. Amen dico vobis, nisi manducaveritis carnem filij hominis & biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam. Hoc igitur facientes vitam in nobis ipsis habemus tanquam unum cum ipso effecti, & in ipso manentes, habentes quoque eum in nobis. Oportebat enim ipsum per Spiritum Sanctum Deo convenienter in nobis esse, quasi verò commiscerí corporibus nostris per Sanctam ejus carnem & pretiosum sanguinem quæ habuimus in benedictione vivificativa in pane & vino. Nam ne horreremus carnem & sanguinem proposita videntes in sanctis Ecclesiarum mensis, condescendens ut Deus infirmitatibus nostris instuit oblatis vim vitæ & illa mutat in efficaciam carnis sua ut eam communionem vivificam habeamus & corpus vitæ*

Cyrillus Alexandrinus.

[b] ἄλλος φησὶ, δηλονότι οὐκέτι μὴ πρὸς τοῦ φύσιν ἀφορᾷ τῶν προκειμένων, ἀλλὰ διὰ τῆς ἐπευφημίας πρὸς ἀυτὰ ἰσχυρίζεται τοῦ πιστεύειν. ὁ γὰρ ζωοποιὸς καὶ θεῖος λόγος ἐνέβαλε ἑαυτὸν τῷ ἰδίῳ σώματι καθ' ὃ δὲ οἶδε τρόπον ἑαυτὸν ζωοποιὸν ἐφύτευσεν ἑαυτῷ. ἔφη γὰρ αὐτὸς, Ἀμὴν, &c. οὕτω πιστεύοντες ζωὴν ἴσχομεν ἐν ἡμῖν, ὡς ἂν (sic legendum, non ὃ ἂν) καὶ ἑαυτὸν λάβωμεν ἐν ἡμῖν μένοντα, ἴσχομεν δὲ καὶ ἐνοίκησιν αὐτοῦ. ἴδια γὰρ αὐτοῦ λέγει τὸ ἐκεῖ μυστήριον τοῦ ἑνὸς ἑκάστου ἡμῶν, ζωοποιήσας δὲ ἅπαξ ἡμᾶς ἡ πίστις σώμασι λέγει τὸ ἐκεῖ αὐτοῦ σώματος καὶ τοῦ ἡμέτερου ἅπαξ, ὁ δὴ καὶ ἰσχύσαμεν ὡς εὐλογίαν ζωοποιὸν εἰς τὸ ἄρτον τε καὶ οἶνον. ἵνα μὴ λάπαρ μυστικῶς σίτου τε καὶ αἵματος προκείμενα βλέποντες τὸ ἐκεῖθεν πρωτίζωμεν ἀπολλυσθαι, συγκαθιστάμενον ὡς ἡμᾶς ζωῆς ἐμπνεύματι ἀθανάτους εἶναι ζωῆς ἀφθαρσίαν δύναμιν ζωῆς καὶ μεθόδευσιν αὐτὸ πρὸς ἀνέργαστον τοῦ ἑαυτοῦ σώματος, ἵνα ὡς μέθεξιν ζωοποιὸν ἴσχωμεν αὐτοῦ, καὶ οἷον σπέρμα ζωοποιὸν τὸ ἡμῶν ἐνοικῇ τὸ σῶμα τοῦ ζωῆς. καὶ μὴ ἀμφιβάλῃς ὅτι νῦν ἐστιν ἀληθῶς, αὐτὸ λέγοντος. λέγει γὰρ μείνατε ἐν ἐμοὶ καὶ ἐγὼ ἐν ὑμῖν. ἀλήθεια γὰρ ὢν, οὐ ψεύδεται.

[illegible] the Commissioners shall meet on the [illegible] and on every Day to which the same shall be adjourned, and shall proceed to the Execution of the Powers and Directions of this Act, and shall, before they proceed to act, take the following Oath before some Person authorized to administer the same; (that is to say,) I A. B. do swear, That I will faithfully and impartially, to the best of my Skill and Judgment, execute the Powers and Directions of an Act, passed in the Year of the Reign of His Majesty King GEORGE the Third, intituled, "An Act for [illegible]"; and that I will not, directly or indirectly, purchase any Part of the Lands, Tithes, or other Hereditaments, directed to be allotted by the said Act, nor any Estate or Interest therein, nor any Security for Money to be charged thereon, nor any Part of the Money to be raised by Virtue of

Cyrillus Alexand. Neſtor. Theodotus Ancyranus.

prioris ad Corinthios, *quotieſcunque manducabitis panem hunc*, illicò ſubjungit interpretationis gratia, e *cujus corpus eſt antitypum*. Nam per panem hunc neceſſariò intelligit, aut accidentia panis abſque panis ſubſtantia, aut verum ſubſtantiâ panem, aut proprium Domini corpus: quartum enim aliquod fingi hîc nullomodò poteſt. Primum autem non poteſt deſignare, tum quia ineptiſſimum eſſet dicere, *quotieſcunque manducabitis hæc accidentia*, cum accidentia cibus non ſint, tùm quia ibi agitur de illo pane quem Dominus corpus ſuum appellaverat: non autem accidentia ſunt quæ corpus ſuum eſſe dixerat, ut apud Adverſarios ipſos in confeſſo eſt. Non tertium. Nam cum dicat, *corpus Domini* eſſe *panis illius antitypum*, hoc eſt, rem ſeu veritatem ab illo pane tanquam à typo ſuo figuratam, *typuſque* (ut notat f Cyrillus) *non ſit veritas* quam figurat, *ſed illius ſimulachrum*; per panem illum non poteſt intelligere proprium Domini corpus. Supereſt itaque ut per eum intelligat verum panem ſubſtantialem, qui proindè, cum manducatur, hoc eſt, poſt conſecrationem, ſubſtantialiter qualis erat antè permanet.

e *Apud Cyrill contr. Neſtor. l. 4. c. 6. ἀνοικεῖον ἂν εἴη τοῦτο ἐπὶ τοῦ ἄρτου ἐκείνου, εἰ μὴ τὸ Σῶμα αὐτὸ ἔλεγεν.*

f *In cap. 6. Amos. τύπος, εἰκὼν ἀλήθειαν, ὑποφαίνων ἐκ μέλλοντα τὴν ἀλήθειαν ἐκφήνειν.*

Examen Teſtimoniorum Theodoti Ancyrani & g Procli Conſtantinopolitani.

g *Fallus Epiſc. Conſtantin. ann. 434.*

IISDEM cum Cyrillo & Neſtorio temporibus vivebat Theodotus Epiſcopus Ancyranus, unus ex Epheſinæ Synodi Patribus, in quâ & concionem habuit de Nativitate Salvatoris, cujus quia nonnulla verba Adverſarij in pravum ſenſum torquent, operæpretium judicamus ea proponere & ſolvere: *iſte*, h inquit de Domino, *qui tunc ineffabili virtute Magos ad pietatem traxit, & nunc ſplendidam hanc feſtivitatem hodie convocavit, non adhuc in præſepi poſitus, ſed in hac ſalutari menſa eſt propoſitus. Illud namque præſepe mater factum eſt hujus menſæ. Propterea in illo eſt poſitus, vt in iſta edatur, & fidelibus fiat ſalutaris cibus. Et præſepè quidem hanc claram menſam deſignavit.* Quibus verbis videtur i Perronio innuere Dominum perindè eſſe in menſa Euchariſtica, ac olim fuit in præſepi, in propria nimirum ſubſtantia. Sed non ita ſe res habet. Non aliter enim intelligit, eum in menſa Euchariſtica eſſe propoſitum quam in ſigno & repræſentatione, cujus contemplatio nos inducit ad Dominum ipſum mentem elevare, & eum per fidem ſpiritualiter manducare. Nec ſecus accipiendam eſſe oratoriam hanc

h *Concil. Epheſ. part 3. ἐστὶν ὁ τὸν μάγους ἐλεούμενος ἀῤῥήτῳ δυνάμει πρὸς τὸν εὐσέβειαν, καὶ νῦν τὴν φαιδρὰν ταύτην συναγαγὼν πανήγυριν, οὐκ ἐν τῷ φάτνῃ ἔτι κείμενος, ἀλλ' ἐπὶ τῆς ἁγιασθείσης ταύτης τραπέζης τοῖς πιστοῖς ἐκτιθέμενος. εἰκότως γὰρ ἡ φάτνη τῆς τραπέζης τοῖς πιστοῖς μέσης ἐγένετο. διὰ τοῦτο οὖν ἐκείνη τίθεται, ἵνα ἐπὶ ταύτης βρωθῇ καὶ γένηται ζωὴ πᾶσι Χριστιανοῖς ἐδέσμα· ἀλλ' ἡ μὲν φάτνη τὸν λαμπρὸν τοῦτον ἀνέδειξε τράπεζαν.*

i *Ita Perronius de Euchar. l. 3. c. 14. p. 887.*

Theodoti poſt Chryſoſtomum inter ſacram menſam & præſepe comparationem, evidentiſſime oſtendit Proclus Epiſcopus Conſtantinopolitanus, eam ſic reſoluens: a *loco præſepis altare veneremur, loco infantis panem complectamur ab Infante benedictum.* Locum ſanè conſideratione digniſſimum! Nam licet eamdem cum Theodoto comparationem inſtituat inter præſepè & altare ſeu menſam Euchariſticam, nihilominus oſtendit non eamdem eſſe utriuſque rationem, Chriſtumque propriè & accuratè loquendò in menſa Euchariſtica non eſſe, ſed ipſius loco panem ab ipſo benedictum, hoc eſt, ibi tantum in ſigno eſſe. Eſto ergò hoc palmarium argumentum, ad quod non video quid Adverſarij poſſint reſpondere. Nam nec panis ab infante benedictus ipſemet infans eſt, nec infans per ſe in ſacra menſa eſt, ſi quidem illius loco panis eſt ab ipſo benedictus.

Cyrillus Alexand. Neſtor. Theodotus Ancyranus.

a *Orat. 18. διὰ τί φάτνην τὴν ἁγιασθεῖσαν ταύτην ἐποιήσατο, ἀντὶ δὲ βρέφους εὐλογήσαντος τὸν ἄρτον εὐλογημένον ἄρτον.*

Sed obijciunt b Adverſarij, eumdem Proclum in traditione diuinæ liturgiæ loquentem de Apoſtolis & alijs viris Sanctis in Euchariſtiæ conſecratione preces adhibentibus, dicere: c *per has preces expectabant adventum Spiritus Sancti, ut ſacra ſua præſentia panem ad hierurgiam propoſitum, & vinum aqua mixtum efficeret ac redderet ipſum illud corpus & ſanguinem Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti.* Verum, ut omittam incertum omnino eſſe, utrum fragmentum hoc vnius tantum paginæ de *traditione divinæ liturgiæ* ſub nomine Procli editum, ipſius ſit nec ne, cum nemo Veterum ejuſmodi ſcripti ſub nomine Procli meminerit, nihil eſt in ipſius verbis quod Adverſarijs faveat. Nam quamvis dicat Spiritum Sanctum panem & vinum efficere *αὐτὸ ἐκεῖνο illud ipſum corpus & ſanguinem Salvatoris*, non ideo conſequitur mentem ipſius eſſe, panem & vinum fieri aut eſſe corpus illud & ſanguinem ſubſtantialiter: alioqui quandò Chryſoſtomus pariter ait, d *nos illud ipſum corpus ſumus*, & Fulgentius, e *nos eſſe ipſum verum panem verumque corpus*, concludendum quoque foret nos Domini corpus *numerice* & *ſubſtantialiter* eſſe, quod tamen falſum & abſurdum eſt, cum illud tantum, *moraliter* ſimus; ſed ſenſus ejus tantum eſt, panem & vinum fieri corpus & ſanguinem Domini *typice* & *virtualiter*, quia videlicet migrant in eorum efficaciam, quemadmodum ſupra docebat Cyrillus Alexandrinus.

b *Perronius de Euchariſt. l. 2. Author. 1.*

c *Διὰ τούτων ἐκείνων ἐκδέχεσθαι τὴν ἐπιφοίτησιν τοῦ ἁγίου πνεύματος, ὅπως τῇ τοῦ Θεοῦ δυνάμει, τὸν προκείμενον ἄρτον ἐκεῖνο αὐτὸ ποιήσῃ καὶ κεράσας ὕδατι τὸν οἶνον αὐτὸ ποιήσῃ τὸ Σῶμα καὶ τὸ αἷμα τοῦ Χριστοῦ ἀποφήνῃ τοῖς ἁγιάσμασι.*

d *In 1. ad Cor. hom. 24. αὐτὸ ἐκεῖνο τὸ Σῶμα.*

e *De bapt. Æthiop. c. 11.*

*Examen teſtimoniorum * Theodoreti Epiſcopi Cyri.*

* *Fallus ait Epiſcopus Cyri anno Dom. 423.*

CAPUT I.

PRODEAT jam in eadem temporis ſerie Theodoretus, *vir*, inquit, f Pho-

f *Bibliothec. cod. 201. & 4.*

Theodoretus.

tius, *ſapiens & divinus, & ſcriptura expoſitorum præſtantiſſimus.* Is præter varia alia opera contra hæreticos edita, ſcripſit, ait g Gennadius, *de incarnatione Domini adverſum Eutychen Presbyterum & Dioſcorum Alexandriæ Epiſcopum qui humanam in Chriſto carnem fuiſſe negant, ſcripta fortia, per quæ confirmat & ratione & teſtimonijs ſcripturarum, ita illum veram materna ſubſtantia carnem habuiſſe quam ex matre Virgine ſumpſit, ſicut & veram Deitatem quam æterna naſcibilitate Deo Patre gignente ipſe naſcendo accepit*; quæque, ni fallor, & hodie exſtant ſub Dialogorum titulo: in quibus eum, contra tranſſubſtantiationem nobiſcum, (quadamtenus ſaltem) ſentire, nonnulli Adverſariorum vi veritatis adacti fateri coguntur. Sic enim Cuſanus Cardinalis veriſimiliter de illo loquens, gg ait; *Veteres quidam theologi intellexiſſe reperiuntur, panem non tranſſubſtantiari.* Doctores quoquè illi qui Romæ Dialogos ejus edi curaverunt, partim licet mentientes: h *quæ de ſacroſancta Euchariſtiæ myſterio dicit chart. 8. p. 2. 12. chart. 38. p. 1. dictum eſſe videtur ex eorum ſententia qui falſò aſſeruerunt eſſe in eo pane corpus Chriſti, remanente panis ſubſtantia, &c. Quamquam Theodoretus hoc fortaſſe nomine aliqua venia dignus habeatur quod de ea re ejus tempore ab Eccleſia nondum fuiſſet aliquid promulgatum. Et minus mirandum eſt, ſi dum adverſus Hæreticos acerrime diſceptat, veritatis tuendæ ſtudio longius provectus in alteram partem nimium quandoque declinet.* Et Alanus: i *De duobus, Gelaſio & Theodoreto, facile mihi perſuadeo, eos ſolos eſſe ex omni antiquitate qui inclinaverunt in communem poſtea multorum errorem, vt ita defenderent veram converſionem panis, vt materiam elementi, ſicut in cæteris naturalibus tranſmutationibus, fieri videbant, relictam eſſe concederent, &c, tam agrè capiunt humana ingenia iſtam tranſſubſtantiationem exactam.* Gregorius item de Valentia poſtquam tentaſſet Theodoreti & Gelaſij loca quomodò exponere: *quod ſi*, k inquit, *Autores illos nolint* [*Paniſta*] *nobiſcum ita interpretari, vt certè poſſent, dabimus aliud breve & ſimplex & ſine vllo incommodo reſponſum. Enimvero, antequam quæſtio illa de tranſubſtantiatione in Eccleſia palam agitaretur, minimè mirum eſt, ſi vnus aut alter, aut etiam aliqui ex Veteribus nimis conſideratè & rectè de hac re ſenſerint & ſcripſerint, maximè cum non tractarent ex inſtituto iſtam quæſtionem.* Gardinerus verò Vintonienſis longè adhuc acrius, ut incendiarium decebat: l *quæ ſcribit Theodoretus in his Dialogis, etiam ſi ſcopum ſpectent à fide Catholica haud alienum, minime tamen digna videntur quæ in libranda Catholica doctrina aliquid habeant momenti.* Et paulo poſt: *quæ cenſura & in eo obtineat, quod idem Theodoretus de mutatione panis & vini philoſophatur, in quo non ſatis ſe explicat.* Denique Gamachæus: *nec de ejus opinione ita curare debemus. Addè, quod nec tranſſubſtantiatio ejus temporibus ita perſpicuè tradita & explicata fuerat.* Quaſi verò Theodoretus, aut neſcire potuiſſet quænam eſſet in re tanti momenti Eccleſiæ fides, aut tùm Eccleſiæ fides dubia aut ſuſpenſa fuiſſet in Euchariſtiæ doctrina. Speravit tamen Perronius ſe ſubtilitatum ſuarum acumine Theodoretum in partes ſuas eſſe adducturum, atque in hunc finem tot & tam arguta commentus eſt, ut ſcribat m Coffetellus, ipſius ad loca Theodoreti reſponſionem, *unum eſſe ex tanti viri miraculis*, reliqua forte aliis committens notanda; procul dubio ſimilia miraculis Cardinalis Berulli, quæ Archiepiſcopus Rhotomagenſis *miracula pro libito conficta ad ipſius commendationem*, nec ſine loco n indigetat. Verum, Deo dante, oſtendemus figmenta Perroniana meras eſſe præſtigias ingenii ſophiſtici ac deſultorij, Theodoreti ſenſui ἀνθαπτικῶς adverſas.

g *In Catalogo.*

gg *Excitat. l. 6 ſerm 4. ſuper. una oblatione Conſummavit.*

h *Præfat. in Dialog.*

i *De Euch. ſacrament. l. 1. c. 35.*

k *De tranſſubſtan. c. 7.*

l *Ad object. 3.*

m *Merveilles de l'Eucha. diſcours 2.*

n *Myſtere de l'Euchar. expliqué par S. Auguſt, tom. 3 p. 367.*

Ex primo Dialogo.

CAPUT II.

THEODORETUS igitur dialogo primo, cui titulus, *immutabilis*, in quo duos collocutores inducit, vnum Orthodoxum, alterum hæreticum, *Eranisten*, id eſt, *mendicum* appellatum, quia ex varijs hæreſibus dogmata ſua emendicaret, oſtendere volens, *verbum carnem non eſſe factum* per ſubſtantialem ſui in carnem mutationem, prout Apollinariſtæ quidam Hæretici falſo affirmabant, poſt varias probationes hac quoque vtitur, quod caro Domini interdum appelletur *velum*, ut quando Apoſtolus ait, a *Dominum nobis inſtaviſſe viam recentem & viventem per velum, id eſt carnem ſuam*; interdum *ſtolam & pallium*, ut quandò Patriarcha Jacob de Domino propheticè dicebat, b *Lavabit in vino ſtolam ſuam & in ſanguine uva pallium ſuum*; quæ verba notabat eſſe intelligenda, non de veſtimento Domini quod *in vino* nunquam *lavit*, ſed de proprio corpore quod ſanguine è latere profuſo perfuſum eſſe Hiſtoria Evangelica teſtatur. Undè meritò colligebat Verbum in incarnatione carnem non eſſe factum per divinitatis in carnem mutationem, quandoquidem poſt illam divinitas & caro eſſentialiter diſtinguuntur, quemadmodum corpus & corporis indumentum. Verum, quia Eraniſtæ, non adeo rerum perito, inſolens videri poterat, Domini ſanguinem in hac prophetiâ *ſanguinem uvæ* fuiſſe appellatum, Theodoretus eum monet illud non magis mirum cenſeri debere, quam quod ipſemet Dominus ſeipſum *vitem*, & corpus ſuum *frumentum*, & viciſſim

a *Hebr. 10. 20.*

b *Geneſ. 49. 11.*

Digitized by Google

Theodoretus.

& viciſſim pane & vinum in Euchariſtia corpus & ſanguinem ſuum indigetat, cum frequentiſſimæ ſint inter ſignificantia & ſignificata ejuſmodi nominum permutationes. Deindè, cum illi propoſitum foret ex toto ſermone colligere immutabilitatem divinitatis in incarnationis actu, veritatis ejus illuſtrandæ anſam arripit ex pane & vino Euchariſtiæ. Nam quemadmodum quando Dominus ait de pane & vino, *hoc eſt corpus meum, hoc eſt ſanguis meus*, id non eſt intelligendum de mutatione ſubſtantiali quę pani & vino contingat, ſic & quando Joannes ait, *Verbum carnem factum* eſſe, id quoque de converſione ſubſtantiali divinitatis in carnem non eſt accipiendum. En integrum ipſius ſermonem. Orthod. *Noſti Jacobum Patriarcham, cum Judæ benediceret, Judæ principatum Domini generatione circunſcripſiſſe?* Non deficiet *inquit*, princeps ex Juda, nec Dux ex femoribus ejus donec veniat cui repoſitum eſt, & ipſe erit expectatio gentium. *Hanc autem prophetiam de Chriſto eſſe editam antè profeſſus es?* Eran. *Confeſſus ſum.* O. *Repete igitur memoria etiam illa quæ ſequuntur. Sic enim dicit*: cujus adventum gentes expectant. Lavabit in vino ſtolam ſuam, & in ſanguine uvæ pallium ſuum. E. *De veſtimentis locutus eſt Patriarcha, non de corpore.* O. *Oſtende igitur ubi in ſanguine uvæ laverit pallium.* E. *Tu verò oſtende quod corpus bis tinxerit.* O. *oro te ut myſteriosius reſponderis: Adſunt enim fortaſſe aliqui myſteriis non initiati.* E. *Sic audiam, & ſic reſpondebo.* O. *Scis quod vitem Dominus ſeipſum appellavit*: E. *Scio, quod dixit*, Ego ſum vitis vera. O. *Fructus vero vitis preſſum quomodo appellatur?* E. *Vinum nuncupatur.* O. *Quando autem Salvatoris latus milites lancea ſauciarunt quid inde manaſſe dicunt Evangeliorum conſcriptores?* E. *Sanguinem & aquam.* O. *Sanguinem igitur uvæ Salvatoris appellavit ſanguinem. Si enim Dominus vitis appellatus eſt, & fructus vitis vinum appellatur, ſanguinis vero & aquæ rivi ex Domini latere profuſi per reliquum corpus deorſum manarunt, jure omninò & appoſitè vaticinatus eſt Patriarcha*, lavabit in vino ſtolam ſuam, & in ſanguine uvæ pallium ſuum. *Sicut enim nos myſticum vitis fructum poſt ſanctificationem ſanguinem Domini nominamus, ſic vera vitis ſanguinem uvæ ſanguinem nominavit.* E. *Myſticè ſimul & dilucidè quod propoſitum fuerat demonſtratum eſt.* O. *Etſi hæc tibi ad fidem faciendam ſufficiunt, tamen ad veritatis confirmationem aliam quoque probationem adjiciam.* E. *Hoc faciens, gratum mihi feceris: utilitatem enim auxeris.* O. *Scis, quod panem Deus proprium corpus appellavit?* E. *Scio.* O. *Alibi vero carnem frumentum nominavit.* E. *Hoc etiam ſcio. Audivi quippè dicentem*, Venit hora ut clarificetur filius hominis, &, Niſi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipſum ſolum manet; ſi autem mortuum fuerit, multum fructum affert. O. *In myſteriorum vero traditione panem appellavit corpus, & quod mixtum erat ſanguinem* E. *Sic nominavit.* O. *Sed & corpus illud quod juxta naturam eſt, corpus vocabitur, & ſanguis ſanguis.* E. *In confeſſo eſt.* O. *Salvator autem noſter nomina permutavit, & corpori quidem ſymboli nomen impoſuit, & ſymbolo nomen corporis. Sic, cum ſe vitem nominaſſet, ſymbolum ſanguinem appellavit.* E. *Hoc quidem verè dixiſti. Vellem autem permutationis nominum cauſam diſcere.* O. *Manifeſtum eſt ſcopus iis qui divinis ſunt initiati. Voluit enim eos qui divina myſteria participant, non attendere ad naturam eorum quæ cernuntur, ſed per nominum mutationem mutationi quæ ex gratia facta eſt credere. Qui enim quod natura corpus eſt frumentum & panem appellavit, is viſibilia ſymbola corporis & ſanguinis ſui appellatione honoravit, non naturam mutans, ſed gratiam naturæ adjiciens.* E. *Et myſticè myſtica dicta ſunt, & perſpicuè declarata quæ non omnibus nota ſunt.* O. *Quoniam igitur in confeſſo utrinquè eſt, corpus Dominicum à Patriarcha ſtolam & pallium appellari, atque in ſermonem de divinis myſteriis ingreſſi ſumus, dic per veritatem, cujus putas ſymbolum & typum eſſe ſanctiſſimum cibum, divinitatiſ-ne Chriſti Domini, an corporis & ſanguinis?* E. *Non dubium quin illorum quorum & nomina acceperunt.* O. *Corporis & ſanguinis dicis?* E. *Ita dico.* O. *Ut veritatis amicum decet, locutus es. Nam e Dominus accepto ſymbolo non dixit*, hoc eſt divinitas mea, *ſed*, hoc eſt corpus meum. *Et rurſum*, hoc eſt ſanguis meus. *Et alibi*, panis quem ego dabo caro mea eſt, quam ego dabo pro mundi vita. E. *Vera hæc ſunt: divina enim ſunt oracula.* O. *Si ergo vera, corpus utiquè habuit Dominus.* Huc uſque Theodoretus manifeſtiſſime in rem noſtram. Nam in hoc diſcurſu præſto nobis ſunt pene tot argumenta, quot verba: ſed tamen impræſentiarum præcipua tantum ac apertiora Lectorum conſiderationi breviter ſummatimque proponere nobis ſufficiet, illa ipſa & reliqua in reſponſione ad exceptiones Adverſariorum prolixius ac fuſius, minutiuſque proſecuturis. Primo ergò ait: *quemadmodum nos myſticum vitis fructum poſt ſanctificationem ſanguinem Dominicum nominamus, ſic vera vitis ſan-*

Theodoretus.

d εἰ δὴ γε τὴν μυστικὴν τοῦ Σώματος τοῦ Χριστοῦ τελετὴν, καὶ αἷμα τὸ ἁγιασθὲν, καὶ ἄρτον καὶ οἶνον ἐκάλεσεν, ἀλλὰ καὶ ἡμεῖς τὸ Σῶμα, Σῶμα πλησθὲν, καὶ τὸ αἷμα αἷμα. E. ἀληθῆ ταῦτα. O. ἀλλὰ καὶ φύσει τὸ Σῶμα, Σῶμα πλησθὲν, καὶ τὸ αἷμα αἷμα. E. εἰ μέλλοιμεν. O. ὁ δὴ γε Χριστὸς ὁ ἀμήτωρ ἀνθρώπῳ ἀνθρώπῳ καὶ ἀνάρχῳ ἀρχῇ τῇ κατὰ φύσιν Σώματι τὸ ἴδιον Σύμβολον τιμήσας ἄναιμον ἀναίμῳ τὸ ἑαυτοῦ αἷμα τὸ συμβολικὸν ἐπιτέθεικε τοῖς ἀληθείας ἀντιτύποις. Καὶ τοῦτο μὲν δὴ ἀληθῶς ἔφημεν. ἐμαλάττομεν δὲ, νῦν τῆς θείας μυσταγωγίας μᾶλλον ἀπτόμενοι, καὶ τῇ φύσει τῆς ἀληθείας ἐπιστομίζοντες. Καὶ τοῦτο μὲν δὴ ἀληθῶς ἔφημεν. ἐμαλάττομεν δὲ, νῦν τῆς θείας μυσταγωγίας μᾶλλον ἀπτόμενοι, καὶ τὸ συμβολικὸν αἷμα τὸ τοῦ Σώματος ἐπιτέθεικε τοῖς ἀληθείας ἀντιτύποις

Theodoretus.

guinem (Patriarcha Jacobus) *uva ſanguinem nominavit.* Neceſſe igitur eſt, aut ſanguinem Domini proprium *uva ſanguinem* propriè & abſque tropo nominari quod evidenter falſum eſt, cum *uva* nonniſi figurate ipſe dicatur: aut myſticum *vitis fructum*, hoc eſt, vinum ſacramentale *ſanguinem* Dominicum nonniſi figuratè appellari, perindè ac verus Dominicus ſanguis *ſanguis uvæ* vocatur. Secundò notat, Dominum *in myſteriorum traditione panem appellaſſe corpus & quod mixtum erat ſanguinem*, videlicet quandò dixit, *hoc eſt corpus meum, hoc eſt ſanguis meus.* Intelligit ergo ſenſum horum verborum eſſe, *hic panis eſt corpus meum, hoc vinum eſt ſanguis meus.* Id autem figuratè tantummodò verum eſſe, apud ipſos Adverſarios in confeſſo eſt. Sic enim inter innumeros Salmero: a *cogeremur ad tropum confugere ſi Dominus dixiſſet, hic panis eſt corpus meum, hoc vinum eſt ſanguis meus, quia eſſet prædicatio diſparatorum, ut vocant.* Atqui dixit ſecundum Theodoretum: Ergo, &c: Tertio poſtquàm obſervaſſet, tum proprium Domini corpus à Domino alicubi *panem* eſſe appellatum, carnemque ipſius *frumentum*, tum in myſteriorum traditione panem & vinum aquâ mixtum *corpus & ſanguinem* ab ipſomet viciſſim eſſe appellata, addit: *Salvator noſter nomina permutavit, & corpori quidem ſymboli nomen impoſuit, ſymbolo vero nomen corporis. Sic vitem ſeipſum cùm nominaſſet, ſymbolum quoque ſanguinem nominavit.* At certiſſimum eſt permutationem nominum quæ fit inter ſigna ſignificantia & res ſignificantes non magis inducere, ſymbola eſſe propriè res ipſas quarum ſymbola ſunt, quam res ipſas propriè ſymbola eſſe. Utrumque certe falſiſſimum eſt, cum impoſſibile ſit relatum eſſe correlatum. Theodoretus ipſemet de imaginibus loquens: b *imago figurat, ſed non res habet.* Et rurſum: c *inanima imagines non habent ſubſtantiam rerum quarum imagines ſunt.* Symbolum autem & imaginē hîc illi idem eſſe, aperte patet ex dialogô ſecundò, ubi poſtquam dixiſſet, *myſtica ſymbola corporis ac ſanguinis veri ſymbola eſſe*, atque, in hoc habuiſſet Eraniſten aſſentientem, confeſſioni ejus applaudit, & ait: d *Optimè. Oportet enim imaginis eſſe Archetypum & pictores naturam imitantur, & eorum quæ videntur imagines pingunt*: Quartò, cum Eraniſtes cauſam quæſiviſſet hujus nominum permutationis, hoc eſt, inter cætera quamobrem Dominus panem & vinum corporis & ſanguinis ſui nominibus appellaſſet, reſpondiſſetque Orthodoxus, cum voluiſſe permutationem nominum mutationi ex gratiâ factæ credi; nè putaretur intelligere, mutationem illam ſubſtantialem eſſe, illico addit explicationis gratia: *qui quod naturâ* (hoc eſt, ſubſtantia) *corpus eſt, frumentum & panem appellavit, & vitem rurſus ſeipſum nominavit, is viſibilia ſymbola corporis & ſanguinis appellatione honoravit,, non naturam mutans, ſed gratiam* (hoc eſt virtutem) *naturæ adjiciens.* Intelligit ergò panem & vinum corpus & ſanguinem Domini fieri & eſſe, non per converſionem eorum *naturæ* ſeu ſubſtantiæ, ſed per gratiæ ſeu virtutis adjectionem, (*Gratia* enim, ut e alicubi notat Auguſtinus, *ſacramentorū virtus eſt*) hoc eſt, corpus & ſanguinem appellari, quia corpus & ſanguis ſint in ſigno ac efficaciâ nō autem in ſubſtantiâ. Quintò, cum Orthodoxus dixiſſet Eraniſtæ, *Duæ per veritatem, cujus putas ſymbolum ac typum eſſe ſanctiſſimum cibum, divinitatis ne Chriſti Domini, an corporis & ſanguinis*, Et reſpondiſſet Eraniſtes, *manifeſtum eſt, eſſe illorum quorum nomina acceperant*, id eſt, *corporis & ſanguinis*, ut ſubjungit: ad hanc confeſſionem Orthodoxus excipit; *ut veritatis amicum decet locutus es. Nam Dominus accepto ſymbolo non dixit, hoc eſt divinitas mea, ſed hoc eſt corpus meum, & rurſum, hoc eſt ſanguis meus*, &c. Per *ſymbolum* autem illum *panem & vinum* intelligere, ſupra audivimus. Mens igitur illius eſt, ſenſum verborum illorum, *hoc eſt corpus meum, hoc eſt ſanguis meus*, non modo ejuſmodi eſſe, *hic panis eſt corpus meum, hoc vinum eſt ſanguis meus*, ſed & expreſſius, *hic panis eſt typus & ſymbolum corporis mei, hoc vinum eſt typus & ſymbolum ſanguinis mei.* Nam niſi cenſeret talem eſſe illorum ſenſum, nulla prorſus ratione ex ijs colligere poſſet panem & vinum ſymbolum ac typum eſſe, non divinitatis Domini, ſed corporis & ſanguinis ejus. Ex eo autem quod panis ac vinum corporis ac ſanguinis Dominici typus ac ſignum ſint pro corollario infert adverſus Eraniſten à Marcione fortaſſis phantaſma corporis emendicantē & Domino falſiſſime tribuentem, Dominum verum corpus habuiſſe, quià videlicet typus, veritatis typus ac figura ſit, non mendacij. Argumenta (ni fallor) validiſſima contra Adverſarios, & prorſus apodeictica. Videamus quò clypeo tela tam fortia ſint excepturi.

Perronius incipit à præjudicijs, vnô contra perſonam Authoris, alterô contra naturam ſcripti.

Contra perſonam Authoris ait, f *cum conciliabuli Ioannis Antiocheni & aliorum ſchiſmaticorum adverſus ſynodum Epheſinam congregatorum partes tenuiſſe, imo & antiſynodi nomine contra acta veri concilij & articulos Cyrilli ſcripſiſſe, quâ de cauſa in edictô fidei ab Imperatore Iuſtiniano collecto reprehenditur bis verbis*: g Si quis defendat ſcripta Theodoreti pro Neſtoriô hæreticô contrà rectam fidem & primam Ephelinam Synodum, &c, nec ea anathematizet, anathema ſit. *Verum quidem eſt, illum in concilio Chalcedonenſi fuiſſe receptum, ſed poſt abjuratum Neſtorium, cujus hæreſi ſavere propter ſcripta contra S.* Cyrillum putabatur: proter blaſphemias ſuas, *ait idem*

Imperator

a Tom. 9. tract. 20. & tract. 16. p. 109.

b In Daniel. l. 2. c. 2. ἡ εἰκὼν ζωγράφημα, ἀλλ' οὐ πράγματα ἔχει.

c In Epiſt. ad Coloſſ. c. 2. ἄψυχοι εἰκόνες οὐκ ἔχουσι τὴν οὐσίαν τῶν ἀφ' ὧν εἰσὶ.

d Infr. Citandum.

e In Pſalm. 77.

f De Euch. l. 2. Anath. 14. c. 2.

g In Epiſt. Pro 5. Synodo. Vid. & Synod. 5. collat. 8. can. 13.

Theodoretus.

Imperator Iustinianus ab Episcopatu depositus fuit, & post in Concilio Chalcedonensi coactus contrarium ijs quæ scripserat, veramque fidem confiteri. *Vnde & quamvis, aliquid fermenti Nestoriani cui favere dicebatur, retinens, locutus esset de Eucharistiâ qua erat unum ex precipuis medijs quibus Nestorij doctrina impugnabatur, minus realiter & emphaticè quam oportunum foret, non adeo mirum esset. Articulum enim Eucharistiæ fuisse unam ex principalibus machinis quibus S. Cyrillus & Concilium Ephesinum utebantur ad oppugnandam hæresim Nestorianam, patet ex declaratione anathematismi undecimi*, &c. Addit Milleterius pro specia-
a *Pag.* 858. li argumento, a *responsionem Eranistæ*, sanctissimum cibum symbolum ac typum tantummodò corporis & sanguinis esse, *& acclamationem Orthodoxi, quodammodò redolere disputationem Theodoreti contra S. Cyrillum, Cyrillumque procul dubio (multo minus adhuc Eutychianum) non se contenturum fuisse in tam simplici responsione qualem* Theodoretus *tribuit Eranistæ interrogato, cujusnam rei Eucharistia signum foret, divinitatis ne, an corporis & sanguinis Dominici, sed amplius responsurum, eam esse signum corporis & sanguinis Domini divinitatis Verbi hypostaticè unitorum unde & vivificant illos qui eorum mysterium manducant & bibunt.* Sed fucum lectoribus faciunt. Primò enim quamvis daremus Theodoretum Ephesinæ Synodi temporibus hæresi Nestorianæ (si quam certò commentus est) de duobus filijs adhæsisse, id illis nihil prodesset. Dialogi quippè undè argumenta ducimus longè post à Theodoreto conscripti sunt, hoc est, post Synodum Chalcedonensem, & *abjuratum*, (ut ipsi falso ajunt, cum *anathematizatum* debuissent dicere) Nestorium; & in quibus nemo negare non potest, nisi perfrictæ frontis sit, eum veram & Orthodoxam de filio Dei fidem non modo confiteri, sed & validè comprobare. Secundo, licet rursum daremus, eum etiam cum hos Dialogos conscriberet hæretica illa labe infectum fuisse, hoc quoque illis omninò foret inutile. Nam inter Orthodoxos & Nestorianos consensum fuisse in re Eucharistica, quantum quidem ad quæstiones inter nos & Adversarios agitatas pertinet, & nos in Cyrillo suprà docuimus, & Adversarij ipsi Perronius, Vasques, Bellarminus, Mæratius, & alij innumeri agnoscunt & notant. Tertiò falsissimum est, Theodoretum unquam hæreticæ illi de duobus filijs sententiæ adhæsisse
b *Epist.* 82. & 104. aut favisse. Queritur b ipsemet sibi id per impudentem calumniam imputari. Nam licet contrà anathematismos Cyrilli scripserit, minimè tamen adversus eos scripsit quatenus veram de duabus naturis in unitate personæ doctrinam continerent (nihil enim in ipsius reprehensione huic doctrinæ contrarium reperitur) sed quatenus existimabat Cyrillum naturas inter se confundere. Testantur [bb] Leontius, & Theodorus Abbas. *Cyrillus*, inquiunt, *illi videbatur unam naturam opinari, quemadmodum Ariani & Apollinaristæ.* Facundus Hermianensis similiter: c *Tam Sanctorum Orientalium Patrum, quamvis de B. Cyrillo malè sentirent, quam ipsius B. Cyrilli eadem fuerit semper intentio, ut Dominum Iesum Christum docerent in duabus naturis, id est, divinitate atque humanitate perfectum, nè aut propterea duæ personæ crederentur, quia duæ naturæ sunt, aut propterea una crederetur esse natura, quia una persona. Contigit autem nonnunquam inter unius sententiæ viros, ut cum de rebus ipsis, quæ in quæstione sunt, idem sapiunt, de se tamen invicem aliud suspicentur, cum vel à dicente minus aperitur verbis quod corde conceptum est, vel ab audientibus minus inspicitur dicentis intentio. Discernenda est autem impietas, qua de Deo male creditur, ab ignorantia, qua quisque aliter de suo proximo, tanquam homo de homine suspicatur.* Addamus & aliorum testimonia. Sixtus Episcopus Romanus in epistola ad Cyrillum: d *Non se exuit vestro* (Nestorio) *Sanctus frater noster Ioannes* (nec proinde Theodoretus ipsius mandato contra Cyrillum scribens) *addiderat, non ejus est blasphemia prædicatione deceptus.* Maximus Antiochenus in ipsomet Chalcedonensi Concilio: e *Dudum, & à principio Deo dilectissimum Episcopum Theodoretum Orthodoxum novi audiens doctrinas ejus in sanctissima Ecclesia.* Leo Romanus ad ipsum Theodoretum scribens: f *Agnovimus dilectionem tuam, superno adiutorio nobiscum tam Nestoriana impietatis, quam Eutychiana vesania extitisse victricem.* Et rursum: *benedictus Deus noster, cujus invincibilis veritas ab omni hæreseos macula mundum it, secundum sedis Apostolicæ judicia demonstravit.* Denique Cyrillus ipsemet: g *Religiosissimi totius Occidentis Episcopi una cum Domino meo religiosissimo Antiochena Ecclesiæ Episcopo Ioanne scripta dilucidaque confessione palam omnibus fecerunt se profanas Nestorij vocum novitates nobiscum condemnare & anathematizare, seque nullo unquam loco eas habuisse.* Justinianus igitur contrarium scribens, Theodoretique scripta adversus Cyrillum tanquam blasphema anathemati subjiciens, deceptus est ab occultis Acephalorum fautoribus Theodoro Cæsareæ Episcopo & Pelagio Diacono, ut prolixe videre est apud [b] Leontium de Sectis, [i] Liberatum in Breviario, & Isidorum id diserte notantibus. Ad observatiunculam autem Milleterij quod spectat, dico eam esse ineptissimam. Non enim quæcumque vera sunt, ea ubique dicenda sunt, sed ubi necesse est. Locus autem non requirebat ut Theodoretus diceret quæ illum dicere debuisse ariolatur. Idem tamen hac in parte cum Cyrillo ipsum sensisse, patet ex dialogo ut vult Photius, quæ-

Theodoretus.

bb *Leont. de sectis act. 4. & Theodor. in argumento Synodi Ephesinæ.*

c *Lib. 6.*

d *Concil. general. Roma edit. tom. 1. p. 694.*

e *Concil. Chalcedon. Act. 2.*

f *Epist. 63.*

g *Ep. Epist. ad Valerian. Conc. general. Roma edit. tom. 2. p. 693.*

h *Act. 6.*

i *Cap. 24. Isidor. de viris illustrib. in Theodoro Mops.*

Theodoretus.

to, hoc eſt, ex recapitulatione in qua de carne Domini loquens expreſſè ait: [k] *propter vnitam carni vitam, ipſa etiam eſt vivifica*, quemadmodum & Cyrillus; & ex dialogo tertio, ubi ſic loquitur, *non eſt nudi hominis corpus, ſed Domini noſtri Ieſu Chriſti vnigeniti Dei filij.* Adeo ut odor ille Neſtorianiſmi quem ſe in Theodoreti verbis deprehendere autumat venatici odoratus vir, merè pure phantaſticus ſit. Et ſanè Syrmondus in Eccleſiaſtica antiquitate longè verſatior, non dicam Milleterio, (cum enim ipſius planè ignarus ſit, ejus ratione comparationi nullus eſt locus) ſed Perronio, idem nobiſcum obſervat: *ſuborto*, [m] inquit, *inter Ioannem Antiochenum & Cyrillum Alexandrinum, hoc eſt, inter Orientales & Ægyptios diſſidio, cum Theodoretus Ioannis hortatu adverſus duodecim Cyrilli anathematiſmorum capitula librum edidiſſet, multorum in ſe offenſionem, quaſi Neſtorio faveret, vitare non potuit: etſi revera, quicquid inter illos fuit contentionis, &c, rixa potius ſimultatiſque quam dogmatum fuiſſe diſſidium exitus declaravit.* Et rurſus: *Eumdem Synodus Chalcedonenſis retractato judicio in coetum ſuum vt Orthodoxum admiſit, fruſtra exigentibus nonnullis vt Neſtorium ejuraret, cum à Neſtorij placitis averſum ſemper fuiſſe conſtaret.* Optimè & veriſſimè.

Rurſus autem contra naturam ſcripti objicit Perronius, *Theodoretum hoc loco expreſſe profiteri ſe Euchariſtia ſecretū celare, quemadmodum patet hiſce Orthodoxi verbis*, oro te ut obcurius μυστικώτερον reſpondeas, adſunt enim fortaſſis aliqui myſterijs haud initiati: *Id enim eſt quod ſignificat vocabulum illud* myſtice, *cui Euſebius Emeſenus in hoc ipſo opere opponit vocem* clare; *& reſponſione Eraniſtæ dicentis*, Sic audiam & ſic reſpondebo. *Ac proinde, cum interlocutores Dialogi ſui ex propoſito terminis ambiguis & anigmaticis loquentes induxit, non eſſe parandos ex reticentijs & imperfectis ejus enuntiationibus, aut obſcuritatibus & ambiguitatibus ad lectorum ſimplicitatem decipiendam laqueos.* Verum illudit Lectoribus. Primò enim per Adverbium μυστικώτερον *magis myſticè*, Theodoretus non innuit ſe cum reticentijs & imperfectis enuntiationibus de Sacramento loqui velle, proūt fingit Adverſarius, ſed *myſterio congruenter*, hoc eſt, quantum perſermonem liceret, ſe a nominatione panis & vini abſtinendo: unde vix illa ſemel nominat, ſymbolorum nomine multò frequentius utens. Nam in hoc ſolo conſiſtit tota illa obſcuritas; quod etiam manifeſtè patet ex Dialogo ſecundo, ubi poſtquam ſimiliter monuiſſet Eraniſtam quærentem quomodò appellaretur donum quod offertur ante ſacerdotalem invocationem, *apertè id dicendum non eſſe quia veriſimile eſſet aliquos adeſſe non initiatos*, & Eraniſtes annuiſſet ut *enigmaticè* reſponderet, ait, *cibum eſſe ex talibus ſeminibus, & de altero pariter ſymbolo, ceterum nomen poculi ſpeciem ſignificans*, ſuppreſſa panis & vini nominatione. Reliqua omnia ibi ſunt apertiſſima, planiſſima & clariſſima, quod & Eraniſten inducit his verbis fatentem: *myſtice dicta ſunt myſtica, & perſpicuè declarata ſunt quæ omnibus non ſunt nota.* Deinde, & hæc obſervatio, quamvis vera foret, inutilis omnino eſt. Non enim ex imperfectis & æquivocis enuntiationibus argumenta noſtra ducimus, ſed ex integro ſermone, & partibus ejus dilucidis & apertis, & ipſius Authoris ſcopo, quæ omnia contendimus Adverſariorum placitis omnimodò repugnare.

At verò poſt leves has velitationes ad prælium ſe accingens, antè omnia monet [a] ſtylum hujus loci contextum eſſe vocabulis ambiguis & æquivocis & quæ aliter & aliter à Catechumenis & ab initiatis ſumi poſſent, qualia ſunt vocabula, *vocare, gratia, natura, & ſymbolum*; quorum ſignificationes diſtinguens & exemplis illuſtrans, in uno ait aliquid cenſura & animadverſione ob ineptiam dignum. Nam de gratia loquens, *interdum*, inquit, *vocabulum hoc ſignificat gratiam juſtificantem, vt quando S. Paulus ait,* [b] *nè fruſtra gratiam Dei receperitis & quando S. Ephram ait,* [c] *Deum per gratiam hominem ex pulvere formaſſe.* Abſurdiſſimè profecto. Quis enim prudens dixerit, Deum *per gratiam* juſtificantem *hominem* ex terræ *pulvere* creaſſe? Nonne ſole clarius eſt, gratiam neceſſario ibi ſumi, aut pro benevolentia Dei, aut pro ſumma ejus potentia, aut pro utraque conjunctim? Ipſemet Perronius aliquanto poſt de horum altero locum hunc ſanius exponit: *Ephram*, [d] inquit, *intelligit Deum Adamum ex pulvere formaſſe non mediantibus cauſis ſecundis, ſubalternis & naturalibus, quemadmodum alios homines, ſed per immediatam virtutis & potentiæ ſuæ ſupernaturalis operationem.* Ad varias autem quatuor illorum vocabulorum ſignificationes quod ſpectat, dico eas (ſi quæ ſint) ab Authore adeo perſpicue eſſe hoc loco determinatas ut ambiguitati nullum reliquerit locum.

Deinde ait, nos ex hoc loco conſequentiam vnam expreſſam colligere, treſque (aut quatuor) tacitas colligendas relinquere: [e] expreſſam autem illam, eſſe, verba *hoc eſt corpus meum, hoc eſt ſanguis meus*, debere exponi per hæc alia, *Ego ſum panis de cœlo, Ego ſum vitis*: ipſe autem in contrarium vult poſteriora hæc loca ex prioribus eſſe exponenda, nec tamen formaliter, ſed analogicè tantum. At verò, dicimus quidem hæc loca ſibi mutuo lucem afferre, cum utraque figurata ſint, licet diverſe; conſequentias autem quas ex hoc Theodoreti loco deducimus tales eſſe, quales ſupra à nobis diſtincte propoſitę ſunt, ad quas quoque exoptaſſemus illum

k Ἀλλ' ὑπὲρ τῆς συμφύτου αὐτῇ ζωῆς, ἐστὶ καὶ ταύτην ζωοποιόν.

l τὸν ἀνθρώπου Χριστοῦ ψιλὸν, ἀπὸ τῆς πρὸς τὸν μονογενῆ τοῦ Θεοῦ ἑνώσεως.

m In vita Theodoreti.

Theodoretus.

a Cap. 3.

b 2. Cor. 6. 1.

c De natura Dei minime ferunt.

d Cap. 4.

e Cap. 5.

Theodoretus.

illum similiter distinctè & expressè respondisse, non autem confuse, ut facit, ad plures simul. Tres enim priores vno quasi fasciculô complectens, ad eas regerit sequentia pro prolixitate suâ tædiosa & obscura: *Non agebatur de exponendis his verbis*, hoc est corpus meum, hoc est sanguis meus, *sed de illis Iacobi Patriarchæ verbis*, Lavabit in vino stolam suam & in sanguine uvæ pallium suum, *quæ Eutychianus asserebat dicta esse de vestimentô Domini, Catholicus verò de ipsius corpore, vinumque ac sanguinem uva in hac prophetia esse sanguinem Domini quô corpus ejus in cruce abluendum erat & perfundendum: quod corpus Propheta designaverat per vocabula*, stolam & pallium, *ut ostenderet humanitatem & divinitatem Christi essentialiter distinctas esse, quemadmodum vestem & rem vestitam, de quô praciſe agebatur contra Eutychianos. Propterea igitur Orthodoxus ajebat primò, ad reddendam rationem cur Iacobus sanguinem Domini* vinum *appellasset, Dominum seipsum* vitem *vocasse, ac proinde mirum non esse debere, si Iacobus sanguinem ipsius* vinum *indigetasset: Et secundò, ad reddendam rationem cur Dominus se* vitem *appellasset, & consequenter ostendendum Iacobum Spiritu Prophetiô jure sanguinem ipsius* vinum *nominasse, ajebat, nos vinum post consecrationem Eucharistiæ* sanguinem *appellare, utens verbo* appellare *seu* vocare *propter non initiatos, coram quibus licebat quidem dicere, Dominum vinum sanguinem suum appellasse, propter hujus verbi ambiguitatem simplicibus appellationibus vocalibus, & veris propriis ac realibus communis, non autem, eum vinum* sanguinem *suum effecisse. En ipsius verba:* Jacobus igitur sanguinem uvæ Salvatoris appellavit sanguinem. Si enim Dominus vitis appellatus est, & fructus vitis vinum appellatur, sanguis verò & aquæ rivi ex Domini latere profusi per reliquum corpus deorsum manarunt, jure omnino & appositè vaticinatus est Patriarcha, lavabit in vino stolam suam, & in sanguine uvæ pallium suum. Sicut enim nos mysticum vitis fructum post sanctificationem sanguinem Dominicum appellamus, Sic (*videlicet per comparationem analogiæ, & non æqualitatis*) veræ vitis sanguinem uvæ sanguinem nominavit. *Deinde, confirmare volens modum juxtà quem Iacobus in prævisione futuræ Eucharistiæ mysterij sanguinem Domini appellaverat* vinum, *puta, ex sexto & duodecimo Ioannis ubi Dominus in prævisione ejusdem mysterij corpus suum appellaverat* panem; *Orthodoxus ait*, Scis quod panem Deus corpus suum appellavit? *Et respondet Eranistes*, Scio. *Orthodoxus post subjungit*; alibi verò carnem frumentum nominavit, hoc etiam scio, *&c*: in mysteriorum autem traditione panem appellavit corpus suum, & quod mixtum est in calice sanguinem; hoc in confessô est. Salvator igitur noster nomina permutavit, & corpori quidem symboli nomen imposuit, symbolo verò nomen corporis: Sic vitem seipsum cum nominasset, symbolum sanguinem appellavit. *Vbi Theodoretus docet rationem propter quam Dominus corpus suum panem & frumentum appellaverat, eam esse quod postea in Eucharistia panem & alimentum ex frumento factum* corpus suum *appellavit: & rationem similiter propter quam Iacobus sanguinem Domini* vinum *& Dominus rursum seipsum* vitem nominaverat, *eam esse, quod in Eucharistia fructum vitis* sanguinem suum *vocavit. Sed non propterea sequitur, ea paria esse & (ut in scholis loquuntur convertibilia: hoc est, quemadmodum causa propter quam Dominus corpus suum* panem & frumentum *appellavit, Iacobusque sanguinem ipsius* vinum, *& rursum ipsemet seipsum* vitem, *ea erat quod in Eucharistia panem* corpus suum *& vinum* sanguinem suum *erat appellaturus; ita & rationem propter quam in Eucharistia panem & vinum corpus & sanguinem suum vocavit, ex eô duci quod corpus suum panem & frumentum appellasset, Iacobusque ipsius sanguinem, vinum, & ipse se vitem. Non magis certe, quam quandò idem Theodoretus observat Davidem Spiritum Sanctum appellasse* columbam, *quia provideret columbam quæ apparitura erat in Domini baptismate Spiritum Sanctum fore appellandam, & ait, a* admiratione dignum est magnum Davidem columbæ & non alterius volucris alas accipere voluisse: manifestum est enim eum Spiritualem gratiam desiderasse quæ in columbæ specie apparuit; *unde sequitur, si David Spiritum Sanctum* Columbam *appellaverat propter relationem & allusionem allegoricam ad locum Evangelij ubi S. Ioannes Columbam quæ in baptismo Domini apparuit Spiritum Sanctum appellavit, rationem propter quam S. Ioannes Columbam quæ in Domini baptismo apparuit Spiritum Sanctum appellavit, reciprocè esse relationem & allusionem allegoricam ad locum psalterij in quô David Spiritum Sanctum columbam appellaverat, non autem causam veram, propriam & realem, nempe, quia vere & realiter erat Spiritus Sanctus qui specie columbæ apparebat. Alioqui purum esset petitionis principium. Quærere enim quamobrem Dominus corpus suum panem & frumentum nominaverit ante Eucharistiam, & respondere illud esse ab eo factum quoniam in Eucharistiâ panem corpus suum erat vocaturus: & rursum quærere, quamobrem in Eucharistiâ panem corpus suum appellaverit, & respondere id ab eô factum quod ante corpus suum panem & frumentum appellavisset, Circulus foret. Itaque ex hoc loco Theodoreti resultat quidem eum contulisse hæc verba,* lavabit in vinô stolam suam, & Ego sum vera vitis, *cum his verbis*, hoc est sanguis meus; *& rursum hæc verba*, Ego sum panis vitæ, *&* nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, solum manet,

Theodoretus.

a *In Psalm.* 54.

Digitized by Google

Theodoretus.

manet, *cum verbis* hoc eſt corpus meum, *ad exponenda hæc verba*, lavabit in vinô ſtolam ſuam, & Ego ſum vitis, *per illa* hoc eſt ſanguis meus; *& pariter hæc verba*, Ego ſum panis vitæ, & Niſi granum frumenti in terram cadens mortuum fuerit, ſolum manet, *per illa* hoc eſt corpus meum: *Verum, non ad exponenda verba*, hoc eſt ſanguis meus, *per illa* lavabit in vino ſtolam ſuam, & Ego ſum panis vitæ, & niſi granum frumenti in terram cadens mortuum fuerit, ſolum manet. *Ratio enim non patitur, terminum allegoricum exponi per relationem & alluſionem ad alium quemdam terminum, & alium hunc terminum reciproce exponi per relationem ad illum qui appellationem ſuam allegoricam ab eô mutuatur. Alioqui concludendum foret ex eô quod S. Ioannes Chriſtum appellat* agnum Dei paſchalem, *aut S. Paulus baptiſmum* circunciſionem *per relationem & alluſionem allegoricam ad circunciſionem legalem, aut Apocalypſis Diabolum* ſerpentem *per relationem & alluſionem ad ſerpentem qui Evam allocutus eſt, Agnum paſchalem Agnum non fuiſſe niſi nominaliter & allegoricè perindè ac Chriſtum, nec circunciſionem ſimiliter, nec ſerpentem. At contra, vnum illud, quod ſtatuit* Theodoretus, *nempe rationem propter quam Iacobus ſanguinem Chriſti qui in cruce effundendus erat, propheticè vinum appellavit, & Dominus ſeipſum vitem, relationem & alluſionem fuiſſe ad calicem Euchariſtiæ de quo Dominus dicturus erat*, hoc eſt ſanguis meus, *ac rurſum rationem propter quam Dominus corpus ſuum panem & frumentum nominavit, relationem & alluſionem fuiſſe ad panem Euchariſtiæ de quo dicturus erat*, hoc eſt corpus meum, *ſufficit iis qui myſteriorum intelligendorum capaces ſunt ad concipiendum appellationes Euchariſtiæ pro rationibus, terminis, objectis & cauſis finalibus alluſionem nominalium & allegoricarum aliarum appellationum allatas, non eſſe ſimpliciter appellationes, nominales & allegoricas, perindè ac cæteras, ſed veras, proprias & reales. Nam quemadmodum Philoſophi naturales & Ariſtoteles eorum princeps docet, terminos motuum immobiles eſſe, ſic & neceſſe eſt terminos ad quos referuntur & liſtuntur alluſiones & allegoriæ vocabulorum allegoricorum, proprios eſſe & non allegoricos. Nec juvaret objicere, Theodoretum duas has appellationum ſpecies inter ſe comparare. Semper enim meminiſſe oportet, illum eas non conferre familiter & tanquam in eodem gradu conſtitutas, ſed tantùm analogicè & tanquam conſtitutas, vnam in pari gradu cauſa, & alteram in gradu effectus. At id propter quod aliquid eſt tale, nonne ex Ariſtotelis regula debet eſſe magis tale? Quid ergo repugnat,* [a] *appellationem qua Dominus panem & vinum Euchariſtiæ corpus & ſanguinem ſuum appellavit (cum cauſa ſit appellationis per quã Iacobus propheticè ſanguinem Chriſti vinũ appellaverat, & Chriſtus ipſe corpus ſuum* panem, *tanquam effectus reflexionis & reverberationis alicujus, & tantummodò dictæ per relationem ad illam) eſſe veram, propriam & realem, alteram verò ſimpliciter nominalem? Ac proinde nihil obſtat quominus reſpondere valeamus Theodoretum vti verbo* vocare *duplici ſenſu, ac quando ait Iacobum vocaſſe ſanguinem Domini* vinum, *& Dominum ſeipſum* frumentum & vitem, *id illum intelligere de appellatione ſimpliciter nominali & de numero earum quas alicubi nudas appellationes indigetat, quandò verò dicit Dominum panem & vinum Euchariſtiæ* corpus & ſanguinem ſuum *appellaſſe, hoc eum intelligere de appellatione verâ, propria & reali, qualem innuit Gregorius Nyſſenus inquiens,* panis initio panis communis eſt, ſed poſtquam myſterium illud conſecraverit, corpus Chriſti dicitur & eſt; *Et S. Ambroſius quandò clamat,* [b] poſt conſecrationem ſanguis Chriſti nuncupatur, quod os loquitur, mens interna fateatur, quod ſermo ſonat, affectus ſentiat; *Et Theophylactus quandò ſcribit, Iudam accepiſſe panem, non tamen manducaſſe, ſed occultaſſe, vt Iudæis oſtenderet Ieſum appellaſſe panem corpus ſuum. Nam appellationem corporis & ſanguinis pani & calici Euchariſtiæ impoſitam, veram ac propriam cauſam eſſe cæterarum illarum appellationum nominalium, alluſoriarum & allegoricarum, vitis & ſanguinis uva,* Theodoretus *expreſſe declarat, quandò aſſignat mutationem ex gratia factam, hoc eſt, ex voluntate Dei omnipotenti pro ratione omnium illarum mutationum nominum. Cum enim quæſiviſſet Eranistes cauſam hujus nominum mutationis,* voluit, *inquit*, eos qui divina myſteria participant, non attendere naturam eorum quæ cernuntur, ſed per nominum permutationem mutationi ex gratia factæ credere. *Hæc enim mutatio ex gratia facta non contigit quandô Dominus dixit,* Ego ſum panis vitæ, *nec quando hæc Iacobi prophetia,* lavabit in vino ſtolam ſuam, *aut in Ægypto pronuntiata eſt, aut impleta in cruce, ſed tantum in Euchariſtia, quando gratia (hoc eſt, ut poſt oſtendemus, gratia eſſentialis, nempe Chriſtus qui eſt cibus cœleſtis & ſupernaturalis) addita naturæ fuit, ſcilicet, facultati naturali cibi terreſtris & corruptibilis. Vndè reſultat, mutationem quæ tunc facta eſt cum nomina in Euchariſtia mutata ſunt, aliam fuiſſe quam eam quæ locum habuerat quando nomina mutata ſunt in illis Iacobi verbis*, lavabit in vino ſtolam ſuam, *aut in his Domini*, Ego ſum panis vitæ, *aut*, Ego ſum vitis: *ac proindè, cum appellatio Euchariſtiæ tributa contineat in ſe cauſam & originem omnium illarum appellationum nominalium, & alia mutatione ſociata ſit & alias ob rationes impoſita, non poſſe indè concludi à pari, nec inferri eam non alterius generis aut modi fuiſſe.* Huc uſquè Perronius fuſiſſimè: Verum, ut rectè Sapiens, [c] *in multiloquio non deerit peccatum.* Hic autem quamplurima ſunt falſa & abſurda. Primò enim quando ait, Theodoretum dicentem, nos, vinum

Theodoretus.

b *De his qui initiant. c. 9.*

a *Locus hic corruptus eſt in Perronio, quem reſtitui ad ejus ſenſum.*

c *Prover. 10. 19.*

Theodoretus.

vinum poſt conſecrationem Euchariſtiæ *ſanguinẽ* appellare, *vti verbo* appellare *propter non initiatos, coram quibus licebat quidem dicere, Dominum vinum ſanguinem ſuum appellaſſe, propter hujus verbi ſimplicibus appellationibus vocalibus, & veris ac propriis & realibus communis ambiguitatem, non autem, enim vinum ſanguinem ſuum effeciſſe*; aut falſum dicit, aut falſum antea dixit. Suprà enim obſervavit, Theodoretum in his Dialogis d *profiteri ſe Euchariſtiæ ſecretum celare velle*, quia fingit ſermonem haberi coram non initiatis. Secretum autem illud rurſum hîc eſſe vult, *Dominum* vinum *ſanguinem ſuum* (ac proindè quoque *panem* corpus ſuum) effeciſſe. Et tamen Theodoretus in dialogo ſecundo de pane & vino loquens ait, *intelliguntur & creduntur eſſe quæ facta ſunt*: quæ verba ipſemet Perronus dicit e referri ad hæc præcedentia, *poſt ſanctificationem ea appello corpus & ſanguinem Chriſti*. & apertè deſignare *illa eſſe propriè & ſubſtantialiter corpus & ſanguinem Chriſti*. Aut igitur, Dominum vinum efficere ſanguinem ſuum, non eſt ſecretum Euchariſtiæ contra Cardinalis ipſius hypotheſin, aut Theodoretus coram non initiatis imprudenter revelavit quod nefas erat aperire, aut denique idem Theodoretus non vſus eſt verbo *vocare* aut *appellare* propter non initiatos & ad illis occultandum Euchariſtiæ ſecretum, ut hîc affirmat Perronius. Secundò dico, verum quidem eſſe hoc philoſophi axioma, *propter quod aliquid eſt tale, illud ipſum eſt magis tale*, ſed illud ineptiſſimè & & abſurdiſſimè loco de quo contendimus ab Adverſario applicari. Nam locum quidem habet in ijs rebus quæ eaſdem appellationes, attributiones aut qualitates recipientes, eas diverſè poſſident, ut; verbi gratiâ in exemplis ab ipſomet Perronio allatis, quandò S. Joannes Chriſtum vocat *agnum* per alluſionem ad agnum paſchalem, Apoſtolus f baptiſmum *circumciſionem* per relationem ad circunciſionem legalem; certum enim eſt & indubitatum agnum paſchalem & circuncifionem legalem, agni & circunciſionis nomenclaturam cum majori eminentia poſſidere, quam, aut Chriſtum, aut baptiſmum: Sed quandò res quæ comparantur, non eaſdem appellationes aut qualificationes fortiuntur, verum alias & diverſas, tunc id axioma illis nullomodò poteſt applicari. At verò ita ſe res habet in propoſitionibus quas Theodoretus inter ſe confert. Nam in his Jacobi verbis, *Lavabit in vino ſtolam ſuam*, ſanguis Chriſti *vinum* appellatur: in hiſce verò Domini, *hoc eſt corpus meum, hoc eſt ſanguis meus*, panis & vinum diverſa omnino nomenclatura *corpus & ſanguis* dicuntur. Axioma ergo philoſophi illis inter ſe comparatis, nec debet, nec poteſt vllo pacto accommodari: & ſi adaptari poſſet illud reducendo aliqua ex parte ad ſum ſuum legitimum, concluſionem efficeret cardinalis arguuento plane contrariam. Sic enim argumentarer: Propter quod aliquid eſt tale, illud ipſum eſt magis tale. Atqui ſanguis Domini in prophetia Jacobi *vinum* appellatur propter vinum quod Dominus in Euchariſtia ſanguinem ſuum appellavit. Ergo vinũ quod Dominus in Euchariſtia ſanguinem ſuum appellavit, magis vinum eſt quam ſanguis Domini, hoc eſt, proprie vinum eſt. Ubi verò jam tranſſubſtantiatio? Tertiò ſupponit (quod & tanquam alter Eraniſtes ab ipſo emendicatum habet quoque a Milleterius) *Theodoretum, ad reddendam rationem cur Iacobus ſanguinem Domini vinum appellaſſet, dicere Dominum ſeipſum* vitem *vocaſſe, & rurſum ad reddendam rationem cur Dominus ſe vitem appellaſſet, id afferre, quod nos vinum poſt conſecrationem* ſanguinem Domini *appellemus, poſtremamquè hanc appellationem cauſam duarum præcedentium, illas vero hujus effectum.* Id autem falſum & abſurdum eſt. Nam ſi Theodoretus probaret, per *vinum* & *ſanguinem uvæ* in Jacobi prophetia *ſanguinem Domini* eſſe intelligendum ex eo quod Dominus ſeipſum *vitem* vocaſſet, & rurſum Dominum ſeipſum *vitem* vocaſſe ex eo quod vinum in Euchariſtia *ſanguinem ſuum* eſſet vocaturus, &c, rationes illæ prorſus forent ἀσυλλόγιστοι. Nam qualis eſt, oro, fibula harum connexionum; Chriſtus ſeipſum vitem appellavit, ergò ſanguis uvæ in prophetia Jacobi de proprio ſanguine ejus intelligendus eſt? Et rurſum: Dominus in Euchariſtia vinum ſanguinem ſuum vocaturus erat, Ergo propterea ſeipſum vitem appellavit? Nulla ſane, ſi appellatio corporis & ſanguinis pani & vino in Euchariſtiâ indita ſtatuatur tanquam cauſa aliarum illarum appellationum, & illæ velut ipſius effecta. Deindè, & illud idem contrà ipſos Adverſarios quadamtenùs eſſet. Si enim Theodoretus, ut volunt, ad verificandum vinum ac ſanguinem uvæ in Jacobi prophetiâ de propriô Domini ſanguine eſſe accipiendum, hanc rationem affert, quod Dominus ſeipſum *vitem* appellarit, quemadmodum & ad reddendam rationem cur ſe vitem nominaverit, ait, eum in Euchariſtia vinum ſanguinem ſuum eſſe vocaturum; nonnè indè conſequetur, quomodò appellatio corporis & ſanguinis pani & vino Euchariſtiæ communicata, cauſa eſt appellationis vitis, & appellatio vitis ejus effectus, ſic & appellationem vitis cauſam eſſe cur ſanguis Domini vinum à Jacobo fuerit indigetatus, & hanc vini appellationem ipſius effectum: ac proindè, cum id propter quod aliquid tale eſt, magis ſit tale, Dominum eminentiori ratione *vitis* nomen poſſidere quàm ſanguinem ipſius *vini*, cumque denuò termini motuum immobiles ſint, terminique alluſionum & analogiarum

Theodoretus.

d Cap. 2.

e Cap. 12. p. 542.

a p. 850.

f Perronius non notat ubi Apoſtolus hoc ait: fortè vult Coloſſ. 2 ſed incertum.

ized by Google

Theodo-
rus.

rum vocabulorum adsignificantes, ut nota Persona, necessario propriè dica. Dum enim quæque propriè & non figuratè & allegoricè notat propriam? Hæc autem falsa esse manifeste nemo non videt: unde & à pari judicandum de aliorum comparatorum membris. Dicendo ergo, Theodorum ad offendendum in Sacrificio propriorum Dñi & pabulum de corpore Domini, (non verbi de ejus veritatem) & hanc quæ de propriis ipsius linguæ est intelligendam, duplici modo probationi est: una ad rem ipsam demonstrandam, altera non ad rem, sed ad opportunitatis loqua conventionem designandam & confirmandam. Prior illa est, quod scilicet non possit Dominum in linguam una levis & vehementis fui, ex linguario autem demonstrari non corpus fuum propriis linguæ cantibus, quando, inquit, *linguam non habet ejus veritas propriè pro nostra Persona nata.* Posteriori autem eft, quia vana existimari cavendi hujusmodi appellationem, ut quando Dominus non modo simplum vitulum, & corpus fuum pro se nominavit, sed & non quoque poti ipsum recipere pabulum & veram Eucharistiæ corpus & fanguinem appellavit. Quæ omnia, inquiunt, *magis quam vitulum pulli sanctificationem fanguinem Christianorum appellandi, nec vera Eucharistiæ sint fanguinem nominanda.* Ubi hæc dicit, ipsa quoque veritate & corporari non vult, & non generis differentem, id tempus fimilem. Nec obstat quod ipsius Personæ Encharistiam dicere, *velum carnem dicere personam nominum, Orthodoxum esse confitemur, Mendacium ipsum quo dicunt negligimus & minimi. Vult enim* (Dominus) *ut ea divina & vivifica participet non animalium nec ex vino quæ carnem, qui per nominum notatur, non mutatum ea ex gratia facta est filium Dei Verbi. Qui enim corpus naturale fumentum & panem appellavit, & spiritale imbecillitatis & fanguinem appellavit humanum, non naturam nostram, sed nostra gratiam adjunxit.* Non per eam enim intelligit eandem proprietatem fic dictarum, qua effectum aliquod celebrata, fed ut ipsum corporis, & sanguinis Christi communibus appellationum, nominum, ut quodammodo ea devotum non sit ad mysteria agentur ij qui mysteriis initiati fint attendentes ad appellationem corporis & fanguinis per id vero indicare, tanquam non quæ fpecialis ejusdem fit labem & à regis differens. Sed hoc tamen non obstare quominus figmenta fit, facit & reliqua illius quæ profert ipfe exempla colorabit quod fupra vigilet Adverfarius. Non verum quidem eft differentiam aliquam effe inter Columbæ appellationem Spiritui Sancto à Davide datæ & Theodoretum communicatam Eucharistiæ, *Quæ vero dubitemus hoc an fit similes, & cum ipsis quam non tam corporeas*

quam à nonnulli Veterum & etiam ipse Theodoretus hanc appellationem adhibuerunt, *Columbæ* & *Spiritus Sancti* fuisse columbæ quæ Columbæ appellationem attribuere non potuerunt, & fubfidiarium quod Cardinalis infert, poffeteorum propriorum & rationes effe. Nam columba illa, five naturalis, five artificialis facta & adumbrata effigies, non erat propriè & realiter Spiritus Sanctus; fed figurata tantum, ut post gratiæ illius fignum: *Sicut & Angelus Angelus illius, quadam creatura fimilis in ea non fuit, ea tamen ejus fuisse creatura* Spiritus Sanctus. Ex eritum: *hæc autem visibilium creaturarum, quæ nobis videri meruerunt, non in ipsa divinitate, sed in natura ex apparent ejus operationis quæ ipse virtutibus & communicabilis ad ea fuit & fimus ab creaturam ipsi humanam carnis commotus, à tempore mutabilitatem creaturam ad mutabilem naturam ejus ipsius conversionem. Ex creatura: & Non natura quod ipsa creatura non ipsa creatura ejus ipsius est, ejusque Spiritus Sanctus illius ab corporalis ejus ipsius creatura, quæ ipsius

Theodoretus.

solens videri nullomodo potest illud sanguinem appellari, cum unaquæque res propriô suo nomine convenientissimè nuncupetur. At sanguis Domini non est propriè & substantialiter vinum & sanguis uvæ. Itaque non est similis appellationis ratio, adeo ut exemplum illud hujusce appellationis inconvenientiam potius quam congruentiam arguat. Ut ergo valeat & servire possit Theodoreti proposito, necessario statuendum est utramque appellationem illi figuratam censeri. Secundo ait *in mysteriorum traditione (Dominus) panem appellavit corpus, & quod mixtum erat sanguinem*: videlicet, cùm diceret, *hoc est corpus meum, hoc est sanguis meus*. Intelligit ergo in illis Domini verbis *hoc est corpus meum*, pronomen *hoc* pro pane supponere, in his *hoc est sanguis meus*, pro vino: ut sensus utriusque sit, *hic panis est corpus meum, hoc quod mixtum est sanguis meus est*. Nam nisi ita sit, falsum est Dominum panem corpus suum vocasse, & quod mixtum erat sanguinẽ. At vero si sensus illorum ejusmodi est, necessarium omnino est appellationem illam corporis & sanguinis figuratam esse, nõ propriam. Fatentur ipsi Adversarij, Salmeronẽ supra audivimus. En Bellarminum: *scripsit*, a inquit, *Lutherus verba Evangelistæ*, hoc est corpus meum, *hunc facere sensum*, hic panis est corpus meum. *Qua sententia, aut accipi debet tropice, ut panis sit corpus Christi significative, aut, est plane absurda & impossibilis: nec enim fieri potest ut panis sit corpus Christi.* Sic & Vasques: b *absque tropo & figura falsum est & corpus Christi dicere panem: & panem dicere corpus Christi.* Cum igitur Theodoretus apertissime doceat ejusmodi esse verborum illorum sensum, necessariò quoque sequitur illum censuisse appellationem corporis & sanguinis Dominici pani & vino inditam, figuratam esse. Tertio postquam dixisset, *Dominus in mysteriorum traditione panem appellavit corpus; & quod mixtum erat sanguinem*, & respondisset Eranistes, *sic nominavit*; immediate subjungit: *atqui, corpus illud quod secundum naturam est, corpus quoque vocabitur, & sanguis sanguis.* Ubi manifestum est, illum antithesin instituere inter panem & vinum post consecrationem corpus & sanguis Christi appellata, & corpus & sanguinem quæ secundum naturam, hoc est, proprie & substantialiter corpus & sanguis Christi sunt, atque ab illis ad hæc tanquam à minori ad majus sic argumentari, si panis & vinum post consecrationem corpus & sanguis appellantur, potiori jure profecto corpus illud & sanguis quæ juxta naturam talia sunt; eodem omnino sensu quô Basilius alicubi, c *Si imago rex appellatur, multò convenientius Rex ipse qui ejus appellationis imaginis causa est*; ac proindè panem & vinum, quamvis post consecrationem corpus & sanguis appellentur, corpus tamen & sanguinem propriè & substantialiter non esse. Nec juvat quod respondet d Perronius per *corpus secundùm naturam* Theodoretum intelligere, *corpus in forma sua naturali constitutum: distinguimus* enim, inquit, *& nos ipsi quotidiè in scholis corpus naturale Christi à corpore ejus sacramentali, & corpus naturale appellamus illud quod constitutum est in propriâ forma & figura naturali, & corpus sacramentale illud quod constitutum est sub speciebus externis & mutuatis sacramenti, illa tamen accidentaliter tantum, non autem substantialiter distinguentes.* Nam id falsum esse patet, tùm quià Veteres per corpus *typicum* ac *symbolicum* nihil aliud intellexerunt quam corporis typum ac symbolum, illudque vero ac proprio corpori opposuerunt, ut quandò Origenes de pane & vino Eucharistiæ loquens ait: d *Et hæc quidem de typicô symbolicoque corpore. Multa porrò & de ipso Verbo dici possent quod factum est caro verusque cibus*, &c; tum quià id *quod secundùm naturam* est opponere soleant ei quod non realiter & propriè est, ut quandò Chrysostomus de astris loquens, e ait discernendum esse inter stellam *quæ natura est*, & eam quæ *apparentiâ tantum stella est*; tùm quià, si Theodoretus per *corpus & sanguinem secundùm naturam* intelligeret corpus & sanguinem in propria specie naturali constituta, oporteret eum in præcedentibus mentionem fecisse corporis & sanguinis in alia forma quam sua propria constitutorum, à quibus illa distingueret: cujus tamen in ejus verbis altissimum silentium; tùm quià paulò post ipsemet exponat quid intelligat per corpus secundum naturam, quandò ait, *Dominus quod corpus est secundum naturam, frumentum & panem appellavit*, corpus secundum naturam intelligens de eo quod substantia, non triticum & panis est, sed verè corpus seu caro; tum denique, quià quoties de corpore Domini tractat, per *naturam* perpetuò intelligit substantiam, nec vel semel unquam vocabulum illud accipit in alio sensu. Quartò comparans appellationes panis & frumenti corpori Dominico, & corporis & sanguinis pani & vino Eucharistiæ inditas, ait: *Salvator noster nomina permutavit, & corpori symboli nomen, symbolo autem corporis nomen imposuit. Sic vitem seipsum qui nominavit, sanguinis nomen symbolo tribuit.* Ineptissimè autem diceret, Dominum *corpus suum* panem appellasse, & vicissim *panem* corpus suum per nominum inter symbola significantia & res significatas permutationem, si posterior hæc appellatio propria & substantialis foret, prior autem tantummodò nominalis & allegorica. Ea enim nominum permutatio nunquam jubetur observari, nisi in ijs rebus quæ licet propriè & substantialiter non sint ea ipsa quorum nomina accipiunt, sibimet tamen reciprocè ea communicant. Quis enim,

a De Euch. l. 3. c. 2.

b Disput. 201. c. 1. & disp. 180. c. 3.

c Const. Sabellian. ὁ γὰρ εἰκὼν βασιλεύς, πολλῷ δήπου μᾶλλον βασιλεὺς ἐστὶν ὁ τῆς εἰκόνος πρωτότυπος Θεός.

d Cap. 4.

d In Matth. cap. 15.

e In Matth. homil. 6. ἀλλ' ἕτερον ἄστρον, καὶ ἕτερον μέτρον ἀστέρος.

Digitized by Google

Theodoretus.

exempli gratiâ diceret de aquâ in Cana à Dominô in vinum converſa, eam per nominis permutationem vinum appellari? Nemo ſanè, niſi fortè Choræbus aliquis. Deniquè, (nam alia argumenta capite ſequenti adducemus ſeparatim expendenda) non modò ait, Dominum nomina permutaſſe, ſed & ſpeciatim, eum *ſymbolis* dediſſe nomina corporis & ſanguinis. Undè rurſus nobis præſtò eſt argumentum inſolubile. Nam imagines ſeu ſymbola rerum aliquarum, propriè non ſunt illæ res quarum nominibus appellantur. Teſtis eſto Gregorius Nyſſenus: [a] *imago nomine tenus homo eſt, quapropter non proprie eſt quod appellatur, quia ex natura* (hoc eſt ſubſtantialiter) *non eſt quod nominatur.* At juxta Theodoretum in hiſcè Domini verbis, *hoc eſt corpus meum, hoc eſt ſanguis meus*, imagines ac ſymbola rerum aliquarum (hoc eſt, corporis & ſanguinis Chriſti) illarum nominibus appellantur. Ergò non ſunt propriè res illæ: *quod autem propriè non eſt, improprie* (ſeu figuratè) *omnino eſt*, [b] ait idem qui ſuprà Gregorius Nyſſenus. Quid clarius? Sic defendimus & confirmavimus *conſequentiam expreſſam* quam nos ex ſuprà examinati Theodoreti verbis deducere Perronius obſervat. Veniendum eſſet ad *tacitas*, ut illas vocat: Verùm quià nonnulli alij Adverſariorum præter memoratas Cardinalis argutias in ijſdem verbis quaſi nodum in ſcirpo quærunt, antequam ultra pergamus, juvat & eorum duas objectiunculas expendere & confutare.

Prima eſt Milleterij omnium audaciſſimi & inſciſſimi, urgentis ea verba: *Sicut nos myſticum vitis fructum poſt ſanctificationem ſanguinem Dominicum nominamus, ſic vera vitis ſanguinem* (Patriarcha Jacobus) *ſanguinem uvæ nominavit.* Ex quibus ſic argumentatur: [c] *Theodoretus ait, quemadmodum in Iacobi verbis, ſanguis uvæ ſignificat ſanguinem veræ vitis, ſic & in verbis Domini ſanguinem myſticum vitis poſt conſecrationem ſignificare ſanguinem Chriſti. Atqui in verbis Iacobi, verus ſanguis Domini eſt ſanguis veræ vitis qui intelligitur per ſanguinem uvæ: Ergò verum eſt Domini ſanguis qui intelligitur per vinum conſecratum quod Dominus ſanguinem ſuum vocavit. Orthodoxum non poterat probationem adducere meliùs concludentem ad oſtendendum per vinum intelligi debere ſanguinem Chriſti. Nam ſi ſenſum verborum ſuorum alium foret, ac per vinum quod eſt in calice Dominico poſt conſecrationem, quodque ſanguis appellatur, intelligendum eſſet ſignum ſanguinis ſubſtantialiter vinum, & non ſanguis ipſe, probationem contra ſeipſum afferret. Oſtenderet per terminum Vinum intelligendum eſſe vinum naturale, & non vinum myſticum quod ſanguis Domini eſt. Nihil afferret ad oſtendendum vinum & ſanguinem uvæ in Iacobo ſignificare debere ſanguinem veræ vitis. Confirmaret errorem Eranißæ, & non ſenſus ſui veritatem. Dicit veritatem vos quò de verbis Theodoreti gloriamini; conditio mutata eſt. Nemo eſt inter Patres qui vobis magis adverſetur. Iam oportet credatis, (ſi credere vultis) vinum quod eſt in calice poſt conſecrationem idem eſſe cum ſanguine uvæ in Iacobi verbis.* Stupendam hominis cæcitatem & impudentiam! Primò enim ſinè fronte Theodoreti verba mutat, & locô appellationis & nomenclaturæ ſignificationem reponit, & ſuper hanc ſuppoſitionem argumentum ſuum conſtruit. Non enim dixerat Theodoretus, *quemadmodum in Iacobi verbis ſanguis uvæ ſignificat ſanguinem veræ vitis, ſic & in verbis Domini ſanguinem myſticum vitis poſt conſecrationem ſignificare ſanguinem Chriſti*: ſed dixerat, *ſicut nos myſticum vitis fructum poſt ſanctificationem ſanguinem Dominicum nominamus, ſic vera vitis ſanguinem* (Jacobus) *uvæ ſanguinem nominavit.* Quæ verba longiſſimè abſunt à Milleterij ſomnijs. Secundò, quandò ait in Jacobi verbis, *lavabit in vino ſtolam & in ſanguine uvæ pallium ſuum*, ſanguinem uvæ ſignificare ſanguinem veræ vitis, & ſimiliter in Domini verbis ſanguinem myſticum vitis poſt conſecrationem ſignificare ſanguinem Chriſti; quæro ab eo, utrum per *ſignificare* intelligat *ſupponere* ac ſenſus ejus ſit, quemadmodum in illis Jacobi verbis ſanguis uvæ ſupponit pro ſanguine veræ vitis, hoc eſt proprio ſanguine Domini, ſic & in his Domini verbis, *hoc eſt ſanguis meus*, pronomen hoc ſupponere pro eodem ſanguine Chriſti. Si enim ea mens ejus eſt, id dico eſſe falſiſſimum & à ſenſu Theodoreti alieniſſimum. Pronomen enim *hoc* ei ſupponit pro ſymbolô ſanguinis, non pro ſanguine; *ſanguinis*, inquit, *nomen Dominus ſymbolo tribuit*: ſupponit ei pro myſtico vitis fructu, hoc eſt, pro vino ſacramentali, non pro veræ vitis ſanguine, Et mirum eſt Adverſarium adeò cæcum fuiſſe ut non perſpiceret, *per myſticum vitis fructum* Theodoretum non potuiſſe intelligere veræ vitis ſanguinem, hoc eſt, proprium Chriſti ſanguinem, ut ineptè hæc verba finit, cùm Theodoretus in ipſis quæ urget verbis myſticum vitis fructum comparativè opponat veræ vitis ſanguini. Deniquè ajo veriſſimum eſſe, id quod in calice Dominico eſt poſt ſanctificationem, ſanguiſque appellatur, vinum eſſe ſubſtantiale, ſanguinis Domini ſignum, ideoque nomen ejus accipiens; non autem ſanguinem ipſum; Orthodoxum nihilominus rectè ſufficienter oſtendere quod illi propoſitum erat. Duo enim, ut jam ſuprà notavi contrà Perronium, oſtendere intendebat. Prius, ſanguinem veræ vitis, id eſt, proprium Domini ſanguinem in Jacobi verbis *vinum* & *ſanguinem uvæ* nominari. Id autem ex eo probat, quod Dominus nullibi legatur veſtimenta ſua vino abluiſſe, in ſcripturis

Theodoretus.

[a] Contr. Eunom. libro verè primo ἐικὼν μὲν γὰρ ὀνόματι μόνον ἐστὶν ἄνθρωπος, διὸ καὶ οὐκ ἔστιν ἀληθῶς ὃ προσαγορεύεται· ἐπειδὴ οὐκ ἐκ τῆς φύσεως ἔχει τὸ προσαγορεύεσθαι.

[b] Ibid. ὃ μὲν γὰρ κυρίως οὐκ ἔστιν, ἀκυρολογίᾳ πάντως ἐστίν.

[c] Pag. 847. & 8.

Digitized by Google

Theodoretus.

ſcripturis autem appareat eum corpus ſuum propriò ſanguine in cruce perfudiſſe. Poſterius, convenientiam illius appellationis. Illam autem oſtendit ex locutione ſimili in Euchariſtiâ uſurpata. Nam quemadmodum Dominus vinum Euchariſtiæ, licèt ſanguis ejus propriè non ſit, ſanguinem tamen ſuum vocat, cur non & Jacobus pariter ſanguinem ejus proprium, licet ſanguis uvæ ac vinum propriè non ſit, vinum ac ſanguinem uvæ congrue indigetaret? En quantum Theodoretus nobis ſit Adverſarius.

Secunda eſt Jeſuitæ Audeberti in hunc modum: [d] Quod nomen mutat, *ait Theodoretus dialogo primo & ſecundo alijs terminis*, realiter mutatur, *ut quandò dicit arenam nomen ſuum in vitri nomen mutare. Atqui panis, juxta eundem, nomen ſuum mutat in nomen corporis Chriſti: panis ergò realiter mutatur in corpus Chriſti.* Et hoc argumentum *demonſtrationem* appellat, quamvis vix tenuem habeat probabilitatis ſpeciem. Reſpondeo primò, aliquid dupliciter dici poſſe *realiter mutari*, nempè vel per deſitionem ſubſtantiæ ſuæ & ſubſtantialem in aliud converſionem, vel abſque deſitione ſubſtantiæ ſeu per qualitatis alicujus realis adjectionem, ut quandò Gregorius Nyſſenus ait, [e] *carnem Domini in divinitatem fuiſſe mutatam*, quod ibidem explicat eſſe accipiendum, quià *virtutem divinitatis accepit in ſe*, ſeu per adjunctionem ſubſtantiæ, ut quandò Cæſarius, aut quis alius Veterum ad exprimendum incarnationis myſterium ſcribit, [f] *Deum hominem eſſe mutatum*: ac, ſi velit Adverſarius Theodoretum intelligere panem realiter mutari, vel per converſionem ſubſtantiæ, vel per additamentum alterius ſubſtantiæ, ſc. corporis Chriſti, nos id ſimpliciter & abſolutè negare; Sin autem illum mutari per adjectionem virtutis corporis Chriſti, nos id concedere, atque illud ipſum eſſe quod Theodoretus ait, *Dominum non naturam* (panis) *mutaſſe, ſed gratiam naturæ addidiſſe.* Sed & rurſum reſpondeo argumenti propoſitionem vniverſaliter ſumptam, & potiſſimum de mutatione ſubſtantiali intellectam, eſſe falſiſſimam, Theodoretoque impudentiſſime affictam. Nam Theodoretus quidem in dialogô primo, ait, *innumera reperiri poſſe quæ vna cum mutatione appellationem mutant, ut arena*, verbi gratiâ, quæ *igni admota primum fluida efficitur, deinde in vitrum concreſcit, & vna cum mutatione nomen commutat, non amplius arena dicta, ſed vitrum*; Et in ſecundô pariter nonnulla in eumdem ſenſum: ſed eum dicere, *quicquid nomen mutat, realiter quoque* (id eſt, ex Adverſarij mente, ſubſtantialiter) *mutari*, putida impoſtura eſt. Neque enim vel id dixit, vel etiam abſque insaniâ dicere potuit. Nam nonnè Dominus *Simonis* nomen in Petri appellationem commutavit? Et tamen ideone Simon realiter & ſubſtantialiter eſt commutatus? Atque, nè abipſo loco Theodoreti diſcedam, nonne docet Jacobum Patriarcham ſanguinis Chriſti nomen in *vini* nomen commutaſſe? quis verò propterea dicat, ſanguinem Domini nondum adhuc exiſtentem in vinum ſubſtantialiter fuiſſe converſum? Nonne rurſus refert, Dominum ſe *vitem*, & corpus ſuum *frumentum & panem* vocaſſe? Ideo ne quis dixerit, illum in vitem & corpus ipſius in frumentum & panem tranſubſtantiatum fuiſſe? Audiatur Perronius: *mutatio* [g] inquit, *non contigit in perſona Domini, quando dixit*, Ego ſum panis vitæ, *nec ipſius ſanguini, quando hæc Iacobi prophetia*, lavabit in vino ſtolam ſuam, *in Ægyptô pronunciata fuit, aut in cruce impleta.* Quis enim non amens aliter? Verum inſtat Audebertus adverſus reſponſionem: *Si*, inquit, *retorqueatur argumentum & dicatur, quomodò panis realiter mutatur in corpus, ſicut diximus, quia nomen ſuum mutat in nomen corporis, ſic & corpus realiter debere mutari in panem, quandoquidem nomen ſuum mutat in nomen panis; reſpondeo id verum eſſe: Sed ad vitandam omnem contradictionem dicendum eſſe, panem non mutare niſi ſubſtantiam internam in ſubſtantiam corporis Chriſti, & Chriſti corpus non niſi formam externam in formam panis. Vnde reſultat Euchariſtiam abſque permutatione nominum, poſſe dici panem, & corpus realiter, panem ratione accidentium quæ manent abſque eo quod corpus Chriſti formaliter accipiant, & corpus Chriſti ratione ſubſtantiæ quæ acquiritur; aut cum permutatione nominum, eam poſſe dici panem ratione veri corporis Chriſti, & corpus ratione accidentium panis quæ poſt tranſſubſtantiationem manent.* Audaciæ-ne dixerim; an inſaniæ prodigium? Ergo ne corpus Domini cùm diceret, *Ego ſum panis vitæ*, ſubſtantialiter in panem eſt converſum, aut externa corporis ejus forma in externam formam panis realiter converſa eſt; aut quandò rurſum dixit, *hoc eſt corpus meum*, per *id corpus* panis accidentia deſignavit? Tot deliria, quot verba. En inflictam ijs, qui adverſùs veritatem arte luctari contendunt, juſtiſſimo Dei judicio vertiginem.

Theodoretus.

d *Theodoret. dial. 2. de immut. pag. 47.*

e *Contr. Eunom. l. 5. alias 4 in Nyſſen. c. 2. citat.*

f *Homil. 4.*

g *Cap. 4. §. 305.*

CAPUT III.

REDEO ad Perronium poſt conſequentiam expreſſam *tractatum*, ut eas vocat, examen aggredientem. Obſervat autem eas deduci ex eô quod poſtquàm Eraniſtes quæſiſſet cauſam ſuprà memoratæ nominum permutationis, Orthodoxus reſpondeat: *Manifeſtus eſt ſcopus ijs qui divinis myſterijs ſunt initiati. Voluit enim eos qui divina myſteria participant; non attendere naturam eorum quæ cernuntur, ſed per nominum mutationem mutationi quæ ex gratiâ fa-*

Theodoreti. *Sacri ſiquidem ſymboli. Quo enim tempore nomen ſymbolum & nomen mutatum, & nomen ſymboli ſignificatum, & quidem ſymbola corporis & ſanguinis appellantur humanitatis, non naturæ mutatæ, ſed naturæ permanentis.*

Cap. 5. Primum eſt, *mutatum nomen & non manet in Euchariſtia*, non eſt *mutatum nomen*, *transfiguratur in Euchariſtia ut ſacramentum eſt ergo non ſubſtantia* quam reſpondet S. Gelaſius: Theodoretus vero post ordinationem mutationis genus fecit ad deſignandam eam ſine efficientem mutationem: quod ſubſtantiæ proficiatur, vaſtis ſimplis obſtendens eam ſignificatione hujus inſtrumentum & noſtrarum. Sed ideam & proprium perit. Confitemur non enim illius noſtrum efficiat inſtrumentum. Figuratum ejus eſt quod eſt divinitatis ſignificandum proprie voluntas. Quamquam & hoc ordine ablatum, neceſſe non eſt ut ſua non interpretari de cauſa efficiente mutationis. Solebant accipi poſſe (ne vocabulorum ſignificatione) innitere multiplicitatem ejus mendaciorum in poſtremo loci claſſicis. Sacrificia ipſius quæ formula, hæc eſt, de genere & ſolitæ ſubſtitia, loco, ut Petronius ipſe in ſignificationis exponit, *ut ſacramentum ſignificatio ſit ſimilis in corporum.* Veritatis, ut configuratio illius ſuum alterum ſubſtitutum dicitur, ſubſtitutus ut verbo: *ritus ergo divina reſpondeat participat, non attendat ut ſub natura rerum ſit creatura.* Quæ ritus de pane & vino poſt conſecrationem loquuntur, ut non attendendum eſſe dicunt, non eorum quæ videntur, ſupponi eoſdem in natura, ſed eam tamen attendendum monet ille, cujus ſubſtantiam eſſe in ea naturam ſubſtantiæ non poſſe per gratiæ & virtutis ſacramentum.

Secunda, conſequentia ducitur ex verbis ſequentibus: *corporis namque & ſanguinis & virtutis ſymbola, & ſymbola ritus non naturæ mutatæ, & ſymbola poſtea corporis & ſanguinis appellatione humanæ, non naturam mutatæ.* Ea autem duplex eſt. Primò enim Theodoretus ait, *Dominum nunquam reſiliſſe ſuis appellationes corporis & ſanguinis: quæ ſequentibus formulis nunquam reſiliuerit ſuis, ritus ſit ergo quæ ubique ſubſtantialis ſit mutationes alterans remotiones appellationes.* Nemo enim exemplo gratis. Vergam Modo ſequentia nomina, aut naturæ. Cum vox appellationes diuerit humanas ſuis, quantum videtur in corpus ſubſtantiam ſit mutatio: Ineſſe illuſtrent dicitur imaginem Magis nomine ſit ipſi humanis, & duo figura & ſymbolum mutabilis eam rerum quæ non ſignatorum ſunt, quæ quoad ſubſtantiam non mutantur in eas res quarum ſpes ac ſymbola ſunt. Ad hanc conſequentiam Damaſcenus talibi reſpondendum. Sacrificia, poſtquam dixiſſet, Dominum reſilire ſymbola corporis & ſanguinis appellatione humanæ, ſimplicis adhuc ſed confirmandum mutationis: Dominum quam aiunt mente dicere in ea re gratia ſa- cramentum, eſſe, non eſſe illorum ſubſtantiæ, *naturam mutatam.* Quid enim hoc naturæ eſt, nihil ſubſtantiæ? Reſpondet Cardinalis *Cap. 6, 8, 9, 10, 11.* Bellarminus: *Ideo ſymbolum eſt, non ſymbolicum naturam, ſed ſacramentalem, quia conſtat ex conjunctione ad ſimilem rei ſignificatæ, præter ſimilitudinem ex naturæ ejus ſignificatæ.* Sed hæc ſymbolum ſit ſymbolum ſignificatæ, ſed ſacramentum ſit ſacramentum ſignificatæ, ſed ſacramentum ſit ſacramentum ſignificatæ, ſed ſacramentum ſit ſacrament

Theodoretus.

ne naturâ ſolidain liquidam tranſiate, ſubſtantiâ non mutantur. Itaquè, quod obſtat Theodoretum natura vocabulum pro characteribus & proprietatibus externis & naturalibus ſubſtantiæ ſumentem, diſcere, panem Euchariſtiæ non mutare aut abjicere naturâ ſuam, hoc eſt facultatem naturalem quam habet temporaliter nutriendi, ſed addere gratiam naturæ, hoc eſt facultati naturali temporaliter alendi facultatem ſuper-naturalem in æternum alendi, aut potius hujus facultatis fontem qui eſt gratia eſſentialis, ſcilicet, filium Dei, panem de cœlo, gratiam & Autorem gratiæ ſimul? Theodoretus ſcribit panem Euchariſtiæ naturam non mutari. Et S. Cyprianus aſſirmat, eum naturâ mutari: panis ille, e *inquit*, quem Dominus Diſcipulis porrigebat, non effigie, ſed naturâ mutatur, omnipotentiâ Verbi factus eſt caro. *Mutatur ergo natura, & non mutatur, idque abſque contradictione, quoniam S. Cyprianus loquitur de naturâ internâ & eſſentiali panis, & Theodoretus de naturâ externa & accidentali quæ in Euchariſtiæ non mutatur, ſed recipit additionem gratiæ & virtutis eſſentialis de quâ S. Cyprianus dixerat*, f ſacramento viſibili ineffabiliter divina ſe infudit eſſentia. *Et S. Cyrillus*, influit oblatis virtutem (*ſcilicet eſſentialem*) vitæ, convertens ea in veritatem corporis & ſanguinis ſui. *Quod, ſi Theodoretus non adeò aperte expoſuit, in locò ubi ſecretum Euchariſtiæ ſe velare profitebatur, mirum videri non debet.* Verum in hac reſponſione omnia propemodum ſunt abſurda & falſa. Primò enim ridiculum eſt quod air Tertullianum, Hilarium & Theodoretum in locis citatis, naturam ſumere pro *proprietatibus externis naturæ.* Quis enim Philoſophus dixerit, duritiem in ferrò, calorem in igne, ſoliditatem in metallis, illorum eſſe proprietates externas? Internæ ſanè ſunt, non externæ. Secundò, non minus ludicrum eſt quod in loco Theodoreti, naturam ſolidam & fluidam ſumi dicit pro proprietatibus externis & à ſubſtantiâ diſtinctis. Nam naturam ibi ab eò ſumi pro ſubſtantiâ quæ accidentaliter mutetur, evidentiſſimè ex eò patet, quod ſolidum & liquidum attributa non ſint & paſſiones accidentium ac proprietatum, ſed ſubſtantiarum. Tertiò, & *διάφορον* eſt quod ait, in hoc ipſo Theodoreti locò de quò contendimus, naturam panis & vini ſumi pro proprietatibus externis, ac pro naturâ externa & accidentali, & tamen ibidem eam exponit, *de facultate naturali temporaliter alendi.* Nam facultas ac virtus nutritiva panis & vini, non eſt proprietas externa, ſed eſſentialis & interna, licet à ſubſtantia emanans. Quartò verum quidem eſt, *naturam* quandoque ſumi pro qualitatibus, facultatibus & proprietatibus ſubſtantiæ, ut in locis ex Hilariò & Tertulliano citatis, & aliis quamplurimis quæ nos alibi notavimus: ſed eam acceptionem hìc locum habere non poſſe, *naturamque* à Theodoreto de ſubſtantia intelligi, evincunt quamplurima. Primò enim quamvis in his dialogis pluſquam vigeſies mutationis naturæ meminerit, eam perpetuò, & nunquàm aliter ſumit quàm pro mutatione ſubſtantiæ: Imò & eam hìc accipit, ipſam inetallorum comparationem adhibens. Nam poſtquam dixiſſet, g *ignem totam ferri ſubſtantiam penetrare*, immediatè ſubjungit: *non mutat ferri naturam ſumma unio, & per totum permeans mixtio.* Secundo idem probatur ex occaſione & ſcopo totius hujus diſputationis. Nam agebat in hoc dialogo adverſus hæreticos docentes Verbum per incarnationis myſterium in carnis ſubſtantiam fuiſſe mutatum, atque in hunc finem torquentes ea S. Joannis verba, *Verbum caro factum eſt.* Sic enim Eraniſtes cum Orthodoxus abillò quæreret, quomodo illud *factum eſt*, intelligeret, reſpondet: h *qui mutationem in carnem ſuſtinuit, caro factus eſt.* Theodoretus igitur inter varia alia quæ affert, ut oſtenderet, quamvis *Verbum caro factum* eſſe dicatur, & *in carne manifeſtatum*, & plurima ejuſmodi, non ideo tamen ſequi illud ſubſtantialiter in carnem fuiſſe converſum, adducit propheriam Jacobi in quâ ſanguis Domini abſque eò quod in vinum converſus ſit, *vinum* tamen nuncupatur, & quod Dominus ſe *vitem*, & corpus ſuum *panem* & frumentum abſque eo quod ipſe in vitem & corpus ipſius in panem & frumentum mutationem paſſum fuerit, nihilominus appellavit, ac denique quod in Euchariſtia panem & vinum corpus & ſanguinem ſuum nominavit, non eorum propterea naturam tranſmutans. Itaquè, aut neceſſariò intelligit panem & vinum, quamvis à Dominò corpus & ſanguis ipſius quoquomodò facta & appellata, id tamen per ſubſtantiæ mutationem non eſſe facta, quemadmodum & in aliis exemplis, aut exemplum illud non modò hæreticorum contrà quos agebat objectionem nullomodò retundebat, ſed quod adhuc longè pejus eſt, confirmabat & roborabat per exactæ ac congruæ ſimilitudinis typum: Nam illicò excepiſſent, ſimilitudinem illam ab Euchariſtia ſumptam, planè in rem ſuam eſſe, ac veluti panis & vinum Chriſti corpus & ſanguis fiunt per propriæ ſuæ ſubſtantiæ mutationem, ſic & Verbum (ut dixerant,) carnem quoq; factum fuiſſe per ſubſtantialem ſui in carnem converſionem. At quis credat Theodoretū adeo ſtupidum, hardum & inſanum fuiſſe ut exemplum adduceret ſolutioni ſuę ex diametrò contrariū, & hæreticorum inſtantiam & argumenti ſtabiliens & confirmans? Dicendum ergò ſupereſt, Dominum, ex ipſius mente, quamtumlibet panem & vinum corpus & ſanguinem ſuum, & fecerit & appellaverit, eorum nihilominus ſubſtantiam, non mutaſſe. Jam vero totū hunc de Euchariſtiâ & alijs ſermonem

e *De Cœna Domini.*

f *Ibid.*

g *Dialog.* 2.

h ὁ τὴν ἐν σαρκὶ γενομένην μεταβολὴν ὑπομείνας.

Theodoretus.

nem eò collimâſſe, ut illud hæreticorum argumentum ſolveretur, evidenter patet ex eô quod poſtquam Theodoretus variè urſiſſet exemplum Euchariſtiæ, & ex ejus conſideratione poſtularet ab Eraniſta veritatis confeſſionem; atque is contumax, nec habens quod exciperet, repeteret tantum objectionem ſuam, inquiens, *Ego dico, quod Verbum caro factum eſt; ſic enim edoctus ſum*; Orthodoxus ei regerat, *juxta proverbium, ut apparet, in pertuſum dolium infundimus: Nam poſt omnes illas demonſtrationes, & objectionum ſolutiones, eoſdem ſermones revolvis.* Tertiò, idipſum patet ex ipſiſmet hujus loci verbis: *Dominum viſibilia ſymbola corporis & ſanguinis appellatione honoravit.* Nam, præterquam quod ſupra notavi, nihil vnquam dici alterius rei nomenclatura *honorari*, ſi ſubſtantialiter in illam mutetur, Theodoretus per *viſibilia ſymbola* panem & vinum intelligit, de quibus ante dixerat, *in myſteriorum traditione panem appellavit corpus, & quod mixtum eſt, ſanguinem.* Mens igitur ipſius eſt, Dominum, cum diceret, *hoc eſt corpus meum, hoc eſt ſanguis meus*, per pronomen *hoc* panem & vinum deſignâſſe: adeò ut ſenſus ejus fuerit, *hic panis eſt corpus meum, hoc vinum eſt ſanguis meus.* Atqui hoc poſitô, neceſſarium prorſus eſt ut intellexerit, Dominum eorum ſubſtantiam non mutaſſe. Teſtis eſto Vaſques: *Si pronomen* hoc [a] (inquit) *in illis verbis* hoc eſt corpus meum *demonſtraret panem, fatemur etiam fore, ut nulla converſio eorum virtute fieri poſſit, quia panis de quô enuntiantur manere deberet.* Denique: quandoquidem poſtquam dixiſſet, tum in pane & vinô *mutatio ex gratiâ facta eſt*, tum Dominus *ea honoravit appellatione corporis & ſanguinis*, immediatè ſubjungit, *non naturam mutans, ſed naturæ gratiam adjiciens*; hac additione procul dubiô præcavere voluit infirmis fidelium, nè intelligerent ejuſmodi mutationem quæ nominatio corporis & ſanguine Chriſti in eorum cogitationem venire poterat. At infirmis fidelium audita appellatione corporis & ſanguinis Chriſti pani & vino tributâ, atque ex præcedaneâ mutatione proficiſcenti, poterat oboriri cogitatio de mutatione ſubſtantiæ panis & vini in corpus & ſanguinem Chriſti: ſenſus enim eis dictabant eorum formam externam ſeu accidentalem manere, nec tranſmutari, facultatem quoque nutriendi ſimiliter. Igitur de mutatione ſubſtantiæ intelligit, quod Dominum ait, eorum *naturam non mutaſſe.* Nec contra quicquam faciunt duo illa loca: quæ adverſarius objicit ex Cypriano & Cyrillo. Prior enim Cyprianus non eſt, ſed Arnoldus Bonævallenſis Author duodecimi ſeculi, ut in Cypriano à nobis eſt obſervatum: & quod amplius eſt, teſtatur [b] Clariſſimus Salmalius ex Veteribus libris legendum eſſe, *panis iſte quem Dominus Diſcipulis porrigebat, non effigie nec naturâ mutatus, omnipotentiâ Verbi factus eſt caro*; quemadmodum & Author librorum de Sacramentis apud Ambroſium, de pane & vino loquens ait, [c] *ſunt quæ erant & in aliud commutantur*, ſcilicet, per additionem gratiæ & efficaciæ. Poſterior, verè Cyrillus eſt, ſed, aut à Thomâ corruptus, aut in ipſo Thomâ corruptus. Legendum enim eſt, *influit oblatis vim vitæ convertens ea in virtutem & efficaciam carnis*, ut ſuprà jam monuimus, & in conſequentiæ tertiæ defenſione aliquantò poſt rurſum dicemus.

[a] Diſp. 180. cap. 9. num 91.

[b] De tranſubſt. p. 78.

[c] Lib. 4. c. 4.

Sed antequam eam proponamus, ſolvendæ nobis ſunt duæ aliorum ex Adverſarijs objectiones huc ſpectantes. Una eſt Milleterij, quam me attentè obſervare rogat: [d] *mutatio quæ fit per gratiam fit in ſacris ſymbolis quæ propterea nomen mutarunt, & corpus & ſanguis Chriſti appellantur. Hæc autem mutatio (teſte Theodoreto) vera credi debet ab iis qui ſacramentum ſuſcipiunt, ne amplius attendant ad naturam rerum viſibilium, ſed ſecundum veritatem mutationis in illis factæ, effectum expectent. Conſtat igitur ex ſermone Theodoreti ſpeciebus viſibilibus panis & vini intervenire mutationem veram, quæ eſt effectus gratiæ correſpondens mutationi nominum quæ acceperunt, ac proinde eas mutari in corpus & ſanguinem Chriſti. Talis eſt ratio propter quam Theodoretus declarat, Dominum, cùm dediſſet corpori ſuo nomen panis, & ſanguini nomen vini, poſt in inſtitutione myſteriorum panem & vinum corpus & ſanguinem ſuum appellaviſſe. Iamne dicet Albertinus, colligendum eſſe ex verbis Theodoreti æqualem eſſe mutationem corporis & ſanguinis Chriſti in panem ac vinum, & panis & vini in corpus & ſanguinem Chriſti? Nam ſi hæc reciproca ſunt, dicendum illi eſt, quemadmodum ex aſſertione Theodoreti gratia mutationem operatur in pane & vinô (quæ ſunt res viſibiles ſacrorum myſteriorum) correſpondentem mutationi nominum corporis & ſanguinis Chriſti quæ acceperunt, ſic & in mutatione nominum panis & vini quæ Dominus dedit corpori & ſanguini ſuo, correſpondere mutationem quæ in illis interveniat. Quô verò jam ſe vertet? quid eliget, &c?* Hæc ille thraſonicè, ut ſolet. Primo autem ab eo quæſierim, quando ait, *conſtat ex ſermone Theodoreti in ſpeciebus viſibilibus panis & vini intervenire mutationem veram quæ eſt effectus gratiæ correſpondens mutationi nominum*, &c, quid per *ſpecies viſibiles panis & vini* intelligat? An, ex communi loquendi more adverſariorum, accidentia panis & vini, an potius eorum ſubſtantiam, an denique utrumque eorum, ſeu totum panis & vini complexum? Primum illud dici non poteſt. Nam cum dicat Milleterius, mutationem fieri ſpecierum illarum viſibilium in eas res quarum nominibus appellantur, ſequeretur accidentia mutari in corpus & ſanguinem Chriſti: quod falſum & abſurdum eſt, indicibus ipſis

[d] pag. 842. & 3.

Theodoretus.

Theodoretus.

ipsis Adversarijs. Bellarminus enim assignans differentias quæ intercedunt inter mutationem panis & vini in Eucharistia, & mutationem aquæ Cana in vinum, & virgę Mosis in draconem, hanc pro secunda notat, c in his *accidentia, aut omnia, aut aliqua mutata sunt cum forma substantiali, in illâ autem omnia accidentia remanent quæ prius erant, sola substantia mutata.* Secundum quoque dici non potest. Nam repugnat Theodoretus inquiens, mutationem quidem in pane & vinô contingere, sed eam tamen non esse mutationem *naturæ*, hoc est, substantiæ, ut paulo antè ostendimus. Superest igitur tertium. Sed & illud ad mentem adversarij intellectum falsum quoque esse necesse est. Nam si totum panis & vini complexum, hoc est, tam accidentia quam substantiæ transmutantur in eas res quarum *nominibus honorantur*, sequitur accidentia visibilia panis & vini in Eucharistia post consecrationem non remanere, ac proinde Eucharistiam sacramentum non esse cum *ratio sacramenti*, inquit a Bellarminus, *magis conveniat speciebus quam corpori & sanguini Christi*, ac visibilia illa accidentia quę apparent, vere ac proprie esse corporis & sanguinis Christi, consequenter visibilium: quorum tamen utrumq; falsissimum & absurdissimum est. Ajo ergò à Theodoreto dici, panem & vinũ ex gratiâ mutari in corpus & sanguinem Christi, non quod eorum *natura* seu substãtia mutetur & desinat esse substantialiter quod erat, sed per additionem quæ illis fiat, tùm rationis sacramentalis quæ in significatione proprie consistit, tùm *gratiæ*, ut loquitur Theodoretus, hoc est, virtutis & efficaciæ corporis & sanguinis Christi. Nam illa dici mutari in rem aliquam quæ absque desitione substantiæ suæ illius virtutem accipiant, jam supra observavimus ex Nysenô affirmante, *carnem Domini in divinitatem fuisse mutatam*, non quod substantia carnis esse desijsset, sed quia *virtutem divinitatis* in se recepisset; & Cyrillo docente, Dominum panem & vinum in *efficaciam carnis suæ* convertisse. Verum & addo secundò differentiam quidem esse inter illam appellationem quâ Dominus corpus suum *panem* & *triticam* nominauit, & eam quâ panem & vinum corporis & sanguinis sui *appellatione honoravit*, cum in illâ mutatio tantum nominalis interveniat, in hac vero nominalis & realis simul per additionem *gratiæ* seu efficaciæ carnis & sanguinis Christi: Sed in eô nihilominus utramque inter se convenire quod neutra portendat mutationem substantialem, ut adversus Perronium fusè ac prolixè ostendimus.

c De Euch. l. 3. c. 18.

a De Euch. l. 4. c. 6. §. Quinta propositio.

Altera objectio est Jesuitæ Audeberti, quam sic proponit: b *Omnis exceptio, inquiunt Iurisconsulti, regulam confirmat, hoc est, ostendit duas esse partes vnam qua excipiatur, alteram quæ non excipiatur, ut quando Deus pro-*

b Theodoret. en son cour anec Gelase demonstr. 7. p 48.

hibuit primis parentibus, ne de fructu arboris scientiæ boni & mali ederent, colligendum relinquebat alias arbores esse quarum fructus manducare fas illis esset; & quando ipsemet Theodoretus a Christum filium esse Davidis secundum carnem. Sic & aliam exceptionem facit, quando subjungit, Dominus visibilia symbola corporis & sanguinis appellatione honoravit, (*nota, restrictionem vocabuli* symbola *per vocem* visibilia) non naturam mutans, sed naturæ gratiam adijciens: *nota rursum restrictionem* non mutationis symbolorum visibilium, *cum additione gratiæ ijsdem symbolis. Confirmat igitur regulam, id est, quemadmodum ex priori exceptione colligendum relinquit, Christum non esse filium, Quamvis secundum divinitatem, quamvis sit juxta humanitatem; sic ex posteriori concludendum quoque relinquere* symbola esse invisibilia quæ in corpus & sanguinem Christi mutantur, *quamvis visibilia quibus gratia additur, maneant; At symbola illa invisibilia quæ ex formâ argumenti sui statuit, nec sunt nec alia esse queunt, quam substantia panis & vini: nihil enim in pane est quod opponatur ei quod in illô videtur præter substantiam. Substantia igitur panis & vini est quæ mutatur in corpus & sanguinem Christi, exceptis scilicet Symbolis visibilibus quæ nihil aliud sunt, quàm accidentia.* Et rursum paulò post: *Quamobrem Theodoretus diceret, Dominum visibilia symbola honorasse appellatione corporis & sanguinis, nisi supponeret esse quoque symbola invisibilia? quamobrem adhuc diceret, naturam eorumdem symbolorum non mutari, nisi denuo supponat in visibilium naturam mutari?* Portentosum hominis delirium sub demonstrationis nomine tam inepta & ridicula obtrudere non erubescentis. Primo enim supponit hasce duas locutiones, *Christus est filius Davidis secundum carnem*, & *Dominus visibilia symbola corporis & sanguinis appellatione honoravit*, simillimas esse, hoc est, *quemadmodum illa exceptionem quamdam innuit, sic & hanc pariter indicare symbola esse aliqua invisibilia*: quod falsissimum est. Nam quâ de causâ similes? *quia*, inquit, *Theodoretus non diceret, Dominum honorasse symbola visibila appellatione corporis & sanguinis, nisi supponeret esse symbola invisibilia.* Præclarè. Quasi adjectiva, nonnisi exceptionis causa substantivis jungerentur. Ergo - nè quandò in hoc ipsô dialogo Theodoretus de divinâ essentia loquens eam appellat *naturam invisibilem*, & Deum post Apostolum, *Deum invisibilem*, innuit hac additione esse quamdam divinam aliam essentiam, & alium quemdam Deum visibilem? Apagè vesaniam. Adjectiva ut plurimùm substantivis copulantur, non ut per adjunctum limitetur & contrahatur universalitas aliqua quę possit esse in subjectô, & ad specialitatem aut singularitatem reducatur, sed ad exprimendam naturalem ejus constitutionem ac proprietatem. Atque ita se res habet in materiâ de

Theodoretus.

a Dialog. 2.

Theodoretus. *Lib. 2. dialogo de immutabilibus.*

A. Angel. de proprietatibus lib. 1. c. 1. & 2. apud Ioan. de Turrecr. Sap. 1. 2. c. 1.

S. Aug. ep. 57. ad Dardanum.

Ibid. n. 3.

ni & qui ajunt. Nam cum ſymbola Euchariſtiæ non modo ſignentur, ſi quæ ibi ſunt, ſed & ſint & quid ſignent ſimul & ſint: quis non videat, quid de ſacramento, id eſt, de ſacro ſigno, ſacramento ſuo, ſacrificium ſuum locutus ſit? Quod ſi ſacramenta ſunt, ſacrificium ſunt. Theodoretus eſt illum ſententiam profeſſus, quam Eutychiani defigendam putant, nempe naturas ipſi conjungi verbi. Unde & ſpiritualia illa ſymbola inſtituta, ſentiebat, non nuda ſignificandi gratia, ſed & ſanctificandi vim permixtam. *Inſtituens* enim *ſymbolorum* ſpiritualium *naturam*, ſignificandi ſimul & ſanctificandi *vim* permiſcuit. Quæ ſententia ſatis ſuperque damnata eſt. Theodoretus & veteres alii, ea ſymbola naturam (quæ ſignificandi vim habet) in corpus & ſanguinem Chriſti, quæ Dominus ejecto & ſanguine in agnitione naturæ, cum dicerent, tu, & ego non ſumus, brevi jungi non poſſe, non ait. Atque ſuperioribus verbis, *Non exhibis eſſe quæ ſunt*, naturas agnoſcimus eſſe corporis & ſanguinis ſui in his veteris *hominis*: ſymbola quæ viſibilia ſunt, non ait reſilio quæ invisibilia ſunt, quæ ſi *corporalem naturam* haberent, quæ ſecundum ſe ſunt, *corporalem naturam* haberent. Symbola enim viſibilia *non aliud ſunt ſecundum naturam*, quod videntur. Ergo accedente fide ea quæ cognoſcuntur quæ in corpus & ſanguinem Domini naturam, & ſenſus relictum ſermonibus fuerit, *non dubitamus ſanctificatione ſermonis* mutari, ac accedente ſpiritu ſanctificationem fieri. Ea ergo quæ videntur ſymbola, naturam habent, quæ in ſacramentum Dominici corporis & ſanguinis ſpiritualiter intelligantur. Ad Petronium recidamus.

Ipſius conſequentia quam ex patre nobis fieri ſolo ſponte, dicentes eos quasi poſſe quam divina, *Dominus* viſibilia *ſymbola corpus & ſanguinem* ſuis *ſacramentis* nos *ſpiritualiter* intelligere, ſed *naturam* non *mutare*, Per quorum unius intelligi, *naturam* ſimul & *ſacramentum* non eſſe, id eſt, virtutem & efficaciam corporis & ſanguinis, ſeu in Petronium ipſe alibi cum ſcripſerit, *ea quæ videntur ſymbola, non habere naturam eorum* quæ ſunt intelligenda. Unde patet naturam non poſſe remanere? Quando ergo vim & energiam Euchariſtiæ, naturæ ab eâ ſe ſeparari, reſpondet, *Corporalem* Chriſti *naturam* manſuram & ſubſtantiam, non dixit, Chriſtum ipſum. Nam, inquit, *ſecundum ſe naturam* ejus *habitare* in cœlo, *ſecundum ſubſtantiam*, intelligere *gratiam diffuſam* & *operationem* ab ea. Tandem *naturam* ejus *ſecundum ſubſtantiam* Gratiam, &c. 1 Cor. 15. Deum omnibus eſſe omnia. Naturam, ſubſtantiam, gratiam, & operationem, ſeu virtutem ac efficaciam ejus, ſeu ſpiritum ſanctificantem, ſeu ſpiritum ſanctificationis, ſeu ſpiritum ſanctificationis, ſeu ſpiritum ſanctificationis

Theodoretus; k *De fide l. 2. c. 4. & l. 5. c. 4.* l *Ad Transmund. l. 3. c. 20.* m *Contr. Eutych. l. 2.* n *Clement Alexandr. pædag. l. 1. c. 6. Cyrill. Catechef. 1. Nazianz. orat 39. Nyſſenus de baptiſm. & alij multi. Iſidor. Origin. l. 6. c. 18.*

Veteres commentatores Latinos, ut malè notat Cardinalis, cum & Ambroſius, *l* Fulgentius, & *m* Vigilius aliter legant) ait *gratia Dei pro omnibus guſtavit mortem*; tum etiam, & Euchariſtiam, & *n* baptiſmum, quià corporis Domini & ſanguinis ipſius ſigna forent, & quidem virtutis plurimæ: ſed eos unquàm Euchariſtiam *gratiam* appellaſſe quià gratiam eſſentialem, hoc eſt, Chriſti corpus & ſanguinem, ſeu etiam ipſum Chriſtum includeret in ſe ac contineret, falſiſſimum eſſe dico, & ab eorum ſenſu prorſus alienum. Marcum hæreticum non moror, de quô locô ſuô prolixè diſſeruimus in Irenæi examine. Ad alios accedo, quorum nullus ejuſmodi commento favet. Non Cyprianus, qui per gratiam in cineres mutatam nullomodô poteſt Chriſti corpus intelligere, ut locô ſuô oſtendimus. Non Chryſoſtomus. Nam, nec per *gratiam in ſacrificium decidentem* aliud deſignare poteſt quàm gratiam accidentalem: alioqui dicendum foret Chriſtum de cœlis in ſacrificium decidere, ac proindè cœlos deſerere; nec per *beatam & incorruptam naturam*, corpus Chriſti intelligit, ſed Spiritum Sanctum ut in textu ejus videre eſt; nec dicere vult, *O miraculum*, ſed *ô mirum*; nec intelligit Chriſtum per ſe manibus contrectari, ſed tantum in ſignô ſuô, ut in ejus examine prolixius oſtendimus. Non Auguſtinus. Per *gratiam* enim & carnem Chriſti, non deſignat propriam Domini carnem, ſed ſymbolicam, hoc eſt, panem ſacramentalem, qui (ut ipſemet docet) *ad diſtribuendum communitur*: undè & appellari ſolebat *partes*, & o *panes quos frangimus.* Sed, quià videbat Perronius, pluralitatem illam non poſſe dici de corpore Chriſti quod unum & ſingulare eſt, *partis* gallicè poſuit, cùm debuiſſet dicere *parties*, *partes*, ut habet Auguſtinus ab eô in margine rectè citatus. Non Euſebius Emiſſenus qui de Euchariſtia non loquitur. Non aut Palladius, aut Concilium Trullanum, aut Alcuinus, per gratiam quidem Euchariſtiam intelligentes, ſed non propterea Chriſtum, imò panem illius ſacramentum propter accidentalem gratiam ei inditam tanquam ſigno eſſentialis gratiæ. Non denique Theodoretus, aut ulli alij veterum. Theodoretum enim & alios Veterum per gratiam pani & vino Euchariſtiæ additam, non intelligere gratiam eſſentialem & hypoſtaticam, id eſt, Chriſtum ipſum, ſed virtutem & efficaciam ſpiritualem, multipliciter probari poteſt. Nam per gratiam, aliam virtutem intelligere non poſſunt quàm objectum ratione cujus additi mutari dicuntur, aut etiam in illud mutari. Atqui objectum illud eſſe, non virtutem & gratiam eſſentialem & hypoſtaticam, ſed efficaciam & vim ſpiritualem, ipſimet teſtantur. Sic enim Theodotus: p *Et panis, & oleum ſanctificantur virtute nominis, nec talia manent qualia ſumpta ſunt, ut videri poſſet, ſed virtute in virtutem Spiritualem tranſmutata ſunt. Sic & baptiſmus*, &c. Nam exempla olei & aquæ evidenter arguunt mutationem tantùm intelligi in efficaciam ſpiritualem, cum in illis nulla alia mutatiô interveniat quàm accidentalis. Sic & Cyrillus loco in Thomâ corruptô & ab ipſô Cardinale citatô, ſed à nobis ex Græcis q ſupra reſtituto: *Deus influit oblatu vim vitæ & convertit ea in efficaciam carnis ſuæ.* Quemadmodum enim Perronius, vim illam *vitæ* ſupra interpretabatur de virtute eſſentiali & hypoſtatica vitæ, quoniam Cyrillus adderet, *convertens ea in veritatem corporis*; viciſſim & quandoquidem genuinus Cyrillus habet, *convertens ea in efficaciam carnis*, vis vitæ exponenda eſt, de accidentale, non de hypoſtaticâ vitâ, hoc, eſt non de ipſo Chriſto, aut de ipſo ejus corpore, ſed de corporis ipſius virtute & efficaciâ. Sic & Ephræm Antiochenus oſtendere volens, non ſequi ex eô quod humanitas Domino Verbo unita & quaſi addita fuiſſet & idem cum ipſo ſuppolitum conſtitueret, à propria ipſam ſubſtantiâ receſſiſſe, id illuſtrat exemplô, tum panis Euchariſtici quem pro more *corpus Chriſti* indigetat, tum baptiſmi, qui propter adjunctionem gratiæ & virtutis ſpiritualis non deſinunt eſſe ſubſtantialiter quod erant: *Sic &*, r inquit, *corpus Chriſti* (typicum ſcilicet. quia alioquin idem per idem probaret vitioſè & abſurdè) *quod à fidelibus recipitur: à ſenſibili ſua ſubſtantia non recedit, & a gratia intelligibili indiviſum manet; & baptiſma ſpirituale totum effectum, & unum exiſtens, proprium ſubſtantiæ ſenſibilis id eſt aquæ conſervat, & quod fuit non perdit.* Nam per *gratiam intelligibilem* eum non deſignare gratiam ſubſtantialem quæ Chriſtus eſt, ſed virtutem accidentalem pani Euchariſtico additam, patet, tum ex eo quod ait, corpus illud (typicum, ut dixi) *non residere à ſubſtantiâ ſuâ ſenſibili*, quo caſu adjunctio gratiæ ſubſtantialis locum non habet ex ipſorum Adverſariorum Hypotheſi, tum ex eô quod de baptiſmô eodem ſenſu, licet verbis diverſis, dicit, illum eſſe *totum ſpiritualem.* Quis enim non videt *ſpiritualitatem* illam & *gratiam intelligibilem*, idem utrobique deſignare, ac proinde non gratiam ſubſtantialem & hypoſtaticam quæ in baptiſmatis aquis non continetur, ſed gratiam accidentalem? Denique hoc idem ex ipſo Theodoretô probatur. Theodoretus enim docet *ſymbola viſibilia corporis & ſanguinis appellatione* à Dominô eſſe *honorata*, propter additionem gratiæ cujus meminit. At quomodocunque illa ſumantur, ſive pro ſimplicibus accidentibus panis & vini, ſivè pro totô complexô ſubſtantiali panis & vini, nullâ prorſus ratione diceretur, illa à

Theodoretus. p *Epitome Theodoti ad finem oper. Clement. Alexandr. in Clemente ſupr. Citat.* Δύναμιν εἰς δύναμιν μεταβαλὼν μεταβάλλων. q *Vid. in Cyrillo.*

n *Fulgent. de baptiſm. Æthio. c. ult.*

r *Apud Photium bibliothec. cod.* 229. ὅτι δὲ σῶμα τὸ παρὰ τῶν λαμβανομένων Χριστοῦ, καὶ τὸ αἷμα τῆς οὐσίας οὐκ ἐξίστησιν καὶ τούτων ἀδιαίρετον μένει χάριτι. καὶ τὰ βαπτίσματα ὁμοιοπαθῶς ὅλον ἡλάττωται μὲν τὸ ὑπάρχον, μὴ τὸ ἴδιον δὲ πάσης οὐσίας ὑγροῦ ὕδατος λοιπὸν, ἀλλοιοῦται, μὴ χάριτος οὖσα ἀπολωλυῖα.

ille Dominũ *corporis & sanguinis appellatione* facile *tuentur*, propter additionem gratiæ substantialis & hypostaticæ, hoc est Christi, seu corporis & sanguinis eius. Nam Eucharistiæ per impositionem accidentium, quæ faciũ dicitur, ille est corpus & sanguinem Christi, quia Christi corpus & sanguis illis fant additæ? Accidentia fane ne habeantur & substantia dici queant propter nonnullas substantiales in eisdem obscillas aquitates? Sin autem protectõ complexis substantiali panis & vini, adhuc multa restant. Nullumodo enim vere dici potest, panem & vinum corpus & sanguinem Christi esse ob corpus & sanguinem Christi illis additos. Nam, sic in hypostatica quidem vnione diuinitatis & humanitatis in Christo, quidem inter panem & vinum & corpus & sanguinem Christi non intercedere apud omnes in confesso est, vere dicemus diuinitatem esse humanitatem propter hanc humanitatem illi adjunctam communicatam, & quod Deus factus est homo propter vnionem, & quod Deus factus est homo propter vnionem, & quod Deus factus est homo propter vnionem. Cæterum, si Deus & vino adiecerit gratiæ substantialis, hoc est, corpus & sanguis Christi Verbo vnito, pars substantialis tantũ fiere, non autem transsubstantialis. Nec iuuare refpondeat, Theodoreti mentem esse, *panem relictis corporis & sanguinis appellatione* à Domino esse *honorato* propter conuersionem eorum in gratiam panis, & corporis & sanguinem iuuat. Nam, ut præterimus hoc quidem loco illum conuersionem panis & vini in substantiam corporis & sanguinis sibi communicatam cum à Domino dicitur, hoc *est corpus meum, hoc est sanguis meus*, ac proinde mutationem hîcce veritus non fuisse, Theodoretum contra dicit, illam mutationem naturam illorum non mutasse, cum illa corporis & sanguinis nomina & diuinæ non propter naturalem naturam, sed propter additam gratiam naturæ. Deinde, si corpus & sanguis Domini dicuntur propter substantialem conuersionem in ipsius corpus & sanguinem quæ conuersionem, iam corpus & sanguis non appellantur propter additam gratiam, sed quia effent ipsum corpus, ipsum sanguis, ipse sanguis. Theodoretus contendit, quia ille vocari propter additam gratiam. Longe autem absurdiũ esse ipsum corpus & sanguinem, ipsum corpus, ipsum sanguinem, & corpus & sanguinem dici propter additam gratiam. At vero si gratia non potest hîc intelligi de gratia substantiali & hypostatica (quemadmodum de accidentali, ut ex supra dictis colligitur, & veritate & efficacia) quod fane veritimum est, & à Theodoreto interim. Vide enim post & vino per conuersionem substantialem corporis & sanguinis Christi, etiam etiam eiusdem virtutem & efficaciam & fe appellari corpus & sanguinem eius, quã corpus & sanguis fine Theodoreto non modo in typo fed & in efficacia, quem-admodum & corporis & sanguinis Domini. Ita Cyrillus, 3. Mystag. *panis sanctificatus, & propter fpiritum Sanctum per Verbum mysterium & gratiam illi additam, vtique panis substantia remanens, non tamen à priori forma discedens, & figura, & claritate, & virtute permanens, & cernitur & intelligitur, & videtur, & tractatur, & cernitur & sanctificatus, & mutatus.* Ita Cyrillus, 4. Mystag. *Panis & vinum ante sanctificationem, & sanctificata, & mutata, & transmutata, & transfigurata, & transformata, & transelementata, & transsubstantiata, & transnaturata, & transessenti

Theodoretus. g *in Psalm.* 109. προσφέρει ἡ εὐχαριστία τὸ ἴδιον σῶμα καὶ αἷμα καὶ σύμβολα, τοῦτ' ἔστι τὰ φανερὰ αἰνίττεται. Ἀλλὰ τὸ φανερὸν αἰνίττεται.

g *Offert Ecclesia symbola corporis & sanguinis, primùm per massam sanctificatam.* Vis autem consequentiæ non in eo simpliciter consistit, quod Eucharistiam appellet *symbolum* ac *typum* corporis & sanguinis Domini; sed etiam in duobus aliis consideratione dignissimis. Prius est, id quod ait: *Dominus accepto symbolo* (id est, pane) *dixit, hoc est corpus meum*, &c. Quibus verbis confirmat quod jam antè dixerat, Dominum *symbola appellatione corporis & sanguinis honorasse.* Undè sic concludimus: Propositio in quâ alicujus rei symbolum ac typus artificialis, ejus rei cujus simbolum ac typus artificialis est nomine appellatur, figurata est, non propria. Nam symbolum ac typus artificialis alicujus rei, propriè res illa non est, ut non modò Theodoretus & Nyssenus antè citati, sed Veteres omnes affirmant. Atqui, juxtà Theodoretum verba, *hoc est corpus meum*, sunt ejusmodi propositio, si quidem in illis symbolum ac typus artificialis corporis, corporis ipsius nomine appellatur. Ergò figurata est, non propria. Posterius est, Theodoretum confirmare volentem quod Eranistes confessus erat, *Sanctissimum Cibum*, hoc est, panèm & vinum, symbolaque visibilia, symbola ac typum esse, non divinitatis, sed corporis, pro argumento id afferre, Dominum non dixisse, *hoc est divinitas mea*, sed, *hoc est corpus meum.* Nam indè liquidò patet ex ipsius mente sensum horum verborum esse, *hoc symbolum* (pane indicato) *symbolum ac typus est corporis mei*: alioquin enim verba hæc inepte vrgeret ad id quod suscipiebat probandum. Jam verò consideremus quid Adversarij respondeant. Argumenta sanè prout à nobis formata sunt dissimulant omnes, & in vocabulo *symbola* conquirunt, ut possunt, effugium.

a Bellarminus, b Vasques, c Gamachæus, post multos alios, ajunt: Theodoretum *per symbola intelligere accidentia panis & vini.* Sed falsò & absurdè. Nam Theodoretus diserte testatur se per symbola panem & vinum designare: *Dominus*, inquit, *in mysteriorum traditione panem appellavit corpus, & quod mixtum erat, sanguinem.* Accidentia autem panis & vini non magis panis & vinum sunt, quam accidentia hominis sunt homo. Deindè, quando ait, Dominum *accepto symbolo* dixisse, *hoc est corpus meum*, alijs verbis innuit quod Evangelistæ dixerant, Dominum *accepto symbolo* dixisse, *hoc est corpus meum*, alijs verbis innuit quod Evangelistæ dixerant, Dominum *acceptò pane* dixisse, *hoc est corpus meum.* At per panem quem Evangelistæ docent Dominum accepisse, intelligitur verus ac substantialis panis: verus igitur ac substantialis panis est quem Theodoretus per symbola intelligit. Si autem verus ac substantialis panis symbolum est corporis Christi, necessariò dicendum est illum remanere: quod enim non est, symbolum esse non potest. Denique, si per symbolum Theodoretus intelligeret accidentia panis, sequeretur sensum verborum *hoc est corpus meum*, esse, *hæc accidentia sunt corpus meum*: nam Theodoretus ait, *symbola* à Dominô *appellatione corporis & sanguinis fuisse honorata.* Id autem tanquam *falsum & hæreticum* rejiciunt d Suares & e Gamachæus, ac cæteri Adversariorum.

Theodoretus.

Perronius autem aliter se expedire conatur. Nam ait, f *vocabulum* symbola *varias acceptiones habere correspondentes diversis significationibus verbi* Συμβάλλειν *à quô derivatur, quod aliquando significat* conjicere, *& tunc symbolum significat*, signum, indicem, conjecturam; *interdum* contribuere, *& tunc symbolum significat id quod Basilius vocat* Συμφορὰ *sc. symbolam & portionem quæ contribuebantur in convivijs, undè & qui vacuis manibus accedebant* σύμβολοι *vocabantur*: *interdum* committere, *& tunc symbolum significat notam, pignus, tesseram hospitalem*: *interdum* simul collocare, & in eodē locô ponere & condere, *& tunc symbolum* significat thecam, & pixidem, quô sensu S. Isidorus Pelusiota de muliere loquens pristina fœlicitate destituta, ait, g eam illis non amplius habere *nisi symbola, thecas & arculas.* Verùm, cùm probè videret, quicquid sit de varijs hujus vocabuli acceptionibus, hoc ei nihil prodesse, cùm veteres testentur, se illud pro signo & figurâ vsurpasse, ut patet tum ex Bellarminô observante, h *Patres Græci sacramenta vocant* Σύμβολα, *id est, signa*, & i alijs Adversariorum in Græcorum Patrum versionibus Σύμβολον per signum communiter reddentibus; tum ex ipso locô Isidori Peluliotæ à k Chrysostomô mutuatô, ubi illud pro signô esse sumendum apparet ex Chrysostomo, modò Σύμβολον modò Σημεῖον usurpante, & Billio *signa* vertente; tum denique ex ipsomet Theodoretô illud per *typum* exponente & dicente, *cujus putas symbolum & typum esse sanctissimum cibum*; ait, *se nolle in his varijs hujus vocabuli acceptionibus insistere*, sed à nobis quærere velle, quis nobis revelaverit, *signum & symbolum esse per se realitatis exclusivum?* Nam, inquit, *manna arca quam Theodoretus appellat symbolum cibi deserti, quandò ait,* l Deus jussit in ea poni maximorum donorum suorum symbola, tabulæ designabant donum legis, virga sacerdotium, manna cibum in desertô: *manna illud, inquam, erat nè per se exclusivum realitatis & identitatis substantiæ cum mannâ deserti? Signum Cain, id est, signaculum quod Deus in eo posuit dignotionis causâ nè occideretur, quodque scriptura appellat signum, & Calvinus symbolum, excludebat - ne realitatem ejus quod signabat? Et notæ ac insignia quæ ferunt milites, signa à*

d *q.* 78. *art.* 1. *sect.* 4. & *seq.*
e *q.* 78. *de forma Euchar. c.* 2. & *Cap.* 6.
f *Lib.* 3. *p.* 408. *à Perronio non notata.*
g *Lib.* 3. *Epist.* 36.
h *De sacram. in genere l.* 2. *c.* 9.
i *Lansel. Dionys. Areop. Hierarch. in Clem. Alexandr. l.* 2. *c.* 2. & *alios.*
k *In* 1. *ad Corinth. hom.* 36.
l *Quæst.* 60. *in Exod.*

a *De Euch. l.* 2. *c.* 27.
b *Disput.* 180. *art.* 2. *c.* 2.
c *Ad q.* 75. *c.* 3.

Digitized by Google

Theodoretus.

illa à Dominô *corporis & sanguinis appellatione* fuisse *honorata*, propter additionem gratiæ substantialis & hypostaticæ, hoc est, Christi, seu corporis & sanguinis ejus. Nam si accipiantur pro simplicibus accidentibus, quis sanus diceret, illa esse corpus & sanguinem Christi, quià Christi corpus & sanguis illis sunt addita? Accidentia sunt-ne substantiæ & substantiæ dici queunt propter nonnullas substantias in eodem ubi illis adjunctas? Sin autem pro totô complexô substantiali panis & vini, adhuc multò minus. Nullomodo enim vere dici potest, panem & vinum corpus & sanguinem Christi esse ob corpus & sanguinem Christi illis addita. Nam, ne in hypostaticâ quidem vnione divinitatis & humanitatis in Christo, qualem inter panem & vinum & corpus & sanguinem Christi non intercedere apud omnes in confesso est; vere diceretur, divnitatem esse humanitatem propter humanitatem illi adjunctam: *communicatio idiomatum*, [a] inquit Bellarminus, *non est inter naturas vnitas, sed in solô supposità communi. Non enim dicimus, Deitas est humanitas, vel contra.* Tum etiam, si pani & vino adderetur gratia substantialis, hoc est, corpus & sanguis Christi Verbo vnita, jam consubstantiatio foret, non autem transsubstantiatio. Nec juvaret respondere, Theodoreti mentem esse, *symbola visibilia corporis & sanguinis appellatione* à Domino esse *honorata* propter conversionem eorum in gratiam suam, seu corpus & sanguinem suum. Nam, ut prætermittam hoc pacto illorum conversionem præcessisse appellationem corporis & sanguinis illis communicatam cum à Domino diceretur, *hoc est corpus meum, hoc est sanguis meus*, ac proindè mutationem hisce verbis non fieri; Theodoretus contra dicit, tùm Dominum naturam illorum non mutasse, tùm illa corpus & sanguinem suum esse dixisse, non propter mutationem naturæ, sed propter additionem naturæ. Deinde, si corpus & sanguis Domini dicerentur propter substantialem eorum in ipsius corpus sanguinemque conversionem, jam corpus & sanguis non appellarentur propter additam gratiam, sed quià essent ipsamet gratia, ipsum corpus, ipse sanguis. Atqui Theodoretus ait, illa sic vocari propter additam gratiam. Longè autem aliud est, esse ipsammet gratiam, ipsum corpus, ipsum sanguinem, & corpus & sanguinem dici propter additam gratiam. At verò si gratia non potest hîc intelligi de gratiâ substantiali & hypostaticâ supereſt ut accipiatur de accidentali, id est, ut suprà dicebam, de virtute & efficaciâ: quod sanè verissimum est, & à Theodoretô intentum. Vult enim pani & vino per consecrationem addi, tùm rationem signi corporis & sanguinis Christi, tùm etiam eorum virtutem & efficaciam: & sic appellari corpus & sanguinem ejus, quià corpus & sanguis sint non modò in typo sed & in efficaciâ, quemadmodum in scripturis Joannes Baptista dicitur, [b] *Helias qui venturus est*, propter spiritualem S. Prophetæ virtutem & gratiam illi additam, velut prædictum fuerat, [c] *veniet in Spiritu & virtute Heliæ.*

Theodoretus.

[b] *Matth.* 11. 14.

[c] *Luc.* 1. 17.

Verum objicit Perronius, sensum hunc contrarium esse doctrinæ nostræ, cùm doceamus nullam esse gratiam realem & infusam in sacramentô, nec per sacramentum effectam, & rejiciamus eos qui docent sacramenta conferre gratiam ex opere operatô. At levis est instantia. Nam nos non censemus quidem sacramenta sic operari; sed, nec ipsimet Adversarij inter se ipsos consentiunt, utrum sacramenta *physice*, an *moraliter* operentur. Testatur Gamachæus: [d] *quæstio hæc dubia inter Catholicos.* Sed & addit eam tanti non esse: *Nihil de ea adhuc definitum, nec una aut altera pars ad fidem pertinet.* Etsi ergò hac in parte à Theodoretô dissentiamus, exigui id momenti est, cùm in eô quod præcipuum est ipsum habeamus nobiscum consentientem, nempè, in rejectione, tum substantialis præsentiæ corporis Christi in Eucharistia, tum genitricis ipsius transsubstantiationis.

[a] *De Euch. lib.* 1. *c.* 10. *in explic. verbi, Est.*

[d] *Tom.* 3. *ad q.* 82. *cap.* 3.

CAPUT IV.

QUARTA consequentia quam nos ex hoc Theodoreti locô elicere Perronius observat, ducitur ex iis verbis: *Dic per veritatem*, inquit Orthodoxus, *cujus putas symbolum & typum esse sanctissimum cibum, divinitatis-nè Domini Christi, an corporis & sanguinis? Manifestè*, respondet Eranistes, *illorum quorum & nomina acceperunt.* Or. *corporis & sanguinis dicis?* Eran. *Ita dico.* Or. *Vt veritatis amicum decet locutus es. Dominus enim accepto symbolo non dixit, hoc est divinitas mea, sed, hoc est corpus meum; & rursum, hoc est sanguis meus. Et alibi: panis quem ego dabo, caro mea est, quam ego dabo pro mundi vita.* Quibus possunt addi tria alia loca similia. Primus locus habetur commentario in priorem ad Corinthios, ubi exponens hæc verba Apostoli, occasione Eucharistiæ dicta, *annuntiabitis mortem Domini donec veniat*, ait: [e] *post adventum ipsius non amplius opus erit symbolis, corpore ipso apparente. Ac propterea dixit, donec veniat.* Secundus rursum in eodem commentariô: [f] *in sanctô baptismate typum videmus resurrectionis, tunc ipsam resurrectionem videbimus: nunc videmus symbola Dominici corporis, ibi autem ipsum videbimus Dominum.* Tertius denique ex commentario in psalmos ubi dicit:

[e] *In* 1. *ad Cor.* 11. 26. μετὰ γὰρ τὴν αὐτοῦ παρουσίαν οὐκέτι ἐστὶν ἀνάγκη τῶν συμβόλων ἐπειδὴ σωματικῶς φανερωθήσεται τὸ σῶμα. διὰ τοῦτο οὐκέτι λέγει ἄχρις ἂν ἔλθῃ.

[f] *Ibid. in cap.* 13. τοῦ πνευματικοῦ βαπτίσματος καὶ τύπον ἐροῦμεν καὶ ἀνάστασιν. τότε δὲ αὐτὴν ὀψόμεθα τὴν ἀνάστασιν, ἐπειδὴ νῦν τὰ σύμβολα ἔχομεν τοῦ δεσποτικοῦ σώματος, τότε δὲ αὐτὸν ὀψόμεθα τὸν δεσπότην.

Theodoretus. f in Psalm. 109. αφορίων ἀ σύνηθείαν τὴ ἁγίων σώματος καὶ αἵματος σύμβολα, τὰ ἀπαρχὰς λέγων τὸ φέρεσθαι αὐτά.

f *Offert Eccleſia ſymbola corporis & ſanguinis, primitias per maſſam ſanctificans.* Vis autem conſequentiæ non in eo ſimpliciter conſiſtit, quod Euchariſtiam appellet *ſymbolum* ac *typum* corporis & ſanguinis Domini; ſed etiam in duobus aliis conſiderationedigniſſimis. Prius eſt, id quod ait: *Dominus acceptò ſymbolo* (id eſt, pane) *dixit, hoc eſt corpus meum*, &c. Quibus verbis confirmat quod jam antè dixerat, Dominum *ſymbola appellatione corporis & ſanguinis honoraſſe.* Undè ſic concludimus: Propoſitio in quâ alicujus rei ſymbolum ac typus artificialis, ejus rei cujus ſimbolum ac typus artificialis eſt nomine appellatur, figurata eſt, non propria. Nam ſymbolum ac typus artificialis alicujus rei, propriè res illa non eſt, ut non modò Theodoretus & Nyſſenus antè citati, ſed Veteres omnes affirmant. Atqui, juxtà Theodoretum verba, *hoc eſt corpus meum*, ſunt ejuſmodi propoſitio, ſi quidem in illis ſymbolum ac typus artificialis corporis, corporis ipſius nomine appellatur. Ergò figurata eſt, non propria. Poſterius eſt, Theodoretum confirmare volentem quod Eraniſtes confeſſus erat, *Sanctiſſimum Cibum*, hoc eſt, panèm & vinum, ſymbolaque viſibilia, ſymbola ac typum eſſe, non divinitatis, ſed corporis, pro argumento id afferre, Dominum non dixiſſe, *hoc eſt divinitas mea*, ſed, *hoc eſt corpus meum.* Nam indè liquidò patet ex ipſius mente ſenſum horum verborum eſſe, *hoc ſymbolum* (pane indicato) *ſymbolum ac typus eſt corporis mei*: alioquin enim verba hæc inepte vrgeret ad id quod ſuſcipiebat probandum. Jam verò conſideremus quid Adverſarij reſpondeant. Argumenta ſanè prout à nobis formata ſunt diſſimulant omnes, & in vocabulo *ſymbola* conquirunt, ut poſſunt, effugium.

a Bellarminus, b Vaſques, c Gamachæus, poſt multos alios, ajunt: Theodoretum *per ſymbola intelligere accidentia panis & vini.* Sed falſo & abſurde. Nam Theodoretus diſerte teſtatur ſe per ſymbola panem & vinum deſignare: *Dominus*, inquit, *in myſteriorum traditione panem appellavit corpus, & quod mixtum erat, ſanguinem.* Accidentia autem panis & vini non magis panis & vinum ſunt, quam accidentia hominis ſunt homo. Deindè, quando ait, Dominum *accepto ſymbolo* dixiſſe, *hoc eſt corpus meum*, alijs verbis innuit quod Evangeliſtæ dixerant, Dominum *accepto ſymbolo* dixiſſe, *hoc eſt corpus meum*, alijs verbis innuit quod Evangeliſtæ dixerant, Dominum *acceptò pane* dixiſſe, *hoc eſt corpus meum.* At per panem quem Evangeliſtæ docent Dominum accepiſſe, intelligitur verus ac ſubſtantialis panis: verus igitur ac ſubſtantialis panis eſt quem Theodoretus per ſymbola intelligit. Si autem verus ac ſubſtantialis panis ſymbolum eſt corporis Chriſti, neceſſariò dicendum eſt illum remanere: quod enim non eſt, ſymbolum eſſe non poteſt. Denique, ſi per ſymbolum Theodoretus intelligeret accidentia panis, ſequeretur ſenſum verborum *hoc eſt corpus meum*, eſſe, *hæc accidentia ſunt corpus meum*: nam Theodoretus ait, *ſymbola* à Dominô *appellatione corporis & ſanguinis fuiſſe honorata.* Id autem tanquam *falſum & hæreticum* rejiciunt d Suares & e Gamachæus, ac cæteri Adverſariorum.

Theodoretus.

d *q.* 78. *art.* 1. *ſect.* 4. & *ſeq.*

e *q.* 78. *de forma Euchar. c.* 2. & *cap.* 6.

Perronius autem aliter ſe expedire conatur. Nam ait, f *vocabulum* ſymbola *varias acceptiones habere correſpondentes diverſis ſignificationibus verbi* Συμβάλλειν *à quô derivatur, quod aliquando ſignificat* conjicere, *& tunc ſymbolum ſignificat*, lignum, indicem, conjecturam; *interdum* contribuere; *& tunc ſymbolum ſignificat id quod Baſilius vocat* Συμφοράς *ſc. ſymbolam & portionem quæ contribuebantur in convivijs, undè & ij qui vacuis manibus accedebant à ſymbolis vocabantur*: *interdum* committere, *& tunc ſymbolum ſignificat notam, pignus, teſſeram hoſpitalem*: *interdum* ſimul collocare, & in eodē locô ponere & condere, *& tunc ſymbolum* ſignificat thecam, & pixidem, quô ſenſu S. Iſidorus Peluſiota de muliere loquens priſtina fœlicitate deſtituta, ait, g eam illis non amplius habere *niſi ſymbola, thecas & arculas.* Verùm, cùm probè videret, quicquid ſit de varijs hujus vocabuli acceptionibus, hoc ei nihil prodeſſe, cùm veteres teſtentur, ſe illud pro ſigno & figurâ vſurpaſſe, ut patet tum ex Bellarminô obſervante, h *Patres Græci ſacramenta vocant* Σύμβολα, *id eſt, ſigna*, & i alijs Adverſarioium in Græcorum Patrum verſionibus Σύμβολον per ſignum communiter reddentibus; tum ex ipſo locô Iſidori Peluſiotæ à k Chryſoſtomô mutuatô, ubi illud pro ſignô eſſe ſumendum apparet ex Chryſoſtomo, modò Σύμβολον modò Σημεῖον uſurpante, & Billio *ſigna* vertente; tum denique ex ipſomet Theodoretô illud per *typum* exponente & dicente, *cujus putas ſymbolum & typum eſſe ſanctiſſimum cibum*; ait, *ſe nolle in his varijs hujus vocabuli acceptionibus inſiſtere*, ſed à nobis quærere velle, quis nobis revelaverit, *ſignum & ſymbolum eſſe per ſe realitatis excluſivum? Nam*, inquit, *manna arca quam Theodoretus appellat ſymbolum cibi deſerti, quandò ait,* l Deus juſſit in ea poni maximorum donorum ſuorum ſymbola, tabulæ deſignabant donum legis, virga ſacerdotium, manna cibum in deſertò: *manna illud, inquam, erat nè per ſe excluſivum realitatis & identitatis ſubſtantiæ cum mannâ deſerti? Signum* Cain, *id eſt, ſignaculum quod Deus in eo poſuit dignotionis cauſâ nè occideretur, quodque ſcriptura appellat ſignum, & Calvinus ſymbolum, excludebat - ne realitatem ejus quod ſignabat? Et nota ac inſignia quæ ferunt milites, ſigna à*

f *Vocabulum* ſymbola *varias acceptiones habere correſpondentes diverſis ſignificationibus verbi* Συμβάλλειν *à quô derivatur, quod aliquando ſignificat* conjicere, *& tunc ſymbolum ſignificat*, lignum, indicem, conjecturam; *interdum* contribuere; *& tunc ſymbolum ſignificat id quod Baſilius vocat* Συμφοράς *ſc. ſymbolam & portionem quæ contribuebantur in convivijs, undè & ij qui vacuis manibus accedebant à ſymbolis vocabantur*: *interdum* committere, *& tunc ſymbolum ſignificat notam, pignus, teſſeram hoſpitalem*: *interdum* ſimul collocare, & in eodē locô ponere & condere, *& tunc ſymbolum* ſignificat thecam, & pixidem, quô ſenſu S. Iſidorus Peluſiota de muliere loquens priſtina fœlicitate deſtituta, ait, g eam illis non amplius habere *niſi ſymbola, thecas & arculas.*

g *Lib.* 3. *ep.* 408. *ad Perronio notata.*

Verùm, cùm probè videret, quicquid ſit de varijs hujus vocabuli acceptionibus, hoc ei nihil prodeſſe, cùm veteres teſtentur, ſe illud pro ſigno & figurâ vſurpaſſe, ut patet tum ex Bellarminô obſervante, h *Patres Græci ſacramenta vocant* Σύμβολα, *id eſt, ſigna*, & i alijs Adverſarioium in Græcorum Patrum verſionibus Σύμβολον per ſignum communiter reddentibus; tum ex ipſo locô Iſidori Peluſiotæ à k Chryſoſtomô mutuatô, ubi illud pro ſignô eſſe ſumendum apparet ex Chryſoſtomo, modò Σύμβολον modò Σημεῖον uſurpante, & Billio *ſigna* vertente; tum denique ex ipſomet Theodoretô illud per *typum* exponente & dicente, *cujus putas ſymbolum & typum eſſe ſanctiſſimum cibum*; ait, *ſe nolle in his varijs hujus vocabuli acceptionibus inſiſtere*, ſed à nobis quærere velle, quis nobis revelaverit, *ſignum & ſymbolum eſſe per ſe realitatis excluſivum? Nam*, inquit, *manna arca quam Theodoretus appellat ſymbolum cibi deſerti, quandò ait,* l Deus juſſit in ea poni maximorum donorum ſuorum ſymbola, tabulæ deſignabant donum legis, virga ſacerdotium, manna cibum in deſertò: *manna illud, inquam, erat nè per ſe excluſivum realitatis & identitatis ſubſtantiæ cum mannâ deſerti? Signum* Cain, *id eſt, ſignaculum quod Deus in eo poſuit dignotionis cauſâ nè occideretur, quodque ſcriptura appellat ſignum, & Calvinus ſymbolum, excludebat - ne realitatem ejus quod ſignabat? Et nota ac inſignia quæ ferunt milites, ſigna à*

h *De ſacram. in genere l.* 2. *c.* 9.

i *Louſſel. in Dionyſ. Areop. Heroetum in Clem. Alexandr. l.* 2. *c.* 2. & *alios.*

k *In* 1. *ad Corinth. homil.* 36.

l *Quæſt.* 60. *in Exod.*

a *De Euch. l.* 2. *c.* 27.

b *Diſput.* 180. *art.* 2. *c.* 9.

c *ad q.* 75. *c.* 3.

Theodoretus.

ſigna à Latinis, & ſymbola à Græcis vocata, excludunt – ne realitatem rerum quas ſignificant? Imo contra, annon includunt & connotant, hoc eſt, demonſtrant tanquam præſentem, conjunctam & coëxiſtentem? Quamobrem igitur vocabulum ſignum *aut* ſymbolum, *ſpeciei ſacramentali Euchariſtiæ attributum, qua inſigne, nota & teſſera eſt corporis & ſanguinis Chriſti, hoc eſt, id per quod dignoſcimus corpus & ſanguinem Chriſti, qua alioqui propter ſtatum glorioſum & ſupernaturalem in quo conſtituta ſunt, quantumlibet nobis vicina, conſpici non poſſent ab oculis noſtris mortalibus & corruptibilibus, ac diſcimus tanquam per teſſeras viſibiles quibus induuntur, ea potius in uno loco quàm in altero eſſe, ad debitam ejs ubi ſunt reverentiam & adorationem deferendam; excluſivum erit, & non contrà includivum & connotativum realitatis ejus quod notat & ſignificat? Nonnè jam multoties diximus, duo eſſe ſignorum genera, alia inſtituta ad defectum præſentiæ ſupplendum, qualia fuerunt, Agnus paſchalis, manna, petra deſerti, panes propoſitionis, ſerpens aneus: alia ad ſupplendum effectum apparentiæ, & ut ſint tanquam veſtimenta viſibilia rebus quæ per propriam eſſentiam apparere & viſibiles eſſe non poſſent, qualia fuerunt ſpecies flammæ in rubo, & Columba in baptiſmo Domini, ſerpens qui tentavit Adam in paradiſo terreſtri, forma humana ab Angelis induta, & multa alia ſimilia: ac ſigna inſtituta ad defectum præſentiæ ſupplendum, eſſe quidem realitatis excluſiva, ſed ea quæ inſtituta ſunt ad defectum apparentiæ ſupplendum, non eſſe excluſiva, ſed contrà realitatis includiva & connotativa, &c? Symbola autem Euchariſtiæ eſſe ex hoc poſtremò ſignorum ordine, hoc eſt, ex claſſe ſignorum inſtitutorum, non ad præſentiæ, ſed ad apparentiæ defectum ſupplendum, quâ de cauſa Author dictus S. Dionyſius Areopagites, illa vocat vela, & involucra, & venerabilia ſymbola per quæ Chriſtus ſignificatur & participatur,* Euſebiuſque ea opponit *ſymbolis Veteris teſtamenti* quæ, *inquit*, imagines erant & ſymbola, ſed veritatem ipſam non continentia; *proprius Theodoreti locus ab adverſariis objectus, verificat:* poſt adventum ipſius (Domini) *inquit*, non amplius opus erit ſymbolis corporis, corpore ipſo apparente. *Non enim ait*, quandò præſens erit, *ſed* quandò apparebit, *ut oſtendat* ibi non agi de ſymbolis inſtitutis ad ſupplendum defectum præſentiæ, ſed ad defectum apparentiæ *ſupplendum. Quod & ante illum dixerat Cyprianus in libro de cœna Domini,* &c. Sed facilis eſt reſponſio. Nam verum quidem eſt, ſignum ac ſymbolum ex ſe vi ſignificationis non excludere præſentiam rei cujus eſt ſignum: Sed certiſſimū quoque eſt illud excludere identitatem ac proprietatem cum re illâ cujus ſignum eſt. *Nulla enim res alicujus*, ut optimè obſervat [a] Tertullianus, *ipſa eſt, cujus eſt.* At *omne ſignum ejus eſt rei*, inquit idem, *cujus eſt ſignum*: Ergo illa res (proprie ſcilicet) non eſt. Quod & patet ipſis exemplis ab Adverſario allatis. Nam, nec manna in arcâ reconditum idem numerice erat cum illô quod in deſertô Judæi manducaverant, & cujus ſymbolum erat, ſed tantùm in repræſentatione & in ſpecie; nec ſignum Cain erat ipſemet Cain, ſed aliquid ab eô diſtinctum, ſivè nota quædam impreſſa, ſivè tremor in membris, ſivè aliud aliquid fuerit, de quô nihil certi à nobis pronunciari poteſt; nec militum teſſeræ & inſignia ipſimet milites ſunt, ſed eorum tantummodò ſignacula. Similiter ergò ex mente Theodoreti ſymbolum corporis Chriſti, licet à Domino corpus ſuum appellatum, cùm diceret, *hoc eſt corpus meum*, ejus corpus propriè non eſt, ſed tantùm ipſius ſignum. Deindè, & rurſus verum eſt, duo eſſe ſignorum genera, quorum aliqua præſentiæ defectum ſupplent, alia apparentiæ, proùt Cardinalis obſervat: ſed falliſſimum eſt ſymbola Euchariſtica eſſe poſterioris generis, niſi intelligantur ſupplere defectum apparentiæ, quatenùs defectus apparentiæ ſimul portendit & complectitur defectum præſentiæ. Primo, quia ſigna inſtituta ſimpliciter ad ſupplendum apparentiæ defectum, ſigna ſunt tantummodò rerum natura ſua inviſibilium, & quarum præſentia niſi viſibilibus his ſignis additis dignoſci non poſſet, ut videre eſt in omnibus rebus ejuſmodi ſymbolorum ab Adverſario in exemplum allatis. Nam, & Deus, & Spiritus Sanctus, & Diabolus & Angeli, utpotè Spiritus, natura ſua inviſibiles ſunt, nec conſpici poſſunt, aut eorum præſentia hoc aut illo loco deprehendi, niſi per aliqua ſigna oculis ſe offerentia. At corpus Chriſti, ſi quidem verum eſt ac ſolidum corpus, non autem Spiritus, natura ſua viſibile eſt: ideoque non opus habet ſignis ac ſymbolis quæ inviſibilitatem ipſius nobis ſuppleant. Nam quod ait Perronius, illud propter ſtatum gloriæ in quo jam conſtitutum eſt, quantumlibet nobis vicinum foret, conſpicuum eſſe non poſſe oculis noſtris mortalibus, confutatur ab ipſomet Theodoretô in his dialogis de S. Stephanô dicente, [c] *eum vidiſſe naturam Domini viſibilem, non autem eam quæ inviſibilis eſt*, divinam ſcilicet. Secundò, quià non modò Veteres, [d] Cyrillus Hieroſolymitanus, [e] Chryſoſtomus, [f] Auguſtinus, [g] Cyrillus Alexandrinus, [h] Vigilius aut potiùs Gelaſius, [i] Fulgentius, & [k] Author operis imperfecti in Matthæum inter Chryſoſtomi opera, unanimiter teſtentur, Dominum quoad carnem hinc eſſe *abſentem*, ac proindè ſymbola Euchariſtica, ſigna eſſe abſentiam ſeu defectum præſentiæ ejus ſupplentia; ſed etiam aliqui illorum diſerte aſſerant, ipſum eò quod abſens ſit ſui vice nobis reli-

Theodoretus.

a *Contr. Praxeam.*
b *Contr. Marcionem. l. 4. 6.*

c *Dialog. 2. τῶν ἀπαθῶν, ἢ τοῦ ἀλογήτου Φύσεως.*
d *Catechef. 14.*
e *De panit. continent. & Virginit.*
f *In Ioan. tract. 50. & 102.*
g *In Ioan. l. 6. c. 9.*
h *Contr. Eutych. l. 1, & 4.*
i *Contr. Tranſimund. l. 2. c. 17.*
k *Homil. 53.*

Theodoretus.

bis reliquisse, tum Spiritum suum, tum sacramentalia signa. Sic enim Cyrillus Alexandrinus: l *locò suò* (seu, *pro se*) *ad nos misit paracletum, & per eum adest diligentibus se.* Et Author Commentariorum Hieronymo tributorum de Eucharistia loquens: m *Vitiam nobis commemorationem, sive memoriam dereliquit, quemadmodum si quis peregrè proficiscens, aliquod pignus ei quem diligit derelinquat, vt quotiescumque illud viderit, possit ejus beneficia & amicitias memorare.* Quod ex illo & post illum à Primasio & Sedulio similiter observatur. Et Proclus Constantinopolitanus comparationem instituens inter præsepe Domini & mensam Eucharistiæ: o *Loco præsepe altare veneremur, loco infantis complectamur panem ab infante benedictum.* Tertiò denique, quià & ipsemet Theodoretus satis apertè innuat Dominicum corpus jam à nobis non videri, non quià invisibile in se sit, ut Adversarij nugantur, sed quià præsens non sit: *præsentia*, p inquit, *umbra sunt futurorum. In baptismate enim figuram resurrectionis, tunc* (scil. in futurò seculo) *ipsam resurrectionem videbimus: hìc contemplamur symbola Dominici corporis, ibi ipsum videbimus Dominum.* Nam quemadmodum intelligit nos hic resurrectionem non videre, sed illius figuram tantum, quià non præsens est; sic, & nos non conspicere corpus ipsum Dominicum, sed ipsius signa, quià non præsens, sed absens sit. Nec alia mens est, sivè Pseudo-Dionysij Areopagitæ, sivè Eusebij quorum verba locis suis à nobis vindicata sunt à falso Perronij sensu, sive ipsius Theodoreti in locò quem contra nos urget. Imò ibi apertissimè in eadem sententiam abit: *post adventum ipsius* (*Domini*) inquit, *non amplius erit opus symbolis corporis, corpore ipso apparente. Propterea dicit, donec veniat:* Nam Græcus ipsius textus habet παρουσίαν, *post præsentiam ejus*, &c. Intelligit ergo nos impræsentiarum symbolis opus habere, quià Dominus jam non sit præsens, ac proindè signa ac symbola corporis ejus; signa esse præsentiæ defectum nobis supplentia. Rursùm quoque idē confirmat, subjungens nos signis ac symbolis opus habere, *donec veniat*; nam, ergò, inquam, absens est. Nec obstat quod ait, nos post adventum ipsius, symbolis corporis amplius opus non habituros, *corpore ipso apparente.* Non enim sic loquitur, ut innuat symbola Eucharistica signa esse apparentiæ ejus defectum tantum (& non præsentiæ quoque) supplentia: sibimet quippe contradiceret; sed quià apparentia ejus includit pp præsentiam & præsentia apparentiam. Nam, ubi est præsens, apparet, ubi non apparet ibi præsens non est. Nec aliâ de causa Veteres ullibi dicunt, Dominum juxtà corpus jam nobis esse invisibilem, nisi propter absentiam suam: *in cœlos ascendit*, inquit q Ammonius, & *hominibus factus est inaspectabilis.* Et Theodorus Heracleotes: r *donec Christum in terris præsentem habebant, quæ illigrata erant ipsius instinctu facere videbantur, sed ubi ad Patrem ascendit & non amplius apparuit, in eodem proposito perseverando justitiam suam clariorem effecerunt.* Et Augustinus: s *Semper quidem divinitate nobiscum est, sed nisi corporaliter* (hoc est, secundum corpus) *abesset à nobis, semper ejus corpus carnaliter videremus.* Et Author operis imperfecti in Matthæum: t *si sit præsens, non creditur, sed videtur. Cum autem absens fuerit, non videtur, sed creditur dum timetur.* Quid clarius? De Cypriano autem quem similiter objicit, jam suprà diximus, Cyprianum minimè esse, sed Arnoldum Bonævallensem, cujus quisnam fuerit sensus, cùm adeò recens Author sit, necessarium non est inquirere.

Verum rursùs, & aliter contra Perronium urgeamus primarium illum à quò tantisper digressi sumus Authoris nostri locum. Theodoretus enim ait: *Dominus acceptò symbolò dixit, hoc est corpus meum.* Quæro ergò à Perroniò, quid intelligat per *symbolum* ex Theodoreti mente à Dominò corpus suum appellatum? *Videris in varios mutantem Proteæa vultus.* Nam interdum ait, symbolum à Theodoreto sumi pro a *specie sacramentali quæ signum & nota est corporis Christi*, hoc est, pro accidentibus panis: interdum pro *pane*, quando ait, b *Theodoretum docere, rationem propter quam Dominus corpus suum panem & frumentum appellaverat, eam esse quod posteà in Eucharistiâ panem & alimentum ex frumentò factum corpus suum appellavit*: interdum, pro accidentibus panis, & corpore Christi simul, ut quandò ait: c *Objiciet Plessæus* (contra quem scribit) *Theodoretum non appellare solas species externas & accidentales sacramenti symbola, sed totum contentum, tam substantiæ interna* (quam infrà docet esse corpus Christi) *quam accidentiũ externorum*: & annuit ita se rem habere. Quæ tamen ἀσύστατα esse, nemo non videt. Nam si *symbolum* designat simplicia accidentia panis, non igitur panem & alimentum ex frumentò factum: Et rursum, si supponit pro pane, non ergò pro corpore Christi & panis accidentibus. Sed in tantâ vertigine, nostrà non valdè interest, quid trium horum eligat. Semper enim, aut pugnabit adversùs Theodoretum: aut nobis concedet quod volumus & intēdimus in causę suę detrimentum, aut in absurdum incidet. Nam si dicat intelligi *simplicia panis accidentia*, repugnabit apertè Theodoreto. Is enim in Epistolâ ad Monachos Constantinopolitanos exponens quidnam sit quod illi in Eucharistiâ symbolum corporis Christi est, *Dominus*, d inquit, *cùm divina traderet mysteria & symbolum fregisset & divisisset, subjecit, hoc est corpus meum*, &c. Intelligit ergò illud esse symbolum corporis Dominici quod eum fre-

l *In cap. 8. Zachar.* πέπομφε ἡμῖν αὖθ' ἑαυτὸ τὸ παράκλητον.

m *In 1. Cor. 11.*

o *Orat. 18. in Procli supra.*

p *In 1. ad Cor. 13. 12. supr. citat.*

pp *Chrys. in Matth. homil. 66. in Latina edit. in græca 65.* ἐπιφάνεια δὲ Χριστοῦ ἡ παρουσία καλεῖται.

q *Cæsar. in Joan. 16. 10.* ἀναλαφθεὶς εἰς οὐρανοὺς ἐκ τῆς ὀφθαλμῶν παρουσίας διὰ τοῦτο εἴρηται.

Theodoretus.

r *Ibid.* ἕως μὲν οὖν ἐπὶ γῆς ἦν ἐκεῖνα ἐποίουν ἃ συνεβούλευσεν· ἐπειδὴ δὲ εἰς οὐρανοὺς ἀνῆλθε καὶ τῆς θείας ἐκείνης ὄψεως ἐστερήθησαν, &c.

s *De verb. Domini serm. 6a.*

t *Homil. 53.*

a *Cap. 7. p. 523.*

b *Cap. 4. p. 504.*

c *Cap. 7. p. 525.*

d *Epist. 145.* τὰ ἱερὰ παραδιδοὺς μυστήρια, καὶ τὸ σύμβολον κλάσας καὶ διελών, ἐπήγαγε, τοῦτό μου ἐστὶ τὸ σῶμα.

Theodoretus.

e ἀναπόδεικτα τὰ μὲν ὑπὸ τοῦ κυρίου λαμβάνει λεγόμενα, τὸ δὲ λαβὼν εὐχαριστήσας εἶπεν. E. ἀντὶ τοῦ τὸν μυστικὸν τοῦτον λέγω λίθον, λαβὼν τὸν ἄρτον καὶ εὐχαριστήσας εἶπε, τοῦτό ἐστι. O. ὁ δεσπότης ἀναφανδὸν ἀμφοτέρων ἔφη τὸ τύπον καὶ τὴν ἀλήθειαν.

um fregiſſe Evangeliſtæ narrant. Evangeliſtæ autem narrant eum verum panem tregiſſe. Et in dialogo tertio, *recordare*, e inquit Orthodoxus, *quid illud ſit quod Dominus poſtquam accepiſſet fregit, quidque acceptum nominans dixit.* Eran. *Propter non initiatos myſtice loquar*, (hoc eſt, panem non nominabo) *poſtquam accepiſſet & fregiſſet & diſcipulis diſtribuiſſet, dixit, hoc eſt corpus meum quod pro vobis datur, aut frangitur, ſecundùm Apoſtolum: Et rurſum, hoc eſt ſanguis meus Novi teſtamenti qui pro multis eſſ inditur.* Orth. *Non igitur divinitatis mentionem fecit, typum paſſionis oſtendens.* Dominum autem non accepiſſe ſimplicia panis accidentia, ſed verum panem ac proprie dictum ex Evangeliô conſtat. Et in hoc ipſô Dialogô de quô jam contendimus: *in myſteriorum traditione panem appellavit corpus, & quod mixtum erat ſanguinem.* Nec tantum repugnabit Theodoreto, ſed & incidet in abſurdum quô ſuprà alios ex Adverſarijs obruimus, fore nimirum, ut Dominus dixerit accidentia panis eſſe corpus ſuum. Sin autem ſymbolum intelligatur *de verò pane*, tum ſenſus verborum erit, *hic panis eſt corpus meum*, cùm Theodoretus affirmet Dominum de ſymboló dixiſſe, *hoc eſt corpus meum.* Is autem noſter ſenſus eſt qui Adverſariorum ſententiam funditus evertit. Ea enim propoſitio neceſſariò eſt figurate & tropice intelligenda, alioqui falſiſſima, ut ante obſervavimus. Si denique *de accidentibus panis*, & *de corpore Chriſti* ſimul, ſequitur duo eſſe quæ Dominus *appellatione corporis ſui honoravit*, nimirum, accidentia panis, & corpus ſuum. At utrumque falſum & abſurdum eſt. De accidentibus panis jam diximus. De corpore itidem. Nam Theodoretus affirmat, Dominum id dixiſſe de pane quem acceperat: corpus autem ſuũ non acceperat. Deinde ait, cum *ſymbolum corporis ſui appellatione honoraſſe.* At quis mentis compos dixerit, eum corpus ſuum corporis ſui appellatione honoraſſe? Tertio ait, *ſymbola viſibilia* id eſſe quod Dominus corpus & ſanguinem ſuum appellavit. At corpus Chriſti in Euchariſtiâ non eſt viſibile. Poſtremò, neceſſe foret idem ſimul eſſe ſignum ac ſymbolum ſignificans, & rem ipſam ſignificatam. Id autem eſt abſurdiſſimum. Nam ſignum & res ſignata ſunt in relatorum genere: ratio autem & vera philoſophia clamat, relationum extrema realiter diſtincta eſſe debere. Quô igitur ſe vertet Perronius?

Obmutuſcit ſane ad hæc omnia, præterquam ad ultimam rationem, à quâ ſe extricare conatur verboſæ reſponſionis Φλυαρίᾳ. Ait enim, *abſurdum non eſſe, idem ſubjectum ſimul eſſe ſignum & rem ſignificatam, ſymbolum corporis Chriſti & corpus Chriſti, modò id ſiat ſub diverſis reſpectibus.* Et cùm argumenta illi deerunt ad tantam novitatem confirmandam, rem exemplis hinc & inde ductis & contortis illuſtrare nititur. *Nam*, inquit, *nonne Theodoretus ſcribit, non tantum Chriſtum ſecundùm divinitatem eſſe imaginem Dei, imaginem eſſentialem Dei, imaginem quæ ſignificat eandem ſubſtantiam cum Deo, impreſſionem identicam Dei, Deum de Deo, ſed etiam corpus Chriſti eſſe imaginem filij Dei, quatenus per illud ſe hominibus viſibilem reddit?* Apoſtolus, f *ait*, eos qui digni facti ſunt vocatione, *conformes* appellat *imagini filij*, hoc eſt, corporis filij. Nam quoniam natura divina inviſibilis eſt, corpus autem vilibile, adoratur per corpus tanquàm in imagine quadam. *Et alibi*: quemadmodum ros inviſibiliter deſcendit, ſed acceptâ hîc ſpiſſitudine & conſiſtentiâ manifeſtè apparet, ſic Deus cùm ſit inviſibilis, per carnem in terrâ viſus eſt, & cum hominibus converſatus, & *manifeſtatus* eſt juxtà Apoſtolum *in carne*: *Et Calvinus nonne ſcribit*, g Apoſtolus eum *imaginem Dei inviſibilis* appellat, quô ſignificat eum ſolum eſſe, per quem Deus alioquin inviſibilis nobis manifeſtatur, ſecundùm illud, *Deum nemo vidit unquam, unigenitus qui eſt in ſinu Patris ipſe nobis manifeſtavit. Et rurſum.* Notandum eſt nomen *imaginis* non prædicari de eſſentia, ſed habere ad nos relationem: ideò enim *imago Dei* Chriſtus, quia Deum quodammodò nobis facit viſibilem. *Et paulo poſt*: Summa eſt Deum in ſe, hoc eſt, in nuda ſua majeſtate eſſe inviſibilem, nec tantùm corporeis oculis, ſed humanis etiam mentibus, revelari autem nobis in ſolô Chriſtô, ut eum tanquàm in ſpeculò contemplemur. Nam in Chriſtô ſuam juſtitiam, bonitatem, ſapientiam, virtutem, ſe denique totum nobis exhibet? *Chriſtum autem Deum eſſe, & imaginem Dei ſimul, Deum quatenus abſolutè & in ſe conſideratum, & imaginem Dei quatenus relativè & quoad nos ſpectatum, quibus ſub humanitatis velo divinitatem ſuam quodammodo viſibilem reddit, nonne idem eſt cum eo quod de Euchariſtiâ dicimus, eam nimirum, abſolutè & in propriâ & eſſentiâ & naturâ interná conſideratam, eſſe corpus Chriſti, quoad nos verò ſpectatam quibus oſtendit per ſpecies externas & accidentales corpus Chriſti aliter non appariturum, & nobis illud quodammodo viſibile reddit, imaginem eſſe, ſignum ac ſymbolum corporis Chriſti? Idem ſane ſubjectum in eodem ſtatu conſtitutum & ſub eſdem reſpectibus conſideratum, ſeipſum ſignificare, & ſimul eſſe ſignum & rem ſignificatam, abſurdum eſt & impoſſibile. Sed idem in diverſis ſtatibus, & ſub variis reſpectibus conditionibus & circumſtantijs, ſe ipſum ſignificare, quid incommodi eſt? David poſt adventum ad regnum, nonne poterat in theatro repræſentare perſonatus prælium in juventute cum Philiſtæorum Gigante commiſſum, & ita ſub diverſis reſpectibus ſignum & res ſignificata ſimul eſſe, &c? Pratus Theſſaliæ Rex poſtquam Uxor ipſius obiiſſet*

Theodoretus.

f *In c. 8. ep. ad Rom.* τοὺς κλητοὺς ἀξιωθέντας αὐτοῦ φησι καὶ ἐπὶ συμμόρφους εἰκόνι, τουτέστι τῷ Χριστῷ καὶ ἐπὶ εἰκόνα τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ φησιν ἀποστολος, τὸν ἐκ παρθένου τεχθέντα Χριστὸν ὀνομάζων.

g *In cap. 1. epiſt. ad Coloſſ.*

Theodoretus.

objisset & aromatibus condita fuisset, nonnè eam jussit indui ijsdem vestimentis quæ gerebat cum viveret, ijsdemque honoribus assici, eam hoc facto efficiens, sed sub diversis respectibus, imaginem, signum & representationem sui ipsius? Nonne Herodotus refert Ægyptios consuevisse Patrum suorum corpora tenui gypsi superficie inducere, deindè super illa coloribus exprimere effigiem ac formam eorum, ac thecis vitreis includere, & sic corpora illa simul & defunctorum vera corpora fuisse quoad substantiam internam, & symbola corporum quoad speciem externam, &c? *Insolens nobis non videtur quod scribit Augustinus, Spiritum Sanctum in columba forma apparentem, se ipsum significasse tanquam futurum beatitudinis objectum, & præmium ac complementum æternum dilectionis & Charitatis nostræ.* Quarè

a 83. quæst. q. 43.

filius Dei, a *inquit*, in homine apparuit, & Spiritus Sanctus in Columba? Quià ille venit ut exemplum vivendi demonstraret hominibus, iste ut donum ipsum ad quod benè vivendo pervenitur, significaret, apparuit. Utrumque autem visibiliter factum est, propter carnales ab ijs quæ oculis corporeis cernuntur ad ea quę mente intelliguntur sacramentorum gradibus transferendos.

b In Psalm. 93.

Durum nobis non videtur quod scribit, b *Christum super maris fluctus ambulantem, significare iter quod erat confecturus super capita superborum, nec c simulantem in Emaus se ultrà pergere velle, seipsum præfigurasse longiorem peregrinationem susceperum, hoc est, in cælos ascensurum. Non miramur S. Basilium d scribere, filium Dei corporaliter Spiritum Sanctum in Apostolos sufflantem, fuisse & figurasse eumdem Dei filium qui Spiritum vitæ in Adamum sufflaverat. Durum nobis non videtur, Calvinum loquentem de formis visibilibus quas Angelus fœderis mutuabatur vt Patribus Veteris Testamenti appareret, scribere:* e Rectè

c Contr. manoc. ad Consent. c. 13.

d Contr. Eunom. l. 5. c. 9.

e In Exod. cap. 3.

senserunt Veteres Ecclesiæ Doctores æternum Dei filium ita vocari (*scilicet, Angelum*) respectu personæ mediatoris, quam licet verè demum unà cum carne susceperit, figuram tamen gestavit ab initiò, *&c. Quid amplius dicam? Scriptura ipsa, juxtà Auctorem operis imperfecti Chrysostomo tributi, Chrysostomoque contemporaneum, nonnè proprium visibile Christi corpus, signum corporis Christi nominat, quando predicit signum filij hominis in cælo apparaturum?* Quidam, *f inquit*, putant crucem

f In Matth. homil. 49.

Christi ostendendam esse in cœlô, verius autem est, ipsum Christum in corpore suô habentem testimonia passionis, id est, vulnera lanceæ & Clavorum, ut impleatur illud quod dictum est, *& videbunt in quem pupugerunt.* Deniquè, in quo loco præsens Euangelista ponit, dicens, *apparebit signum filij hominis*, alij Euangelistæ hoc solum dixerunt, *& videbunt filium hominis venientem*, videlicet ostendentes, signum Christi esse ipsum corpus Christi qui in signo corporis sui cognoscendus est à quibus crucifixus est.

At verò si proprium visibile Christi corpus in Cælo constitutum sub notis testimonialibus & representativis passionis, hoc est, cicatricibus, figuris ac vestigijs vulnerum quæ in cruce accepit, quorum notas resumpturus est in die judicij ad exprobrandam hominibus ingratitudinem, erit corpus & signum corporis, corpus vivens & simul signum corporis mortui; Cur idem corpus in terrâ constitutum sub speciebus representativis passionis, hoc est, sub speciebus sacramentalibus Eucharistiæ, non simul erit, & signum ejusdem corporis in statu passionis spectati, corpus & signum corporis, corpus vivens & signum corporis mortui? Hùc usquè Perronius. Verum pugnat contrà universam Antiquitatem. Veteres enim, quorum testimonia g suprà à nobis allata sunt, unanimiter asserunt, falsum & absurdum & impossibile esse, aliquid *sui imaginem & signum esse.* Nec universalem eorum affirmationem restringere valet cavillatoria illa Cardinalis exceptio de *varijs respectibus.* Nam causæ propter quas illud universaliter falsum esse affirmaverunt, evidentissimè ostendunt id nullam restrictionem pati, ac quocumque respectu subjectum aliquod spectetur, idem simul non posse esse & symbolum significans, & rem ejus significatam. Ex autem duæ sunt. Prior definitio signi: *Signum* enim *est*, inquit h Origenes, *cùm per hoc quod videtur, aliud aliquid* (Nota, aliud) *indicatur.* Et Augustinus: i *Signum est, & quod seipsum sensui, & præter se aliquid animo ostendit.* Et rursum l *Signum est res præter speciem quam ingerit sensibus, aliud aliquid ex se faciens in cogitationem venire.* Quod & post utrumque & ijsdem verbis dicunt Sedulius, Cassiodorus, & Isidorus. At subjectum sub quocumque respectu, ac qualibet circunstantiâ consideretur, nunquàm aliud est à seipso, sed semper idem. Posteriorem rationem innuit Augustinus, inquiens: m *Quid absurdius quàm imaginem ad se dici?* Nam his verbis indicat imaginem & id cujus imago est ad se invicem esse, hoc est, se habere ut relatum ac correlatum. At quocumque respectu relatum consideretur, nunquam potest esse correlatum suum, cum extrema relationum realiter à se distincta esse debeant, ut jam suprà observavimus. Nec obstant illa omnia ab Adversariô congesta, quorum nullum oportunum est ejus proposito. Nam quando Theodoretus ait, Christum esse *imaginem Dei*, minimè intelligit eum secundum naturam suam divinam imaginem esse essentiæ Dei (sic enim differret ab eâ essentiâ, nec ipsamet esset) sed mens ipsius est, illum esse imaginem personæ paternæ à quâ propterea differt: *expressos*, n inquit, habet *Characteres ejus qui ipsum genuit.* Et cum dicit, eum *imaginem esse quæ consubstantialitatem* designat,

g In Clemente & Eusebio.

h In epist. ad Rom. c. 4. Idem & Sedulius Ibid. Isidor. Orig. l. 6. c. 19.

i De princip. dialect. c. 5.

l De Doctr. Christ. l. 2. c. 1. Cassiodorus in Psalm. 134. & 85.

m De Trinit. l. 7. c. 1.

n In cap. 1. epist. ad Colossenses ὃς ἐστὶν εἰκὼν τοῦ θεοῦ τοῦ ἀοράτου.

Theodoretus. ᵒ *Ibid.* ἀψυχα ἄνιπνα εἰκόνες εἰσὶ τῶν ἐχόντων τὴν ἔμψυχον εἰκόνα. ἡ δὲ ζῶσα εἰκὼν τοῦ ἀρχετύπου.

designat, non id infert ex eo quod imago sit, sed ex eo quod hæc imago naturalis & viva sit: *inanima imagines*, ᵒ ait, *non habent substantiam eorum quorum sunt imagines, viva autem imago & nullam habens differentiam, eamdem naturam habet cum archetypo.* Qui & similiter Calvini sensus est disertè negantis, (quod mirum est Perronium non attendisse) nomen imaginis prædicari de essentiâ. Et quandò rursum Theodoretus *imaginem filij* de corpore exponit, sensus ejus nullomodò est, *corpus Christi esse sui ipsius imaginem*, ut Adversarius falsò supponit, sed hoc tantummodò vult, corpus Christi esse divinitatis ipsius imaginem, ut patet ex sequentibus: *quia*, inquit, *divina natura invisibilis est, corpus autem visibile, ipsa per corpus tanquam in imagine quadam adoratur.* Itaque tantùm abest ut hæc exempla Cardinali patrocinentur, quin contrà, exceptionem ejus manifestissime confutent. Nam quemadmodum Christus, quoniam est imago Patris non est ipse Pater, & corpus ejus quia est imago divinitatis ipsius, non est ipsa divinitas, sic & signum corporis Christi, licet à Dominô corpus suum appellatum, corpus ejus propriè non est. Cætera exempla non magis illi sunt propitia. Nam, nec David personatus, qualem illum nobis fingit, esset sui ipsius signum, sed tantum significaret actione quadam mimicâ quod olim reapse fecisset; nec corpus Reginæ Thessaliæ suimet symbolum erat, nec corpora (non Ægyptiorum, ut malè ex Herodotô refert Perronius, sed) Æthiopum erant sui signa: id tantummodò verum est de picturâ illis superadditâ; nec columba per quam Spiritus Sanctus apparuit, proprie erat Spiritus Sanctus, sed illius modò symbolum & sacramentum; nec Augustinus affirmat, Spiritum Sanctum seipsum significasse, sed significasse per hanc imaginem, *domum ad quod bene vivendo perveniur*, id est, ut [a] alibi le explicat, *innocentiam & amorem spiritalem*, aut etiam, si quis malit, gloriam futuram, tùm ab hac columbâ, tùm à Spiritu Sancto distinctam; nec, quandò rursùs ait de Dominô, *ipsum iter suum calcantis capita superborum significavit ambulans super tumidos fluctus*, & cùm finxit in Emaüs se longiùs ire, eô ipsô significasse se longiùs in cœlos profecturum; mens ejus ullô modô est, ipsum sui signum fuisse, sed tantùm unum iter alterius signum, & unam actionem alterius symbolum extitisse; Nec Basilius in loco quem Cardinalis citare ausus non est, quicquam prorsus habet, undè vel extorqueri queat, Dominum sui ipsius fuisse signum; nec vel quidem per somnium id in mentem Calvino venit Dominum Mediatoris figuram gessisse dicenti, cùm sensus ejus tantùm sit, quemadmodum & [b] Chrysostomi, formas illas visibiles à Dominô mutuatas sub veteri testamento figuras fuisse carnis quam erat assumpturus in plenitudine temporum, quas à carne ipsâ differre nemo negaverit; nec denique Author operis imperfecti in Matthæum (alibi tantoperè Perronio infamis, quemque hîc crassa ignorantiâ contemporaneum Chrysostomo fuisse dicit, cùm ipsemet non [c] obscurè innuat se quadringentis & amplius annis posteriorem fuisse) quandò ait, per *signum filij hominis*, intelligendum esse corpus ipsum Christi, ideò censuit, idem esse signum corporis & corpus ipsum, sed, aut intellexit corpus signatum characteribus vulnerum signum futurum personæ filij hominis quæ crucifixa est, aut adjunctum per subjectum, id est signum corporis per corpus figuratè designavit, Characteres nempè vulnerum in corpore apparituros nomine corporis subintelligens, ut mentem illius esse notat [d] Maldonatus. At certè corpus Christi differt à personâ filij hominis, & vulnerum Characteres, quippè qui accidentia corporis sint, ab ipso corpore.

Nihil igitur est in omnibus illis exemplis undè Adversarius ostendere possit idem esse sui ipsius signum. Verum addo, quamvis daremus id aliàs fieri posse, in Eucharistiâ hoc impossibile esse. Nam primò oportet signum sensibile ac visibile esse: *Eum*, inquit [e] Hilarius, *cujus imago est, necesse est ut imago demonstret*; & signum, *est id quod videtur, quod speciem ingerit sensibus*, tajebant paulò antè Origenes & Augustinus, Cassiodorus & Sedulius. Et ipsemet Theodoretus: ee *imago evidentius ostendit archetypa.* Atqui corpus Domini, ex ipsorum Adversariorum confessione, invisibile prorsus est, & insensibile: signum ergò esse non potest. Sed quid alibi requiro, cum Theodoretus hîc expressè notet symbola corporis & sanguinis de quibus agit, *symbola* esse *visibilia*? Nec juvare potest Perronium quod obmurmurat, *corpus Christi constitutum sub speciebus representativis passionis, hoc est, sub speciebus sacramentalibus Eucharistiæ posse esse signum sui ipsius in statu passionis spectati.* Nam si tam vere constitutum esset sub illis speciebus, quam falsò id asseritur, dici posset quidem hoc casu species quibus velaretur ipsius symbolum esse, cùm se sensibus ingerant; sed illud quoque signum esse, & invisibile esse, falsum est & fictitium contradictionemque implicans. Secundò, *signum* rursùs *inferius est re cujus signum est*, ut [f] Chrysostomus observat. Si igitur corpus Christi animatum, vivens & glorioſum, prout in Eucharistiâ esse fingitur à Perroniô, esset sui mortui signum, sequeretur corpus ejus animatum & glorioſum inferius ac minus esse seipsô inanimatô, immolatô & mortuo; quod absurdiſſimum

Theodoretus. ee *In Epist. ad Hebr. c. 10.* [a] ἀπὸ τοῦ ἀγαθοῦ ζῆσαι καὶ τὴν ἐπουράνιον βασιλείαν τυχεῖν.

c *Vid hom.* 52.

d *In cap. Matth.* 24.

e *De Synodis.*

[a] *De dignit. Christ. c. 22.*

[b] *Vid Chrysost. in Genes. in hom.* 58.

f *In Epist. ad Rom. hom.* 8.

Theodoretus.

simum esse ; nemo opinor non videt. Denique, quod omnem tergiversandi ansam tollit, Veteres testantur, ut id quod Dominus in verbis, *hoc est corpus meum*, corpus suum appellavit, imago sit seu symbolum corporis ipsius, eo ipsò corpus ejus (propriè scilicet) nullomodò esse possit. Sic Nicephorus Constantinopolitanus : f *Quemodò idem dicitur corpus Christi, & imago Christi? Quod enim est alicujus imago, hoc corpus ejus esse non potest, & rursus, quod est corpus non potest esse ejus imago : omnis enim imago alia est ab eò cujus imago est. Quod si filium dicit scriptura imaginem Patris, at si non natura, hypostasi tamen & persona filius differt à Patre. Si igitur Sanctum corpus quod in communione sacrâ sumitur, imago Christi est, aliud dicitur esse præter corpus Christi.* Atqui juxtà Theodoretum id quod Dominus corpus suum appellavit, est symbolum corporis : non igitur idem propriè est cum ipso corpore.

f *De Charubin. cap. 1. in bibliotheca Patrum.*

Sed instat Perronius, & ait, *Theodoretum nunquam dona sacra Eucharistiæ*, symbola *appellare, nisi aliquid simul addentem quo munus ea, & symbola, & res simul esse, symbola exteriùs, & res interiùs.*

Primò enim, inquit, *Theodoretus dixit quidem*, post ejus adventum (Domini) non amplius opus erit symbolis corporis : *sed præterquam quod addit, ut observavimus*, corpore ipso apparente, *ad ostendendum symbola esse defectum supplentia, non præsentiæ, sed apparentiæ, nemo clamat paulo post* : quemadmodum Judas eum tradidit, ipsi autem insultarunt Judæi, ita eum ignominiâ afficiunt, qui sanctissimum ipsius corpus immundis manibus accipiunt, & in pollutum os immittunt. *Et paulò ante* : Sacram illam & sanctissimam noctem in memoriam eis (Discipulis scil.) revocavit g in quâ & typico paschati finem imposuit, & verum (Perronius de suò addit, illud, *Verum*) typi Archetypum ostendit, & sacramenti portas aperuit, & non solum undecim Discipulis, sed etiam proditori pretiosum corpus & sanguinem impertijt? *Hoc autem, nonne dicere est, Eucharistiam non esse simplicem typum & symbolum corporis Christi, quemadmodum id olim paschalis agnus fuerat, sed symbolum corporis Christi & simul corpus Christi, typum & Archetypum typi simul?* Verum, quoniam hæc loca & in sequentibus objicit, illorum examen, prout par est, rejiciemus in caput objectionum ad quod directè pertinet, interim negantes per corpus Judæ traditum & in os pollutum immissum, à Theodoretò intelligi *proprium corpus*, & id de corpore typico, seu sacramentali interpretantes.

g τὸ ἀντιτυπον παῤῥησιᾳ τὸ πλάσμα ἐπέβαλε τῇ ἀληθείᾳ τὸ ἀρχέτυπον ἐδήλωσε, &c.

Secundò, inquit, *verum est Theodoretum dicere*, offert Ecclesia corporis, & sanguinis symbola ; *sed observandum est illum immediatè addere*, massam per primitias sanctificans. *At massa & primitiæ nonne ejusdem naturæ sunt?* Per primitias, *ait idem* a *Theodoretus contrà Eutychen*, evidenter massam ostendit: primitiæ enim eamdem habent naturam cum eo cujus sunt primitiæ. *Primitia autem massæ hominum sanctificatorum, nonne sunt corpus & sanguis Christi, juxta id quod idem Theodoretus scripserat in psalmum 39.* Christus est primitiæ naturæ nostræ : *& ad finem tertij dialogi* ; Verbum, sicut promiserat, accepit de semine Abrahæ primitias, *id est, corpus suum : & rursùm Rom. 8.* ostendens Patri primitias quas à nobis accepit, & eas ab omni labe alienas Patri demonstrans, per illas nobis salutem petit? *Denique, nonne ipsemet, juxta Photij relationem, tractatum expressum scripsit, adversus docentes primitias ex naturâ nostrâ sumptas non fuisse?* Sed illudit lectoribus. Nam verum quidem est, *massam & primitias* ejusdem naturæ esse, Theodoretumque & ante ipsum multos alios Christum interdum appellare naturæ nostræ *primitias* ; sed falsissimum est, quod hic supponit Cardinalis Theodoretum in loco objecto *per massam* intelligere *massam hominum sanctificatorum*, & per primitias *Christum*. Figmentum ejus est, de quò ne per somnium quidem Theodoretus cogitavit. Per *primitias* enim designat symbola corporis ac sanguinis Domini, & per hæc symbola panem & vinum, & per *massam*, panis ac vini unde primitiæ quæ à populo offerebantur desumptæ erant, massam, quam per primitias Deo in Ecclesia oblatas sanctificationem quamdam consequi ait. Alludit enim ad veteres primitias quæ b sub lege olim offerebantur ad totius massæ sanctificationem, & benedictionem, & de quibus Salomo dixerat, c *honora Dominum de primitijs omnium proventuum tuorum & implebuntur horrea tua saturitate, & mustо torcularia tua rumpentur.* Idem ante ipsum observaverat quoque Irenæus : *Dominus suis Discipulis*, d inquit, *dans consilium primitias Deo offerre ex suis creaturis, non quasi indigenti, sed ut ipsi, nec infructuosi, nec ingrati sint, eum qui ex creatura panis est, accepit & gratias egit dicens, hoc est corpus meum, & calicem similiter qui est ex eâ creaturâ quæ est secundum nos, suum sanguinem confessus est, & novi Testamenti novam docuit oblationem, quam Ecclesia ab Apostolis accipiens in universo mundo offert Deo, ei qui alimenta nobis præstat, primitias suorum munerum in novo testamento.* Nam eum intelligere, Ecclesiam verum panem propriequè dictum, ac similiter vinum, Deo offerre, & scopus, & verba ejus testantur, ut suo loco prolixiùs ostendimus. Fulgentius similiter quando ad ejus exemplum ait, e *Ecclesiam Deo per universum orbem terrarum sacrificium panis & vini offerre in fide & Charitate.* Denique & ipse Theodoretus alibi, tùm quando ait, f *offerimus Deo mysti-*

Theodoretus.

a *Hæretic. fabul. l. 4. c. 15. & Perron. non notat.*

b *Levitic. 23.*

c *Proverb. 3. 10.*

d *Lib. 4. c. 32.*

e *De fide ad Petrum.*

f *In Exod. interrog. 60.* ἐπεὶ οὖν ἐκεῖνα τὰ μυστικὰ τῆς ἀγίας πομπῆς ἐσημάνθη

Theodoretus.

cum ſancta menſa ſacrificium, tum in Dialogo ſecundo, ubi ait, *offerri cibum ex talibus ſeminibus*, panem evidenter deſignans.

Tertiò, inquit rurſum Perronius, *dicit in ſecundo dialogo*, ſymbola non recedere à propriâ natura, &c; *ſed nonnè addit*, intelliguntur & creduntur eſse quod facta ſunt; & adorantur, ut quæ illa ſint quæ creduntur? *Id autem eſt illa conſtituere, & res & ſymbola ſimul, res interius & inviſibiliter; ſymbola extetius & viſibiliter, res in ſe, & ſigna relatè ad nos.* Sed Authoris mentem & verba in fallum detorquet. Neque enim mens ejus eſt, ſymbola quoad ſubſtantiam corpus Chriſti fieri, cum ibidem expreſse dicat, (ut ſuo loco fuſius oſtendemus) illa in *ſubſtantiâ ſuâ remanere*, ſed quoad efficaciam *per additionem gratiæ*, ut ſuprà ſe explicabat, nec *adorationem* illis tribuit, ut Græca ipſius verba perperam vertit Perronius, ſed *venerationem*. Verum de his in ſequentibus.

Quartò, inquit, *in locò primi dialogi de quò jam contendimus, dicit*, ſymbola honorari appellatione corporis & ſanguinis; *ſed, nonnè paulo poſt addit*: cujus ſymbolum eſt ſanctiſſimus cibus, divinitatiſ-ne Chriſti Domini, an corporis & ſanguinis? *Et inter probationes quas affert ad veriſicandum panem Euchariſtiæ ſymbolum eſſe, non divinitatis Chriſti, ſed carnis ipſius, nonnè adducit hæc verba*, panis quem ego dabo caro mea eſt, quam ego dabo pro mundi vita? *At quiſnam panis ille eſt de quò Dominus ibi loquitur, niſi propria ipſius caro? Et rurſum, quis ſanctiſſimus ille cibus, niſi is quem idem Theodoretus divinum cibum nominat quandò impugnans Hæreſin Meſſalianorum docentium, neceſſarium non eſſe Euchariſtiam ſumere*; affirmant, g *inquit*, divinum cibum de quò Dominus ſic loquitur, *qui manducat carnem meam & bibit ſanguinem meum*, neque prodeſſe cuiquam, neque obeſſe? *Quæ tamen verba, nec intelligi poſſunt niſi de verâ ac propriâ Chriſti carne, (de illâ enim Dominus hoc loco loquebatur) nec niſi de carne in ſacramentò oraliter ſumpta, quoniam ea caro in cœlo & per fidem ſumpta nemini obeſt.* Sed levis eſt objectio. Nam verum quidem eſt Theodoretum ad verificandum panem Euchariſtiæ ſymbolum eſſe, non divinitatis Chriſti, ſed corporis ipſius, adducere hæc verba, *panis quem ego dabo caro mea eſt, quam ego dabo pro mundi vitâ*; & panem illum, juxtà verum ac genuinum ſenſum, nihil aliud eſſe quàm ipſammet Domini carnem: ſed Perronium ſupponere pro certo, quod incertum eſt, Theodoretum per *panem* illum intelligere panem ſacramentalem quem paulò ante appellaverat *ſymbolum corporis*. Theodoretus enim per panem illum communiter deſignat propriam Domini carnem pro vitâ noſtrâ à divinitate ad mortem datam. Sic enim & commentariô in epiſtolam ad Romanos: h *humana natura pro nobis à divinitate data eſt*; *panis enim, inquit, quem ego dabo caro mea eſt quam ego dabo pro mundi vita.* Et-nè quis putaret, panem illum qui caro ejus eſt, & ſymbolum corporis idem eſſè, inter illa ſedulò diſtinguit in epiſtolis ad Timotheum Epiſcopum, & ad Conſtantinopolitanos Monachos. Nam in illâ ſic loquitur: i *Dominus ipſe non naturam inviſibilem, ſed corpus ſe daturum promiſit pro mundi vitâ; panis enim ait, quem ego dabo, caro mea eſt quam ego dabo pro mundi vitâ. Et in divinorum myſteriorum traditione, ſymbolo accepto, dixit hoc eſt corpus meum quod pro vobis datur, aut juxtâ Apoſtolum frangitur.* Nemo autem dixerit, illum carnem ſuam accepiſſe. In hac autem adhuc clariùs: k *De corpore dicit: panis quem ego dabo caro mea eſt, quam ego dabo pro mundi vita: cùm verò traderet divina myſteria, & ſymbolum fregiſſet & diviſiſſet, ſubjecit, hoc eſt corpus meum quod pro vobis frangitur in remiſſionem peccatorum.* At quis dixerit, corpus Domini, & ſymbolum illud quod in Euchariſtiâ ſcriptura refert eum fregiſſe, idem eſse? Argumentum igitur quo Theodoretus illuſtrat panem Euchariſtiæ ſymbolum eſse, non divinitatis, ſed corporis, ſic videtur procedere: Panis Euchariſtiæ ſymbolum eſt illius quod pro nobis ad mortem erat daturus. Atqui non erat divinitas, ſed caro quam pro nobis ad mortem erat daturus, ut patet ex his verbis, *panis quam ego dabo caro mea eſt*, &c. Ergò: Quamquam etſi daremus illum in iis verbis, *panis quem ego dabo caro mea eſt*, intelligere panem ſacramentalem, juxta liberiorem quamdam ac minus accuratam expoſitionem (ut in re quæ apud Eranistem in confeſſò erat) per quam Veteres interdum caput illud ſextum Joannis, unde ea verba ducta ſunt, Euchariſtiæ & pani ſacramentali accommodabant, nihil nobis eſſet inde metuendum. In promptu enim eſſet reſpondere, panem ex ipſius mente ibi *honorari carnis appellatione*, quemadmodum & in myſteriorum traditione; non quod caro ſubſtantiâ ſit, ſed quod ſit ipſius ſignum. Alioqui, quale, quæſo, argumentum foret, *panis eſt propriè caro, Ergò eſt ſymbolum carnis?* Inſulſum ſanè & ridiculum. At verò ſic rectè procedit: panis eſt ſymbolum ejus cujus appellatione honoratur: Atqui non honoratur appellatione divinitatis, ſed carnis: ſymbolum ergò eſt, non divinitatis, ſed carnis. Ad alteram autem partem argumenti Perroniani, dico primò, Theodoretum, per *ſanctiſſimum Cibum*, de quò ait, *cujus ſymbolum & typum putas eſſe ſanctiſſimum cibum, divinitatis-ne Chriſti Domini, an corporis & ſanguinis*, minimè intelligere proprium Domini corpus & ſanguinem, ut ſupponit Adverſarius. Nam Dialogô ſecundô eamdem interrogationem, aliis verbis repetens,

Theodoretus.

h *In cap. 8.* Δίδωσι γὰρ ὁ κύριος οὐ τὴν ἀόρατον φύσιν ὑπὲρ ἡμῶν, ἀλλὰ τὸ σῶμα, φησὶν, ὃ ἐγὼ δώσω, &c.

i *Epiſt. 130.* αὖθις ὁ τῶν ὅλων δεσπότης τὴν ἀόρατον φύσιν, ἀλλὰ τὸ σῶμα δίδωσι τοῖς ἱεροῖς μυστηρίοις τὸν ἄρτον καὶ τὸν οἶνον. ἄρτος γάρ ἐστι καὶ ποτήριον οἶνου, ἃ δὴ καὶ ὁρᾶται καὶ αἰσθάνεται. ἐπὶ δὲ τῶν θείων μυστηρίων, ἄρτος καὶ οἶνος ἐστὶ τὸ σύμβολον, τοῦτο ἐστὶ τὸ σῶμα καὶ τὸ αἷμα τοῦ δεσπότου Χριστοῦ. ἡ γὰρ φύσις ἐνηλλάγη τὸ δὲ σχῆμα καὶ ἡ ὄψις ἐφυλάχθη.

k *Epiſt. 145.* οὐκοῦν τὸ σῶμα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐστὶ καὶ λέγεται, καὶ ἔστιν ἡ θεία τράπεζα ἐν ᾗ κεῖται ὁ ἄρτος καὶ ὁ οἶνος. ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἐν τῷ σώματι τῷ ἀνθρωπείῳ ἐνηλλάγη, ἐν δὲ τοῖς μυστηρίοις, καὶ τὸ σύμβολον λοιπὸν καὶ τὸ σχῆμα καὶ ἡ μορφὴ ἐπέμεινε. τοῦτο μὲν ἐν τῷ σώματι τὸ ἀπὸ τῆς ὑμῶν ἁγιωτάτης καὶ ἀφράστου ἀναστάσεως

g *Hiſtor. Eccleſ. lib. 4. c. 10 narrat. à Perronio.*

y Google

Theodoretus.

petens, sic Eranistam alloquitur: *Dic mystica symbola Deo à sacerdotibus oblata, quarum rerum symbola sunt?* At verò, si tum per *sanctissimum* cibum cum per *mystica symbola*, intelligeret proprium Domini corpus & sanguinem, perinde, est ac si quæsivisset. *corpus & sanguis Domini quorum symbola ac figura sunt?* Eranistes autem profecto multo aptius respondisset, *divinitatis Domini*, quam *corporis & sanguinis*. Nam cùm *divina natura sit invisibilis*, ut ipse [a] alibi notat, *corpus autem aspectabile*, rectè dicere potuisset, corpus esse ipsius signum, *& eum per illud tanquam in imagine quadam adorari.* Respondet tamen, *corporis & sanguinis Domini.* Deinde, ex consideratione utriusque loci patet, illum per *symbola mystica* intelligere *symbola visibilia*, ut illa nominat paulò ante interrogationem de sanctissimo cibo. Corpus ergò & sanguis Christi, cùm visibilia non sint in Eucharistia, neque sunt *symbola* illa, neque *sanctissimus cibus*, de quibus quærit quorum signa sint. Itaque per *signa* illa ac per *sanctissimum cibum* designat panem ac vinum precibus sanctificata. Secundò dico, verum quidem esse, illum per *sanctissimum cibum* idem designare, ac per *divinum cibum* ubi de Messalianis loquitur: sed ajo similiter eum per divinum cibum nullomodò intelligere proprium Domini corpus & sanguinem. Nam quis credat Messalianos *à communione Ecclesiasticâ non se separantes*, ut de ipsis refert, dicere potuisse corpus Domini quod vitæ causa est nulli prodesse? Minimè sanè. Id dicebant de corpore & sanguine typicò & symbolico, hoc est, de pane & vino typis ac symbolis corporis & sanguinis, quemadmodum & de baptismo similiter affirmabant, [b] *cum nihil prodesse iis qui ad illum accedebant.* Nec obstat quod urget Perronius, *Theodoretum id referre de carne & sanguine de quâ ipse Dominus dixit, qui manducat carnem meam & bibit sanguinem meum; quæ intelligi non possunt nisi de proprio corpore & sanguine.* Multoties enim ad ejusmodi objectionem respondimus, Veteres carnem & sanguinem de quibus Dominus hoc locô & toto sexto Joannis capite loquitur, dupliciter exponere, scil. interdum de proprio corpore & sanguine, interdum etiam de symbolis corporis & sanguinis, hoc est, de pane & vino. Tetiatur Fulgentius agens de verbis, *Nisi manducaveritis carnem filij hominis*, &c. observans ea considerari posse, [c] *vel secundum veritatis mysteria*, hoc est, signa corporis & sanguinis, *vel secundum mysterij veritatem*, hoc est, secundum veritatem seu rem à mysterijs significatam, nempè, corpus ac sanguinem Christi. Hieronymus similiter. [d] *Triticum de quo panis cœlestis* (hoc est, sacramentum) *efficitur illud est de quo loquitur Dominus, caro mea verè est cibus; tursumque de vino, & sanguis meus vere est potus.* Ajo ergò Theodoretum carnem & sanguinem hoc loco intelligere de signis carnis & sanguinis, carnis & sanguinis appellatione honoratis.

Theodoretus.

Sed juvat hanc ipsam Perronij objectionem contra ipsum retorquere. Nam cum Orthodoxus quæsivisset, *Dic per veritatem, cujus putas symbolum & typum esse sanctissimum cibum, divinitatis-ne Christi Domini, an corporis & sanguinis*, & annuisset Eranistes, *corporis & sanguinis*; gratulatur Orthodoxus & excipit; *ut amicum Veritatis decet loquutus es: nam Dominus accepto symbolo non dixit, hoc est divinitatis vinculum, sed, hoc est corpus meum.* Manifestè ergò liquet, eum per *sanctissimum* cibum idem designare quod per symbolum acceptum, ac sensum verborum *hoc est corpus meum* juxtà illum talem esse, *hic sanctissimus cibus, hoc symbolum quod accepi est corpus meum.* At si *sanctissimus cibus symbolumque Mysticum* de proprio Dominico corpore intelligatur, quis non videt verbà illa mere speculativa fore, ac proinde transsubstantiationis nullomodo Operativa? *Semper enim verum est*, ut recte notat [e] Bellarminus *demonstrato Christi corpore dicere*, hoc est corpus Christi, *sive id dicatur ante consecrationem, sive postea, sive a Laico, sive a sacerdote.*

[a] *In cap. 8. epist. ad Rom.*

[b] *Histor. Eccles. l. 4. c. 20. & haretic. fabul. lib. 4. cap. 12.*

[c] *De baptismo adversus c. 11.*

[d] *In Esaiæ cap. 64.*

[e] *De Euchar. l. 1. c. 11.*

Postremo, queritur [f] Perronius, nos vellè *ea quæ Theodoretus hoc dialogo & sequenti de Eucharistiâ dicit, oraculum esse quo decidatur tota de sacramento controversia, cum Theodoretum alibi testetur*, se [g] duodecim libros mysticos conscripsisse, *quod verisimile non est ipsum admoniturum fuisse, nisi mens ipsius esset, inde petendam esse integritatem fidei Ecclesiæ de sacramento Eucharistiæ, non ex loco obiter pronunciato, & coram non initiatis*: ac concludit, *cum libri illi perierint temporum injuriâ, recurrendum esse ad alios libros de eadem materiâ conscriptos qui supersunt, Catecheses nempe Cyrilli Hierosolymitani, & alia ejusmodi scripta.* Sed querimonia ejus plane injusta est. Quasi vero Theodoretus, etiamsi alibi fusius & prolixius de sacramentis locutus sit, summam doctrinæ totius complecti non potuerit in his dialogis, ac eam vere proponere. Id autem ab illo dicimus esse adeo solide & erudite præstitum, ut vix nobis probabile sit in libris mysticis quicquam de hac materiâ, licet amplius, solidius scribi potuisse. Quamquam & nescimus quales illi libri fuerint, prolixi-ne, an potius breves, quales [h] libri ejus viginti septem à Photio memorati, quorum octodecim exstant inter [i] Athanasij opera, decem foliola vix adimplentes, elegantissimi tamen & præstantissimi, atque in vltimâ operum ipsius editione à Syrmondo incaute omissi. Nam si ejusmodi brevitatis forte fuerint, ac in eis tractaverit non modò de Eucharistiâ, sed etiam de baptismate & alijs mysticis & sacramenta-

[f] *Cap. 4. p. 508. & 4b*

[g] *Hæretic. fabul. l. 5. cap. 18. ubi notat. à Perronio.*

[h] *Bibliothec. cod. 46.*

[i] *Tom. 2. ubi primus est septimus apud Photium.*

Theodoretus. crāmentalibus ; ut ipsemet innuit, pene ausim affirmare, illum non multo fusius Eucharistiæ doctrinam in ijs esse prosecutum, quantum ad naturam & substantiam ejus attinet, quam in his tribus dialogis, ac si quid copiosius de illâ enarraverit, ritus ac circunstantias spectasse potius, quam rem. Sic enim & Augustinus in sermone ad infantes quorũ *fides* de hoc mysterio erat *instruenda*, paucis rem illis aperit, quod tamen Fulgentius ait, *k* eum luculente fecisse. Catecheles autem Cyrilli, & alia Veterum scripta de hac materia, ad quæ jubet Adversarius nos recurrere tanquam subsidiaria, reapse non illi magis esse propitia quam hos Theodoreti dialogos, locis suis ostendimus.

k De bapt. Æthiop. ad fin.

Ex Dialogo Secundo.

CAPUT V.

a Proverb. 18 19. At Hebræus longe aliter.

FRATER *qui adjuvatur à fratre*, ait *a* Sapiens juxtà vulgatam Latinam & Græcam quoque versionem, *est tanquàm civitas munita*: Sic quoque secundus Theodoreti dialogus circà rem Eucharisticam cum primô conspirans, veritatem ejus reddit confirmatiorem. Cùm enim Theodoretus in Dialogô primô agens contrà hæreticos colligentes ex eô quod scriptura dicat, *Verbum carnem factum esse*, id ei contigisse per substantialem in carnem mutationem, inconsequentiam hujus argumenti ostendisset exemplô panis & vini Eucharistiæ, quæ licet corpus & sanguis Domini facta esse dicantur, propterea haud mutantur substantialiter in corpus & sanguinem Domini; Similiter & in secundô disputans adversùs alios Hæreticos, nimirum Eutychianos, in contrarium docentes carnem Dominicam per unionem cum Verbô à divinitate fuisse absorptam, atque in ipsam substantialiter transmutatam, eos impugnat argumento ab Eucharistiâ ducto: *Dic mihi*, inquit *b* Orthodoxus, *mystica symbola à sacerdotibus Deo oblata, quarum rerum sunt symbola?* Er. *Dominici corporis & sanguinis.* O. *Veri nè corporis, an non veri?* E. *veri.* O. *Optimè. Oportet enim imaginis esse archetypum: Nam & pictores naturam imitantur, & eorum quæ videntur pingunt imagines.* E. *verum est* O. *Si igitur divina mysteria antitypa* (seu figuræ) *sunt corporis veri, corpus ergò Domini nunc quoque corpus est, non in divinitatis naturam mutatum, sed divina gloriâ repletum.* Sic autẽ procedit ipsius ratiocinatio: Typus & figura, rei veræ typus ac figura est. At mystica symbola quæ Deo à sacerdotibus offeruntur, seu, divina mysteria typus & figura sunt corporis Christi: corpus ergò Christi vera res est. Propositionem probat, quia necessè est imaginis esse archetypum, & pictores naturam imitantur. Assumptionem supponit ex dialogô præcedente, ubi cùm pariter quæsivisset, cujusnam symbolum ac typus esset sanctissimus cibus, divinitatis-ne Christi Domini, an corporis ejus, & Eranistes annuisset, eum corporis esse typum, excipit id verè dictum esse, cùm Dominus acceptô symbolo dixerit, *hoc est corpus meum*: quod & similiter ac iisdem penè verbis docet dialogô tertiô. Sic ille contrà Eutychianos: undè nobis duplex contra Adversarios argumentum. Prius sic se habet: Typus non est propriè archetypum illud cujus typus est, quamvis ejus nomine appelletur. At divina mysteria (hoc est, panis & vinum consecrata) typus sunt corporis & sanguinis Christi, corpus autem Christi & sanguis ipsorum archetypa, Ergò divina mysteria (hoc est, panis & vinum consecrata) non sunt proprie Christi corpus & sanguis quamvis eorum nomine appellentur. Posterius est: Qui probat symbola mystica, symbola esse corporis & sanguinis Dominici, quià Dominus acceptis symbolis dixerit, *hoc est corpus meum, hoc est sanguis meus*, necessariò supponit sensum verborum illorum esse, *hoc symbolum est corporis mei symbolum, hoc symbolum est sanguinis mei symbolum*: alioqui verba illa id quod ait nullomodò probant. Atqui Theodoretus probat symbola mystica symbola esse corporis & sanguinis Dominici, quià Dominus symbolis acceptis dixerit, *hoc est corpus meum, hoc est sanguis meus*: Ergò, &c.

Theodoretus.

Verùm, quià & Eranistes alternatim ex Eucharistiæ mentione ansam arriperet hæreseos suæ de conversione corporis Christi in divinitatem illius exemplo quoquomodò confirmandæ, data est occasio de illâ pluribus agendi. Sic igitur incipit Eranistes: *c Opportunè de divinis mysteriis movisti sermonem.* E. τί κωλύει τὸ προφερόμενον ἄρτον καὶ τὸ ποτήριον ἐπιτελεῖσθαι; O. ὁ μὲν οὖν φῶς οἶμαι. οἰκεῖος γὰρ ἑκάστῳ τὸ ἀναγκαῖον. E. αἰνιγματωδῶς ἡ λύσεως ἔσται. O. τῷ σὺν θεῷ δὲ σπουδάσωμεν τοῦτο. E. τὸ γὰρ ὑπερ συμβολον τῶν ὁμοιάζοντα; O. καὶ τοῦτο ἄρτος καὶ οἶνος σύμβολον. E. μὴ γὰρ ἀγνοοῦμεν, τῶν τοῦτο ἀναγκαίως; O. σῶμα χριστοῦ, καὶ αἷμα χριστοῦ. E. ἦ πιστεύομεν γε σῶμα χριστοῦ μεταλαμβάνειν καὶ αἷμα; O. ἔστω πιστόν. E. ἀστὶ θείων διστηλῶν σώματός τι καὶ αἵματος, ἄλλα νῦν οὐκ ἐν τοῖς ἱερουργίας ἐπιτελέσθαι, μὴ γὰ τὸν ἐπιτελεσθῆ μεταβάλλεται, ἦ ὑπερ γίνεται. ἔστω τὸ διστηλῶν σῶμα μὴ τὴν ἀνάληψιν εἰς τὸν ὑπὲρ μεταβλήτε τὸν θεόν. O. ἰδίως οὖν σφόδρα ἄρχεται. ἀεὶ γὰρ μὴ τ ἀγνοεῖν τὶ μυστικὸν σύμβολον τ οἰκείαν ἐξιστᾶται φύσιν. μένει γὰρ ἐπὶ τ ἀρχικὴν ἰδέαν ἦ τ σώματος, ἦ τ οὐσίαν, ἦ ἀριθμὸν ἐστι, καὶ ἁπλᾶ, οὐ ἦ ἀσύνθετον ὄν. τοιοῦτον ἦ ἅπερ ἐγένετο, καὶ πιστεύεται, ἦ ἀφθαρσίαν ἔσεσθαι, εἰς οὐσίαν οὐδὲ ἅπερ πιστεύεται. ὥσπερ οὖν τὸ δέχεσθαι τὸν ἄρτον, ἦ ὄψιν τὸν ἀναίσθητον. χρὴ γὰρ ἐναίνεσθαι τ τύπον, ἦ γὰρ εἰκὼν τὸ σῶμα, τὸ μὲν ἀσύνθετον οὐδὲ ἴσχει, ἦ χρῶμα, καὶ σχῆμα, καὶ ἀπερίγραφον, καὶ ἀπαθῆ τὰ τοιαῦτα, τὸν δὲ σώματος θεῖον. ἀθάνατον ἦ αὖ τὸν ἀνάστασιν χάριν, ἦ κρεῖττον φθορᾶς, ἦ τ ἐν δεξιᾷ ἐδρῶν τῆς θεότητα, ἦ ὅσῳ πάντα ἀγγελικὰ τ κάλλους, ὅσα

c ἀκ κακῶς τ ἐκεῖ τῶν θείων μυστηρίων ἐπιλαμβάνεσθαι λόγον. ἐοικότως ἐπὶ γὰρ δίκῃ ἔ διστηλῶν σώματος. τῶν ἀκ ἐκείνων φάσκοντα μεταβολὴν λαβεῖν σῶμα ἐκ τοῦ ἄρτου ἐκείνου; O.

b μυστικὰ σύμβολα τοῖς ἱερεῦσι τῷ θεῷ προσφερόμενα, τίνων ἐστὶ σύμβολα; E. ἔ δεσποτικῶν σώματος καὶ αἵματος. O. ἔστω. ἆρα σῶμα ἀληθινὸν; E. ἔ ἔγωγε. O. ἀκοῦσον. χρὴ γὰρ πάντα τὸ ἐικόνος δέχεσθαι τὴν γὰρ ἐικὼν τὸ ἀρχέτυπον φύσιν μιμεῖται καὶ ἔ ἐμφέρειαν τοῖς γράφουσι. E. ἀληθῆ. O. εἰ οὖν ἔστω σώματος ἀνθρώπινα ἐν τοῖς θείοις μυστηρίοις, σῶμα ἄρα ἐστὶ καὶ τὸν ἔ δεσπότου σῶμα, οὐκ εἰς θείαν φύσιν μεταβλῆθεν, ἀλλὰ θεῖον ἔτι

Theodoretus.

nem. Nam insè tibi ostendam corpus Domini in aliam mutari naturam. Responde igitur ad mea interrogata. Orthod. *respondebo.* Eran. *Qui appellas donum quod offertur ante sacerdotalem invocationem?* Orth. *Apertè dicendum non est: verisimile enim est adesse nonnullos haud initiatos.* Eran. *Respondeatur Ænigmaticè.* Orth. *cibum ex talibus seminibus.* Eran. *Alterum vero symbolum quomodò nominamus?* Orth. *Commune & hoc nomen est potus speciem designans.* Eran. *Post sanctificationem verò quomodò illa appellas?* Orth. *Corpus & sanguinem Christi.* Eran. *Et credis te percipere corpus & sanguinem Christi?* Orth. *Ita credo.* Eran. *Sicut ergo symbola Dominici corporis & sanguinis alia sunt antè sacerdotalem invocationem, post invocationem verò mutantur & alia fiunt, sic & Dominicum corpus post assumptionem in divinam substantiam mutatum est.* Orth. *Retibus quæ ipse texuisti, captus es. Neque enim mystica symbola post sanctificationem à suâ naturâ discedunt: Manent enim in priore substantiâ, & figurâ, & formâ, & visibilia, & palpabilia sunt, qualia prius erant. Intelliguntur autem ea esse quæ facta sunt, & creduntur, & veneratione habent, ut quæ illa sint quæ creduntur. Confer igitur imaginem cum archetypô, & videbis similitudinem: oportet enim typum similem esse veritati. Illud enim corpus priorem habet formam, & figuram & circumscriptionem, & (ut semel dicam) corporis substantiam: immortale autem post resurrectionem factum est, & immune a corruptione, sedemque a dextris adeptũ & ab omni creaturâ adoratur, quia corpus appellatur Domini naturæ.* Eran. *Atqui symbolum mysticum priorem mutat appellationem: non enim amplius nominatur ut prius, sed corpus appellatur, oportet ergo etiam veritatem Deum & non corpus vocari.* Orth. *Ignorare mihi videris. Non enim corpus solum, sed etiam panis vita nominatur: Dominus ipse sic vocavit. Et corpus quoque ipsum divinum corpus appellamus, & vivificum, & Dominicum, docentes non commune hominis cujuspiã esse, sed Domini nostri Iesu Christi qui Deus est & homo.* Clarissimè in rem nostram. Nam si *mystica symbola post sanctificationem à propria naturâ non recedunt*, ac in priori substantiâ suâ, figuraque ac formâ remanent, palam est transubstantiationem à Theodoretô negari. Inspiciamus jam quid respondeat Perronius.

d *Cap. 9.*

Primò ergò d queritur nos in Theodoreti textu *venerationem* adorationis loco reponere, *ne Lectores agnoscant veterem adorandæ Eucharistiæ ritum*: *idque directe*, inquit, *tum contrà intentionem Auctoris, qui non modo habet verbum* adorare, *sed & quoque ostendit per articulos correspondentia Eucharistiæ cum corpore naturali Christi, inter quos adorationem reponit, ut post videbitur, se de adoratione Latriæ loqui; tum contrà expressam eorum professionem affirmantium vocabulum προσκυνεῖν nunquàm à Veteribus delatum fuisse nisi soli Deo, atque ad adorationem Latriæ designandam.* Verùm illi negamus, tum intentionem Theodoreti esse legendi *adorare*, ut locô suô post docebimus, tum προσκυνεῖν non nisi de adoratione latriæ, nec nisi Deo à Veteribus fuisse delatum: & si forte id à nostrorum nonnullis alicubi notatum est, id incaute ab ijs pronuntiatum esse dicimus. Theodoretus.

Secundò ait, quamvis locus hic legendus esset prout nos supponimus, eum nullomodò in rem nostram fore, *sed tantùm in rem consubstantiatorum, si quidem hoc sensu præsentiam realem cum substantiâ panis remanente poneret; sed consubstantiatorum primipilos nè quidem putare illum causa sua esse propitium, imo ipsum recusare*: Centuriatores enim, inquit, *in capite cujus titulus est, de particularibus & incommodis opinionibus, stipulis & erroribus Doctorum quinti seculi, postquàm dixissent,* a Chrysostomus transsubstantiationem videtur confirmare, *addunt*: Idem videtur sapere quod Theodoretus scribit, symbola Dominici corporis & sanguinis alia sunt antè sacerdotalem invocationem, post invocationem verò mutantur & alia fiunt. *Quod & rursum notant in* b *articulô errorum particularium Theodoreti.* Idem antè ipsum quoad substantiam notaverat c Bellarminus. Sed decipiuntur omnes. Theodoretus enim transsubstantiationem non confirmat, sed evertit inquiens, *symbola mystica in priori suâ substantiâ remanere*: nec consubstantiationem pariter, cum non dicat corpus Christi esse in pane, aut cum pane: sed *panem fieri corpus.* Id enim necessariò est intelligendum, aut de mutatione substantiali in corpus, ut ipse d Bellarminus alibi observat, aut de mutatione accidentali per additionem significationis & efficaciæ: quorum utrumque à consubstantiatione est alienum.

a *Centur. Magdeb. cent. 5. c. 4.*

b *Ibid. cap. 10.*

c *De Euch. l. 3. c. 23.*

d *De Euch. l. 3. c. 19.*

Tertiò, progreditur ad examen horum verborum, *symbola mystica post sanctificationem manent in priore substantiâ, & figura & forma*; & ait: e *Qui hunc locum ante nos expenderunt* (puta, Bellarminus & multi alij) *responderunt, vocabulum, οὐσία, quod interpres vertit* substantiam, *non semper adhiberi ad significandum id quod in schola propriè vocatur* substantia, *sed generaliter extendi, sicut & Latinum* essentia, *ad esse cujuslibet rei designandum, sivè ea sit substantia, sivè accidens. Undè, sumendo ibi symbola pro accidentibus panis & vini, absque incommodô dici posset accidentia illa post consecrationem in essentiâ suâ remanere. Et pro argumentô adducunt Aristotelem dicere*, accidentia esse quodammodò essentias. Cui & *addere posset ad responsionis hujus confirmationem*, Theodoretum ipsum in f *Libris de curatione Græcarum affectionum adducere locum Platonis jam antè à* g *Clemente Alexandrinô citatum, ubi Plato Philosophos quosdam reprehendens, dicit*; non ponunt actiones & generationes & quicquid

e *Cap. 11.*

f *lib. 2. Tom. 1.*

g *Strom. lib. 5. πεῖθεται καὶ Πλάτων τοὺς μὴ ποιότητας εἶναι τὰς οὐσίας λέγων.*

invisi-

Theodoretus.

h *Dialog.* 1. ἐσία τὸ ὂν Cyrillus.

i *Vid in categ. c.* 5. & *Metaphyſ. l.* 6.

k *Metaphyſ. l.* 7. *c.* 3. *tex.*

l *Metaphyſ. l.* 6. *c.* 2. ἀχρὶς ἂ τὸ μὴ ὂν ᾖ.

m *Metaphyſ. l.* 7. *c.* 1.

inviſibile in eſſentiæ claſſe: *imo ipſummet ex ſe in hoc ipſo opere*, οὐσίαν, omne quod eſt, h *deſinire*. Facillimum autem nobis eſſet oſtendere authoritates adductas ſolutionem illam minimè juvare. Nam, ut præteream, Ariſtotelem varijs i alijs in locis de accidentibus loquentem, diſertè negare ea *eſſentiam* eſſe; quod hîc aſſeritur dicere, accidentia eſſe k *quodammodo* eſſentias, nonnè idem manifeſtè indicat? Illud enim *quodammodo* terminus eſt diminuens, ut & ipſemet innuit alibi inquiens, l *accidens eſſe quid vicinum non entis*. Deindè, longè aliud eſt dicere, actiones & generationes & quicquid inviſibile eſt non debere reponi inter non οὐσίας, hoc eſt, inter ea quæ non ſunt, quod ait Plato; & aliud, eſſentiam ſubjecti ſubſtantialis eſſe illius accidentia, ut Adverſarij nugantur. Denique, Theodoretus non dicit, οὐσίαν eſſe, *omne quod eſt*, ut Perronius illi imponit, ſed dicit, οὐσία *ſignificat id quod eſt*, abſque illâ univerſitatis particulâ. Quid autem prohibet quominus Theodoretum ex Ariſtotelis ſententiâ interpretemur, videlicet, ut per *id quod eſt*, accidentia non comprehendat (accidens enim Philoſopho non eſt m proprie ens, ſed tantum *entis ens*) verum ſolas ſubſtantias? Nam ibi certè de Deo loquitur, ipſiuſque ſubſtantiam ab hypoſtaſi diſtinguit. Sed neceſsè non eſt in hiſce diſcutiendis diutiùs immorari. Ipſemet enim Perronius poſtquam hanc reſponſionem ex parte ſuorum in medium protuliſſet, ac confirmare tentaſſet; *verum*, inquit, *quia clarum eſt, Theodoretum per ſymbola non accidentia ſola; ſed totam Euchariſtiæ conſiſtentiam deſignare, aliam ſolutionem affera.* Theodoretum autem per ſymbola non intelligere accidentia ſola probat varijs rationibus, quarum nonnullas à defectibus, ſi quos habent, repurgatas adoptabimus ac cum noſtris proponemus. Primò enim, cum Eraniſtes ab Orthodoxo quæriviſset, quomodò ſymbola ante conſecrationem appellaret, reſpondet Orthodoxus terminis *panem & vinum* per circumlocutionem deſignantibus: Et cùm rurſus quæſiſſet quomodo illa poſt conſecrationē nominaret, reſpondit, *corpus & ſanguinem Chriſti*. At non accidentia ſola ſunt quæ antè conſecrationem panis & vinum appellantur, & poſt, corpus & ſanguis Chriſti. Secundò Eraniſtes cujus verbis Orthodoxus reſponſionem ſuam accommodare tenebatur, argumentum ſuum ſic inſtituit: *ſicut ſymbola corporis & ſanguinis Dominici alia ſunt ante ſacerdotalem invocationem, poſt invocationem vero mutantur & alia ſiunt, ita dominicum corpus poſt aſſumptionem* (in cœlum ſc.) *in divinam ſubſtantiam mutatum eſt.* Non autem intelligit ſola accidentia mutari, & fieri corpus & ſanguinem Chriſti; Orthodoxus igitur per *ſymbola myſtica* non poteſt quoque intelligere ſola accidentia. Tertiò, quamvis accidentia quodammodò eſſentiam ſuam habeant, tamen quotieſcumque vocabulum *eſſentia* de ſubjecto ſubſtantiali dicitur, nunquam ſignificat ſimplicia ipſius accidentia, ſed ſubſtantiam ſemper deſignat. Theodoretus autem agebat de ſubjecto ſubſtantiali *de cibo*, ut loquitur, *ex talibus ſeminibus, de potus ſpecie*, hoc eſt, de pane & vino. Quarto, paulo ante locum illum de quo contendimus aperte indicat quid per οὐσίαν intelligat, illam accidenti opponens: *injirmum*, inquit, *corpus, & quod ſanum eſt, perinde corpus appellamus.* E. *Ita eſt.* O. *quam ab cauſam?* E. *quia utrumque habet eandem eſſentiam*, οὐσίαν. Et paulo poſt: *corpus igitur appellandum eſt* οὐσία, *morbus vero & Sanitas accidens.* Quid enim eſt οὐσία ſubjecti alicujus, accidentibus ejus oppoſita, niſi ipſius ſubſtantia? Denique, in tribus his dialogis vocabulum illud nunquam aliter accipit, quam pro ſubſtantiâ proprie ſic appellatâ.

Quid ergo, explosâ hac reſponſione pro ſe reſpondet Perronius? *Ante aliquot annos*, n inquit, *reperi ſolutionem novam qua nonnulli poſt uſi ſunt. Ea autem eſt, amphibologiam eſſe in textu græco Theodoreti, ex induſtriâ verisimiliter introductam propter conditionē, tum ſubjecti, tum auditorum coràm quibus, eo quod haud mitiatis mixti eſſent, non ei fas erat in hac materiâ aperte loqui. Textus enim originalis capax eſt duorum regiminum: primi quod conſtruens tres genitivos græcos ad formam ablativorum latinorum per præpoſitionem præcedentem, verbotim hunc ſenſum producit*, manent in priori ſubſtantiâ & figurâ & formâ, *qui ſenſus eſt Latini interpretis, & Adverſariorum: poſterius, quod conſtruens primum genitivum græcum ad formam genitivi, & duo alia ad formam ablativorum Latinorum, & duos hos poſteriores primi illius regimini ſubjiciens, & hunc quoque primum regimini præpoſitionis* ἐπὶ, *alium hunc ſenſum reddit*, manent & in formâ & in figurâ prioris ſubſtantiæ. *Quemadmodum autem in alternativis electio pertinet ad reſpondentem, Dico Theodoreti textum non eſſe primò modò conſtruendum*, ſymbola myſtica manent in priore ſubſtantiâ, & figurâ & formâ: *ſed in ſecundo*, manent in prioris ſubſtantiæ & figurâ & formâ. *Nam conſtructionem hanc non tantum poſſibilem eſſe & admiſſibilem, ſed etiam frequentem & communem in linguâ græcâ, imo alterâ ornatiorem & elegantiorem, nemo eſt in græcorum Authorum Lectione tantillùm verſatus, qui neſciat*, &c. *Ut quando Plutarchus ait in vitâ Themiſtoclis*, Caput Gorgones avulſum fuiſſe ab imagine Dex; *ubi in Græco eſt* ἀπὸ τῆς θεᾶς τοῦ ἀγάλματος. *ad verbum*, à Dei imagine, *cùm tamen ſenſus Authoris ſit*, ab imagine Dex, *quaſi in Græcô foret*, ἀπὸ τοῦ ἀγάλματος τῆς θεᾶς. *Et eodem ſenſu Theodoretus in opere de curatione*

Theodoretus.

n *Cap.* 12.

græcarum

Theodoretus. a Lib. 2.

gratiarum affectionum, ait de Prophetis loquens; a Platonem & eos qui post illum fuerunt scripta sua expilasse ἐκ τῶν μὲν τ θείων ἀνδρῶν τ θεολογίας, *ad verbum*, ex his hominibus divinis theologiæ, *cum tamen hujus sensus sit per transpositionem*, ex theologiâ divinorum illorum hominum. *Quin & in hoc ipso de quo contendimus loco ad finem, simili transpositione vitur, inquiens:* Σῶμα τὸ δεσπότου τῆς Φύσεως, *verbotim*, corpus Domini naturæ, *pro* Σῶμα τῆς Φύσεως τοῦ δεσπότου, corpus naturæ Domini. *Atque hæc dicta sunto de possibilitate hujus sensus, quæ mihi sufficere possent, cum hac in parte propugnator ac respondens sim. Verum ad aliquid prater debitum præstandum, ultrà progrediar & ostendam, non modo elegantius esse, sed & seriei textûs & intentioni Authoris convenientius, ut locus hic per transpositionem sic construatur, manentin prioris substantię & figurâ & formâ, potiùs quam directe hoc pacto*, manent in priore substantiâ & figurâ & formâ: *idque sex, tam rationibus quam conjecturis ex ipso loco sumptis, præter eas quas ex aliis locis adducemus ad finem examinis hujus loci.* Nostrum autem est rationes illas primò expendere, deinde in ipsam solutionem inquirere.

Prima, inquit, *ratio est, quia si Theodoretus voluisset adjectivum* priore, *immediate referri ad tria substantiva sequentia*, substantia formâ & figurâ, *quorum duo postrema alterius in græco generis sunt quam adjectivum illud, elegantius multo fuisset ad accommodandum genus illius adjectivi* priore *diversis generibus trium illorum substantivorum sequentium, si articulum non addidisset duobus postremis, quemadmodum in vernacula nostra elegantius diceretur*, ils demeurent en la premiere substance forme & figure, *quam*, ils demeurent en la premiere substance & la forme & la figure. Sed non eadem ratio est linguæ Græcæ, & Gallicæ. Unaquæque enim suos habet idiotismos. Græcis autem de more esse, non dicam in Dialogis & quidem polemicis in quibus elegantia affectari non consuevit, sed etiam in Epistolis ac in homilijs ubi ornatius dicendi genus solet vsurpari, articulos addere substantivis diversi generis cùm eodem adjectivô constructis, innumeris eorum testimonijs in promptu esse ostendere: Sed impræsentiarum sufficient duo eloquentissimorum Ecclesiæ Græcæ Patrum Basilij & Chrysostomi loca. Ille enim in Epistolâ ad Gregorium sic loquitur: b περιβλεψάμενος ἐν κύκλῳ ἐμπίπτει τῆς ἡμετέρας ἀγέλης. καὶ ὁ ὀρθῆς πίστεως καὶ ὃ ζῆλον ἐν ἔχεις ἀεί. Is autem homiliâ septimâ in primam ad Timotheum; c εἰ τὰς κοινὰς βλέπεις λύπας πόλεως, καὶ τὰς μάχας τὰς παρ' ἡμᾶς. Stupendum profectò mihi, hominem linguæ Græcæ imperitissimum, de Græcæ linguæ elegantiâ judicium ferre velle.

b Epist. 4.

c Ad initium vid. & hom. 4.

Theodoretus.

Secunda ratio est, Theodoretum immediate addere, Et visibilia sunt & palpabilia quælia erant prius, *referens adjectivum* visibilia *ad formam* εἶδος, *quod derivatur à verbo* ἰδεῖν *significans* videre, *& palpabilia ad figuram, nihilque relativum ad substantiam dicens, quia nempe ejus propositum non esset in hac clausulâ loqui de conservatione substantiæ, sed tantum de conservatione formæ & figuræ, sermonemque de substantiâ tanquam à solo intellectu percepta ad sequentem periodum reservare.* Sed hæc jocularia sunt. Primo enim adjectiva hæc, *visibilia & palpabilia* directe referuntur, non ad *figuram & formam*, ut ridiculè Cardinalis notat, sed ad *symbola mystica*, quemadmodum in textu Græcô videre est. Secundò, sine ratione dicit, *palpabilia*, referri potius ad figuram quam ad formam: neque enim magis illi quam huic congruit. Denique ajo, hæc duo adjectiva magis præcipuè spectare substantiam, quam formam & figuram. Testantur Veteres: Chrysostomus: d *Quod sensui subjicitur corpus est.* Titus Bostrensis: e *Omne quod sub aspectum cadit, cum sit corpus* &c. Hilarius Diaconus inter Ambrosij opera: *Corpus est quod videtur.* Et Theodoretus ipse paulo antè locum de quô contendimus: g *quod videtur corpus est.* Rursum quoque Tertullianus de Dominô loquens: h *hic primum manus ei injectas animadvertens, necesse habeo jam de ejus substantiâ corporali præfinire, quod non possit phantasma credi qui contactum*, &c, *admiserit*; atque in eundem finem Lucretium adducit dicentem, *Tangere enim & tangi nisi corpus nulla potest res.* Ipse quoque Theodoretus: i *quandoquidem Dominus Discipulis dixit*, palpate me, &c, *mansit etiam post resurrectionem corporis natura nec in aliam substantiam mutata est*: Cum igitur similiter dicat, simbola mystica post consecrationem videri & tangi, sicut ante consecrationem, manifestè intelligit ea in *priori substantiâ* remanere velut & in formâ & figura.

d In Ioan. hom. 26. in Græc. τὸ γὰρ αἰσθητὸν ... σῶμα.

e Contr. Manich. l. 2.

f In Epist. ad Colos. c. 1.

g τὸ γὰρ ὁρώμενον, σῶμα. In Contr. Marcion. l. 4.

h Hic primum manus ei injectas animadvertens, necesse habeo jam de ejus substantiâ corporali præfinire, quod non possit phantasma credi qui contactum, &c, admiserit; atque in eundem finem Lucretium adducit dicentem, Tangere enim & tangi nisi corpus nulla potest res. Ipse quoque Theodoretus: i quandoquidem Dominus Discipulis dixit, palpate me, &c, mansit etiam post resurrectionem corporis natura nec in aliam substantiam mutata est: Cum igitur similiter dicat, simbola mystica post consecrationem videri & tangi, sicut ante consecrationem, manifestè intelligit ea in priori substantiâ remanere velut & in formâ & figura.

i Ibid. ἴδῃ σὺν ἐντεῦθεν, ψηλαφήσατέ με, &c. μεμίμνησο ἄρα τῆς πρὸ τῆς ἀναστάσεως ἐκείνου σώματος φύσεως, τῆς οὐκ εἰς ἑτέραν οὐσίαν μεταβληθείσης.

Tertia ratio est, Theodoretum superaddere, sed intelliguntur, *hoc est, mente spectantur*, esse quod facta sunt & creduntur, & adorantur, ut quæ illa sint quæ creduntur. *Quod autem esse creduntur, corpus & sanguis Christi est*, &c. *Id autem locum habere non potest, nisi sint realiter & substantialiter Christi corpus & sanguis. Nam, præterquàm quod fides non est de falsis, nec res in verâ Theologiâ unquàm esse creditur quod non est realiter, hæc verba*, & adorantur ut quæ sint illa quæ creduntur, *necessariò ostendunt, illa realiter esse quod esse creduntur.* Sed primò ambiguitate ludit. Nam, vel adverbium *realiter* simpliciter sumit pro *verè* licet non propriè & substantialiter, vel pro *verè*, hoc est, propriè & substantialiter. Si igitur intelligat, mentem Theodoreti esse, sym-

Theodo-
rus.

Sed ſi ſimilia ſimilibus coherent, propriè ut ſignum. Idem repetendæ rei ſenſu. Theodo-
rus.

Quod Eu-
charistia
ſit ſignum
ſecundum
Theodo-
rum.

Ambrosius.

Theodo-
rus.

Ambrosius.

Theodo-
rus.

Ambrosius.

Theodo-
rus

Theodoretus.

panem appellavit corpus: hoc est, panem visibilem designat. Si autem intelligit, Dominum eumdem panem *panem vitæ* appellasse, sequitur evidentissimè Dominum in his verbis, *panis quem ego dabo*, ex ipsius mente de pane illo visibili loqui quem Dominum in manus suas accepisse narrant Euangelistæ, ac corporis appellatione honorasse. Ejusmodi autem panis non est verum ac proprium Domini corpus, sed panis propriè sic appellatus. Posterius est, quod postquàm Orthodoxus respondisset, *symbolum mysticum non solùm corpus, sed etiam panis vita appellatur, ipse Dominus sic appellavit*; immediatè subjungit: *Et nos porrò ipsum corpus, divinum corpus nominamus, & vivificum, & Dominicum.* Quis enim non videt illum *corpus ipsum* ab hoc *vita pane* distinguere, & ab hoc ad illud tanquàm à simili argumentari, nempè, quemadmodum *symbolum mysticum* non tantùm *corpus* appellatur, sed etiam *panis vita*, sic & ipsum *corpus*, non modò *corpus*, sed & *corpus vivificum*, & Dominicum & divinum appellari? Si autem symbolum mysticum *panis vita* nuncupatum ab ipsomet *corpore* distinguit, & similitudinem inter illa instituit, quomodò, quæso, idem erit cum ipsò corpore.

Quinta ratio est, manifestum esse, idque ex ipsorum Adversariorum confessione, Eranistam pro argumenti sui fundamentò posuisse, panem Eucharistiæ convertisin substantiam corporis Christi. Id autem substernebat, non ex hypothesi suâ, sed ex Ecclesiæ Catholicæ hypothesi. Eutychiani enim qui negabant corpus Christi corpus post assumptionem permansisse, non poterant in eâ sententiâ particulari esse, Eucharistiam converti in corpus Christi, sed docebant converti in substantiam divinitatis, quam corpus divinitatis appellabant, ut patet ex doctrinâ Armenorum ab ipsis deducîâ qui negant, inquit Euthymius, sacrificium panis carnis Christi, esse corpus Christi, & ajunt corpus esse divinitatis. *Deinde, quandò conversio & transitio panis, non in substantiam divinitatis, sed in substantiam corporis Christi admissa fuisset ab Eutychianis, nonnè oportebat Catholicis quoque fuisse communem, ad eam tanquàm disputationis principium contrà eos adhibendam? Et sane Eutychianus satis ostendit, se hoc fundamentò uti tanquam è doctrinâ Catholicorum sumptò, quando, priusquam illud substernat, Catholicos de fide sua interrogat*: Quomodò ea vocas, *inquit*, post consecrationem? Corpus & sanguinem Christi, *respondet Orthodoxus*: Et credis, *regerit Eranistes*, te corpus & sanguinem Christi recipere? *Orthodoxus rursùm*: ita credo. *Concludit Eranistes*: quemadmodum symbola Dominici corporis & sanguinis alia sunt antè sacerdotalem invocationem, post invocationem verò mutantur & alia fiunt, ita Dominicum corpus post assumptionem in aliam naturam mutatum est. Theodoretus

Non poterat autem Eutychianus decipi in præsuppositione sententiæ Catholicorum de Eucharistiâ. Nam Eutychianus in hoc dialogô introductus, baptizatus erat, sicut patet ex Orthodoxo eum monente ut enigmatice loqueretur propter non initiatos: ac secta Eutychianorum adeo recens erat, ut nemo Doctorum, aut natus, aut baptizatus alibi fuisset quam in Ecclesiâ Catholicâ, cum Eutyches ante duos aut tres tantùm annos surrexisset. Ipse quoque Theodoretus qui verba Eranistæ format (fictitia enim interlocutio est ad captandam occasionem quæstionis hujus agitandæ) minimè eum induxisset, ex parte Catholicorum hypothesin eorum placitis adversam argumento suo substernentem; Ludibrio enim id excepissent Eutychiani, ut qui non ignorarent quanam esset in hac materiâ Catholica Ecclesiæ fides. Sive igitur hypothesis illa à Catholicis desumpta fuisset, sive Catholicis saltem communis, nonne sequitur reservationem quæ sit in Eucharistiâ esse formæ & figuræ prioris substantiæ, non autem prioris substantiæ, ac formæ & figuræ? Idem ait a Milleterius ipsius simia. Verum respondeo, falsissimum esse Eranistam pro argumenti sui fundamentô substernere, panem Eucharistiæ substantialiter in corpus Christi converti, ac si fortè id à nonnullis nostrorum dictum sit, re non satis consideratâ incautè fuisse pronunciatum. Eutychianus enim hoc supponere non poterat, nec ex hypothesi suâ, ut rectè notat Peronius, nec ex Orthodoxorum fide, cùm Orthodoxus dixisset dialogô præcedente Dominum symbola visibilia, id est, panem & vinum, *corporis & sanguinis appellatione honorasse, non eorum natura*, seu substantia *mutatâ, sed gratiâ naturæ additâ*; & Eranistes annuisset Orthodoxum *perspicuè* enunciasse Ecclesiæ fidem: Sed quod pro fundamentô substernit, est diversitas appellationum pani & vino tributarum ante & post consecrationem. Nam antè consecrationem *cibus* appellantur, inquit Orthodoxus, *ex talibus seminibus & speciei potus*, post consecrationem verò *corpus & sanguis Christi* dicuntur. Cùm autem hæc diversitas innuat, quâdam mutationem in illis interveniisse, quemadmodum in Dialogo primô Orthodoxus rursùm monuerat, indè Eranistes sophisticè ac fraudulenter colligit; *sicut ergò symbola Dominici corporis & sanguinis alia sunt antè invocationem sacerdotalem, post invocationem verò mutantur & alia fiunt, ita Dominicum corpus post assumptionem in divinam substantiam mutatum est.* Dixi, sophisticè & captiosè. Non enim ei fas erat per veræ philosophiæ leges, concludere, Domini corpus post assumptionem in cœlos in divinam substantiam mutatum fuisse, nisi in similitudinis exemplari posuisset, panem & vinum Eucharistiæ in corporis ac sanguinis Dominici substantiam fuisse mutatæ. Theodoretus

a p. 708.

Theodoretus.

Verùm, cùm probè sciret eam non esse Orthodoxorum fidem, nec perfrictæ prorsùs frontis foret, id illis minimè tribuit, sed sophisma suum tegens ambiguitate vocabulorum, *mutari & alia facta esse*, quæ aliter atque aliter accipi poterant, & ab Orthodoxis quodam sensu usurpabantur, fallaciter hinc colligit, corpus Dominicum in divinam substantiam post assumptionem fuisse mutatum, cùm tantùm inferre debuisset, illud mutatum & aliud factum fuisse, quod de qualitate intellectum Orthodoxus concessisset. Sic & paulò antè eadem sophisticâ utens transit de genere ad genus, & ex mutatione accidentali in eadem materiâ, substantialem concludit. Quærit enim ab Orthodoxô: *corpus Christi est-nè mortale & passibile post resurrectionem?* Et cùm Orthodoxus respondisset, *Nequaquàm, sed incorruptibile, & impatibile, & immortale*; illicò concludit: [b] *si est incorruptibile, & impatibile, & immortale, in aliam naturam mutatum est.* Quemadmodum & quod Orthodoxus ei hîc regerit, [c] *Manet natura, mutatur autem quod ejus est corruptibile in incorruptionem, & quod est mortale in immortalitatem*; sic & in illô de quô contendimus: *retibus quæ texuisti captus es. Neque enim visibilia symbola post sanctificationem à propriâ naturâ recedunt: Nam manent in priore substantiâ, & figurâ & formâ.* Quibus verbis testatur quidem se concedere quod Eranistes in comparationis exemplari posuerat, *symbola mystica* post consecrationem mutari & alia fieri, sed simul etiam ostendit, id prout par est intellectum, contrà ipsum directè esse, quoniam symbola mystica, licet per consecrationem mutentur & alia fiant, non tamen mutentur substantialiter, nec à propriâ naturâ recedant, sed maneant in priore substantiâ, figurâ & formâ: ac sic corpus Christi, quamvis aliud post assumptionem, videlicet, immortale & impassibile factum atque corruptionis exors, non mutari tamen quoad substantiam suam in divinitatis naturam. Quid clarius? Hinc autem colligant lectores, quâ fronte dicat [d] Milleterius, nos non potuisse *ad hoc argumentum respondere, nisi falsò supponendo opinionem de mutatione propositâ sententiam esse Eutychiani, & non Orthodoxi.* Impudentissima enim impostura est hominis falsum dicere non erubescentis, & responsionem quam refellere non poterat hac arte turpiter dissimulantis.

b p. 767.

Sexta denique ratio est, Theodoretum qui videbat quô sensu Eranistes interrogationes suas proponeret, quandoquidem ipsemet erat qui eum loquentem inducebat, non inducturum fuisse Orthodoxum respondentem, se id credere de quo illum interrogabat Eranistes, nisi Orthodoxi fides conformis fuisset sensui quo Eranistes interrogationes suas proponebat. Dubitari autem non potest Eranistæ propositum fuisse, interrogationes illas facere juxtà veritatem & simplicitatem sensûs litteralis, non autem juxtà illusionem & æquivocationem sensûs allegorici. Nam quandò Eranistes ab Orthodoxo quærit, quomodò symbola Eucharistia post consecrationem appellaret, & respondet Orthodoxus se illa appellare corpus & sanguinem Christi, Eranistesque regerit, & credis te accipere corpus & sanguinem Christi, evidenter ostendit mentem suam non esse, confessionem quam exigit ex ore Orthodoxi, nempè, symbolum post consecrationem appellari corpus Christi, sumi de simplici appellatione nominis, sed de appellatione, cujus res nomini respondeat, & locum habeat in re & nomine. Alioqui, quamobrem, postquàm hanc confessionem elicuisset, ea appello corpus Christi & sanguinem Christi, rursùm quæreret, & credis te accipere corpus & sanguinem Christi, nisi ut ipsum haberet confitentem, appellationem illam corporis & sanguinis, non esse simplicem appellationem æquivocam, sed veram ac realem, quæ præsupponebat rem esse in veritate quod nominabatur? Intentio enim Eranistæ non in eo erat ut quæreret, num sacramentum corporis Christi oraliter sumendo, per fidem quoque corpus Christi in cœlo acciperet, (quoniam id ad argumentum prorsus inutile fuisset) sed, an non oraliter corporis Christi sacramentum accipiendo, sumeret quoque oraliter eodem loco & sub ijsdem speciebus, corpus Christi. Quemadmodum & si per verbum, accipere, intellexisset credere, interrogatio hæc ridicula fuisset, & credis te accipere corpus Christi, hoc est, & credis te credere in corpus Christi. Itaque, quandoquidem Theodoretus qui ignorare non poterat Eranistæ intentionem in interrogatione suâ, Orthodoxum ei respondentem inducit, Credo, clarum est responsionem debere datam fuisse eodem sensu quô interrogatio facta fuerat, ac proindè apertam confessionem esse, se Eucharistiam post consecrationem appellasse corpus & sanguinem Christi, non juxtà simplicem appellationem vocalem, sed juxtà realem, veram & essentialem, veluti acquisitam per mutationem veram, realem & essentialem: hoc est, post quam symbola manebant, non in priori substantiâ, formâ & figurâ, sed in prioris substantiæ formâ & figurâ. Et propterea videmus Orthodoxum solventem argumentum Eranistæ, quod erat, sicut symbola post consecrationem mutata sunt & facta corpus & sanguis Christi, sic & corpus Christi post assumptionem in divinam substantiam fuisse mutatum, non respondere eum decipi, ac falsum fundamentum ponere, sed eum retibus quæ texuerat captum esse, quæ responsio fieri solet ijs qui fundamentum quidem verum ponunt, sed cujus consequentia contrà ipsosmet sunt. Eadem propemodum, licet alijs verbis, habent [a] Audebertus & [b] Milleterius. Sed facilè refelluntur. Primò enim nobis non constat utrum illa Eranistæ interrogatio à Theodoretô conficta fuerit disputationis gratia, an ve-

Theodoretus.

a Demonstr. 1. & 2.
b p. 768.

b εἰ ἀφθαρτόν ἐστιν, οὐκ ἀπαθὲς οὐδὲ ἀθάνατον, εἰς ἑτέραν μεταβέβληται φύσιν.

c μένει ἡ φύσις, μεταβάλλεται δὲ ἀφθαρσίας μὲν τὸ φθαρτὸν εἰς ἀφθαρσίαν, πάθους δὲ τὸ ἀπαθὲς εἰς ἀπάθειαν.

Theodoretus. an verò reapſe fieret ab Eutychianis contrà Orthodoxos diſputantibus. Secundò, utcunque ſit, dico falſiſſimum eſſe quod Perronius indubitatum eſſe ait, nempè, intentionem Eraniſtæ fuiſſe interrogatione ſuâ ab Orthodoxo obtinendi, tum ſymbola poſt conſecrationem corpus & ſanguis appellata, propriè ſic appellari, tùm realiter ac ſubſtantialiter mutata eſſe in corpus & ſanguinem Chriſti, tùm, ea accipiendo & oraliter ſumendo, proprium quoque Chriſti corpus, propriumque ſanguinem eodem locô ſub eorum ſpeciebus oraliter ſumi; hæc, inquam, falſiſſima ſunt, & ab Adverſariô conficta. Eraniſtes enim probè ſciebat, ſigna alicujus rei quamvis reiipſius nomine appellata, rem ipſam tamen propriè & ſubſtantialiter non eſſe, ſed tantùm in ſignô, & ad ſummum per ſimilitudinem virtutis & efficaciæ: ac potiſſimùm cùm audiſſet Orthodoxum dialogô primô monentem ſymbola viſibilia corporis & ſanguinis appellatione à Domino fuiſſe honorata, non per mutationem eorum naturæ, ſeu ſubſtantiæ, ſed per additionem gratiæ & efficaciæ. Nec, quandò ab Orthodoxô quærit, *Credis te corpus Chriſti ac ſanguinem accipere*, ac Orthodoxus reſpondet, *ita credo*, ullius amborum mens erat, id quod poſt ſanctificationem corpus & ſanguis appellatur & ſub his appellationibus accipitur, propriè ac ſubſtantialiter corpus & ſanguinem eſſe, aut tanquàm proprium corpus & ſanguinem recipi & participari; ſed tantum intelligebant ea percipi tanquàm corpus ac ſanguinem typicum & ſymbolicum, ſeu, quod eodem redit, typum ac ſymbolum corporis & ſanguinis: quemadmodum Facundus Hermianenſis monet, c *fideles* (hoc eſt, baptizatos) *ſacramentum corporis & ſanguinis Chriſti accipientes, corpus & ſanguinem Chriſti recte dici accipere*, & pro exemplô ſimili addens, *ſic & ipſe Chriſtus ſacramentum adoptionis filiorum cum ſuſcepiſſet, potuit recte dici adoptionem filiorum ſuſcepiſſe*; Hac comparatione innuens, ſymbola myſtica poſt conſecrationem corpus & ſanguis appellata ac velut corpus & ſanguis accepta & participata, non ideò magis propriè ac ſubſtantialiter Chriſti corpus & ſanguinem eſſe, quàm baptiſmus adoptionis ſacramentum, ipſamet adoptio eſt, ſed utrumque rerum illarum ſacramentum tantùm eſſe. Verum, quod Eraniſtes quæſtionibus ſuis ab Orthodoxô cupiebat obtinere, illud tantummodò erat, ſymbola myſtica poſt conſecrationem alia eſſe abeô quod erant priùs, & quodammodò eſſe corpus & ſanguinem Chriſti: quod cùm fieri nequeat abſque aliquâ mutatione, ex ejus conceſſione captioſè volebat colligere (ut ſuprà monui) mutationem corporis Chriſti in aliam naturam. Propterea, quandò argumentum ſuum ex rebus ab Orthodoxô conceſſis format, nullo modò ait, ſymbola myſtica poſt ſanctificationem *ſubſtantialiter mutari*, aut *alia quoad ſubſtantiam fieri*, quod procul dubio poſuiſſet, ſi ea fuiſſet aut intentio interrogationis ſuæ, aut Catholicorum fides; ſed generaliter tantùm *illa mutari & alia fieri*, quod Catholicos ſciebat concedere. Ea autem vera ratio eſt, propter quam Orthodoxus ad ejus argumentum reſpondens non excipit, illum falſum dicere, illum falſum prorſus fundamentum ſubſternere, ſed tantùm, illum retibus quæ texuerat captum eſſe; proùt reſponderi ſolet ijs qui verum quidem fundamentum ponunt, at non modò propoſito ſuo parùm inſerviens, ſed & cujus conſequentia contrà ipſos retorqueri poteſt. Nam id tantum poſuerat in exemplari comparationis ſuæ, *ſymbola myſtica poſt invocationem ſacerdotalem mutari & alia fieri*, nempè, corpus & ſanguinem Chriſti, quod Orthodoxus in genere verum eſſe concedebat, ſpecialiter tamen id intelligens, non de ſubſtantiæ, ſed de qualitatis mutatione. Verùm id contra illum erat. Nam quemadmodum panis & vinum poſt conſecrationem ita mutata ſunt & alia facta, ut tamen mutata non ſint quoad ſubſtantiam & alia facta ſubſtantialiter, ſed in priore ſubſtantiâ, formâ ac figurâ permaneant; ſic & corpus Chriſti, licet poſt aſcenſionem mutatum & aliud factum, immortale videlicet & corruptione ſuperius, non tamen in aliam mutatũ eſt ſubſtantiam.

Theodoretus.

Sic autem confutatis ſex Adverſarij rationibus quibus ſolutionem ſuam ſe confirmaturum eſſe ſpondebat, jam nobis inquirendum eſt in ipſam ſolutionem, quam à ſe (ut verè notat) repertam, & antè Librorum ſuorum editionem paratitis communicatam, tanti fecit, ut adverſus d Bojovium, unum illorum graviſſimè excanduerit, quod ea in Libró quodam, ipſô tanquàm Inventore non nominato, uſus fuiſſet. Sed, quod eſt in proverbio, Ἠσαυρὲ ἀνθρακες. Illa enim ineptiſſima eſt, & à phraſeologiâ Græcâ, Theodoretique ipſius mente alieniſſima. Ait ergò verba illa Theodoreti, μένει γὰρ ἐπὶ τῆς προτέρας οὐσίας, καὶ τοῦ χήματος, καὶ τοῦ εἴδους, per tranſpoſitionem ſic eſſe vertenda, *manent in figurâ & formâ prioris ſubſtantiæ*, quemadmodum in exemplis quæ affert ex Plutarcho & Theodoreto ipſo; non autem, *manent in priore ſubſtantiâ, & figurâ & formâ*. At nos contrà in hac reſponſione nihil ſani eſſe dicimus.

d *Vid. in epiſt. ad. Bojovium, & ad Bellenarum, & Villaregiũ.*

Primò enim in ultimô Theodoreti loco nulla prorſus eſt tranſpoſitio, ut ipſe ariolatur. Mens enim Theodoreti non eſt, corpus Chriſti poſt reſurrectionem appellari *corpus naturæ Domini*, hoc eſt, vernaculâ noſtrâ linguâ, *le corps de la nature du Seigneur*, ſed ſecundum ordinem vocabulorum Græcorum

c *Lib. 9. c. ultim.*

Theodoretus.

rum *corpus Domini natura*, le corps du Seigneur de la nature, hoc eſt, Dei, proüt innuit paulò poſt, idem alijs verbis repetens, & dicens, *ipſum appellamus vivificum, & Dominicum, docentes non commune hominis cujuſpiam eſſe, ſed Domini noſtri Ieſu Chriſti qui Deus eſt & homo.* Deus enim apud Veteres a *Dominus natura* paſſim appellatur.

a *Vid. Chryſoſt. in homil. non eſſe deſperand.*

Secundò, verum quidem eſt Authotes Græcos interdum ludere in tranſpoſitione regiminis Genitivorum, ut videre eſt in duobus exemplis ab ipſo allatis, & in nonnullis alijs quæ afferri poſſent: ſed ajo, illa nullomodò ſimilia eſſe loco de quo contendimus. In ipſo enim non legitur, μένει δὲ τὸ πρότερον οὐσίας τῷ χήματι καὶ τῷ εἴδει, quemadmodum in illis, λύει τὴν θεὸν τῷ ἀγάλματι, & ἐκ τούτων τῶν θείων ἀνδρῶν τὴν θεολογίαν; ſed, μένει δὲ τὴν πρώτην οὐσίαν, καὶ τῷ χήματι, καὶ τῷ εἴδει: hoc eſt, inter primum genitivum caſum οὐσίας quem regi fingit Perronius à ſequentibus, & ſecundum τῷ χήματι quem unum ex regentibus eſſe vult, Theodoretus interponit conjunctionem καὶ, &, quæ manifeſtè evincit tres illos genuinos caſus ſimiliter regi à præpoſitione præcedente δὲ, abſque eò quod unus à duobus alijs regatur, legendumque neceſſario eſſe, *manent in priore ſubſtantiâ, & figurâ & formâ.* Is enim phraſeologiæ hujus græcæ uſus eſt conſtans ac perpetuus, nec ullum exemplum, quod ſciam, in contrarium, aut huc uſque quiſquam adduxit, aut etiam adducere poteſt. Undè, argumentum noſtrum invictum & inſolubile manet.

Verùm, præter linguæ græcæ idiotiſmum qui hanc ſolutionem explodit, cætera quoque omnia illam ſimiliter excludunt.

Primò enim excluditur hac Orthodoxi reſponſione, *retibus quæ texuiſti captus es*, ad Eraniſtæ argumentum quod tale erat: *ſicut ſymbola Dominici corporis & ſanguinis alia ſunt antè ſacerdotalem invocationem, poſt* (vel *per*) *invocationem verò mutantur & alia ſiunt, ita dominicum corpus poſt aſſumptionem in divinam ſubſtantiam mutatum eſt.* Illa enim reſponſio ex clatſe eorum eſt, *quæ fieri conſueverunt* (ut ipſe Perronius notat) *ijs qui fundamentum quidem verum ponunt, ſed cujus conſequentia contrà ipſoſmet ſunt.* Aut igitur Eraniſtes colligere volebat ex conceſſis ab Orthodoxo, *ſymbola myſtica*, hoc eſt, panem & vinum, per conſecrationem mutari & alia fieri ſubſtantialiter, ut ipſius verba & Orthodoxi mentem exponit Perronius; aut tantummodò intelligebat, illa quidem mutari & alia fieri non tamen per defitionem ſubſtantialem ejus quod prius erant, ſed per additionem gratiæ ſeu efficaciæ factam illorum ſubſtantiæ, ut nos ſuprà Orthodoxi mentem ex primo dialogo ſumus interpretati. Si poſterius: habemus quod vò- Theodoretus. lumus. Orthodoxus enim reſpõſione ſuâ annuit, fundamentum ab Eraniſtâ poſitum verum eſſe, id eſt, panem & vinum quamvis mutentur & alia fiant, non tamen mutari & alia fieri per ſubſtantiæ ſuæ deſitionem. Undè à ſimili rectè colligit, corpus quoque Dominicum poſt aſſumptionem in divinam ſubſtantiam non mutari, Eraniſtanque retibus ſuis captum eſſe. Si prius: intentum quoque habemus, quamquam aliâ ratione. Si enim Eraniſtes rectè colligebat ex conceſſis ab Orthodoxo, panem & vinum per conſecrationem ſubſtantialiter mutari, quomodò, poſito hoc comparationis ſuæ fundamento, Orthodoxus illi regerere poterat, *retibus quæ ipſe texuiſti captus es?* Nam argumentum ejus à ſimili hoc ſenſu intentioni ipſius probè quadrabat: *ſicut ſymbola dominici corporis & ſanguinis alia ſunt antè invocationem ſacerdotalem, poſt invocationem verò ſubſtantialiter mutantur, & alia ſiunt, ita Dominicum corpus poſt aſſumptionem in divinam mutatum eſt ſubſtantiam.* Nec ipſe retibus ſuis captus erat, ſed potiùs Orthodoxus cui nullum aliud ſupererat effugium, niſi dicendo, diſſimilia inter ſe comparari, nec ex eo quod panis & vinum poſt conſecrationem ſubſtantialiter mutentur, corpus Dominicum pariter poſt aſcenſionem quoad ſubſtantiam mutari. Verùm, conſequentiam non negat: ſed totus eſt in expendendo fundamentò comparationis ab Eraniſtâ poſitò, quod ex Orthodoxi mente rectè intellectum ait, illi eſſe adverſum & tanquàm rete quoddam ab eò imprudèter contextum, illum involvere. Neceſſariò itaque deſignat fundamentum comparationis ab Orthodoxo conceſſum, non in eo conſiſtere quod panis & vinum per conſecrationē ſubſtantialiter mutentur, quoniam hoc ſic poſito Orthodoxus conſequentiam comparationis non negans, Eraniſtæ argumento ac retibus caperetur, non autem Eraniſtes retibus à ſe contextis.

Secundò, poſtquàm Orthodoxus dixiſſet Eraniſtæ, *retibus quæ ipſe texuiſti captus es*, addit: *neque enim ſymbola myſtica poſt ſanctificationem à propriâ naturâ recedunt.* Quid autem poteſt intelligere per propriam naturam, niſi illud ex quo ſymbola myſtica ante conſecrationem naturaliter conſtabant? Conſtabant autem naturaliter ex verâ & propriè dictâ ſubſtantiâ: per propriam naturam igitur veram ac propriam ſubſtantiam intelligit. Hîc autem excipit Perronius: b *In primi loci examine jam ſuprà reſponſum eſt naturam non ſemper poni pro* ſubſtantiâ, *ſed interdum quoquè adiuberi ad deſignandas proprietates naturales, quæ ſubſtantiam ſequuntur. Sic enim Tertullianus:* c Aliud eſt natura, aliud natura ſubſtantiæ, &c, ſubſtantia eſt lapis, ferrum, duritia lapidis & ferri, natura ſubſtantiæ eſt. *Et Hilarius de pueris in fornace Babyloniâ*

b *Cap. 14.*

c *De trinit. l. 3.*

by Google

Theodoretus. d *De Trinit. l.* 10.

Babylonicâ loquens : d Naturam ſuam in his, & ignis & corpora amittunt. *Hieronymus quoque qui Ruffinum reprehendit, quod alicubi verterit vocabulum græcum* Φύσις ſubſtantiam, *cùm debuiſſet vertere* naturam. *Theodoretus denique dicens*, e ignem metalla liquefacere & in fluidam naturam transferre, *abſque eô tamen quod intelligat ea per fuſionem ſubſtantia mutari. Et rurſum* : tibi non paret ignis naturâ, nec à propriâ energiâ recedit. *Quò loco non modo aquat vocabulum* energia *voci* natura, *ſed etiam ne ſubtilitas quaratur in verbo*, recedere ἐξίστασθαι (ſic enim ridicule legit Perronius) *in utraque propoſitione eodem verbo utitur, ac quemadmodum in loco objecto dicit*, κἀὸε γὰρ τῆς οἰκείας ἐξίστανται Φύσεως, à propria naturâ non recedunt, *ſic & in hoc*, κἀὸε τῆς οἰκείας ἐξίστανται ἐνεργείας. Verum facile refellitur. Primo enim duo Theodoreti loca ineptè huc adducuntur, cum in utroque natura evidenter ſumatur pro *ſubſtantiâ*. De priori ſuprà oſtendimus in examine primi dialogi. De poſteriori, res ſimiliter clara eſt. Nam ſi ignis *natura* à Theodoretô non ſumeretur pro ſubſtantiâ, ſed ab eô energiæ æquaretur, perinde foret ac ſi dixiſſet : *tibi non paret ignis energia, nec à propriâ energia* recedit; ſicque eſſet energia energiæ, quod ridiculum & abſurdum eſt, naturam enim, & energiam naturæ, duo eſſe, docet Chryſoſtomus, inquiens : *a forma ſervi, eſtne energia ſervi, an natura ſervi? Omnino natura ſervi eſt; igitur & forma Dei, natura Dei eſt, & non ſimpliciter energia.* Secundo, verum quidem eſt *naturam* quandoque ſumi pro proprietatibus naturalibus ſubſtantiæ, ut patet ex locis Tertulliani, Hilarij & Hieronymi, ſi tamen Hieronymus quid ſimile dixit, quod nobis non conſtat, cum Perronius non notet vbi id ab eô dictum ſit; Sed addo eam acceptionem hic locum habere non poſſe, niſi nomine *naturæ* ſubintelligatur quoque cum illis proprietatibus ſubſtantia. Nam quis non videt, reſponſionem illam Orthodoxi, *neque enim ſymbola myſtica poſt ſanctificationem à propriâ naturâ recedunt*, contrahere ac reſtringere quod Eraniſtes in comparationis ſuæ exemplari generaliter dixerat, *ſymbola myſtica poſt invocationem mutantur & alia fiunt*, & indicare mutationem illam quæ in pane ac vino fit per conſecrationem, non ejuſmodi eſſe ex quâ tanquam à ſimili concludere poſſet corporis Dominici in divinam ſubſtantiam mutationem? At vero ſi per *propriam naturam*, tantum intelligeret proprietates naturales ſubſtantiæ, & non ſimul ac præcipuè ipſam ſubſtantiam, nihil in his verbis diceret quod obſtaret concluſioni ab Eraniſta formatæ. Nam quantumlibet maneant proprietates naturales, modo ſubſtantia ſymbolorum mutata foret, id illi ſat erat, nec amplius quid exigebat ad colligendum corpus Dominicum quoad ſubſtantiam ſimiliter commutari. Orthodoxus tamen illi regerit, *ſymbola myſtica poſt ſanctificationem à propriâ naturâ non recedere*, ut oſtendat mutationem quam in pane & vino contingere propoſuerat non ejuſmodi eſſe quæ ipſius concluſioni favere poſſet : intelligit igitur *ſymbola myſtica à propriâ naturâ*, id eſt, à propria ſubſtantia, *non recedere*. Deinde, manifeſte liquet, Orthodoxum vocabulum *naturæ* eodem ſenſu ſumere cum de pane ac vinô loquitur ac illud accipit, & Eraniſtes ſimiliter in alterô comparationis membrô, ubi de naturâ corporis Chriſti loquuntur. Alioquin enim eſſet quod habetur in proverbiô : *Ego tibi de allijs loquor, tu vero reſpondes de capis.* Illuſio mera foret, & andabatarum ac æquivocantium pugna, nec quadrarent inter ſe duo ſimilitudinis membra. At quandò Eraniſtes ait, corpus Dominicum *in aliam naturam* mutari, per *naturam* intelligit ſubſtantiam; & viciſſim quando negat Orthodoxus idem corpus *in divinitatis naturam mutari*, ſimiliter per naturam intelligit ſubſtantiam: quando ergo negat panem & vinum poſt ſanctificationem à *propriâ naturâ* recedere per *naturam* ſubſtantiam ipſam deſignat. Idem quoque colligitur ex eo quod poſtquam dixiſſet, *neque enim ſymbola myſtica poſt ſanctificationem à propriâ naturâ recedunt*, immediate ſubjungit, *nam remanent in prioris ſubſtantiâ* (Perronius vertit, *prioris ſubſtantiæ*) *& figura & formâ* : poſterioribus his verbis priorum rationem reddens, & quæ vis eorum ſit explicans, ut patet ex particulâ ratiocinativâ, *nam*, utraque conjungenti. At ſi in illis per *propriam naturam*, tantummodò intelligeret proprietates naturales, hoc eſt, ut alibi Perronius ipſemet exponit, *energiam* ſeu b *facultatem temporaliter alendi*, in his autem dicere vellet, *nam manent in prioris ſubſtantiæ & figurâ & formâ*; nulla prorſus in his eſſet illorum ratio. *forma* enim & *figura*, quarum illa, ut c ſupra notabat Perronius, refertur ad viſum, hæc ad tactum, aliud prorſus ſunt à *natura*, id eſt, juxta ipſum à facultate nutritivâ quæ guſtus objectum eſt. Quænam ergo eſſet hæc ratio, *ſymbola myſtica poſt ſanctificationem non recedunt* à facultate ſua nutritiva, quia remanent in ſuæ prioris ſubſtantiæ forma & figura? Nulla, inquam : quià facultas nutritiva non oritur à *prioris ſubſtantiæ figura & formâ*, ſed ab ipſamet ſubſtantia. Ac proindè, ut ratio valeat, neceſſe eſt ut per *propriam naturam* intelligat totum complexum, tam accidentale, quam ſubſtantiale panis ac vini, quod poſt ſanctificationem non recedere oſtendit ex eo, quod cunctæ ipſius partes remaneant, prior ſcilicet ſubſtantia, ac ſimul figura & forma. Rurſum & id confirmatur ex ipſo *naturæ* vocabulo, quo, licet Theodoretus in his dialo-

Theodoretus.

e *De provid. ſerm.* 1. à *Perronio non notat.*

a *In epiſt. ad Philipp. hom.* 3. ἡ μορφὴ δοῦλου καὶ ἐργασία δούλου ἐστὶν, ἡ φύσις δούλου; πάντως δοῦλου φύσις δοῦλος. οὐκοῦν ἡ μορφὴ δούλου, οὐ φύσις ἀλλ' οὐκ ἄνευ ἐνεργείας. *Vid. & in Pſalm.* 109.

b *Cap.* 6. §. 521.

c *Cap.* 22. §. 541.

[illegible]

Theodoretus.

am: immortale autem post resurrectionem factum est & incorruptibile sedemque à dextris adeptum, & ab omni creaturâ adoratur, quia corpus appellatur Domini naturæ. Ubi clarum est, Orthodoxum ex comparatione Eucharistiæ colligere in corpore Dominicô post ascensionem verè permansisse, non modò *figuram* & *formam*, sed etiam ipsammet corporis substantiam: quod tamen nullomodo inferre posset, nisi intelligeret panem & vinum post sanctificationem *manere in priore substantiâ, & figurâ & formâ.* Nihil enim debet esse in redditione similitudinis & in argumentô ex eâ illato, quod in ipsius prodosi seu exemplari pari æquipollentiam non reperiatur. Gravissimam sanè observationem, ad cujus dissolutionem omnes ingenij ac subtilitatis nervos intendit Perronius: sed illi aqua hærebit. Ait ergò, e *Orthodoxum non inferre immediatè ex comparatione Eucharistiæ, substantiam corporis Christi manere in vnione hypostaticâ, sed mediatè & per interpositionem conservationis formæ & figuræ corporis*: hoc est, illum primò inferre ex exemplo conservationis *formæ & figuræ panis in Eucharistiâ, conservationem formæ & figuræ corporis in vnione hypostaticâ, ac demum ex conservatione formæ & figuræ corporis concludere conservationem substantiæ corporis. Et propterea in conclusione suâ non posuit substantiam ante formam & figuram, ut in Eucharistiæ exemplô, quod fecisset procul dubiô, si ex exemplo substantiæ panis immediatè concludere voluisset conservationem substantiæ corporis, sed prius posuit formam, & figuram & circumscriptionem, tanquam id vnicum quod immediatè sequitur ex comparatione Eucharistiæ; & deindè substantiam addit ad formam corollarij & furculi consequentiæ, his verbis*: Corpus illud priorem habet formam & figuram, & circumscriptionem, & in universum, substantiam corporis. *Quod Commentator Sacramentarius, quamvis juratus transsubstantiationis Adversarius rectè deprehendit, quandò paraphrasin argumenti Theodoreti instituens, non posuit conservationem formæ, figuræ & substantiæ corporis tanquam in eodem gradu consequentiæ ex Eucharistiæ exemplô, sed conservationem formæ & figuræ corporis pro argumento conservationis substantiæ corporis*: corpus, *inquit*, post assumptionem corpus est, quia retinet formam & circumscriptionem corporis. *Quod probare est conservationem corporis, non immediatè ex Eucharistiæ exemplo, sed per conservationem figuræ, formæ & circumscriptionis corporis, quæ immediatè sequebatur ex exemplô conservationis formæ & figuræ panis in Eucharistiâ. Ad cujus intelligentiam sciendum est, Eutychianos & Catholicos pro fundamentô disputationis sumere consuevisse quod proximè in Ephesinâ Synodô fuerat decretum, quicquid in personâ Christi est, divinitati Verbi hypostaticè esse vnitum. Imò Eutychiani vnionem hanc magis adhuc urgebant, statuentes eam esse identificam, & quicquid in Christo erat ad unitatem essentialem cum divinitate redigentem. Quâ de causâ tantummodò ostendendum erat Eutychianis, post instans cui assignabant originem hujus vnionis (quod, prout à Catholicis variè urgebantur, interdum dicebant esse instans incarnationis, interdum resurrectionis, interdum ascensionis) proprietates charactericas & naturales substantiæ corporis Christi, velut formam, figuram & circumscriptionem in eo remansisse, ad concludendam permansionem substantiæ corporis. Nam, cum inter eos conveniret, nihil esse in Christo quod non foret in divinitate hypostatice fundatum, oportebat proprietates humanitatis quæ post vnionem restabant, in divinitate esse fundatas, aut mediatè, aut immediatè. Si immediatè, divinitatem qualificabant & formaliter afficiebant, ac proinde eam reddebant finitam, circumscriptam & figuratam: quod erat devolvi ad hæresin anthropomorphitarum, ab utrisque damnatam. Si mediatè, necesse erat substantiam quâ mediante in divinitate fundari poterant, hoc est, humanitatem, in personâ Christi supereße. Argumentum autem illud ordinariam fuisse Catholicorum adversus Eutychianos machinam, non autem nova inventionis medium, patet ex duobus locis manifestis. Prior locus Theodoreti est in recapitulatione ad finem dialogorum appositâ quam Photius Theodoreti esse affirmat, ubi Theodoretus contra Eutychianos aits* Si dicant, corpus post resurrectionem in divinitatem fuisse mutatum, sic eis occurrendum est, quod etiam post resurrectionem conspectum sit circumscriptum, & manûs habens & pedes, & reliquas corporis partes, tangique ac videri potuerit, vulnera & cicatrices habens, sicut ante resurrectionem. Duorum itaque alterum dicere necesse est, ut vel divinæ etiam naturæ hæc membra tribuantur, si quidem corpus in divinitatem conversum hæc membra habuit, vel corpus intra naturæ suæ fines mansisse fateamur. *Posterior est a Gelasij Theodoreto Contemporanei contra eosdem hæreticos dicentis*: Si in Deitatem, ut putant, humanitate transfusa vel ex omni parte translatâ, desijt esse humana substantia, ergò aut humanitatis forma sine sui proprietate cessavit, aut si dicunt in nudâ Deitate humanæ formæ lineamenta constare, quid aliud quam Anthropomorphitas convincuntur inducere, quos dudum Catholica talia somniantes damnavit Ecclesia? *Ac propterea Eutychiani præfatè negabant, post vnionem proprietates humanitatis in Christô superfuisse*: Nonnè confiteris, b *ait Orthodoxus Eranistæ*, utriusque naturæ proprietates? Er. post vnionem haudquaquam. *Et rursum Orthodoxus*: c non igitur habet formam humanam & priorem circumscriptionem? Er. Nequaquam. *Et paulo post, cùm Eranistes mutationis terminum ad tempus resurrectionis transtulisset*: nihil ergo, *inquit Orthodoxus, mansit* post resurrectio-

Theodoretus.

a *De duab. natur.*

b *Dial. 2. οὐ γὰρ ἔχει ὁμολογῆσαι φύσεως ἰδιώματα μετὰ τὴν ἕνωσιν.*

c *οὐκοῦν ἔχει τὸ ἀνθρώπινον χῆμα καὶ τὴν ἀναγραφὴν τοῦ περιγράμματος; Er. οὐδαμῶς.*

Copyright © 2026 Elsevier Ltd. All rights reserved.

This article is published in Open Access under the CC BY-NC-ND license (http://creativecommons.org/licenses/by-nc-nd/4.0/).

Received 15 January 2026; Received in revised form 28 February 2026; Accepted 3 March 2026

Available online 12 March 2026

0167-8809/

Theodoretus.

idem est ac ζωπύρησις & adhiberi solet ad fugiendam enumerationem variarum rerum, quas alioqui sigillatim recensere oporteret. Sic enim Theodoretus ipse in primò dialogô: *Si quis hominem simpliciter audivit, non in aliquod individuum cogitationem defigit, sed & Indum, & Scytham & Massagetam,* καὶ ἀπλουστέρως, *& summatim genus humanum comprehendit.* Et Dialogô secundo: *Si plantator esses, omnibusne plantis eamdem culturam adhiberes, an verò malo punico convenientem, & ficui propriam, & pyro similiter, & malo, & vitibus convenientes,* & ἁπλουστέρως *summatim vnicuique plantæ accommodatam?* Non ergò adverbio illo utitur tanquâm consequentiæ *termino, furculo & indicio*, sed ad supprimendam enumerationem variarum aliarum proprietatum externarum & internarũ quæ veritatem corporis aut constituunt, aut demonstrant, præter formam & figuram, & circumscriptionem: ut quandò Gregorius Nyssenus ait, a *non est corpus cui color, & figura, & soliditas, & spatium, & pondus, & reliqua alia attributa desunt.* Nam cùm ei propositum non esset hoc locô substantiæ corporis permanentiam ex proprietatibus characteris ac naturalibus corporum colligere, sed immediatè ex Eucharistiæ exemplô, propterea duas tantummodò aut tres illarum enumerat, quemadmodum in ipso Eucharistiæ exemplô, & cæteris prætermissis, utpotè conclusionis medium non existentibus, sistit se in substantiâ cujus conservationem præcipuè ac directè à simili volebat concludere. Veteribus enim adversùs Eutychianos scribentibus de more esse, conservationem substantiæ corporis Christi inconfusæ in unione hypostaticâ ex Eucharistiæ comparatione, tanquàm à simili, immediatè colligere, patet ex duobus testibus fide dignissimis, unô ex Ecclesiâ Græca, alterô ex Latinâ. Prior est Ephræm Antiochenus, cujus hæc verba sunt, non juxtâ erroneam Jesuitæ Schotti versionem, sed ex græcô textu fideliùs reddita: b *Patres nostri dicentes, Dominum nostrum Iesum Christum ex duabus naturis constare, intelligunt ex duabus substantijs, vt & quandò eum ajunt in duabus naturis esse, intelligunt in duabus substantijs. Et filius tonitrui hoc ipsum docet, cùm ait: quod fuit ab initiô, quod vidimus, quod manus nostræ contrectaverunt de Verbô vitæ. Annunciavit enim his verbis vnum & eumdem substantiam habere palpabilem & impalpabilem. Verbum si quidem dicens, impalpabilem palpatum fuisse testatus est: & cùm ait, visum esse, invisibilem antè fuisse monuit. Sic cognoscit vnum Christum in substantia palpabili & in impalpabili, in visibili & invisibili esse, & scire volentibus notum facit. Vtrumque certè vnius personæ est, nec quisquam est mente præditus, qui dicere queat eamdem naturam esse palpabilis & impalpabilis, visibilis & invisibilis. Sic & corpus Christi* (typicum scilicet, nam eô vult illustrare constitutionem proprij, absurdum autem foret idem per idem probare) *quod à fidelibus* (hoc est,) *baptizatis accipitur, nec à sensibili substantia recedit, nec divisum est à gratia intelligibili: & baptismus, spiritualis totus factus & vnus existens, proprium substantiæ sensibilis, hoc est, aqua conservat, & quod fuit non amittit.* Posterior est Gelasius Episcopus Romanus, unus ex Perronij testibus qui ait, c *Certè sacramenta quæ sumimus corporis & sanguinis Domini divina res est, propter quod & per eadem divinæ efficimur consortes naturæ, & tamen non desinit esse substantia vel natura panis & vini. Et certè imago & similitudo corporis & sanguinis Christi in actione mysteriorum celebrantur. Satis ergò nobis evidenter ostenditur, hoc nobis in Christo Dominô sentiendum quod in ejus imagine profitemur, celebramus & sumimus, vt sicut in hanc, scilicet in divinam transeant Spiritu Sanctô perficiente substantiam* (id est, rem divinam, ut suô locô docebitur) *sic & illud mysterium principale cujus nobis efficientiam virtutemque veraciter repræsentant, ex quibus constat propriè permanentibus, vnum Christum quia integrum verumque permanere demonstrant.* At verò si Ephræm & Gelasius permanentiam substantiæ corporis Christi in hypostaticâ vnione ex Eucharistiæ similitudine immediatè concludunt, quidni & Theodoretus eodemmet utens Eucharistiæ exemplo? Verisimiliter enim dici non potest eum eodem mediô aliter argumentari voluisse. Si autem ex Eucharistiæ Comparatione immediatè colligit, Christum in corporis sui substantiâ permanere, necessarium omnino est, ut dicere voluerit, *symbola mystica post sanctificationem manere in priori substantiâ & figurâ & formâ*, cum nihil esse debeat in similitudinis redditione, quod in ejus exemplari ac protasi non fuerit.

His autem sic expositis, facile judicare est, reliqua omnia quę subjungit Adversarius esse ἀπερισκέπτως. Nam quantumvis Gelasius & Theodoretus conservationem substantiæ corporis Christi in hypostaticâ vnione ex accidentium & proprietatum ejus permanentiâ interdum colligant, quod tamen hic in locô ex recapitulatione ineptè ad id probandum allato minime facit, quid hoc ad locum de quô contendimus? Aliud enim

Theodoretus.

a *De opific. hom. c. 24. infra. citand.*

c *De mab. natur.*

b *Apud Photium cod. 229.* πατέρες ἡμῶν εἰπόντες ἐκ δύο φύσεων γίγνεσθαι τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν συγκεῖσθαι, ἐκ δύο ταῦτα ἴσασιν εἶναι, ὅτι καὶ ἐκεῖνος ἐν δυσὶ φύσεσιν οἰκονομεῖσθαι φησίν. τοῦτο δὲ καὶ ὁ τῆς βροντῆς ὑὸς τοῦτο διδάσκει ἐν τῇ λέξει. ὃ ἦν ἀπ' ἀρχῆς, ὃ ἀκηκόαμεν, τῇ αἰσθήσει ἡμῶν ἐψηλάφησαν οἱ χεῖρες ἡμῶν περὶ τοῦ λόγου τῆς ζωῆς. ἓν ἄρα δεῖ τὸν αὐτὸν εἶναι ὃν ἴδομεν, καὶ ψηλαφῶμεν αἰσθήσει ὄντα τῇ ἀψηλάφῳ ἀπαιρέτῳ. λέγει γὰρ ἁπλοῦν, τὸν ἀψηλάφητον ψηλαφηθῆναι, ἁμαρτάνοντες. καὶ ἀκηκόαμεν ἀκοῇ, τὸν ἀόρατον ὁρατοποιήσαντα. ὅτι τὸν ἕνα Χριστὸν τό τε ψηλαφητὸν καὶ ἀψηλάφητον αἰσθητόν, καὶ ὁρατόν. εἰ γὰρ μὴ ἰσότης ἦν ἀορατῆ καὶ ἀοράτῳ αἰσθητὰ γνωρίζεται, καὶ βεβαίωσις πιθανὴ διδασκαλίᾳ ἀσυγκύτῳ καὶ ἀκράτῳ. ἀπ' ἐκείνου δὲ αὖπαλιν δύναται, ὡς ἡ αὐτὴ φύσις ψηλαφητὸν καὶ ἀψηλάφητον, καὶ ὁρατὸν καὶ ἀόρατον. ἄνωθεν καὶ τοῦτο τὸ πιστὸν λαμβανόμενον. ζῶμεν χεῖρας, καὶ τὸ αἰσθητὸν αἰσθητὸν ἐξέτασεν, καὶ τὸ τοιοῦτον αἰσθανόμενον μόνον χρίειν θ'. καὶ τὸ βάπτισμα ἢ πνευματικὸν ὅλον γνώσθαι καὶ ὃν ὑπάρχειν, καὶ τὰ ἴδια τὸ αἰσθητὸν αἰσθητὸν, ὕδωρ θ' ὕδωρ, λέγειν, καὶ ὁ χρίων οὐκ ἀπολεῖται.

Theodoretus.

prorſùs argumentum eſt ab eo quod ab Euchariſtiâ tanquàm à ſimili ducunt, quorum ex utroque nihilominùs, conſervationem ſubſtantiæ corporis Chriſti immediate concludunt. Præterire ergo poſſem illa omniâ quæ ſubjicit, tanquàm extrà rem allata & ad propoſitum omninò inutilia. Sed nihilominùs quoniam nonnullis veris falſa miſcet quamplurimâ, quæ lectoribus minùs cautis forſan imponere poſſent, operæpretium erit etiam in ipſa inquirere, & eorum vanitatem futilitatemque demonſtrare. Dico igitur, ſententiam quidem Catholicorum fuiſſe, humanitatem Domini divinitati perſonaliter eſſe vnitam, duabus naturis abſque mixtione, confuſione aut mutatione vnam tantummodò perſonam conſtituentibus, Eutychianoſque ſuperaddidiſſe hac naturarum vnione humanitatis ſubſtantiam in divinam ſubſtantiam fuiſſe mutatam: ac propterea Orthodoxis ſatis fuiſſe ad concludendum adverſus hos hæreticos ſubſtantiam humanitatis in unione permanere, ſi oſtenderent accidentia ac proprietates illius, velut formam, figuram, circunſcriptionem & alias ejuſmodi, poſt unionis inſtans ſupereſſe. Neceſſarium enim erat alterutrum concedere, nimirum, aut accidentia illa in humanitate immediatè eſſe fundata, ac proindè illam remanere, aut divinitatem formaliter afficere, eamque ex conſequenti, figuratam & finitam ac circunſcriptam reddere, quod erat devolvi in hæreſin Anthropomorphitarum. Ac propterea Eutychiani præfractè negabant accidentia illa ac proprietates verè ac realiter permanſiſſe poſt unionem, & illa phantaſmata & apparentias tantùm fuiſſe volebant. Sed addò, licet illis probatum fuiſſet accidentia & proprietates verè ac realiter permanſiſſe poſt unionem, nec illos potuiſſe vrgeri hoc argumentô, nec Catholicos multum præſidij in eô conſtituere, niſi utrique ſuppoñerent tanquàm principium certum ac indubitatum, accidentia ac proprietates ſubſtantiarum nullâ qualicumque virtute, ſeu ordinariâ, ſeu extraordinariâ, abſque ſubſtantijs ſuis ſubſiſtere poſſe. Niſi enim id inter illos conſtitiſſet, facile fuiſſet hæreticis reſpondere, proprietates & accidentia corporis Chriſti, nec in humanâ ſubſtantiâ quæ poſt unionem ampliùs non erat, nec in divinâ quæ illis affici non poterat, eſſe fundata, ſed per miraculum verè ac realiter ſubſiſtere abſque ullo prorſùs ſubjecto: & ad illuſtrandam reſponſionem ſuam exemplo ineluctabili, Euchariſtiam illico in medium adduxiſſent. Nam ſi Catholici credidiſſent panem & vinum *poſt ſanctificationem* non remanere *in priore ſubſtantia, figura & forma*, ſed tantum in *priori ſubſtantia figura & forma*, quam aptiorem ſimilitudinem exoptare potuiſſent Eutychiani ad excipiendum, quemadmodum accidentia externa panis & vini, ut *forma & figura*, & proprietates internæ, ut facultas nutritiva, miraculoſè ſubſiſtunt, ſivè abſque ſubſtantiâ ſuâ propriâ, ſive abſque ſubſtantiâ corporis Chriſti, in quam eorum ſubſtantia converſa eſt; ſic & accidentia proprietateſque corporis Chriſti poſt unionem, nec in humanâ ſubſtantiâ quæ deſijt, nec in divinitate immediatè eſſe fundata in quam humana ſubſtantia converſa eſt, ſed virtute ſupernaturali abſque ullo ſubjecto ſubſiſtere? Ergo, ut valeat Catholicorum argumentũ, omninò ſtatuendum eſt, tum ipſos, tum Eutychianos, pro certo ſuppoſuiſſe, ſubſtantiarum proprietates & accidentia abſque ſubſtantijs ſuis nullâ qualicumque potentiâ ſubſiſtere poſſe. Undè patet, quàm falſum ſit quod affirmat Perronius, *Catholicos non cenſuiſſe functiones proprietatum* (proprietates, dicere debuiſſet) *inſeparabiles eſſe per miraculum & diſpenſationem à corpore Chriſti, eoſque argumentum ab ijs ductum viſiſſe tanquàm affirmativè tantùm bonum, non autem negative.* Contra enim, illas adeò inſeparabiles eſſe docebant, ut eas nonnunquàm pro ſubſtantiâ ipſâ ponerent, & aſſererent ipſis præſentibus corpora conſtitui & ſubſiſtere, abſentibus verò deſtrui & interire: *ſi corpora ſanctorum*, « inquit ipſemet Theodoretus, paulò ſuprà locum noſtrum, *characterem naturæ* (hoc eſt, ipſam ſubſtantiam) *conſervabunt*, videlicet, poſt reſurrectionem, *corpus quoque Dominicum ſimiliter ſubſtantiam ſuam habere debet immutabilem.* Et Gregorius Nyſſenus: b *corpus non eſt, cui color, & figura, & ſoliditas, & ſpatium, & pondus, & reliqua alia attributa deſunt, licet vnumquodque eorum corpus non ſit, ſed aliud quid præter corpus. Sic & viciſſim, ubi prædicta concurrunt, illa corporalem ſubſiſtentiam operantur.* Et Auguſtinus: c *Spatia locorum tolle corporibus, & nuſquàm erunt, & quia nuſquàm erunt, nec erunt.* Et Fulgentius: d *quod aliquò circunſcribitur ſine, neceſſè eſt ut locò teneatur, aut tempore.* Et rurſùm de corpore Dominico ſpecialiter loquens: e *Si verum eſt corpus Chriſti, locô oportet utique contineri.* Sic enim evidenter legendum eſt, non *poteſt*, ut editiones corruptè habent. Et Anaſtaſius vulgò Nicenus dictus: f *impoſſibile eſt cogitare corpus ſinè locô & ſinè alijs extrà quæ eſſe non poteſt, quamvis non habet corpus conſtitutionem ſubſtantialem ſui in ipſô loco.* Et Theodoretus ipſe poſtquàm docuiſſet Angelos eſſe ſubſtantiæ determinatæ: *ſi hoc verum eſt*, g inquit, *ſimiliter & verum eſt ipſos loco opus habere. Sola enim divinitas, quippè incircunſcripta, in loco non eſt.* Et in dialogo noſtro de

Theodoretus.

a οὐ πανταχοῦ φυλάττει τὸ χαρακτῆρα τῆς φύσεως, τοῦτ' ἔστι τὸ διαμένον ἀεὶ καὶ ἀναλλοίωτον τὴν οἰκείαν ἐπιτηδειότητα ἀπεμόξασθαι ἴχνη.

b *De opific. hom. c. 24.* οὐκ ἔστι σῶμα, ᾧ τὰ χρῶμα, καὶ τὸ σχῆμα, καὶ ἡ ἀντιτυπία, καὶ ἡ διάστασις, καὶ τὸ βάρος, καὶ τὰ λοιπὰ ἰδιώματα τῶν σωμάτων ἐστὶν ἃ συμπαρεῖται· ἀλλ' ἕτερόν τι τὸ σῶμα ἐστὶν ἐκείνων, ἀλλ' ἐπεὶ ἡ τούτων τὸ σῶμα τῷ τὰ ἰδιάζοντα ἐμφαίνεσθαι. ὅτου μὲν τὸ ἀπλήρωτον φύσεως ἔστιν ἴδιον (καθάπερ καὶ τὸ ἀπερίγραπτον, καὶ τὸ ἀναλλοίωτον, καὶ ἄπειρον, καὶ ἄναρχον, καὶ ἀτελεύτητον, καὶ ἀόρατον, καὶ ἀσχημάτιστον, καὶ ἀσώματον, καὶ ἀνενδεὲς, καὶ ἀπαθὲς, καὶ ἀμετάβλητον, καὶ ἀθάνατον, καὶ ἀνεπίδεκτον κακίας, καὶ ἀμετάβατον ἐπὶ τὸ χεῖρον, καὶ ἀμετάστατον, καὶ ἀμετάθετον, καὶ ἀμετάτρεπτον, καὶ ἀμετάκλητον, καὶ ἀμετάβολον, καὶ ἀμετάπτωτον, καὶ ἀμεταμέλητον, καὶ ἀμετανόητον, καὶ ἀμετάδοτον, καὶ ἀμεταδίωκτον, καὶ ἀμεταπόδοτον, καὶ ἀμεταπόστροφον, καὶ ἀμεταπόδεκτον, καὶ ἀμεταπόστατον, καὶ ἀμεταπόδεικτον, καὶ ἀμεταπόδειστον, καὶ ἀμεταπόδεσμον, καὶ ἀμεταπόδετον, καὶ ἀμεταπόδοτον, καὶ ἀμεταπόδεκτ

Theodoretus.

ipsomet Christi corpore loquens post resurrectionem considerato: *corpus*, *b* ait, *nihilominus est, priorem habens circumscriptionem.*

Nec obstat, quod objicit Perronius, Amphilochium & Theodoretum docere, Dominum *ingressum esse januis clausis*, quemadmodum exivit ex uterô virginis claustris obsistentibus. Neuter enim intelligit, Dominum B. Virginis vterum, aut dimensiones januarum penetravisse, & locum non occupasse. Repugnarent enim Nazianzeno clamanti, *i impossibile esse corpus esse in corporibus*: Et Augustino affirmanti; *k non potest esse aliquod corpus*, &c, *quod vllomodò possit in locô hujus partis simul habere aliam partem*: Et Fulgentio asserenti; *l necessè est* (homines) *distinguantur & locis*: & Paschasio Diacono dicenti de Spiritu Sancto; *m* Si *creatura esset, quomodò penetrare posset in corpoream naturam omnia penetrantem*? Et Authori Libelli, cujus titulus, *Celebres opiniones de animâ*, expressè notanti; *n corpus corpus penetrare impossibile est*: Et rursum; *o Si dicant aliqui, corpus a corpore posse penetrari, id sanè omninò impossibile est. Sic enim dici posset in mulg grandò cœlum contineri.* Sed hoc tantum videntur dicere voluisse, Dominum nascendo, nullam aperturam in alvô virginali fecisse, corpusque suum ad tantam subtilitatem tenuitatemque redegisse, vt virgineus meatus ad egressum illi sufficeret, eumque pariter januis non apertis ad Discipulos esse ingressum, quoniam corpus ejus gloriosum tam subtile foret ut poruli illi qui aëri sufficiunt ad ingressum, ei quoque sat fuerint. Quæ opinio, licet nullomodò verisimilis, permultorum tamen fuit ex veteribus. Sic enim Epiphanius: *p Dominus corpus suum mutavit in tenuitatem spiritualem, & spirituale totum coïnuit, januis clausis ingrediens, quod contingere nequit corporibus nostris hîc existentibus, quia crassiora sunt, & nondum in tenuitatem spiritualem coïnita.* Et Gregorius Nyssenus: *q* Corpora post resurrectionem *ad tenuitatem aëriam reconcinnabuntur.* Et Augustinus: *r in cœlestibus nulla caro* (crassa, scilicet) *sed corpora simplicia & lucida quæ appellat Apostolus spiritualia, nonnulli autem vocant æthrea.* Et rursum de corpore Dominicô loquens: *s Si potuit ante passionem illud clarificare sicut splendorem solis, quarè non potuit & post passionem ad quantam vellet subtilitatem momentò temporis redigere, ut per clausa ostia posset intrare?* Et Chrysostomus de eodem: *t adeò tenue & leve erat vt januis clausis intraverit, crassitudine omni carens.* Quibus similia habet & ipse Theodoretus in *u* Epistolâ ad Monachos Constantinopolitanos. Verum, quis indè concluderet, eos censuisse Domini corpus locum tunc non occupasse, aut corpora nostrûm post resurrectionem locum non occupatura? Aër ipse, quanquàm subtilissimus, nonnè locum occupat?

Theodoretus.

CAPUT VI.

SUPEREST, inquit *a* Perronius, *ut locum hunc in formâ expendamus, quem Plessæus in recenti libri sui editione multò fusius refert quàm in præcedentibus.* Minimè autem opus est, ut omnia quæ hîc affert minutiûs excutiamus. Nam ex septem objectionibus quas ex Illustr. Plessæô sibi proponit, prima & sexta suprà à nobis confirmatæ sunt adversus ipsius responsiones quas verbotim repetit, tertia recurret in dialogi tertij examine, quarta levis est & parvi momenti: tres igitur tantum, licet jam partim examinatæ, retractandæ tamen veniunt propter sophistica nonnulla ab eô addita.

a Cap. 11.

Prima ergò ducitur ex eô quod Theodoretus Eucharistiam appellet, *imaginem corporis & sanguinis Christi.* Nam cum Eranistes confessus esset, mystica symbola Deo à sacerdotibus oblata, symbola esse veri corporis *ac sanguinis*, Orthodoxus ei respondet: *Optimè. Oportet enim imaginis extare Archetypum: Nam pictores naturam imitantur, & eorum quæ videntur imagines pingunt.* Argumentum autem ejusmodi est: Imago aliud est ab eô cujus imago est. At panis & vinum Eucharistiæ corpus & sanguis Christi appellata, sunt imago corporis & sanguinis ipsius; Ergo. Respondet primo, ut videtur, negando majorem: Ait enim, *nonnè Theodoretus in eodem dialogô, filium imaginem, & patrem archetypum appellat?* Apostolus, *inquit*, filium appellavit imaginem. *Et paulo post*: verum est quod dixi, non habere imaginem omnia quæ Archetypum habet. *Et alibi nonne refert hæc verba Alexandri Alexandriæ Episcopi*; *b* imago est exactissima & immutabilis Patris, imago autem plena esse debet ijs omnibus per quæ Archetypum repræsentatur? *Et tamen quis ideo dixerit, eum velle, filium non esse ejusdem cum Patre substantiæ? Imo nonne dicit in secundam ad Corinthios Epistolam*, *c* Apostolus Christum appellat imaginem Dei, tanquam Deum de Deo: *Et rursum*, *d* imago est quæ designat eamdem substantiam, *in epistolam ad Colossenses?* Sed hæc eum parùm juvant. Nam axioma est totius antiquitatis, ut suprà in Clemente & Eusebiô probavimus, *imaginem* quâ imago est *non idem esse cum eô cujus imago est*: cujus ratio est, quia imago est in ijs quæ sunt ad aliquid, nihil autem esse possit relatum & correlatum. Undè & ipse Theodoretus ait: *e imago figuras, sed non res habet.* Nec obstant

b Basil. Seleuc. hist. l. 1. c. 4.

c In 2. ad Cor. 4. 4.

d In epist. ad Colos. 1. 15.

e In Daniel. l. 2. c. 2.

---

b Σῶμα ἡ εἰκὼν σῶμα ἐστί, τὸ πρότερον ἔχον περιγραφήν.

i Orat. 34. Σῶμα οὐ σώματος ἐστιν, ἅτε ἀόριστον.

k Contr. epist. Manich. c. 16.

l Conter. sermon. Fastidios.

m De Spiritu S. l. 1. c. 10.

n Edit. cum Origene philocalia. Σῶμα γὰρ λέγ' σώματος χωρῆσαι ἀδύνατον. ὁ δὲ λέγων ἄλλο, εἰς ἄλλο σῶμα δύνασθαι χωρῆσαι σῶμα λέγ' σώματος, μάλιστα μὲν ὁ λόγος ἀδύνατος. ὅτου γὰρ ἅπαξ ἡ ἀρχὴ τοῦ λόγου λάβηται, p Haref. 64. εἰς ἀνωλέθρους μεθόδους ἀνυπομόνως, εἰς πανσυλλογὴν ὅλων συντάσεως ἀπορρήτου ἀνθρώπων πλανωμένων. ἅπερ εἰκὸς ἐκβῆναι τῷ ἀμέτρῳ σώματι τῶν λεγόντων τὸ σωχωρεῖσθαι, εἰς ὃ καὶ οἱ λιτολόγοι συντάσσονται τοῦ σωματικοῦ.

o De anim. & resurrect. Ἀλλ' οἱ λεπτύνοντες αὐτὸ εἰς ἀναιθρίαν μεταπλάττουσι τὸ σῶμα.

p De fide & Symbolo cap. ult.

q De agone Christ. c. 24. *r* In Ioan. hom. penult. τὸ δὲ ἄνευ λεπτὸν καὶ κοῦφον, ἀλλὰ πολλαπλάσιον ἐκείνου ὄγκου, σωχώρησιν οὐκ ἐποίησε. *u* Epist. 145. vid. & Isidor. Pelus. l. 2. epist. 43. & l. 3. epist. 77. & Ammonium caten. in Ioan. c. 20.

obstant

Theodoretus.

obſtant, quæ ſibi perſuadet Adverſarius ſe in contrarium afferre. Primò enim, ut rectè notat Cyrillus Alexandrinus, f *diſtinguenda ſunt imaginis ſpecies*, &c. *Nam vna eſt prima naturalis identitatis in immutabilibus proprietatibus, ſicuti Abel ex Adam, & Iſaac ex Abraham: ſecunda verò quæ conſiſtat in ſolâ characteris effigie & exacta forma expreſſione, velut Regis in ligno pictura*; hoc eſt, aliam eſſe naturalem & vivam, & aliam artificialem, inter quas magna ſanè differentia eſt. Imago enim viva & naturalis ejuſdem naturæ eſſe debet cum eo cujus imago viva & naturalis eſt: artificialis verò non item. Teſtatur Theodoretus in hoc ipſo dialogo: *Regias imagines*, g inquit Orthodoxus Eranistæ, *nonnè regias imagines vocas?* Er. *Omninò.* Orth. *Et tamen non omnia habent quæ Archetypum habet. Primò enim inanima ſunt & rationis expertes: deindè interioribus membris carent, corde, inquam, & ventre, & hepate, & cæteris quæ his conjuncta ſunt. Ad hæc, ſenſuum quidem ſpeciem præ ſe ferunt, ſed eorum efficaciam non exercent.* Panem autem & vinum Euchariſtiæ imaginem eſſe, non naturalem, ſed artificialem, & res ipſa clamat, & patet ex Theodoreto ſacerdotes eam conficientes cum pictoribus, *qui naturam imitantur & verum quæ videntur imagines pingunt, comparante*: Unde neceſſariò ſequitur ea non habere naturam earum rerum quarum ejuſmodi imago ſunt, hoc eſt, corporis & ſanguinis Chriſti, quantumlibet corpus & ſanguis ejus appellentur. Deinde, verum quidem eſt, Dominum eſſe talem Patris *imaginem quæ deſignet eamdem eſſentiam*, ut rectè Theodoretus obſervat: Verum, eamdem eſſentiam non deſignat, ex eô quod imago ſit: ſi enim imago foret eſſentiæ Patris, ab illâ ſane differret, proût jam alibi ex Bellarminô monuimus; ſed ex eo quod hæc imago viva & naturalis ſit: *inanimæ imagines*, inquit ibidem ſe explicans, h *non habent ſubſtantiam eorum quorum ſunt imagines, viva autem imago & nullam habens differentiam eamdem naturam habet cum Archetypo.* Nam quâ imago neceſſariò differt ab eo cujus imago eſt, videlicet à Patre cujus perſonæ imago eſt. Quod & jamdudum monuit Nicephorus Conſtantinopolitanus, quaſi ex profeſſo Perronij objectionem refellens. Nam poſtquam obſervaſſet, i *omnis imago alia eſt ab eo cujus eſt imago*, immediate ſubjungit: *quod ſi filium dicit ſcriptura imaginem Patris, at ſi non naturâ, hypoſtaſe tamen & perſonâ filius differt a Patre.* Imo ipſe Theodoretus: k *hoc conſidera, quod divinus Apoſtolus filium appellavit imaginem Patris, Dicit enim, qui eſt imago Dei invisibilis.* Er. *Quid ergo? An non habet omnia filium quæ Pater?* Or. *Pater non eſt, nec ſine principio, nec ingenitus.* Er. *ſi hæc haberet, non eſſet filius.* Or. *Verum eſt igitur quod dixi, non habere imaginem omnia quæ archetypum habet.* Vnde rurſus retorquetur argumentum. Nam quemadmodum Chriſtus quià eſt imago perſonæ paternæ, ideô alia perſona eſt à Patris perſonâ, ita & panis ac vinum Euchariſtiæ, cùm imago ſint corporis & ſanguinis Chriſti poſt conſecrationem, aliud ſunt à corpore & ſanguine Chriſti, hoc eſt, ſubſtantialiter corpus illud & ſanguis non ſunt. Secundò reſpondet Perronius, *Veteres ob varios reſpectus, Euchariſtiam quæ eſt imago, compendium & epitomè omnium Chriſti myſteriorum & miraculorum, imaginem corporis Chriſti vocabant; ſed vnum ex præcipuis eſſe, reſpectu incarnationis, idque propter duas conformitates: prior, quià quemadmodum in incarnatione panis cæleſtis, panis Angelorum, panis de cælô deſcendens caro factus fuerat, ſic & in Euchariſtiâ panis terrenus, panis elementaris, panis materialis fit caro: poſterior, quia ſicut in incarnatione purus & immaculatus ſanguis Virginis ex pane & potu quæ pro alimentô ſumebat, productus, per ſolam Spiritûs Sancti operationem & abſque interventione vllius agentis naturalis factus eſt proprium Chriſti corpus, ſic & in Euchariſtiâ panis & vinum ad conſecrationem propoſita, per ſolam ejuſdem Spiritûs operationem & abſque interventione vllius agentis naturalis corpus & ſanguis Chriſti fiunt. Et propterea S. Iuſtinus Martyr ait,* l Chriſtum inſtituiſſe Euchariſtiam ad memoriam corporificationis ſuæ. Et m *alibi comparat myſterium incarnationis cum Euchariſtiæ myſterio, in eo quod* quemadmodum Chriſtus factus caro, habuit per Verbum Dei carnem & ſanguinem, ſic panis & vinum Euchariſtiæ à Verbô benedicta ejuſdem verbi caro facti caro & ſanguis ſint: *Et Damaſcenus in eo quod ſicut in myſterio incarnationis Spiritus Sanctus ſupervenit in Virginem, & ſubſtantiam ex eâ ſumptam corpus & ſanguinem Chriſti fecit, ſic & in Euchariſtiam ſuperveniat Spiritus Sanctus, & dona propoſita corpus & ſanguinem Chriſti efficiat. Ideoque Gelaſius incarnationem appellat* myſterium principale, *hoc eſt, originale, Euchariſtiam* imaginem: *hoc ipſo innuens, ſe Euchariſtiam, corporis Chriſti imaginem appellare reſpectu corporis Chriſti ſpectati velut termini productionis hypoſtaticæ, cujus ratione corpus Chriſti ſpectatum inſtar termini productionis Euchariſticæ, locum imaginis tenet propter ſimilitudinem quæ intercedit inter utramque productionem. Quid autem eſt in hac imaginis ſpecie, quod deſtruat, imo potius quod non confirmet veritatem & realitatem?* Sed hæc nullius momenti ſunt. Primò enim quod ait, Euchariſtiam *imaginem, epitomen & compendium eſſe omnium myſteriorum & miraculorum Chriſti*, expoſitione indiget. Nam ſi intelligat, eam *imagi-*

f *In Ioan. cap. 5. 23.* Διαστέλλεσθαι δὲ εἰκόνος τὰ εἴδη, &c. μία μέν, ἥτις ἐξ ἀρχῆς τὴν πρὸς φύσιν ταυτότητα σώζει ἀδιάλλακτον· ἑτέρα δὲ ἰδιώματος ἐστὶ χαρακτὴρ, οἷος ἐξ Ἀδὰμ ὁ Ἄβελ, ἢ ἐξ Ἀβραὰμ ὁ Ἰσαάκ. διαφέρουσα δὲ πολλὴ, ἡ μὲν ζῶσα καὶ φύσει τοῦ ἐξ οὗ χαρακτὴρ ἐστὶ, καὶ τὸ ἀπαράλλακτον ἔχουσα· ἡ δὲ βασιλέως εἰκὼν ἐν ξύλῳ γραφή.

g τὰς βασιλικὰς εἰκόνας, ἦ καλεῖς βασιλικὰς εἰκόνας; Er. ναὶ, φησί. Or. μὴ δὲ πάντα ἔχει ἃ ἔχει καὶ ἡ ἀψυχὸς καὶ ἄλογος εἰκὼν τῶν ἐν τοῖς ἀρχετύποις ὑφεστώτων, &c.

h *In Cap. 1. epiſt. ad Coloſſ.* ἄψυχοι εἰκόνες οὐκ ἔχουσι τὴν ὁμοίαν τούτοις ἀπαρχὴν τῶν οἰκείων· ἡ δὲ ζῶσα εἰκὼν, καὶ τὸ ἀπαράλλακτον ἔχουσα πρὸς αὐτὸ ἰσχυρὸν φύσει τῷ ἀρχετύπῳ.

i *Vid. Chryſoſt. in Ioan. homil 7. in Græc.*

i *De Cherubin c. 5. jam ſupr. cit.*

k *Dialog. 2.* σκόπησον δὲ καὶ τόδε τὸ νῦν. ὁ θεῖος ἀπόστολος εἰκόνα τὸν υἱὸν ἔφη τοῦ πατρός. ἴσον δέ, ὡς ἴσον εἰκὼν τοῦ ἐξ οὗ ἐστὶν, ἢ ὁμοούσιος. Ερ. τί οὖν, εἰ πάντα ἔχει ὁ υἱὸς ὅσαπερ ὁ πατὴρ; Ορ. πατὴρ μὲν ἐστι, οὐκ ἀνάρχου, οὐκ ἀγεννήτου. Ερ. εἰ τοῦτο οὐκ ἔχει, οὐκ ἂν εἴη υἱός. Ορ. ἀληθῆ μὲν ἃ λέγεις· οὐ τοίνυν ἐρῶ, ὡς ὁ υἱὸς ἃ πάντα ἔχει ὅσα τὸ ἀρχέτυπον ἔχει.

l *Dialog. cum Tryphon.*

m *In Apolog.*

Digitized by

Theodoretus.

hem esse omnium ejus mysteriorum & miraculorum, quatenus cum sit imago illius, symbolum quoque sit quodammodo actionum ipsius, id licet ἀκύρως dictum, tolerari & dari possit. Sin autem mens ipsius sit, Eucharistiam *miraculum* esse tantum, ut quasi *epitome* sit *omnium miraculorum* quæ operatus est Christus, purum putum commentum est veteribus incognitum. Augustinus enim Eucharistiam perinde ac alia sacramenta extrà Classem miraculorum ponit, inquiens: a *honorem tanquam religiosa possunt habere, stuporem tanquam mira non possunt.* Secundo, vere quidem dici potest, Eucharistiam ad incarnationem referri, & illius *imaginem* esse. quamquàm non propter conformitatem ab Adversariô propositas juxtà sensum quô eas exponit, quemadmodum suprà in Justinô ostendimus, & infrà in Gelasiô, Deô dante, docebimus; Sed quià, cum imago sit imago veritatis, quoniam, ut ait Theodoretus, *naturam imitatur*, corporis autem Christi Eucharistia imago sit, sequitur, verum corpus illum habere, ac proinde verè *corporificatum* fuisse, sicut Justinus loquitur. Nihilominus, propriè loquendo, proprium objectum seu *archetypum* ab Eucharistiâ tanquam *imagine* significatum, non est corpus Christi spectatum, velut *terminus productionis hypostatica*, sed corpus illud quâ occisum ac mortuum. Testatur id, præter scripturam, ipsemet Theodoretus inquiens: b *Dominus ipse, non naturam invisibilem, sed corpus se daturum promisit pro mundi vitâ, panis, inquit, quem ego dabo, caro mea est quam ego dabo pro mundi vitâ. Et in divinorum mysteriorum traditione symbolô accepto dixit, hoc est corpus meum quod pro vobis datur, aut, juxtà Apostolum frangitur.* Et in his ipsis Dialogis Eranistam inducit ita loquentem: c *cum accepisset ac fregisset ac Discipulis divisisset, dixit, hoc est corpus meum quod pro vobis datur: seu frangitur, secundum Apostolum*, &c. Orth. *Divinitatis ergò non meminit, passionis typum ostendens.* Er. *nequaquam.* Or. *Sed corporis & sanguinis.* Er. *Verum est.* Or. *corpus ergo cruci affixum est.* Verum, quià actio & passio rei, quocumque tempore contingat, semper rei illius agentis aut patientis existentiam ac veritatem præsupponit ac complectitur, ideo quamvis Eucharistia, strictè & exactè loquendo, imago sit corporis Christi directe quâ patientis ac mortui, late tamen loquendô dici potest, eam quoque esse ipsius typum & imaginem, sive sub incarnationis terminô, sive sub aliô etiam spectati. Atque ita se res habet in locô de quô contendimus. Theodoretus enim Eucharistiam hic appellat *imaginem corporis Christi*, non respectu corporis Christi in actu passionis spectati, non rursum ejusdem considerati tanquam *termini productionis hypostaticæ*, ut falsissimè supponis Perronius, sed ejusdem, tanquam per resurrectionem, imo & ascensionem glorificati. Eò enim deduxerat Eranistam per varia quæ assignabat, aut, potius quæ eum assignare fingit vnionis instantia, ut ad ascentionis tempus confugeret ac diceret: d *post assumptionem in cœlos non puto demonstrare te posse corpus a viris Spiritu Sancto afflatis esse appellatum.* Si quidem sic loquitur paulo ante discursum de Eucharistia. Et rursum in argumentô quod ex Eucharistiâ deducit: *Sicut*, inquit, *symbola corporis & sanguinis alia sunt ante sacerdotalem invocationem, post invocationem vero mutantur, & alia sunt, ita Dominicum corpus post assumptionem in divinam substantiam mutatum est.* Nam per *assumptionem* non intelligit incarnationem, quemadmodum Perronius ridicule præsupponit, sed *assumptionem in cœlos* de quâ ante locutus erat, & quam contractè *assumptionem* vocat, quemadmodum & scriptura. e Quod & similiter patet ex Orthodoxi ad hoc Argumentum responsione, in qua illi dicit: *Confer imaginem cum archetypo & videbis similitudinem. Illud enim corpus priorem habet formam, & figuram, & circumscriptionem, & (ut, semel dicam) corporis substantiam, immortale autem post resurrectionem factum est, & corruptione superius, sedemque a dextris adeptum, & ab omni creaturâ adoratur, quâ Dominus natura* (id est, Dei) *corpus appellatur.* Verùm Perronius id vafrè dissimulavit, ut responsionem suam funditus evertens. Si enim Eucharistia à Theodoreto hic appellatur *imago* corporis Christi sub glorificationis termino spectati, impossibile prorsus est, ipso fatente Perronio, Theodoretum per *imaginem* intelligere idem corpus spectatum tanquam *terminum productionis Eucharisticæ.* Nam corpus illud spectatum quâ terminus productionis Eucharisticæ, ex hypothesi Perronij, est vivens, animatum & glorioſum. Imago igitur nullomodo esse potest sui ipsius sub glorificationis termino spectati, qualiter hoc loco a Theodoreto consideratur. Nam suprà Perronius ipse diserte confessus est, f *absurdum & impossibile esse idem subjectum in eodem statu constitutum & sub iisdem respectibus, conditionibus & circumstantijs spectatum, seipsum significare, ac signum & rem significatam simul esse.* Deinde, Theodoretus aperte indicat, *imaginem* illam corporis Christi quam appellat, & corpus ipsius *archetypum* non ejusdem naturæ & substantiæ esse. Ait enim imaginem illam, *imitationem* esse naturæ Archetypi: *oportet*, inquit, *imaginis extare Archetypum. Nam pictores naturam imitantur & rerum quas vident imagines pingunt.* Atqui corpus Christi quod ab Adversarijs in Eucharistiâ esse fingitur, ejusdem est naturæ cum corpore Christi glorificatô, si quidem ipsummet Christi glorioſum corpus est: non igitur illud corpus est quod Theodoretus intelligit per *imaginem*

a *De Trinit. l. 3. c. 10.*

b *Epist. 130. cit. cap. 4.*

c *Dial. 3.* λαβὼν καὶ κλάσας, καὶ τοῖς μαθηταῖς δοὺς εἶπε τοῦτό μου ἐστὶ τὸ σῶμα τὸ ὑπὲρ ὑμῶν διδόμενον, ἢ κλώμενον, κατὰ τὸν Ἀπόστολον, &c. Or. ἢ οὐκ οἶσθα θεότητος ἐπιφημίσαντα καὶ πάθους τὸν τύπον ἐκφαίνοντα; Εr. ναὶ δῆτα. Or. ἀλλὰ σῶμα ἐσταύρωτο καὶ ἔθαπτο. Εr. ἀληθῶς. Or. Σῶμα ἄρα τοῦ τεθνεῶτος ἀπετέλεσε.

d ἀλλ' οὐ τὸ σῶμα μετὰ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἀνάληψιν, σῶμα ἅγιον ὑπὸ τῶν πνευματοφόρων ἀνδρῶν ὀνομασθὲν φήσω σε δεῖξαι.

e *Luc 9. 51. Act. 1. 2. 11. 22.*

f *Ep. 516.*

Theodoretus.

corporis. Sed rursùs, per *imaginem corporis* id ipsum designat quod *post sanctificationem corpus Christi appellatur*, ut Orthodoxus innuit: Ergo quod post sanctificationem corpus Christi appellatur imago est corporis ejus, ipsius *naturam* ac substantiam non habens, sed ipsius tantummodò *imitationem* ac similitudinem. Deniquè, per *imaginem* id ipsum designat quod per *symbolum corporis*. At ipsemet testatur se per *symbolum* designare, *cibum ex talibus seminibus*: quod de ipsomet Domini corpore exponi non potest, sèd tantùm de pane.

Secunda instantia ducitur ex his interlocutionibus, *Quomodo*, inquit Eranistes, *appellas donum quod offertur ante invocationem Sacerdotalem*? Orth. *Aperte dicendum non est: Verisimile enim est adesse aliquos mysteriis non initiatos.* Er. *Responsio fiat enigmaticè.* Orth. *Cibum ex talibus seminibus.* Er. *Alterum vero Symbolum quomodò vocamus*? Orth. *Commune & hoc nomen est potùs speciem significans.* Ad quæ verba Perronius ait nos observare, obscuritatem quam Theodoretus servari volebat coràm haud initiatis, in eô fuisse positam, ut coràm illis taceretur Christianos pane & vinô uti in mysterijs suis, Respondet autem: *Quasi verò idem Theodoretus, & postquam professus esset se enigmaticè responsurum, non dixisset in primô dialogô*, Fructus vitis expressus quomodò appellatur? appellatur vinum. *Et paulo post*: sicut mysticum vitis fructum post Sanctificationem sanguinem Dominicum appellamus, sic veræ vitis sanguinem uvæ sanguinem nominavit. *Et rursùs*: in traditione mysteriorum panem appellavit corpus, & quod mixtum erat sanguinem. *Quod igitur Veteres Christiani haud initiatis celabant, non erat, mysteria Eucharistiæ ex pane & vinô confici. Quod enim scandalum id potuisset afferre Ethnicis qui in mysteriis Mithræ panem offerebant, ut* a *Tertullianus observat, & in mysteriis Cereris panem & vinum, unde nonnulli eorum credebant Christianos socios suos esse in Bacchi & Cereris adoratione*? Nonnulli, *inquit S.* b *Augustinus*, nos propter panem & calicem Cererem ac Liberum colere existimant. *Persius quoque ajebat*: c Admoveant templis & farre litabo. *Sed quod Christiani celabant, quodque haud initiati absque derisionis & scandali periculo audire non poterant, erat, creaturam vilem, & corruptibilem, qualis panis est, in formâ & naturâ externâ panis remanentem, fieri corpus Christi, & quidem non corpus mortuum & inanimatum, sed corpus vivens, animatum & gloriosum, corpus divinitate repletum, corpus divinum, corpus deificatum, demque fieri personaliter Deum, quemadmodum ait Hildebertus Cenomanensis,* d *fit cibus hic ex pane caro, Deus ex elementô. Illud est quod haud initiati absque derisionis & scandali periculo audire non poterant. Illud est propter quod Tertullianus uxori suæ suadens ne post obitum suum infideli nuberet, Nesciet, maritus, ejebat*, quid secretò antè omnem cibum gustes, & si sciverit panem, non illum credet esse qui dicitur. *Id erat propter quod Maximus Madaurensis ab Augustinô quærebat*, f quis sit iste Deus quem vobis Christiani quasi proprium vendicatis, & in locis abditis præsentem vos videre componitis? *&c.* Sed mirum est Perronium excutire in re tam clarâ. Nam primò, si quod Veteres haud initiatis celabant, non erat, Christianos simplici panis ac vini oblatione uti, quamobrem Theodoretus refugeret panem & vinum nominare, & ea per periphrasin obscuram *cibi ex seminibus & speciei potùs* designare? Quamobrem induceret Orthodoxum Eranistæ dicentem, g *Memineris quid accipiens Dominus fregerit, quomodo autem acceptum nominaverit*: Et Eranistam respondentem, *propter non initiatos mysterio convenientius dicam, cùm accepisset & fregisset ac Discipulis divisisset, dixit, hoc est corpus meum*, &c; nisi panem celare vellet? Quid enim Dominus *accepit & fregit* nisi panem? Quamobrem Augustinus in sermone coràm Catechumenis factô, diceret, h *Dominus cum commendaret ipsum corpus suum accepit in manus suas quod norunt fideles*; nisi propositum illi esset de pane tacere? Quamobrem rursùm diceret, i *Nesciunt Catechumeni quid accipiunt Christiani*, nisi propter panem & vinum? Orthodoxus enim hic agnoscit, se *corpus Christi percipere*. Nec obstant tria illa Authoris nostri loca quæ in contrarium ab Adversario objiciuntur. Nam, ut taceam in primo illorum nondum de Eucharistiâ agi cœpisse, in secundò sermonem quidem de illâ esse, sed obscuramento addito *mysticum vitis fructum* eam nominari, in tertio denique, mentionem haberi *panis* quià aliter fieri non poterat, & *ejus quod mixtum est* confusè & ænigmaticè, in toto autem opere deinceps panem & vinum nullomodò nominari, sed perpetuò, aut reticeri prorsùs & prætermitti in mysteriorum mentione, aut ænigmaticâ circumlocutione innui, aut *mystica symbola* appellari; notandum est, nullos haud initiatos huic colloquio re verâ adfuisse, sed Theodoretum ideò tantùm monere, non esse apertè loquendum de mysteriis, quasi haud initiati nonnulli interfuissent, ut doceret quid illis præsentibus esset præstandum, hoc est, à panis & vini mentione quantùm fieri posset abstinendum, nec ea nisi in casu necessitatis nominanda. Secundò dico, id quod haud initiatis à Veteribus celabatur propter contemptûs & scandali periculum, non Id simpliciter fuisse, panem & vinum adhiberi in Eucharistiæ mysterio, sed panem & vinum unicam esse oblationem quæ sub Novo testamento supereset facienda. Metuebant enim, nè Judæi & Ethnici varias vi-

a *De præscript.* c. 40.

b *Contr. Faust. l.* 20. c. 13.

c *Satyr.* 2.

d *De Mysteriis Missæ.*

Theodoretus.

e *Ad Uxor. l.* 2. c. 5.

f *Apud. August. epist.* 43.

g *Dialog.* 3. *supr. cit.*

h *In Psalm.* 33. *Conc.* 2.

i *In Joan. tract.* 12.

Digitized by Google

Theodoretus.

os victimas, imò & Hecatombas Deo offerri solitos, Christianam religionem pro simplicitate suâ haberent deridiculo & eam aversarentur, ut quæ victimis careret ad Deum propitiandum idoneis. Tertiò, falsissimum est, id quod ab illis occultabatur, hoc fuisse: panem scilicet materialem corpus Christi gloriosum, imo & *Deum ex elementô*, ut Hildebertus loquitur, substantialiter fieri. Nam si ita foret, & ea esset Theodoretimens, Eucharistiæ secretum haud initiatis proderet. Ait enim, *donum quod offertur post sanctificationem corpus & sanguinem Christi appellari, & se illud tanquàm corpus ac sanguinem Christi percipere, & credere se, symbola id esse facta quod esse dicuntur.* Non igitur illud erat Eucharistiæ secretum, eô sensu quem Perronius hîc proponit intellectum. Sed ampliùs addo, Veteres non modò nihil minùs cogitasse quàm quod illis affingitur, sed & contrarium disertè esse professos. Arnobius enim ait contrà supra memoratam Hildeberti Theologiam k *Deus, neque genitus scitur, neque novum in lucem aliquando esse prolatus.* Lactantius ridet eos, l *qui Deos esse factos ex hominibus fatentur*: quantò magis eos qui *ex elementô Deum?* Chrysostomus: m *quomodo Dy, qua sunt?* Denique ipsemet Theodoretus: n *quis sana mentis, &c, Deum appellaverit id quod vere Deo oblatum tandem ipse comedit?* Atqui Eucharistiam Deo primitùs offerri, deinde participari idem in his dialogis docet: Deum igitur illam appellantes ac verè talem esse dicentes, sanæ mentis esse negat. Ad Tertulliani autem & Augustini loca quod attinet, ea in superiori utriusque examine à Perroniano sensu à nobis vindicata sunt, ut minimè necesse sit in ijs expendendis immorari.

k *Contra Gentes lib. 1.*

l *Libr. 1. c. 38.*

m *De pœnitent. hom. 5.*

n *In Levitic. q. 11.*

Tertia deniquè instantia est, o *Theodoretum argumentum Eranistæ rejolvere ex confessione nostrâ.* Quod sanè verissimum est. Nam cum objecisset Eranistes, *sicut symbola Dominici corporis & sanguinis alia sunt antè sacerdotalem invocationem, post invocationem verò mutantur & alia sunt, ita Dominicum corpus post assumptionem in divinam substantiam mutatum est*; respondet Orthodoxus, *eum retibus quæ texuerat captum esse.* Nam verè quidem dixerat, *symbola mystica post invocationem mutari & alia fieri*: verùm illud ei, non modò non proderat, sed etiam prorsus oberat, quoniam, inquit Orthodoxus, *symbola mystica post sanctificationem à propriâ naturâ non recedunt, sed in priore substantiâ & formâ & figurâ manent*; undè & à simili sequitur corpus Christi post ascensionem in divinam substantiam non mutari. Cujus tamen contrarium à simili rectè colligeret Eranistes si post sanctificationem symbola mystica in propria substantiâ non remanerent. Respondet Perronius, *licet Theodoreti verba sic accipiendo*, symbola mystica manent in prioris substantiæ figurâ & formâ, *ejusmodi explicatio videri possit favere argumento Eranistæ, ibidem tamen poni remedium, nimirùm, conservationem accidentium quæ tanquam ala ac pedes Cantharidum antidotum sunt hæretici illum argumenti, & contra ipsum illud retorquendo, ei eripiunt, aut inutile reddunt: quæ si velit vti Eucharistiæ exemplo respectu substantiæ, patiatur quoque necesse est illud quoque contra seipsum adhiberi ratione accidentium, aut ab illo desistat.* Sed hæc jocularia sunt. Nam si Orthodoxi credebant, *symbola mystica per sanctificationem* quoad substantiam *mutari*, argumentum hæretici à simili rectè cõcludebat, *corpus quoque Dominicum post ascensionem quoad substantiam mutari*, ac ejus retibus Orthodoxi manifestè remanebant impliciti: nec accidentium conservatio eis tantillùm proderat, aut Eranistæ oberat. Poterat enim hoc sensu Orthodoxis concedere, quemadmodum accidentia panis & vini post sanctificationem remanebant, sic & accidentia proprietatesque corporis Christi post ascensionem remanere, sed nihilominùs absque causæ suæ detrimentô, nimirum, accidentibus ubiquè subsistentibus extraordinariâ virtute absque proprijs suis subjectis & substantijs.

o *Perron. cap.*

Theodoretus.

Verum, inquit Adversarius, si *Theodoreto propositum esset argumentum solvere per confessionem Sacramentariorum* (sic enim nos appellat, ipse verè sacramentarius) *discursus ejus non modò falsus & erroneus fuisset, sed etiam hæreticus & Nestorianus. Admitterè enim Eucharistiæ mysterium pro incarnationis imagine, & à conditionibus unius ad alteram argumentari, & inferre, quemadmodum in Eucharistiâ panis per consecrationem fit corpus Christi, sic & in incarnatione corpus è Virgine sumptum fieri proprium verbi corpus; & tamen supponere Eucharistiam corpus Christi non fieri nisi putativè, repræsentativè & significativè, id fuisset dare manus Nestorio, qui asserebat corpus è Virgine sumptum corpus Verbi non esse nisi putativè, repræsentativè & per gratiam.* Sed hæc prorsus inepta sunt. Nam Theodoretus hoc locô non agentis partes gerit, sed respondentis, nec Eucharistiam pro incarnationis imagine ponit, nec ex unâ ad aliam argumentatur, nec ait, quemadmodum in Eucharistiâ panis per consecrationem fit corpus Christi, sic in incarnatione corpus è virgine sumptum propriè fieri Verbi corpus; Fictitia hæc sunt & commentitia: sed tantummodô retorquet contrà Eranistam comparationem quam instituerat Eucharistiæ post consecrationem, cum corpore Christi post ascensionem, & quâ abutebatur, ac cùm dixisset, *symbola mystica post sanctificationem à priore naturâ non recedere*, sed *manere in priore substan-*

Theodoretus. *substantiâ, figurâ & formâ*, addit, *confer igitur imaginem cum Archetypô*, id est (non *Eucharistiam cum incarnatione*, ut falsissimè exponit Perronius, sed) Eucharistiam cum corpore Christi post ascensionem, *& videbis similitudinem. Oportet enim figuram esse similem veritati. Illud enim corpus priorem habet formam, & figuram, & circumscriptionem & ut in universum dicam, corporis substantiam, immortale autem est post resurrectionem & corruptione superius, sedemque à dextris adeptum*, &c, quemadmodum *symbola mystica post sanctificationem in priore substantiâ, figurâ & formâ remanent*, licet alia juxtà qualitatem facta, per additionem scilicet, significationis & efficaciæ. Quomodo autem Veteres Eucharistiam incarnationis *imaginem* contrà Eutychen dixerint, absque eô quod Nestoriofaverent, in Gelasiô infrà docebimus.

Ex Tertio Dialogo.

CAPUT VII.

TERTIUM Dialogum, cujus titulus est, *impatibilis*, Perronius ad finem primi præter ordinem expendit: nos illum hunc reducimus. Ex eô autem tibi tanquàm ex parte nostrâ objicit locum consideratione dignum, in quô cùm Eranistes dubitaret salutis nostræ meritum corpori Christi in cruce patienti tribuere, eo quod corpus non illi satis pretiosum videretur ad nos solâ suâ passione redimendos, & divinitatem quoque ipsam pati debere attereret; *Si corpus Christi,* a ei respondet Orthodoxus, *exiguum tibi ac vile videtur, quomodò typum ejus venerabilem & salutarem existimas? quomodò enim archetypum, cujus typus προσκυνητὸς venerabilis* (Perronius, *adorabilis*) *& honorandus est* (Eucharistia scilicet) *contemptibile & abjectum esse potest?* Ubi manifestè argumentatur à minori ad majus, & ostendens cultum qui typo tribuitur, hoc est, symbolo Eucharistico, inferius esse cultui qui redditur Archetypo, id est, proprio Christi corpori, consequenter declarat symbolum mysticum licet corporis Dominici appellatione ab ipsomet Dominô honoratum, inferius esse propriô Christi corpore, ac proindè non propriè & substantialiter illud corpus. Gravissimum sanè argumentum. Attendamus quid Perronius respondeat.

a εἰ τοῦτο ζητεῖς μικρὸν τι καὶ ἐυτελὲς, πῶς οὐκ τοῦτο ἀγνοῇ τὴν ζωοποιὸν ἐδὲ τὸ τοῦτο προσκυνητὸς καὶ σεβάσμιον, πῶς οὐκ τὸ λυτρωθὲν ὑπὸ τοῦ θανάτου καὶ ἀφθαρσίαν ἐνδυσάμενον;

Primò ergò locum hunc contrà nos retorquet, inquiens: b *Hinc apparet*, inquit, *sacramentum Eucharistiæ consuevisse adorari, & quidem juxtà Adversarios adoratione latriæ soli Deo communicabili. Theodoretus enim ibi non loquebatur de adoratione civili, sed de religiosâ. At nolunt Adversarij Patres unquàm admisisse ullam aliam religiosæ adorationis speciem, præter eam quæ soli Deo debetur.* Verùm respondeo, προσκυνεῖν & προσκυνητὸς non semper sumi, aut pro adoratione *pure civili*, aut pro *latriâ* uni Deo debitâ, ut Perronius falsò supponit, & nonnulli nostrorum forsan incautè dixerunt; sed interdum pro veneratione rebus sacris debitâ, ab utraque distinctâ. Sic enim Josephus loquitur de Samaritanis & Alexandrinis, c *templum quod est in Garizim* προσεκύνουν, *venerabantur*: non enim puto, illud *adorabant*. Et rursus apud eumdem Rex Demetrius jubet, d *nè quis Judæus aliud templum veneretur* προσκυνεῖν, *nisi Hierosolymitanum solum*. Quod & Valerius Maximus alicubi per *venerationem* exponit, inquiens: e *tuas aras, tuaque sanctissima templa veneratus oro*. Sic Nazianzenus de martyrum infantium matre, ait: f *rapiebat guttas sanguinis earum, recipiebat fragmenta membrorum,* προσκύνει τὰ λείψανα, *venerabatur reliquias*; non enim, credo, adorationem latriæ Sanctam fœminam reliquijs illis detulisse intelligit, cum laudet Basilium dicentem, g *nihil creatum adorare posse*. Et de præsepe Domini loquens: h *præsepe* προσκύνημα, id est, *venerare*. Sic Chrysostomus ait de Christianis, i *crucem* προσκυνοῦσιν, hoc est, *venerantur*: non enim adorationem intelligit, inquiens, k *creaturæ esse adorare, adorari verò ad naturæ Dominum pertinere*. Sic l Hidorus Peluſiota (ut & post ipsum m Moschus) *sepulchrum Domini* appellat προσκυνούμενον, hoc est, *venerandum*. Sic in Epistolâ Leonis II. græcè redditâ *thronus Apostolicus* n dicitur προσκυνητὸς. Sic Clerus Ecclesiæ Apameenis templa vocat o προσκυνητὰ πμένη, hoc est, ut Latina habet versio, *reverenda templa*. Sic libellus Monachorum ad Mennam & Synodum, *templum* sub nomine Leontij Martyris Deo dicatum, vocat p προσκυνητὸν μάρτυρος οἶκον, id est, *venerabilem Martyris domum*. Sic Justinianus Imperator baptismum q προσκυνητὸν, id est, *venerandum* nominat. Sic & quandò Damascenus, & Concilium Nicenum secundum προσκύνησιν imaginibus tribuunt, r Perronius ipse observat, abijs intelligi *simplicem venerationem & adorationem honorariam*, non autem latriæ cultum. Sic denique liber, cujus titulus, *Excerpta sententiæ Patrum de adoratione imaginum*, ait: s προσκυνήσεων, *adorationum una est eximia & supraminia posita adoratio quæ soli universorum Deo & omnia potestate suâ gubernanti* ἀ ἐ ἓν βασιλεῖ καὶ ἓν ἀλλοις ἄρχουσι ἔδωκε τὴν ὑπερέχουσαν προσκύνησιν, &c. ἀ ὁ τυραννικὸς καὶ βίαιος, &c. ἀ ὁ καὶ προαίρεσιν καὶ διαλλὰ, ἀκὴ λατρείαν ὡς πόλιν καὶ πίστιν, ὥσπερ τῶν πιστῶν ἓν ἀγαθὸν, οὕτω δεῖξαι λατρείαν κρατοῦντος, ἀλλὰ τὸν ἀγαθὸν θεὸν τιμητικὴν ἢ ὡς δι ἐκείνου εἰκόνα αὐτοῦ πιμητικὴν. ἀγάλματα, θεῖον καὶ ἀνθρώπου καὶ ταῦτα, ἀμέσου καὶ ἐκείνου.

b *Cap. 7. seu potius 8.*

a *Antiquit. l. 13. c. 6.*
d *Ibid. c. 5.*
e *Lib. 1. c. 6.*
f *Orat. 22.*
g *Orat. 20.*
h *Orat. 38.*
i *In 1. ad Cor. homil. 32.*
k *In Joan. hom 33. in Græc. τὸ προσκυνεῖν ἀπὸ τῆς κτίσεως, τὸ δὲ προσκυνεῖν τοῦ κτίσαντος πάντα.*
l *Lib 4. epist. 27.*
m *Prati spiritual. c. 48.*
a *In concil. 6. act. 18.*
b *concil. sub Menna act. 5.*
c *Ibidem longè antè.*
d *Novella 6.*
e *De Euch. l. 2. Author. 35. & 36.*
f *προσκυνούμενα μὲν ἐξαίρετα εἰκόνα πάντων ἐστὶν προσκύνησις, μόνον τοῦ τῶν ὅλων θεοῦ καὶ πατρὸς ἐξαιρέτως λατρείας θεοπρεπῶς προσκυνουμένου, εἰκὼν δὲ τοῦ λατρείας θεοπρεποῦς προσκυνουμένου καὶ πατρός. τῶν δὲ ἄλλων ἁγίων μὲν καθ' ὑπεροχὴν καὶ τὸ ἀξίωμα,*

debetur

Theodoretus.

debetur & attribuitur; qualis est ea quæ in latriâ & Spiritu consideratur: altera est secundùm excellentiam & dignitatem, qua Regibus & aliis principibus à subditis exhibetur, &c. *alia violenta & tyrannica*, &c; *alia denique voluntaria & honoraria, non secundùm latriam ex desiderio & fide, quam fideles Sanctis ut jam præstantiorem adeptis honorem propter Sanctorum Deum attribuunt, ut quæ per illos ad eum deferatur, Angelis item & divinis viris, honorandis quoque templis ac vasis pretiosis.* Cùm igitur verbum προσκυνεῖσθαι & nomina προσκυνητὴς & προσκύνησις ab eô derivata in tot significationibus accipi possint, nobis sufficere posset, quippè qui defendentium partes tueamur, si responderemus, Theodoretum quandò ait dialogô secundô, σύμβολα προσκυνεῖται, & in hoc tertiô τύπῳ προσκυνητὸς, hæc vocabula in quartâ significatione accipere; nempe, pro *veneratione*, quemadmodum in tot locis antè à nobis adductis, non autem in primâ, videlicet, pro *adoratione latriæ*: & Adversariorum foret contrarium nobis ostendere. Verùm ex abundantiâ juris probandum quoque suscipimus eam esse Theodoreti mentem. Nam reverentia illa, seu adoratio quæ debetur symbolis corporis & sanguinis Dominici corpus ejus & sanguis communiter appellatis, eadem est cum veneratione sacris calicibus, velis sanctis & aliis ejusmodi ad cultum Dominicæ passionis pertinentibus debita. Testatur Hieronymus in Epistolâ ad Theophilum Alexandrinum: g *Mirati sumus*, inquit, *in opere tuo utilitatem omnium Ecclesiarum, ut discant, qui ignorant, eruditi testimoniis scripturarum, quâ debeant veneratione Sancta suscipere, & altaris Christi ministerio deservire, sanctosque calices, & Sancta velamina & cetera quæ ad cultum Dominicæ pertinent passionis, non quasi mamma & sensu carentia sanctimoniam non habere, sed ex consortiô corporis & sanguinis Domini, eadem quâ corpus ejus & sanguis majestate* (id est, honore) *veneranda.* Atqui *adoratio* vasis sacris debita, non est *adoratio* latriæ, sed veneratio tantum honoraria, juxtà suprà memoratum excerptum sententiæ Patrum: Ergò *adoratio symbolorum* corporis & sanguinis Dominici, non est adoratio latriæ, sed honoraria tantùm veneratio. Nec juvaret respondere, Hieronymum loqui de propriô corpore & sanguine Domini, non de illorum typis ac symbolis. Id enim falsum esse patet, ex eô quod corpori & sanguini de quibus loquitur, non nisi eamdem venerationem tribuit, quam deferri vult omnibus quæ ad cultum Dominicæ passionis pertinent, ut *sacris vasis ac velis* & aliis ejusmodi, quibus, ut diximus, latria non est exhibenda. Corpus quippè proprium ut potè divinitati unitum in personâ coadorandum esse ipsomet latriæ cultu, apud h Adversarios in confessô est. Sed, quid in Hieronymô quærimus, quod ex ipsô Theodoretô nobis in promptu est? Theodoretus enim expressè affirmat, i *extremam esse dementiam* προσκυνεῖν, *adorare illud quod editur.* Ubi luce clarius est, illum de adoratione latriæ loqui. Atqui symbola & typi corporis Dominici eduntur: extremæ igitur vesaniæ est illa adorare. Nihilominùs asseritilla esse προσκυνητά. Intelligit ergò ea esse *veneranda*, non autem latriâ colenda & adoranda. Undè quoque consequitur illa substantialiter non esse proprium Domini corpus, cum ei in unione Verbi Latria sit exhibenda. At, inquit Milleterius, k *quandò Theodoretus ait*, σύμβολα προσκυνεῖται, *intelligit idem objectum adorationis nostræ, & eamdem adorationem, de quibus ait paulo post*, corpus Christi post resurrectionem immortale est, & à corruptione immune, sedemque à dextris adeptum & ab omni creaturâ adoratur, προσκυνεῖται, quià Domini naturæ corpus appellatur: *Corpus autem intelligit adoratione latriæ adorari.* Verùm duo illa, quæ in propositione suâ tantâ audaciâ asserit, falsissima sunt: quod apertissimè patet ex locô de quô jam agimus. Nam cùm Theodoretus dicat, *si corpus ipsum tibi exiguum & vile videtur, quomodò ejus typum venerabilem & salutarem existimas*; innuit, non modò corpus ipsum & typum ejus, idem objectum non esse, si quidem ab illô ad hunc argumentum ducit tanquàm ab unô relatorum ad aliud, sed etiam adorationem utriusque, non esse eamdem, majoremque ipsi corpori quàm ejus typo deberi. Sed & præter Theodoretum ratio ipsa id clamat. Quis enim sanæ mentis dixerit, *imaginem* Regis & *Regem* ipsum eodem prorsus honore esse colenda? Id certè negat ex ipsismet Adversarijs Peresius Guidixiensium Episcopus: *pugnare*, l inquit, *videtur cum imagine etiam in quantum imago est, ut eadem reverentiâ revereatur, quâ res cujus est imago.* Et rursum: *nec aliquis unquàm vidit, nisi tyranni alicujus fortè coactione interveniente, quod eadem veneratione veneretur imago ipsius quâ ipse Rex aut Imperator, licet minimè negandum sit aliquem honoremillius imagini deberi.* Quin & ipse Theodoretus in his dialogis monet hominem esse imaginem Dei: *an non*, m inquit, *homo imago Dei appellatur?* quis tamen ideò dixerit, eum eodem cum Deô honore esse venerandum? Nemo sanè. Nam, addit Orthodoxus, *in quibuscumque dederis ipsum imaginem esse, maximô intervallo abesse à veritate prorsus reperies.*

Secundò respondet Perronius, *Theodoretum non argumentari à minori ad majus essentiæ, sed à minori ad majus apparentiæ, nec dicere velle, si simplex typus qui res ipsa non est, Adorabilis*

Theodoretus.

h *Bellarm. de Euchar. l. 4. c. 29. §. Altera solutio.*

i *In Genes. q. 55.* ἀδιάφορον ἐστὶ τιμᾶν τὸ ἴδιον μόρφωμα τοῦ βασιλέως. *Vid. & in Levitic. q. 11. & Therapeutic. lib. 7.*

k *Pag. 876.*

l *Parte 3. de imaginibus.*

m *Dialog. 2.* ὁ αὐτόματον ἄνθρωπον τῆς ἰδίας εἰκόνος, ἢ οὐκ ἀληθῆ τὸν λόγον ἐρεῖ; οὐδεὶς ἂν εἴποι. ἐν ὁτῳοῦν οὖν ἂν εἰκόνα ἴδῃς, ἐκεῖνο εἶναι νόμιζε, οὗ ἐστὶν ἡ εἰκών. πολὺ μέντοι τὸ διάφορον ἐν τούτοις ἐστὶν εὑρήσεις.

g *Hieron. præfat. operis Paschalis Theophili.*

Theodoretus.

rabilis sit, (dicendum illi erat, *venerabilis*,) *à potiori rem ipsam multò magis esse; sed ipsius tantummodò mentem esse, si corpus Christi typi officium exercens & in formâ typi apparens per consistentiam suam sub speciebus sacramentalibus adorari debet & salutare censeri, potiori certè ratione idem Archetypi officium exercens & in propriâ formâ apertâ & visibili apparens in quâ passionem crucis pertulit, vile & contemptibile non esse putandum.* Sed hæc falsa & absurda sunt, plurimis de causis. Primò enim, si is fuisset Thodoreti sensus, hæretici ludibriò excepissent, & antecedens, & consequens argumenti Orthodoxorum. Respondissent enim, Catholicos falsò supponere corpus Christi gloriosum contentum esse sub speciebus sacramentalibus: ac, hoc quoque suppositò, non sequi, si corpus animatum, vivens & gloriosum, splendore & majestate repletum, venerabile sit & honore dignum, idem corpus languidum, ac plagis affectum, vulneribusque & sanguine defluens, ac totum deforme, ignominiaque plenum, potiori ratione venerabile esse & cultu dignum; imò citiùs, contrarium indè palam resultare. At, quis credat Catholicos adeo stolidè fuisse argumentatos? Secundo, perindè adhuc foret, ac si dixisset: Si aurum crumenâ contentum nec nisi subilla apparens, pretiosum est, quanto magis pretiosum est è crumenâ eductum & per se apparens? At quis sanus dicat, pretium auri augeri, quando è crumenâ educitur & videtur? Quamquam, nec sibi constat quod ait Perronius, *corpus Christi apparere sub speciebus sacramentalibus*, cum alibi dicat, *illud* a *ibi velatum esse*, *nec* b *corporalibus oculis videri.* Tertiò, Theodoretus in his dialogis perpetuò argumentatur ab Eucharistiâ tanquàm à typo, ad corpus Christi tanquàm ad rem seù veritatem, cujùs typus est: *Dic mihi*, [b] inquit Orthodoxus, *cujus putas symbolum ac typum esse sanctissimum cibum, divinitatis ne Domini Christi, an corporis & sanguinis?* &c? *corporis & sanguinis*, inquit. Et rursùm: [c] *Dic mihi, symbola mystica quæ Deo a sacerdotibus offeruntur, quarum rerum sunt symbola?* Er. *corporis & sanguinis Dominici.* Orth. *Veri-ne corporis, annon veri?* Er. *Veri.* Argumentari autem ex typô ad rem seu veritatem cujus typus est à minori ad majus, non est argumentari â minori ad majùs *apparentiæ*, sed à minori ad majus *essentiæ.* Ratio evidentissima est, & quidem ab ipsô Theodoretô indicata, quià *typus non omnia habet, quæ habet veritas*, hoc est, essentiam non habet veritatis cujus typus est. Sic enim se ibidem explicat, vbi loquens de Mose cui Deus dixerat, constitui te Deum Pharaoni, ait: [d] *typus erat ille veritatis. Typus autem non omnia habet quæ veritas. Quamobrem non erat ille naturâ* (id est substantia) *Deus licet Deus appellatus, ut typum impleret.* Et rursùm de Melchisedekô typô Christi comparatè ad Christum loquens: *Convenienter*, e inquit, *hæc illi tanquàm imagini & typo. Imago verò, sicut anteà diximus, non omnia habet quæcumque habet archetypum: Salvatori itaque hæc convenerunt natura & veritate.* Quartò, Theodoretus per *typum* corporis Christi intelligit *typum visibilem*, quemadmodum & in dialogô primò *typum & symbola visibilia* pro vnô ac eodem sumit. Atqui corpus Christi in Eucharistiâ non est vilibile, ut apud omnes in confesso est: Ergò Theodoretus per *typum* non intelligit Christi corpus. Respondere autem, *licet invisibile in se sit, visibile tamen esse mediantibus speciebus*, ridiculum foret. Nam eadem ratione dicerem, essentiam Dei esse vilibilem mediantibus speciebus assumptis. Id autem propriè sumptum falsum esset: Nam assumptæ formæ vilibiles quidem sunt, sed tamen essentia sêper invisibilis remanet. Denique, ne nimis prolixus sim in re perspicuâ, Theodoretus in hoc ipsô dialogô satis indicat quid per corporis patientis *typum* designet, idemne corpus invisibile, an verò panem visibilem. Sic enim interlocutores suos inducit loquentes: Ort. *Memineris quid Dominus fregerit, quidque acceptum nominaverit.* Er. *Propter eos qui initiati non sunt, mysterio convenientiùs dicam: cum accepisset & fregisset ac Discipulis divisisset, dixit, hoc est corpus meum quod pro vobis datur, aut* frangitur *secundum Apostolum; & rursus, hoc est sanguis meus qui pro multis effunditur.* Orth. *Divinitatis ergò non meminit passionis typum ostendens.* Er. *Nequaquàm.* Quidnam enim est quod Dominus *accepit* ac *fregit*, quodque propter haud initiatos Eranistes refugit nominare, nisi *panis*? Patet ex Evangelistis, & Paulô: *accepit panem*, inquiunt, *& fregit.* Quidnam denuò illud est, quod Dominus *acceptum & fractum*, corpus suum nominavit, nisi panis? Testatur ipsemet Theodoretus: [f] *in mysteriorum traditione panem corpus appellavit.* Per *passionis* igitur, seu, per *corporis patientis typum*, non ipsum Domini proprium corpus designat, sed *panem*: ac proinde, quandoquidem ait, *si typum corporis patientis*, id est, panis fractus, *venerabilis est, archetypum*, id est, corpus *contemptibile esse non potest*, apertissime ostendit se argumentari *à minori ad majus essentiæ*, & ex consequenti *typum* cum corporis Christi excellentiâ sit inferior, propriè corpus illud non esse. Verum Perronius ad solutionis suæ confirmationem tria objicit.

Primum est: *S. Paulus ad Hebræos scribit Patrem Domini nostri eum esse qui mundum fecit:* Deus, *inquit*, in temporibus novissimis ad nos locutus est per filium per quem fecit secula. *Addit*, Christum esse figuram substantiæ vel essentiæ Patris: *Sic enim locum hunc intellexerunt Basilius & Hieronymus, & usque ad eorum tempora.* Hypostasis & οὐσία, *jam*

distincta

a *p.* 526.
b *p.* 893.
[b] *Dialog.* 1.
[c] *Dialog.* 2.
[d] *Dialog.* 2. τύπος γὰρ ἦν ἐκείνου τῆς ἀληθείας. ὁ δὲ τύπος οὐκ ἔχει πάντα ὅσαπερ ἡ ἀλήθεια. διὸ καὶ οὐκ ἦν ἐκεῖνος φύσει θεὸς, ἀνακείσθω δὲ ὅμως θεὸς, ἵνα πληρώσῃ τὸν τύπον.
[e] *Ibid.* τῷ μὲν τύπῳ τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος Μελχισεδὲκ, ὡς ἐκείνῳ τὸ σῶμα καὶ τὸ αἷμα· ἡ δὲ εἰκὼν, ὡς πρὸς αὐτὸν ἀπεικασθεῖσα, ὅσα τὸ ἀρχέτυπον ἔχει τοῦ μὲν ἔστι τὰ πάντα ἔχειν τὰ τῆς φύσεως καὶ τῆς ἀληθείας.
[f] *Dialog.* 2.

Digitized by Google

Theodoretus.

distincta Theodoreti secundò, idem in scholis Græcis significaverant. Subjungit de filio dictum fuisse, adorent eum omnes Angeli. *Si igitur indè argumentari vellem adversùs eos qui contenderent, Creatorem mundi non adorandum, velut olim Manichæi aut Marcionitæ, & argumentum meum sic construerem*, si figura substantiæ paternæ adorari debet, quomodò substantia Patris vilis erit ac contemptibilis, *indè nè sequeretur, Christum esse simplicem figuram, exclusivam & non inclusivâ substantiæ paternæ, hoc est, substantiam Patris non esse in Christô & Christum non esse Patri Consubstantialem?* Respondeo, consequens illud quidem vitiosum fore, sed aliam prorsùs esse rationem consequentiæ quam è Theodoreti verbis elicimus. Nam antecedens argumenti nostri, nimirum, Eucharistiam typum esse corporis Christi à Theodoretô disertè ponitur, & verum est ex confessione ipsiusmet Perronij: Contra vero antecedens argumenti quod conficit, falsissimum est. Christus enim non est *figura substantiæ* paternæ, sed *hypostaseos*, id est, personæ ipsius, ut notant, præter Veteres à nobis *g* alibi citatos, ex ipsis Adversarijs *k* Bellarminus & Justinianus, quorum posterioris verba sunt: *recte filius non essentia, sed Patris imago appellatur.* Ac licet Veteres hypostasis & οὐσίας significationes aliquandò confunderint, ut id observat *l* Hieronymus (licet generaliter nimis) *de totâ secularium litterarum scholâ*, tamen si quandoque dixerunt, filium esse imaginem hypostaseos aut οὐσίας paternæ, per utrumque vocabulum *personam*, non *essentiam* intellexerunt, ut *m* Basilius ipse à Perroniò citatus testatur, ac inde concluserunt, filium non esse personam Patris; quandoquidem ejùs imago est. Plures adducere possemus, sed Theodoretus jam supra citatus pro omnibus sufficiet, in his ipsis dialogis id planissimè exponens, & Cardinalis instantiam quasi ex professo refellens: *Considera*, *n* inquit Orthodoxus, *quod divinus Apostolus filium appellavit imaginem Patris. Dicit enim, qui est imago Dei invisibilis.* Eran. *Quid ergò? Annon habet omnia filius, quæ Pater?* Orth. *Pater non est, nec sinè principiô, nec ingenitus.* Er. *Si hæc haberet, non esset filius.* Orth. *Verum est igitur quod dixi, non habere imaginem omnia quæ archetypum habet.* Ergò contrà Perronium fortissimè retorquetur ipsius instantia. Nam quemadmodum filius, eò quod sit *imago* personæ paternæ, paterna persona non est, sic etiam Eucharistia cum sit typus corporis Christi, ipsum Christi corpus non est.

Secundum est; *Calvinus in Exodum innuit Mosem adorasse visionem quæ ei apparuit in rubô ardente & scribit, id quod Moses Dei mandatô calceos exuit, symbolum externum adorationis fuisse*: colligimus, *o* inquit, eum edoctum fuisse symbola externa adorationis, ut trepidus & supplex in Dei conspectum accederet: *Si autem indè concluderem, contrà eos qui locum hunc reciperent, & nihilominus Marcionitarum aut Manichæorum instar, Creatoris mundi adorationem negarent, si concluderem, inquam, creatorem esse adorandum, & sic argumentum conficerem*; si typus creatoris in rubô apparentis, adorabilis fuit, quomodò archetypum adorabile non erit? *ideonè dicere vellem simplicem tantummodò Dei typum Mosi apparuisse, & archetypum, hoc est, Deum ipsum verè & realiter Mosi non apparuisse? Scriptura repugnaret quæ testatur Deum ei verè & realiter apparuisse, sed in formâ typi & sub specie mutuatâ, non autem in manifestatione nudâ & apertâ essentiæ propriæ. Et quandò Evangelistæ describunt descensum Spiritûs Sancti in Dominum sub specie columbæ, si quis eorum notasset S. Ioannem mysterium hoc adoravisse, ac indè concluderem adversùs eos qui negant Sancti Spiritûs adorationem; & sic argumentum construerem*; si typus adoratus fuit, quomodò archetypum non adorabitur? *ideone-nè excludere vellem præsentiam realem Spiritûs Sancti à typô qui S. Ioanni apparuit, qui simul erat & Spiritûs Sanctus quoad essentiam internam, & typus Spiritûs quoad apparentiam externam? Theodoretus ipse contradiceret, inquiens, Spiritum Sanctum volasse in formâ columbæ. Et S. Ambrosius adhuc expressius qui de columbâ arcâ loquens ait:* *a* Docuit me cujus typus columba illa fuerit, qui nunc descendere dignatus est in specie columbæ. *Quibus ostendit, columbam arcæ, & columbam Dominici baptismatis ambas quidem fuisse Spiritus Sancti typos, sed diversimodè, illam videlicet, simplicem typum analogicum, hanc autem typum essentialem & identicam, typum exterius, & archetypum ac exemplari interiùs.* Sed hæc absurdissimè dicuntur. Primò enim, nec rubus ardens Deus substantialiter erat, nec columba, ipsamet Spiritûs S. substantia, sed erant corporales substantiæ, seu naturales, seu artificiosæ, pro tempore mutuatæ ad designandam, non præsentiam essentiæ Dei & Spiritûs Sancti, sed gratiæ ipsius. Nam Deus & Spiritus Sanctus quoad essentiam non minus suberant cæteris rubis ac columbis quàm rubo illi ardenti, & Dominici baptismatis Columbæ: ideoque rubus hic & Columba communem illam rebus omnibus Dei & Spiritus Sancti præsentiam essentiæ non designabant, sed specialem gratiæ ipsorum præsentiam. Theodoretus ipsemet testatur: *Dei virtutem*, *b* inquit, *& humanitatem prædicat, quod ignis inextinguibilis rubum aridum non consumebat.* Et de Columbâ: *Admiratione dignum est, magnum Davidem Columbæ & non alterius volucris alas accipere voluisse.* *c* *Manifestum est enim eum desiderasse Spiritus Sancti gratiam quæ in formâ columbæ descendit.* Cum, igitur nec rubus, nec Columbæ

Theodoretus.

g Vid. in August. c. 1. in loco tertio.

k De Christo lib. 2. c. 4. Justinian. in 2. ad Cor. c.

l In epist. ad Damasum.

m Epistol. 45.

n In Dialog. 2. jam supra citat.

o In cap. 3. Exodi.

a Lib. 3. in Luc. c. 3. de Jesu baptizato. Imo in lib. 2.

b In Exod. q. 6. τὴν θεοῦ δύναμιν καὶ φιλανθρωπίαν κατέστησεν, ὅτι ἡ πυρφόρος ἄκανθα τὸ ἄφλεκτον εἶχε καὶ οὐκ ἐτήκετο πῦρ.

c In Psalm. 54. διὰ δὲ τῆς περιστερᾶς ἐφάνη τὸ ἅγιον πνεῦμα καὶ ἐπὶ τοῦ ὕδατος κατῆλθε πτερύγων. Vid. & in Cantica qu. 10.

Theodoretus.

Columba typi proprie fuerint præsentiæ *essentialis* Dei & Spiritûs Sancti, sed gratiæ *Spiritualis* & divinæ, atque tum abeâ gratiâ, tum ab essentiâ Dei & Spiritûs Sancti substantialiter distincti, Deus & Spiritus Sanctus non nisi figurate loquendo in illis apparuisse & visus fuisse dici potest. Testatur ipsemet Theodoretus: *invisibilis est*, [d] inquit, *natura divina*. Et de veteribus loquens: [e] *sacrum templum poterant videre, & quæ ibi peragebantur sacrificia per quæ corporis expertem Deum & invisibilem videre se cogitabant*. Et rursum: [f] *non ipsam quidem videbant naturam inaccessam, sed figuras quasdam quas Deus qui sub aspectum non cadit, ipsis ad usum ostendebat*. Et [ff] Leo 1. *nemo existimet in iis quæ corporeis visa sunt oculis divinam ejus apparuisse substantiam. Natura enim invisibilis & Patri filioque communis, qualitatem muneris atque operis sui, qua voluit significatione monstravit: proprietatem verò essentiæ suæ in sua deitate continuit*. Secundò Perronius in argumentis illis suis supponit, de figuris ac typis illis dici posse, *typos fuisse adorabiles*. At id de latriâ intellectum falsissimum est. *Venerandi* dici possunt, non autem *adorandi*. Itaque hæc argumenta, proût par est, reformando, contrà Perronium ipsum directè pugnabunt. Nam quemadmodum si dicerem, *si typi hi venerabiles erant, quomodò archetypum non erit venerabile?* argumentum foret a minori ad majus *essentiæ*, quia species hæ corporales seu naturales seu substantiales propriè & realiter substantia Dei & Spiritûs Sancti non erant, sed ab eâ realiter distinctæ, sic & quandò Theodoretus ait, *si typus*, id est, panis Eucharisticus, *est venerabilis, quomodo archetypum*, hoc est, Christi corpus, *abjectum & contemptibile erit?* à minori ad majus essentiæ argumentatur, ac proinde ostendit panem Eucharisticum non esse substantialiter & propriè Christi corpus.

Tertium quod urget, loca sunt nonnulla Theodoreti in quibus eum putat docere panem Eucharistiæ simul esse *typum & archetypum* corporis Christi: sed ea ad caput objectionum rejicimus, ibi expendenda & solvenda: nè cogamur idem multoties ad fastidium repetere.

[d] *In c. 8. ad Roman. ἀόρατος δὲ ἡ θεία φύσις. Et in 2. ad Cor. 4.*
[e] *In Daniel. l. 3. ἐνταῦθα γὰρ τὴν θεωρίαν τοῦ θείου νεὼ καὶ τὰς ἐντυγχανομένας αὐτῷ λατρείας, εἰ μὴ ἁμαρτάνω, ἐκάλεσε τὸν ἀόρατον ἁπλῶς ἐφανερώσατο.*
[f] *In cap 1. epist. ad Hebr. οὐκ αὐτὴν ἑώρων τὴν ἀπερίγραπτον φύσιν, ἀλλὰ τινὰ σημαντικὰ σχήματα ἃ ἐκείνην ἐδήλουν φύσιν.*
[ff] *De Pentecost. serm. 1.*

CAPUT VIII.

Ex recapitulatione Dialogo tertio additâ.

ANNEXA est tertio Theodoreti dialogo recapitulatio quædam trium Dialogorum, cujus titulus est *demonstratio per syllogismos*, quam Theodoreti esse non modò testatur [g] Photius, sed ipsemet quoque [h] Theodoretus. In hac autem, perinde ac in dialogis, egregium locum habet & Considerationc dignissimum. Disputans enim adversùs Eutychianos, ait: [i] *Si caro Domini*, inquit, *in divinitatis naturam mutata est, quamobrem perspiunt antitypa corporis? Superfluus enim est typus, abolitâ veritate*. Ubi manifestum est illum argumentari ab Eucharistiâ tanquam à typô corporis ad corporis veritatem probandam. Indè autem sic concludimus: typus non est ipsa res seu veritas cujus typus & figura est. At Eucharistia typus est carnis Christi: non est igitur ipsamet res seu veritas carnis Christi. Respondet Perronius, [k] *tantum abesse ut hæc verba Theodoreti evincant Eucharistiam esse simplicem similitudinis typum, quin potius inde resultet, eam esse typum essentialem & identitatis, typum qui typus est & simul archetypum typi. Nam simplices typi similitudinis, non solum superflui non sunt quando res per eos repræsentata abolitæ sunt, & cessaverunt, sed contrà incipiunt esse magis necessarij, cum potissimum instituti fuerint ad rerum postquam desierunt memoriam conservandam. Et sane, quandò magis necessaria erant statuæ quæ olim erigebantur illis qui de patriâ bene meruerant, verbi gratiâ, strenuis illis Marathoni Bellatoribus & alijs ejusmodi, quàm post eorum mortẽ, memoria perpetuandæ causâ? Nonnè Iulius Cæsar Pompeij jam per Ægypti Regem occisi statuas restituens, ostendit talia monumenta post mortem præcipuè requiri? Et quando usus* [q] *panum azymorum institutorum ad repræsentandum miseriæ panem quem Israelitæ comederant in Ægyptô, magis necessarius fuit quam post cessationem hujus panis miseria? Et quando murium anorum similitudines quas jussit Deus coram arca poni in figuram plagarum, murium & Hæmorrhoidum, quibus propter arcam captam percussi fuere Philistæi necessaria magis fuerunt quam post plagæ cessationem ad memoriam ejus conservandam? Itaquè, quis non videt typum accipiendo pro simplici similitudinis typo aut analogiæ, hypothesin illam Theodoreti, superfluus est typus veritate abolita, falsam esse & absurdam: Contrà vero typum sumendo pro typo essentiali & identitatis, quomodò illum sumit S. Paulus quandò ait, Christum esse typum aut figuram Dei, verissimam esse & convenientissimam? Typi enim essentiales & identici, id est, qui continent essentiam & identitatem rei, & interius Archetypi sunt & exemplaria, sed exterius apparent typi & typorum officium exercent, & typi appellantur quoniam sensibus exponunt & exhibent sub forma peregrina & mutuata, id quod in nuda sua essentia invisibile & imperceptibile foret, superflui sunt & inutiles quandò veritas cujus typi sunt sublata & abolita est, Sed simplices typi analogiæ & similitudinis, & non identitatis, simplices typi commemorationis & non communicationis, non modò superflui non sunt quandò res quarum typi sunt esse desierunt, quin contra præcipuè necessarij sunt.*

[g] *Biblioth. cod. 46.*
[h] *In præfat. Dialog. ἐπὶ δὲ τοῖς ἀσυγχύτοις φύσεσι μεταβολὴν φύσεως, ἢ δὴ καὶ μάλιστα μεμηχάνηται τῆς αἱρέσεως ὁ συγκυκητὴς τῶν ἀληθῶν.*
[i] P 533. 4. 5.
[k] *Exod.* 12. 8.

Digitized by Google

Theodo-rus.

sunt. Nam typi simplicis commemorationis, qui rem tantùm commemorant, non autem communicant, non requirunt res quarum typi sunt actu existere, quemadmodum typi communicationis qui non tantum commemorant, sed & communicant. Itaque si Eucharistia simplex typus similitudinis & commemorationis esset, falsò diceretur, si caro Christi ipso prima formationis & à Verbo assumptionis instante esse desiisset, & in divinitatem conversa, proiit supponebat illa Eutychianorum Hypothesis contra quam pugnabat Theodoretus, Eucharistiam fore superfluam. Nam quandò Christus in prima assumptione natura humana eam in divinitatem mutasset & per excellentiam naturæ Verbi absorpsisset, quemadmodum fabulæ Poëtarum (quibus mihi fas est comparare opiniones Eutychianorum) ajunt, Iovem Semele se copulando eam flammis divinitatis consumpsisse, Eucharistia ex hac hypothesi nihilominus utilis fuisset ad commemorandam Dei hac vnione naturæ humanæ, & ejus conversione gratiam. Verum, si Eucharistia jis non simplex typus similitudinis & commemorationis sed typus identitatis & communicationis, institutus non modò ad renovandam carnis Christi memoriam, sed ad nobis verè, realiter & essentialiter propriam carnis Christi substantiam communicandam & exhibendam, tum verè dicere est superfluum fore Eucharistiam accipere, si caro Christi esse desiisset. Vndè resultat, Theodoretum in his verbis, si caro, ut ajunt, in divinitatis naturam mutata est, quamobrem accipiunt antitypa corporis; superfluus enim est typus veritate abolita; uti vocabulis typus & antitypum, non eo sensu quo typus designat simplicem typum analogiæ & similitudinis, sed eo sensu quo significat typum essentialem, typum identitatis, typum & Archetypum simul. Sed hæc mera deliria sunt. Distinctionem enim illam typorum in *typos essentiales & identicos*, & *typos similitudinis*, fictitiam esse & absurdam, Eucharistiamque minimè typum identitatis esse, probatur quatuor rationibus. Primò enim Veteres unanimiter testantur typum non esse rem ipsam cujus est typus. Innumeros alibi citavi: hîc nonnulli sufficient. Sic enim Ambrosius: a *Melchisedek in Christi typo sacerdotem Dei accipimus, sed illum in typo, hunc in veritate; typus autem umbra est veritatis.* Cyrillus Alexandrinus: b *typus non est veritas, sed simulacrum veritatis importat.* Et rursum: c *quomodò fieri potest aquales prorsus esse typos archetypis? Nam imitatio veritatis eadem cum ipsa veritate non censetur, ac tametsi specie tenus eadem esse appareant, non parum tamen inter se differunt.* Et ipsemet Theodoretus: d *sæpè dixi, fieri non posse vt imago omnia habeat quæ archetypum habet.* Quod contingit, ut, Augustinus indicat, ex eo quod imago & archetypum relativè dicantur. Impossibile autem simpliciter est, unum relatorum esse alterum ad quod refertur, ut pluriès observavimus: undè & Apostolus non dicit, Christum substantiæ Patris figuram esse, quemadmodum illi falsò affingit Perronius, sed e *figuram personæ Patris*, à qua ideò distinguitur, nec ea ipsa est. Secundò, Eucharistia typus est similitudinis, & typus quidem artificialis, & non talis naturaliter. Augustinus: f *si sacramenta*, inquit, *quandam similitudinem earum rerum quarum sacramenta sunt, non haberent, sacramenta non essent.* Gelasius Romanus Episcopus: g *imago & similitudo corporis Christi & sanguinis in actione mysteriorum celebrantur.* Et ipsemet Theodoretus postquam Eranistes confessus esset mystica symbola corporis & sanguinis symbola esse; *optime* h inquit: *Oportet enim imaginis extare archetypum. Nam & pictores naturam imitantur & eorum quæ videntur imagines pingunt.* At si Eucharistia typus est similitudinis, fieri nullomodò potest ut sit typus identitatis: Vi, rationem? *Aliud est similitudo*, inquit k Clemens Alexandrinus, *aliud ipsum quod est.* Idem autem non est aliud à se. Athanasius: l *quod alicui simile est, non idem est cum eo cui assimulatur.* Et rursus: m *nemo dubitare debet, simile non de substantijs, sed de qualitatibus dici, si quidem in substantijs non similitudo, sed identitas esse prononciatur.* Nazianzenus: n *fieri non potest ut similitudo vlla rei veritatem plane assequatur.* Et iterùm: o *aliud similitudo, aliud veritas. Nam & homo ad similitudinem Dei factus est, nec tamen quod Deus hoc etiam homo constituisse credendum est.* Augustinus ad instar Nazianzeni: p *nos similes*, inquit, *non æquales.* Paulinus Nolanus: q *aliud est virtutem habere, aliud virtutis similitudinem*, Et Theodoretus ipsemet exponens quod dictum est, hominem ad imaginem & similitudinem esse formatum: *velut imago*, r inquit, *nomen tantum habet, re vero ipsa caret.* Tertiò, propositum Theodoreto erat hoc loco ostendere adversus Eutychianos corpus Domini verè corpus esse, non in naturam divinitatis mutatum. Si ergò per *typum*, designaret typum essentialem & identitatis, hoc est, ipsummet Domini corpus, idem per idem vitiosissimè probaret. Denique, quandò ait, *si caro in divinitatis naturam mutata est, quamobrem percipiunt antitypa corporis*; apertissimè indicat se vocabula, *typus* & *antitypa*, eo sensu usurpare quo Eutychiani eorum usum admittebant perindè ac Orthodoxi, quandoquidem indè concludit ex ipsismet illorum hypothesibus & actionibus. Hypotheses autem illorum nullomodò ferre poterant ut censerent Eucharistiam typum esse identicum & essentialem, cum id non congrueret cum mutatione quam statuebant

Theodoretus.

f *Hær. 1.*

g *Epist. 23.*

h *Dialog. 2. De duab. naturis.*

i *Dialog. 2.*

k *Stromat. l. 1.* ἄλλο ἀμφίωνος, ἄλλο ἀμφίων τὸ ὄν.

l *Contr. hypocrit. Meletij.* τὸ ὅμοιον οὐκ ἔστι αὐτὸ οὗπερ ὅμοιον. οὐ γὰρ ἡ ἀνθρωπότης λέγεται ὅμοιον, ἀλλ' ἐπὶ χαρακτῆρος τῆς ἀληθείας.

m *De Synod. Arimin. & Sel.* διὸ καὶ ἀμφίβολόν ἐστι τὸ ὅμοιον· οὐ γὰρ ἐπὶ ἴσης, ἀλλ' ἐπὶ χαρακτῆρος λέγεται ὅμοιον. οὐ γὰρ ἡ ἀνθρωπότης ἴσον ἔχει, ἀλλὰ μιμήσεως ἕνεκεν.

n *Orat.* 37. οὐδὲ γὰρ οἷόν τε ἀκριβοῦσθαί τινα τῆς ἀληθείας ἐν ἀνθρώποις ὁμοίωσιν.

o *Orat.* 49.

p *In Psalm.* 49.

q *Epist.* 50. *vid.* & 21.

r *In Genesim* 1. 20. ἡ εἰκὼν τοῦτο ἔχει μόνον, ὄνομα καὶ σχῆμα.

s *De fid. l. 3. c. 5.*

b *In cap. 6. Amos.* ὁ τύπος οὐκ ἀλήθειά ἐστιν, ῥύμμα δὲ μᾶλλον καὶ ἀλήθειαν ἀμφίεσιν. *Vid.* & *Glaphyr. in Levit. edit. græcol. Paris. p. 370.*

c *In Ioan. cap. 17. vers. 20. &* 21. πῶς οὖν ἔσται τὸ ἓν πολλοῖς διὰ ὁμοιότητος καὶ ἑνότητος; *&c.*

d *Dial. 3.* πολλάκις εἶπον, ὡς ἐκ οἷόν τε πᾶσι κατὰ πάντα ἴσον εἶναι τὸ ἀρχέτυπον ἴσῳ, *&c.*

e *De Trinit. l. 7. c. 2.*

Theodoretus.

tiebant humanitatis in divinitatem. Per typum igitur non designat typum essentialem & identicum. Hoc primò, tùm de distinctione commentitia typorum in typos *identitatis & similitudinis*, tùm de ipsa Eucharistiâ falsò & ineptè accommodata.

Accedo ad aliam præcedente meliorem per quam distinguit inter *typos simplicis commemorationis & similitudinis* & *typos commemorationis*. dico, aliam. Nam si vesit typos quos appellat *identitatis* idem inter se esse, hoc rursus ajo esse falsissimum. Baptismus siquidem, exempli gratia, typus est *communicationis Christi* ac corporis & sanguinis ejus, cum testentur *f* Chrysostomus & Marcus *g* Eremita, per eum nos *Christum in nobis habere*, Cyrillus nos in eo *a ovis intelligibilis participes* fieri, Leo I. nos in illo *b Christum suscipere*, Fulgentius nos in ipso *c carnem Christi manducare & sanguinem bibere*, ac *corporis & sanguinis ejus participes fieri*, & ipse Theodoretus nos *d ei connecti*. Nec tamen, credo, ideò vellet Perronius aquam baptismatis typum esse identicum & essentialem, hoc est, corpus ipsum & sanguinem quorum communionis typus est. Similiter igitur dico, Eucharistiam esse quidem typum communicationis, quemadmodum ipse Theodoretus post Apostolum observat, inquiens: *e Nos omnes qui unius panis participes reddimur in sacrorum communione mysteriorum, nonne communicamus ipsi Domino cujus corpus & sanguinem illa esse dicimus?* sed non propterea sequitur illam esse typum identicum & essentialem, ut Adversarius supponit, imò potius contrarium. Nam typus alicujus rei per quem rei illi tanquam archetypo & exemplari communicamus, necessariò aliud est ab eo cujus ipse communionem & participationem exhibet. Cum autem Eucharistiam *communicationis* typum esse concedamus, facile perspicere est, cuncta quæ Perronius verbosè declamat adversus suppositionem de simplici typo similitudinis & commemorationis extra oleas prorsus esse. Sed nihilominus addo, quamvis diceremus Eucharistiam similitudinis & commemorationis typum tantummodò esse, non ideò falsum & ineptum fore quod hic Theodoretus ait, *typum superfluum* futurum *veritate abolita*: idque duabus de causis. Prima est, quia Eutychiani re vera non credebant carnem in Christo vnquam extitisse. Nam quamvis Theodoretus illos inducat dicentes, carnem Christi post unionem in divinitatis naturam mutatam fuisse, & hujusce mutationis varia assignantes instantia, modo in incarnatione, modo post resurrectionem, modo post ascensionem, si res tamen attente consideretur, non difficile erit advertere, dialogisticum id esse Theodoreti artificium, illos pervarias Christi manifestati periodos circumducentis ut ex unaquaque argumenta contra ipsorum hæresin erueret, & juxta temporis ordinem oportune proponeret: nec tamen, talem eorum sententiam fuisse. Testantur Veteres. Sic enim Flavianus Constantinopolitanus: *per omnia apparet Eutyches &c, prava Valentini & Apollinarij opinione agrotare, & eorum blasphemias pertinaciter sequi.* Theodorus Rhactensis, *g ajebat ex cœlo delatum fuisse Christi corpus, & Deum Verbum cum corpus e cœlo induisset per Virginem tanquam per canalem transmeasse.* Prosper Aquitanus: *h Ait, eum nihil materna habuisse substantiæ, sed sub specie hominis solam in eo Verbi Dei fuisse naturam.* Ferrandus Diaconus: *i Negans Mariam semper Virginem S. Spiritus operante virtute nascituro ex humanis visceribus unigenito Deo carnis suæ materiam ministrasse, consubstantialem filium matri fateri nolebat.* Author homiliæ primæ de nativitate inter Homilias Eusebio Emeseno male tributas: *hoc dicunt Orientales Hæretici, nihil illum (Dominum) participasse de matre.* Marcellinus Comes: *k Theodoretus Episcopus Sanctus Cyri Civitatis scripsit de incarnatione Domini adversus Eutychem & Dioscorum Alexandrina Ecclesiæ Episcopum qui humanam in Christo carnem negant.* Eranistes quoque Eutychianus in hisce Dialogis non semel objicit: *l eos qui duas in Christo naturas considerant, in duos filios unigenitum dividere:* quod profectò dicere non potuisset, si sensisset, vel pro instanti naturam humanam in Christo extitisse. Denique & ipse Theodoretus alibi Historicè de Eutyche loquens: *negabat,* inquit, *m corporis assumptionem. Dicebat enim Deum Verbum nihil humanum ex Virgine sumpsisse, sed ipsum immutabiliter conversum & carnem factum (ridiculis ejus verbis utor) per Virginem tantummodo transivisse.* Cui simillima habet & Vigilius de eodem dicens: *n ita pertinaciter verbum carnem adsereus factum vt per Virginem quasi aqua per fistulam transisse videatur, non tamen vt de Virgine aliquid quod nostri sit generis assumpsisse credatur.* Talis procul dubio erat eorum sententia, etsi fortè interdum aliter (ut hæresis semper fluctuat) loqui viderentur. Hoc autem sic intellecto, rectè illis objiciebatur Eucharistiam quam sumebant typum esse superfluum. Nam typus quantumvis *simplicis similitudinis & commemorationis* semper refertur ad archetypum: aut qui extat, aut qui extitit, cum *similitudo* sit quædam rei, cujus similitudo est, expressio. Si igitur caro in Christo, nec tunc erat, nec unquam fuerat, superfluus & nullus erat ex eorum opinione in Eucharistia typus, ut pote nullius rei, sed pure non entis unquam, seu Chimæræ typus. Secunda causa est quia quicumque fuerat illorum sensus, Eucharistia typus est Christi qui adijt secundum carnem, & aliquandò rediturus est, sicut testatur Apostolus dicens,

Theodoretus.

f In ep. ad Gal. cap. 3. 27.
t De baptismo.
a Glaphyr. in Exod l 2.
b De passion. serm. 14.
c De bapt. Æth. c. ult.
d In epist ad Ephes. cap. 5.
e In 1. Corinth. 10.

i Concil. Chalcedon. Act. 1.
g De incarnat. Dom.
h In Chronic. ad Consul. Alter. & Protogen.
i In Epist. ad Anatolium.
k In Chronico.
l Dial. 2.
m Hæretic. fabul. l. 4. c. 13.
n Contr. Eutych l. 3. Vid. & 1. vid & Damascenum de hæresibus.

Digitized by Google

Theodoretus.

cens, eum in cœlos ascendentem o *viam nobis recentem & vivam dedicasse per velum, id est, carnem suam:* & rursum, celebrandam nobis esse Eucharistiam p *donec veniat*; Et Angeli ante Apostolum, cum q *ita venturum quemadmodum conspectum est proficiscens in cœlum.* Et Vigilius r *quomodo*, inquit, *defenditur hodie esse una tantummodo Christi natura, &c? falsum* enim *erit, quia Christus Iesus sic veniet quemadmodum visus est ire in cœlum. Corporeus namque per nostri generis speciem intuentium oculis idem Dominus apparebat, sicut rursus in eadem corporis forma consurgentium oculis in consummationem temporis se se demonstrabit.* Et ipsemet Theodoretus: *Didici à sanctis Angelis quod veniet eo modo quo viderunt eum Discipuli euntem in cœlum. Viderunt autem circumscriptam naturam, non incircumscriptam. Audivi & Dominum ipsum dicentem, Videbitis filium hominis venientem in nubibus cœli. Scio autem circumscriptum esse quod ab hominibus cernitur.* Quin & expresse observat de Eucharistia loquens: s *post ipsius adventum non amplius opus erit symbolis corpore ipso apparente: ac propterea Apostolus dixit, donec veniat.* Quibus verbis aperte docet, Eucharistiam symbolum seu typum esse nobis à Domino relictum, donec redeat. Ergo & hoc quoque respectu Theodoretus rectè objicit: *Si caro in divinitatis naturam mutata est, quamobrem percipiunt antitypa corporis? superfluus enim typus est veritate abolita.* Nam si Eucharistia à Domino instituta, est tanquam sui venturi typus, quamobrem Eutychiani *corporis venturi* antitypa recipiebant, si corpus venturum non esse asseverabant? Frustrà sane & ineptè. Sivè igitur dicamus Eucharistiam esse *typum simplicis similitudinis & commemorationis*, sive etiam conjunctim *typum communicationis*, bene semper affirmatur eum fore superfluum veritate abolita. Sed jam quæro à Perronio, quomodo sibi constet quod ait, *typos essentiales & identicos, hoc est, qui interim archetypa sunt, & habent essentiam ac identitatem rei superfluos & inutiles esse quandò veritas cujus typi sunt abolita & sublata est?* Nam si typi illi, ipsamet illa veritas cujus sunt typi, substantialiter, realiter & propriè sunt, quomodo dici potest illos esse superfluos & inutiles *veritate ipsa abolita?* Aut enim abolita vetitate non remanent, sed pariter quoque & ipsi aboliti sunt, & ita superflui & inutiles jam dici non possunt, cum non sint; aut, si remanent, aboliti simul & remanere dicendi sunt: quod contradictionem apertè implicat. Remanere enim, & aboleri, est remanere & non remanere. Dicendum itaque supereſt Theodoretum de Eucharistia dicentem, *superfluus esset typus veritate abolita*, eam non censere typum esse identicum & essentialem, licet non modo commemorationis, sed & communicationis typus sit.

o *Hebr.* 10. 20.

p *Cor.* 11. 26.

q *Act.* 1. 11.

r *Contr. Eutych. l.* 1.

s *Dialog.* 2.

t *In* 1. *ad Cor.* 11. *supra Citatus.*

CAPUT IX.

In quo respondetur ad aliquot Objectiones.

VERUM Perronius in contrarium objicit quatuor Theodoreti loca.

Primus locus decitur ex quæstionibus in Exodum, *ubi*, a inquit, *comparans Agnum paschalem cum Eucharistiâ, & opponens Eucharistiam agno paschali tanquam immaculatum agnum typo vero agni, & tanquam archetypum paschatis vero paschati*, ait: b *oportebat Hebræos per hoc symbolum providentiam Dei addiscere, & nos agnum immaculatum sacrificantes θύομεν cognoscere typum antè descriptum fuisse.* Secundus locus, indè quoque ductus, sic habet: c *Manna typus fuit divini cibi, aqua autem petra, salutaris sanguinis. Nam postquam illi per mare rubrum transissent, peregrinò cibò & aquâ inopinatâ potiti sunt*, (sic enim habent Græca, non autem, *cibò supernaturali & aquâ miraculosâ*, ut falsò vertit Adversarius) *ita & nos post salutare baptisma divina percipimus mysteria.* Tertius ex commentariò in priorem ad Corinthios, in quò sic loquitur: d *in memoriam illis revocat sanctissimam illam noctem, in quâ Dominus typico paschati finem imposuit, & typi archetypum ostendit, & salutaris sacramenti portas aperuit, & non solum undecim Apostolis, sed & proditori pretiosum corpus & sanguinem tradidit.* Quid enim, inquit Perronius, *ostendunt hæ oppositiones, nisi Theodoretum nolle Eucharistiam esse simplicem typum, proüt olim Agnus Paschalis erat, Sed typum & archetypum simul, symbolum & rem, typum quoad apparentiam externam, & archetypum quoad essentiam & naturam internam, rem in se, & symbolum quoad nos?* Quartus denique ex eodem commentariò ubi ait: e *Quemadmodum Judas ipsum tradidit, & insultarunt illi Judæi, sic ipsum ignominiâ afficiunt qui sanctissimum ejus corpus impuris manibus recipiunt.* Sed hæc facilè solvuntur.

Ad primum enim quod attinet, dico Theodoretum non conferre agnum paschalem cum Eucharistiâ, sed cum *agnò immaculatò*, id est, cum Christò qui Agni paschalis vere ac propriè archetypum est: ac rursùm, quandò ait, nos *agnum* illum *immaculatum* sacrificare seu immolare, (Verbum enim θύειν utrumque designat) mentem ipsius nullomodò esse loquendi de *verò* ac *propriò* sacrificiò, ac immolatione, sed de *commemorativò & representativò* quod fit per *panis fractionem*, & poculi à pane separationem. Communissimum enim veteribus esse, commemoratio-

a *p.* 533, & 535. & 510.

b *In Exod. q.* 24. καίτοι τὸν ἀμνὸν ἄλλο μὲν οὐδὲν ἀλλ' ἢ σύμβολόν τινα φησὶ παιδεύειν. ἡμᾶς δὲ τὸν ἀμνὸν τὸν ἄμωμον θύοντας γνῶναι τὸν πρότερον ἀναγεγραμμένον τύπον.

c *Ibid. q.* 27. τὸ μὲν ἄφθαρτον καὶ θεῖον σῶμα τροφὴν. τὸ δὲ τῆς πίστεως ὕδωρ ἐν ἐρήμῳ τόποις ἀναβλύσαν. ἐπειδὴ γὰρ ὑπερβάντες τὴν θάλατταν τὴν ἐρυθρὰν ἄποροι τροφῆς καὶ ἀνύδρου χώρας ἐπειράθησαν, καὶ ἡμεῖς τὸ ἁγιάσμα τοῦ θείου βαπτίσματος δεξάμενοι, καὶ τὴν ἀθάνατον τροφὴν τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος τοῦ Χριστοῦ μεταλαμβάνοντες, οὐκ ἐσμὲν ἄπορα τῶν ἀναγκαίων.

d *In* 1. *ad Cor.* 11. ἀνάμνησιν ποιεῖται τῆς ἱερᾶς ἐκείνης νυκτὸς, ἐν ᾗ τὸν τύπον ἐπέθηκε τῷ τύπῳ καὶ τὴν ἀλήθειαν τῇ σκιᾷ, καὶ τὰς τοῦ παραδείσου πύλας ἤνοιξε, καὶ οὐ μόνον τοῖς ἑνδεκα Ἀποστόλοις, ἀλλὰ καὶ τῷ προδότῃ τὸ τίμιον ἔδωκε σῶμα καὶ αἷμα.

e *Ibid.* καθάπερ οἱ Ἰούδαιοι τὸν Ἰησοῦν, ἐμπαίζουσι δὲ καὶ οἱ τοῖς ἀνοσίοις χερσὶ τὸ ἅγιον αὐτοῦ σῶμα δεχόμενοι.

Theodoreti. mentationem illas sacrificii & immolationis, oblationem & immolationem & hostiam.

Cirilli apellat, patet ex Cyriani dictis: *Ita & Christus, qui hostia sacrificium quod offertur Deo.* Et Augustino, *Corpus suum dedit, passionem suam dedit, sanguinem suum fudit, qui hoc sacrificium sacrificavit, qui hostiam & sacerdos ipse fuit.* Et Chrysostomo, *Sacrificium pro nobis offert.* Et tandem, *Quando tu audis sacerdotem dicentem, Sacrificia nobiscum sunt, sacrificia sunt, ne dimidia sacrificia putes.* Et Theodoreto, *Sacrificium & hostia dicitur.* Et Cirillo, *Hoc sacrificium, hoc sacrificium, hoc vivum illud & spirituale nominatur propter.*

Ad secundum, dico, per *sacrificium* illum & *hostiam* Cyrianum, Theodoretum & Cirillum intelligere propositum Dominicorum corporum & sanguinis, sed panem & vinum, cujus rei ratio longius apparebunt à Domini benedictione, quam ut ipsum Theodoretus ipsis obloquatur: quod & patet, quia non immediate post illum dictum Cirillus locutorum, tunc enim nimium mysticum. Quid enim sibi vult ista divina mysteriorum ad Fulgentium nostrum, *Panis & vinum creatura, quam Deus omnipotens de sua figura corporis & sanguinis Christi sacramenta fecit?* Quod si quis panem & vinum recte à nomine & potestate aquæ figurabat, nullo non facturarum corporis & sanguinis, pie corporis & sanguinis figura, & panem & vinum quidem ea, sed tribuimus, quæ sacramentalem Cyprianus, & Cyrillus Alexandrinus, & Ambrosius Mediolanensis, hoc typus illius applicant, aferentes, *Hoc figuratile donum & hostia & sacrificium sempiternum, ista portio & Theodoretus dicere, illas figuras fuisse panem & vinum sacramentalia, quibus nos hanc propriæ corpus & sanguinem Domini.*

At etenim in quo Theodoretum, *Deus omnipotens de sua figura corporis & sanguinis Christi sacramenta fecit, & panem mysteriorum appellat, nisi panem illum per ejus invocationem factum mysterium, non ideo delegatur, sed quo differatur, per ejus invocationem factum, ejus Dominicum corpus, & per factum mysterium, Eucharistiam, Eucharistiam ejus panem & vinum dicebat.* Nam ipsi fatemur Deum per ejus invocationem & benedictionem effici panem & vinum, & ejus corpus & sanguinem, & per ejus invocationem panem & vinum Eucharistiæ & corpus & sanguinem Christi, quæ ita panis & vini, quæ ipsa panis & vini, & ipsa corporis & sanguinis Christi, & ipsa panis & vini Eucharistiæ

Theodor. lect. 2. Cleric. Socrat. lib. 2. cap. 2. Sozom. lib. 3. cap. 1. Nicephor. lib. 10. cap. 1. Vide Antiochen. Chron. Paschal. ad ann. 325.

Theodoſius Magnus & Clerici vere olim quod fabulantur. Secundus per inſtitutorum palatium Evangelici palatia legiſti fonte accepta, ſacramentorum baptiſmata legiſti, & Chriſtianos angelicum a tribu Theodoreniſmatis, & Arianæ hæreſeos ſententias poſtulas abſolutionem. Hæc ergo pariter ratione pulcha noſtrum Evangelium portavit antichriſtum olim veterem paſchatis, quemadmodum & baptiſmus noſter antiquorum baptiſmatum. Tertio & Nicæno Concilio poſt apoſtolos retinæ compoſitæ ad plenariam ſpem, propter vim & effectum Evangelicæ paſchatis datum, quod ſecundum ſpiritu in 1 Cyrillo obſervatum, ſecundum baptiſmum quoque ſecundum Evangelium baptiſmum legitimum Patrum a Nicæno baptiſmatibus. Sed quandoquidem nullus fub variis his reſpectibus paſchatis typi ſunt ordinem ſui poſſe, ut ſecundum ordinem Chriſti corpus ſpecterent, nullumodo ecclesiaſticum typum, fed tantum illos typos eſſe, primæ & ſecundæ paſchatis. Quod Nicænum Concilium clare obſervavit, imponens: *Paſchalem diem obſervare, quem fratres omnes per totum orbem ſtatuunt, ſic ſignatum: Ideo & Methodius ait, Paſchalem diem ſanctum ſignificare Dominum Evangelij, Evangelium autem magnum verum ſic ſolutio in ſecunda Domini adventu*, ſicut etiam ad veritatem, unum reſpectu ſecundi cherypum eſſe poteſt, alterius reſpectu typum: ſicuti ipſa eſt typus & antitypus unus, fub & unque denique, reſpondeo, per ea, per Clerici quod vapore maxime a nonnulli ſa ſeva Theodoreniſmatis obſervat, ſuos ſuo ſingulis proprium corpus (*nec erroneis, inquit Ceſſarius, in Cor-ſum ſum memorat pos-ſit*) ad ſacra ipſorum & fabulosa ſe Origines illud appellat, hoc eſt, pa-ſchalis corporis typum ac ſimilitudo, quod corpus ejus appellatum: ac recte dici, quemadmodum hoc poſſit communis ſacramenti, quoniam decies magnificatum ac *ſignificatum relandat*, ut notat Cyrillus, *ad ſum ſacramenti volantur, ipſi ejus ſum ſacramenti relandat*, inquit ex Hieronymo Petavius.

Ann. Chriſti 325. Indict. 11. Conſulibus Paulino & Juliano.

Examen Teſtimonij Victoris Antiocheni.

ITIDEM, ædilis, cum Theodoreti temporibus vixerit Victor Antiochenus, & ab eo Concentrarium in Marcum quem Julius Pelitanus a Leo Graecoverſum, Latinus etiam edidit. Nam cum Veterum permultos citat, Origenem, Apollinarium, Euſebium Cæſarienſem, Baſilium, Titum Bostrenſem, & Chryſoſtomum, nemo tamen Cyrillo Alexandrino recentior reperitur adducit, quia innominatum eſſet, & quod ſere tam adhuc verſum, Latinis non Antiocheni in Cyrillum minus eſſent. Theodoreti propter ejus cum Joanne & quotiens erat Orientalibus diſſidium. Et hoc autem Sect. Victor. Antiochenus hunc ſcilicet, *Quod ſi Dominus Matthæi ait, Apoſtolos ire, hoc eſt ante mortem, tum, quod ſit ſanctum mane, ſi ſanctum eſt, ſi ſanctum eſt, ſi ſanctum eſt

Theodoretus Victor Antiochen.

oraliter participentur? Neutrum sanè: sed intelligunt, Dæmonas licet ibi non inexistentes, *spiritualiter* (ut ita dicam) *participari*. Similiter ergò, *per panis symbolum participari Christi corpus*: nam *Christum in cœlò sedentem fide contingere possumus*, inquit [a] Augustinus, ac illum proindè in Eucharistici panis sumptione per fidem quoquè, *participare*. Aut, si Scribonius velit adhuc aliud exemplum, Victoris sensus esse potest, *per panis symbolum nos corporis Christi participes fieri*, quomodò Fulgentius ait, per baptismum [b] *unumquemque fidelium corporis Christi participem fieri*; absque vllâ utrobiquè, aut transsubstantione panis & aquæ, aut reali corporis Christi in illis inexistentiâ. Verum, monendi sunt Lectores locum hunc Victoris à Peltanô non satis exactè redditum esse. Græca enim quæ [c] Bulengerus contrà Casaubonum scribens refert ex Codice manuscriptô Federici Morelli, quæque similiter extant in duobus codicibus Bibliothecæ Regiæ, sic erant vertenda: [cc] *Cum Dominus diceret*, hoc est corpus meum, & hoc est sanguis meus, *conveniebat ut illi qui panem proponerent post gratiarum actionem corpus ipsius esse censerent, vtsumque participarent, poculum quoque ἐν τύπῳ αἵματος vice sanguinis esse reputarent, circa quæ facta est passio pro communi omnium salute, & remissione peccatorum. Fides enim illis adhibita, simul confessionem habet eorum quæ expleta sunt, & credentibus remissionem peccatorum indulget.* Verba tamen Authoris sic reddita non magis sunt ad Bulengeri, quàm alia illa ad Scribonij mentem. Sensus enim Victoris non est, panem & vinum post gratiarum actionem censenda ac reputanda propriè & substantialiter esse corpus & sanguinem Domini circà quæ passio facta est, ac sub hac ratione participanda; sed, *censenda esse corpus & sanguinem* ipsius, tum *in symbolò*, quemadmodum paulo antè ait: [d] Dominum dedisse Discipulis *symbola perficere*, tum etiam *in efficaciâ*, quemadmodum paulo post ex Cyrillô innominatô subjungit, [e] *Dominum proposita mutare in efficaciam carnis suæ*. Nam *fideles*, inquit [f] Facundus, *sacramentum corporis & sanguinis ejus accipientes, corpus & sanguinem Christi recte dicuntur accipere*. Quod ipse Author innuit, quando ait, *poculum ἐν τύπῳ αἵματος esse reputandum*. ἐν τύπῳ enim passim sumitur, pro *vice*, seu *loco*: Ita si quidem illud exponunt Veteres glossæ: Et Adversarius ipse sic vertit. Quod autem alicujus locô seu vice est, illud ipsum proprie non est cujus locum replet: ut quando Cyrillus Alexandrinus ait, *arcam in desertò Dei locum impleviſſe* ἔν τινι τύπῳ διατηρήσεως τόπου, non intelligit arcâ Deum propriè fuisse, sed ut ibidem explicat, [g] eam *ejus typum fuisse*. Quamquam, etsi demus ἐν τύπῳ αἵματος hîc significare, *in ordine* seu *censu sanguinis*, quemadmodum hoc vocabulum nonnunquam etiam vsurpatur, id ne vel tantillum quidem Bulengero proficeret. Annon enim Theodoretus Mopsvestenus similiter ait, [h] *fideles Spiritu virtute regeneratos in censu corporis Christi, ἐν τάξει σώματος* esse? Quis tamen ideò concluderet fideles ipsummet Domini corpus naturale & substantiale esse? Nemo sanè, si sanus sit: tantummodò enim corpus ejus morale sunt. Quidni & eodem modo de corpore symbolicô Victor Antiochenus loqueretur?

Theodoretus. Victor Antiochen.

[a] *Tract. 26.*

[b] *De bapt. Æthiop. c. ult.*

[c] *p. 158. & 178.*

[cc] Ὅτε ὁ Δεσπότης, τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου, καὶ τοῦτό μου τὸ αἷμα, ἔδει τοὺς μὲν ἄρτον προθεῖναι εὐχαριστίας, καὶ τὴν ἐκφώνησιν ποιήσασθαι ὑπὲρ τοῦ σῶμα γεγονέναι αὐτοῦ τὸ σῶμα τοῦτο, καὶ μεταλαμβάνειν, τὸ δὲ ποτήριον ἐν τύπῳ αἵματος ἡγεῖσθαι· ἐπὶ πᾶσι γὰρ ὑπὲρ σωτηρίας τῶν ἀνθρώπων ἐγένετο τὸ πάθος· ἐν γὰρ τῇ πίστει ἡ τῶν ἁμαρτημάτων ἄφεσις τοῖς μεταλαμβάνουσιν αὐτοῦ χορηγεῖται. ἐν τύπῳ δὲ τὸ ποτήριον αἵματος ἔφη, ἀντὶ τοῦ ἐν τάξει αἵματος· ἐν τάξει γὰρ τὸ ἐν τόπῳ πολλαχοῦ τίθεται. ὡς καὶ τὸν Θεὸν ἐν τύπῳ τόπου ἱδρῦσθαι τὴν κιβωτόν φησιν ἡ θεία γραφή· οὐ γὰρ ἦν ἐν τόπῳ ὁ Θεός· ἀλλ' ἐν τάξει

tum quid, inquit, quid erat in fatis Iohannes? Sane pertinacissima fœmina reperitur, & quæ nunquam quiescat. Et, *verebar ne, inquit, ut Iohannes, ita & Christus.* Hæc & alia ejusmodi, *scelesta transfugæ & sacrilega.* Et rursum: *Christus ab exulibus etiam quotidianis lacessitur & irridetur.* Num & illa propter fanatismum, *Scripturæ Christum ac Christi corpus ad mentem Eucharistiam alicunde trajicimus* ac deferre. Quarto tamen anno? Christus nihil mutatus in cœlo eſt. Sinceri eruditionisve deficiemur, & cœleſti mutuatione & deferri oportet eſt? Comprehendisse autem non eſt illam de cœleſti mutuatione & deferri eſt per memoriæ localem, ac proinde certum determinatumque *Leonis Ep. Quinam mali sint, qui Christum ad cœlum deferri dicunt.* Nam, *inquit, nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo, filius hominis.* Et, *quomodo, inquit, ascendet filius hominis, ubi non fuerit?* Et, *spiritus est qui vivificat, caro non prodest quidquam.* Et, *verba quæ ego locutus sum vobis, spiritus & vita sunt.* Et, *caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus.* Et, *qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem, in me manet & ego in eo.* Et, *panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita.* Et, *qui manducat meum panem, non morietur in æternum.* Et, *panis quem ego dabo, caro mea est

Leo I. *Hinc enim sacramenta veteris testamentis figurarum mysteria terminans, & quæquid hactenus significando in prophetas fecit & legislatores humana fragilitate sustinuit, ipse per suos prædicatores effecerit, suo præsentis imperii claro & fortissimo lumine illustrat.*

Epist. 59. c. 2.

Theophil. Alex. ep. 3. tom. 6. in Pascha.

Cyrill. Alex. in Leviticum. lib. 2. c. 3. tom. 1.

Ambros. lib. 4. de Sacram. c. 4.

Chrysost. hom. 2. in Epist. ad Ephes.

Cyrill. Alex. in Matth. lib. 12. c. 26. tom. 5.

Denique in quarto: *Cum ex Christi persona dicat Apostolus: & transmutati sumus, ut per hoc non sumus natura humana existimandi.*

Secundus locus desumitur ex formula secunda quarto de eodem Dominici pallionis, inquit Bellarminus, Leo dicit: *ipsum (Christum) per mysteria & figuras & carne passurum.* Verum propius accedit tertius locus. Leonis locus intendit inquiri, perspicuitatem legendum esse, non obscurum, sed claram; ut recentes ecclesiæ exercitia haberi possint, quæ ex veteri multos annos pendebant cum hac, Legislatoris Ecclesiæ. Sic enim loquitur Leo: *Talia divinitus sunt instituta, ut veteris testamenti celebrata, non præteriti temporis memoria obtineret, sed ipsa divinum mysterium & patriæ. Non enim aliud agit paschalium operum & sanguinis Christi figura nisi ut quod immaculatus agnus occisus est sanctum & consecratum sanctificet populum & figuram & species & umbram transeuntis rei ad veritatem & ad virtutem & ad gloriam æternitatis transferat.* Quæ verba Theophilo Alexandrino, Cyrillo Alexandrino, Ambrosio, Chrysostomo, Cyrillo Alexandrino, Augustino, Theodoreto, Fulgentio, Isidoro, Beda, Rabano, Haymone, Ansberto, Paschasio, Ratramno, Berengario, Lanfranco, Guitmundo, Algero, Hugone, Rupertho, Honorio, Petro Lombardo, Alexandro Alensi, Bonaventura, Alberto Magno, Thoma, Scoto, Durando, Gabrielo, Cajetano, Catharino, Vasquez, Suarez, Ruardo Tapper, Bellarmino, Becano, Gretsero, Valentia, Gregorio de Valentia, Tanner, Ripalda, Arriaga, Oviedo, Salmeronio, Gonet, Natali Alexandro, Tournely, Billuart, Collet, Wigandio, Magdeburgensibus, Centuriatoribus, Calvino, Beza, Peronio, Claudio, Daillé, Blondello, Aubertino, Basnagio, Jurieu, Claudio, Boileau, Dallæo, Mestrezat, Allixio, Turretino, Ostervaldo, Saur

Leo I.

& nos, cùm è Virgine naſceretur, nec eam crucifixam fuiſſe ac reſurrexiſſe, ſed docebāt eam à gloriâ fuiſſe abſorptam & in divinitatis naturam tranſiiſſe. Catholici igitur, ac Leo velut eorum caput & os, *contrà ipſos diſputantes nullum reperiebant ad illorum hæreſin deſtruendam fortius argumentum, quam à veritate Euchariſtiæ ductum, hoc eſt, à veritate carnis realis & eſſentialis quam fideles quotidiè in eâ recipiunt. Ea autem argumentum* Catholicorum: *Chriſtus nos juſſit carnem ſuam in Euchariſtiâ edere per hæc verba dicta apud Ioannem*, nili manducaveritis, &c: *Vbi Eutychiani negare non poterant eum de verâ carne eſſe locutum quam habebat cùm hæc diceret. Atqui illa ipſa caro eſt, quam in Euchariſtiâ quotidie nobis dat, quamque edimus: Ergò Chriſtus adhuc hodiè eamdem carnem habet. Ita argumentum Catholicorum pro certò ponit, carnem Chriſti realiter dari in Euchariſtiâ, aut Euchariſtiam realiter Chriſti carnem eſſe, ore ſumptam, & non fide tantùm. Manifeſtum enim eſt, ſi fides Eccleſiæ ea tum fuiſſet qualis Proteſtantium eſt, illos nihil fuiſſe concluſuros, quandoquidem, ſi quæſtio fuiſſet de manducatione fidei quam ajunt conſiſtere in ſolâ commemoratione Chriſti pro nobis crucifixi, carnis ejus pro nobis ad mortem datæ ac ſanguinis ejus pro peccatorum remiſſione in cruce effuſi, Eutychiani confeſſi fuiſſent ſe carnem Chriſti nunc quoque ſic ſumere: quia ad concludendum per rationem Euchariſtiæ Chriſtum, etiam nunc, veram carnem habere, pro certò agnoſcendum eſt Euchariſtiam veram ac realem carnem ipſius eſſe quæ propriè & realiter nobis detur manducanda, non autem figurate & per fidem: Euchariſtia enim poſſet figurare & fides apprehendere carnem Chriſti quam habuiſſet in cruce & antè gloriam, abſque eò quod neceſſe ſit eamdem carnem adhuc extare, & Chriſtum eam in cælo habere*, &c. Hoc autem argumentum *demonſtrationem invincibilem* nominat: ſed ridiculè. Primo enim, quamvis verum foret, tum Eutychianos ſenſiſſe Dominum veram carnem ex Virgine ſumpſiſſe, ac eam poſt glorificationem tantum in naturam divinitatis fuiſſe commutatam, tum Catholicos, proùt eos inducit, fuiſſe argumentatos, argumentum eorum nihilominus validum futurum fuiſſe dico adverſus Eutychianos, ſive per manducationem carnis Chriſti de quâ Dominus apud Joannem, manducationem ſpiritualem veræ ac propriæ carnis intelligerent, ſive manducationem oralem & corporalem carnis typicæ & ſymbolicæ, hoc eſt, panis, carnis illius veræ ſymboli ac ſacramenti. De priori patet. Nam quemadmodum, quando Primaſius poſt Apoſtolum ait, g *panis quem frangimus participatio Corporis Domini eſt, ſic & idolorum panis Dæmonum participatio eſt*; participatio myſtica ac (ut ita dicam) ſpiritualis Dæmonum, Dæmonum quibus participatur exiſtentiam ſupponit, ſic & ſpiritualis corporis Chriſti participatio realem corporis illius exiſtentiam. Manducationem autem hanc Spiritualem corporis Chriſti ex noſtrâ ſententiâ nihil aliud eſſe quam commemorationem ipſius pro nobis ad mortem dati, impudens & falſum eſt Milleterij commentum. Manducatio enim illa eſt actus particularis fidei noſtræ carnem Chriſti apprehendentis tanquam cauſam vitæ noſtræ meritoriam, ac perpetuum illius ſubſidium. De poſteriori ſimiliter patet. Nam licet caro *typica & ſymbolica* non ſit vera ac propria caro, Catholici nihilominus ab illâ ad hanc validè argumentabantur, quiâ, ut ſuprà notabat Theodoretus: a *oportet imaginis eſſe archetypum, picturæque conſueverunt naturam imitari ac eorum quæ videntur imagines depingere.* Nec obſtat quod objicit, *Euchariſtiam poſſe figurare carnem quæ fuerit, non autem quæ jam neceſſariò ſit.* Nam Euchariſtia ex ſcripturis & Eccleſiæ fide, non eſt tantummodò figura carnis Chriſti quæ fuit, quæ paſſa eſt & reſurrexit, ſed etiam carnis cum qua b tanquam velò in cœli ſacrarium aſcendit, & cum qua viſibiliter rediturus eſt ſicut aſcendit. Id expreſſe notat Orthodoxus apud Theodoretum: c *Didici à ſanctis Angelis quod veniet eò modò quò viderunt eum Diſcipuli euntem in cœlum. Viderunt autem naturam circumſcriptam, non incircumſcriptam. Audivi & Dominum ipſum dicentem, Videbitis filium hominis venientem in nubibus cœli, ſcio autem circumſcriptum eſſe quod ab hominibus cernitur.* Et ruſſus, d *poſt ipſius adventum non amplius opus erit ſymbolo corporis, corpore ipſo apparente. Ac propterea Apoſtolus dixit, donec veniat.* At verò ſi Euchariſtia figura eſt carnis Chriſti quæ non modo paſſa eſt & reſurrexit, ſed & in cœlum elevata eſt, ac indè olim rediturа, nonne carnis illius veram & realem, etiam nunc, exiſtentiam præſupponit? Verùm, addo ſecundò, nec Eutychianos admiſiſſe Chriſtum veram carnem habuiſſe ex Virgine ſumptam, ut ſuprâ ex Theodoretô probavimus: undè Catholici rectè adverſus illos ex Euchariſtiâ tanquam figurâ veritatem carnis concludebant, cum *omne ſignum rei ſit cujus eſt ſignum*, e ut Tertullianus obſervat: nec Catholicos, proùt fingit Milleterius, eſſe argumentatos, ut infra fuſius docebimus in vindicatione ſolutionum noſtrarum. Atque hæc ſunt Adverſarij præludia. Indè progreditur ad examen reſponſionum & eas confutare nititur: Sed pari ineptiâ.

Dixeram primò ad poſteriorem Leonis locum, vbi ait, *ſic ſacra menſa communicare debetis, ut ullus prorſus de veritate corporis Chriſti & ſanguinis ambigatis*, mentem ipſius haud eſſe, dubitandum non eſſe de veritate præſentiæ corporis & ſanguinis Chriſti in ſacrâ menſa, ſed dubitandum non eſſe de veritate eſſentiæ corporis & ſanguinis Chriſti in ſe, ac illum id tantùm velle, eos qui veritatem

a *Dialog. 2.*

b *Hebr. 10. 19. & 20.*

c *Dialog. 2. ſupr. cit.*

d *In 1. Cor. 11. ſupr. Cit.*

e *Contr. Marcion. l. 4.*

g *In 1. ad Cor. 10.*

Leo I. corporis & ſanguinis Chriſti in dubium revocant, Euchariſtiæ ſacramento injuriâ communicare. Nã cùm Euchariſtia inſtituta ſit in ſignum ac imaginẽ corporis & ſanguinis Chriſti, imagoque neceſſariò archetypum præſupponat, annon ſtultum & ineptum eſt ad Euchariſtiam accederè, eam recipere, & tamen negare Chriſtum veram carnem verumque ſanguinem habere? Quid ad hæc Milleterius? *Verba*, *f* inquit, *S. Leonis gloſſam hanc mendacij arguunt, quemadmodum & ſcopus diſputationis contrà Eutychianos eam confundit. Nam Leo loquitur nominatim de veritate corporis & ſanguinis Chriſti, de quibus Dominus dicebat*, Niſi manducaveritis carnem filij hominis & biberitis ejus ſanguinem, non habebitis vitam in vobis. *Loquitur ergo de veritate corporis & ſanguinis Chriſti, quatenus Chriſtus eam dat in Euchariſtia manducandam, & non tantum ratione veritatis eſſentiæ in ſe. Scopus quoque Leonis ſenſum illum evertit. Neque enim illi propoſitum erat Eutychianos prohibere ne Euchariſtiæ communicarent, ſed per Euchariſtiæ participationem eos errorem quem circa fidem committebant veritatem carnis Chriſti præſentis negantes, oſtendere. Ad id autem probandum tale erat ipſius argumentum: Credi vere debet per fidem quod in Euchariſtia vere ore ſumitur. Atqui in Euchariſtiâ vera caro Chriſti ore ſumitur: Ergo fide credi debet vera Chriſti caro. Primam propoſitionem probat, per rationem* Amen, *quod reſpondebant illi qui Euchariſtiam ore ſumebant, quod probatio evidens eſt eos debuiſſe credere quod ore ſumebant. Secundam rurſus probat, per verba Domini apud Joannem in quibus de veri corporis ac ſanguinis participatione loquitur.* Stupendam hominis vertiginem & cæcitatem! Nam, & verba Leonis, & ipſamet Milleterij verba, verum me dixiſſe teſtantur, eumque falſum dicere. Theſis enim quam Leo probare intendebat, nonnè erat carnem Chriſti veram eſſe eſſentiâ carnem nec in naturam divinitatis converſam? Ipſemet Milleterius id ſuprà

f p. 489.

g p. 486. notabat: *pronunciabat*, *g* inquit, *hæc verba ad convincendos Eutychianos qui confundentes humanitatem Chriſti cum divinitate poſt glorificationem, veritatem proindè carnis nunc illi tollebant.* Theſis autem illam in Leonis diſcurſu non reperitur, niſi in his verbis, *ſic ſacra menſa communicare debetis ut nihil prorſùs de veritate corporis Chriſti & ſanguinis ambigatis*: neceſſe ergò eſt ut in his verbis intelligat, dubitandum non eſſe de veritate eſſentiæ corporis & ſanguinis in ſe. Rurſus quoque concluſio argumenti quod Leoni tribuit, eum pariter falſi convincit. Nam conclùſio illa, theſis eſt quam Leo probandam ſuſceperat. Concluſio autem illa eſt, *Ergò fide credi debet vera Chriſti caro*; hoc eſt, eam vere & nunc exiſtere haud in divinitatem mutatam; quæ ipſiſſima mea reſponſio eſt. Sic inſigni veſaniâ falſi primò me inſimulat, deinde obſervationibus ſuis verum me dixiſſe probat. Quis non miſereatur hominis in tam reprobum ſenſum traditi? Verùm ad rei intelligentiam duo addideram. Prius eſt, quamvis Leo in his verbis, *ſic ſacra menſa communicare debetis, ut nihil prorſus de veritate corporis Chriſti & ſanguinis ambigatis*, eamdem carnem eumdemque ſanguinem intelligeret de quibus Dominus loquitur apud Joannem, non tamen inde ſequi ſi in poſteriori hoc locô de veritate communionis corporis & ſanguinis Chriſti agatur, Leonem pariter in illis verbis ſuprà memoratis de eadem communionis veritate loqui. Ratio evidens eſt: quia verba illa Leonis theſis probanda, verba autem Domini apud Joannem, medium probationis ſunt; ut vult ipſe Milleterius. Poſterius eſt, nihil eſſe quod nos cogat admittere, Leonem in verbis Domini apud Joannem per *carnem & ſanguinem*, intelligere verum ac proprium Domini corpus ac ſanguinem, ſed reſponderi poſſe illum per *carnem & ſanguinem* ibi intelligere corpus & ſanguinem *ſymbolicum*, hoc eſt, ſacramentum corporis & ſangninis, proùt multoties ex *h* Fulgentio obſervavimus verba illa conſiderari poſſe, non tantùm *ſecundùm myſterij veritatem*, hoc eſt, de proprio corpore & ſanguine, ſed etiam *ſecundùm veritatis myſteria*, id eſt, de ſymbolis corporis & ſanguinis, ut ſenſus ejus ſit, cùm Dominus nos juſſerit ſacramentum corporis & ſanguinis ſui edere & bibere, ſic illis eſſe communicandum uẽ de corporis & ſanguinis ipſius veraci in naturâ rerum exiſtentiâ nullomodò ambigamus. Qua verò de cauſa? quoniam, inquit, *hoc ore ſumitur quod corde creditur*: id eſt, quià ſymbola illa corporis & ſanguinis Chriſti quæ ore percipiuntur, corde quoque creduntur eſſe veri corporis ac ſanguinis ſymbola. Eodem enim planè modô contrà hos hæreticos diſputat *a* Theodoretus: *Dic*, inquit, *myſtica ſymbola quæ Deo à ſacerdotibus offeruntur, quarum rerum ſunt ſymbola?* Er. *Corporis & ſanguinis Domini.* Orth. *verine corporis, an non veri?* Er. *Veri.* Orth. *Optimè. Oportet enim imaginis extare archetypum*, &c. E. *Verum eſt.* Orth. *Si igitur veri corporis figura ſunt divina myſteria, corpus ergò Domini nunc quoque corpus eſt, non in divinitatis naturam mutatum, ſed divinâ gloriâ repletum.* Quid verò ad hanc ſolutionem regerit Milleterius? Nihil habuit miſellus quod exciperet, præterquàm hoc, tanto vindice dignum, *b* interpretationem illam ab omnibus judicio præditis exſibilatum iri. *Spectatum admiſſi riſum teneatis amici.*

Leo I.

h *De bapt. Æthiop. cap. ult.*

a *Dialog. 2.*

b p. 496.

Secundò & aliter reſponderam. Dixeram enim, licet concederemus, tum in verbis Domini apud Joannem per carnem & ſanguinem, verum ac proprium Domini corpus à Leone intelligi, tum de eorumdem veritate

Leo I. ritate ab eô dici, *hoc enim ore ſumitur quod fide creditur*; nihil illud tamen Adverſarijs profuturum, cum nemo ſit qui neſciat quod verbum, *ſumere* non ſemper ſit, *ſumere ore manducando*, ſed interdum, *ſumere ore loquendo & profitendo*, ut quandò in Decalogo dicitur, c *non ſumes nomen Domini Dei tui in vanum*: ſenſumque Authoris eſſe, veritatem corporis & ſanguinis Chriſti ab ijs qui Euchariſtiæ communicant, & oris profeſſione admitti, & corde credi. Nec tantum id exceperam, ſed & probaveram ex altero Leonis loco, de quo infrà amplius. Quid reponit Milleterius? Attendite acumen hominis. d *Agitur nè tantùm de verbô* ſumere *in ſermone S. Leonis? Nonnè ibi conjunctim eſt*, ſumere ore? *Cur ſeparat terminos è quorum conjunctione ſenſus Authoris pendet? Poteſt-nè ducere ex Grammaticâ ſuâ* ore ſumere *accipi communiter pro eloqui aut confiteri quamdam veritatem? Reperit-nè ſcriptum in verbis Decalogi*, non ſumere ore nomen Domini Dei tui in vanum? *Sed quandoquidem volebat mandati divini verba adducere, debebat ſaltem originem inſpicere, undè perſpexiſſet* (*ſi conſcientiâ ejus correctionis capax eſt per notitiam termini quô Spiritus Sanctus* uſus eſt) נשא את שם non ſumes *convenire non poſſe ſignificationi de ſumptione per os. Hebræi enim* ſumere illud *exprimunt* per נתל *non per* נשא. *Ipſe igitur debet agnoſcere ſe verba ejus mandati in vanum ſumpſiſſe*, &c. Hic autem neſcio utram magis mirer, effrontem audaciam, an ſupinam ignorantiam. Nam ſi mihi neceſſario proferenda eſſent loca in quibus *ſumere ore* ſeu *per os*, uſurparetur ad deſignandam ſumptionem illam quæ fit loquendo & profitendo, præſto ſane eſſent. Nonne enim Pſaltes inducit Deum ipſum, hoc ſenſu, impio dicentem, e *quarè ſumis pactum meum ore tuo*, ſeu *per os tuum*? Verum ajo, id inepte & ſine ratione exigi. Nam ſi verbum *ſumere* abſque ullâ additione paſſim adhibetur ad ſignificandam ſumptionem illam oris quæ fit loquendo, quis ſanus auſit dicere, *ſumere ore*, quod aliquantò explicatius eſt, ſignificationem illam mutare? Sed, ut *abyſſus abyſſum trahit*, cenſoriâ virgâ me ferit quod in ſupra citato Decalogi mandato, *non ſumes*, exponam de ſumptione illâ quæ loquendò fit. Dic igitur, ô bone, quomodò *nomen Dei* proprié *ſumatur in vanum*: an pede, aut manu, aut dentibus mandentibus, an non potiùs ſermonibus vanis, pejerationibus ac falſis juramentis, & id genus alijs uſum linguę loquentis directè ſpectantibus? quis aliter unquàm hoc verbum eſt interpretatus? Denique, ineptiſſima eſt ejus de verborum Hebraïcorum נתן & נשא obſervatio. Cæcus enim judicat de coloribus. Contrarium ejus quod aſſerit veriſſimum eſt, quod aſſerit falſum. Prius enim illud verbum adhiberi non ſolet, cùm de eâ oris ſumptione quæ loquendo fit, agitur: Contrà verò נשא hoc ſenſu paſſim uſurpari, ſcriptura teſtis eſt. Vide præter loca Exodi & Deuteronomij in tertiô dialogi mandatô; Numer. 23. 7. & 24. 3. Et 2. Reg. 9. 25. Pſalm. 50. 16. Eſa. 3. 7. & 14. 6. Micheæ 2. 4. Abacuk 2. 6. & varia alia loca quæ ſuperfluè notarentur. Et audet homo tam ignarus calamum in nos ſtringere?

Leo I.

c *Exod. c. 20.*

d *p. 491. & 2.*

e *Pſalm. 50. 16.*

Sed urget poſt Bellarminum poſtrema hæc loci verba, *& fruſtrà ab illis Amen reſpondetur à quibus contrà id quod accipitur diſputatur*: ubi, ſe inquit, *negari non poteſt per illud* quod accipitur, *intelligi id quod ſumitur per manus & os fidelium*. Quamobrem verò negari non poſſet? Adeo-nè Latinitatis ignarus eſt ut neſciat verbum *accipere*, interdum ſumi pro *acceptare*, *probare* & *amplecti*, quod loquendo & confitendo fit? Senſus ergò Leonis eſt, fruſtrà *Amen* reſponderi ab ijs qui contrà id quod probare ſe profitentur, diſceptant. Nam ſacerdos Euchariſtiam diſtribuens dicebat, *corpus Chriſti*, *ſanguis Chriſti*, ſivè hac conciſâ loquendi formulâ monere vellet, corpus & ſanguinem Chriſti quorum ſymbola dabat, eſſe veri nominis corpus & ſanguinem, non autem phantaſma aliquod, aut etiamnum corpus eſſe & ſanguinem, nec in divinitatis naturam mutata, ſive id quòd dabat eſſe corpus & ſanguinem Chriſti (quodammodò ſcilicet & per ſimilitudinem) ut f Pelagius videtur innuere: Viciſſim autem Euchariſtiam recipientes reſpondebant ad hæc verba, *Amen*, quod confeſſionis & confirmationis nota eſt. Quandò igitur Leo ait, & *fruſtra Amen reſpondetur a quibus contrà id quod accipitur diſputatur*, reſpicit ad illa ſacerdotis monentis verba, ac per verbum *reſpondetur* clarioribus verbis exprimens quod in præcedente periodo dixerat, *ore ſumitur*, ait, malè reſponderi, *Amen*, id eſt, *hoc verum eſt*, ab ijs qui non modò corde non credunt quod in ore habent, ſed etiam diſputare audent contrà id quod per illud *Amen* profeſſi ſunt. Confeſſio enim oris procedere debet à fide cordis, ac ſtultum eſt quod conceſſiſti revocare & negare. Verùm demus Milleterio Leonem hîc loqui de acceptione quæ per manus fit, quid lucraturus eſt? *Neceſſariò*, inquit, *ex doctrinâ S. Leonis, corpus Chriſti verum accipitur per manus & os fidelium in Euchariſtiâ, & Euchariſtia corpus eſt Chriſti verum. Dicebatur enim fidelibus quibus Euchariſtia diſtribuebatur*, corpus Chriſti eſt, *& reſpondebant* Amen: *fatebantur ergo Chriſti corpus eſſe verum*, & addit, *nullam eſſe demonſtrationem mathematicam hac evidentiorem*. Apage igitur demonſtrationes Mathematicas, ſi huic ſimiles ſunt. Hæc enim nihil minus-quàm demonſtratio eſt. Nam ſi ex eo quod ſacerdos Euchariſtiam diſtribuens diceret, *corpus Chriſti eſt*, & fideles eam recipientes

ee *p. 492.*

f *In 1. Cor. 11. inter. Hieronym.*

Lap. 1.

pleas nos credamus, _anne_, ideft, ha-
rum eſt, inquitur Euchariſtiam vere ac pro-
prie corpus Dominicum eſſe, partim quoa-
que conſtitutam, fidelis, corpus fidelium
fidele, proprium, verum & (ut ita dicam)
naturarium, Dominicii eſſe. Nam ſacramen-
ſi fortuitum, ad utilitatem Auguſtinus
ſi aliud quid eſſe videatur, _anne_, & opus
ſit fidelis? _Anne corpus Chriſti ſe regene-
ratis dare, ſibi nutrimento corpus Chriſti, ni-
ſi verum, _anne_ non? Et rurſum: _Anne quod
ſe fidei ſe? _Anne Chriſti_ ſe regene-
ratis ſe? _Anne Chriſti_ ſe regene-
non putant. Ex eo item: _corpus regenerati_ ſe
_ſi_ ſe? _Anne Chriſti_ ſe regene-
in conſeſſu eſt, non proprium & naturarium
Dominii corpus eſſe, ſed tantum myſti-
cum ſe mineſtia. Mens ergo, ſua ſententia
omnem nunc opem dabat corpori Chriſti
ſpi, ſua plebis reſpondentes, _Amen_, nullo
modo cunctantes, proprium ac ſubſtantiale
Dominii corpus eſſe, corpus ſymbolicum
eſſe, hoc eſt, veri corporis Incarnationis,
quemadmodum & pariter myſtici corporis
Chriſti ſymbolum ſe quoque Auguſti-
nus, quique Chriſtum reſtum ex mortuis, &
mox propinare, _ſyllogiſmum_ tironum _augeat_, id
eſt, tum veſtit, tum Dominii ſignum ea de-
_mox ſeſus Chriſtus, inquit, mox ſignificare, mo-
_ſi ſe corporis reſtis, reſtorum _tum_ & reſtum
reſtus ne ſui mereſt corporis. Itaque, de hoc
fenſu Leo dicere poterat: corpus & ſangui-
nem Chriſti per naturas & ſubſtantias iun-
ctum in ſe & ſubſtantia ſue proprietate (cui
nihil in ſacramento eſſe aſcribitur Domi-
nici, Chriſtus enim Dominus ſacramentum
corporis & ſanguinis ſuum fecit, ideſt, quod
in preſentem eſt quod corpus) reſtin ea ſuæ
portio fub ſymbolici & typici, proprietate
corporis ſigni. Sic enim Euchariſtiæ ſa-
cramentis celebrata; & Chriſti fidei par-
ticipatione corporis ſanguinis que ejus unitate ef-
ficit, & _corpus Euchariſtiæ eſſe dicimur accipere_.
Ac, ut ſimilem hanc tum illud non eſſe, ſa-
cramenti corpus & ſanguinem, immediate
ſubſequitur: _Ita & eſſe Corporis ſacramentum ad
_ejusmodi ſignum non ſubſtantiæ, ſed ſolum ſimi-
ſignum ſubſtantiæ ſacrificii. Certum enim
eſt, nec baptismum proprie adoptionem di-
ci, nec Dominum proprie adoptionem illo-
rum ſuſcipere.

At verbo tenus hanc reſpondorum Mi-
ſenſum objicio. Primo eſt, _e tantis-
mo argumenti Leonis _medullis manare_, _quis-
quis ſanctificatio nem _eſſe ſacramen-
_tum corporis quod ejus fuerit, non autem mate-
rialis ſubſtantiæ ſignificationem, in _ſolis
ejus ſacramentum ſignificationis ſacrificii, _non
ſacrificii ut non _ſacrificii_. Verum jam ſu-
pra ſatisfactum eſt, cum Euchariſtiæ ex ver-
bis Chriſti non corporis veritatem unquam
abſolvit, & proinde non validiſſime confe-

CHAPITRE XIII.

rum ſacramentum Euchariſtiæ tanquam ſi-
gnum dicit, eam ſignum veritatis ſigni fi-
tum Euchariſtiam ſacramentum eſſe corpo-
ris quod Dominus dereliquit ecclæ. Et cum
quid reditura eſt, ac de conſequenti corpo-
ris ſacramentum & reſtitutionem neceſ-
ſario ſupponeret. Poſtremo eſt, _Auguſtinum
& per conſequens ſacramentum ſignum corporis & p. 100.
Chriſti, _non quatenus ſignum_, eſſe: quod ve-
rum, non vulte dicere meus ſubſtantiæ potius
ejus ſignum ac ſignum corporis Chriſti, ſed ſacra-
mentalis tam. Nam Auguſtinum per _myſti-
cum Dominici & nullo, ſatisfiat ſignum in-
telligere, patrem eſt quod ſubſtat, _ita Do-
minici ſignificantur: Et tandem cum effe-
ut ipſum illum id ab Aligerii ſatis ob- c. Lib. 1. 4.
ſervatum. Quando vero corporis Chriſti, _ſed
quod videris & accipis quod ipſe, non vult
ipſum vocaſſe tum ſacramentum proprie dictum,
ſignum & ſignificationem corporis Chriſti, tum
proprium ipſius corpus, nec non quoque ad
hoc probandum locum illum Auguſtinum,
ſed tantum ut ad elementum, non ſequeas eſt
ſacramentum ſignificationem corporis
Chriſti ſyllogiſmi corporis proprie eſſe, quem-
ſequuntur locos pares virtutis eſt diuturna
& corpus ſplendorem Chriſti; non tamen
propriæ ſimus, ſed ſignorat ſimus ſacramen-
probat ſacrum ſignorum effectis modum
non eandem ſtruktiſque eſſe, prout ſalpeſtra
varia ſint & non vno modo reſtituatur ad id
quod elle dicuntur, cuiuſque nomine appel-
lentur.

Ad alterum autem locum in quo Leo ita
_quidem ſignorum ſacramentis ut ad ſacrum
effectus veritas ſuaret, _ut nec actio dicatur_,
ut ſalutare cognoſcere, quod ſi Chriſti Deus
omnium ut ſine conſummatio eſt, _ut nec ab ini-
tio ſingulorum ſenſus corporis & ſanguinis Chriſti ſa-
_cramentum ſacrorum ſalutaretur ſi Spiritus
Sancti myſtica dilectionem ſpiritualis alumnus,
_ſacramentum, ſic ſanctus, ut ſacrificium veri-
_tum Calleſtis Cibum ſi qui ſanctus ſacramento
ſacramentum & obſervatur, _ut ſacrum_, _ut_ c. Lib. 1.
hoc ſpiritus ad ſalutem ſacrificium, _ut ſacrum_ p. 100.
ſacrificium, _ut ſacrificium_, _ut ſacrificium_, _ut

Leo I.

sum quoad se proprie in Eucharistiâ pati & immolari; sed tantummodò, eum [i] signo & repræsentatione immolari. Addo & aliud exemplum in quo de distributione quoque agitur: quemadmodum quandò Chrysostomus de baptismo loquens, ait, [k] *Do tibi regem ipsum* (Christum) *ut eò induaris*, sensus ejus propterea non est, Christum quoad se distribui in baptismo à sacerdote baptizante, sed id tantum intelligit in signo & efficaciâ fieri. Primam hanc responsionem non aliter quàm silentio refellere chrasoni nostro visum est oportunum. Responderam quoque secundò, Leonem non loqui de distributione, nec proinde de sumptione, quæ per manus fiat, sed de eâ quæ fiat per viam commendationis, testationis & confessionis, ut quando Apostolus ait, [l] *Hæc vobis potum dedi*, in vulgatâ versione; & in textu Authentico, [m] *accepi à Domino quod & tradidi vobis*: Et Hieronymus, [n] *consuetudo apud nos istiusmodi est, ut his qui baptizandi sunt per quadraginta dies publicè tradamus sanctam & adorandam Trinitatem*: Et Gregorius Romanus, [o] *vobis adhuc parvulis incarnationis ejus* (Christi) *tantummodo lambendum sanguinem trado*: Et ex scriptoribus exoticis Terentius, [p] *nunc quamobrem has partes didicerim paucis dabo*, sensumque ipsius esse veritatem corporis & sanguinis commendari à sacerdote dicente, *corpus Christi*, & vicissim agnosci à plebe respondente, *Amen*, hoc est, verum est. Nec modo id responderam, sed & ex abundantiâ juris probaveram. Quis enim non videt verba illa, *hoc impertitur, hoc sumitur*, expositionem & confirmationem esse illorum præcedentium, *quod in Ecclesiâ Dei in omnium ore tam consonum est, ut nec ab infantium linguis veritas corporis & sanguinis Christi inter communis sacramenta fidei taceatur.* At quænam esset hæc expositio & confirmatio, si quandò dicit, *hoc impertitur, hoc sumitur*, id de distributione & sumptione manuali intelligeret? Quænam, amabo, hæc ratio, *veritas corporis Christi & sanguinis in omnium ore consona est, & à nullâ linguâ inter communis fidei sacramenta tacetur, quoniam distribuitur manualiter, & manualiter sumitur?* Extrà oleas prorsùs. Quid enim commune habet distributio & sumptio manualis, cum publicatione & oris confessione? Sed verba illa exponendo de distributione & sumptione quæ fiat per modum commendationis, testationis & confessionis, rectissimè omnia quadrant. His enim verbis, *hoc impertitur, hoc sumitur*, distributivè ac per partes explicat quod collectivè & generatim antè dixerat, hoc auditu cognosci debere, hoc in omnium ore consonum esse, hoc, nec ab ipsis infantium linguis taceri. Nam hæc veritas, inquit, *impertitur*, id est, commendatur & annuntiatur à sacerdote monente, *corpus Christi est*, & vicissim illam *sumunt*, id est, ore confitentur fideles communicantes respondentes, *Amen*. Quid ad hæc Milleterius? Argumentum, quià nihil ipse habet quod reponere posset, prorsus dissimulat: responsionem vero fugillat duabus objecti- [a] *p. 493.* unculis. Prior est, [a] *si impertiri & sumere corpus Christi* (dicere debebat, *veritatem corporis Christi*) *sit illud annunciare & confiteri ore, similiter quando Evangelistæ ajunt, Christum corpus suum dedisse, & Discipulos illud sumpsisse, id significabit, Dominum illis annunciasse, & ipsos esse confessos, non autem illum eis dedisse & ipsos manu sumpsisse panem, signum & figuram corporis.* Sed hæc sunt deridicula. Nam, neque Evangelistæ ajunt Dominum dedisse corpus, sed panem, quem corporis sui appellatione honoravit, nec sequitur, si *dare* ibi significat manu distribuere, & *accipere* manu sumere, ita quoque esse ubique accipienda hæc vocabula, aut si apud Leonem *impertiri & sumere* de annunciatione & confessione sint exponenda, sic etiam esse accipiendam Evangelistarum narrationem: Ex materiâ enim dicti dirigendus est sensus. Leonis autem propositum evidenter requirerent ipsius verba sic exponantur, perspicuè, & invictè ostendimus. Posterior est, [b] *verbum tradere vsitatè quidem in supradictâ significatione sumi, Leonem vero non vti hoc verbo, sed verbo impertior: quarendum proinde esse aliquem Authorem qui dixerit* impertiri corpus Christi, *ad significandum*, annunciare corpus Christi, *ut hæc solutio locum habere possit.* Sed primò non agitur de hac phrasi *impertiri corpus Christi*, ut male supponit. Agitur de alterâ, *impertiri veritatem corporis & sanguinis Christi.* Secundo, si necesse foret nonnulla loca proferre in quibus hoc verbum pro *prædicare & annuntiare* sumeretur, forte non mihi deessent. *Laus* enim alicui *impertiri* apud Ciceronem [c] dicitur pro *laudes ejus prædicare*: quæ- [b] *p. 496.* roque à Milleteriô, si ipsi aliquid occultum revelans, dicerem, *hoc secretum tibi impertior*, an aliquid à phraseologiâ Latinâ alienum eloquerer? Verum, minimè necesse est, ut in ejusmodi locis conquirendis opus teram, tum quià *tradere, dare, impertiri*, synonyma sunt & ejusdem significationis, ut, quod de unô ostenditur, in alijs quoque locum habeat, tum quià Leonis propositum, ut jam diximus exigat hoc verbum in eâ significatione sumi.

Sed rursum Milleterius vrget postrema hujus loci verba. Nam postquam Leo dixisset, *in illâ mysticâ distributione Spiritualis alimonia hoc impertitur, hoc sumitur*, addit: *ut accipientes virtutem cœlestis cibi in id quod sumimus transeamus.* Vnde, [d] inquit, *patet, verum corpus Christi fidelibus dari in hac distributione mysticâ alimonia spiritualis ad complendum in illis Christi mysterium.* Verum, pro more nugatur. [d] *p. 502, 503.*

i *August. ep. 23.*

k *In Epist. ad Coloss. hom. 10.* ἀντὶ τοῦ βαπτίζοντος ἱερέως ἐγγυᾶται.

l 1. Cor. 3. 2.

m 1. Cor. 11. 23.

n *Ad Pammach. contr. error. Ioan. Hierosol.*

o *In Iob. lib. 31. c. 36.*

p *In Heautontimor.*

c *Orat. 3. in Catilinam. circà medium. Vid. & orat. pro lege Manilia longè antè medium.*

Leo I.

gatur. Verba enim illa dupliciter accipi poſſunt, id eſt, juxtà utramque reſponſionem à nobis datam. Primò in hunc modum: *in illâ myſtica diſtributione ſpiritualis alimoniæ*, hæc veritas corporis & ſanguinis Chriſti *impertitur & ſumitur*, hoc eſt, quoad ſacramentum & efficaciam diſtribuitur & recipitur, *ut cœleſtis illius cibi virtutem accipientes in id quod* (ſcilicet, *ſic*) *ſumimus tranſeamus*. Perindè, ac quandò de baptiſmo loquens, ait: e *Chriſtum ſuſcipiens, non idem poſt lavacrum qui antè baptiſmum fuit, ſed corpus regenerati ſit caro crucifixi*; non propterea intelligit, aut baptiſmum ipſum Chriſtum eſſe, aut Chriſtum in aquis baptiſmi deliteſcere, quamvis in baptiſmo *ſuſcipiatur*, ſed mens illius eſt, nos Chriſtum in baptiſmo quoad ſacramentum & virtutem recipere, ut in eo nova fiamus creatura. Secundò quoque hoc pacto: *hoc impertitur, hoc ſumitur*, id eſt, veritas corporis & ſanguinis Chriſti prædicatur à ſacerdote, & agnoſcitur à fidelibus, *ut cœleſtis hujus cibi virtutem accipientes*, hoc eſt, intelligentes, (*accipere* enim ſic frequentiſſimè ſumi f alibi docuimus) *in id quod ſumimus*, hoc eſt, quod agnoſcimus & confitemur, *tranſeamus*.

e *De paſſion. ſerm.* 14.

f *In Auguſt. c.* 3. *ad object.* 16.

Lectores autem hîc rogo, ut mecum expendant quiddam ad Eutychianorum contrà quos Leo diſputat, Hæreſin ſpectans, conſiderationedigniſſimum. Hæretici enim illi, ex quorum ſententiâ, ut notat Leo, g *Verbi incarnatio non vitio eſt divinæ humanæque naturæ, ſed hoc ipſo concurſo, quod geminum eſt, factum eſt ſingulare*, credere nullomodò poterant, panem & vinum in corpus & ſanguinem Chriſti in Euchariſtiâ ſubſtantialiter mutari, aut corpus & ſanguinem Chriſti ſub eorum accidentibus deliteſcere. Nihilominùs Veteres eorum hæreſin deſcribentes, nunquàm eos incuſant negatæ tranſſubſtantiationis aut præſentiæ realis: quod procul dubio non omiſiſſent, ſi hactenus quoque tam ſacrilegè erraſſent. Apertum ergò indicium eſt tranſſubſtantiationem ac præſentiam realem, tunc non magis ab Eccleſiâ quàm ab ipſis Eutychianis fuiſſe creditas.

g *De nativit. ſerm.* 8.

Quintus locus ducitur ex ſermone quartô de quadrageſimâ, in quo loquens de Manichæis qui Romam irrepſerant, ac, ut ſe occultarent præ legum imperialium metu, catholicis immixti ad Euchariſtiam accedebant, monet, quonam judicio ſint dignoſcendi, & ait: *Cum ad tegendum infidelitatem ſuam noſtris audeant intereſſe myſteriis, ita in ſacramentorum communione ſe temperant, ut interdum tutius lateant. Ore indignò Chriſti corpus accipiunt, ſanguinem autem redemptionis noſtræ haurire omninò declinant: quod ideo veſtram volumus ſcire Sanctitatem, ut vobis hujuſcemodi homines, & his manifeſtentur judicijs, & quorum deprehenſa fuerit ſacrilega ſimulatio, notati & proditi à Sanctorum ſocietate, ſacerdotali auctoritate pellantur.* Vndè Adverſarij dupliciter argumentantur. Leo I.

Primò enim Milleterius poſt Perronium ſic argumentatur: h *Euchariſtia juxtà Leonem eſt corpus & ſanguis quò redempti ſumus: Ergò verum ac proprium Chriſti corpus, ſanguiſque verus eſt, non typicum corpus ac ſymbolicus ſanguis. Nam verum ac proprium corpus eſt, veruſque ac proprius ſanguis quò redempti ſumus.* Verum, negatur conſequentia. Simili enim argumento concludere poſſem: *caro è virginis vtero ſumpta, & caro crucifixi*, eſt vera, propria, ſubſtantialis ac numerica Domini caro. At, juxtà Leonem, i *Chriſti caro de Virginis vterò ſumpta nos ſumus*, & k *caro regenerati caro eſt crucifixi*: Ergò vera, propria, ſubſtantialis ac numerica Chriſti caro ſumus. Nemo tamen conceſſerit, ſi ſanus ſit, nos propriè carnem illam eſſe quæ tum ex Beatæ Virginis vtero prodijt, tum cruci affixa eſt. Nam, etſi *caro eſt noſtri generis*, ut illam kk appellat, non tamen in atomo caro illa ipſa ſumus. Nec ergò pariter ſequitur, ex eo quod Leo Euchariſtiam indigetet *corpus Chriſti & ſanguinem quò redempti ſumus*, illam, id corpus & ſanguinem propriè ac ſubſtantialiter eſſe. Illam enim ſic appellat duabus de cauſis. Prior, *propter ſimilitudinem*, quemadmodum Auguſtinus ait: l *ſi ſacramenta quandam ſimilitudinem earum rerum quarum ſacramenta ſunt, non haberent, omnino ſacramenta non eſſent. Ex hac autem ſimilitudine plerumque ipſarum rerum nomina accipiunt*; ac pro exemplo Euchariſtiam ſubjungens; *ſecundum quemdam modum*, inquit, *ſacramentum corporis Chriſti, corpus Chriſti eſt, ſacramentum ſanguinis Chriſti ſanguis Chriſti eſt.* Poſterior eſt, quià ſacramentum ſanguinis nobis applicat redemptionem proprio ſanguine partam. Eadem enim ratione, eodemque ſenſu baptiſmum *redemptionem & fontem redemptionis* à veteribus appellari, ſuprà m oſtendimus. Quò etiam ſpectat ipſe Leo alicubi inquiens: n *fons baptiſmatis facis innocentes.* Et rurſum: o *tunc regenerationis potentiam ſanxit quando de latere ipſius profluxerunt ſanguis redemptionis & aqua baptiſmatis.* Quis enim ideò dixerit, baptiſmum propriè eſſe & ſubſtantialiter ipſius ſanguinem? Dico ergò, eum quandò ait, Manichæos *ore indignò corpus Chriſti* accipere, non loqui de proprio corpore, quod *qui diſcordat à Chriſto non manducat*, inquit a Proſper ex Auguſtinô, quod *nullus malus edere poteſt*, ait b Origenes; nec rurſum quandò ſubdit, illos omninô declinare *ſanguinem redemptionis noſtræ haurire*, eum loqui de propriô Domini ſanguine, quem *quicumque diſcordat a Chriſtô*, ait idem Proſper, *non bibit, etiam ſi tantæ rei ſacramentum ad judicium ſuæ præſumptionis quotidie*

h *p.* 505.

i *De nativit. ſerm.* 10.

k *De paſſion. ſerm.* 14.

kk *De paſſion. ſerm.* 15.

l *Epiſt.* 23.

m *In Amb. broſ. c.* 1. *lect.* 3.

n *De paſſion. ſerm.* 13.

o *Epiſt.* 4.

a *Sententiâ* 339.

b *In Matth. cap.* 15.

Leo I.

vitè indifferenter accipiat : sed de sacramentò corporis & sanguinis, id est, de pane & vino. Nam side propriò Domini corpore & sanguine loqueretur, quâ de causâ Manichæi hunc potius quàm illud recipere detrectassent? Dominum enim censebant corpore perinde ac sanguine caruisse. Sed cum probe scirent ex fide Ecclesiæ Catholicæ (a qua desciverant) Eucharistiam corpus & sanguis Christi appellatam, non esse proprium Domini corpus & sanguinem quoad substantiam, sed verum ac proprie dictum panem & vinum, ideò non refugiebant à pane *corpus* typicè appellatò; sed à calice abhorrebant, propterea quod in ipso verum vinum esset: *vinum* enim, inquit [c] Augustinus, *non bibant, licentes fel esse principum tenebrarum.* Nec juvaret respondere, eos declinasse haurire poculum Eucharisticum propter accidentia vini sine quibus proprius Christi sanguis non hauritur. Neque enim accidentia vini execrabantur, sed ipsius substantiam: *damnant*, inquit Leo in hoc ipso sermone, *creaturarum naturam in Creatoris injuriam, & contaminari edentes asserunt ijs, quorum non Deum, sed Diabolum conditorem esse definiunt, cum prorsus nulla sit substantia mala, nec ipsius mali sit ulla natura.*

[c] *De hæres. 46. & de moribus Manich. l. 2. c. 14. & 16.*

Secundò, ex hoc ipso loco Becanus post multos [d] alios ex Adversarijs probare contendit publicam sub vnâ tantum specie communionem Leonis temporibus in Ecclesiâ fuisse vsitatam, quod, licet ad quæstionem quam potissimùm hîc agitamus directè non pertineat, nihilóminus operæpretium erit obiter expendere. Pugnat autem quatuor argumentis hinc ductis, quorum primum est: *Manichæi qui Romæ volebant esse occulti, non fuissent ausi publicè abstinere à calice, si omnes Catholici cuncti fuissent sumere calicem. Ergò evidens signum est, vsum calicis liberum fuisse apud Catholicos.* Verum pro nobis respondet Vasques: [e] *mihi conjectura hæc minùs certa videtur. Nam si cuilibet liberum tunc erat de calice consecratò bibere, non deessent Catholici qui nunquàm illum sumerent, & ita hoc signò Manichæi dignosci non possent. Neque enim vlla causa esset cur Catholici non sumerent, cum possent, nisi quia naturaliter vinum horrerent, hæc autem perpetua esse posset: alioquin nullus Catholicus, etiam si liberum ei esset, inter reliquos à calice abstineret. Adde, quod difficile admodùm, imò impossibile esset, in tantâ hominum multitudine observare singulos qui non sumerent calicem, utrum semper ab eo abstinerent, annon. Demum: quia Leò non dixit, Manichæos solitos fuisse, non sumere calicem, sed non haurire. Verba illius sunt:* Ore indignò Christi corpus accipiunt, sanguinem autem redemptionis nostræ haurire omninò recusant. *Poterant igitur sumere calicem, sanguinem tamen ore gustatum non haurire, neque in stomachum trajicere, ut postea illum in aliquem locum evomerent, & hoc modò subtilitas sacramentum nostrum irriderent, & se nihilominus Catholicos simularent. Hoc autem quod subtilius ab illis fieret, jubet Leo observari, ita ut hæretici ejusmodi detegerentur. Quod quidem si attentè observaretur, haud difficulter deprehendi possent.* Addo ad postremam hanc Vasques observationem, Manichæos tantò facilius simulatione vti potuisse, quod idem non soleret panem & calicem distribuere; sed sacerdos panem, Diaconus verò calicem, facileque illis fuisse postquàm panem ad extremum mensæ ab Episcopò aut Presbyterò accepissent, se turbæ communicantium immiscere, & à calicis communione declinare. Secundum argumentum est: *Leo non monuit Romanos, ut notarent eos qui abstinerent à calice, sed eos qui semper abstinerent. Hoc enim significat per illam particulam*, omninò, *cum ait*, sanguinem redemptionis nostræ omninò haurire declinant. *Ergò hoc fuit discrimen inter veros Catholicos, & occultos Manichæos, quod hi semper, illi aliquando sub vnâ specie communicarent.* Sed hæc nugatoria sunt. Nam si Catholicis liberum fuisset à calice abstinere, ac nonnullis huic abstinentiæ assuetis visum fuisset opportunum in eâ perseverare, Leonis admonitione nullam hujus consuetudinis interdictionem portendente, quis non videt Manichæos hac abstentione non fuisse detegendos? Mens tamen Leonis erat, ut hoc indiciò detegerentur: non igitur liberum erat Catholicis abstinere. Deindè, quænam, oro, consequentia hæc est, Manichæorum nota erat quod à calice semper abstinerent, Ergò Catholici aliquandò ab illô abstinebant? Præclarè. Imò differentia erat, quod Manichæi de calice nunquàm haurirent, licet forte se bibere & haurire simularent, Catholici verò de calice semper haurirent. Tertium argumentum: *Ducam*, inquit, nobis, *an communio sub vnâ specie fuerit Romæ tunc temporis nova, & primùm introducta à Manichæis, an etiam priùs vsitata à Catholicis?* Respondeo *novam* fuisse: quid inde? *Si nova* inquit, *facillimè poterat notari à Romanis, nec opus erat Pontificis monitione.* Verùm id negatur: tum quià, licet Manichæi non modò à calicis vinò hauriendò, sed etiam à calice ori apponendo abstinuissent, Romani nescientes utrum Manichæi Romæ forent, necne, vinique usum abhorrerent, facile existimaturi fuissent abstemios aliquos esse de numero fidelium vini usum ferre non valentes; tum quià, ut diximus, verisimillimum est hæreticos illos calicem sumpsisse ac simulasse se haurire, licet reipsa non haurirent, nec detegi potuisse nisi attentè observatos. Huc enim refero quod Leo notat, illos *sacrilegâ simulatione* uti consuevisse. Quartum denique argumentum est: *Quod idem Leo*, inquit, *in aliis concionibus populo explicarit*

[d] *Bellarm. de Euchar. lib. 4. c. 24. Gregor. de Valentia in opusc. de legitim. vsu Euch. c. 9. Becanus de communione sub vtraque specie. c. 5.*

[e] *Disput. 116. c. 3.*

Cyrillum. *Quicunque ergo edens panem Manducatum ut qui in cibo ipse Christus, & quando ipse bibens Christum, Anathema. sumens ex pane, & calicibus, & ferens, de quibus dictum manifeste, humanum quidem aliquid, in cibo, & potu, sumit, & ad ferentem Christum, & ipsum Christum, & ipsum Christum, & ipsum

Arnobius.

Examen Testimoniorum Arnobij Junioris.

CIRCA eadem tempora scripsisse mihi videtur Author Commentarij in Psalmos Arnobij nomine insignitus, non vetusti illius qui sub Diocletianô floruit, si quidem i Photini longè post exorti meminit, sed recentioris alicujus, & quidem, ut puto, semi-Pelagiani, interdum infectantis k *hæresin Prædestinatorum*, quô nomine Augustinus & Augustini sectatores â Semi-Pelagianis infamari solebant. Is igitur de Eucharistiâ loquens, ait: l *Accepimus frumentum in corpore, vinum in sanguine, oleum in Chrismatè.* Et rursus: m *Quid nunc habeat intrà se Ecclesia videamus*, &c. *Habet mensam vndè det panem credenti: Habet oleum vndè impinguet caput in libertatem Conscientiæ præsumenti: habet calicem, vnde inebriet prædicantes sermonem, ita ut cum sit hora diei tertia, jam ille in prædicatione suâ ebrius æstimetur.* Et iterùm: n *Accipimus panem quod confirmet cor nostrum, accipimus vinum quod lætificet cor nostrum, & duabus confirmationibus cordis acceptis, exhilarantur facies nostræ oleo Chrismatis.* Denique de Domino loquens, ait: o *Exurgens a mortuis accepit regnum, vt in nomine ejus omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorum, & fame pereuntibus bis mille generationibus, apertis horreis, manuum suarum profluentissima largitate succurrit, non solum eis speciem frumenti, sed & vini & olei administrans.* Egregia sane loca, nullisque cavillationibus eludenda. Testatur enim Arnobius, Dominum in Eucharistiâ *speciem frumenti & vini*, sicut & in baptismo speciem *olei* nobis administrare: *Speciem* autem *olei* pro vero substantiali oleô poni, nemo inficiari potest: similiter ergo nec *speciem frumenti & vini* pro vero & substantiali pane ac vino. Vicissim quoquè observat, nos in eadem Eucharistiâ, corpus & sanguis Domini communiter appellata, *frumentum & vinum* accipere, quemadmodum & *oleum in Chrismate*. Apud omnes autem in confesso est, in Chrismate verum ac propriè dictum oleum accipi: Ergò & in Eucharistiâ *corpus & sanguis* appellatâ, verum ac proprie dictum *frumentum & vinum*. Ubi igitur transsubstantiatio?

Sed & rursùm idem Arnobius ait: p *Nobis clamat Apostolus, quæ sursùm sunt quærite, quæ sursùm sunt sapite. Et sacerdotalis vox ad percipienda mysteria nobis omnibus clamat, sursùm cor.* Si autem mysteria proprie essent corpus & sanguis Domini in terrâ degentia, quamobrem clamasset sacerdos ad ea percipienda *cor sursùm* à terrâ esse elevandum? Frustrà sanè. Clamare potius debuisset, cor deorsùm esse sistendum, cum corpus & sanguis Domini vere deorsùm sint in Eucharistiâ sub accidentibus panis & vini. Cum ergo testetur Arnobius ad percipiendâ mysteria clamari solitum fuisse, *sursùm cor*, hoc est, cor à terrâ in cœlos esse elevandum, indicium evidens est creditum tùm non fuisse Christum in Eucharistiæ mensâ latitare & residere; Nam *sursùm* illud de elevatione loci esse intelligendum, id est, de elevatione cordis (ut dixi) à terrâ in cœlos, manifestissimè docet præmissus Apostoli locus, ubi dicitur: a *Si resurrexistis cum Christo, quæ sursùm sunt quærite, ubi Christus est ad dexteram Dei sedens. Quæ sursùm sunt cogitate, non quæ suprà terram.* Quid clarius?

Adversarij nihilominus nonnulla ex hoc Authore nobis objiciunt.

Primò enim b Tonstallus objicit hæc illius verba: c *Dominus non fugavit precem vestram: in tantum ut in cruce positus oret pro crucifigentibus eum, ut sit laus ejus in Ecclesiâ magnâ, & vota sua reddat coràm timentibus eum, dum edent corpus ejus pauperes Spiritu ut sàtientur, & facti divites in fide laudent Dominum, requirentes eum & vivat cor eorum in æternum.* Verum hic locus nihil habet difficultatis, quocumque sensu accipiatur. Nam si per corpus Domini intelligit sacramentum corporis, ut quando & alibi ait, d *scutô corporis, sanguinis, chrismatis, defendimur & coronamur*, corpus ejus appellabitur, *non quod illud propriè sit*, ut notat, Facundus Hermianensis, *sed quod corporis mysterium contineat.* Sin autem proprium Domini corpus, quemadmodum & alibi ait, e *si vultis evadere mortem quam incurristis, bibite sanguinem quem fudistis*; fateor illud *a pauperibus*, id est humilibus edi, sed fide, non ore, sive ore intellectuali, non autem carnali; quemadmodum Basilius ait: f *Est quoddam est intellectuale interioris hominis quod nutritur percipiens Verbum vitæ quod panis est qui de cœlo descendit.*

Secundo idem Tonstallus objicit hæc alia verba: g *Memoriam fecit mirabilium suorum dicens, hæc quotiescunque feceritis in mei memoriam facietis. Quando hoc dixit misericors & miserator Dominus? Tunc sine dubio quando escam dedit corporis sui timentibus se.* Verum respondeo, sicut ad præcedentem locum, per *corpus* hic intelligi sacramentum corporis, id est, panem sacramentalem de quô Augustinus: h *pene quidem sacramentum omnes corpus ejus dicunt.*

Tertio & objici potest alter locus, in quô ait: i *Sanctuarium Dei est, in quô mysteriorum repositi sunt sacramenta. Ibi caro cœlestis, ibi Chrismatis virtus, ibi fons* kk *perennis, & lex divina: ibi sunt omnia ista intus in nobis qui per fidem sanctuaria Dei facti sumus.* Sed idem hujus loci sensus est qui præcedentium. Per carnem enim & sanguinem non intelligit proprium Domini corpus & sanguinem, sed (ut ipsemet ibidem præmonet) *sacramenta*;

i *In Psalm.* 109.

k *In Psalm.* 108. 117. 146.

l *In Psalm.* 4.

m *In Psalm.* 21. *Vid. & in Psal.* 51. *&* 54.

n *In Psalm.* 103.

o *In Psalm.* 104.

p *In Psalm.* 120.

a *Coloss.* 3. 1. 2.

b *De Verit. corpor. & sang. Dom. in Euchar. l.* 2. *f.* 61.

c *In Psalm.* 21.

d *In Psalm.* 90.

e *Lib.* 9.

f *In Psalm.* 80.

g *In Psalm.* 33. *in pin* ὁ τῆς γέννας σῖτος ἐστὶν ὁ ἄρτος, ὁ σύμμετρος τροφὴ καὶ λόγος ἐστὶν ὁ ἄρτος ὁ ἐκ οὐρανοῦ καταβάς.

h *In Psalm.* 110.

i *De Verbis Domini serm.* 13.

k *In Psalm.* 82.

kk *In Psalm.* 132.

Prosper. id est, sacra signa corporis & sanguinis, seu (ut illum supra audivimus loquentem) *panem & vinum*. Carnem autem illam typicam & sacramentalem *Cœlestem* appellat, tum quià cœlitùs est institutà & ad vitam cœlestem ordinata, quemadmodum & alij veterum baptismum *cœlestem* [l] appellant, & ipsemet Author in hoc loco & alibi, *fontem perennem*, sanguinem quoque illum symbolicum, *divinum*, quemadmodum [m] Augustinus bapeismum *divinum* indigetat.

[l] *Tertull. de baptismo.*

[m] *In 1. Ioan. tract. 5.*

Examen Testimoniorum Prosperi.

ARNOBIO proximè jungemus Authorem Librorum *de promissionibus & prædictoribus Dei*, à [n] Cassiodoro sub S. Prosperi nomine memoratum. Conscripsit enim illos sub imperio [o] Valentiniani tertij, & aliquantò post fugatos è Româ [p] Leonis operâ Manichæos, hoc est, ut existimo, circà annum quadringentesimum quinquagesimum. Quis autem Prosper ille sit, in quæstione est. [q] Baronius & [r] Bellarminus Aquitanicum nostrum esse putant, Regiensem in Provinciâ Episcopum: unum enim tantummodò Prosperum agnoscunt. Ego duos fuisse existimaverim, quorum uni non modo amborum operâ fuerint tributa, sed & aliorum quoque Authorum; ut verbi gratia, Pomerij cujus esse libros de vitâ contemplativa [s] Gennadius & [t] Isidorus Hispalensis testantur, & [u] manuscripti codices nomen ejus præferentes. Nam, ut mittam, Prosperum Aquitanicum non videri fuisse Regiensem Episcopum, adulterinamque esse in nonnullis conciliorum editionibus subscriptionem Concilij Secundi Vasensis seu Vasionensis, ubi Prosper, cum Maximô, quem ipsius successorem fingit Baronius, ut Episcopus simul subsignat, & fortè à tertiô Vasionensi longè post celebratô, cui Prosper nescio quis subscribit, emendicatam, cùm, nec Gennadius, nec Ado, nec ulli (quod sciam) alij, illum Presbyterum, nedum Episcopum fuisse observent; Authorem nostrum, alium ab Aquitanicô illô Prosperum fuisse, duo suadent. Priùs est, maxima styli dissimilitudo quæ intercedit inter hos libros, & genuina Prosperi Aquitanici opera, quam etiam [v] Olivarius, & Lovanienses observant. Posterius est, quod hic Author se Afrum esse innuat, aut saltèm in Africâ diù permansisse. Narrat enim se, non modò cum adolescens esset, Carthagine fuisse temporibus [w] Aurelij, sed & sub consulatu Asparis, hoc est, annô Domini quadringentesimô trigesimo quartô, imo & sub persecutione Vandalicâ quæ anno [x] tricesimô septimô incepit, & de quâ ipsemet ait: [y] *etiam nos hæc videre meruimus, ampliora; pœnarum plagâ quasi vulnerati curari solumus, etsi flere nos credimus, expulsi exiliatique, ut oportuit non dolemus.* Quod in Prosperum nostrum, *hominem Aquitanica regionis*, ut illum Gennadius, & Isidorus appellant, quadrare non posse videtur: Rectè autem convenit Prospero cuidam Africano, qui se dicit [z] in Italiâ apud Campaniam constitutum fuisse, dum Leo Manichæos subverteret; fieri enim facile potuit, ut Africâ expulsus, &, ut loquitur, *exiliatus* vi persecutionis Vandalicæ, in Italiam venerit, & ibi Episcopus Rhegij in Æmiliâ fuerit constitutus, ut ipsi Rhegienses non frustrà videntur Episcopo Prospero gloriari.

[n] *Divinar. institut. l. 1.*

[o] *Part. 3. promiss. 38.*

[p] *Dimid. tempor. cap. 6.*

[q] *Ad ann. 434. & 466.*

[r] *De scriptor. Eccles.*

[s] *In Catalog. de Scriptorib. Eccles. 8*

[t] *In præfat. edit. sua.*

[u] *Part. 3. promiss. 38.*

[v] *Dimidium tempor. c. 6.*

[w] *Prosper in Chronico.*

[x] *Isidor. Origin. l. 6. c. 17. Et Ado in Chronico.*

[y] *Prosper. c Part. 2. cap. 33.*

[z] *Dimid. tempor. c. 6.*

Quicquid autem de hac re sit, dico illum in hisce libris egregium nobis ad quæstionem de quâ agimus testimonium suppeditare. Referens enim Historiam juvenculæ ejusdem impudicæ & arreptitiæ, quæ Eucharistiam cùm accepisset, eam Dæmone impediente deglutire non poterat, ait: [a] *Peracto sacrificio* (hoc est, consecratione) *cum eadem inter cæteras brevem particulam corporis Dominici tactam a sacerdote perciperet, semiborâ mandens trajicere non valuit, nondum illo fugato de quo dicit Apostolus: quæ consonantia Christi ad Belial? Et iterùm; Non potestis calicem Domini bibere, & calicem Dæmoniorum; non potestis mensæ Domini participare, & mensæ Dæmoniorum. Manu igitur faciem ejus sustentante sacerdote, nè Sanctum projiceret, à quodam Diacono suggestum est, ut calicem salutarem gutturi ejus Pontifex applicaret. Quod ut factum est, statim & locum illum quem Diabolus obsederat salvatoris imperio reliquit, sacramentum quod ore gestabat cum laude redemptoris transglutisse puella clamavit. Hinc lætitia, hinc voces in gloriam Dei, quod post octogintâ & duos dies diabolo expulso, puella de potestate fuerit erepta inimici. Oblatio itaquè rursùm grassatum actionem pro eâ fit, sacrificioque percipiens certam partem prisco reddita est usui.* Hæc ille. Ubi valde notandum est quod ait, puellam illam, *certam sacrificij partem, & brevem particulam corporis Dominici tactam à sacerdote percepisse.* Per *corpus* enim illud intelligere nullomodô potest proprium Domini corpus. Nam corpus illud, aut totum & integrum percipitur, aut nullomodô percipitur: in particulas enim & frustula quis illud discerpi dixerit? Intelligit ergò aliud corpus à proprio, ac proinde symbolicum; hoc est, corporis sacramentum. Quod & ipse Author ibidem explicat, cùm paulò post ait, *sacramentum quod ore gestabat cum laude redemptoris transglutisse puella clamavit.* Sacramentum enim, ut illud Augustinus definit, *sacrum signum est*: undè & ibidem *Sanctum*, id est, res sacra, ab Authore appellatur. Eucharistia igitur, licet corpus Christi post consecrationem dicta, corpus ejus proprium non est, sed

[a] *Prosper. e Part. 2. cap. 33.*

illius

Prosper. illis tantùm sacramentum seu sacrum signũ.

Verùm solvenda sunt nonnulla quæ ex eodem Prospero quis fortè nobis objiciat.

Primò enim objici potest, quod ait: a *Christi sacrum sanguinem omnis nunc terra accipiens, clamat*, Amen, *quod verum est*. Sed jam suprà respondimus ad similem objectionem, per *sanguinem* non intelligi proprium Domini sanguinem, sed sanguinem symbolicum sivè sanguinis sacramentum, de quo Augustinus, b *Sacramentum sanguinis Christi secundum quemdam modum sanguis Christi est*. Videant lectores quæ super hac objectione à nobis dicta sunt in Augustino & Leone.

a Part. 3. cap. 6.

b Epist. 23.

Secundò, objici quoque possunt hæc ejusdem Authoris verba: ubi de Domino loquens ait: d *panem sanctificatum, suum sacratum corpus in suâ mensâ confirmans*. Nam ad verba apud Irenæum similia, exclamabat Perronius: e *Quid significat*, confirmare, *nisi credi velle in eo quod dicitur, & quomodo dicitur*? Sed inepta est observatio. Pariter enim dicerem, quando Fulgentius de Apostolo loquens ait, *carnem Domini nos esse confirmans*, id propriè ac juxta litteram esse accipiendum, nosque carnem ipsammet Domini propriè ac numericè esse, quod tamen falsissimum est. Intelligit enim nos carnem Domini moraliter esse, panem quoque sacramentalem corpus ejus figuratè & typicè esse. Retorquetur ergo hic locus, idque dupliciter. Primo enim quando ait, Dominum, *panem sanctificatum* corpus suum esse confirmasse, videlicet, cùm diceret, *hoc est corpus meum*, evidenter innuit, panem non sanctificari, id est, consecrari per verba *hoc est corpus meum*, sed ea de pane jam sanctificato à Domino fuisse pronuntiata: directè contrà sententiam Adversariorum. Secundò quoque docet sensum horum verborum esse, *hic panis sanctificatus est corpus meum*. At præterquàm quod alibi observavimus, nihil unquàm dici *sanctificari* quod à propriâ substantiâ recedat, si in illis verbis, *hoc est corpus meum*, pronomen *hoc* significat *hic panis*, prædicatio disparatorum est quam necessariò aut tropicè intelligendam, aut falsam & absurdam esse, Adversarij ipsi fatentur.

d Part. 2. cap. 2.

e De Euch. l. 2. Instit. 4. p. 197.

Denique, objici potest quod ait, *Portatus est quippe & Iesus Dominus in manibus suis, dum suum corpus in sanctificato pane, gestans manibus suis dixit*, hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur. *De quibus mysteriis qui etiam illud nosse desiderat, quomodò sit David saltans antè arcam nudatus coràm servis & ancillis suis, ut Christum crucifixum præsentibus viris & fœminis demonstraret, venerandæ memoriæ Augustini Episcopi dicta inspiciat, quibus latiùs in his pernagatus penè omnia comprehendit.* Sed facilis responsio est, mentem ipsius non esse Dominum corpus suum in propriâ substantiâ manibus portasse, sed *in pane sanctificato*, hoc est, in signô & sacramentô. Cùm enim *panis sanctificatus* sit f *secundum quemdam modum*, id est, per *similitudinem*, Dominicum corpus, *panem sanctificatum* gestando, quodammodò quoque corpus suum gestabat. Verùm, quià Prosper ipse testatur se id ab Augustinô esse mutuatum, & nos suprà valdè prolixè de hoc locô egimus apud Augustinum, lectores eò remittimus, ipsos repetitionis fastidiô gravare & onerare nolentes.

Claudianus.

f Augustin. epist. 23.

Exàmen Testimoniorum g *Claudiani Mamerti Viennensis Ecclesiæ Presbyteri.*

g Florebat circa annum 470.

SEQUITUR Claudianus Mamertus Ecclesiæ Viennensis, non Episcopus, sed h Presbyter, qui in libris de Statu *animæ* tantoperè à Gennadiô & i Sidoniô laudatis disputans contrà Faustum Regiensem animã humanam corporalem esse docentem plurimas habet hypotheses cũ sententiâ Adversariorum de Eucharistiâ prorsùs incõpatibiles.

h Gennad. in Catalogo. Sidon. in Epitaph. Claudiani. Alii in Chron.

i Lib. 2. Epist. 2.

Primò enim, postquàm dixisset, l *omne corpus quamlibet magnum, quamlibet minimum, habet longitudinem, latitudinem & altitudinem*; &, m *quicquid hisce caret corpus non est*; addit, quantitatem & occupationem loci adeo inseparabiliter connexas esse, ut quicquid locum non occupat, corpus non sit. En ipsius verba: n *Nihil illocale corporeum: omne illocale incorporeum quoquè est:* o *ut ubi locale non est, quantitas esse non possit, quià sibi ita mutuò hæc eadem nexa sunt, ut aut utrumque in aliquo esse possit, aut neutrum.* Et rursùm: p *de corporibus ibi vel ibi esse propter localitatis necessitatem congruè dicitur.* Et iterùm: q *Vita corporis anima est, & in corpore vivente tam vivit minima pars corporis, quam totum corpus. Tantùm ergò vita in parte corporis est, quàm in totô corpore, & tota hæc anima est. Nec locale est quod tam magnum est in totô quàm in aliquô, & tam parvum in parvô quàm in magno, non igitur localis est animus. Et quicquid illocale est, corporeum non est: Igitur anima corpus non est.* Denique: r *Hinc patet, omne corpus totum simul tangi non posse, nec in unô locô esse quamlibet minimum totum posse. Vt puta granum papaveris aut quotalibet pars grani ipsius, quod illic non habet inferiora sua ubi habet superiora sua, nec illic dextra ubi sinistra, nec anteriora illic ubi posteriora.* Clarissimè in rem nostram. Affirmat enim, quicquid corpus est, necessariò locum occupare, nec simul ibidem totum esse posse, ac si locum non occupet, corpus non esse: directe verò contrà Adversarios docentes, s *corpus Christi non minus esse sub minore hostiæ particulâ, quam sub hostiâ integrâ, quèadmodum anima tota est in totô corpore & tota in singulis partibus, & aquè integra ac in totô.* Itaque, cum corpus Christi in Eucharistiâ esse non possit si locum occupet, fatentibus

l Lib. 1. c. 18.

m Lib. 3. c. 15. & in recapitul.

n Lib. 2. c. 3. & in recapitul.

o Lib. 4. c. 19.

p Lib. 1 c. 23.

q In recapitul.

r Lib. 1. c. 18.

s Coëffet. des merveill. de l'Euchar. discours 3. p. 888.

Prosper. Claudianus.

Adversarijs, necessariò autem quicquid corpus est locum occupet ex sententiâ Claudiani, alioqui corpus non futurum; evidentissime sequitur ex Claudiani sententiâ corpus Dominicum in Eucharistiâ non esse.

a *Lib.* 2. *c* 3. Secundò ait: a *magnum corporeum corporeò parvò non capitur, quia tam magnum replet locum, quam magnum quodque locale est. Aut igitur anima illocalis, & per hoc incorporea erit, aut secum tota non erit. Sed nihil esse secum potest. Illocaliter ergò in re parvâ res magna est, non igitur localis est animus. Et nihil illocale corporeum: corporeus igitur non est.* At, inquam, corpus Christi *magna res corporea* est, hostia vero res parva: Ergo illâ *non capitur*, aut si capitur illocale est & per hoc incorporeum: quod falsum & absurdum est.

b *Lib.* 3. *c.* 2. Tertiò, de animâ loquens, ait: b *Si ubique esset, Deus esset, si nusquam esset, nihil esset.* Unde sic argumentamur: quod in pluribus locis distinctis simul est, in omnibus simul esse potest. Atqui corpus Christi in pluribus locis distinctis simul est: Ergo in omnibus simul esse potest. Conclusionem admittunt ipsi Adversarij. Hinc autem rursùm argumentor: quemadmodum quod ubique est, Deus est, sic quod potest ubique esse, Deus potest esse. Quod enim de esse sequitur, sequitur quoque per analogiam de posse esse: Imo, &, quod potest esse, aliquando actu potest esse. Testatur Cyrillus: *Quod potentiâ*, c inquit, *esse contingit, id actu esse potest, tametsi factum nondum sit.* Atqui corpus Christi potest, juxtà Adversarios, ubique esse, proinde Deus potest esse, imo & forte Deus actu esse. Aut, si Deus non potest esse, nec igitur potest ubique esse, & si non potest ubiquè esse, nec ergo in locis distinctis & dissitis simul esse.

c *Thesaur. assert.* 32. *p.* 275. τὸ δυνάμει σῶμα κατὰ τοῦτο ἔστιν ὃ καὶ μεγεθύνεται. *Vid. & p.* 191. *&* 192.

d *Lib.* 3. *c.* 3. Denique clamat: d *Verum nam probare valeamus manere quod in subjectô est, ipsô intereunte subjectô?* Id autem ait de colore respectu corporis. Sic enim immediate antè dixerat: *in rebus corporeis subjectum est corpus & color corporis in subjectô: in incorporeis animus & Disciplina. Quæ ita sibi nexa sunt, ut nec sinè colore corpus, nec sine disciplina rationalis sit anima.* Quærit igitur à Fausto, verum existimet, accidens, (colorem verbi gratiâ) manere posse absque ullô subjectô? Ac hoc tanquàm absurdum, si fortè probet, jocabundus sic excipit: *vereor ne & istic opinatus videaris novus Academicus, qui & cum Academicis nihil scias, & de his quæ nescis sinè cunctatione definias.* Quam inepte & ridiculè, si ipsemet Claudianus existimasset in Eucharistiâ colores esse panis & vini absque ullo panis & vini subjecto? Facillimum enim fuisset Fausto id respondere, serramque hanc aeciprocare. Fatendum ergo est Claudianum non censuisse in Eucharistiâ esse accidentia panis & vini absque panis & vini substantijs.

Testimonium Salonij.

Salonius. Hesychius.

ADDIMUS Claudiano Salonium, f Gallum Episcopum, Eucherij Lugdunensis filium, qui commentario in Ecclesiasten in dialogi modum conscripto, explicans hæc verba, g *stultus complicat manus suas, & comedit carnes suas*, ait: *Quis est tam stultus qui carnem suam comedat*, &c? *Illud*, comedit carnes suas, *dictum est* h *per hyperbolem*, V. *quid est hyperbole? S. Hyperbole dicitur, quandò aliquid incredibile profertur.* V. *Quomodò ergò dictum est hyperbolicè*, comedit carnes suas? *Quia incredibile est, ut homo comedat carnes suas. Sed ad exaggerandam pigritiam hujus stulti, ait*, comedit carnes, *ut ostenderet, quàm magis stultus desiderat ut caro ejus tabescat inediâ, & miseria famis deficiat, quam ut manuum suarum laboribus sustentetur.* Testimonium sane haud contemnendum. Nam quamvis de Eucharistiâ non agat, evertit nihilominùs per consquentiam evidentem, Adversariorum de Eucharistiâ sententiam. Salonius ènim procul dubiò cum vniversâ antiquitate credidit, Dominum Eucharistiæ quam instituit communicasse; Cùm igitur affirmet, neminem absque hyperbole dici posse propriam suam carnem manducare, idque proprie sumptum incredibile prorsus esse, nonne apertissime sequitur, eum non existimasse Dominum Eucharistiam participando carnem suam manducavisse; nec Eucharistiam proinde carnem ipsius proprie esse?

f *Gennadius in Catalog. in Eucherio & Salviano.*

g *Eccles.* 4. 5.

h *Idem. ait Hieronymus, Ibid.*

Examen Testimoniorum i *Hesychij Presbyteri Hierosolymitani.*

i *Circa annum* 480.

CAPUT I.

SEQUITUR Hesychius Author Commentarij in Leviticum, de quo quæstio est quisnam fuerit. k Sixtus Senensis post Trithemium, ait, eum fuisse Gregorij Nazianzeni auditorem & Discipulum, & claruisse sub Honorio Augusto anno Domini qnadringentesimo. Bellarminus autem, quem sequuntur l Possevinus & m Ioannes Maria Brasichella Sacri Palatij Magister, existimat illum longe post vixisse: *Hesychius*, n inquit, *sive Isychius Episcopus Hierosolymitanus tempore S. Gregorij vixit. Nam ad eum est Epistola 40: Libri 9. ex registro S. Gregorij. Nequè alius invenitur Episcopus Hierosolyma qui dicatur Hesychius vel Isychius antè illum. Hic igitur scripsit in Leviticum & exposuit versionem S. Hieronymi: quod est argumentum, Authorem hunc esse posteriorem Hieronymo &* Augustino

k *Biblioth. l.* 4.

l *In Apparat.*

m *Tom.* 1. *censura bibliotb. Patr.*

n *De scriptor. Eccles.*

Hesychius.

Augustini & alijs veteribus. Non enim cepit versio S. Hieronymi esse in usu Ecclesiarum, nisi satis diu post obitum S. Hieronymi. Et rursùm alibi; o *Hesychium Hierosolyma Presbyter ac deinde Episcopus, S. Gregorij aqualis fuit; falluntur enim qui eum Hieronymi & Augustini temporibus floruisse dicunt. Nam Episcopus fuit Hierosolyma, vt glossa ordinaria in Leviticum testatur*, &c: quem & rursum p observat, licet Græcus fuerit, *Latinè* scripsisse. At contrà Perronius: q *Malè Hierosolymitanus appellatur. Salonitanus dicendus est, ut patet tum ex Libri contextu qui ostendit Latinum Authorem esse, tum ex Veteribus exemplaribus quæ habent, Hesychij Salonitani, non autem Hesychij Hierosolymitani. Qui quidem Hesychius Salonitanus florebat temporibus S. Augustini & Zosimi Papæ, hoc est, circiter quadringentesimum post mortem Dominicam annum. Reperiuntur enim duæ S. Augustini & una Zosimi ad eum directæ, & una ipsius ad Augustinum cujus stylus respondet hujus Commentarij stylo, & huc vicissim Commentarius Epistolarum tempori, quando quidem in eô conjunctim vtitur editionibus S. Hieronymi, & Septuagintà interpretum, vt qui vixerit cum vna harum editionum introduceretur in Ecclesiam Latinam, & altera desineret in usu esse, & sæpè addit diversitatem editionum, Symmachi, Theodotionis & Aquilæ, pridem ignotarum & intermissarum in Ecclesiâ Latinâ.* Hæc illi. Mihi verò sententiarum illarum nulla arridet: sed inter cæteras Perronij opinio adeò absurda est, ut mirum sit illum eam ausum esse proponere. Primò enim stylus hujus commentarij omninò alienus est à stylo epistolæ Hesychij Salonitani quæ inter Augustini Epistolas conservata est. Stylus quippe Epistolæ satis purus est & inaffectatus: Commentarius contrà non modo *habet genus quoddam dictionis insuetum, atque affectatius & a communi dicendi consuetudine abhorrens*, ut rectè Sixtus Senensis observat, sed & barbarismis solœcismisque ubique scatet. Secundo, quod versionem Hieronymianam exponit, indubitatum argumentum est Hesychium hunc alium esse a Salonitano. Versio enim Hieronymiana, ut bene notat Bellarminus, non cœpit esse in usu Ecclesiæ Latinæ nisi satis diu post obitum Hieronymi, puta temporibus Gregorij I. qui eam passim cum vulgata è septuagintà Interpretibus ductâ in scriptis suis confert, illam sub titulo novæ, hanc vero sub Veteris nomine. Author autem commentarij hujus versionem Hieronymi a *præsentem tractationem* vocat, & passim b *nostram editionem & translationem*: quod indicium est versionem e Septuagintà ductam tum cœpisse antiquari. Tertio, hic Hesychius formaliter impugnat hæresin Nestorianam: *Christum non dividas*, c inquit, *sicut quidam dividunt dicentes, is qui de Mariâ est, passus est, qui autem de Deo Patre est passus non est.* Imò etiam, (ut videtur) Eutychianam d varijs in locis sugillat. Hesychius autem Salonitanus obiectante propalatam hæresin Nestorianam, quanto magis ante Eutychianam? Augustinus enim in libris de Civitate Dei agens de Epistolâ suâ cujus titulus est *de fine seculi* ad hunc Hesychium scripta, ait: e *quam rescripsi ad beatæ memoriæ virum Hesychium Salonitanæ urbis Episcopum.* E vivis igitur exierat, cùm hæc scriberet Augustinus: hæc autem scribebat antè annum quadringentesimum vigesimum octavum quô tantùm annô detegi cœpit Nestorius, & triennió post condemnatus est. Denique, Author ipse apertè indicat, se apud Hierosolymam, non autem Salonis commentarium hunc conscripsisse. Nam in præfatione ad Eutychianum, alludens ad Apostoli verba: *deprecare*, inquit, *ut fiat oblatio verbi mei acceptabilis, non solùm in Ieruſalem, sed & in omni terra.* Et librô sextô loquens de comminationum ab Esaiâ & Oseâ contrà Jerusalem pronunciatarum executione: *quod manifestat templum*, f inquit, *& civitas hæc Ieruſalem antiqua, adhuc ostendens incendij reliquias.* Et rursum libro septimò: g *Cognosces autem, si subtilius nosse vis ea quæ ipsis (Judæis) evenerunt, ex Iosephi Historia, in quâ eos & filios comedisse, & reliqua præsentium comminationum sustinuisse descripsit, quorum plurima etiam nunc nostris ad cernendum adiacent visibus.* Siccine, amabo, loqueretur Hesychius Salonis residens ad Italiæ confinia? Absurdissimè igitur Hesychius Salonitanus statuitur à Perronio Commentarij hujus Author. Nec flocci faciendum est quod fabulatur de Veteribus exemplaribus. Nam quænam illa sunt? Codex certe per-antiquus Bibliothecæ Regiæ Hierosolymitanum illum appellat, quamvis impostores nonnulli ex Hierosolymitano Salonitanum conficere summa impudentia conati sint, litteras aliquas abradentes & alias contorquentes, sed adeo rudi opera ut eorum fœtus clarissime appareat. Nec, si aliquos vidisset Salonitanum legentes, ubi illi forent notare prætermisisset. Stat ergò Hesychium hunc Hierosolymitanum fuisse. Atque ea tenus rectè sentit Bellarminus: Cæterum in tribus ab eo quoque dissentio. Primò enim vult Authorem hunc, licet Græcus fuerit, Latine tamen scripsisse. Sed non erat ipsius quâ linguæ Græcæ rudis & ignari, ut ejus scripta testantur, de Græco Authore judicium ferre. Hesychium enim Græcè scripsisse patet, non modò ex voce *intelligibilis* in hoc commentario frequentissima, qua Græci communissime, Latini parcius utuntur, sed & ex varijs phrasibus quæ verbotim Græce redditæ, puræ & elegantissimæ sunt, in Latinâ autem versione quam habemus duræ & barbaræ. Earum per pluses ad a marginem notabimus lectoribus ex-

Hesychius.

d *Vid. pag.* 34. 17. 299. 300. 301. 360. 372. 389.

e *Lib. 20. p.* 5.

f 495.

g *p.* 667.

a *Pag.* 83. *edit. Paris.*

b *Vid. p.* 186. 264. 408. 415.

c *Pag. 62. Vid. &* 115. 121. 264.

h *p.* 31. *ad fin. p.* 44. *lin.* 2. 3. *p.* 82. *lin.* 21. *p.* 89. *l.* 19. *p.* 158. *l.* 10. 11. *p.* 195. *l.* 4. *p.* 243. *l.* 14. *p.* 395. *l.* 5. *p.* 465. *l.* 19. *p.* 520. *l.* 9. *& seq. Et in pas-sim.*

Hesychius.

pendendas. Secundo, vult eum fuisse Episcopum Hierosolymitanum. Verum, testatur ipsemet in Epistola quæ præfatio commentarij hujus est ad Eutychianum, se Presbyterum esse. Et i Amalarius Authore glossæ ordinariæ antiquior, eum non aliter vocat. Tertiò denique statuit Hesychium illum eum esse ad quem Gregorius I. scripsit. Sed collatio frequens quam instituit inter versionem septuagintà interpretum, & versiones Symmachi, Theodotionis & Aquilæ, arguit eum Gregorio vetustiorem fuisse. Nemo enim reperitur Gregorij temporibus qui versiones Symmachi, Theodotionis & Aquilæ se præ manibus habuisse doceat. Ergò, ut de hoc Authore dicam quod sentio, existimo illum fuisse Presbyterum Hierosolymitanum, Græcequè scripsisse circà annum Domini quadringentesimum octuagesimum vel nonagesimum, ac eumdem esse cum eo qui scripsit Historiam Ecclesiasticam in k quinto Concilio memoratam, Centurias ad Theodulum quæ in Bibliotheca Patrum extant, orationes in laudem Sanctorum Thomæ & Jacobi quarum l Photius meminit, & alia quamplurima. Et sane, quemadmodum in oratione de S. Jacobo, eum mirum in modum extollit, m *novæ Ierusalem summum ducem, sacerdotum principem, Apostolorum Exarchum, in capitibus verticem*, illum nominans; sic & in hoc commentario Hierosolymitanam sedem exaltare volens, ac persuadere Jacobum Apostolorum principem fuisse, ait: n *Paulus lepram dogmatum in Doctoribus Antiochenæ* (Ecclesiæ) *cernens, Iacobo, ut potè sacerdoti magno nunciavit, qui erasis pravorum Doctorum notis dogmatibus, asserens lapides in loco eorum, rectissimas Hierosolymitanæ Ecclesiæ litteras, & pulverem, videlicet, suam doctrinam addens, unxit Ecclesiam, cumque quod acciderat.* Quod satis clare innuit, unum ac eumdem Hierosolymitanum Presbyterum utriusque Authorem esse. Nec obstat, quod Hieronymi versionem exponat, & *nostram translationem* appellet. Jamdudum enim Sophronius Latinam Hieronymi versionem Græce verterat; ac in Oriente communem & celebrem reddiderat, quemadmodum patet ex Procopio circà idem tempus illam citante: adeo ut mirum non sit eam ab Hesychio exponi & *translationem nostram* vocari, cum à Sophronio Hierosolymitano confecta fuisset. Hæc mea est de Hesychio sententia. Videamus, an quid habeat ad quæstionem nostram spectans. Loca autem aliquot urgebimus.

i *De Eccles. offic. l. 4. c. 36.*

k *Collat. 5.*

l *Biblioth. cod. 269. & 275.*

m πανὶ ἱερωσύνης ἀρχιερέα, τῶν ἁγίων ἱεραρχῶν, τὸν ἐν κεφαλαῖς τεταγμένον.

n *Lib. 4 p. 322.*

CAPUT II.

PRIMO ergò de propriâ Domini carne loquens constanter docet, eam non nisi quâ immolatam & mortuam manducationis nostræ objectum esse. Sic enim librô primô: o *Carnem ejus quæ ad comedendum inepta erat antè passionem (quis enim cupiebat comedere carnem Dei?) aptam cibo post passionem fecit. Si enim non fuisset crucifixus, sacrificium corporis ejus minime comederemus: Comedimus autem nunc cibum, sumentes ejus memoriam passionis.* Ubi obiter notabo, loco horum verborum *comedere carnem Dei*, legendum omninò videri, *comedere carnem crudam*, si quidem alioqui nullus est in his verbis sensus, tùm quià caro Christi non minùs est caro Dei post passionem quàm antè, tùm quià loquitur de carne Christi in cruce tanquàm in sartagine (ut paulò antè loquitur) *igni superpositâ*. Et librô secundô: p *Sartagmen, Domini crucem, ut potè fortem & nisi ab igne humanorum peccatorum lassam, accipi oportet, quæ etiam superimpositam Dominicam carnem, esibilem hominibus reddidit. Nisi enim superimposita fuisset cruci, nos corpus Christi nequaquam mystice percepissemus.* Idque ut fortiùs doceat, non dubitat afferere instar Gregorij Nysseni, Dominum in Eucharistiâ per crucis anticipationem seipsum immolasse. Sic enim librô primô: q *prævenens, semetipsum in cœnâ Apostolorum immolavit, quod sciunt qui mysteriorum virtutem percipiunt.* Et paulò post: r *Consummatum est manibus prius in mysticâ cœnâ, accipiens panem & frangens, deinde per crucem, quandò ligno affixus est.* Et Libro secundô: b *prius figuratam ovem cum Apostolis cœnans Dominus, postea suum obtulit sacrificium, & secundo sicut ouem semetipsum occidit.* Et Librô quintô: c *Ipse propriam carnem immolavit, ipse sui sacrificij Pontifex in Sion factus est, quando sanguinis novi testamenti dabat calicem.* Et Libro sexto: d *Ad Vesperum, sive medio Vespertinorum pascha proprium præveniens, crucem suam Christus celebravit.* Non quod ipsius sensus sit, Dominum re verâ se in Eucharistiâ occidisse & *immolasse*; id enim ab eô factum mysticè & sacramentaliter tantum intelligit, quemadmodum & de nobis loquens, ait, e *intelligibilem agnum Domini traditionem immolantes mystice*: sed ut hac loquendi formulâ innuat corpus Domini nec in Eucharistiâ esse, nec in Eucharistiâ manducari, nisi quà mortuum & occisum. At verò quâ occisum & mortuum substantialiter in Eucharistiâ non esse, sed tantum in signô & repræsentatione, nec aliter quàm spiritualiter aut in signo manducari, apud ipsos Adversarios in confessô est. Quod & rursum ipsemet Hesychius non obscurè docet, tum quandò ait, nos Christi carnem Cruci superimpositam *mysticè* percipere, tum quandò alibi de corporis Domini sacrificiô loquens, dicit: f *non comedet ex eo quispiam, id est, non dividetur, quià dentium est dividere & partiri Cibos, quum aliter manduci non possint:*

Hesychius.

o *p. 31. 32.*

p *Pag. 113.*

q *p. 55.*

r *p. 56.*

b *p. 168.*

c *p. 378.*

d *p. 540.*

e *Lib. 5. p. 545.*

f *Lib. 2. p. 115.*

Hesychius. *possint: Christi autem sacrificium indivisibile demonstratum est, & propterea comedi non potest.* Quid enim est mysticè percipere, nisi aut in signô, aut Spiritualiter percipere? Ac rursùm, quâobrem ait sacrificium Christi comedi non posse, nisi id de manducatione orali intelligendo, aut quoniam Spiritualis manducatio propriè loquendo manducatio non est? Nam juxta Adversariorum hypothesin, caro Christi in Eucharistiâ comedi, hoc est, divisim manducari potest, cum enim sit sub speciebus & accidentibus panis, & qualibet eorum particulâ, particulis hisce divisis ipsa quoque tota a se totâ dividitur, dimisimque comeditur. Quod cum neget Hesychius, ab ipsorum sententiâ alienus omnino esse est existimandus.

Secundo, loquens de illâ oblatione quæ in Eucharistiâ propriè fit, ait: g *Neque in sanguine, neque per irrationalia animalia sacrificium a nobis Deus suscipit, secundum quod sequentia demonstrant. Ait enim*, liba quoque vini, quarta pars hin, panem & polentam. *Quia dubium futurum erat forsan, a quibus mysterium sacrificij quod per Christum est, quod superius dximus, Celebratur, habes ecce intelligibilis Melchisedek oblationem quæ in pane & vino perficitur, in quâ quarta pars hin in libis vini offertur, ut per quartam Euangelicam traditionem quæ in libris quatuor est, per libationem vero dominicum sermonem significaret, cum ait, hic est sanguis meus qui pro vobis fundetur.* At, inquam, panis & vinum non sunt propriè corpus & sanguis Christi: Ergo eorum oblatio quæ Deo fit in Eucharistiâ, non est oblatio corporis & sanguinis Christi proprie sic appellatorum.

g Lib. 6. p. 346.

Tertiô non modo dicit Dominum in Eucharistiâ panem accepisse, fregisse, ac tradidisse, sed etiam panem à Discipulis acceptum fuisse, & jam à nobis in eadem cœnâ sumi: h *in mysticâ mensa*, inquit, *accipiens panem & frangens.* Et rursùm: i *Invenimus Christum post resurrectionem à mortuis per mystica cœna ac panis fractionem manifestatum.* Et iterùm: k *Die imaginaria festivitatem paschalis quæ erat quarta decima post cœnam super sensibile verum pascha quod ad ejus mysterium pertinebat, Discipulis tradidit. Ergo & nox erat jam, quandò panem Judas de cœnâ illâ accipiens, ad Domini traditionem exibat.* Denique: l *Lex præcipit non oportere in Judaicâ conversatione Ecclesiasticam accipere, nec simul pascha quod in figurâ est* (Christi venturi, scilicet) *cum eo quod est intelligibile celebrare, nec festivitatem azymorum celebrantes Christi panis cœnam sumere quasi sunt vera azyma nec, circumcisionem simul prædicare & baptisma.* Addit, & panem edi: m *post pœnitentiam*, inquit, *de pane comedere & bibere rursùm de calice sanctò & impolutò potest.* Atque, ut ostendat quonam de *pane* loquatur, plurali quoque numerò ait, panes mysticos edi: *qui*, inquit, *in fide ejus nutriti & in intelligibili domô, Christi videlicet Ecclesiæ educati sunt per parentum fidem, bi de panibus ejus mystico & vivificantibus comedent.* Quod de *pane mysticô* Christô intelligi nequit, nisi eum velimus plura corpora habere.

h Lib. 1. p. 56.
i Lib. 2. p. 186.
k Lib. 6. p. 340.
l Lib. 5. p. 413.
m Lib. 6. p. 512.

Hesychius: n Lib. 6. p. 517.

Quartò Eucharistiam *mysticum Christi corpus* indigetat: *Filia*, o, inquit, *intelligibilis sacerdotis, id est, anima omnis regenerata ab eô per baptisma, si vivo alienigenæ conjuncta fuerit, quæ ad alienigenas, verbi gratiâ, Judæos, Paganos aut hæreticos pertinet agens & societatem eorum amplectens, primitijs sanctificatorum, id est, corpore mystico non vescetur.* At, præterquam quod p alibi observavimus, proprium Domini corpus nunquam *mysticum corpus* à Veteribus appellari, Hesychius ipsemet in sequentibus id de *panibus* exponit. Addit enim: *Sin verò filia sacerdotis effecta per eam quæ dicta est regenerationem &c, reversa fuerit in domum paternam, id est, ecclesiam, &c, de panibus patris sui, id est, Christi comedat.*

o Lib. 6. p. 518.

p Supr. in Chrysost. cap. 1. in loco undecimo.

Quintò, de alterâ Eucharistiæ parte loquens, ait: q *Ipse Dominus primus in cœnâ mysticâ intelligibilem accepit sanguinem, atque deindè calicem Apostolis dedit.* Et paulò post: *libens ipse, & Apostolis bibere dans intelligibilem sanguinem super altare, videlicet, corpus suum effudit. Corpus autem Christi ecclesia est, & omnis plebs ejus, quod specialiter dicentem Marcum invenimus: & sumens gratias agens dedit eis, & biberunt ex eô omnes, & dixit eis, hic est sanguis meus novi testamenti qui pro multis effusus est.* Per *sanguinem* autem *intelligibilem*, eum non intelligere proprium Domini sanguinem, sed sanguinem mysticô ac figuratò sensu sic appellatum, hoc est, vinum proprij sanguinis sacramentum, multipliciter probatur. Primo enim apud Adversarios in confessô est, sanguinem Christi proprium non solitariè sumi, sed per concomitantiam vnà cum corpore & divinitatè. Si ergò Dominus proprium sanguinem suum sic spectatum primus accepit, consequitur illum seipsum participasse. Id autem *vel cogitare tantùm, absurdum & falsum* esse, r alibi à nobis probatum est ex ipsis Patribus: *Quomodo* enim, inquit s Cyrillus, *quis sui particeps esse intelliget?* Secundò id patet ex voce, *intelligibilis*; quâ non modò Veteres generatim, sed & ipsemet Hesychius, nunquàm utuntur, nisi, aut ad designandum res purè immateriales, ut t alibi ex Nyssenô probavimus, aut ad designandum res quæ propriè non sunt, sed figuratè tantùm, quod cùm hujus epitheti adjectione esse dicuntur. Sic enim u Eusebius sermones Dei, *panem intelligibilem* x Basilius fidem *os intelligibile*, & ejus functionem *gustum intelligibilem*, y Epiphanius *carnes intelligibiles & ossa intelligibilia* carnes & ossa allegorice sic nominata, Procopius, *cibos intelligibiles, spiritualem* alimoniam,

q Lib. 2. p. 271.

r In Chrysost. c. 2. ad 3. objekt.
s In cap. 2. Ioan. 32.
t In Chrysost. u Demonstrat. l. 10. ad finem.
x In Psalm. 33 Vid. & in Psal. 29.
y Hæres. 64. Procopius in Esaiam p. 356. & 195. & 188.

Hebræi. Deut. 6. Audi Israël, Dominus Deus tuus Deus unus est. Item cap. 32. Videte quod ego sim solus, & non sit alius Deus præter me. Item Psal. 85. Non est similis tui in Diis Domine, & non est secundum opera tua. Item Psal. 96. Quoniam omnes Dii gentium dæmonia. Item Psal. 134. Ego cognovi quod magnus sit Dominus, & quod Deus noster præ omnibus Diis. Item Psal. 85. Magnus es tu, & faciens mirabilia, tu es Deus solus. Item Psal. 113. Deus noster in cœlo, & in terra, omnia quæcunque voluit fecit. Item Psal. 134. Omnia quæcunque voluit Dominus fecit in cœlo & in terra, in mari & in omnibus abyssis. Item Psal. 96. Adorate eum omnes Angeli ejus. Item Psal. 148. Laudate eum omnes Angeli ejus, laudate eum omnes virtutes ejus. Item Psal. 102. Benedicite Dominum omnes Angeli ejus, potentes virtute facientes verbum ejus, ad audiendum vocem sermonum ejus. Item Psal. 88. Quis similis Deo in filiis Dei? Item Psal. 96. Quoniam tu Domine altissimus super omnem terram, nimis exaltatus es super omnes Deos. Item Psal. 46. Deus ascendit in jubilatione, & Dominus in voce tubæ. Item Psal. 67. Regna terræ cantate Deo, psallite Domino, qui ascendit super cœlum cœli ad orientem. Item Psal. 81. Deus stetit in Synagoga Deorum, in medio autem Deos dijudicat. Item Psal. 49. Deus Deorum Dominus locutus est, & vocavit terram. Item Psal. 94. Quoniam Deus magnus Dominus, & Rex magnus super omnem terram. Item Psal. 135. Confitemini Deo deorum, quoniam in æternum misericordia ejus. Item Psal. 85. Non est similis tui inter Deos Domine, & non est secundum opera tua. Item Psal. 94. Quoniam omnes Dii gentium dæmonia. Item Psal. 96. Adorate eum omnes Angeli ejus. Item Psal. 81. Ego dixi, Dii estis, & filii Excelsi omnes. Item Psal. 85. Non est similis tui inter Deos Domine, & non est secundum opera tua. Item Psal. 88. Quis similis Deo in filiis Dei?

Hesychius. *prophetiam perceperunt.* Per *sanctificationis uvam* igitur intelligit eam Eucharistiæ partem quam initiati experimentô noverant, haud initiati verò ignorabant? Quid autem illud est quod haud initiati nesciebant? Verum vinum in Eucharistiâ esse & sanctificari: *Infantes nesciunt*, inquit [k] Augustinus, *quod in altari ponitur, & peractâ pietatis celebratione consumitur.* Verum autem ac propriè dictum vinum est quod in altari ponitur. Tertiò, ait, hanc de Christô prophetiam, *lavabit in vino stolam suam & in sanguine uvæ pallium suum*, quam nonnulli alij ad crucem simpliciter referunt, ab ipso in Eucharistiâ esse impletam. Per *stolam* autem & *pallium* primò intelligi proprium Domini corpus, ac secundariò corpus ipsius mysticum quod ecclesia est, apud omnes in confesso est. Mens igitur Authoris est, Dominum in Eucharistiâ primò corpus suum proprium hoc *sanguine intelligibili*, hac *sanctificationis uvâ*, hoc *vitis sanguine*, bibendo ac potando, interius lavisse, & abluisse. At verò id de propriô ipsius sanguine intellectum, falsissimum foret. Nam nisi extrà venas effusus (qualem Adversarij ipsi in Eucharistiâ esse negant) corpus ejus interius lavare non potuisset, cum lavare tantummodo ad liquida, & fluiditate sua res abluendas contingentia pertineat. Non igitur intelligit proprium Domini sanguinem, sed sanguinem ejus figurate sic nuncupatum, hoc est, vinum sanguinis signum. Quarto, per *uvam sanctificationis*, designat ejusmodi vitis sanguinem quem rem *sensibilem quâ nunc egemus* appellat. Id autem de proprio Domini sanguine dici non potest. Nam proprius sanguis Domini juxta [l] Mysterium ipsum non est res Eucharistiæ sensibilis, sed potius *res insensibilis & invisibilis.* Res sensibilis est species visibilis vini. Deinde, res illa sensibilis quâ nunc egemus, diserte à Theodoreto exponitur de symbolis corporis id est carnis & sanguinis: *post adventum ejus*; [m] inquit, *non amplius opus erit symbolis corporis, corpore ipso apparente.* At signum sanguinis, sanguis proprie non est: non magis quam relatum, correlatum. Postremò, *sanguinem uvæ* interpretatur de *re sensibili quâ nunc opus habemus*, quam verò in cœlis non sumus ampliùs vindemiaturi. At proprium Domini sanguinem in cœlô quoque vindemiaturi sumus ut æternum beatitudinis nostræ alimentum, quemadmodum alibi ait, [n] *mystica mensa ponitur etiam in futurô seculô*: proprium igitur sanguinem per *sanguinem uvæ, sanguinemque intelligibilem* non designat, sed vinum sanguinis illius sacramentum ac symbolum.

Adversarij nihilominus ex hoc Authore nonnullæ nobis objiciunt, & quidem satis speciosa, ac proindè examine digna.

Prima eorum objectio ducitur ex Librô secundo ubi Hesychius ait: a *Est locus sanctus altare, ibi enim Sanctus sanctorum requiescit.* Et paulo post: *Quomodò in his non admiranda sit sapientia Spiritus? Nullam quippè dubietatem hujusmodi intellectus dereliquit, propterea carnes cum panibus comedi præcipiens, vt nos intelligeremus illud ab eô mysterium dici quod simul panis & caro est, sicut corpus Christi panis vivi qui de cœlo descendit. Propter quod Helix secundum LXX. editionem, carnes mane, panes autem vesperi deferebant corvi superne, præfigurare hoc mysterium Domino volente, quod intùs oportet in Ecclesiâ in loco sancto, id est, ad altare coqui & comedi, alibi verò nequaquàm*, &c. *Aaron & filij ejus illud rectè comedunt. Nisi enim Christus rogatus ore sacerdotum ipse venerit, & coenam sanctificaverit, & initiaverit ea quæ aguntur, nullatenus sacrificium Dominicum fiunt. Sed hoc quod reliquum est de carnibus & panibus in igne incendi præcepit. Quod nunc videmus etiam sensibiliter in Ecclesiâ fieri, ignique tradi quæcumque remanere contigerit inconsumpta, non omnino ea quæ vnâ die, vel duabus aut multis servata sunt. Sicut enim apparet, non hoc legislator præcepit, sed quod reliquum est incendi jubet. Dies autem non commemoravit, vt quæcumque cujuscumque rei causâ emergente remanserint inconsumpta, sive tempus in causâ sit, sive quid aliud fuerit, ignis consumptiò fiat. Ergo ex hoc quod agitur sensibiliter, significatio cujusdam intelligibilis rei, eis qui intendunt, provenit: vt quando ad comestionem sacrificij deficimus & comedere illud integrè non possumus, mente forsan laßescente seu deficiente, vtrum ea quæ videntur corpus oporteat intelligi Domini, in quod oculi nec Angeli possunt prospicere, non relinqui, sed etiam tradi ea igni oportet Spiritûs, vt ea comedat quæ nobis sunt ex infirmitate ineffabilia. Quomodo autem comedet? Cùm cogitaverimus virtuti Spiritûs esse possibilia, ea quæ nobis impossibilia videntur.* In quæ verba post Bellarminum sic exclamat Perronius: b *En locum qui ait, locum sanctum esse altare in quo sanctus sanctorum requiescit; qui ait, sacrificium consecrationis sacerdotalis in quo olim edebantur carnes cum panibus, figuram fuisse sacramenti Eucharistiæ, quod simul panis & caro est, caro quâ corpus Christi est, & panis quoniam panis vivus est qui de cœlo descendit: qui ait, observationem de comburendis reliquijs panum & carnium, sensibiliter in Ecclesiâ fieri, quandò reliquiæ sacramenti post communionem igni traduntur: qui ait, traditionem sensibilem specierum sacramentalium quæ à communicantibus consumi non potuerant, igni materiali & elementari, significationem esse quandò deficimus in manducatione sacrificij, nec illud edere integrè possumus, relinquendum esse id quod infirmitas nostra capere non potest, igni Spiritûs consumendum: qui ait, lassitudinem illam dubitationem esse quæ contingit, vtrum ea quæ videmus corpus Domini sint in quod nec Angeli oculis possunt prospicere: qui denique ait,*

[k] *De Trinit. l. 3. c. 10.*

[l] *p. 20.*

[m] *In 1. Cor. 11.*

[n] *In Ps. 7. p. 372.*

Hesychius. *ap. 177. 178.*

[b] *De Euch. l. 2. Amb. 27. c. 3.*

Digitized by Google

Hesychius. *ait, traditionem rerum illarum igni Spiritûs vt comedat quæ à nobis consumpta non sunt, fieri, quandò cogitamus ea quæ nobis impossibilia videntur, virtutis Spiritûs esse possibilia. Post hæc autem, quid dici potest.* Hæc ille: cui si similis aliquis locus à nobis objiceretur, næ is illicò exciperet, lusum esse allegoricum Authoris quomodocumque Leviticitextum de Veteri sacrificiô Eucharistiæ accommodantis, hec nimis urgendi. Nam & profectò si urgeatur, minimè quadrabit ipsorum Adversariorum sententiæ. Ait enim: *nisi Christus ipse rogatus ore sacerdotum venerit, & cœnam sanctificaverit, & initiaverit ea quæ aguntur, nullatenus sacrificium Dominicum fiant.* Quæro autem undè *Christus rogatus ore sacerdotum veniat?* Non enim nisi in cœlô est. E cœlô igitur venire debet, ac proinde cœlum relinquere: *homo* enim, inquit c Augustinus, etiam de ipsomet Christo loquens, *secundùm corpus in loco est & de locô migrat, & cùm ad alium locum venerit, in eo loco vndè venit non est.* At Christum in cœlis esse debere *vsque ad tempora restitutionis omnium*, d scriptura testatur. Intelligendus est ergò *venire*, non per se, sed per Spiritum suum cujus adventum ad mysteriorum sanctificationem requiri consuevisse, antiquitas universa docet. Deinde & quandò ait, *propterea carnes cum panibus comedi præcipiens, ut nos intelligeremus illud ab eo mysterium dici quod simul panis & caro est*, sequeretur Eucharistiam *simul esse* debere *panem & carnem*, hoc est, utrumque propriè sicut in veteri sacrificiô propriè erat panis & caro: quod Consubstantiatoribus faveret, non autem transsubstantiatoribus. Nec hæc ergò rursùm rigidè & κατὰ τὸ ῥητὸν accipienda sunt, sed accommodatè ad ipsius Authoris mentem. Eam autem dico, nec consubstantiatoribus, nec transsubstantiatoribus favere. Primò enim quandò ait, *Est locus sanctus altare, ibi enim Sanctus Sanctorum requiescit*; responderi possit illud *Sanctus Sanctorum* perindè esse ac si dixisset, *Sanctus panis Sanctorum*, id est, à Sanctis edendus, hoc ipsô panem sacramentalem intelligens qui aliquamdiù est in mensâ Eucharisticâ, non autem Dominum ipsum, ut Adversarius supponit. Quamobrem enim panis Eucharisticus non posset appellari *Sanctus Sanctorum*, etsi Christi corpus propriè ac substantialiter non sit, quandoquidem panes legales sic olim indigetabantur? Audiatur ipsemet Hesychius utrosque comparans: *quia*, e inquit, *Sanctum Sanctorum appellati sunt, intelige qua dicuntur, dabit enim tibi Dominus intellectum. Memento mystica cœna de quâ nulli præsumere præceptum est, excepto intelligibili Aaron, id est Christo. Ipse enim eam prius initiavit, sed & filijs ejus qui ab eo facti sunt Christi & induti sunt eo, quam verò comedere in locô sancto jussi sunt. Est verò & sanctum sanctorum*, &c; quia videlicet (ut paulò post subjungit,) *non licet participem illius fieri eum qui non mundo accedit sensu, nequè indutus est veste albâ.* Verùm demus Perronio, illud *Sanctus Sanctorum* de Christô ipsô esse accipiendum: propterea nè sequetur Hesychium intelligere Christum per proprij corporis substantiam in Eucharisticâ mensâ requiescere & jacere? Similiter sanè concluderem Christum per corporis sui substantiam in baptismo esse, quandoquidem Cyrillus Alexandrinus ait, f *eum sancta hujus piscina aquis invisibiliter innatare.* Quod tamen, scio, Adversarius non probaret. Mens igitur Hesychij eatenùs foret, Christum in Eucharisticâ mensâ requiescere per panem suum Eucharisticum, quem *sui loco* nobis *amplectendum* reliquit, ut Proclum alibi audivimus observantem. Secundò, quandò ait; *propterea carnes cum panibus comedi præcipiens, vt nos intelligeremus illud ab eo mysterium dici quod simul panis & caro est, sicut corpus Christi panis vivi qui de cœlo descendit*; respondeò particulam illam *sicut* non hic esse confirmationis & definitionis certissimæ, (καθὼς, enim seu *sicut*, ut rectè notat a Ammonius, *non semper est omnimoda paritatis*) sed similitudinis tantum, mentemque Hesychij esse, Eucharistiam simul esse *panem & carnem*, quemadmodum & corpus Christi panis vivi simul caro & panis est: vnde colligò a contrariô, quemàdmodum similia idem non sunt, Eucharistiam & proprium Domini corpus idem non esse. Addo, eum non intelligere Eucharistiæ mysterium eodem prorsùs modô: panem & carnem esse, quomodo si proprium Domini corpus simul panis & caro est, sed per analogiam tantum: panem videlicet propriè & substantialiter. carnem vero figurate & virtualiter, quemadmodum corpus Christi caro propriè est & substantialiter, panis autem figurate & virtualiter. Sic enim inter utramque convenientia quædam intercedit. Tertiò quando Hesychius observat reliquias Eucharistiæ comburi consuevisse, quid ait quod Adversarijs favere possit? Id sane potius illis prorsùs adversatur, & manifestè innuit illam non creditam fuisse propriè ac substantialiter Christi corpus esse. Quis enim credat Veteres ipsissimum Domini corpus animatum & glorioſum vivi comburiô quasi plectere voluisse? Nec obstat quod excipit b Perronius argumentum hoc nihili esse, *tum quia Humbertus contra Nicetam*, c *Guitmundus* & d *Algerus doceant temporibus etiam suis reliquias Eucharistia igni tanquam purissimo elemento traditas fuisse, licet tunc crederetur eam propriè esse corpus Domini, tum quia verba Hesychij de reliquijs Eucharistiæ mucidis aut horrorem aliquem sensui afferre valentibus intelligenda sint, non de sanis & integris, juxta canonem quemdam concilij Arelatensis tertij ab* e *Ivone citatum*, vbi dicitur: quæ

Hesychius.

f *In Ioan. 9. 6. 7.* ἀσαπῶς τοῦ ὕδατος ἀοράτως ἐπιχεόμενος ἡ ἁγία σου πισκολύμβη.

c *In Ioan. tract. 31.*

d *Act. 3. 21.*

a *Catena Ioan. 17. 16.* ἀμφοῖν εἶναι τὸν ἄρτον ἀναγκαῖον.

c *Lib. 7. p. 577. & 8.*

b *De Euch. l. 3. c. 6.*

c *Lib. 2.*

d *Libr. 2. c. 2.*

e *Decret. part. 3. c. 59. Ex Concil. 3. Arelat. can. 5.*

Hesychius. *omne sacrificium sordidâ vetustate perditum, igne comburendum est & cinis juxta altare sepeliendus.* Nam, ut prætermittam nihil tale reperiri in Humberti scriptô contrà Nicetam, nec Algerum narrare hoc fieri consuevisse, sed tantùm, tanquàm ex Adversarij sui parte referre, id fieri à quibusdam religiosis, nec Guitmundum similiter, qui solum sibi objicit, aliquos dicere, in quibusdam canonibus id juberi; si tantummodò ageretur de reliquiis Eucharistiæ vetustate corruptis: ut in fictitiô illô canone sub Synodi Arelatensis tertiæ nomine ab Ivone citatô, locus fortè daretur Perronij subterfugio, si quidem ex hodiernâ Adversariorum doctrinâ corpus Christi desinit esse sub corruptis speciebus: Sed cùm apertè pateat ex Hesychij verbis, eum loqui de reliquijs Eucharistiæ sanis & integris immediatè post Eucharistiæ communionem igni tradendis, incendium sane illud nullâ prorsùs ratione excusari potest, si Eucharistia corpus Christi proprie sit. Quantum enim offendiculum Judæis ac Ethnicis fuisset, si Christianos rescivissent Christi Dei sui corpus animatum & glorioſum ignibus tradere? Annon eos sacrilegij & impietatis insimulassent? Annon inclamassent, illos huic ipsi incendio cui Deum suum tradebant, purissimo nempè omnium elementorum similiter esse tradendo? Sed quid urgeo scandalum Judæorum & paganorum? Simplices certe Christiani (ut eos tantum nominem) id tanquàm horrendum abominati fuissent. Nam & Paludanus ex ipsismet Adversarijs loquens de reliquijs Eucharistiæ à mure comestæ: *nec*, *f* inquit, *debet comburi & cinis in piscinam projici, sicut fecit alius sacerdos de hostijs muscidu consecratis, quia hoc est immane sacrilegium.* Cum ergo Veteres reliquias Eucharistiæ etiam sanas & integras ignibus traderent, indicium evidens est, eos non existimasse illam realiter proprie ac substantialiter Christi sui corpus esse, sed illam pro ejus signô tantummodo habuisse. Denique, quando Hesychius ait, *Ergo ex hoc quod agitur sensibiliter* (scil. In reliquijs Eucharistiæ comburendis) *significatio cujusdam intelligibilis rei, eis qui intendunt, provenit, ut quandò ad comestionem sacrificij deficimus, & comedere illud integrè non possumus, mente forsan lassescente seu deficiente, utrum ea quæ videntur corpus oporteat intelligi Domini, in quod oculis nec Angeli possunt prospicere, non relinqui, sed etiam, tradi ea igni oportet Spiritûs, ut ea comedat quæ nobis sunt ex infirmitate insibilia*, &c: non ideo sic loquitur, ut innuat; id quod videtur censeri debere substantialiter esse Dominicum corpus, sed tantum, ut doceat illud ejus corpus intelligibile esse, seu corpus ipsius, in signô & efficaciâ. Cum enim sensus nostri nihil nisi panem videant, tangant, odorentur ac gustent, nec virtus ei addita sensibiliter deprehendatur, potest oriri dubitatio, utrùm Domini corpus sit virtute & efficaciâ. Docet ergo in hoc casu ad Spiritûs illud sanctificâtis potentiam esse recurrendum, ac credendum, licet impossibile nobis videatur id quod panem esse conspicimus aliquid aliud præter panem esse, mysterium nempè, corporis Domini efficaciâ repletum, id tamen ita se habere per Spiritûs operationem. Hesychius.

† In 4. sentent. dist. 9. q. 1.

Secunda objectio ducitur è Libro sextô, ubi exponens hæc Levitici verba, *qui comederit de sanctificatis per ignorantiam, addet quintam partem*, &c. quæ Eucharistiæ accommodat, *& docens*, inquit g Perronius, *his verbis prohiberi nè Eucharistia per ignorantiam edatur, ignorantiâ illam esse vult, quod Eucharistia corpus & sanguis Christi vere sit, & quintam partem ei addendam ab illis qui per ignorantiam comedunt, esse considerationem verborum*, hoc est corpus meum, *quæ efficit ut res mysticas & divinas intelligamus, intelligibiliter, hoc est, non prout sensus illas vident, sed prout intellectus fide illustratus eas dignoscit nosque liberat ab ignorantiâ quâ putamus ipsas esse id quod sensibus nostris terrenis & carnalibus apparent*, videlicet panem & vinum, *cum* corpus & sanguis *Christi sint.* Verba Hesychij sunt: h *Sancta Sanctorum sunt propriè Christi mysteria, quia ipsius est corpus de quo Gabriel ad Virginem dicebat, Spiritus Sanctus supervenet* in te & virtus Altissimi obumbrabit tibi: ideo quod nascetur ex te sanctum vocabitur filius Dei, &c *Per ignorantiam autem percipit, qui virtutem ejus & dignitatem ignorat, qui nescit, quia corpus & sanguis est secundum veritatem, sed mysteria quidem percipit, nescit autem mysteriorum Virtutem. Ad quem Salomon dicit, vel magis Spiritus qui in eo est*: quandò sederis ut comedas cum principe, diligenter attende quæ posita sunt antè te; *Aperte & ipse compellens, & cogens eum qui ignorat, addere quintam partem. Hæc enim quinta intelligere nos intelligibiliter divina & mystica facit. Quid sit autem quinta, ipsa te verba legislatoris docere possunt. Ait enim:* addet quintam partem cum eo quod comedit, &c. *Ergò quinta ejus super ipsum, sermo est qui prolatus est ab ipso Christo super Dominicum mysterium. Ipse enim liberat nos ab ignorantiâ, removetque nos additas carnale quippiam & terrenum de Sanctis arbitrati, sed divine ea & spiritualiter accipi sancit, quod quinta proprie nominatur: quia qui in nobis est divinus Spiritus & sermo quem tradidit qui in nobis sunt componit sensus, & non solum nostrum gustum producit ad mysterium, sed & auditum, & visum, tactum & odoratum, ita ut nihil in eis minori rationi & infirmæ menti proximum de his videlicet quæ valde superna sunt suspicemur. Quicumque ergo sanctificata per ignorantiam comederit, ignorans eorum virtutem, sicut diximus*, addet quintam super eo: & dabit sacerdoti in sacramentuarium. *Sanctificationem enim mystici sacrificij & a sensibilibus ad intelli-*

g Ubi supr. cap. 20

h Pag. 715. & seq.

y Google

Hesychius. *intelligibilia translationem sive commutationem, ei qui verus est sacerdos, videlicèt Christo, oportet dari, id est, de eis miraculum cedere & imputare: quià per ejus virtutem & prolatum ab eo verbum quæ videntur tam sanctificata sunt, quàm cunctum carnis excedunt sensum. Recte ergò addidit:* nec contaminabunt sanctificata filiorum Israel quæ offerunt Domino, ne forte sustineant iniquitatem delicti sui, cum Sanctificata comederint. *Qui enim Christo suorum mysteriorum sanctificationem imputant, & addentes sibimet ipsis quintam quæ prolata est, videlicet verbum ejus quod nostros producit sensus ad sublimiora, non contaminant Sancta Sanctorum, ut pote qualia oportet de ijs intelligentes, sed nec inducunt super se iniquitatem delicti in comedendo Sancta Sanctorum. Nec enim ut ad communem cibum, sed sicut ad mysticum, & terribile & cœleste accedunt, ad quem qui temerè accedunt, non simpliciter peccant, sed iniquitatem delicti sui portare dicuntur.* Hæc ille. At, inquit Perronius, *quomodo est sacramentum cum ignorantiâ percipere, nescire, illud corpus & sanguinem Christi esse secundum veritatem? Quomodò id verbum*, hoc est corpus meum, *liberat nos ab ignorantiâ quam incurrere possemus in sacramenti materiâ, & nos vetat aliquid abjectum, carnale & terrenum cogitare, si carnalis & terrena cogitatio quam Hesychius reprehendere vult in re sacramentaria, sit credere, sacramenta esse corpus & sanguinem Christi, quod verbum illud fert, non autem credere ea esse substantias caducas, terrestres & corruptibiles panis & vini quod sensus carnalis dictat? Quomodò denique oporteret cedere ac imputare Christo miraculum commutationis quæ fit in Eucharistia, rerum sensibilium, hoc est, sensu perceptibilium in intelligibiles, id est, quas solus intellectus percipere potest, si mutatio tantum mentalis & putativa interveniat, quandoquidem in mutatione mentali & putativâ nulla operatio realis contingit, & omne miraculum operatio causa est realiter & supernaturaliter agentis?* Milleterius autem paulo aliter: *Videmus,* a inquit, *his verbis, mysteria Christi quæ per verbum & virtutem ejus à sensibilibus ad intelligibilia transferuntur, ut sint cibus mysticus, terribilis & cœlestis, & qua tanquam res divina ac mystica intelligibiliter sumenda sunt, esse Sancta Sanctorum, quià corpus sunt de quo Angelus dixit Virgini*, id quod ex te nascetur Sanctum erit. *Potest – ne expressius doceri vera realis & substantialis existentia corporis Christi in Eucharistiâ, modò non sensibili, sed intelligibili juxtà fidem Catholicam?* Sed hæc facile resolvuntur. Nihil enim omninò est in Authoris nostri verbis quod illis faveat. Non, quod Eucharistiam appellet *Sancta Sanctorum.* Nam præterquam quod Pseudo-Dionysius Areopagites sacramenta omnia in genere sic nominat, Hesychius quoque ipsemet, panes legales, ut suprà observavimus; Origenes quem Perronius de Eucharistiâ nobiscum sentire fatetur, illum quoque *Sancta Sanctorum* non veretur indigetare, ut in locorum ipsius examine jam diximus. Non quod dicat illam esse, *corpus de quò Angelus dixit B. Virgini, id quod ex te nasceturSanctum erit*, ut illi tribuit Milleterius. Nam id Hesychius non dicit; sed ait, *ipsius est corpus de quo Gabriel ad Virginem dicebat*, &c, verba illa *de quo* referens, non ad *corpus*, sed ad relativum *ipsius*, hoc est, Christi: ac in promptu responsio est, mentem ejus esse Eucharistiam Christi corpus esse, non proprium, sed *mysticum*, ut illud ab eò suprà nominari monuimus. Imo quamvis id diceret, non ideo magis sequeretur eam corpus illud è virgine natum propriè esse; ac ex eo quod Leo ait, b *Ejus caro de virginis utero sumpta nos sumus:* & Hesychius ipse de fidelibus, c *facti sunt Christi*; Et Isidorus de baptismo, d *aqua est quæ tempore passionis Christi de latere profluxit*; sequitur nos esse proprie ac per vnitatem numericam corpus è Virgine natum, & Christum ipsum, aut aquam baptismi eamdem numero illam quæ è Christi latere profluxit. Nam *Christus* & *Christi corpus* moraliter tantùm sumus, nec aqua illa quæ è latere profluxit, quàm per repræsentationem & commemorationem. Non rursùm quod dicat, illam esse corpus & sanguinem Christi *secundum veritatem.* Solent enim Veteres dicere, ea *vere* esse, quæ nihilominus figurate tantummodo & per similitudinem virtutis illa sunt quæ dicuntur; e alibi jam ostendimus allatis pluribus eorum testimonijs. Varia & hic addemus ex propemodum infinitis quæ adduci possent. Sic enim Cyrillus Hierosolymitanus ait, f *Christum esse vere primitias*, g Nyssenus *vere ostium circumstantia & domum refugij*, Orosius h *vere petram & ignem*, Cyrillus Alexandrinus i *vere panem*, Theophylactus k *vere pastorem*, Hesychius ipse l *revera altare*: Cyrillus rursùm, ipsius incarnationem m *vere elibanum & flammam*, ac ipsius tempus n *vere diem.* Sic Gregorius Nyssenus ait, o *foetum corruptum malitia vere prorsus esse generationem ranarum*, & eum qui opera Abrahæ imitetur *vere Abrahæ filium.* Sic Basilius Seleuciensis ait, p *confessionem esse vere religionis petram.* Sic denuo Cyrillus Alexandrinus ait, q *sinceram Dei cognitionem vere fontem esse*, & cœlos r *vere terram Sanctam*, & S. Joannem s *vere stellam.* Sic Author vulgo dictus Philo Carpathius dicit, eos qui sanctitati student t *esse vere montem myrrhæ & collem thuris.* Sic denique Hesychius ipsemet ait, eum *qui in lege Dei meditatur esse vere lignum plantatum secus decursus aquarum.* Ac ne forte vitiligator aliquis nodum in scirpo quærens ogganniat differentiam intercedere inter *vere esse*, & *secundum veritatem esse*, ut hic loquitur Hesychius: Procopius diserte ait, x *Christum esse propriè & ex veritate lucem*, Cyrillus y *secundum ve-*

Hesychius.

a p. 558.

b *De nativit. serm.* 10.

c *Lib.* 7. *p.* 577.

d *De offic. Eccles. l.* 2. *c.* 24.

e *Lib.* 1. *c.* 29. *ad arg.* 5.

f *Catech. myst.* 4. *flag.* 5.

g *Contr. Eunom. orat.* 10 *alias.* 9.

h *Lib.* 7.

i *De adorat. lib.* 10.

k *In Ioan.* 10.

l *Lib.* 1.

m *In Genes. lib.* 3.

n *In Osea* 2.

o *De vita Mosis p.* 199. 202.

p *Orat.* 24.

q *Glaphyr. in Exod. l.* 1.

r *Glaphyr. in Deuteron.*

s *Orat in S. Ioan. Evangel.*

t *In Cantic.* 4. 6.

u *Lib.* 2. *p.* 143.

x *In Esaiam p.* 503.

y *Glaphyr. in Genes. l.* 2.

Digitized

Hesychius. z *In Exod. l. 2. c. de myrrha.* a *Contr. Iulian. l. 8. πρ' ἀλήθειαν, & quod τὸ ἀνθρώπινον, in tribus hic locis.*

dum veritatem Noë, & z *Apostolos secundum veritatem fontes*, & nos a *secundum veritatem Israëlitas*. Quid-ni ergò Hesychius pariter diceret, panem & vinum Christi corpus & sanguinem verè seu secundum veritatem esse, intelligendo nihilominus illa tantummodo per virtutis similitudinem id corpus & sanguinem esse, quomodo Cyrillus ait, *Deum ejs influere vim vitæ & illa convertere in efficaciam carnis suæ*? Imo dico, eum id ipsum innuere, quando dicit, illum mysterium per ignorantiam percipere, *qui ejus virtutem ignorat & dignitatem*. Dignitas enim mysterij in eo consistit quod corpus & sanguis Christi sit in ligno & virtute, proüt & Bertramus observat, inquiens: b *quia fides totum quicquid illud est aspicit, & oculus carnis nihil apprehendit, intelliges quod non in specie* (hoc est, in substantia) *sed in virtute corpus & sanguis Christi existant quæ cernuntur*. Ad reliquas autem Perronij observationes, dico primo, cogitationem abjectam quam Hesychius reprehendit, non esse, mysteria substantiam esse terrenam panis & vini, nec vicissim ignorantiam à quâ nos liberant verba, hoc est corpus meum, hoc est sanguis meus, ignorantiam esse, illa substantiam cœlestem corporis & sanguinis Christi existere; Figmenta hæc sunt Adversarij: Sed cogitationem quam reprehendit, esse, quod mysteria sint *simplex panis simplexque vinum*, & ignorantiam à quâ nos liberant suprà memorata verba, ignorantiam esse quod ea sint sacramentô & efficaciâ Domini corpus & sanguis. Cùm enim sensus nostri nobis testentur illa nihil aliud esse quàm communem panem vinumque simplex, verba illa superaddita nos docent ea aliter spectari debere, nempè tanquàm corpus Christi mysticum & sanguinem ejus intelligibilem, ut illa suprà nominabat. Quod & ibidem innuit quandò loquens de illis qui ad ea cum cognitione accedunt; *nec enim*, inquit, *ut ad communem cibum, sed sicut ad mysticum, & terribile, & cœleste accedunt, ad quem qui temerè accedunt, non simpliciter peccant, sed iniquitatem delicti sui portare dicuntur*. Secundo quoque respondeo, quando Hesychius ait, *sanctificationem mystici sacrificij & à sensibilibus ad intelligibilia translationem sive commutationem, videlicet Christo, oportet dari, id est, ipsi de eis miraculum imputare, quià per ejus virtutem & prolatum ab eo verbum quæ videntur tàm sanctificata sunt, quàm cunctum carnis excedant sensum*; designare quidem commutationem realem, ut Perronius observat: sed nihilominùs commutationem illam ex Authoris sententiâ non fieri per substantiæ sensibilis desitionem, verùm per additionem gratiæ ad substantiam, sicut suprà Theodoretum audivimus exponentem. Nam translationem illam à sensibilibus ad intelligibilia per sanctificationem explicat, & vicissim sanctificationem per translationem à sensibilibus ad intelligibilia. At multoties jam notavimus nihil unquàm dici sanctificari cujus substantia non permaneat. Deindè, translatio à sensibilibus ad intelligibilia nullibi quoquè designat mutationem substantialem, sed tantùm dicitur fieri quando rei sensibili qualitas aliqua adjungitur quam in ea intellectus attendere debet & ad quàm sensus non attingunt, eaque de causâ intelligibilis nominatur. Denique, translationem & sanctificationem illam contingere dicit eis *quæ videntur*, hoc ipsô designans illa ipsa etiam quæ oculos nostros feriunt, hoc est, accidentia saltem ex Adversariorum hypothesi, commutationem illam recipere. Atqui non mutantur per desitionem sui, alioqui ampliùs non essent nec videri possent, sed per additionem quæ illis fiat efficaciæ cujusdam & virtutis spiritualis. Nec vis facienda est, in eô quod Hesychius ait, *miraculum* quod de rebus sensibilibus fit Christo imputari debere. Græcum enim θαῦμα quod interpres reddidit per *miraculum*, non semper strictè sumitur pro *effectu supernaturali*, quô sensu nullum miraculum in Eucharistiâ contingere omnes vident, sed interdum pro quolibet effectu supernaturali potentiæ divinæ, quô sensu Basilius de regeneratione quæ in baptismo fit loquens, ait, ὦ τῶ θαύματος! *O miraculum! renovatis, nec corrigitur, resingeris non contritus, curaris nec dolorem sentis.* Et rursùm: ‖ *An non tanti muneris miraculum videre desideras?* Et Cyrillus Alexandrinus c *aquam in quandam divinam & ineffabilem virtutem transelementatur*. Sic igitur Hesychius de Eucharistiâ hic loquitur, sanctificationem rerum sensibilium miraculum indigetans, quià conversis illa elementorum panis & vini in efficaciam carnis & sanguinis Christi, supernaturale opus est quod non nisi à Christô ipsô præstari & fieri potest. Undè & alibi ait: d *Nisi Christus rogatus ore sacerdotum ipse venerit* (scilicet, per Spiritum S.) *& cœnam sanctificaverit, & initiaverit ea quæ aguntur, nullatenus sacrificium Dominicum fiunt*.

b *Lib. de corpore & sang. Domini.*

a *In exhort. ad baptism.*

‖ *Ibid.* εἰπὲ μοῦ ἰδεῖν τὸ μέγα θαῦμα τῆς ἀναγεννήσεως;

c *Caten. in Ioan. 3. & alibi Cit.*

d *Lib. 2. p. 177.*

Tertia objectio duci potest ex eô quod Eucharistiam cum paschate legali comparans, hoc *figuratum* pascha, illam *verum* pascha indigetet: *non oportet*, e inquit, *nos habentes in manibus & consummantes verum mysterium, sequi figuras*. Et rursùm: f *Christus post cœnam super sensibile pascha, verum pascha quod ad ejus mysterium pertinebat, Discipulis tradidit*. Sed jam alibi ad similia loca observavimus, Eucharistiam comparatè ad pascha legale *verum* posse appellari, tum quià per ipsius institutionem legale pascha defiit, id autem in quod aliquid definit *veritas* ipsius dici quodammodo potest; tum propter virtutem intelligibilem quæ paschati legali defuit: quô sensu g Basilius, Ambrosius, Chrysostomus, Hieronymus, Augustinus & Leo I. baptismum nostrum

e *Lib. 6. p. 532.*

f *Ibid. p. 540.*

g *Basil. de Spir. S. c. 14. Ambros. epist. 77. Chrysost. in Ioan. homil. 23. Hieron. adversus Luciferian. August. in Ioan. tract. 11. Leo de passione. serm. 3.*

Procopius. legalibus comparatum *verum* indigetant, eique *veritatem* tribuunt. Verùm, hoc non prohibere quominùs Eucharistia, licet virtute intelligibili quâ sacramentum est prædita, substantialiter tamen panis sit. Hesychius ipsemet satis apertè innuit alibi inquiens, h *non oportere in Judaica conversatione Ecclesiasticam accipere, nec simul Pascha quod in figura est cum eo quod est intelligibile celebrare, nec festivitatem azymorum celebrantes Christi panis Cœnam sumere qua sunt vere azyma, nec circumcisionem simul prædicare & baptisma.*

h Lib. 5.

Quarta duci rursum potest ex eo quod Eucharistiam interdum *panem vitæ* vocat: *vitæ panis*, i inquit, *mysterium Dominicum dicitur.* Sed hoc nihil Adversarios juvat. Sic enim illam appellare potest, tùm quia sacramentum est Christi veri panis vitæ, juxta regulam Augustini, k *sacramenta eorum rerum quarum sacramenta sunt plerunque nomina accipiunt*; tùm propter vim vivificantem illi inditam, de qua ipsemet Hesychius paulò post ait; l *qui in fide ejus enutriti & in intelligibili domo, Christi videlicet Ecclesia, educati sunt per parentum fidem, hi de panibus ejus mysticis & vivificantibus comedent.* Quemadmodum & baptismus eò quod Spiritus Sancti, qui vera aqua vitæ est sacramentum sit, & ab eo vivificus redditus, à Justino m *aquâ vitæ* pariter nominatur.

i Lib. 6. p. 515.

k Epist. 23.

l Lib 6. p. 517.

m Dial. cū Tryphone.

Examen Testimoniorum Procopij Gazæi.

n In Exod. p. 309.
o Novell. Theodos. tit. 3. de Indaic.
p In Genes. c. 49.
a Ex manuscr. Græc. bibliotb. Augustan. apud Coffetell. de nominib sacram. p. 307. 8 μάλιστα τὸ λαμπρὸν ὑποσημαίνει τῇ τροφῇ τὸ μυστικὸν πρᾶξις, ἐμφαίνει δὲ ἀκριβῶς ἡ τοῦ Χριστοῦ μορφή, μᾶλλον δὲ τὸ μυστικὸν τοῦτο ἄγαλμα τὸ ἀκριβὲς τῆς προφῆς. ἀλλ' ἡ λευκαὶ ὑπὲρ οἶνον ἰδέαι ἰδίλωσι.

CIRCA idem cum Hesychio tempus vixisse videtur Procopius Gazæus. Nam cum ipse dicat, n *nostro sæculo contigit ut universa idola exscinderentur, & omnis occasio qua ad hæc fabricanda impelleret*; quod in universum ac planè factum non est antè Theodosij o edictum anno Domini quadringentesimo trigesimo nono publicatum: ac rursus, videatur multa ex Chrysostomo & Cyrillo Alexandrino desumpsisse; verisimillimum est eum scripsisse circa quinti sæculi finem. In eo autem, perindè ac in alijs suprà citatis, illustria quoque habemus testimonia.

Primus locus ducitur ex Commentario in Genesin, p ubi exponens hæc Jacobi verba de Juda, *grati ejus oculi à vino, & albi ejus dentes vt lac*, ac ea Domino per Eucharistiæ mysterium applicare volens, ait: *Metaphora ducta ab ebrijs qui solito sunt plerunque hilariores. Indicatur & lætitia quæ capitur ex mystico vino quod propinans Discipulis suis profatur*, accipite, bibite, hic est sanguis qui pro vobis effunditur in remissionem peccatorum. *Simul quoque illa verba docet, quod valdè benevolè respiciat omnes quotquot in ipsum credunt. Proprium enim est quodammodò vini vt blandè ab omnibus aspiciatur.* a Albi dentes ejus ut lac, &c. *Lac fortassis nobis demonstrat splendorē & puritatem mystici alimenti. Dedit enim proprij corporis imaginem Discipulis haud amplius acceptans legis cruēta sacrificia. Puritatē igitur panis quo alimur per dentes albos designavit. Nam secundum divinum Davidem sacrificium & oblationem noluisti, sed corpus adaptasti mihi.* Egregium profectò in rem nostram testimonium. Primò enim, Procopium per vinum mysticum quod Dominum propinasse, id est, priùs bibisse ac deinde Discipulis suis sub sanguinis sui appellatione tradidisse, ait, non intelligere proprium Domini sanguinem, sed verum ac propriè dictum vinum, tria manifestissimè evincunt. Primum est, quod paulò antè dicit, *Vinum nota est illorum qui crediderunt, & in mortem ejus sunt baptizati.* Quod Eusebius à quò totum hunc locum est mutuatus sic adhuc clariùs exprimit: *b per vinum quod sanguinis ejus symbolum est, eos qui in mortem ipsius baptizantur & in ejus sanguinem crediderunt, a veteribus malis expurgat:* Palàm enim vinum illud licet sanguinis honoratum appellatione à sanguine propriò disparat tanquàm symbolum à re cujus symbolum est. Secundum est, quià cùm proprius Domini sanguis, ut potè in venis contentus non possit nisi unà cum corpore sumi, fatentibus ipsis Adversarijs, sequeretur Dominum seipsum totum sumpsisse ac participasse. At, id *impossibile ac vel ipsâ cogitatione absurdissimum esse* suprà in Chrysostomò & Hesychiò ex Patribus observavimus. Docent enim, id quod participat aliud omninò esse ab eò quod participatur. Tertium denique est, quià postquàm dixisset, Dominum vinum illud mysticum bibisse ac Discipulis dedisse dicendò, *hoc est sanguis meus*, &c, addit: *Simul quoque per illa verba* (Grati ejus oculi à vino) *docet quod valdè benevolè respiciat omnes quotquot in ipsum credunt. Proprium enim est quodammodò vini vt blandè ab hominibus aspiciatur.* Proprium enim sanguinis nullomodò est ut blande ab hominibus aspiciatur: imo fere non nisi cum horrore quodam spectatur. Id ad vinum propriè dictum directè pertinet. Per illud igitur vinum quod Dominum Discipulis tradidisse ait, dicendo, *hoc est sanguis meus*, vinum proprie dictum intelligit. Secundo, quandò ait in hisce alijs Jacobi verbis, *albi dentes ejus vt lac*, designari *splendorem & puritatem mystici alimenti* & panis illius quo in Eucharistiâ vescimur, similiter quoque innuit se non de proprio Domini corpore, sed de vero pane loqui. Nam per *splendorem mystici illius panis* intelligit ipsius *albedinem* lactis & dentium albedine designatam. Itaquè ex ipsius mente panis ille mysticus jam per consecrationem effectus, subjectum adhuc est *splendidum & album*: Ergò, inquam, verus panis. Id enim nec de corpore Christi accipi potest, ut patet; nec de solis panis accidentibus.

Procopius.

b Demonstr. lib. 8. λέγει δὲ οἶνον ἅπερ τὸ αἷμα τοῦ σώματος ἀντὶ συμβόλου, τὸν δὲ τῆς θείας αὐτοῦ βασιλείας ἐπὶ τὸ αἷμα καὶ ἐπὶ τὸν οἶνον ἀεὶ τῶν πιστευόντων ἐπὶ πάλαι ἁμαρτιῶν ἄφεσιν.

Procopius.

bus. Nam præterquàm quod accidentia cibus non ſunt, ut alibi à nobis probatum eſt; *accidens accidenti non accidit*, ut [c] philoſophia docet, *niſi in quantum ambo eidem ſubjecto accidunt*. Deinde, quis ſit hic panis, quæ myſtica hæc alimonia exponens, ait, *Dominum dediſſe propry corporis imaginem Diſcipulis ſuis*. Unde nobis firmiſſimum argumentum: *Quod eſt alicujus imago, hoc corpus ejus eſſe non poteſt*, ait [d] Nicephorus Conſtantinopolitanus cum antiquitate univerſâ. Atqui id quod Dominus Diſcipulis dabat & de quô dicebat; *hoc eſt corpus meum*, erat proprij corporis ipſius imago. Ergò non erat proprium ipſius corpus. Perronius, ſuperioribus argumentis diſſimulatis, ad hoc tantùm reſpondere conatur. Ait igitur, [e] *propria Authoris verba oſtendere, eum loqui de imagine corporis incluſivâ, qua corpus appellatur quoad eſſentiam internam, imago verò corporis quoad eſſentiam externam, non autem de imagine corporis, excluſivâ. Nam quandoquidem ſacrificia legalia figura erant & imagines corporis Chriſti, ſed excluſiva: & nihilominus ait Dominum ea abrogaſſe quandò corporis ſui imaginem dedit, quis non videt eum loqui de imagine corporis, non excluſivâ, ſed incluſivâ? Et ſane quod immediate ſubjungit*, puritatem igitur myſtici panis quo alimur per candorem dentium ſignificavit: Nam ſecundùm divinum Davidem, Sacrificium & oblationem noluiſti, corpus autem adaptaſti mihi; *eamdem antithefin inſtituens inter corpus Chriſti & cruenta legis ſacrificia, ac inter Euchariſtiam & eadem ſacrificia, idem evidenter deſignat*. Sed facilè refellitur. Procopium enim per *myſticum cibum*, per *corporis imaginem*, per *panem myſticum quò alimur*, ac per *corpus Domino in Euchariſtiâ adaptatum*, non duo ſubjecta, ſed unum ac idem deſignare, ex contextûs ſerie meridianâ luce clarius eſt. Simplicia autem panis accidentia non poſſunt eſſe ſubjectum illud, tum quia (ut jam dixi) cibus & alimentum non ſunt, tum quia non ſunt id quod Dominus *corpus ſuum* appellavit, tum quià non ſunt *corpus Domino in Euchariſtiâ adaptatum*. Proprium autem Domini corpus non poteſt quoque eſſe ſubjectum illud, tùm quià ſubjectum non eſt *ſplendore* & *albedine* affectum, tum quoniam ſui ipſius imago & ſymbolum eſſe non poteſt, tùm quià corpus proprium proprio corpori aptaretur, quod non modò intelligibile, ſed & falliſſimum, abſurdiſſimumque eſt. Itaque neceſſariò ſupereſt ut intelligatur de verô ac propriè dicto pane, cui hæc omnia ſimul conveniunt. Subjectum enim eſt *ſplendidum & album* ad lactis candorem accedens; *alimonia eſt myſtica & panis myſticus*, id eſt, *ſacramentalis: imago* eſt proprij corporis Dominici: ac denique, ſymbolicum corpus Domino adaptatum. Totus autem hic locus ex Euſebio depromptus eſt, cujus hæc verba ſunt: [f] *Arbitror hæc Iacobi, gratioſi ejus oculi à vino, & illud, albi ejus dentes ut lac, rurſum novi teſtamenti ſalvatoris noſtri myſteria occultè continere. Illa ſcilicet, gratioſi ejus oculi a vino, ſignificare mihi videntur lætitiam illam ab illo myſtico vino procedentem quod Dominus ipſe diſcipulis ſuis dedit, dicens, accipite, bibite, hoc eſt ſanguis meus pro multis effuſus in remiſſionem peccatorum: hoc facite in meam Commemorationem. Et ea*, albi dentes ejus ut lac, *myſtici alimenti ſplendorem & puritatem. Denuò enim ipſe divina œconomia ſymbola Diſcipulis ſuis tradidit, jubens eos propry corporis imaginem facere. Cum enim amplius attendere nollet ad cruenta ſacrificia, neque adhuc quæ apud Moſem in variorum animalium mactatione lege ſancita erant, traderet autem uti pane propry corporis ſymbolo, aptè ſplendorem & puritatem cibi hujus ſignificavit, dicens*, albi dentes ejus ut lac. *Hujus rei & alius Propheta meminit quandò ait, ſacrificium & oblationem voluiſti, corpus autem adaptaſti mihi*. Unde liquidò patet, oppoſitionem quam Procopius poſt Euſebium inſtituit inter ſacrificia legalia & Euchariſtiam, non in eo conſiſtere quod illa fuerint excluſiva corporis Chriſti, hæc autem incluſiva; ſed in eo quod Moſes ſub lege ſanxiſſet animalibus uti ac eorum ſanguine pro ſymbolis ac imaginibus corporis Chriſti; Chriſtus autem Diſcipulos ſuos juſſiſſet pro corporis ſanguiniſque ſui ſymbolo & imagine pane & vino uti: pane utiquè ac vino non minus veri nominis, quam olim animalibus ac eorum ſanguine vere ac proprie ſic appellatis. Illa autem myſticum panem myſticumque vinum nominat, quia *myſtica* effecta ſunt, hoc eſt, ex *alimento* ſimplici *refectionis* (ut [g] Auguſtinus loquitur) *ſacramentum religionis*; ſeu, ut Euſebius, quoniam [h] *ex corporali lætitiâ*, id eſt, ex corporalis ſimpliciter alimoniæ ſuſtentaculo, *in intelligibilem & ſpiritualem mutata ſunt*. Ac rurſum, de pane loquitur tanquam de corpore Domino adaptato, quia per tranſlationem illam à ſenſibili ad intelligibile factum eſt corpus ipſius ſymbolicum, ſeu figura ac ſymbolum corporis ejus. Coffetellus autem aliter argumentum noſtrum ſolvere conatur.

Primo enim reſpondet, [a] *Procopium imaginis nomen ſumere eodem ſenſu quò Apoſtolus illud accipit in Epiſtolâ ad Hebræos quandò ait, legem umbram habuiſſe, non autem vivam imaginem rerum futurarum, hoc eſt, ſolliditatem & veritatem; aut, ut vertit Syrus à Bedâ laudatus, rerum ſubſtantiam, &c, quià videlicet imago ultimus eſt pictura effectus umbræ ac rudi deſignationi oppoſitus: ac ſenſum ipſius eſſe, Dominum in Euchariſtia non inſtituiſſe ſacrificium qualia erant ſub lege in umbrâ & figurâ, ſed ſacrificium hæ figuras adimplens, & rerum (hoc eſt, corporis & ſanguinis Chriſti) imaginem ſeu ſubſtantiam ipſam continens*. Verùm, illam *imaginis* acceptionem hîc locum non habere, manifeſtum ex Euſebiô undè

Procopius

[c] *Ariſtot. Metaphyſ. l. 4. c. 4. & l. 5. c. 7.*

[d] *De Cherubin. cap. 6. bibliothec. Patr. Tom. 4.*

[e] *De Euch. l. 2. Antid. 28.*

[f] *Demonſtr. l. 9. ab Eſaia.* [illegible] *Capem luxuriosi thi rem ejus non unam malunt ingressionem.*

[g] *Contr. Faust. l. 20. c. 18.*

[h] *Demonſtr. l. 9. ab Eſaia.* [illegible]

[a] *Vbi ſupra.*

[b] *Hebr. 10. 1.*

Vigilius. Author diſputationem illam à ſe fuiſſe compoſitam, eſſe Gelaſij Epiſcopi Romani, cum Liber Pontificalis teſtetur eum *fecisse quinque Libros contra Neſtorium & Eutychen*; Item, *& duos adverſus Arrium.* Ne tamen planè aſſentirer, obſtabat, tùm aliqua ſtyli diverſitas, tùm teſtimonia [p] Alcuini & [q] Agobardi varia ex hoc opere loca ſub nomine Vigilij Epiſcopi proferentium, tùm codices [r] manuſcripti idem Vigilij Epiſcopi nomen præferentes. Jam verò plenior lux oborta eſt. Nam Theodulfus Aurelianenſis Epiſcopus ab eruditô Sirmondo editus, uno tractatus ſui de Spiritu Sancto loco laudat illum & citat ſub nomine *Vigilij Africani, in Libris quos ſcripſit Conſtantinopoli in defenſionem Leonis contra Eutychianiſtas*, & Petrus Franciſcus Chiffletius, vir inter Jeſuitas multæ lectionis, [ſ] monet hos libros haberi inter codices manuſcriptos S. Augendi ſeu S. Claudij Jurenſis ſub nomine *Vigilij Tapſitani Epiſcopi in provincia Byzacena.* Hujus autem Authoris eſſe non videtur dubitandum cum omnia quadrent. Nam Author ad initium primi Libri teſtatur ſe ſcribere cum in Oriente graves eſſent de Eutyche contentiones, & paulò poſtquam hæreticus ille non modo Eccleſiæ, ſed & Principum ſanctionibus damnatus fuiſſet, ho eſt, non valdè longè à fine quinti ſeculi. Iiſdem autem temporibus in provincia Byzacena Epiſcopum Tapſitanum fuiſſe nomine Vigilium, patet ex notitia Epiſcoporum Africanorum ab erudito Sirmondo edita. In ea enim memoratur Vigilius Tapſitanus inter Epiſcopos provinciæ Byzacenæ qui ſub Hunerico multa paſſi ſunt. Facile autem fuit mutare Tapſitanum in Tridentinum, cum Tapſitanus ignotus foret, Tridentinus autem notus. Supereſt ut oſtendamus eum à partibus noſtris ſtare. Id autem apertiſſimum eſt.

Sic enim loquitur in his Libris: [t] *Ait Dominus Diſcipulis ſuis, ſi diligeretis me, gauderetis quia vado ad Patrem qui Pater major me eſt. Et iterum: Expedit vobis vt ego abeam. Si enim ego non abiero Paracletus ad vos non veniet. Et certè verbum Dei, virtus Dei, ſapientia Dei ſemper apud Patrem & in Patre fuit, etiam quando in nobis nobiſcum fuit. Neque enim cum terrena miſericorditer incoluit de cœleſti habitatione receſſit. Cum Patre enim vbique eſt totus pari divinitate, quem nullus continet locus. Plena quippe ſunt omnia filio, nec eſt aliquis locus præſentia divinitatis ejus vacuus. Vnde ergò & quò ſe iturum dicit, aut quomodò ſe ad Patrem profecturum aſſerat, à quo ſine dubio nunquam receſſit? Sed hoc erat ire ad Patrem & recedere a nobis, auferre de hoc mundo naturam quam ſuſceperat e nobis. Vides ergo eidem naturæ proprium fuiſſe ut auferretur & abiret a nobis quæ in fine temporum reddenda eſt nobis ſecundum adſtantium vocem Angelorum*, hic Jeſus qui aſſumptus eſt à vobis, ſic veniet quemadmodum eum vidiſtis euntem in cœlum. Vigilius. *Nam vide miraculum, vide utriuſque proprietatis myſterium. Dei filius ſecundum humanitatem ſuam recedit a nobis, ſecundum divinitatem ſuam ait nobis*, Eccè ego vobiſcum ſum omnibus diebus uſque ad conſummationem ſeculi. *Si nobiſcum eſt, quomodo ait*, venient dies quandò deſideretis diem filij hominis: & non videbitis? *Sed & nobiſcum eſt, & non eſt nobiſcum. Quia quos reliquit, & a quibus diſceſſit humanitate ſua, non reliquit, nec deſeruit divinitate ſua. Per formam enim ſerui quam abſtulit a nobis, in Cœlo abſens eſt à nobis, per formam Dei qua non recedit à nobis, in terris præſens eſt, nobis tamen & præſens & abſens ipſe vnus idemque eſt.* Et rurſum: [a] *Neceſſe erat; ut & caro, ſicut & verbum, ſi vnius cum eo naturæ eſt, increata ſit & inviſibilis, atque incontrectabilis, & inicio carens: Aliter enim cum verbo vnitatem non poteſt habere naturæ. Sed quia carnem his conditionibus ſubjacere impoſſibile eſt, vnius autem dicitis cum verbo naturæ eſt, verbum etiam erit ſecundum Arrianos creabile & contrectabile atque viſibile, & ex initio ſubſiſtens quia aliter cum carne vnitatem non poterit habere naturæ. Deinde, ſi verbi & carnis vna natura eſt, quomodo, cum Verbum vbique ſit, non vbique inveniatur & caro? Nam quandò in terra fuit, non erat utique in Cœlo: & nunc quia in Cœlo eſt non eſt utique in terra, & in tantum non eſt ut ſecundum ipſam Chriſtum ſpectemus venturum de Cœlo quem ſecundum verbum nobiſcum credimus eſſe in terrâ. Igitur, ſecundum vos, aut Verbum cum carne ſua loco continetur, aut caro cum Verbo ubique eſt, quo modo una natura contrarium quid & diverſum non recipit in ſeipſa. Diverſum autem eſt & longè diſſimile circunſcribi loco & ubiquè eſſe: & quia Verbum ubiquè eſt, caro autem cjus non ubiquè eſt, apparet unum eumdemque Chriſtum utriuſque eſſe naturæ, & eſſe quidem ubiquè ſecundum naturam divinitatis ſuæ, & loco contineri ſecundum naturam humanitatis ſuæ.* Et in ſuprà memorata diſputatione adverſus Sabellium, Photinum & Arrium, illa quidem inter Athanaſij libros hiulca & mutila, ſed à Caſſandro [b] integra data: *Dominus ait*, ſi diligeretis me, gauderetis utiquè quia vado ad Patrem, quia Pater major me eſt. *Rogo itaquè, cum filius ſecundum divinitatis ſuæ potentiam univerſa impleat, nec ſit aliquis locus eadem divinitate vacuus, ut potè qui Cœlum & terram atque inferna pari omnipotentia impleat, quomodò ait*, vado ad Patrem, *cum quo & ſemper erat & à quo nunquam receſſerat* (*Ejus enim eſt ire & venire qui aliquibus locorum terminis circunſcribitur, & eum in quo erat deſerens locum, ad eum vbi non erat, veniat*) *niſi quia utiquè de illo quem aſſumpſerat homine loquebatur, quod erat iturus ad Patrem a quo venturus eſt judicare vivos & mortuos? Cæterum, verbi divinitas vniverſa implens nullis locorum terminis ſeparatur: ſicut nihil eſt vndè diſ-*

[p] *Coner. Eliſant. l. 4.*
[q] *Contra Felicem Vrgel.*
[r] *In Biblioth. Regia & Sagermana.*
[ſ] *Præfat. in Ferrandum recens editũ.*
[t] *Lib. 1.*
[a] *Lib. 4.*
[b] *In bibliotheca Patr. edit. Colon.*

Vigilius. *cedat, ita nihil eſt quò veniat.* Et rurſum: *non vnius natura eſt præſepis gremiò contineri, & aſtrorum indicijs prodi, hominibus ſubjici & ab Angelis miniſtrari, de loco ad locum fugere: & vbique præſentiam ſui exhibere, terram incolere & cœleſtia non deſerere.* Hæc ille: vbi fere quot Verba, tot fulmina contra realem ac ſubſtantialem Dominici corporis in Euchariſtia præſentiam. Primo enim ait, Dominum diſceſſiſſe à nobis humanitate ſua, noſque reliquiſſe. Diſceſſio autem proprie & phyſice ſic accepta quamlibet ſubſtantialem ſubjecti diſcedentis præſentiam tollit. Secundò ait: *per formam ſervi quam à nobis abſtulit in cœlum abſens eſt à nobis.* Per formam autem ſervi humanitatem ipſius deſignat. At quod abſens eſt ſubſtantialiter, ſubſtantialiter præſens non eſt. Nam, ut ipſemet recte obſervat, *una natura diverſum quid & contrarium non recipit in ſeipſa.* Tertiò, præſentiam juxtà quàm Chriſtus, etiam inviſibiliter, jam nobiſcum eſt, contrahit ad divinitatis præſentiam: *per formam ſervi*, inquit, *quam à nobis abſtulit in cœlum abſens eſt a nobis, per formam Dei qua non recedit a nobis in terris præſens eſt nobis.* Quartò, de inviſibilitate & impalpabilitate loquens expreſse ait, *ipſius carnem his conditionibus ſubjacere impoſſibile eſt.* Quintò ait, *quandò in terra fuit non erat utiquè in cœlo, & nunc quia in cœlo eſt, non eſt vtique in terra.* Quo ſenſu igitur intelligit carnem Dominicam non fuiſſe in cœlo quandò erat in terra, eodem & pariter illam jam non eſſe in terra quandoquidem in Cœlo eſt. Intelligit autem illam quandò erat in terra nullo prorſus modo, naturali aut ſupernaturali, viſibili aut inviſibili, quantitativo aut definitivo in Cœlo fuiſſe: Igitur, nec illam ullo prorſus horum modorum in terra eſſe poſtquàm in Cœlum abiit. Sextò, rationem reddens cur Domini divinitas ſimul in Cœlo & terra ſit, ait, illam non circunſcribi locò, nec loco contineri. Cum igitur ibidem dicat humanitatem circunſcribi loco locoque contineri, neceſsariò intelligit, illam in Cœlo & in terra ſimul eſſe non poſſe. Septimò, ſi caro Chriſti quæ ante conſecrationem omnium confeſſione non erat, poſt conſecrationem in ea realiter foret, aut ibi produceretur, aut illuc adduceretur. Abdicat autem utrumque Vigilius. Et prius quidem quandò ait in his ipſis libris: c *Quomodo is qui erat factus eſt, cum fieri ejus ſoleat eſſe proprium qui nunquam antè ſubſtiterat?* Poſterius quoque cum ait in locis citatis: *ejus eſt ire & venire qui aliquibus locorum terminis circunſcribitur, & eum in quo erat deſerens locum, ad eum vbi non erat veniat.* Nam cum Chriſtus juxtà corpus in Cœlo ſit, Cœlum oporteret eum deſerere ex Vigilij ſententia, ut ad Euchariſtiam in quâ non erat veniret. Cœlum eum deſerere contrà ſcripturam eſt Actorum cap. 3.

c Lib. 2.

Ergo in Euchariſtia non eſt. Denique ait: Gelaſius. *non eſt ejuſdem naturæ terram incolere & Cœleſtia non deſerere.* Humana igitur ex ipſius mente Chriſti natura niſi cœlo derelicto in terra ſimul eſſe non poteſt. Quid clarius?

---

*Examen Teſtimoniorum * Gelaſij Epiſcopi Romani.*

* Falſus eſt Epiſcop. Rom. ann. 494.

CAPUT I.

VIGILIUM proxime ſequitur Gelaſius Epiſcopus Romanus, cujus quoque egregia habemus teſtimonia.

Primum, ducitur ex tractatu de duabus naturis contra Neſtorium & Eutychem in quo ſic loquitur: *Certè ſacramenta quæ ſumimus corporis & ſanguinis Domini divina res eſt, propter quod & per eadem divinæ efficimur conſortes naturæ, & tamen eſſe non deſinit ſubſtantia vel natura panis & vini. Et certè imago & ſimilitudo corporis & ſanguinis* Chriſti *in actione myſteriorum celebrantur. Satis ergò nobis evidenter oſtenditur hoc nobis in ipſo Chriſto Dominæ ſentiendum quod in ejus imagine profitemur, celebramus & ſumimus, ut ſicut in hanc, ſcilicet, in divinam tranſeunt Spiritu Sancto perficiente ſubſtantiam, permanente tamen in ſua proprietate naturæ*, (ita enim evidenter legendum eſt) *ſic illud ipſum myſterium principale cujus nobis efficientiam Virtutemque repræſentant, ex quibus conſtat propriè permanentibus, unum Chriſtum, quia integrum Verumque, permanere.* Luculentiſſimum ſanè in rem noſtram teſtimonium. Primò enim tranſubſtantiationem excludit quando ait, *eſſe non deſinit ſubſtantia vel natura panis & vini.* Deinde & realitatem quam vocant quando ait de pane & vino poſt conſecrationem, ea *imaginem & ſimilitudinem* eſſe corporis & ſanguinis Domini. Veteres enim teſtantur, imaginem *aliud eſſe ab eo cujus imago eſt*, ut alibi a oſtendimus. Similitudinem pariter. Nam *aliud eſt ſimilitudo*, ait b Clemens Alexandrinus, *aliud ipſum ens.* Et Athanaſius: c *quod alicui ſimile eſt, non idem eſt cum eo cui aſſimilatur.* Et Cyrillus Hieroſolymitanus: d *non ſimilitudo, ſed veritas.* Et Nazianzenus: e *aliud eſt ſimilitudo, aliud veritas*; cui & ſimilia habet f Nyſſenus. Et Chryſoſtomus: g *ſimile, quoniam non omni ex parte æquale.* Et Paulinus: h *aliud eſt Virtutem habere, aliud Virtutis ſimilitudinem.* Et Auguſtinus poſtquam dixiſſet Patrem & filium per omnia eſſe ſimiles: *Similia*, i inquit, *quæcunque alia ſunt, inter ſe etiam diſſimilia ex aliqua parte ſunt.* Et Caſſiodorus: l *ſimilitudo rei veræ imitatio eſt.* Tertio denique, ſi panis & vinum imago & ſimilitudo corporis & ſanguinis Domini ſunt, neceſsario rurſùm remanere dicenda ſunt: quod enim

a *In Euſebiū.*
b *Stromat. l. 1. ἄλλο ἐστὶν εἰκὼν, ἄλλο τὸ ὄν.*
c *Contr. Hypocriſ. Melet.*
d *Catechiſ. myſtag. 2.*
e *Orat. 49. ſ. contr. Eunom. l. 2. alias.*
f *In Ep. ad Philipp. 2. hom. 7.*
h *Epiſt. 50.*
i *De Geneſ. ad lit. imperf.*
l *In Pſalm. 48.*

Gelasius.

enim non amplius est, imago & similitudo esse non potest. Torquet hic locus mirum in modum Adversarios: ideo in omnes partes se versant & undique conquirunt effugia.

Primo enim *m* Canus, *n* Sanctesius; *o* Vasques, dè *p* Valentia, *q* Bellarminus in examine hujus loci, & *r* Ysambertus ajunt, tractatum hunc de duabus naturis esse *Gelasij Cæsariensis*. Verum ipsemet *s* Bellarminus postea à Baronio edoctus, & Baronius ipse id refellunt, quia *Gelasius ille ad tempora Eutychetis non pervenit, cum post ipsum defunctum fuerit Episcopus Cæsariæ Paulus*; *& post Paulum Elegius antequam hæresis Eutychetis appareret*. Rursum, Suffridus præfatione in Gennadium & ijdem qui supra Canus & de Valentia ajunt, illum esse Gennadij Massilienſis. Verum, id quoque refellunt Baronius & Bellarminus. Ipsi autem existimant eum esse Gelasij Cyziceni. Sed Jesuita *u* Chiffletius in nupera sua Ferrandi editione sententiam nostram amplexus eos refellit, quia *idiotismi Latini & tota orationis facies probat, Autorem hunc non esse Græcum, sed Latinum scriptorem*. Simondus præfat. In opuscula Eusebij, tractatum hunc *Gelasio Papæ* tribuit; & Petavius de Incarn. lib. 3. c. 2. hæc notatu dignissima scribit. *Gelasius Papa in libro* de duabus naturis *quem Fulgentius in testimonium adducit, In resp. ille ad 2. Ferrandi quæstionem, quod quidem diligenter notari volo, propter eruditos quosdam viros, qui librum illum* de duabus naturis, *Gelasio Romano pontifici abjudicantes, Cyziceno illi Græco scriptori tribuunt; in quo dupliciter peccant, nam & Latini plane, non Græci Autoris opus illud esse argumentum est stylus ipse; &c. ut à Græco Latinus factus putetur, cuivis potius meo judicio vindicandus erit, quam Cyziceno isti Autori parum probato*. Generatim autem omnes illi supra citati negant opus hoc esse Gelasij Pontificis Romani, *ut Adversarij* (inquit Bellarminus) *impudenter jactant*. Quod à se *magnis argumentis animadversum & patefactum*, dicit Canus, quæ à Bellarmino & Baronio interpolata Perronius se amplificare posse * profitetur. Videamus qualia sint. Primum est, ait Canus, *quia Author opusculi dicit, esse recentem altercationem de veritate duarum naturarum in Christo. Non autem erat recens tempore Gelasij, sed olim profligata à Leone & Concilio Chalcedonensi*. Sed hoc argumentum ridicule *magnum* vocat. Quasi vero Gelasius recentem non potuerit indigetare hæresin quæ ultima erat, & tantummodo *antè annos ferè quadraginta & quinque exorta fuisset*, ut ipsemet *y* alibi observat. Secundum est, *quia in toto Libro nec Leonis nec Concilij Chalcedonensis meminit, quod maxime fecisset, si Author esset Gelasius*, &c. *Quid quod Damasum nomine Episcopi Romani nullo alio honoris titulo retulit, quod à more posteriorum Pontificum, cum priorum testimonia referunt, valdè est alienum*. Verum, ut hoc impræsentiarum tantum dicam, frustrà contrà Eutychem citasset, tùm Leonem, tùm Synodum Chalcedonensem, quoniam Eutyches ipsiusque sectatores synodum Chalcedonensem recusabant, Leonemque tanquam cum Nestorio Christum dividentem calumniabantur, ut observant *z* Vigilius & Anastasius Sinaita, vulgo dictus? Quamobrem autem Gelasius Damasum sub simplici Romani episcopi titulo non citaret, quandoquidem non longe post Joannes hujus nominis secundus Leonem sub simpliciori Leonis titulo citare non veretur in Epistola ad Avienum? Tertium omnium argumentum est, *quod cum ad finem libri profiteatur se Catholicorum magistrorum testimonia recensere velle, inter illa nihilominus tria referat Eusebij testimonia, quem tamen tanquam Arrianum in decreto de libris apocryphis recusavit*. Verum, si testimonia Veterum huic tractatui addita, alia sint ab iis quæ Gelasius adduxerat, cum fortè hæc deperdita fuissent, ut conjectat Perronius illa fuisse in supplementum apposita: concidit præclarum hoc argumentum. Sed aliter ad illud respondet supra nominatus Chiffletius: *Neque verò*, inquit, *alienum censeri debet à Gelasio Papa quod ex Eusebio Cæsariense nonnulla in rem suam protulerit, cujus Historiam apocryphis adnumerat in decreto de scripturis. Nam in eo ipso decreto paucis ante versibus de Eusebio eodem hæc habet*. Item Chronica Eusebij Cæsariensis atque ejusdem historiæ ecclesiasticæ libros, quamvis in primo narrationis suæ libro tepuerit, & post in laudibus atque excusatione Origenis schismatici unum conscripserit librum, propter rerum tamen singularium notitiam quæ ad instructionem pertinent, usquequaque non dicimus renuendos. *Ergo non quæcumque apocrypha declarat, eo plane rejicit, sed in quibusdam tantum vitanda, atque adeo cum cautione legenda significat. Adde, quod cum solam Eusebij Historiam in Apocrypha referat, ex ea nihil in hoc adversus Nestorium & Eutychem libro profert, sed tantum ex ejus expositione in psalmum 17. & ex lib. 7. Evangelicæ præparationis*. Quartum argumentum est, *quia inter illa testimonia nulla adducit Hieronymi, Augustini, Leonis, Cypriani, Hilarij & aliorum Latinorum Patrum præterquam Damasi & Ambrosij, eaque non verbotim ut habentur in Ambrosio, sed ut videtur ex eorum versione Græcè à Theodoreto citatorum*. Sed hoc tantum probat quod supra notavi ex Perronio, testimonia hæc in locum deperditorum fuisse addita. Certissimum enim est Gelasium tractatui suo subjecisse testimonia Hieronymi, Augustini & aliorum. Id si quidem nos docet Ecclesiæ Lugdunensis Epistola ante annos prope octingentos scripta, in qua dicitur: *a in libro cujus titulus est, de duabus in*

m *Lecor. tb. 1. c. 6. c. 8.*
n *Script. 8. c. 4.*
o *Disput. 180. c. 9.*
p *De transsubst. l. 7 c. 7.*
q *De Euch. l. 7. c. 7.*
r *Ad q. 75. disp. 6. art. 5.*
s *De scriptor. eccles.*
t *Adam. 496.*
u *Notis in respons. Fulgent. ad 5am. quæst.*
x *De Euch. l. 3. Anth. 25*
y *Epist. 3.*
z *Conser. Eutych. lib 4. & 5. Anastas. abbat. cap. 10. ad fin.*
a *Biblioth. Patrum edit. 4. tom. 4.*

Gelasius. *Christo naturis, omnibus ferè ecclesijs notissimo & celebriter commendato, &c; multorum & Orthodoxorum Patrum tam Græcorum quam Latinorum vel libri integri vel sententiæ ad ædificationem fidei pertinentes, beatissimorum S. Athanasij, Ambrosij, Hieronymi, Augustini, & cæterorum diligenter collecta atque digesta sunt.* Quintum argumentum Perronij est, *quod S. Hyppolytum Episcopum dicat metropoleos Arabum, cum fuerit Portuensis Episcopus prope Romam, Unde Germanus Patriarcha Constantinopolitanus eum Hippolytum è* b *Roma vocat: quod verisimile non est Gelasium fuisse ignoraturum.* Verum, ut taceam quod jam sæpè excepi, argumentum hoc spectare tantum testimonia, non tractatum ipsum, Germanumque potuisse confundere in vnum duos Hippolytos, ut Binnius c duos fuisse suspicatur, alterum Græcum de quo Gelasius, quemque Hieronymus ait *scripsisse homiliam de laude Domini salvatoris, in quâ præsente Origene loqui se in ecclesia significat*, alterum Romanum & Episcopum Portuensem; Baronius ad hoc argumentum pro nobis respondet: c *Gelasius in libro de duabus naturis contra Eutychem cum Hippolytum citat, dicit, Episcopum fuisse metropolitanum Arabiæ, quod verum puto antequam venerit in Italiam.* Quin & Eusebius Cæsariensis idem videri possit cum Gelasio ipso sentire. Nam cum dixisset, Beryllum Episcopum Botsræ in Arabia fuisse, de Hippolyto immediatè subjungit: a ὡσαύτως ἦν καὶ ἱππόλυτος ἑτέρας τινὸς ἀυτὸς ἐπίσκοπος παροικίας; quæ verba sic reddi possunt, *similiter & Hippolytus alterius circiter*, Botsram, scilicet, *parœciæ Episcopus.* Enclyticum enim illud τις aliquando sic accipitur. Sextum denique argumentum est, *tractatum hunc qui brevissimus est nulla cum probabilitate dici posse esse opus integrum & completum Gelasij de quo Liber Pontificalis ait*, fecit quinque Libros adversus Nestorium & Eutychem qui hodie in bibliotheca & archivo ecclesiæ continentur, *& Gennadius qui eodem cum Gelasio tempore vivebat*, b scripsit contra Eutychem & Nestorium grande volumen ac præclarum: *& similiter Marianus Scotus qui scribebat quadringenti anni sunt, Platina quoque ac Trithemius, quorum omnium temporibus hi Libri adhuc extabant. Ac, si forte Gelasij sit, fragmentum tantum esse, aut epitomen ab aliquo factam.* Ita c Perronius post alios. Verum, ut illi condonem tum à chronologiam illam per quam ait, Marianum Scotum scripsisse quadringenti anni sunt, quem tamen in d sequentibus Berengario contemporaneum fuisse observat, tum, quod eidem, ac Trithemio & Platinæ effingit quasi dicerent, Gelasij hos Libros temporibus suis extitisse, quorum tamen nullus id affirmat; respondeo cum Chiffletio, *breviorem esse Librum Gelasij qui nunc exstat illo quod conscripsit grandi & in quinque Libros diviso volumine; non quod ille sit hujus epitome, sed quod ejus pars tantum sit ab initio atque à fine truncata. Id enim manifestè ostendit, & abruptum exordium*, Necessarium quoque fuit, &c, *& prætermissa plurimorum Patrum, præsertim Latinorum testimonia, quæ nec negligi à Gelasio debuerant, nec potuerant ignorari.* Addo ego, opusillud *magnum* esse potuisse, ut & illud Facundus • appellat, non tam ratione discursus ipsius Gelasij, quam testimoniorum additorum mole, cum ei adjectæ fuissent non tantum sententiæ, sed & Libri integri Veterum, ut suprà testabatur Lugdunensis Ecclesia. Jam verò fragmentum hoc quod supereſt verè esse Gelasij Episcopi Romani validissimè probatur. Fulgentius enim vir solertissimus, & natione Afer quemadmodum Gelasius, quique Romæ erat quo tempore e Theodoricus in ea honorificè receptus est, anno scilicet Domini quingentesimo, quatuor aut quinquè annis post defunctum Gelasium, eaque de causa probè didicisse poterat quænam genuina ipsius scripta forent, quatuor ex hoc tractatu loca sub ipsius nomine profert, non in responsione ad Petrum Diaconum & alios Orientales, ut malè notat Perronius, sed in responsione ad secundam Ferrandi interrogationem. Similiter & f Joannes hujus nominis secundus, (non longè post) Romanus Episcopus, ex hoc eodem opere nonnulla profert sub nomine Gelasij. Et quamvis Baronius inde inferat, Joannem non existimasse Gelasium hunc fuisse Romanum Episcopum, *quia eum absque aliquo titulo Romani Pontificis nominat*; ego inde contrarium concludo. Verisimile enim non est, eum, alium quam Gelasium Romanum Episcopum sub hoc simplici Gelasij nomine citare voluisse. Nam sic nominari solent, non ignoti ac nescio qui ac nullius nominis, sed viri magnæ dignitatis & famæ qui simplici hac appellatione ab omnibus discernantur: quo & ibidem Leonem bis sub simplici nomine profert. Quod & vidit Compilator Bibliothecæ Patrum notans: g *non levis prorsus suspicio est Ioannem haud producturum in re tanta sententiam Græci Authoris* (puta, Gelasi Cyziceni) *non ita clari aut celebris.* Denique, idem colligitur ex eo quod ecclesia Lugdunensis in loco supra memorato de hoc libro loquitur tanquam de libro *omnibus fere ecclesijs notissimo & celebriter commendato.* Quis enim id dixerit de tractatu Authoris ignobilis, qualis fuit Cyzicenus ille, cujus ne nomen quidem in tota antiquitate vspiam recensetur nisi à Photio eum parum, commendante, & à seipso in fabulosa sua de Concilio primo Nicæno farragine? Clamet jam Bellarminus, nos *impudenter* jactare librum hunc esse Gelasij Episcopi Romani, itidemque Baronius glorietur à se *verum operis Authorem* in Gelasio Cyziceno *inventum, seque victoriam adeptum.*

• *Constitutionum.*

e *Vita Fulgent. c. 13.*

f *In epist. ad Avitum.*

g *Præfat. in lib. Gelas.*

h *Bibliot. cod. 15.*

b *In vetum Eccles. contempl.*

c *In sem. 1. Græcolat. bibliotb. Patr.*

c *Not in Martyrol. ad 22. Aug.*

a *Histor. l. 6. c. 21. in græco.*

b *In Catalog. apud bonor. Augustodun.*

c *Vbi suprà p. 508.*

d *p. 587.*

Gelasius. tum. Tanti est audaces esse.

Secundo Perronius, propter Fulgentij testimonium, licet admodum invitus, admittens tractatum hunc Gelasij Romani esse, omnibus tamen viribus illum Lectoribus suspectum reddere conatur, quasi adulteratum, ac effutit quamplurima quæ ad tria reducuntur. Primum est, *circa idem tempus quo Basilea edituset, anno nempe* 1528. *Secerium typographum Lutheranum Haganoæ anno* 1530. *edidisse Druthmari in Matthæum Commentarios, ac pro eo quod hic Author in expositione institutionis Eucharistiæ dixerat*, hoc est corpus meum, hoc est, in sacramento vere subsistens, *& rursum*, transferens panem in corpus & vinum in sanguinem, *ut Sixtus Senensis testatur haberi in manuscripto vetustissimo codice Franciscanorum Lugdunensium, reposuisse*, hoc est corpus meum, id est, in sacramento, *& rursum*: transferens spiritualiter panem in corpus, vinum in sanguinem. *Quendam quoque Iobum Gastium Lutheranum itidem in Germania Paschasij Radberti librum à se infinitis in locis depravatum pro genuino Paschasij scripto publicasse.* Secundum est, *tractatum hunc Gelasij menda habere quamplurima, ut patet ex collatione cum illis quæ ex ea citat Fulgentius.* Tertium, *Basileenses qui illum ediderunt non notasse codicem manuscriptum ad quem editio eorum facta est, ne lectores possent deprehendere annon ab ipsis forte depravatus fuisset, cumnos* (inquit) *soleamus librorum omnium quos in disputatione proferimus exemplaria notare = celebribus totius orbis bibliothecis à multis seculis asservata, ut si forte de aliquorum exemplarium fide dubitetur, ex aliorum Collatione fides fieri possit.* Sed hæc jocularia sunt. Quid enim, si forte Lutherani in Germaniâ Drutmarum aut Paschasium depravatos ediderint, præjudicat id Basileensibus, quorum fides in tot Patrum Lucubrationibus ab eis editis à nemine unquam fuit incusata? Ea certè clarissime patet vel in ipso loco de quo litigamus. Gelasius enim in eo, si ipsimet Perronio, ac Baronio credimus, disertis verbis transsubstantiationem panis & vini in Christi corpus & sanguinem adstruit, quando ait, panem & vinum *transire in divinam substantiam*: quam clausulam procul dubio Basileenses erasissent ut pote sibi repugnantem, si fraudem facere lectoribus voluissent. Verum, moris nostri non est, sic agere. Ipsorum Adversariorum sceIus ac crimen est. Audiantur rei confitentes: *Iussisti*, inquit[b] Sixtus Senensis Pium V. alloquens, *expurgari, & emaculari curasti omnia Catholicorum scriptorum ac præcipuè Veterum Patrum scripta hæreticorum ætatis nostra factibus contaminata & venenis infecta*; hoc est, loca in Patribus nobis favencia. Et Authores editionis Venetæ operum Augustini: *præter locorum multorum restitutionem secundum collationem Veterum exemplarium, curavimus remaveri illa omnia quæ fidelium mentes hæretica pravitate possent inficere, aut a Catholica Orthodoxa fide deviare.* Quod certe piaculum tantum est ut honnulli viri Docti in ipsa etiam Romana communione, sed magis ingenui in illud invehi vi conscientiæ adacti sint. Sic enim Bochellus: [a] *Tacco innumeros Authores, sacros, prophanos, Veteres, recentiores ab istis quam improbi tam infelicis ingenij hominibus miserabiliter decurtatos, &c. Væ, iterum Væ, &c, nebulonibus istis qui tales musarum castitati & integritati venerandæ non solum insidias struunt, sed & musas ipsas impudenter & nequiter sub dolo religionis zelo nullius frontis homines devirginant, fucumque illum pietatis nomen ementitum inter fraudes pias numerant:* Qua, malum, igitur impudentia aut conscientia Perronius audet probatæ fidei viros, quales erant Basileenses malæ fidei crimine gravare aut suspectos reddere? Sed & Secerium pariter calumniatur. Vndè enim illi constat Druthmarum fuisse à Secerio corruptum? Ex vnico Sixti Senensis testimonio. Quid si verò Sixtus, ut [b] quandoque sic impingit, falsum dixerit? Id certe colligere est ex eo quod longe priusquam Druthmarus à Secerio Haganoæ ederetur, ipsimet Pontificij ex manuscriptis alijs eum edidissent omnino qualis ab illo post editus est. Nam Jacobus Wimphelingus Selestatensis illum excudi curaverat *Argentorati opera & impensis probati viri Ioannis Grunigeri anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo decimo quarto*, cũ privilegio Imperatoris Maximiliani, & Leonis Decimi insignibus primæ paginæ adpositis, ut, si locus esset corruptionis suspicioni, ea non in Secerium, sed in Pontificios ipsos (quos in hac parte quis credat, non magis quam Secerium sibi nocere voluisse?) necessariò devolveretur. Festivum autem est quod subjungit, solere se in disputationibus contra nos susceptis indicare vbinam sint codices illi manuscripti quos jam editos proferunt, ut si de aliquorum exemplarium fide dubitemus, ex aliorum collatione securi reddi possimus, quod queritur a Basileensibus non fuisse præstitum. Quot enim ipsi libros ex Bibliothecis Italicis & Hispanicis quotidiè eruunt & edunt, de quorum licet fide dubitare jure possimus propter expurgationis mandatum, penes nos tamen minime est absque vivi comburij certissimo periculo ad codicum manuscriptorum veritatem explorandam Romam, aut Salmanticam ac Toletum ire? Dolendum sanè est quod Basileenses non indicaverint vndè Gelasij tractatus in eorum manus devenisset, & vbinam esset, ut eorum fides etiam ex ipsius codicis inspectione eluceret: verum id non erat de temporis illius more, ut patet ex libris innumeris à Trapezuntio & plurimis alijs Adversariorum sic publico datis. Denique verum

quidem

[a] *Præf. in decret. Eccles. Gallican.*

[b] *Bibliothl. 6. annot 72. ubi falsò ariolatur de verbis quibusdam. fieri in Malleb.*

[b] *In epist. bibliothec. præfixa ad Pium V.*

Digitized by Google

Gelaſius. ſubſtantia; *aut, cum in manuſcripto unum tantummodò vocabulum reperiſſet difficile lectu, & putaſſet legendum eſſe*, natura *vel* ſubſtantia, *cum alternativa Conjunctione utrumque adhibuiſſe*. Huc uſque Perronius, qui tamen & alibi aliquid habet huc ſpectans, *quamvis*, [a] inquit, *utrumque vocabulum in originali Gelaſij fuiſſet, quis me certum reddet ex hoc nominativo* Velum, *ſcriptum cum* V, *& titulo, temporum injuriam aut tinearum dentes illud* V *non abſumpſiſſe & reliquiſſe* vel, *hoc eſt, pro eo quod habebat*, ſubſtantiæ velum natura panis & vini, *remanſiſſe hæc alia*, ſubſtantia vel natura panis & vini, *&c? Imo, licet vocabulum* vel, *in originali fuerit, unde conſtabit ibidem non fuiſſe* ſpecies vel natura, *ac tranſcriptorem vel typographum ex vocabulo* ſpes *cum titulo quod abbreviatura ejus vocis* ſpecies, *non feciſſe* ſ, b, a, *quod abbreviatura eſt vocis* ſubſtantia, *aut pro eo quod Author dixerat* potentia, *repoſuiſſe* ſubſtantia &c? Sed mirum eſt illum figmenta tam infrunita pro *ratione manifeſtâ* auſum eſſe proponere. Nam ſi illi concederemus locum hunc eſſe corrigendum, quemadmodum primò ſtatuit, nempè, *& tamen eſſe non deſinit ſubſtantia, verum natura panis & vini*, quid inde ad ipſum rediret? Nihil ſane. Imò in contrarium, Cauſâ caderet, ac in abſurdum ſimul incideret. Si enim *eſſe ſubſtantia* panis & vini *non deſinit*, remanet igitur: ac tranſubſtantiatio proinde in nihilum abit. Deinde, ſi *natura* diverſe & oppoſite ad *eſſe ſubſtantia* ſumatur, accidentia ſubſtantiæ panis & vini deſignabit. Senſus ergò verborum erit, *eſſe ſubſtantia panis & vini non deſinit, verum illius accidentia*. At, inquam, an accidentia panis & vini in Euchariſtiâ eſſe deſinunt? Abſurdè, tùm contrà ſenſum, tùm contrà Perronium ipſum accidentia manere docentem. En mirandam primam illam Cardinalis ſubtilitatem. Verum, addo duo. Prius eſt: in his verbis, *ut ſicut in hanc, ſcilicet in divinam tranſeunt Spiritu Sancto perficiente ſubſtantiam* pronomen illud, *hanc*, non referri ad vocabulum, *ſubſtantia*, in hac clauſulâ, & tamen eſſe non deſinit ſubſtantia vel natura panis & vini, contentum, ſed ad remotius, *res divina*, in hac videlicet periodo, *certe ſacramenta quæ ſumimus corporis & ſanguinis Domini divina res eſt*. Inuſitatum enim non eſt, pronomen relativum, non ad proximum antecedens, ſed ad remotius referri. Nam in hoc Ambroſij locô, aut potius Hilarij Diaconi, [b] *beneficij divini ſanguis teſtis eſt, in cujus typum nos calicem myſticum ſanguinis, ad tuitionem corporis & animæ noſtræ recipimus*; Perronius ipſe vult, [c] relativum illud, *hujus*, referri, non ad *ſanguinem*, quamvis proxime antecedat, ſed ad *beneficium divinum*, licet remotius. Atque ita ſe rem habere in Gelaſij verbis, docet Epithetum, *divinam* ex priore illâ clauſulâ, *certè ſacramenta divina res eſt*, repetitum. Nec obſtat quod & non itidem repetat vocabulum, *res*, ſed illius locô ponat, *ſubſtantiam*. Subſtantia enim ac *res*, illi unum & idem ſunt, quemadmodum Perronius ipſemet obſervat, [d] Auguſtinum *vocabulum* ſubſtantia, *cum re æquiparare*. Unde patet in hoc locô nihil prorſus eſſe mutandum. Poſterius eſt, ineptiſſimum eſſe Adverſarij ad tineas confugium. Legendum enim eſſe, & *tamen eſſe non deſinit ſubſtantia vel natura panis & vini*, patet ex ipſômet Gelaſiô. Nam paulò poſt ait: *ſatis ergò nobis evidenter oſtenditur hoc nobis in ipſô Chriſtô Dominô ſentiendum quod in ejus imagine profitemur, celebramus, ac ſumimus*. Quidnam autem illud eſt quod *nobis in ipſô Chriſtô Dominô ſentiendum* eſſe intelligit? Paulò ante oſtendit, inquiens: *dicimus proprietatem unuſcujuſque ſubſtantiæ vel naturæ* (nota, locutionem eamdem) *in Chriſtô manere perpetuam*. Intelligit ergo pariter *in ejus imagine*, hoc eſt in ſacramentô, licet *divina res* ſit, tamen eſſe *non deſinere ſubſtantiam vel naturam* panis & vini. Sic enim in Chriſtô contingit quod in ejus imagine profitemur. Quid clarius?

Tertium denique Perronij præjudicium eſt, *extrema hujus loci, principium ejus manifeſtè deſtruere*. Quomodò verò? *Nam diſertè ait*, inquit, ſacramenta in divinam tranſeunt ſubſtantiam, *Non poſſunt autem in ſubſtantiam divinam tranſire, & ſubſtantiam panis & vini conſervare, ſi quidem impoſſibile eſt aliquid tranſire in id quod non erat, niſi deſinat eſſe id quod erat. Nam in omni tranſitione primò duo termini eſſe debent, unus qui tranſit, alter ad quem tranſitio fit, duoſque illos terminos ejuſdem generis eſſe, adeò ut quandoquidem terminus ad quem tranſitio fit, ſubſtantia eſt, nempè, ſubſtantia divina, neceſſarium ſit terminum qui tranſit ſit altera ſubſtantia, id, videlicet, quod ſacramenta prius erant. Secundò, oportet quoque in omni tranſitione, terminum acquiri in quem tranſitio fit, & deſinere terminum qui tranſit: ac proindè impoſſibile prorſus eſt & abſolutè contradictorium, ſacramenta in ſubſtantiam divinam tranſire, niſi deſinant eſſe ſubſtantia panis & vini*. Hoc autem argumentô quod Perronius adhibet ut oſtendat hunccè locum eſſe depravatum, alij utuntur ut evincant Gelaſium tranſſubſtantiationem ſtatuere. Sic enim concludunt Baronius, Bellarminus, de Valentia, [e] Mæratius, [f] Andebertus, & [g] Milleterius. Verùm reſpondeo, argumentum illud quod inſolubile putant, merè ſtramineum eſſe. Duo enim ſupponit. Prius eſt, quicquid tranſit in id quod non erat, ſi ſubſtantia ſit, neceſſariò deſinere eſſe ſubſtantialiter quod erat: poſterius, Gelaſium per *ſubſtantiam divinam* in quam panem & vinum *tranſire* dicit, intelligere proprij corporis ac ſanguinis Dominici ſubſtantiam. Utrumquè autem falſiſſimum eſt. Nam ad illud quod ſpectat, ſi ve-

a *p. 581.*

b *In c. ad Cor. 11.*

c *De Ambroſ. cap. 6.*

d *In Gelaſ. p. 582.*

e *De Euch. diſp. 7. ſect. 2.*

f *Gelaſe suis en jour de monſtr. 1.*

g *Pagina 775. & ſq.*

Gelasius. si verum est simpliciter & universaliter quod ajunt; Ergo quando Irenæus ait, h *quemadmodum homo transiet in Deum, si non Deus in hominem?* sequetur, nos desinere homines quoad substantiam esse, & Deum, Deum. Et quandò Tertullianus ait, i *Sicut terra conversa est in carnem* (in Adamô, scilicet) *sine viri semine, ita & Dei Verbum potuit sinè coagulo in ejusdem carnis transire materiam*; Et Hieronymus, k *quare non carnis humilitas quæ propter humanam salutem assumpta est, in divinitatis transierit majestatem?* pariter dicendum erit ex illorum sententiâ, Verbum desiisse esse Verbum quoad substantiam, & carnem in divinitatem substantialiter fuisse conversam. Quod tamen ibidem negat Tertullianus, inquiens, *quasi non valuerit Christus hominem induere, Deus perseverare*; Et Hieronymus alibi mentem suam sic explicans, l *dispensationem carnis assumptæ in divinitatis gloriam esse mutatam.* Et quandò Hilarius etiam ab ipsô Gelasiô citatus in m Libris sub Vigilij titulô, de Christô loquens, ait: n *Natus virgine Deus ex virgine homo, & secundum plenitudinem temporum provecturus in Deum hominem*; concludendum erit nos in Deum substantialiter provectum iri, nec amplius futuros homines. Et quandò Ambrosius dicit, o *Cum baptizatus est Dominus, & mysterium lavacri instituit, & humanum genus vetus vilem aquam in æternam substantiam divinitatis sapore convertit*; sequetur, nos per baptismum desinere esse substantialiter quod prius eramus. Et quando Hieronymus rursùm ait, p *per ignem Spiritûs Sancti omnia quæ cogitamus, loquimur & facimus in spiritualem substantiam convertamur*; id de transitione substantiali erit accipiendum. Et quandò Augustinus ait, q homines *in Ecclesiæ membra transeunt*; Et Author incertus sub nomine Eusebij Emeseni r *in corpus Ecclesiæ, non videndo, sed credendo, transisti*; Et Leo: s *accipientes virtutem cœlestis cibi, in carnem ipsius qui caro nostra factus est, transeamus*; dicendum erit, nos in Ecclesiam, aut Christum ipsum substantialiter transmutari, nec remanere quoad substantiam quod antè eramus. Et quandò Petrus Chrysologus de prodigô loquens ait, t *à se migrat, & ab homine totus transit in bestiam*, pariter quis collegerit, illum in brutûm substantialiter fuisse conversum. Denique, quandò Author Zeno Veronensis vulgò dictus, ait, homines u *ex hominibus in Angelos transituros, si provectus ætatis eorum infantiam non mutaverit*; quod Tertullianus ἐμφαλῶς κώπρον exprimit, inquiens, x *demutati in atomo in substantiam Angelicam*; concludi quoquè rectè poterit, nos per resurrectionem homines esse desituros, ac in Angelicam substantiam transmutatum iri. Quæ tamen consectaria falsa & absurda esse, Adversarij ipsi, credo, fatebuntur. Non igitur simpliciter ac universaliter verum est, quicquid *transire* dicitur *in* aliquam *substantiam*, si substantia sit, necessariò desinere esse quoad substantiam quod prius erat. Id tantummodò verum est de iis quæ substantialiter in aliam à se convertuntur substantiam. Non enim quotiescunque alicui rei quæ substantia est mutatio tribuitur, illicò intelligenda est substantialis mutatio. Probandum itaque foret Gelasium loqui de mutatione substantiali. At ille contrà testatur se de ejusmodi *transitione* panis & vini *in substantiam divinam* agere, per quam tamen *substantia vel natura panis & vini non desinat esse*: undè manifestissimum est illum non intelligere transitionem substantialem. Aliud autem illud quod Adversariorum argumentum supponit est, Gelasium per *substantiam divinam* in quam dicit *panem ac vinum transire*, intelligere substantiam à panis & vini substantiâ disparatam, videlicet, substantiam corporis & sanguinis Christi. Id autem rursùs falsum est. Mens enim Gelasij non est, panem & vinum in aliam ac disparatam à se substantiam *transire*; sed tantùm, illa, ex communi (quod erant) substantiâ, sacram & divinam effici, proùt paulo antè dixerat, *certè sacramenta res divina est*. Hoc etenim sensu m Nyssenus & n Augustinus baptismum, *divinum* appellant. Imo & Tertullianus, *divinam substantiam*. Docens enim infantes non esse antequàm Christum nosse potuerint baptizandos, nempè, *nisi in necessitatibus, sicubi, aut loci, aut temporis, aut conditio personæ compellit*, ait: o *Quid festinat innocens ætas ad remissionem peccatorum? Cautius agetur in sæcularibus, ut cui substantiæ terrena non creditur, divina credatur.* Quomodo igitur intelligit aquam baptismi ex communi & terrena quod antè erat, in *substantiam divinam* transire, non desinendo quod erat substantialiter, sed sanctificationem assumendo, quam non habebat; sic & ait Gelasius, panem & vinum *in divinam transire substantiam*, communitate scilicet & simplicitate demutatâ, non autem substantiâ desinente vel naturâ. Quin & ipsemet Perronius argumentum illud suum evertit, oo inquiens in responsione directâ ad hunc locum, mentem Gelasij esse posse; panem & vinum *transire in substantiam divinam*, id est, *in alimentum divinum.* Nam *in alimentum divinum transire* facilè possunt, absque eô quod substantia ipsorum desinat esse, per additionem scilicet, gratiæ ac virtutis divinæ, seu facultatis spiritualis supernaturaliter alendi, utipse Theodoretum suprà exponebat. Nec obstat quod urgent Adversarij Gelasium dicere, transitionem hanc fieri, *Spiritu Sancto perficiente.* Idem enim ait Tertullianus de ipsis baptismi aquis: *Supervenit enim Spiritus de cœlis, & aquis superest, sanctificans*

h *Lib. 4. c. 59.*
i *De Carne Christi.*
k *In Hierem. c. 17.*
l *Ad Hedibiam q. 1.*
m *Libr. 5. De Trinit. lib. 9.*
n *In 1. Joan. epist. tract. 5.*
o *De baptism. cap. 18.*
oo *p. 584.*
p *Sermon. 22.*
q *In Psalm. 3.*
r *De pasch. homil. 5.*
s *Epist. 23.*
t *Serm. 2.*
u *Ad Neophyt. post baptis. serm. 2.*
x *Contr. Marcion. l. 5.*

Digitized by Google

Gelasius. ficans ea de semetipso. Et Theophilus Alexandrinus de Eucharistiâ & baptismô conjunctim loquens: *Non recogitas*, p inquit de Origene, *aquas in baptismate mysticas adventu S. Spiritûs consecrari, panemque Dominicum quô salvatoris corpus ostenditur, & quẽ frangimus in sanctificationem nostri, & sacrum calicem, qua in mẽsâ Ecclesiæ collocantur, & vtique inanima sunt, per invocationem & adventum S. Spiritûs sanctificari.*

p *Paschal.* 1.

His autem sic expositis jam nobis expendendæ sunt directæ Adversariorum ad locum hunc responsiones.

Primò ergò ad argumentum ductum ex eô quod Gelasius, ait, *& tamen non desinit esse substantia vel natura panis & vini*, respondet Cardinalis Alanus; q *fortasse sensus illius loci notissimi Gelasij est, licet convertatur particularis natura vel substantia panis in corpus Christi, tamen eorum generalis entitas eadem est, cum utrumque sit substantia, utrumque corpus, utrumque cibus & panis.* Sed ridicule. Nam verum quidem est, panem, quamdiu subsistit, cum corpore Christi in genere convenire, cum & ille & hoc substantiâ, corpus & cibus sint: Sed cum panis post mutationem ab Adversarijs suppositam *nihil sit*, ut r ipsimet agnoscunt, dici nullomodo potest, ejus substantiam vel naturam remanere. Quod enim nihil est, nec ens, nec substantia, nec corpus, nec cibus est. Docet id ipsemet Gelasius in hoc tractatu. Agens enim contrà Eutychianos docentes, humanitatem Christi in divinitatem sic conuersam fuisse, ut nihil humanæ substantiæ post conversionem remansisset; *Deus*, inquit, *homo consequenter esse desistat, si sola illic divinitas, non etiam humanitas vnita permaneat. Nec glorificata videatur nostra conditio vnitione Deitatis, sed potius esse consumpta, si non eadem subsistit in gloriâ, sed solâ existente Deitate, humanitas illic esse jam desitit.* Et paulò post: *Si humana conditio, nec in divinitatem transfusa subsistit, nè accessu sui hunc sentiatur hausisse, nec in sui proprietate perdurat, nusquam prorsus resedisse cognoscitur, ac per hoc non sublimata, sed abolita potius invenitur.* Si igitur panis quoad totalitatem substantiæ suæ in corpus Christi mutatum est, nec post mutationem in corpore Christi subsistit, nusquàm prorsùs residere cognoscitur: ac per hoc non sublimatus sed abolitus potius invenitur. At Gelasius in contrarium ait, *tamen non desinit esse substantia vel natura panis*: Non igitur intelligit illum in corpus Christi substantialiter fuisse mutatum. Nec rursùm dici posset entitatem panis manere & esse, quià corpus Christi in quod conversus est, manet & existit. Non enim alia per aliam existit natura, sed per suam propriam ac singularem existentiam.

q *De Euch. l.* 3. *c.* 35.

r *Bellar. de Euchar. l.* 3. *cap.* 24. §. *ad tert. argum.*

Secundò respondent Baronius & Perronius quos plurimi alij sequuntur, *substantiam non semper sumi stricte, pro eo quod per se subsistit & accidenti opponitur, sed sæpe pro accidentibus ipsis. Vt quando Augustinus dilectionis essentiam* substantiam dilectionis, *appellat, & in Commentario Psalmi sexagesimi octavi*, quod nulla substantia est, nihil omninò est, substantia ergò aliquid esse est; *Et in scriptis contrà Manichæos*, nihil nomen esse insubstantiale. *Quibus ostendit, substantiam esse quicquid τῷ nihil opponitur, ac sub hoc nomine omne genus entis, tam substantialis quàm accidentalis comprehendi. His & addi potest, non modò Augustinum ac alios ex Veteribus, essentiam accidentium abstractè consideratorum substantiam appellare, & quidditatem albedinis substantiam albedinis indigetare, sed & qualitates originarias alicujus subjecti, subjecti ejusdem substantiam. Vt quando Augustinus justitiam hominis originalem, substantiam hominis nominat*: per iniquitatem, a *inquit*, homo lapsus est à substantia in qua factus erat, iniquitas quippè ipsa non est substantia. *Et rursum*: vitia non sunt substantia. In his infixus est Dominus quandò persecutionem passus est, in vitiô Judæorum, non in substantiâ hominum quæ per illum facta est. Infixus sum, inquit, in limo profundi, & non est substantia. *Et quandò Chrysologus qualitatem passibilem & corruptibilem quæ corpus Domini originaliter erat comitata, substantiam corporis ipsius vocat, & in hac Evangelij verba*, ostensus est in aliâ effigie, *ait*: b Nemo putet Christum suâ resurrectione sui vultûs effigiem commutasse, ut qui in vulnere erat ipse, alter esset in vultu, sed mutatur effigies dum efficitur ex mortali immortalis, & ex corruptibili incorruptibilis, ut hoc sit mutasse substantiam, non mutasse personam, & acquisivisse vultûs gloriam, non vultûs notitiam perdidisse. *Et quandò Gelasius ipsemet ait, de peccato originali loquens*: c ipsa humana substantia depravata cognoscitur. *Vbi mens illius non est dicere substantiam humanam, pro eo quod in scholis substantia appellatur sumptam, integram non remansisse, sed tantum, qualitatem originariam substantiæ, justitiam nempè originalem & alia dona destructionem aut diminutionem accepisse.* d *Similiter quoque natura non semper sumitur pro substantiâ stricte appellatâ, sed interdum pro substantia proprietatibus. Vt quando Philosophi inscripserunt Libros de naturâ plantarum, de naturâ animalium, in quibus tamen Libris nihil aliud, quàm plantarum & animalium proprietates explicant. Itaquè, quid obstat, quominus dicatur, Gelasium per substantiam vel naturam panis & vini, qualitates & conditiones originales quæ substantiam & naturam panis & vini comitantur, intellexisse?* Sed facilè refelluntur. Nam verum quidem est *substantiam* interdum latè sumi pro essentiâ, sub quâ ratione essentia accidentium, quandò de accidentibus agitur, substantiæ nomine designari potest: sed ea acceptio locum hîc habere non potest. Nam, *quam-*

a *In Psalm.* 68.

b *Serm.* 8 *in*

c *Epist.* 7. *ad omnes Episcop. per Picenum.*

d *Gemath. ad q.* 75. *a.* 3.

Gelasius. e *In Theodor. tt. p. 539.*

vis accidentia, inquit ipsemet Perronius e alibi, *essentiam suam quodammodo habeant, nihilominus quando vocabulum*, essentia (addo ego potiori jure, substantia) *dicitur de subjecto substantiali, nunquàm significat simplicia ipsius accidentia, sed substantiam semper designat.* Atqui Gelasius hic agit de pane & vinô quæ *subjectum substantiale* sunt: Ergo substantia illi non designat simplicia accidentia, sed eorum substantiam strictè & propriè sic appellatam. Rursùs, verum quoque est, ea quæ qualitatibus substantiæ contingunt in substantiam quandoque refundi, ac dici ei accidisse quod tamen substantiæ ipsi in se non advenit, sed tantummodo qualitatibus ipsius, ut in locis ex Augustinô, Chrysologô & Gelasiô supramemoratis: Verùm hoc minimè quadrant ad locum de quô agimus. Primò enim Gelasius in hoc tractatu, ubi *substantia* & *natura* infinitiès meminit, illas nunquàm sumit nisi pro naturâ & substantiâ strictè & propriè sic appellatâ. Secundò, scopus ipsius necessariò id requirit. Propositum enim illi erat ostendere, Humanitatem Domini, quamvis per unionem cum divinitate *res divina* facta esset, nihilominus in propriâ suâ substantiâ remanere haud mutatam. Ad cujus illustrationem affert exemplum panis & vini Eucharistiæ, quæ, inquit, *certè divina res est, & tamen esse non desinit substantia vel natura panis & vini*, addens, *in Christo ipso sentiendum quod in ejus imagine profitemur.* At verò, si mens ipsius esset dubstantiam panis & vini post consecrationem non remanere, sed illorum tantùm proprietates & accidentia, exemplum illud, non modò ab ipsius propositô fuisset alienum, sed & illi prorsùs adversum. Eutychiani enim excepissent, hoc quidem in ipsô Christô Dominô esse sentiendum quod in ejus imagine, videlicet, pane & vinô Eucharistiæ profitemur, ac proindè quemadmodum panis & vinum Eucharistię per consecrationem non remanent in suâ propriâ substantiâ vel natura, sed tantum in accidentibus & proprietatibus substantiæ suæ, sic & humanitatem Domini per unionem cùm Verbô non remanere in suâ propriâ substantiâ, sed tantùm in substantiæ accidentibus & proprietatibus. Atqui per hoc exemplum Gelasius contrarium omninò pertendit ostendere: intelligit itaquè panem & vinum remanere in propriâ suâ substantiâ ac naturâ, non solùm in accidentibus & proprietatibus naturæ & substantiæ suæ. Confirmatur argumentum: quià si sensus Gelasij esset, panem & vinum per consecrationem substantialiter mutari, nec illorum remanere nisi sola accidèntia & proprietates, hocque exemplum dispucationi suæ contrà Eutychianos substerneret, necessarium omninò foret ut illud supponeret tanquàm utrinque concessum & indubitatum: alioquin hæretici illi ludibriô id explôsissent tanquàm incongruens, anomalum & alienum. Atqui adduci non poterat tanquàm ex eorum quoquè parte concessum & probatum. Nam cùm illi censerent humanam Domini naturam, aut nunquam re verâ extitisse, aut saltem post glorificationem consumptam & abolitam fuisse, nullomodò admittere poterant panem & vinum Eucharistiæ per consecrationem in Domini corpus & sanguinem substantialiter mutari, remanentibus tantummodò eorum accidentibus. Gelasius ergò exemplum Eucharistiæ sic spectatum non adducit. Et tamen illud adducit: Ergo in eô supponens, non solas panis ac vini proprietates & accidentia, sed illorum quoque substantias remanere. Sic enim quadrabat ad ipsorum quoque Eutychianorum Hypothesin, inter quos & Orthodoxos de Eucharistiæ post consecrationem substantiâ & naturâ nulla dissensio erat. Tertiò, & ipsa quoque Gelasij verba manifestè id evincunt. Nam postquàm dixisset, *certè sacramenta quæ sumimus corporis & sanguinis Christi divina res est, propter quod & per eadem divinæ consortes efficimur naturæ*, immediatè subjungit: *& tamen esse non desinit substantia vel natura panis & vini.* Quibus verbis velut exceptione quadam utitur, nè quis putaret eò quod sacramenta *res divina* forent & per ea divinæ naturæ participes redderemur, id quod illorum *substantiam* & *naturam* vocat, desijsse ac mutatam fuisse. At nemo est qui putare possit, sacramenta eò quod *res divina* sint ac *per illa divinæ naturæ consortes efficiamur*, quoad accidentia & proprietates suas desinere esse & mutari, cùm sensus uniformiter & in omnibus contrarium palàm testentur: per *substantiam* igitur *vel naturam panis & vini* quas non desinere esse dicit, non intelligit simpliciter eorum proprietates & accidentia, ac proinde necessario intelligit *substantiam*. Denique, postquàm dixisset, panem & vinum *transire in divinam Spiritu S. perficiente substantiam*, hoc est, ut suprà dixerat, *rem divinam* fieri; subjungit: *permanente tamen in sua proprietate natura.* At in hoc tractatu, *substantiam vel naturam in suâ proprietate* permanere, illi semper significat, substantialiter id quod erat manere, nec aliter unquàm hac phraseologiâ utitur adversùs Eutychen scribens, licet illam passim adhibeat: *Dicimus*, inquit in hoc tractatu, *proprietatem vtriusque substantiæ vel naturæ in Christo manere perpetuã.* Et paulo ante: *Vera utraque aliter esse non posse, nisi in suarum proprietate permanentia naturarii, nullius humanæ mentis sensus, si quantulacunque rationis est, prorsus addubitat.* Et similiter Vigilius contrà Eutychẽ librô primô: *Cur itis veluti modo in ambabus naturis proprietatis nomen refugiunt?* Et rursũ: ibidẽ: *istis maximo metu utrinsq; natura proprietatẽ id circo nolunt accipere, ne videantur duos Christos inducere:* Et ita perpetuo. Intelligit ergo panẽ & vi-

Gelasius.

Gelasius. & vinum remanere, non tantùm quoad accidentia, sed etiam quoad substantiam. Nihilominus, licet hæc clâra sint, Baronius de ineptâ ac insulsa solutione, quasi de præclarô inventô totus exultabundus clamat: a *Dicas velim, quoniam propriori vocabulô eas species appellasse potuit, num accidentium nomine, an substantia? Quonam pactô vocis convenit proprietati, ut id accidens dici possit quod non est in subjectô? Si accidens, cui accidit? Si non accidit, neque in subjectô est, quomodo propriè accidens dici potest? Si non accidens, ergò substantia, eò quod per se subsistat. Omnium enim rerum quæ sunt, duæ hæ sunt voces, substantia & accidens: adeo ut oporteat nominari substantiam omne quod accidens dici non potest. Hoc dixerimus, non ut affirmemus illis speciebus nomen convenire substantiæ, sed nè adeo miretur, si eas species Gelasius maluerit substantiam quàm accidentia appellare. Sicut enim impropriè eàs quis dixerit accidentia, ita etiam haud propriè in omnibus quis substantiam nominaverit.* Sed, ■ mirum vertiginis Spiritum! Species illæ quas substantiam Gelasius appellat, *improprie*, inquit, accidentia dicuntur, nec *propriè* quoque substantiam eas quis nominaverit. Quæro ergò quid propriè sint, si non nisi impropriè & figuratè utrumque sunt? Nec Davus, nec Oedipus dixerit. Deinde *si non sunt accidens*, inquit, *ergo substantia, eò quod per se subsistant. Omnium enim rerum quæ sunt, duæ hæ sunt voces, substantia & accidens: adeo ut oporteat nominari substantiam omne quod accidens dici non potest.* At, inquam, hæ species, nec accidens sunt, nec in omnibus substantia. Igitur in classe *rerum quæ sunt*, minimè sunt: proindè nihil sunt. Denique: si per se subsistant, substantia propriè sunt: substantia enim est *res per se subsistens*. Nihilominùs, b inquit, *intelligas quod Gelasius ait, ibi remanere substantiam panis, usu dicendi panis accidentia intellexisse.* Ergò, inquam, illæ simul sunt substantia & accidens, & accidens est substantia, substantiaque accidens. Et tamen post tot absurda ridiculaque effutita, citra verecundiam inclamat: *sed quis naturalium rerum subjiciet nomenclatura, quæ divinitus acta omnem excedunt superantque naturam?*

a *Ad ann. 496. num. 15.*

b *Ibid. numer. 14.*

Tertiò respondet Perronius: *Possem quoque addere familiare esse Veteribus Theologis Latinis, per vocabulum*, substantia, *alimentum intelligere. Ut quando S. Augustinus per apostrophen B. Virginem compellans, ait:* c Lacta Maria creatorem tuum, lacta panem cœli pretium mundi, postremo, tu illi ut mater temporalem ministra substantiam. *Et Ambrosius:* d hic panis vivus qui de cœlo descendit, vitæ æternæ substantiam administrat. *Et rursum:* e Propterea ΣΩΜΑ panis, quod ex verbi substantiâ substantiam virtutis manentis cordi & animæ submininistret. *Hoc autem sensu dicere potuit Gelasius*, sacramenta in substantiam divinam transire, *id est, in alimentum divinum, & nihilominus substantiam & naturam panis & vini, hoc est, alimentum & facultatem naturalem panis, esse non desinere.* Vérùm, præter ea quæ dixi contrà præcedentem solutionem, quæque contrà hanc pariter pugnant, duo adhuc addo. Prius est, responsionem hanc non posse quadrare ad hæc Gelasij verba, *& tamen non desinit esse substantia vel natura panis & vini*, quoniam, tum in locis ex Augustino & Ambrosio citatis, tum in omnibus aliis similibus quæ proferri possent, *substantia* nunquàm pro alimento sumitur, nisi quandò *alimentum* vere ac propriè sic dicta substantia est. Atqui accidentia panis, ac facultas nutritiva, non sunt *substantia* verè ac propriè sic dicta: *substantiã* ergo pro *alimento* sumendo, substantia non possunt appellari. Posterius est, Perronium supponere, simplicia panis accidentia, *alimentum* esse, verequè aiere posse. Id vero falsissimum esse, f alibi, tũ ex Philosopho, tùm ex veteribus, tùm ex Adversarijs ipsis, à nobis est demonstratum.

c *Serm. 5. in natal. Dom.*

d *De bis qui initiant. c. 8.*

e *De fide lib. 3. c. 7.*

Gelasius.

f *Lib. 1. c. 19.*

Quarto ait idem Perronius, *panem & vinum, ea propriè spectando, non esse ex classe earum rerum quas Philosophi entia naturalia & per se vocant, sed ex numerô earum rerum, quas entia artificialia & entia per accidens appellant, perindè ac glacies, &c. Itaque in illis duas esse essentias, unam veram, propriam & internam, nempè, substantiam tritici & aquæ & liquoris granorum, ex quibus componuntur, quæque illis materiam subministrat, alteram externam & analogicam quæ illis dat esse panis & vini quatenus panis & vinum sunt, & non simpliciter quatenùs triticum & aqua, uvarumque succus, quod forma est resultans ex mixtione proprietatum naturalium rerum illarum, quam Innocentius Papa panitatem & vinitatem appellat. Gelasium proinde dicere potuisse, substantiam panis & vini, hoc est, essentiam & substantiam externam & analogicam eorum spectatorum quatenùs entia artificialia sunt & per accidens, resultantem ex mixtione plurium entium naturalium particularium manere, & asserere cum Innocentio panitatem & vinitatem non desinere.* Sed hæc absurdissima sunt. Primò enim, quis unquàm non modò Veterum Patrum, sed etiam Philosophorum meminit substantiæ externæ & analogicæ? Substantia sanè subjecti internum quid subjecto est & proprium, non externum & analogicum. Secundò, quis rursùm unquàm vocavit formam accidentalem subjecti alicujus substantialis, *substantiam* illius postquam subjectum illud esse desiit? Nemo sane. Figmentum purum putum est Adversarij quo se vertat nescientis. Imo, ipsemet illud suprà confutabat, inquiens: *quandò essentia dicitur de subjectô substantiali, nunquàm significat simplicia ipsius accidentia, sed substantiam semper designat.* At panis & vinum subjecta substantialia sunt. Tertio, supponit, substantiam panis &

Gelasius. vini quâ panis & vinum sunt, consistere in formâ externâ & accidentali resultante ex mixtione formarum accidentalium & particularium. Id autem falsissimum est. Substantia enim panis & vini consistit in substantiâ tritici, aquæ, ac succi uvarum sic constitutâ & redactâ, non in solâ formâ eorum accidentali. Nam si substantia tritici, aquæ ac succi uvarum omninò abesset, forma illorum accidentalis non magis esset substantia panis & vini, quàm albedo hominis substantia hominis est: *sublatâ enim substantiâ rei*, ut in hoc ipsô tractatu notat Gelasius, *res quælibet illa tollitur*. Denique, commentum illud Adversarij eò redit, ut per *substantiam panis & vini* intelligenda sint ipsius accidentia. Formæ enim accidentales & externæ, nihil aliud sunt quàm accidentia. Id autē est secunda responsiò quæ suprà prolixè à nobis est confutata.

Quintò, Audebertus Jesuita argutulum se ostendere volens, g respondet, (ac responsionem hanc pro demonstratione obtrudit) *Gelasium non dicere conjunctim*, & tamen non desinit esse substantia & natura panis & vini; *sed disjunctim*, non desinit esse substantia vel natura panis & vini: *ac proinde mentem ipsius non esse, utramque non desinere, sed illarum tantum alterutram. Nam particula disjunctiva* vel, *ut notant Philosophi, non adhibetur nisi inter res oppositas, quia nihil à se dividi potest. Oportet igitur, ut id quod de unâ negatur, de alterâ affirmetur. Intelligit autem naturam non desinere: per naturam autem designat accidentia, ut potè sola substantia opposita, unde & paulò suprà dixerat vocabulum* natura, *æque rectè sumi posse pro natura accidentium, quàm pro naturâ substantiæ.* Næ, audacissimum in quibuslibet confingendis hominem! Primò enim falsum est quod ait, Gelasium in hoc tractatu dicere vocabulum, *natura*, æquè rectè sumi pro naturâ accidentium, quàm pro naturâ substantiæ. Gelasius enim in totô hoc libellô ne semel quidem naturæ vocabulum nisi de substantijs loquens, usurpat. Secundò, falsum rursùs est quod subjungit, *particulam*, vel, *juxta Philosophos non adhiberi nisi inter res oppositas*. Nec enim, aut ullus Philosophus, aut ullus etiam Grammaticus id unquàm dixit. Sciunt omnes eam interdū disjunctivam, interdum copulativam esse; atquè, etiam si non nonquàm nominum disjunctiva sit, copulativam tamen esse rerum quarum nomina distinguit. Exempla innumera secundi hujus usus afferri possent ex variis Authoribus: sed ipsemet Gelasius nobis ad id sufficiet. Sic enim in hoc ipsô tractatu ait: *Ducamus proprietatem unusquisque* h *substantia vel natura in Christo manere perpetuam.* Quod ibidem paulò antè per simplicem copulativam sic effert: credendum esse in Dominô *humana substantia & nostræ naturæ conditionis exortū*. Et in Epistolâ ad Episcopos Dardaniæ per particulam, si-

g *De Gelas. demonstr.* §.

h *Vid. Ferrand. in epist. ad Severum ad fin & ad Anatolium Diacon. & inter homil. Eusebio Emesen. trib. de symbol. hom. 1. & de pascha homil. 6. Et Eusebium Thessalon. apud Photium tod. 162. Et Ecclesia per Illyrie. ad Symmachum.*

vè, copulativè quoquè sumptam, ubi de Eutyche loquens, *dicebat*, a inquit, *unam tantummodò, id est, solam divinitatis naturam sivè substantiam in Domino Iesu Christo credere nos debere.* Quis enim sanæ mentis dicere ausit, substantiam & naturam his locis esse oppositas? Tertiò, supponit in locô de quô contendimus, particulam, *vel*, esse disiunctivam rerum, & quidem rerum inter se oppositarum, ac innuere alterutram tantùm, nempè, aut substantiam, aut naturam panis & vini remanere, non utramquè: quæ omnia falsissima sunt, & ineptissima. Hac enim ratione particula illa non modò disjunctiva verum etiam exclusiva & adversativa foret, ac poneretur pro, *seù*, seu, *sed tantùm*, in hunc sensum: *& tamen non desinit esse substantia, sed tantùm natura panis & vini.* At nunquàm sic accipitur. Nam licet quandoque distinguat res oppositas, ut verbi gratiâ quando dicitur, *ille est bonus vel malus*, ibi tamen non ponitur pro, *sed*, verùm tantummodò simplicis disiunctivæ particulæ vice fungitur. Tum etiam, si sic acciperetur, sensus horum verborum foret, substantiam panis & vini non desinere, directè contrà transsubstantiationem; sed naturam tantùm, id est, eorum accidentia, quod falsum esse apud omnes in confessô est. Deindè, quamobrē dicit, particulam illam disjunctivam esse rerū oppositarum? Substantia panis & vini, & natura panis & vini, sunt-nè res oppositæ? Minimè sanè. Unum enim oppositorum non potest esse alterum. At, inquit ipse Gelasius in hoc tractatu, *substantia nulla est quæ non natura dicatur.* Denique, nè simplicem quidem disjunctivam esse ex eô patet, quoniam hoc sensu Gelasius in dubiô relinqueret, utram vellet non desinere esse, substantiam, an naturam; quemadmodum quandò dico ille est bonus vel malus, nihil definio, sed rem indiscussam & indeterminatam relinquo. Vndè, quandoquidem ait, *hoc in ipsô Christo Domino sentiendum quod in ejus imagine profitemur*, sequetur in dubiô manere, utrum post unionem ambæ Christi naturæ desierint, nec-nè: cujus tamen contrarium, idque Eucharistiæ exemplô illustrare ibi conatur. Statuendum itaquè est particulam illam ibi esse, non adversativam, exclusivam, & disjunctivam, sed copulativā. Id enim adeò clarum est, ut ex ipsis Adversarijs Perronius coactus sit observare: *Vocabulum*, b inquit, *Vel, conjunctio alternativa est terminos quos jungit æquipollens.* Sed, quid dico Perronium id *agnoscere*? Audebertus ipse aliquantò post sui oblitus, aut potiùs veritatis vi compulsus, idem fatetur, inquiens: c *Vocabulum* substantia, *quod est in alternativâ* substantia vel natura, *sumitur pro verâ substantiâ*. Particulam illam autē alternativam esse terminosque quos conjungit & connectit æquiparantem, atque disjunctivā & adversativam simul

a *Epist. 3.*

b *In Gelas. Secunda ratio f. 589.*

c *Pag. 584.*

Gelaſius. ſimul, impoſſibile & contradictorium eſt. Argumentum igitur noſtrum Audeberto prorſus inſolubile redditur ex ipſius confeſſione. Nam in his Gelaſij verbis, *& tamen eſſe non deſinit ſubſtantia vel natura panis & vini*, cõjunctio illa; *vel*, eſt alternativa, terminos quos conjungit æquiparans. Subſtantia ergò & natura ibi idem ſunt. At ſubſtãtia ibi ſumitur pro verâ ſubſtantiâ: natura igitur ſimiliter. Ac proindè ſenſus Gelaſij neceſsariò eſt, veram ac propriam panis & vini ſubſtantiam poſt conſecrationem non deſinere, ſed remanere. Id Audeberto repono pro demonſtratione ſua.

Verum, extorta hoc pactô quodammodò ejus confeſſio eſt. Addamus liberiores. Quidam enim Adverſariorum, vel etiam poſt adhibitas quaſcumq; judicaverunt magis idoneas ſolutiones, Gelaſium tandem velut malè ſentientem latis manifeſte notant.

d De Euch. ſub. l. 2. 35. Sic enim Alanus: d *De duobus Gelaſio & Theodoretô, facilè mihi perſuadeo eos ſolos eſſe ex omni antiquitate qui inclinaverunt in communem poſtea multorum errorem, ut ita defenderent veram converſionem panis, ut materiam elementi, ſicut in cæteris naturalibus tranſmutationibus fieri videbant, relictam eſſe concederent: vel, quomodò & alij ſuô modô tranſſubſtantiationem non negantes, tamen (ut Author eſt D. Thomas p. 3. q. 75. art. 3.) ſolam materialem partem formâ ſubſtantiali permanente mutatam aſſeruerunt. Tam agrè capiunt humana ingenia illam tranſſubſtantiationem exactam.* Verùm, minus dicit quàm debuiſset. Cùm enim Gelaſius aſſerat, *& tamen non deſinit eſſe ſubſtantia vel natura panis & vini*, indicat non ſolam formam aut ſolam materiam panis & vini remanere, ſed utramque ſimul. Panis enim ac vini ſubſtantia non in ſolâ formâ, aut materiâ ſolâ conſiſtit, ſed conjunctim in ambabus. Gregorius verò de Valentiâ adhuc liberius: *Dabimus*, e inquit, *aliud breve & ſimplex & ſinè ullo incommodo reſpõſum. Enimverò antequam quæſtio iſta de tranſubſtantiatione in Eccleſiâ palàm agitaretur, minimè mirum eſt, ſi vnus aut alter, aut etiam aliqui ex Veteribus minus conſideratè & rectè hac de re ſenſerint & ſcripſerint, maximè cum non tractarent ex inſtituto ipſam quæſtionem*, &c. *Neque etiam Gelaſius ille fuit Author ſatis clarus. Non igitur debent nobis paucorum ejuſmodi teſtimonia, utcunque ea exponantur præjudicare, cum habeamus pro veritate tranſſubſtantiationis nubem graviſſimorum aliorum teſtium quorum ſententias ſuprà recitavimus.* At non concedimus illi, vel Gelaſium hunc Authorem clarum non eſſe, cùm ſuprà oſtenderimus eum Epiſcopum Romanum fuiſſe, vel majorem Veterum partem tranſubſtantiationi faviſſe: cujus contrarium locis ſuis probavimus: accipimus verò quòd dat, Gelaſium de illa aliter ſenſiſſe & ſcripſiſſe, quam ipſi hodie dé illa credant. Nam ſi de ea male ſenſit, malè ergò plebem ſuam de ipſa ſentire docuit. Nec obſtat quod Gregorius ait, quæſtionem hanc palàm tunc agitatam non fuiſſe. Neque enim verisimile eſt Eccleſiæ fidem circà Euchariſtiæ naturam propterea tunc dubiam, incertam & pendulam fuiſſe, cùm res tanti momenti ſit; aut, ſi Gelaſius in aliam forte iviſſet ab Eccleſia ſententiam, eum à nemine velut errantem & devium fuiſſe notandum. Veriùs ſanè dixiſſet, eam à nemine tum temporis fuiſſe creditam.

e In opuſcul. de tranſſubſtant. l. 2. c. 7.

Gelaſius.

Sic defendimus primum noſtrum argumentum ex hoc loco ductum ab omnibus Adverſariorum exceptionibus.

Ad alia autem duo ſuprà à nobis propoſita ducta ex eo quod poſtquam dixiſſet Gelaſius, *& tamen non deſinit eſſe ſubſtantia vel natura panis & vini*, ſubjungit in ſequentibus: *Et certè imago & ſimilitudo corporis & ſanguinis Chriſti in actione myſteriorum celebrantur*; manifeſte innuens panẽ & vinum Euchariſtię non eſſe proprie & ſubſtantialiter corpus & ſanguinem Chriſti, ſi quidem illorum imago ac ſimilitudo ſunt, ac rurſùm, ea poſt conſecrationẽ remanere, quoniam poſt conſecrationem imago & ſimilitudo ſunt: ſimiliter varie reſpõdent ac undequaq; conquirunt effugia.

Primò enim reſponder Gamachæus, f *Euchariſtiam poſſe vocari imaginem ac ſimilitudinem corporis Chriſti, non tamen ratione ſubſtantiæ, ſed ratione modi, quatenus gerit ſimilitudinem ac commemorationem, paſſionis, crucifixionis & mortis ipſius.* Suares paulò aliter, ſed eodem ſenſu, g *quia eſt imago & ſimilitudo corporis & ſanguinis Chriſti pro nobis mortui & in cruce effuſi.* Addunt Gamachæus & h Perronius, *ſpecies panis & vini in Euchariſtiâ quæ viſibiles ſunt eſſe figuram quamdam corporis ſub iis latentis.* Sed facile refelluntur. Primò enim ab illis quæro, quidnam intelligant per *Euchariſtiam* quàm corporis ac ſanguinis Chriſti *imaginem* ac *ſimilitudinem* vocari poſſe ajunt: an *corpus & ſanguinem* Chriſti, an ſimplicia panis & vini accidentia, an panem & vinum verè ac proprie ſic appellata? Primum illud dici non poteſt: tùm quià unum & idem *imago* ac *ſimilitudo* ſui foret, quod ſuprà in argumentorum noſtrorum probatione falſum eſſe ex Veteribus oſtendimus; tum quià Gelaſius *imaginem* ac *ſimilitudinem* illam à Chriſtô ipſô diſtinguit, & ab illâ tanquàm exemplô conſtitutionem hujus illuſtrat, inquiens: *hoc nobis in ipſô Chriſto Domino ſentiendum, quod in ejus imagine profitemur.* Secundum quoque dici nequit: tum quia Gelaſius pro Orthodoxis contra Eutychianos diſputans non poterat exemplum Euchariſtiæ adhibere, tanquam ſimile, niſi ex communi utrumque hypotheſi, Eutychiani verò nullô modô ſentiebant in illâ eſſe ſimplicia panis & vini accidentia abſque panis & vini ſubſtantijs,

f Add. 75. cap. 2.

g Diſp. 46. ſect. 4.

h Pag. 596.

Gelasius. nec ob id propterea à erroris unquàm notati sunt; tùm quia paulò antè dixerat, *non desiit esse substantia vel natura panis & vini*, hoc ipso clarè innuens, verum substantiâ panem ac vinum esse quæ corporis ac sanguinis Christi *imaginem & similitudinem* indigetat; tùm denique, quia paulo post ait, ut suprà jam observavi, *hoc nobis in ipso Christo Domino sentiendum quod in ejus imagine profitemur*. Nam si censuisset in Eucharistiâ, quæ *imago* illa est, post consecrationem non esse nisi simplicia panis & vini accidentia, falso & absurde dixisset, idem in ipso Christo Domino post incarnationem esse sentiendum, causamque Catholicam Eutychianis prodidisset. Excepisset enim, verum sane esse axioma illud ab ipso positum, *hoc nobis in ipso Christo Domino esse sentiendum quod in ejus imagine profitemur, celebramus & sumimus*; ex eô verò resultare, quemadmodum in Eucharistiâ post consecrationem non sunt nisi simplicia panis & vini accidentia, sic & in ipso Christo Domino post unionem non esse nisi simplicia corporis humani accidentia. At quis credat Gelasium adeò bardum fuisse, ut causam fidemque Catholicam eorum hæreticorum ludibrio sic exponeret? Secundo, dico, verum quidem esse directam Eucharistiæ tanquàm *imaginis* ad corpus & sanguinem Christi relationem, esse ad corpus quâ mortuum, & sanguinem quâ effusum, ut patet ex ipsis institutionis verbis; undè consequitur Eucharistiam nullo modo esse *imaginem* corporis ac sanguinis præsentis, cùm corpus quâ mortuum, & sanguis sub formali ratione effusi in Eucharistiâ præsentia non sint, ex ipsorumnet Adversariorum confessione: sed tamen hanc Adversariorum responsionem huic Gelasij loco non congruere, cum Gelasius Eucharistiam hîc spectet non tanquàm *similitudinem* ac *imaginem* Christi, quâ patientis & crucifixi, sed quâ olim incarnati, & quâ jam adhuc est in gloriâ, videlicet, in unâ personâ *ex duabus naturis* constans, ut ait, *propriè permanentibus*. Deniquè, per imaginem corporis & sanguinis Christi Gelasium non intelligere accidentia panis & vini sine subjecto subsistentia, colligitur apertissimè ex argumento quod paulò antè conficit adversùs eosdem hæreticos, inquiens: *Si in Deitatem, ut putant, humanitate transfusâ, vel ex omni parte translatâ, desint esse humana substantia, ergò humanitatis forma* (id est, figura ductuum & lineamentorum, ut observat a Perronius, seu in universum, figura externa) *sine sui proprietate cessavit, aut si dicunt in nudâ Deitate humana forma lineamenta constare, quid aliud quam Anthropomorphitas convincuntur inducere?* Nam si, tùm hæretici illi, tùm Orthodoxi, credidisset in Eucharistiâ esse accidentia panis & vini sine subjecto subsistentia, stramineum plane fuisset illud Gelasij contrà ipsos argumentum. Facilè enim respondissent, humanitatem Christi substantialiter quidem in Deitatem fuisse transfusam, sed nihilominùs formam illius externam seu ejus lineamenta non propterea in nudâ Deitate constare, eamque afficere, sed sine subjecto supernaturaliter subsistere: idque illustrassent Eucharistiæ exemplo, in quâ licet panis ac vinum ex ipsorum Orthodoxorum (scilicet) hypothesi, substantialiter in corpus & sanguinem Christi transfundantur, ipsorum tamen forma externa corpus & sanguinem Christi non afficit, sed miraculosè absque subjecto subsistit, forma illa, inquam, quam ipse Gelasius *imaginem ac similitudinem* corporis & sanguinis Dominici indigetat. Credibile autem non est Gelasium argumento tam facile reciprocabili uti voluisse. Statuendum itaquè est, illum non existimasse accidentia posse sine subjecto subsistere, ac proindè illud quod corporis & sanguinis Dominici *imaginem* in Eucharistiâ appellat, non esse simplicia panis & vini accidentia sine subjecto pendula, sed verum panem & vinum proprie sic appellata, transubstantiationisque consequenter exclusiva. Gelasius.

Secundo respondet idem Gamachæus, *Eucharistiam posse vocari imaginem corporis ac sanguinis Christi, quia sicut species panis & vini nutriunt corpus, ita & corpus Christi animas*. At primo, responsio hæc nullomodo quadrat Gelasij proposito. Gelasius enim hîc non agit de corpore & sanguine Domini sub ratione alimenti animarum, ut dicat Eucharistiam esse illorum imaginem, quatenus & ipsa per similitudinem quamdam corpus nutrit: sed ostendere vult, ut jam suprà observavi, Eucharistiæ exemplô, humanitatem Christi per vnionem cum Verbô non desijsse, sed permansisse substantialiter quod erat. Ejus autem permanentiæ Eucharistiam imaginem esse, patet ex eo quod ibidem ante dixit: *& tamen non desinit esse substantia vel natura panis & vini*. Deinde responsio hæc supponit, species panis & vini, hoc est, simplicia illorum accidentia nutrire posse. Id autem falsissimum esse Veteres ipsi observant: *nullum corpus*, inquiunt b Nyssenus & c Nemelius, *ex eô quod corpore caret alitur*. At qui accidentia corpus non sunt: *Corpus* enim *substantia est*, inquit d Theodoretus post e Tertullianum. Eatenus ergò accidentia panis & vini *imago ac similitudo* corporis & sanguinis Christi minime esse possunt, cùm hæc alant, illa non alant.

Tertiò, respondet rursùm Gamachæus, *Eucharistiam esse imaginem & similitudinem respectu nostrorum sensuum: non enim*, inquit, *hîc videmus oculis verum Christi corpus & facie ad faciem, sed videmus solum imaginem, & ocularis illa visio remittitur in cœlestem beatitudinem, postquàm*

a p. 595.

b *De Vitâ Moysis.*
c *De animâ cap.* 2.
d *Dialog.* 2.
e *De Carne Christi. & de Resurrect.*

Gelasius. *quam corpora nostra surrexerint.* Verum, nihil ineptius fingi potuit. Nam licet Eucharistia, ut pote *imago* sensibilis ac visibilis, oculis conspiciatur, nostri tamen non est imago & similitudo, sed corporis & sanguinis Christi. At vero si imago est & similitudo corporis & sanguinis Christi post consecrationem, impossibile prorsus est eam ipsum corpus & sanguinem propriè esse, quemadmodum suprà ex Patribus à nobis probatum est. Deindè, Eucharistiam imaginem Christi non præsentis, sed absentis esse, indè clarissime patet, quia Vigilius expresse post multos alios testatur ipsum nunc absentem esse: *per formam,* f inquit, *servi quam a nobis abstulit in cœlum, absens est a nobis, per formam Dei quæ non recedit a nobis, in terris præsens est nobis.* Et rursum: g *quandò in terrâ fuit* (scilicet, secundum carnem) *non erat utique in cœlo, & nunc quia in cœlo est, non est utiquè in terrâ, & in tantum non est, ut secundum ipsam ipsum Christum speciemus venturum de cœlo quem secundum Verbum nobiscum esse credimus in terrâ.*

f *Contr. Eutych. l. 2.*

g *Ibid. lib. 4.*

Quartò, respondet h Perronius, quem sequuntur i Mæratius & Audebertus, *Gelasium dicere, imaginem & similitudinem corporis & sanguinis Christi in mysteriorum actione celebrari, quia mysterium incarnationis & unionis hypostatica, quod* mysterium principale *appellat, in Eucharistiâ repræsentaretur, idque variis modis. Primò, in eo quod quemadmodum Verbum essentiale Dei quod panis cœlestis est, per incarnationem caro factum erat, sic panis hominum manibus pistus, qui panis terrenus est, per consecrationem caro fiat. Id autem attingit Iustinus Martyr: obscurè tamen, quandò ait:* a *panis quem facimus in memoriam corporificationis ejus.* Verùm, quæ, amabo, obscuritas est in illis Justini verbis? Nulla planè: omnia clara. Sed obscuritatem causatur, quià probè vidit Justinum ad ipsius mentem non loqui. Justinus enim non ait, panem terrenum fieri carnem, quanquàm sanè id potuerit commodô sensu dicere & ab Adversarij figmentis prorsus alieno: Sed dicit, *Dominus noster panem nobis dedit facere in commemorationem corporificationis ejus.* Quid autem est, *panem facere in commemorationem corporis ejus,* nisi panem consecrare in memoriam incarnationis ejus? Id patet ex Tertulliano qui de alterâ sacramenti parte loquens, ait: b *Dominus vinum in sanguinis sui memoriam consecravit.* Quis verò sanæ mentis dixerit, *panem & vinum in memoriam corporis & sanguinis consecrare,* esse, panem & vinum *corpus & sanguinem substantialiter efficere?* Ubinam gentium hæc loquendi formula tale quid unquàm significavit? *Secundò,* inquit Perronius, *quià quemadmodum in incarnatione substantia è corpore Virginis sumpta, caro & sanguis facta est, non per operationem ullius agentis naturalis, sed per solum Verbum Dei; sic substantia Eucharistiæ fit corpus & sanguis Christi, non per operationem ullius causæ naturalis, sed per solam vim ac virtutem Verbi Dei.* Idque disertè testatur Iustinus his verbis: c *quemadmodum Iesus Christus caro factus per Verbum Dei carnem habuit & sanguinem, sic & edocti sumus cibum ex quo per immutationem sanguis & carnes nostra aluntur, Eucharistizatum per preces Verbi quod ab eo est, carnem esse & sanguinem ejusdem Iesu incarnati.* Verùm, loco suo ostendimus, *quemadmodum illud,* apud Justinum similitudinis notam esse, non identitatis, mentemque ipsius non esse cibum consecratum per gratiarum actionem propriè carnem & sanguinem esse, sicut Verbum caro propriè factum est, sed in figurâ & commemoratione, quemadmodum Tertullianus rectè exponit inquiens: d *acceptum panem fecit illum corpus suum, dicendo, hoc est corpus meum, id est, figura corporis mei.* Deniquè, inquit Adversarius, *quià quemadmodum in Eucharistiâ duæ naturæ sunt, una visibilis, externa & accidentalis, altera interna, invisibilis & essentialis, ita in Christo duæ naturæ erant, una visibilis, evidens & manifesta, altera secreta, occulta & abscondita.* Idque S. Cyprianus designat, inquiens: e panis iste quem Dominus Discipulis porrigebat, non effigie, sed naturâ mutatus omnipotentiâ Verbi factus est caro: & sicut in personâ Christi Humanitas videbatur & latebat divinitas, ita sacramento visibili divina se infundit essentia, id est, *corpus Christi, quod & Gelasius divinam appellat substantiam.* Sed primo Cyprianus ille nihil minùs quàm Cyprianus est. Arnoldus Bonævallensis est, homo duodecimi sæculi, de cujus proindè sensu quicumque ille fuerit necessarium non est inquirere. Secundò, nec Gelasius per *divinam substantiam* corpus Christi intelligit, ut suprà observavimus, nec dicit in Eucharistiâ *duas naturas esse, unam visibilem, alteram invisibilem & occultam.* Figmentum id Perronij est, per *naturam invisibilem,* carnem Christi intelligentis. At contrà Vigilius de invisibilitate loquens expresse ait, f carnem Christi *his conditionibus subjacere impossibile est.* Deniquè, sophisticum est in aliis Authoribus quærere, quo sensu Gelasius dicat, Eucharistiam *imaginem ac similitudinem* esse corporis & sanguinis Christi, cùm mentem suam apertissimè explicet. Ajebat enim Eutyches de incarnatione, *ex omni parte translata defuit esse humana substantia.* Negat id Gelasius, & contrà dicit: *manet naturaliter in sua proprietate substantia;* & à simili id illustrat ex Eucharistiâ, *sacramenta,* inquit, *quæ sumimus corporis & sanguinis Christi divina res est, &c, & tamen non desinit esse substantia vel natura panis & vini.* Intelligit ergò panem & vinum sanctificatione suâ imaginem ac similitudinem esse ejus quod contigit Christo in incarnatione, in eo, nimirum, quod sicut panis & vinum per

Gelasius.

a *Dialog. cum Tryph.*

b *De anima. cap. 7.*

c *Apolog. 2.*

d *Contr. Marcion. l. 4.*

e *De Cœna Domini.*

f *Contr. Eutych. l. 4.*

h *p. 595. & 6.*

i *De Euch. diff. 6. sect. 6.*

Gelasius. consecrationem quod substantialiter erant, esse non desinunt, sic & caro Christi, seu tota potiùs humanitas ejus per incarnationem, substantialiter non desierit esse quod erat. Quod & rursum quoque confirmat in sequentibus, prout ante expoluimus in confutatione secundæ principalis Adversariorum responsionis ad hæc suprà citata verba.

Sed instat hic Perronius magnâ verborum φλυαρία, quorum summa est, nos, interpretatione nostrâ scopum & intentionem Authoris destruere. Quâ verò de causa? *quia*, g inquit, *scopus ejus erat tam Eutychianos quàm Nestorianos convincere, & Eucharistia similitudine contra Eutychianos sic uti, ut ea tamen Nestorij doctrinam confirmare non posset. Ea autem prout ab Adversarijs intelligitur, utriusque faveret. Sic enim Gelasium intelligeret, vnionem sacramenti cum corpore Christi in Eucharistiâ, non esse nisi vnionem significationis, relationis, & habitudinis, nonnè inde collegisset Nestorius humanitatem Christi similiter cùm divinitate non nisi per gratiam, relationem & habitudinem esse vnitam? Ac si forte excipieretur, id quod mentaliter & intellectualiter in figuris locum habet, verè & realiter in earum objectu contingere, nonnè Eutyches collegisset ex conversione & transitione mentali sacramenti in corpus Christi, substantiam humanitatis verè & realiter conversi in divinitatis substantiam? Nam quoad esse significativum fit conversio totius naturæ, tam externa quam interna panis & vini in corpus & sanguinem Christi, totaque fit mentaliter & intellectualiter Christi corpus & sanguis.* Idem quoq; post Perronium ait h Audebertus, *demonstrationem* id appellans. Sed facile resoluitur. Primò enim pro nobis respondet Baronius: i *Sicut in alijs rebus, ita in his non necesse est ut similitudo in omnibus æquè respondeat, sed satis sit si ex aliquâ tantum parte conveniat. Nam & secundùm Iureconsultum, nullum simile est idem. Nequè enim, cùm in S. Athanasij symbolo dicitur*, sicut anima rationalis & caro vnus est homo, ita Deus & homo vnus est Christus, *similitudo ipsa procedit in omnibus, cùm re verâ ejusmodi comparatio in pluribus reperiatur esse dissimilis, quàm similis. Et nè longius argumentum petatur, cùm ex eâ deducerent ratione Eutychiani, vnam tantum debere dici in Christo esse naturam, sicut dicimus vnam esse hominis humanam naturam, non duas humanas naturas, licet diversa substantia, nempè, corpus & anima conjungantur; tamen idem Author adversus eos disputans, docet non esse necesse similitudinem in omnibus concordare, ut planè nihil sit ut quis importune ex eâ similitudine ab ipso Authore exigere valeat, in omnibus simile demonstrare voluisse sacrum mysterium Eucharistiæ cum incarnatione verbi œconomiâ.* Secundò, Adversarij supponunt Gelasium proponere vnionem sacramenti cum corpore Christi in Eucharistiâ, pro exemplo vnionis humanitatis cum divinitate in personâ ipsius. Id autem merum eorum somnium est. Gelasius enim nè verbulum quidem habet de unione sacramenti cum corpore Christi. Hoc ipsi perperam colligunt ex eo quod dicat, panem & vinum *transire in divinam Spiritu Sancto perficiente substantiam.* At per *divinam substantiam*, corpus Christi non intelligit, nec quidquam minus hisce verbis vult innuere, quàm panem & vinum mutari quoad substantiam, cùm ibidem dicat substantiam eorum *non desinere* esse, prout multoties à me suprà est observatum. Quod & rursum indè patet, quia necessarium foret corpus Dominicum in immensum quotidiè augeri per tantam panis ac vini in ipsum mutationem. Nam & ipsemet Gelasius in hoc tractatu probat humanitatem Domini in ipsius divinitatem non fuisse mutatam; quià hoc pacto, inquit, *acceperit adcrevitque Deitati, sic in Deitatis scilicet naturam transeundo, ut esse desiterit prorsùs humanitas, vbi modis omnibus divina substantia mutabilitatem recipere judicetur, quæ cum non possit minui omninò nec crescere; transfusione humanitatis adiecta velut aucta videatur.* Tertiò dico, Gelasium in hoc locò proprie non argumentari, sed respondentis potius partes tueri, ac tantummodò ostendere velle, tum contrà Eutychianos non sequi ex eò quod humanitas Christi per vnionem cum Verbò præter naturam suam elevata sit, substantialiter esse desijsse, tum contrà Nestorianos unionem duorum a se distinctorum duo supposita necessariò non inducere. Id igitur illustrat exemplò ab Eucharistiâ ductò, nihil ex ipsò assumens quàm quod ab illorum Utrisque concederetur. Fatebantur enim hæretici illi, (ut ex Theodoreti dialogis patet) panem & vinum Eucharistiæ *imaginem* esse corporis & sanguinis Christi, illaque per consecrationem *rem* Sanctam ac *divinam* effici, non per mutationem naturæ, sed per gratiæ ad naturam additionem. Ergò contrà Eutychianos ait: panis & vinum, licet per consecrationem præter naturam suam eleventur, & uniantur cum gratiâ supernaturali, id est, virtute & efficaciâ corporis & sanguinis Christi quæ illis additur, non tamen desinunt esse substantialiter quod erant; proindè nec quoque sequitur, humanitatem Christi eò quod per unionem cum verbò præter conditionem suam supernaturaliter evehatur, desinere esse substantialiter quod erat. Contrà Nestorianos vero: panis & vinum duæ naturæ non minus distinctæ sunt quàm humana & divina natura, tamen vnum & idem sacramentum constituunt, non duo diversa; non igitur consequens est, duas in Christò naturas duo supposita necessariò constituere. Aut, si quis aliter malit: panis & vinum, & gratia supernaturalis illis vnita, duo sunt valdè diversa, nec tamen ideò duo suppositi sacramentalia consti-

g *Pag. 591.*

h *Demonstr. 2.*

i *Ad ann. 496. num. 11.*

Digitized by Google

Gelasius. constituunt; nec ergo pariter humanitas & divinitas per incarnationem vnitæ ſuppoſita duo ex neceſſitate inducunt. Quod & Ephræm Antiochenus pariter oſtendit exemplò è baptiſmate ducto, ſicut infrà docebimus: At verò ſi Gelaſius ex his quæ hæretici illi de Euchariſtiâ concedebant, tanquam à ſimili evincit inconſequentiam illius quod perpetuo jactitabant, *ſi dua natura vnita ſint, vnam neceſſario ſubſtantialiter deſinere, aut tot eſſe ſuppoſita quot natura ſunt*; quis dicat Hæreticos illos propterea ejus habuiſſe urgendi exemplum illud ab Euchariſtiâ ductum, quoquomodo vellent ad hypotheſeon ſuarum cõfirmationem? Nemo certe, ſi ſanus ſit. Orthodoxi enim jure merito excepiſſent, ſimile non eſſe idem, nec vim eſſe importune in exemplis faciendam, quaſi omnimodam in rebus quæ comparantur ſimilitudinem exigerent: id enim falſiſſimum eſse. *Non enim eſſet jam exemplum, niſi haberet aliquid diſſimile*, ait [k] Leontius. At rurſum objicit Baronius: Gelaſium in Epiſtolâ ad Epiſcopos Dardaniæ dicere: [a] *ut ſalutaris alimonia panis illius qui de cœlò deſcendit, fideles hanc ſumentes ad vitam perducat æternam.* Ex quibus, [b] inquit, *intelligas vnam tantum in Euchariſtiâ ipſum fateri ſubſtantiam: eamque divinam, quam non communem, ſed panem Cœleſtem appellat, ſicque quod ait, ibi remanere ſubſtantiam panis vſu dicendi, panis accidentia intellexiſſe.* Sed levis eſt objectio. Neque enim Gelaſius hîc definit, utrum unica ſubſtantia in Euchariſtiâ ſit, an plures; nec teſtatur utrum loquatur de Chriſtô qui vere & ἐξαιρέτως *panis* eſt *qui de cœlò deſcendit*, an de pane Euchariſtico qui illius *imago* eſt. Verum, ut etiam illi demus Gelaſium aſſerere vnam tantummodo eſſe in Euchariſtia ſubſtantiam, panem, videlicet, non communem, ſed cœleſtem, Vinumque ſimiliter non commune, ſed cœleſte; propterea nè ſequitur, panem illum eſſe Chriſtum, non vero ipſius ſacramentum? Præclare! Quaſi ſacramentum, quamvis Chriſtus proprie non ſit, *ſalutaris alimonia* non poſſit indigetari, ac panis cœleſtis, ſeu, *qui de cœlò deſcendit* appellari, quemadmodum & baptiſmus [c] *ſalutaris aqua*, & *cœleſte ſacramentum*, & ſermo Dei [d] *panis qui de cœlo deſcendit* paſſim à Veteribus nuncupantur, ut ſæpè a nobis eſt obſervatum.

k *Contr. Neſtor. & Eutych. lib. 1.*
a *Epiſtol. 11.*
b *ad ann. 496. num. 14.*
c *Vid. Tertull. de baptiſmo.*
d *Vid. ſupr. in Hieron. c. 1. in loco 3.*

CAPUT II.

SECUNDUM Gelaſij quod vrgemus teſtimonium ducitur ex Epiſtolâ ad Majoricum & Joannem, è quâ, ut puto jam non exſtante, hæc a [e] Gratianô referuntur: *comperimus quod quidam ſumptâ tantummodò ſacra corporis portione, a calicè ſacri cruoris abſtineant. Qui procul dubiò, quoniam neſcio quâ ſuperſtitione docentur abſtringi aut ſacramenta integra percipiant, aut ab integris arceantur: quia diviſio unius & ejuſdem myſterij ſine grandi ſacrilegiô non poteſt provenire.* Vbi primo per *corpus* illud cujus *portionem* ſumi dicit, & quidem a ſanguine ſeparatam, nullomodo intelligi poteſt proprium Domini corpus, nec per *cruorem* proprius ſanguis ipſius. Nam proprium corpus non ſumitur per particulas. Totum ſumitur, aut nihil ejus accipitur, cum indiviſibile ſit. Nec rurſùm, a ſanguine ſuô ſeparatum eſt, aut ſanguis ab eô ſeparatus, ut corpus abſque ſanguine, ſanguis abſque corpore ſeparatim accipi queat. Intelligit ergò corpus & ſanguinem *ſymbolicum*, ſcilicet, panem & vinum ſacramentum corpotis & ſanguinis, quæ proinde non ſunt propriè corpus & ſanguis. Quô & ſenſu accipiendum eſt quod Vigilius ait: [f] *Primus populus gentium, cujus Iacob præformabat imaginem, a rore cœli & a pinguedine terræ, id eſt, Chriſtô, qui eſt Deus & homo, benedictionis ſortitus gratiam, frumenti & vini & olei abundantiâ eſt cumulatus, id eſt, corporis & ſanguinis Chriſti, & Chriſmatis ejus myſteriô conſecratus, cujus trina benedictionis multiplicem gratiam, David etiam ſacro cõmemorat carmine, dicens: a tempore frumenti, vini & olei ſui multiplicati ſunt.* Non enim ibi loquitur de proprio corpore & ſanguine, ſed de eô ipſius corpore & ſanguine, quæ quoad ſubſtantiam frumentum & vinum ſunt, quemadmodum Chriſma oleum: Et Arnobius circaidem tempus, aut paulo ante: [g] *accepimus frumentum ■ corpore, vinum in ſanguine, oleum in Chriſmate*, Secundo, ex hoc eodem ſupra citatô Gelaſij locô, apparet, communionem ſub vnicâ tantùm ſpecie non modo inuſitatam tùm temporis fuiſſe, ſed etiam ſacrilegam judicatam. Nec Adverſarios juvant duo ad quæ recurrunt ſubterfugia. Primo enim reſpondent poſt [h] Thomam, [i] Bellarminus, & Vaſques: [l] de Valentia, Yſambertus, *Gelaſium loqui de ſolis ſacerdotibus ſacrificantibus qui nullomodò debent vnam ſpeciem ſine alterâ ſumere: qua ſolutio ex eo probabilis redditur, quod Gratianus qui ex Epiſtolâ Gelaſij quæ modo fortaſſe non exſtat, Capitulum illud deſumpſit, hunc ei præfixit titulum, corpus Chriſti ſine ejus ſanguine ſacerdos non debet accipere.* At contra Baronius quem ſibi contradicens ſequitur: [m] *re verâ nulla ibi de ſacerdote ſacrificante mentio habetur, ut plane quod generaliter dictum eſſe apparet, ad ſacerdotes minime reſtringi debere, ſatis intelligi poſſit. Rejicimus igitur frigidam ejuſmodi ſolutionem.* Et ſane Yvo Gratiano antiquior hunc ipſum locum referens pro titulô & tantum apponit: [n] *non eſſe ſumendum corpus Domini ſine calice.* Similiter & [o] Algerus illum intelligit de fidelium communione. Et Micrologus inquiens: [p] *Beatus Gelaſius Papa in ordine 51. ſcribens quibuſdam Epiſcopis, excommunicari illos præcipit, quicumque*

e *De Conſecrat. diſt. 2. cap. comperimus.*
f *Contr. Eutych. lib. 3.*
g *In Pſalm. 4.*
h *Part. 3. q. 8. art. 12.*
i *De Euchar. l. 4. c. 26.*
■ *Diſput. 216. cap. 6.*
l *De Legitim. uſu Euchar. c. 9. Yſambert. ad q. 80. diſp. 7. art. 8.*
m *Ad ann. 496. num. 20. 21. Yſambert. ad q. 80. art. 5. diſputationè 7.*
n *Decret. part. 2. c. 89.*
o *Lib. 2. c. 8.*
p *De eccleſiaſt. obſervat. c. 19.*

Gelasius. *que sumptô corpore Dominicô, à calicis participatione se abstinerent. Nam & ipse in eodem decretô asserit, hujusmodi sacramentorum divisio sine grandi sacrilegiô provenire non poterit.* Secundò respondent Baronius, Bellarminus, de Valentia, [q] Becanus & Ysambertus, *Gelasium loqui de occultis Manichæis, qui ob fictæ superstitionem sicipsi cum Catholicis communicare solerent, nè detegerentur hæretici, sed tamen abstinerent ab usu vini quod hæresis prohiberet, de quibus Leo sermone quartô, de quadragesima; &c. Ideoque subdit dum decreti rationem affert,* quià divisio unius ejusdemque mysterij sine grandi sacrilegio non potest provenire, *nimirum, non sinè labe suspicionis nefandissimæ hæresis. Observat enim, non dictum esse, non* potest perfici sumique, *sed,* non potest provenire sine grandi sacrilegiô: *quod scilicet nemo Catholicorum haustum calicis penitus exhorreret, ut Manichæi.* Verum Gelasium loqui de occultis Manichæis, quemadmodum Leo locô indicatô de ipsis loquitur, nullomodò verisimile est. Neque enim adeò parùm norat Manichæos ut eos diceret, *nescio quâ superstitione obstringi.* Manichæorum enim errores notissimi erant; nec tenui superstitionis titulô illos infamasset, si de ipsis loqueretur. Videtur potius loqui de novis quibusdam superstitiosis nondum cognitis, qui *nescio quâ* de causâ etiam in ipsâ communione ecclesiæ constituti à càlice abstinerent. Quod & vidit Vasquez: *Quidam* [a] inquit, *probabiliter explicant de laicis Manichæis qui communicabant sub alterâ specie tantum, ut supra vidimus cap. 4. Ex Leone,* &c: *Verum hæc explicatio, licet reliquis verbis accommodari recte possit, extremis tamen, quibus causam reddit non potest convenire. Illis enim denotat tale esse mysterium secundùm se, ut sine grandi sacrilegio dividi nequeat:* nempe, *intelligere videtur ratione suæ significationis & institutionis.* Verissimè sanè. Nam cum Gelasius testetur se *nescire quâ superstitione obstrictos* esse illi de quibus loquitur, ac scribens eos, aut sacramenta integra percipere debere, aut ab integris arceri, pro decreti ratione dicat, *divisio unius & ejusdem mysterij non potest sine grandi sacrilegio provenire*; indicat procul dubio communionem mutilam ac dimidiam Eucharistiæ in se absque sacrilegio fieri non posse. Alioquin enim temere *sacrilegium* indigetasset levem nescio quam superstitionem à sacrilegio immunem. Nam non omne motivum superstitionis aliquid habens, & quidem incognitæ *grandis sacrilegij* nomine illico est insimulandum.

[q] *De Communi. sub utraque spec. in cap. 5.*

[a] *Disput. 216. c. 6. n. 76.*

Examen Testimoniorum Paschasij Diaconi.

IISDEM Gelasij temporibus vivebat Paschasius Ecclesiæ Romanæ Diaconus, ac in libris suis *de Spiritu Sancto*, qui *vetustissimi & luculenti*, [b] Gregorio I. nominantur, tria quoque illustria nobis suppeditat testimonia. Paschasius.

[b] *Dialog. l. 4. c. 40.*

Primum tale est: [c] *Deum Spiritum Sanctum ex suis virtutibus & operibus demonstramus. Omnis creatura sicut temporum initijs subjacet, ita localis esse, certis spatijs & finibus circumscripta cognoscitur. Spiritus Sanctus nullis terminis tanquam factura concluditur: Deus necesse est pro ipsâ libertate diffusæ majestatis habeatur. Domini Salvatoris ad Apostolos vox est: Dabit vobis Pater, inquit, Spiritum veritatis qui vobiscum sit in æternum. Si localis est, & perpetuo in illis manebat, utique alibi esse non poterat.* Quamobrem autem sit potuisset argumentari, si credidisset Domini corpus in plurimis locis, scilicet, in cœlo & in Eucharistiâ simul esse? Nonnè hæretici, Macedoniani contrà quos scribit, excepissent, Spiritum Sanctum, etsi in pluribus locis simul sit, propterea Deum non esse, quandoquidem, Christi corpus quod locale in Cœlô est, tot nihilominùs in locis sit quot loca sunt in quibus Eucharistia celebratur? Triplex ergò notandum est in ipsius verbis argumentum. Primum est: Spiritus Sanctus Deus est, quià potest esse & actu est in pluribus locis simul. Addamus: Atqui corpus Christi Deus non est: ergò nec potest esse, nec actu est in pluribus simul locis. Secundum est: Spiritus S. potest simul in pluribus esse locis, quià naturæ circunscriptæ non est. At, inquam, corpus Christi est naturæ circunscriptæ: *corpus Christi,* [d] *ait Theodoretus, quod incorruptibile resurrexit, & impassibile & immortale, & gloriâ divinâ honoratum, corpus tamen est, priorem habens circunscriptionem.* Ergò: non potest simul esse in pluribus locis. Tertium: *Si Spiritus Sanctus localis esset* & alicubi esset, *utiquè alibi esse non posset.* Atqui corpus Christi locale est; *omnis enim creatura,* inquit, *localis esse, certis spatijs & finibus circumscripta cognoscitur*: Ergò cùm *in aliquô Cœli locô sit propter veri corporis modum,* ut [e] Augustinus observat, alibi utiquè esse non potest. Nec juvaret respondere, corpus Christi non posse naturaliter in pluribus locis esse, sed supernaturaliter tantùm. Paschasius enim hoc subterfugium excludit, quandò ait nè Spiritum Sanctum quidem qui supernaturali virtute præditus est, posse simul esse in pluribus locis, si localis & circunscriptæ naturæ sit.

[c] *Lib. 1. c. 12.*

[d] *Dialog. 3.*

[e] *Epist. 57.*

Secundum est: [f] *Si creatus est Spiritus de quo unquàm Angelô vel Archangelô lectum est, quod se cuiquam animæ intrinsecus susceptus effuderit? Dic mihi, si unquàm ex creaturis villam legeris potestatem atque virtutem quæ multa simul impleat, atque possideat, & quod magis est indiminuta atque indivisa permaneat? Impossibile est, ut spiritualis ac rationalis creatura cognatæ sibi naturæ unquàm valeat infundi. Itaque*

[f] *Lib. 2. c. 1. Vid. & 1. 3. ad fin.*

tot

Paschasius.

ter materialis materialem nescit penetrare substantiam. Solus Deus; in quo intelligitur & Spiritus Sanctus, simplex, subtilis purus, in facturam vel Angelicam, vel humanam virtute incorpoream divinitatis illabitur. Et rursum: g *Si creatura esset, quomodo penetrare posset incorpoream naturam omnia penetrantem?* At quomodò dicere posset, impossibile esse creaturam ullam multa simul implere, adque indiminutam & indivisam permanere, idque ad solum creatorem pertinere, Spiritumque S. ideò Deum ac creatorem validè probari quod hæc præstet, si crédidisset Domini corpus multa simul implere, & simul indiminutum & indivisum permanere? Posterior enim hæc hypothesis priorem illam destruit, quod & Hæretici Pneumatomachi non obliti essent notare, & argumentum ejus deridere, ac in ipsum retorquere, si ea tum fuisset de Eucharistiâ Ecclesiæ fides. Excepissent enim, si valeret argumentum, quadruplicem jam statuendam, non triplicem tantùm, in divinitate personam, corpus Christi videlicet addendo, quod hoc pacto Deus & creator censendum est, utpotè plurima simul implens ac possidens absque ullâ tamen sui diminutione aut partitione.

g *Lib. 1. c. 10.*

Tertium est: h *Ad universam loquitur Magister gentium Ecclesiam: Nescitis quia templum Dei estis, & Spiritus Sanctus habitat in vobis? Nullis possibile hoc creatura est, sed divina majestatis unigne est, ut singulatim per unumquemque populos impleat, & tamen in plenitudinis sua immensitate permaneat.* Quomodò autem diceret, divinitatis insigne ac proprium esse singulatim per unumquêmque populos implere absque sui divisione, si idem credidisset corpori Christi contingere, illudque in unoquoque fidelium Eucharistiæ communicantium totum ac indivisum simul existere? Nonnè iidem hæretici præclarum illud scilicet divinæ majestatis insignè derisissent, atque tanquàm fallax propter sui communitatem ex communi Ecclesiæ de Eucharistiâ fide explosissent & exsibilassent? At minime credibile est Paschasium in libris illis rectissimis & luculentis Catholicam Ecclesiæ de Spiritu Sancto fidem tam ineptô argumentô hæreticorum ludibrio exponere voluisse. Non ergò censuit corpus Christi in Eucharistiâ in unumquemque fidelium singulatim ingredi, ac in ijs esse integrum & indivisum.

h *Lib. 2. c. 18.*

Examen Testimoniorum ex homilijs quas nonnulli Eusebio Emeseno, alij Eucherio, alij Fausto, alij Cæsario tribuunt.

PROSTANT homiliæ quamplurimæ sub nomine Eusebij Emeseni quem Jesuita a Peltanus inter Patres Orthodoxos locat, ac b Petrus de Natalibus inter Sanctos, licet hæreticus Arrianus fuerit, at c Hieronymus & d Theodoretus testantur. Eas autem ipsius non esse inter eruditos constat. Id enim non modò nostri priidem observarunt, sed & ex Adversarijs ipsis f Bellarminus, g Baronius, h Sixtus Senensis, Possevinus & i Perronius, tùm quiâ in nonnullis Imperatoris Constantij mentio fiat, k tanquàm *hæretici & crudelissimi*, quod convenire non potest Eusebio Emeseno, tùm quiâ Stylus omnium Latini Authoris sit, ut ex innumeris indiciis cuivis legenti liquidò patet, tùm propter varias alias rationes, quas apud illos videre est. Cujus autem vere sint, minime constat. Bellarminus existimat homilias in Euangelia non ejusdem esse Authoris, cujus sunt reliquæ aliæ de varijs argumentis, quiâ stylus valde diversus est. Sixtus Senensis ait, esse rapsodias à Latinô scriptore & ex Patribus Latinis consarcinatas, stylumque resipere, aut Bedam, aut Rabanum, aut alium utique non dissimilem. Et sane eum vixisse post Gregorium I. patet inter cætera eô quod ait: l *Romanus Episcopus Episcoporum omnium maximus servum servorum Dei in suis Epistolis se esse scribit.* Id enim primus fecit Gregorius I. teste m Joanne Diaconô in ipsius vitâ. De cæteris non minor controversia est. Bellarminus censet, *Autorem illarum fuisse monachum in monasterio Lirinensi. Nam*, inquit, *homiliâ quintâ ad Monachos indicat se fuisse Abbatem monasterij in Insulâ constituti. Idem homiliâ de S. Maximô, eam insulam Lirinensem vocat. Videtur etiam ex Abbate Lirinensi factus Episcopus, ut ipse subindicat in homilia de S. Blandinâ*, &c. *Vidi unam ex his homilis prænotatam nomine Fausti Episcopi Regiensis: neque est improbabile esse omnes ejusdem Fausti qui Abbas fuit monasterij Lirinensis, & ex Abbate Episcopus creatus, teste Gennadiô in libro de Viris illustribus.* Perronius omnes indistincte (quod mirum mihi sane videtur) Eucherio Lugdunensi tribuit; quamquam & n alibi notat, quosdam eas tribuere Bertramo. Baronius ait; *redditis quæ Maximi esse noscuntur, seu aliorum (non hîc de singulis nobis agendum) suis Autoribus, vindicari reliquas Eucherio.* Nonnullæ illarum sub Cæsarij Arelatensis nomine in bibliothecâ Patrum editæ sunt à Biniô. Nam homilia prima de paschate homilia tertia est Cæsario tributa: Tertia, quarta est apud Cæsarium: quinta, septima apud eumdem. Rursùm, secunda & quarta reperiuntur inter sermones Maximi Taurinensis: & nona inter sermones o Augustini de tempore. In tantâ varietate certi quid statuere difficillimum est. Ego existimaverim homilias has, quemadmodum & præcedentes in Euangelia, rhapsodias esse variorum Authorum, ac nonnullas, esse posse

Pseudo-Eusebius Emesenus.

a *Præf. in Victor. Antiochen.*
b *Catalog. Sanct. l. 7. c. 63.*
c *Præfat. homil. Euseb.*
d *In Chronico Euseb.*
e *Dialog. 3.*
f *De scriptor.*
g *Ad ann. 441.*
h *Biblioth. l. 4.*
i *De Euch. l. 2. amb. 28.*
k *Dominica 2. adventus.*
l *Homil. 21. post Pentecost.*
m *Lib. 2. c. 1.*
n *Reflex. p. 887. ad marg.*
o *Serm. 156.*

Pseudo-Eusebius Emesenus.

posse Eucherij, nonnullas Fausti, nonnullas Cæsarij, & Maximi, sive Regiensis, sive Taurinensis, nonnullas etiam aliorum nobis ignotorum. Nam styli diversitas plurimorum esse evidenter indicat. Homiliam de S. Blandinâ, & alteram de Martyribus Ephipodiô & Alexandrô alicujus esse seu Episcopi, seu Presbyteri Lugdunensis, ipsæmet indicant, ut improbabile non sit eas, & fortasse nonnullas alias Eucherij esse. Homilias quoque ad Monachos & de S. Maximô Fausti esse probabile est propter rationes duas à Bellarmino propositas. De reliquis incertissimum est quorum Authorum dici possint, nec æquum est Adversarios earum aliquas contra nos urgere, tanquàm si vel Eucherij, vel Fausti, vel Cæsarij forent, nisi prius ostenderint & argumentis evicerint illis esse tribuendas, cùm recentiorum Authorum perindè esse possint, ac illorum trium. Ipsi tamen prosolitâ suâ adversus nos æquitate homiliam [n]-quintam de Paschate jurgent, quæ apud Cæsarium septima est, tanquàm si vel Eucherij, vel saltem Cæsarij certo esset, licet Eucherij esse ne tenui quidem conjecturâ probare queant, nec magis constare possit eam Cæsarij esse quàm quadragesimam secundam illi tributam in quâ Gregorius & Isidorus Cæsariô longe posteriores citantur. *Et hæc oculis Deus aspicis aquis?* Videamus tamen quid ex illâ objiciant: nihil enim in eâ est quod probe exponi non possit.

[n] *Extat quidque inter opera. Hieronymo malè tributa, sub titulo, de corpore & sanguine Christi.*

Verba homiliæ sunt: *Qui corpus assumptum ablaturus erat ex oculis nostris & sideribus illaturus, ut nobis in hac die sacramentum corporis sui consecraret, vt coleretur jugiter per mysterium quod semel offerebatur in pretium, vt quia quotidiana & indefessa currebat pro hominum salute redemptio, perpetua etiam esset redemptionis oblatio, & perennis illa victima viveret in memoriâ, & semper præsens esset in gratiâ. Vera vnica & perfecta hostia, fide æstimanda, non specie, nec exteriori censenda visu, sed interiori affectu: Vndè merito cœlestis confirmat authoritas*, quià caro mea verè est cibus & sanguis meus verè est potus. *Recedat ergo omne infidelitatis ambiguum, quandoquidem qui Author est muneris, ipse etiam est testis veritatis. Nam invisibilis sacerdos visibiles creaturas in substantiam corporis & sanguinis sui secreta potestate convertit, ita dicens:* Accipite & edite, hoc est corpus meum; *Et sanctificatione repetitâ*, accipite & bibite, hic est sanguis meus. *Ergo, sicut ad nutum præcipientis Domini repentè ex nihilô subsisterunt excelsa cœlorum, profunda fluctuum, vasta terrarum, pari potentia in spiritualibus sacramentis verbi præcipit virtus, & rei servit effectus.* Et rursus: *Cùm reverendum altare cibis satiandus ascendit, sacrum Dei tui corpus, fide respice, honore mirare, cordis manu suscipe, & maximè haustu interiore assume.* Et paulo post: *Ad cognoscendum & percipiendum sacrificium veri corporis ipse te roboret & potentia consecrantis invitet. Qui tunc latuit præfiguratus in manna, sit tibi nunc manifestatus in gratiâ*, &c. Et iterum: *corpus sacerdote dispensante tantum est in exiguô, quantum esse constat in totô: quod cùm Ecclesia fidelium sumit, sicut plenum in vniversis, ita integrum esse probatur in singulis*, &c. *Nec dubitet quisquam primarias creaturas, nutu potentiæ, præsentia majestatis in Dominici corporis transire posse naturam, cum ipsum hominem videat artificio cœlestis misericordiæ Christi corpus effectum. Sicut autem quicunque ad fidem veniens antè verba baptismi ad huc in vinculo est Veteris debiti, his vero commemoratis mox exuitur omni face peccati, ita quandò benedicenda verbis cœlestibus creaturæ sacris altaribus imponuntur, substantia illis est panis & vini, post verba autem, Christi corpus & sanguis est Christi. Quid mirum autem est, si ea quæ verbo creare potuit, possit creata convertere? Imò jam minoris videtur esse miraculi, si id quod exnihilô legitur condidisse, jam conditum in melius mutare valeat.* His addit Perronius & alterum locum similem ex [p] homiliis in Euangelia, quem & ideo non afferemus, præter quàm quod jam suprà diximus homilias illas esse Authoris procul dubiô Gregoriô I. recentioris. Indè autem Adversarij multipliciter argumentantur.

Pseudo-Eusebius Emesenus.

[p] *Homil. 6. Dominica in ramis palmarum.*

Primò igitur, ait Bellarminus, [q] *docet Author nihil esse ambigendum de veritate corporis Domini in Eucharistia: recedat*, inquit, *omne infidelitatis ambiguum, quando quidem qui Author est muneris, ipse testis est veritatis.* Et infrà: *ad cognoscendum & percipiendum sacrificium veri corporis, ipsa te roboret potentia consecrantis.* Verùm fallit Bellarminus, aut fallitur. Ad quid enim referuntur hæc Authoris verba, *recedat omne infidelitatis ambiguum*, nisi ad hæc verba Domini ex Euangeliô citata, *caro mea verè est cibus & sanguis meus verè est potus.* Mens igitur ipsius est dubitandum non esse, carnem Domini vere cibum esse, hoc est, ut ex ipsis Adversarijs Maldonatus rectè exponit, [r] *verè animas nutrientem*, & Author homiliarum ad Monachos in his ipsis homilijs, [s] *verum cibum qui* reficit. Sed addo, eum hoc locô per carnem & sanguinem non intelligere proprium Domini corpus & sanguinem, sed sacramentum corporis & sanguinis, de quô multoties observavimus Veteres nonnunquàm locum hunc esse interpretatos: ut quandò Hieronymus ait [a] *Triticum de quô panis Cœlestis* (hoc est, sacramentum cœlitùs institutum) *efficitur, illud de quo loquitur Dominus*, caro mea est vere cibus, *rursumque de vino, & sanguis meus vere est potus.* Verba enim illa manifestè referuntur ad sacramentum corporis & sanguinis de quo ante erat locutus. Per *sacramentum* autem *corporis & sanguinis* eum non intelligere proprium corpus & sanguinem, ipsemet innuit in-

[q] *De Euch. l. 2. c. 30.*

[r] *In Ioan. c. 55.*

[s] *Homil. 6.*

[a] *In Isaiæ cap. 61.*

Pseudo-Eusebius Emesenus

nuit inquiens: *Qui corpus assumptum ablaturus erat ex oculis nostris & sideribus illaturus, necessarium erat ut nobis in hac die sacramentum corporis & sanguinis consecraret, ut coleretur jugiter per mysterium quod semel offerebatur in pretium.* Quis enim non videt, illum, id quod *sacramentum corporis & sanguinis* indigetat, corpori *sideribus* illato & absenti opponere, ac docere nos illius locô quod semel in pretium pro nobis est oblatum, habere ipsius sacramentum & mysterium? Atquè illud ipsum est quod locô secundô *sacrificium veri corporis* appellat. *Sacrificium* enim ibi pro sacramentô ponit, quemadmodum pro eo quod Cyprianus dixerat, [b] *in sacerdote Melchisedek sacrificij Dominici sacramentum præfiguratum videmus.* Augustinus hunc locum referens, pro sacrificiô sacramentum reponit, inquiens: [c] *in sacerdote Melchisedek Dominici sacramenti præfiguratum videmus mysterium.* Quod & ad alium Augustini aut potius Lanfranci locum pariter notat [a] Ysambertus. Cui & simile quidpiam præstat Author ipse hujus homiliæ, sacramenti & sacrificij vocabulum indifferenter usurpans, quandò, in sequentibus ait: *Sacramenti hujus formam etiam in Judæorum paginis invenimus expressam. Nam de Melchisedek in Genesi legimus, & Melchisedek Rex Salem protulit panem & vinum, & benedixit Abrahæ*, &c. *Hic ergò in Melchisedek, cujus genealogia vel origo notitiam illius temporis latuit, oblatione panis & vini hoc Christi sacrificium præsignavit.* Sacramentum autem illud nuncupat, ut ostendat non simplex ac commune signum esse, sed *sacrum signum* ac virtute supernaturali præditum: sacramentum autem *veri corporis*, ut obiter quoque innuat adversus [d] *orientalem errorem* (ut ipse seu quis alius in his homilijs loquitur) id est, contrà Eutychianam hæresin, corpus Christi etiamnum esse, nec per gloriam abolitum.

b Lib. 2. Epist. 3.

c De doctr. Christ. l. 4. c. 21.

a Ad q. 83. disp. 2. in 3. propos.

Secundò, inquit Bellarminus, *docet credendum non esse sensibus: verè*, inquit, *unica & perfecta hostia, fide æstimanda non specie, non exteriori censenda visu, sed interiori affectu.* Sed primò non constat, utrum hæc de Eucharistiâ dicantur an verò de Christô ipsô. Nam Author, postquàm dixisset, *qui corpus assumptum ablaturus erat ex oculis nostris & sideribus illaturus, necessarium erat ut nobis in hac die sacramentum corporis & sanguinis consecraret, ut coleretur jugiter per mysterium quod semel offerebatur in pretium*; addit: *ut quia quotidiana & indefessa currebat pro hominum salute redemptio, perpetua esset etiam redemptionis oblatio, & perennis illa victima viveret in memoria, & semper præsens esset in gratiâ, vere unica & perfecta hostia, fide æstimanda non specie, nec exteriori censenda visu, sed interiori affectu.* Verisimilius autem multò est illum, per *perennem* illam *victimam, unicamque & perfectam hostiam fide non visu censendam*, corpus & sanguinem *semel in pretium oblata* intelligere, quàm eorum sacramentum per quod victimam illam in memoria vivere & præsentem esse in gratiâ, id est, quoad gratiam suam, ait. Eam autem ideò monet *fide* esse *æstimandam, non specie, nec exteriori censendam visu, sed interiori affectu*, propter hæreticos Eutychianos qui, ut nos [e] Theodoretus docet, dubitabant salutis nostræ meritum corpori Christi in cruce patienti tribuere, eò quod non satis pretiosum illis videretur ad nos solâ suâ passione redimendos, illudque *exiguum ac vile* existimabant. Secundo, quamvis daremus Authorem per hanc hostiam Eucharistiam designare, *hostiam* appellatam, tum quia sacramentum sit hostiæ semel in pretium oblatæ, tum quia (ut notat [f] Fulgentius) *sacrificium panis & vini in fide & Charitate Sanctæ Ecclesiæ Catholicæ per universum orbem terræ offerre non cessat*; quid hoc Adversario prodesset? Nihil sanè. Mens enim Authoris foret in eâ dijudicandâ sensibus non esse credendum, quemadmodum ibidem ait de regeneratione quæ per baptismum fit, oculis & sentibus non esse credendum: *sicut*, inquit, *sinè corporali sensu præteritâ vilitate depositâ subiit novam indutus es dignitatem, & sicut hoc quod in te Deus læsa curavit, infecta diluit, maculata detersit, non oculis seu sensibus tuis credis*, (sic enim evidenter legendum, non, *sed sensibus*) *ita & tu cùm ad reverendum altare salutari cibò potuque reficiendus accedis, sacrum Dei tui corpus & sanguinem* (symbolicum nempè) *fide respice, honore venerare, mente continge, cordis manu suscipe, & maximè hausto interiore assume.* Utrobique enim sensibus non esse credendum dicit, non in dijudicandâ subjectâ materiâ, utrum videlicet homo regeneratus vere homo permaneat, panisque & vinum Eucharistiæ post consecrationem verus panis verumque vinum, sed in discernendâ spirituali hominis per baptismum regeneratione, & ratione corporis & sanguinis sacramentalis per consecrationem pani & vino inditâ. Nam neutrum profectò sensibus est dijudicandum, cùm sensus id non attingant, sed fide sola. Sensus enim nihil aliud deprehendunt quàm panem & vinum, fides verò intelligit illa esse in sacramentô corpus & sanguinem Christi, seu, corporis ejus ac sanguinis sacramentum.

Pseudo-Eusebius Emesenus

e Dialog. 2.

f De fide ad Petrum.

Tertiò, Author ait: [j] *Recedat ergo omne infidelitatis ambiguum, quandoquidem qui Author est muneris, ipse etiam testis est veritatis. Nam invisibilis sacerdos visibiles creaturas in substantiam corporis & sanguinis sui secretâ potestate convertit, ita dicens*, accipite, & edite, hoc est corpus meum: *& sanctificatione repetitâ*, accipite & bibite, hic est sanguis meus. *Ergo ad nutum præcipientis Domini repentè ex nihilô subsistierunt excelsa Cœlorum, profunda fluctuum,*

Pseudo-Eusebius Emesenus

vasta terrarum: paripotentiâ in spiritualibus sacramentis præcipit virtus, & rei servit effectus. Ad quæ verba notat Bellarminus, *Authorem docere, vere & realiter mutari panem in carnem*, hoc est, desinere panem esse quoad substantiam, & carnem substantialiter fieri. Verum primò, quicquid in aliquid *mutari & converti* dicitur, non propterea intelligitur substantialiter desinere esse quod erat. Mutari enim & converti interdum tantùm designat qualitatis aut conditionis mutationem. Ut quandò Tertullianus ait: g *Si transfigurationem & conversionem in transitum substantiæ cujusque defendis, ergò & Saul in alium virum conversus, de corpore suo excessit*, &c. *Ita & in resurrectionis eventum mutari, converti, reformari licebit cum salute substantiæ.* Et Isidorus Hispalensis: h *aqua missa in terram à Moyse vertuntur in sanguinem, id est, populi in sanguinis Christi fidem.* Et Anastasius Sinaïta de baptizatis: i *diversi sunt & mutati.* Augustinus quoque de resurrectione loquens: k *Caro mortalis convertitur in corpus Angeli.* Et de Christô per Apostolos agente: l *unò die tria, aliò quinque millia credentium in suum corpus conversa suscepit.* Et Chrysologus: m *Deus in hominem convertitur*, non certe per sui mutationem, sed per mortalitatis nostræ susceptionem. Et nè alibi quæramus, ipse Author aut quis alius eodem sensu homiliâ de paschâ tertiâ: *Quid est virga in serpentem? Deus in hominem commutatus*; Et in aliâ rursùm: n *Deus in hominem misericorditer commutatus.* Et de resurrectione loquens: o *Vestitus ibi nunquàm ullis seculis exuendus convertetur in corpus, ibi indumentum transibit in præmium, ibi Angelica illa stola non jam erit amictus, non jam erit habitus, sed natura.* Et de baptismo, p *mutantur subitò aquæ, homines postmodum mutatura.* Et in hac ipsâ homiliâ, de homine baptizatò: *in exteriore nihil additum est, & totum in exteriore mutatum est.* Rursum, nec quicquid dicitur in aliquam substantiam *converti* & *mutari*, propterea negatur in suâ permanere substantia. Substantia enim (ut Perronius ipsemet in Gelasio suprà observabat) non semper stricte pro eo quod per se subsistit, sed interdum pro qualitate & conditione sumitur. Ut quando Augustinus ait: a *per iniquitatem homo lapsus est à substantiâ in quâ factus est*, id est à priori statu & conditione. Et Tertullianus de resurrectione loquens: b *demutati erimus in Angelicam substantiam.* Et Chrysostomus de igne fornacis Babylonicæ: c *Dominus, prout vult, unumquodque elementorum in contrariam convertit substantiam.* Et Ambrosius jam in Gelasio supra citatus: d *Cùm baptizatus est Dominus, & mysterium lavacri instituit & humanum genus velut vilem aquam in æternam substantiam divinitatis sapore convertit.* Et Hieronymus: e *per ignem Spiritus Sancti omnia quæ cogitamus loquimur ac facimus, in spiritualem substantiam convertantur.* Et Cassianus de carne Domini post resurrectionem loquens: f *natura carnis in spiritualem est translata substantiam*: quod paulo post sic exponit, *quicquid fuerat prius substantia duplicis, factum est virtutis unius.* Et Chrysologus de Dominô agens: g *veniat, veniat, ut carnem reparet, innovet animam, ipsam naturam in Cœlestem commutet substantiam.* Quid, quod Bertramus quem Adversarij ipsi à transsubstantiatione alienum fuisse fatentur, Dominum nihilominùs inducat dicentem: *verè per mysterium panem & vinum in corporis & sanguinis mei conversa substantiam esse sumenda?* Non igitur ex eô quod Author noster dicat, *invisibilem sacerdotem visibiles creaturas in substantiam corporis & sanguinis sui convertere*, rectè quis colligat, substantialem advenire pani & vino in corpus & sanguinem Christi conversionem, cùm mens ejus esse possit, panem & vinum in substantiam corporis & sanguinis Christi converti, id est, in conditionem & qualitatem corporis & sanguinis ejus, quatenùs ex simplici pane & vinô, substantiâ nihilominùs eorum remanente, corpus & sanguis Christi fiunt sacramentô & efficaciâ. Atque ut Cyrillus loquitur, *in efficaciam carnis ejus convertuntur.* Verùm quid ajo, talem esse posse ipsius mentem? Talem enim re verâ esse multa indicant. Primò enim ait: *invisibilis sacerdos visibiles creaturas in substantiam corporis & sanguinis sui verbô suô secretâ potestate convertit.* Quibus verbis innuit, conversionem fieri, non tantùm substantiarum panis & vini, sed etiam illius quod in ipsis visibile est, hoc est, totum panis & vini complexum in Christi corpus & sanguinem transire. Nihil enim excipit. Atqui in confessô est apud Adversarios ipsos id quod visibile est in creaturis panis & vini non converti in substantiam corporis & sanguinis Christi strictè sic appellatam. Per *substantiam* igitur non designat substantiam strictô sensu sic nominatam, sed qualitatem, virtutem & efficaciam. Secundò, de pane Eucharistiæ etiam post consecrationem loquens, ait, per illius consistentiam unitatem fidelium designari: *in hoc ipsô*, inquit, *quod innumeris tritici granis confici novimus, unitatem constat assignari populorum.* Non enim grana tritici sunt arte præparata quæ fidelium inter se unitatem designant in Eucharistiâ, si nulla sint tritici quoad substantiam grana, sed tantùm tritici affectiones & accidentia. Deniquè comparat mutationem quæ pani & vino per consecrationem advenit, cum eâ quæ in homine per baptismum efficitur, ac per quam corpus Christi redditur: *ut tibi novum*, inquit, *& impossibile non videatur, quod*

Pseudo-Eusebius Emesenus

e *In Ezechiel. c. 43.*

f *De incarnat. l. 3. c. 3.*

g *Serm. 45.*

g *De resurrect. c. 55*

h *In Exod. c. 10.*

i *Anagogic. Contempl. in Hexaemer. l. 5.*

k *Serm. 12. ex 40. Sirmundi.*

l *Constr. Crescon. l. 4. c. 54.*

m *Serm. 45.*

n *Homil. ad plebem, in illud, Ecce quam bonum.*

o *Ad Monachos homil. 10.*

p *De Epiphan. homil. 2.*

a *Ib Psalm. 68 Cor. 1.*

b *Contr. Marcion. l. 3. c. ult.*

c *In Genes. homil. 12.*

d *Serm. 22.*

Pſeudo-Euſebius Emeſenus.

quod in Chriſti ſubſtantiam terrena & mortalia commutantur, te ipſum qui jam in Chriſto es regeneratus interroga: Dudum alienus à vitâ, peregrinus à miſericordia, à ſalutis viâ intrinſecùs mortuus exulabas, ſubitò initiatus Chriſti legibus & ſalutaribus myſteriis innovatus in corpus Eccleſiæ, non videndo, ſed credendo tranſiſti. Et paulò poſt: *in illam primæ originis dignitatem nativo candore mutatur, ac per aquam baptiſmi, vel per ignem Spiritûs Sanctis æterni illius panis corpus efficitur.* Deniquè: *nec dubitet quiſquam primavas creaturas nutu potentiæ, præſentiâ majeſtatis in Dominici corporis tranſire poſſe naturam, cùm ipſum hominem videat beneficiò Cœleſtis miſericordiæ Chriſti corpus effectum.* Quamobrem autem comparationem hanc inſtitueret, ſi intelligeret mutationem quæ in pane & vinô per conſecratiônem contingit, alterius generis eſſe ab eâ quæ in homine per baptiſmum efficitur? Imo, quarè colligeret ex hac, de illâ non eſſe dubitandum? Nam licet mutatio accidentalis quæ in homine fit per baptiſmum magna ſane & mirabilis ſit, mutatio tamen tam materiæ quàm formæ ſubſtantialis panis & vini in corpus & ſanguinem Chriſti, longe mirabilior eſt cum nulla ſimilis unquàm in naturâ rerum extiterit. Rectè autem poteſt ex mirabiliori minùs mirabilis poſſibilitas colligi, non item ex minùs mirabili mirabilioris poſſibilitas. Cùm ergo ex eo quod homo in baptiſmate *totus in interiori mutetur & æterni panis corpus efficiatur*, concludat dubitandum non eſſe panem & vinum per invocationem ſacri nominis conſecrata in *Dominici corporis tranſire poſſe naturam*, innuit has mutationes ejuſdem generis eſſe, videlicet accidentales. Quamquam & obſervandum eſt, hominem aliter Domini corpus effici, aliter panem & vinum ipſius corpus & ſanguinem. Homo enim illud moraliter fit, panis autem ac vinum ſacramentaliter, hoc eſt, in ſigno & efficacia: quam differentiam videre eſt obſervatam, nec male, à Neſtoriano in [h] Maxentij Dialogis.

[h] Dialog. 2. cap. 13.

At inquit, Perronius, *ſi quis diceret Dominum ſecreta poteſtate agnum paſchalem in corporis ac ſanguinis ſui ſubſtantiam convertiſſe, Nonne ellebore & medicamento dignus cenſeretur?* Minimè ſanè, *ſubſtantiam* de qualitate & conditione intelligendo, proût illam expoſuimus. Sic enim Bertramus jam ſupra citatus, ait *Dominum in deſerto manna & aquam de petra in ſuam carnem & ſanguinem convertere prævaluit*, eum intelligens manna & Petram ſacramentum corporis ſui ſanguiniſque effeciſſe. Quanto magis Author noſter id dicere potuit de pane & vino, quæ Domini corpus & ſanguis efficiuntur, non modo in ſacramento, ſed etiam in efficacia? Quid vero, ſi ipſe Bertramus ſit hujus homiliæ Author, quemadmodum Perronius [i] ipſemet obſervat, eam a nonnullis illi tribui? Annon utrobique eodem modo loqui potuerit, tametſi repudiata ſemper tranſlubſtantiatione?

Pſeudo-Euſebius Emeſenus.

[i] *Replic. p. 887. ad marg.*

Sed rurſum inſtat & ait: *Quamobrem, ad oſtendendum Deum efficere potuiſſe quod ajebat, quando proferebat hæc verba*, hoc eſt corpus meum, *diceret, eum de nihilo excelſa cœli feciſſe, profunda ſtructum, ac veſta terrarum, ſi nihil reale in hoc ſacramento eſt operatus? Diceretur nè, ad probandum Deum potuiſſe agnum paſchalem corporis ſui ſignum efficere, eum potuiſſe Cœlum, terram ac mare creare?* Verum, contra nos non pugnat. Non enim dicimus ex Authoris noſtri ſententia Dominum in hoc ſacramento nihil reale operari: imo contra aſſerimus ex ipſius mente Dominum panem & vinum corpus & ſanguinem ſuum efficere, non in ſigno & figura tantum, proût agnus paſchalis olim erat, ſed & in virtute, quæ realis qualitas eſt illis per conſecrationem addita. Ad hujus autem operationis poſſibilitatem innuendam, non male adducit univerſi creationem, argumento quo ex majori minus concluditur. Qui enim potuit ex nihilo res creare, cur non quoque poſſit, imo facilitate majori verbo creata convertere? Sed nihilominus ejuſmodi converſio eſt per quam non deſinant ſubſtantialiter eſſe quod erant. Sic enim rectè exponit Author librorum de Sacramentis apud Ambroſium hac ipſâ Authoris noſtri ratione utens, [k] *Si tanta vis eſt in ſermone Domini Jeſu ut inciperent eſſe quæ non erant, quantò magis operatorius eſt, ut ſint quæ erant & in aliud commutentur?* Quod & generatim de mutatione monet Tertullianus: [l] *poteſt & demutari quid, & ipſum eſſe nihilominùs.*

[k] *De Sacrament. l. 4. c. 4.*

[l] *De Reſurrectione c. 55.*

Quartò, Author manna cum pane Euchariſtiæ *Chriſti corpus* appellato comparans, ait: *De quo pane vetus narrat hiſtoria, nec qui plus collegerat habuit amplius, nec qui minus paraverat reperit minus: eo quod Euchariſtia ſacra perceptio, non in quantitate, ſed in virtute conſiſtat. Quod corpus ſacerdote diſpenſante tantum eſt in exiguo, quantum eſſe conſtat in toto: quod cum Eccleſia fidelium ſumit, ſicut plenum in univerſis, ita integrum eſſe probatur in ſingulis*, &c. Et paulo poſt: *nihil minus habent ſinguli quam univerſi. Totum unus, totum duo, totum plures ſine diminutione percipiunt, quia benedictio hujus ſacramenti ſcit diſtribui, neſcit diſtributione conſumi.* At, inquit Bellarminus, *ſi loqueretur de pane, non diceret, tantum eſſe in exiguo, quantum in magno ſive in toto: & ſi loqueretur de corpore Chriſti, ut eſt in cœlo, & fide ſolum à fidelibus mentibus apprehenditur, non diceret diſpenſari a ſacerdote.* Sed levis

Pseudo-Eusebius Emesenus

est objectio. Respondeo enim Authorem non loqui, nec de proprio Domini corpore, quandoquidem ipsemet (aut si quis alius Author est homiliæ de Trinitate) Spiritus S. divinitatem probare volens, quemadmodum suprà Paschasius, sit, *maximum divinitatis insigne est posse simul omnes infundere, & integram nihilominus permanere*: corpus autem Domini Deus non est; nec de pane Eucharistiæ quoad substantiam suam spectato: sed de pane Eucharistiæ quoad benedictionem & virtutem vivificativam ei inditam considerato. Nam quâ sacramentum est, *non in quantitate, sed in virtute consistit*, ut ipse notat. Eatenus autem *tantum est in exiguo, quantum in magno.* Totum enim sacramentum æque accipit, qui panis consecrati exiguam particulam sumit, quam qui maximam. Ratio enim sacramenti, nec benedictio vivifica divisibilis est, quamvis panis substantia divisibilis sit: *perinde est*, inquit similiter a Basilius, *quoad virtutem, sive quis particulam unam a sacerdote, sive plures simul accipiat.* Sed rursùs, Authorem nostrum non loqui de proprio Domini corpore, verùm de symbolico, illâ quâ explicui ratione, patet ex eo quod dicit: *quod corpus tantum est in exiguo quantum esse constat in toto.* Id enim de proprio corpore intellectum falsissimum foret, cùm certissimum sit, tum totum corpus parte suâ majus esse, tum de ipso exiguum quid sumi non posse.

a *Epist. 289.* *ὅσον τοίνυν τοῦτο τῆς ἁγιάσεως, ὅσον μέρος μεγάλου λίθου τὸ σμικρὸν ἐκεῖνο ἴσον ἐστὶ τῷ μεγάλῳ.*

Quintò ait: *Nec dubitat quisquam primarias creaturas* (id est, originales) *natu potentia, præsentia majestatis, in Dominici corporis transire posse naturam, cum ipsum hominem videat artificio Cœlestis misericordiæ Christi corpus effectum.* Verùm suprà in Nysseno & Cyrillo Hierosolymitano multis Patrum testimonijs ostendimus ea sæpè dici in alteram naturam transire & mutari, quæ non substantiâ, sed tantùm qualitate, conditione aut virtute mutantur. Ideoque ad vitandum repetitionis fastidium eò remittimus. Illud tantùm dixerimus in his quoque homilijs vocabulum *natura* sic accipi. Nam in homiliâ tertia de Epiphania Author differens de igne fornacis Babylonicæ: *cessit*, inquit, *virtutem ignis natura flammarum.* Et in alia, de sanctitate corporum in vita futura loquens: b *ibi indumentum transibit in præmium, ibi angelica illa stola non jam erit amictus, non jam erit habitus, sed natura.* Et rursùm de baptismo loquens in jamjam citata homilia tertia de Epiphania: *homo per aquam baptismi licet à foris idem esse videatur, intus tunc aliter effingitur*, &c. *Persona non contingitur, & natura mutatur.* Mens igitur ipsius est, panem & vinum in Dominici corporis conditionem & efficaciam transire, quemadmodum ait in eadem homilia, hominem *in corpus Ecclesiæ non videndo, sed credendo, transisse* per baptismum, & Dominum *ius in corpus suæ immortalitatis* assumpturum.

b *Ad Monach. homil. 10.*

Fulgentius.

Denique dicit: *quando benedicenda verbis Cœlestibus creaturæ sacris altaribus imponuntur, antequàm invocatione sanctis nominis consecrentur, substantia illic est panis & vini, post verba autem corpus & sanguis Christi. Quid mirum autem si ea quæ verbo potuit creare; posse verbo creata convertere. Imo jam videtur minoris esse miraculi si id quod ex nihilo agnoscitur condidisse, jam condigum in melius mutare valeat.* Sed nulla prorsùs est in his verbis difficultas. Leo enim pariter ait de baptismo loquens: c *Suscepem à Christo & Christum suscipiens non idem est post lavacrum qui antè baptismum fuit, sed corpus regenerati fit caro crucifixi.* Imo & Author noster in hac ipsâ homiliâ: *in exteriore nihil additum est, & totum in interiore mutatum est, ac sic homo Christi filius effectus, & Christus in hominis mente formatus est.* Et rursùm: *per aquam baptismi vel per ignem Spiritûs Sancti eterni illius panis corpus efficimur.* Et tamen nemo dixerit hominem per baptismum in proprium Domini corpus *substantialiter converti*, cùm sensus tantummodò sit illum *moraliter* Dominicum corpus effici. Sic ergo & Author ait ante consecrationem in altari seu mensâ Eucharistica esse substantiam (nempe, simplicem & communem) panis & vini, post consecrationem vero corpus & sanguinem Christi, *symbolicum* videlicet, & *typicum*, non proprium. Nam, ut rectè monet ad initium homiliæ, *qui corpus assumptum ablaturus erat ex oculis nostris, & sideribus illaturus, necessarium erat, ut nobis in hac die sacramentum corporis & sanguinis consecraret, ut celebretur jugiter per mysterium quod semel oblatum est in pretium.* Quis enim sanus dixerit, *consecrare* sacramentum corporis & sanguinis Christi sideribus illati ut a *nobis jugiter celebretur per mysterium quod semel oblatum pro nobis est in pretium*, esse corpus ipsum ac sanguinem propriè & substantialiter efficere? Ubinam gentium hæc phrasis id unquàm significavit? Sic igitur & hic Author, licet prima fronte nobis adversari videri posset, totus profectò noster est, quicumque ille sit. Verum de Auctore tam ignoto nimis agimus.

c *De paschâ, serm. 34.*

Examen Testimoniorum d *Fulgentij Ruspensis Episcopi.*

d *Fulgentius Episcop. ann. Domini 507.*

PERVENIMUS ad Fulgentium maximi nominis virum, ecclesiæque Africanæ temporibus suis ingens decus ac glo-

Fulgentius. ac gloriam, qui & nobis præclara ſubminiſtrat teſtimonia.

Primò ergò proferimus omnia illa loca in quibus generatim loquitur de proprietatibus & conditionibus corporum. Ut quandò ad Traſimundum ſcribens ait: e *Quod aliquò circunſcribitur ſine, neceſſè eſt ut loco teneatur, aut tempore.* Et paulò poſt: *Certum eſt omne locale in loco eſſe.* Et contrà ſermonem Faſtidioſi: f *Corpora ſinè loco eſſe non poſſunt.* Et rurſùm: g *homines carnalibus ſenſibus dediti exiſtimant Patrem, & filium & Spiritum Sanctum ſic poſſe à ſe invicem ſeparari, ſicut à ſe homines ſeparantur, qui ſicut diſtinguuntur modo & quantitate uniuſcujuſque corporis, neceſſe eſt ita diſcernantur & locis.* Et ibidem: h *Trinitas unus Deus, nec corpus eſt, nec creatur Spiritus, quia corpus loco concluditur, & omnis Spiritus qui creatus eſt naturæ ſuæ modulò terminatur. Trinitas autem unus Deus, ſicut eſt æternus, & nulla illi coæterna ſunt tempora, ſic eſt immenſus quem nullus poteſt concludere creatura, & quia immenſus ubiquè totus; quia nec continetur loco, nec diſtenditur, aut contrahitur ſpatio.* Et libro de fide ad Petrum: *unaquaquè res ita permanet, ſicut à Deo cùm non eſſet accepit, alia quidem ſic, aliâ autem ſic. Nequè enim ſic datum eſt corporibus ut ſint, ſicut Spiritus acceperunt.* Et paulò poſt explicans quis ſit ille modus eſſendi Spirituum: *Cum ipſi*, inquit, *in corporibus ſint, non particulatim ſunt, ſed ſicut in totis corporibus toti, ſic in eorumdem corporum partibus toti ſunt.* Præclarè in rem noſtram. Primò enim, ſi corpora *ſinè loco eſſe non poſſunt*, oppoſitè ad divinitatem quæ in locò eſſe non poteſt, ſi *neceſſariò locis tenentur*, ſi *neceſſe eſt ea locis diſcerni*, quis non videt, ex ipſius ſententiâ, corpus Chriſti neceſſariò locale eſſe, ac proindè cùm in Euchariſtiâ locale non ſit, ex Adverſariorum ipſorum confeſſione, in Euchariſtiâ igitur non eſſe? Secundò, ſi Deus ſimul eſt in cœlo & in terra quià nullò locò continetur, nec diſtenditur aut contrahitur ſpatiò, annon evidenter ſequitur, corpus illud quod eſt a *in locò aliquò Cœli propter veri corporis modum*, in Cœlò ſimul & in terrâ eſſe non poſſe? Deniquè, *ſi unaquaquè res ita permanet, ſicut à Deò cùm non eſſet, accepit*, hoc eſt, corpus & Spiritus, *nec corporibus datum eſt*, cùm eſſe à Deò acceperunt, *ut ſint* more Spirituum, qumodò credere potuit Fulgentius, corpus Chriſti in Euchariſtiâ, *non habere modum exiſtendi corporum, ſed modum eſſendi Spirituum ac totum eſſe in qualibet parte*, ut b Adverſarij fabulantur?

Secundò, proferimus ea loca in quibus Fulgentius de conditionibus cõporis Chriſti nominatim agit. Ut quandò ait: c *Unus idemque homo localis ex homine, qui eſt Deus immenſus ex Patre.* Et rurſùm: d *Iſtam Chriſti veram humanitatem qua localis eſt, ut vetam divinitatem qua immenſa ſemper eſt, Apoſtolicâ quoque doctrinâ nobis cernimus intimari. Nam ut Chriſti veri hominis corpus localiter contineri Paulus monſtraret, ait ad Theſſalonicenſes*, quomodò converſi eſtis ad Deum à ſimulacris ſeruire Deo vivo & vero, & expectare filium ejus quem ſuſcitavit à mortuis Jeſum? *ipſum utiquè monſtrans corporaliter venturum, quem corporaliter noverat a mortuis ſuſcitatum.* Et iterùm: e *ſi verum eſt corpus Chriſti, loco oportet utiquè contineri.* Sic enim legendum, non corruptè, *poteſt*, ut habetur in editis: Non enim ibi diſputatur, utrum Chriſti corpus in locò eſſe poſſit, de quò dubitare nemini unquàm in mentem venit; ſed utrum in locò illud eſſe *oporteat*: quemadmodum paulò antè dixerat, f *quomodo aſcendit in Cœlum, niſi quia localis & verus eſt homo?* Et paulò poſt: g *cùm ergò caro Chriſti localis abſque ullâ dubitatione monſtraretur, tDivinitas tamen ejus ubiquè ſemper eſſe (Paulo teſtante) cognoſcitur.* Præclare rurſus. Primò enim hanc inter corpus & divinitatem Domini aſſignat differentiam, quod corpus Chriſti *locale* ſit ac loco contineatur, divinitas autem ubique ſit. Locus autem omni loco oppoſitus unicum locum deſignat. Intelligit ergò Chriſti corpus in unicò locò eſſe. Secundò innuit, corpus Chriſti eadem neceſſitate locò contineri, quâ divinitatem locò contineri negat. At negat ullò modò poſſibile eſſe ut divinitas locò contineatur: innuit ergò corpus nullò prorſùs modò ſinè locò eſſe poſſe. Tertiò, dicit, ſi verum Chriſti corpus ſit, locò oportere contineri. Igitur, aut ubicunquè eſt, neceſſariò locò continetur, id eſt, locum occupat, aut verum corpus non eſt. Denique, quando ait de Chriſtò, *localis & verus homo eſt*, localitatem cum naturæ humanæ Veritate reciprocat, eo ipſo evidenter oſtendens localitatem proprietatem eſſe quæ à vero corpore ſeparabilis omnino ſit. Quî igitur credere potuerit Dominicum corpus in Euchariſtiâ eſſe; & locum non occupare?

Tertiò producimus ea ipſius loca in quibus diſertè affirmat, humanitatem Domini non ampliùs in terrâ, ſed in Cœlo tantùm eſſe, ipſumque jam nobiſcum eſſe, non ſecundùm humanitatem ſuam, ſed juxtà divinam naturam: *Unus idemque*, b inquit, *ſecundum humanam ſubſtantiam abſens Cœlo cum eſſet in terrâ, & derelinquens terram cum aſcendiſſet in Cœlum. Secundum divinam verò immenſamque ſubſtantiam nec Cœlum dimittens cum de Cœlo deſcendit, nec terram deſerens cum ad Cœlum aſcendit. Quod ipſius Domini certiſſimo poteſt cognoſci ſermone, qui ut localem oſtenderet humanitatem ſuam, dicit Diſcipulis ſuis: aſcendo ad Patrem meum, & ad Patrem veſtrum, Deum meum & Deum veſtrum.* Et paulo poſt: *Immenſitatem ſuæ divinitatis*

a *Auguſt. epiſt. 57.*

b *Bellarm. de Euch. l. 1. cap. 2. Regul. 3.*

c *Ad Traſimund. l. 2. c. 17.*

d *Ibid. c. 18.*

e *Lib. 2. cap. 7.*

f *Cap. 4.*

g *Cap. 5.*

h *Cap. 6.*

Fulgentius.

e *Ibid.*

f *Ibid. c. 17.*

g *Ibid. c. 18.*

h *Ad Traſimund. l. 2. c. 17.*

Fulgentius.

ostendens Discipulis, dicit, Eccè ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi. *Quomodò autem ascendit in cœlum nisi quià localis & verus est homo? Aut quomodò adest fidelibus suis, nisi quià idem immensus & verus est Deus?* Et rursùs: i *quomodo corporaliter ascendit in cœlum, & in suis fidelibus prædicatur esse in terrâ, si non est in illò divinitatis immensitas quæ cœlum implere possit & terram?* Et iterum: k *Christus, qui est super omnia Deus, videntibus eum Discipulis carne in cœlum, carne de cœlò venturus ascendit, qui nec deseruit cœlum cùm in terrâ carnem accepit, & carne conscendens in cœlum, suos in terrâ divinitate non deseruit. Hoc enim promisit, dicens: Ecce ego vobiscum omnibus diebus usquè ad consummationem seculi.* Cui prorsus similia habet Ferrandus Diaconus in Epistolâ ad Severum. Directè prorsus contrà Adversarios. Præsentiam enim secundum quam Christus jam in fidelibus est, restringit ad divinitatis præsentiam, pro ratione addens, divinitatis immensitatem quæ in cœlo & terrâ simul esse possit, ac asserens Christum postquam in cœlum ascendit, secundum humanam substantiam non magis ampliùs nobiscum esse, quàm cum ea in terra foret, secundùm ipsam in cœlis esset; hoc est, nullô planè modô, seu naturali, seu supernaturali, seu visibili, seu invisibili.

i *Ibid. c.* 18.

k *De incarnat. & grat. c.* 10.

l *Biblioth. Patr. tom.* 3.

Quartò, locum apostoli ex priori ad Corinthios sic citat: m *Panes quos frangimus nonnè participatio corporis Domini est?* Per *panes* autem non potest intelligere, nec accidentia panis, quià accidentia panis *panes* non sunt, nec corpora Christi, quia corpus Christi unicum est: panes ergo propriè dictos hac appellatione designat qui in Eucharistiæ celebratione per Ecclesias franguntur, quique nobis communio sunt corporis ipsius Christi, proindè non transsubstantiatos.

m *De bapt. Æthiop. c.* 11.

Denique in Librô de fide ad Petrum Diaconum, Augustino â nonnullis n malè tributô, Eucharistiam cum legalibus sacrificiis comparans, ait: *Firmissimè crede & nullatenus dubites, ipsum Unigenitum Deum Verbum carnem factum se pro nobis obtulisse sacrificium & hostiam Deo in odorem suavitatis; cui cum Patre & Spiritu Sancto à Patriarchis, Prophetis, & Sacerdotibus tempore Veteris testamenti animalia sacrificabantur, & cui nunc, id est, tempore novi Testamenti, cum Patre & Spiritu S. cum quibus illi est una divinitas, sacrificium panis & vini in fide & Charitate Sancta Ecclesia Catholica per universum orbem terra offerre non cessat. In illis enim carnalibus victimis figuratio fuit carnis Christi, quam pro peccatis nostris ipse sine peccatô fuerat oblaturus, & sanguinis quem erat effusurus in remissionem peccatorum nostrorum. In istô autem sacrificiô gratiarum actio atque commemoratio est carnis Christi quam pro nobis obtulit, & sanguinis quem pro nobis idem Deus effudit*, &c. *In illis sacrificiis quid nobis esset donandum figuratè significabatur, in hoc autem sacrificiô quid nobis jam donatum sit, evidenter ostenditur. In illis sacrificiis prænuntiabatur filius Dei pro impiis occidendus, in hoc autem pro impiis annuntiatur occisus.* Locum sanè illustrissimum. Primò enim docet, sacrificium illud quod in Eucharistiâ fit consistere in oblatione, non proprij corporis & sanguinis Domini, sed *panis & vini*. Secundò, sacrificium illud, esse gratiarum actionis propter sacrificium propinatorium in cruce oblatum, non igitur propitiationis. Deniquè, esse commemorationem carnis & sanguinis Christi, non igitur ipsummet ejus corpus & sanguinem. Quid clarius? Videamus, quid Adversarij respondeant.

n *Vid. Alcuinum contra. Elipand. l.* 4. *& contra Felicem Vigelii. l.* 5.

Fulgentius.

Ad primum excipit Cossetetus: o *Fulgentius dicit, Ecclesiam offerre sacrificium panis & vini, quià panis & vinum materia sunt ad efficiendum sacrificium. Eo tamen ipso negare voluisse corpus & sanguinem Domini in sacrificium offerri, liquet ex eo quod alibi scribit ad Monymum. Ibi enim sacrificium nostrum* sacrificium corporis & sanguinis Domini *appellat, & ostendit contra Arrianos Ecclesiam illud offerre non Patri solis, sed etiam filio & Spiritui Sancto, id est toti sanctæ Trinitati. Verba ipsius sunt ad Monymum.* Dicis, p à nonnullis te interrogatum de sacrificio corporis & sanguinis Christi quod plerique soli Patri existimant immolari. *Et in secunda quæstione, loquens de oratione ecclesiæ ad Deum, ut Spiritum Sanctum mittat ad ecclesiæ sacrificium sanctificandum, effectum refert ad unionem fidelium per Charitatem, & addit:* q hæc ædificatio spiritualis nunquàm opportunius petitur, quam cum ab ipso Christi corpore (quod est ecclesia) in sacramento panis & calicis ipsum Christi corpus & sanguis offertur. *Unde patet, eum credidisse corpus & sanguinem Christi verè offerri Deo in hoc sacrificio quod* sacramentum panis & calicis *nuncupat, quia offertur Deo sub symbolis externis naturarum sensibilium quæ materia oblationis sunt.* Idem generatim excipit & r Ylambertus. Sed facilè refelluntur. Fulgentius enim per *sacrificium panis & vini*, rem quæ offertur intelligit, quemadmodum per *sacrificia animalium* ipsa animalia sacrificata designat. Nam mens tantum ipsius non est, animalia sub lege materiam fuisse ad efficienda sacrificia, sed etiam est, illa ipsa animalia victimam oblatam fuisse. Similiter igitur vult, *panem & vinum*, rem quæ offertur & sacrificatur esse, non tantum materiam ad efficiendum sacrificium. Deindè, falsissimum est panem & vinum esse materiam ad efficiendum sacrificium, hoc est, ex Adversariorum sensu, ad proprium Christi corpus & sanguinem efficiendum. Corpus enim proprium Christi, sanguinemque ejus proprium ex pane & vino tanquam ex materia fieri, quis sanæ mentis

o *De sacrificio Missæ. p.* 550.

p *Lib.* 17. *c.* 20.

q *Ibid. c.* 11.

r *Ad q.* 8. *ad. disp.* 2. *ad fin.*

Fulgentius.

tis dixerit? Itaque, cum Fulgentius dicat, pro eo quod olim animalia sub lege sacrificabantur in figuram corporis & sanguinis Christi venturi ac morituri, jam sub novo testamento offerri *sacrificium panis & vini*, evidentissimè sequitur hodiernum sacrificium quoad rem oblatam in pane & vino consistere, ac proindè non in proprio Domini corpore & sanguine. Nec obstat quod in contrarium objicitur à Cossetello, Fulgentium alibi loqui *de sacrificio corporis & sanguinis Christi*, quod in Eucharistia fiat. Nam in priore duorum locorum ab ipso notatorum Fulgentius non loquitur de proprio Domini corpore & sanguine, sed de corpore & sanguine symbolico ac sacramentali, hoc est, de pane & vino corpus & sanguis ipsius communissimè appellatis: in posteriori quoq; aut de eodem corpore & sanguine sacramentali, aut de corpore & sanguine ecclesiæ mystico, quatenus videlicet in pane & vino repræsentativè offeruntur ab ipsamet ecclesia quæ Christi corpus est. Id enim innuit in sequentibus. Nam postquam dixisset; *hæc ædificatio spiritualis numquam opportunius petitur, quam cum ab ipso Christi corpore (quod est ecclesia) in sacramento panis & calicis ipsum Christi corpus & sanguis offertur*, subjungit: *Calix enim quemlibet* (legendum, *quem libat*) *communicatio sanguinis Christi est, & panis quem frangimus participatio corporis Domini est. Quoniam unus panis, unum corpus multi sumus, omnesque de uno pane participamus:* Eucharistiam enim relationem habere non modo ad proprium Domini corpus & sanguinem, sed etiam ad mysticum corpus ejus & sanguinem, ut [d] Veteres ecclesiam indigetant, apud omnes in confesso est. Videtur autem Fulgentius id esse mutuatus ab Augustino, qui ait: [e] *hoc est sacrificium Christianorum. Multi unum corpus sumus in Christo, quod etiam sacramento altaris fidelibus noto frequentat ecclesia, ubi ei demonstratur quod in ea oblatione quam offert ipsa offeratur.* Et rursum de cruce loquens, in qua Dominus, & offerens, & oblatio fuit: *cujus rei*, [f] inquit, *sacramentum, quotidianum voluit esse ecclesia sacrificium, quæ cum ipsius corpus sit, seipsam per ipsum discit offerre.* Sacrificium autem illud ecclesiæ in pane quoque ac vino consistere ex ipsius sententia, quemadmodum & ex Fulgentij mente, ipsemet indicat, inquiens: *Ubique offertur sub sacerdote Christo quod protulit Melchisedek quando benedixit Abraham.* At panis & vinum qualia protulit Melchisedek, aliud prorsus sunt à proprio Domini corpore & sanguine.

d *Vid. Paulin. epist. 16.*

e *De Civit. Dei lib. 10. c. 6.*

f *Ibid. c. 20.*

g *Ibid. lib. 17. c. 17.*

Ad secundum, excipit idem Cossetellus, *Eucharistiam esse quidem sacrificium gratiarum actionis, sed propterea non minus esse sacrificium propitiationis, videlicet, per applicationem sacrificij propitiatorij crucis.* Sed vanum est hoc effugium. Sacrificium enim gratiarum actionis, & sacrificium propitiationis, duæ sunt sacrificij species contradistinctæ, adeo ut impossibile sit horum unum alterum esse. Quod & ipsemet Adversarius vi veritatis adactus fatetur, quandò ait, *Eucharistiam sacrificium esse propitiationis, nempè, per applicationem sacrificij propitiatorij crucis.* Quod enim sacrificium propitiatorium non sit nisi per applicationem alterius sacrificij quod per se & proprie propitiatorium est, sacrificium propitiatorium accuratè loquendo non est, sed sacrificium tantùm alterius verè propitiatorij applicativum.

Pseudo-Remigius Rhemensis.

Ad tertium denique respondet, *Eucharistiam esse quidem commemorationem carnis Christi in cruce extensæ & pro salute nostra tormentis expositæ, sed supplicium ipsius nobis repræsentari per oblationem ejusdem carnis sub symbolo panis oblatæ.* Verum, hæc illius somnia sunt, non autem Fulgentij effata. Fulgentius enim non ait, in Eucharistia carnem Christi esse, sed dicit, in illa ipsius commemorationem esse. Nec commemorationem carnis Christi per ipsiusmet carnis oblationem fieri intelligit, sed per oblationem panis & vini. Nam mens ipsius est commemorationem carnis Christi in sacrificio panis & vini esse, quemadmodum ait in legalibus animalium sacrificijs ejusdem carnis figurationem olim fuisse. At quandò ait, *in illis carnalibus victimis figuratio fuit carnis Christi*, intelligit carnales victimas id fuisse quod carnem Domini figurabat: Ergò, quandò pariter dicit, *in sacrificio panis & vini commemoratio est carnis Christi quam pro nobis obtulit, & sanguinis quem pro nobis idem Deus effudit*, intelligit panem & vinum id esse quod Dominici corporis & sanguinis propriè commemoratio est, non autem proprium corpus ejus & sanguinem.

Rejicitur ut Pseud-epigraphum testimonium sub Remigij Rhemensis nomine citatum.

REMIGIUS, inquit [h] Bellarminus, floruit in Gallia tempore Clodovei Regis ad initium anni Domini D. & in hæc verba scripsit in commentario c. 10. prioris ad Corinthios: *panis quem frangimus in altari nonne participatio corporis Domini est? Utique primum consecratur & benedicitur à sacerdotibus & à Spiritu Sancto, & deinde frangitur, cum jam liget panis videatur, & in veritate corpus Christi est.* Et paulo infra: *Caro quam Verbum Dei Patris assumpsit in utero Virginali in unitate suæ personæ, & panis qui consecratur in Ecclesia unum corpus sunt. Sicut enim illa caro corpus Christi est, ita & iste panis transit in corpus Christi, nec sunt duo corpora, sed unum*

h *De Euch. l. 2. c. 31.*

Pseudo-Remigius Rhemensis.

corpus. Verum impræsentiarum opus non est de horum verborum sensu exactius inquirere. Nam commentarius ille in priorem ad Corinthios & reliquas Paulinas epistolas, Remigij Rhemensis non est. Villalpandus quidem, qui illum ex manuscripto codice S. Cæciliæ in vrbe sub ipsius nomine publicavit, ejus esse acriter admodum contendit, ac pro eo tanquam pro aris & focis pugnat. At, inquit [a] Aubertus Myræus, *Critici nasutiores eas explanationes Remigio Lugdunensi vel Altissiodorensi tribuendas censent*. Et sane mirari satis non possum Villalpandi, viri alioqui Docti, ut commentarius ipsius in Ezechielem docet, cæcam hac in re pertinaciam. Remigius enim Rhemensis [b] obijt ante annum quingentesimum trigesimum, quandoquidem Flavius, post [b] Romanum, ipsius successor interfuit concilio Arvernensi anno quingentesimo trigèsimo quinto celebrato. At Author his varijs in locis citat Gregorium, procul dubio hujus nominis primum, Romanum Episcopum. Nam quod excipit, Gregorium ab illo citatùm, Nazianzenum esse posse, aperte falsum est. Locus enim Gregorij quem citat ad Caput septimum epistolæ ad Romanos, habetur moralium lib. 10. c. 12. in veteri editione Parisiensi 1518. Duorum locorum quæ citat ad cap. 6. prioris ad Corinthios, prior extat moralium l. 19. cap. 21. posterior dialog. l. 4. c. 39. locus quem citat ad ejus epistolæ caput decimum quintum, habetur Moral. lib. 14. cap 31. locus quem adducit ad cap. quintum posterioris ad Corinthios, habetur dialogor. lib. 4. c. 39. Denique locus quem affert ad caput secundum prioris ad Timotheum reperitur moral. lib. 12. cap. 13. Quin & bis citat Bedam adhuc posteriorem: *Refert*, [c] inquit, *Beatus Beda, librum datum esse Romæ per Chaldeum Orientalium Anglorum antistitem, in quo erant omnes labores, passiones & pœnæ Apostoli depictæ*, &c. Et rursum: [γ] *Beatus Beda loquens quodam loco de dictis Apostoli, ubi ait*, unusquisque in suo sensu abundet, & si quid aliud sapitis & hæc vobis Deus revelavit. *Quid ergo, si hæreticus est, debet in suo sensu abundare? Minimè*, &c. Ad priorem locum mutus Villalpandus: in posteriori mirum in modum nugatur. Negat enim reperiri apud Bedam, & ait, se *existimare a Remigio, non Bedam eo loco, sed Beatum Benedictum esse nommatum, & fortasse compendiaria nota, cujusmodi B. Bened. Vt cum ex ejus forte exemplari aut vetustate aut casu aliquo duæ litteræ mediæ syllabæ intercidissent, librarius addita de suo prima alphabeti littera, Bedæ descripserit*. Ratio autem ipsius est, *quia si Bedam nominare velit cur præter morem omnium prope scriptorum ipsius etiam temporis qua vivebat adhuc Beda, non eidem attribuit cognomentum* Venerabilis, *sed* Beati? *Nam, ut Beatus merito sit appellandus non tamen ita ab ullo solet appellari*, &c. Sed, ut dixi, nugas agit. Locus enim ille, cujus tantum partem produximus reperitur apud Bedam in libello variarum quæstionum q. 5. Ratiuncula autem quam vrget, nihil minus quam ratio est. Nam Christianus Drutmarus, eodem seculo vivens quo commentariorum horum Author, Bedam sub *Beati* titulo [d] expresse producit, quemadmodum & Florentius Monachus Wigornienses illum *Sanctum* [e] indigetat: Sed de his amplius in Remigio Altissiodorensi.

[a] *De scriptor. Eccles. fasti.*

[b] *Flodoard. histor. l. 2. c. 2.*

[c] *In 2. ad Cor. cap. 12.*

[γ] *In 3. epist. ad Philipp.*

Ephræm Antiochenus,

[d] *Præf. in Matth. & in Commentar. ad ann. 700.*

Testimonium * *Ephræm Episcopi Antiocheni.*

[*] *Fasti sive Episcop. Antiochen. ann. Dom. 526.*

EPHRÆM ex Comite Orientis Antiochenus Episcopus effectus, libros conscripsit *de sacris Antiochiæ legibus*, in quorum primo contra Eutychianos & Acephalos pugnans, ac ostendere volens non sequi ex eo quod humanitas Verbo vnita fuisset, ac cum eo idem suppositum, idemque totum constitueret, eam propterea substantialiter esse desiisse, ad id illustrandum affert exemplum panis Eucharistiæ & aquæ baptismatis, quæ licet recipiant adjunctionẽ gratiæ & virtutis spiritualis, & totum quoddam spirituale per consecrationem fiant, non ideò à propris substantijs recedunt. Verba ipsius sunt: [*] *Patres nostri dicentes Dominum nostrum I. Christum ex duabus naturis constare, intelligunt ex duabus substantijs, ut quando dicunt eum in duabus naturis esse, id illis est in duabus substantijs. Et id ipsum docet Filius tonitrui, quando dicit*, quod erat ab initio, quod vidimus & palpaverunt manus nostræ de verbo vitæ. *Docet enim his verbis, ut diximus, vnum & eundem substantiam habere palpabilem & impalpabilem. Nam Verbum dicens, impalpabile palpatum fuisse testatus est, & se vidisse inquiens invisibile visum fuisse nuntiavit.* [ζ] *Sic vnum Christum in palpabili & impalpabili substantia, in visibili & invisibili agnoscit, & alijs ad hoc sciendum præceptor sit: Si quidem utrumque vnus persona est, nemoque mentem habens dicere potest eamdem esse naturam palpabilis & impalpabilis, visibilis & invisibilis. Sic quod & a fidelibus* (id est a baptizatis) *percipitur Christi corpus & a sensibili substantia non discedit, & indivisum a gratia intelligibili manet. Et baptismus, Spiritualis totus factus & vnus existens, proprium sensibilis substantiæ, aqua inquam, conservat, & quod fuit non amittit.* Illustrissimum profectò in rem nostram testimonium. Primò enim ait: *nemo mentem habens dicere potest eamdem esse naturam palpabilis &* im-

[*] *Apud Photij bibliothecam cod. 229.*

[ζ] ἅτινα ἡ χριστὸν ἐν ψηλαφητῷ καὶ ἀψηλαφήτῳ, καὶ ὁρατῷ καὶ ἀοράτῳ γνωρίζοντι, καὶ ἄλλοις ἐπιδείκνυται. ἐν γὰρ ᾧ ἐστιν ἑνὶ ἀμφότερα, καὶ ἀνθρώπου φωνὴν ἀνθρώπου φωνὴν ἐκεῖνος ἀπαγγείλας, καὶ ὁ χριστὸς ἐν ἀπόλυτος.

palpabi-

ψηλαφητῷ καὶ ἀψηλαφήτῳ, καὶ ὁρατῷ καὶ ἀοράτῳ. ὅτου γὰρ ἓν πρόσωπον ἀμφότερα, ἓν ἐστὶ καὶ ἀμφότερα ἐκεῖνα ἐξήνεγκεν, καὶ τὸ ἀναφὲς ἀναφὲς ἐπιδέδωκεν. καὶ τὸ βλητὸν ἢ πονηρὸν ἄλλο γλώσσης ἢ ἦν ὑπάρχον, καὶ τὸ ἰδεῖν τὸ ἀόρατον ἐκεῖνος, ὃ ἔφατο λόγος ἀληθεύειν, καὶ ὁ χριστὸς ἐν ἀπόλυτος.

Ephræm Antiochenum.

palpabilis, visibilis & invisibilis. Ergò, inquam, non censuit idem Domini corpus palpabile & impalpabile, visibile & invisibile simul esse posse: directè contra Adversarios, corpus Dominicum quod naturaliter palpabile & visibile est, & in cœlis reapse tale est, impalpabile & invisibile in Eucharistia esse affirmantes. Quis enim sanè mentis, ait, id dicere sustineat? Hæreticis certè id tribuit Eulogius Alexandrinus. Sic enim apud illum Valentinus: g *nos visibilis & invisibilis vnam naturam esse dicimus.* Manichæus similiter: h *sempiterni luminis filius substantiam suam in monte ostendit, non duas naturas habens, sed vnam in visibili & in invisibili.* Secundo, per corpus quod à fidelibus seu baptizatis in Eucharistiæ communione accipi dicit, non potest intelligere *proprium Domini corpus*, nec per gratiam intelligibilem illi in consecratione adjunctam, *Verbi ipsius divinitatem*: si quidem in medium adducit persistentiam substantiæ corporis hujus post receptam mediante consecratione gratiam intelligibilem, ut tanquam exemplo illustret permanentiam substantiæ proprij corporis post unionem cum divinitate. Vitiosè enim, absurdè & ridiculè idem per idem ostendisset, ac se ludibriis Eutychianorum exposuisset. Intelligit ergò aliud corpus à proprio, & gratiam aliam à divinitate, symbolicum videlicet & sacramentale corpus ac virtutem illi additam: proindeque apertè negat symbolicum corpus idem cum proprio esse. Denique, cum per sacramentale hoc corpus Eucharistiæ panem designet, illum ait per consecrationem à substantia sua sensibili non magis discedere, quam proprium Domini corpus à sua per unionem cum divinitate, quàm & baptismatis aquam à sua, per adjunctionem spiritualis virtutis & gratiæ. Quot verba, tot contra transubstantiationem fulmina.

g *Apud. Phot. cod. 230.* ἡμεῖς τὸ ὁρατὸν καὶ ἀόρατον μίαν φύσιν φαμέν.

h *Ibid.* ὁ τῶν ἀϊδίων φωτὸς υἱὸς τὴν ἰδίαν οὐσίαν ἐν τῷ ὄρει ἐπιδείκνυσι, δύο φύσεις ἔχων, ἀλλὰ μίαν τὸ ὁρατὸν καὶ ἀόρατον.

Jesuita Schottus ut telum hoc averteret, totum hunc egregium locum quoad præcipuam partem in versione sua miserè corrupit, ac pro eo quod Græca habent, *quod à fidelibus accipitur Christi corpus a substantia sensibili non recedit*, perfide vertit: *sensibilis essentia non cognoscitur.* Directe primo contra ipsum Ephræm, si quidem de proprio Domini corpore ageret, ut ipse vult. Paulo enim ante hæc verba de B. Joanne ait: *unum Christum in visibili & invisibili substantia cognoscit.* Deindè, contra fidem Græci textus. Ubinam enim hæc verba, τὸ αἰσθητῆς οὐσίας οὐκ ἐξίστασθαι, unquam significarunt, *sensibilis essentia non cognoscitur*? Annon apertissimè liquet Ephræm eodem sensu loqui ac Theodoretum quando similiter ait: καὶ γὰρ μετὰ τὸν ἁγιασμὸν μυστικὰ σύμβολα τῆς οἰκείας οὐκ ἐξίστασθαι φύσεως; hoc est, *neque enim post sanctificationem mystica symbola a propria natura recedunt*? Imo & exemplum baptismi quem Ephræm ibidem ait, proprium sensibilis substantiæ, id est aquæ, conservare, nec quod fuit amittere; nonne idem pariter evincit? Caveant igitur Lectores veritatis amatores à temere suscipiendis ejusmodi hominum versionibus, & Authorum Veterum textum oculis suis consulant.

Ephræm Antiochenus.

Milleterius autem alia quærit effugia, sed quæ Spiritum erroris, falsitatis ac mendacij non minus testentur.

Primò enim [a] ait, *Ephræm dicere*, corpus Christi quod à fidelibus accipitur, *ad innuendam differentiam corporis Christi in statu sacramenti, & ejusdem corporis Christi in statu naturali quo sursum in cœlo est.* At vero ab eò quæro, quænam illa differentia sit? Ea certè juxtà ipsum est quod corpus Christi in cœlò palpabile & visibile sit, in Eucharistiâ verò ubi à fidelibus sumitur invisibile & impalpabile. At reclamat hic Ephræm, inquiens? *Nemo mentem habens, dicere potest eandem naturam esse palpabilis & impalpabilis, visibilis & invisibilis.* Deindè, falsissimum est per corpus quod Ephræm à fidelibus accipi dicit, intelligi proprium Domini corpus in Eucharistiâ constitutum. Primò, quià idem per idem probaret, prout jam antè notavimus, absurdè & vitiosè. Secundò, quià secum pugnaret. Ait enim, *corpus Christi quod a fidelibus accipitur, a sensibili substantiâ non recedit.* At Christi corpus, ex hypothesi in Eucharistiâ constitutum à substantiâ suâ quatenus sensibilis est recedit, cùm impalpabile insensibile & invisibile fiat. Tertiò, quià hac suppositione deridiculum se Eutychianis præbuisset. Eutychiani enim admittebant quidem panem Eucharistiæ esse symbolicum Domini corpus, seu, signum quoddam ac imaginem corporis Christi: verum inficiabantur illum esse proprium ipsius corpus, cùm Dominum corporis veritate carere asseverarent. Dixissent igitur, Ephræm supponere pro vero exemplo falsum exemplum & de non entium genere, similitudinemque inde ductam explosissent velut omninò fictitiam: ac proinde necesse est ut per corpus Christi quod à fidelibus accipi in Eucharistiâ docet, aliud Domini corpus à propriò intelligat, ut suprà expoluimus. Verum, quid opus est tot rationibus pugnare? Adversarius enim ipse vertigine prorsus stupendâ destruit in sequentibus quod in præcedentibus dixerat, ac secum multifariam pugnat. Nam postquam observasset, *Ephræm dicere*, corpus Christi quod à fidelibus accipitur, *ad innuendam differentiam corporis Christi in statu sacramenti, & ejusdem corporis Christi in statu naturali quo sursum in cœlo est:* [b] paginâ sequenti ad argumentum à me confectum excipit: *respondeo, verum esse, in Eucharistiâ quemadmodum & in baptismo, quicquid sensum nobis testantur de proprietatibus elementi, post consecrationem*

a *Pag. 779. & 780.*

b *Pag. 681.*

Ephræm Antiochenus.

tionem manere, idque esse quod Ephræm designat nomine substantiæ sensibilis. Si enim Ephræm, ut ait, per substantiam sensibilem post consecrationem in Eucharistiâ permanentem, intelligit proprietates elementi, per corpus igitur elementum intelligit, hoc est corpus typicum, seu, panem; non proprium Domini corpus. Nam diserte ait: *corpus Christi quod à fidelibus accipitur a sensibili substantia non recedit.* Quamquàm & falsissimum est, Ephræm per substantiam sensibilem intelligere, non substantiam proprie sic appellatam, sed tantum elementi proprietates. Substantiam enim illum propriè sumere, evidentissime liquet, tum ex thesi quam propugnat de duabus Christi substantijs in vnione permanentibus, tum ex baptismi exemplô quod subjungit: nec adeo hardus ac, ut ad illustrandam humanæ Christi substantiæ post vnionem cum divinitate permanentiam, Eucharistiæ exemplum adducere, si in eâ post consecrationem elementi proprie dicta substantia non permaneret, sed illius tantummodo proprietates & accidentia. Nam Eutychiani ferram hanc reciprocassent idem humanitati Domini per vnionem contingere, quod pani per consecrationem: ac proinde quemadmodum panis post consecrationem à propriâ substantiâ recedit, tantummodo permanentibus proprietatibus ejus, sic etiam humanitatis substantiam desinere per unionem, residuis solùm proprietatibus ipsius. Atqui Ephræm contrarium, & Eucharistiæ, & baptismatis exemplo illustrandum hoc locô suscipit: per substantiam igitur, propriè dictam designat elementi substantiam. Sed & rursùm audianus aliud non minus Protei nostri delirium. Subjungit enim: *Ephræm, ait, corpus Christi esse quod fideles accipiunt, illudque appellat gratiam intelligibilem eodem sensu quô reliqui omnes Patres suprà locuti sunt, quoniam præsens est intelligibiliter ad effectum gratiæ per mysterij sui proprietates operandam.* Nam quis mentis compos id dixerit? Cum enim in periodô præcedente innuisset, per corpus Christi à substantiâ sensibili non recedens, intelligi elementum in proprietatibus suis de quibus sensus testantur permanens, palinodiam ait, & corpus de propriò Domini corpore interpreratur, ad id quod priùs dixerat rediens. Deinde, corpus illud de quô Ephræm loquitur (quicquid sit quod per illud designetur) confundit cum *gratiâ intelligibili* à quâ post consecrationem manet indivisum. Id autem absurdissimum est, & ineptissimum. Corpus enim à sensibili substantia non recedens, & gratia intelligibilis cui per consecrationem unitum est, duo inter se distincta esse, & verba ipsa Ephræm apertissime testantur, & scopus ejus necessario id requirit. Propositum enim illi est (ut jam notavi) ostendere panis Eucharistiæ exemplo, humanitatem Domini Verbo quidem esse vnitam, sed ideò tamen substantialiter non desiisse. Id igitur illustrat à simili, quià panis Eucharistiæ corpus Christi communiter appellatur, quamvis per consecrationem gratiæ intelligibili unitus & ab eâ indivisibilis, propterea nihilominus à substantia sensibili non recedit. Quemadmodum ergò intelligit, humanitatem Domini aliam plane esse à Verbo cui unita est, mens ipsius pariter est, corpus illud Eucharisticum ac sacramentale aliud omninò esse à gratia intelligibili illi per consecrationem junctâ: Directe, contrà Adversarium duo illa identificantem. Jam verò, quicquid Ephræm per gratiam intelligibilem designet, per corpus de quô loquitur nullomodô potest intelligere proprium Domini corpus. Nam si divinitatem designet, ea corpori proprio per consecrationem non unitur: si virtutem quoque ac efficaciam spiritualem, ea rursum ipsi adjici dici non potest mediante consecratione. Intelligit ergò symbolicum ipsius corpus, hoc est, panem corporis sacramentum, cui, licet per consecrationem virtus & gratia spiritualis adjiciatur, is nihilominus à substantiâ suâ sensibili non discedit, non magis quam aqua baptismi, quamvis per sanctificationem vim pariter spiritualem & supernaturalem adepta. Quid clarius?

Ephræm Antiochenus.

Secundo tamen respondet Milleterius, *Ephræm tria illa videlicet, personam Christi, sacramentum seu Christi corpus, & baptismum non æquare in identitate*, hoc est, illum non censere inter illa omnimodam similitudinem esse, *quia sequeretur in Christô non esse duas substantias, quemadmodum in baptismo duæ non sunt, sed tantummodò adhibere similitudinem quam ferre possunt baptismus & sacramentum Eucharistiæ cum personâ Christi ad illustrandam veritatem diversitatis duarum ejus naturarum in vnione, absque confusione.* Quod sane verum est: sed nihilominus ejus causæ parum propitium. Docet enim Ephræm similitudinem illam quæ inter ipsa intercedit, in eo consistere, quod nec humanitas Domini per unionem cum divinitate, nec panis Eucharisticus corpus ejus indigetatur per unionem cum gratia intelligibili mediante consecratione illi adjuncta, nec aqua baptismi per unionem cum virtute spirituali per sanctificationem addita, a propriis suis substantiis ideo discedant, sed quod erant permaneant. Quo sane nihil adversus transubstantiationem disertius dici potuit.

Testim-

Digitized by Google

Facundus.

c Scribebat circa ann. Dom. 552.

Teſtimonium c Facundi Epiſcopi Hermianenſis.

SEQUITUR Facundus Epiſcopus Hermianenſis in Africa, quem Caſſiodorus d *hæreticorum penetrabile ſubtilitate deſtructorem, venerabilemq́; Epiſcopum* indigetat. Is in libris ſuis pro trium capitulorum Concilij Chalcedonenſis defenſione conſcriptis, a e Victore Tannonenſi & b Iſidorô Hiſpalenſi mirum in modum laudatis, & non ita pridem ex Bibliothecæ Vaticanæ codice in lucem ab eruditô Sirmondô editis, clariſſimum ac præſtantiſſimum nobis ſuppeditat teſtimonium. Excuſare ſiquidem volens Theodorum Mopſueſtenum, accuſatum quaſi dixiſſet, Chriſtum *adoptionem filiorum ſuſcepiſſe*, ac proinde cenſuiſſe, eum Dei filium adoptivum eſſe, non proprium; ſic illum excuſat: f *Adoptionem quoque filiorum ſuſcepiſſe Chriſtum, ſi antiqui Doctores Eccleſiæ dixiſſe monſtrarentur, nec ipſi, nec omnis eccleſia, quæ tales Doctores habuit, judicari deberent hæretici. Nam ſacramentum adoptionis ſuſcipere dignatus eſt Chriſtus, & quando circumciſus eſt, & quando baptizatus eſt: & poteſt ſacramentum adoptionis adoptio nuncupari, ſicut ſacramentum corporis & ſanguinis ejus quod eſt in pane & poculô conſecrato, corpus ejus & ſanguinem dicimus, non quod proprie corpus ejus ſit panis, & poculum ſanguis, ſed quod in ſe myſterium corporis ſanguiniſque contineant. Hinc & ipſe Dominus benedictum panem & calicem, quem Diſcipulis tradidit, corpus & ſanguinem ſuum vocavit. Quocirca ſicut Chriſti fideles ſacramentum corporis & ſanguinis ejus accipientes, corpus & ſanguinem Chriſti recte dicuntur accipere, ſic & ipſe Chriſtus ſacramentum adoptionis filiorum cum ſuſcepiſſet, potuit recte dici adoptionem filiorum ſuſcepiſſe.* En, non verba, ſed fulgetra, topitrua ac fulmina Adverſarijs lethalia, ac prorſùs ineluctabilia. Nam ait, *ſacramentum corporis & ſanguinis Chriſti quod eſt in pane & in poculo conſecratô* a nobis vocari corpus & ſanguinem Chriſti, quemadmodum baptiſmus adoptio nuncupatur. Intelligit autem baptiſmum adoptionem nuncupari, non quod formaliter & proprie adoptio ſit, ſed quià adoptionis ſignum eſt, rei quam deſignat nomine indigetatum: Ergò ſimiliter intelligit ſacramentum corporis & ſanguinis Chriſti quod in pane & poculô conſecratô eſt, corpus & ſanguinem Chriſti appellari, non quod corpus & ſanguis propriè ſit, ſed quod illorum ſignum ſit. Deinde, præter comparationem quam cum baptiſmô in hunc ſenſum inſtituit, ipſemet totidem verbis id concludit quod intuli. Nam poſtquam, dixiſſet; *Et poteſt ſacramentum adoptionis adoptio nuncupari, ſicut ſacramentum corporis & ſanguinis ejus, quod eſt in pane & poculô conſecratô*, Facundus. *corpus ejus & ſanguinem dicimus*; immediate ſubjungit: *Non quod propriè corpus ejus ſit panis & poculum ſanguis, ſed quod in ſe myſterium corporis ejus ſanguiniſque contineant.* Quid enim ibi eſt *propriè*, niſi ſubſtantialiter? Negat ergò ſacramentum ſubſtantialiter eſſe Chriſti corpus & ſanguinem, licet ejus corpus & ſanguis indigetatum. Plane in ſententiam noſtram. Videamus quô clypeô telatam acuta & fortia excipiant Adverſarij.

d In Pſalm. 138.

a In Chronico.

b De Viris illuſtribus c. 18.

f Lib. 9.

Sirmondus jam ſuprà nominatus, Facundi editor, huic loco notam hanc appoſuit: *Panis conſecratus, natura mutatus, panis non eſt, panis tamen appellatur, quia panis fuit & panis ſpeciem retinet, idemque judicium eſt vini. Panem rurſus vinumque corpus Chriſti & ſanguinem dicimus, ut Auguſtinus quoque affirmat lib. 3. de Trinitate c. 4. non propriè, ſed figurate, quia ſub panis & vini ſpecie corpus Chriſti & ſanguis in ſacramento continentur. Nec alia, opinor, in his verbis ſententia eſt Facundi.* Papæ! Quam imparem oppugnationi defenſionem! Nam nota hæc verbis & phraſibus ambiguis tota conſtans, commodè accipi poteſt ac in ſenſum noſtrum, hoc pactô: *panis Conſecratus, naturâ* (id eſt, qualitate) *mutatus, panis* (ſimplex ſcil.) *non eſt: panis tamen appellatur, quia panis fuit, & ſpeciem* (hoc eſt, ſubſtantiam) *panis retinet, idemque judicium eſt vini. Panem rurſùs vinumque corpus Chriſti & ſanguinem dicimus, non propriè, ſed figuratè, quià ſub panis & vini ſpecie* (id eſt, ſubſtantia) *corpus Chriſti & ſanguis in ſacramento* (hoc eſt, ſignificativè, en ſacrement) *continentur.* Non putarim autem nimis ſuſpicioſus videri, ſi dixerim tantum virum non ſine cauſâ adeò ambigue eſſe locutum, cum aliter facile poſſet mentem ſuam exprimere. Hac arte ſcilicet ſuis ſatisfacere voluit, ac ſimul cavere nè Facundò vim faceret apud eos qui callent Veterum phraſeologias. Verum, ſi nota hæc (quod difficilè admodum credo) juxtà Adverſariorum ſenſum communem ſit accipienda, eatenus illam dico à Facundi verbis & mente eſſe alieniſſimam. Facundus enim hîc non ait, *panem naturâ mutari*, ſed *panem conſecrari.* At *panem conſecrari* nullibi apud Veteres ſignificat *naturâ mutari*, ſi ſubſtantia per naturam deſignetur. Tantummodò ſignificat, ex communi ſacrum fieri: *ſic*, inquit d Jobius, *ſanctificari dicimus locum, vel panem, vel vinum, qua Deo ſecernuntur, & ad nullum communem uſum referuntur.* Rurſum, Facundus haud dicit panem conſecratum propriè panem non eſſe, ſed *figurate* tantum & apparenter; ac, Chriſti corpus proprie eſſe: imò contrà negat illum Chriſti *corpus propriè* eſſe, ac proinde intelligit eum panem *proprie* eſſe, cum neceſſariò alterutrum proprie ſit. Præterea mens ipſius eſſe non poteſt, *panem & vinum, corpus & ſanguinem Chriſti figurate eſſe, quia*

d Apud Photium cod. 222. ὅτου δὴ οὖν ἁγιάζομεν τὸν τόπον, ἢ τὸν ἄρτον, ἢ τὸν οἶνον, ἀπὸ τῆς ἐπὶ πᾶσι κοινῆς ἀφορίζομεν χρήσεως, καὶ πρὸς μόνον ἐκεῖνο ἀναφέρομεν.

Facundus. *quia ſub panis & vini ſpecie, id eſt accidentibus, corpus Chriſti & ſanguis continentur.* Id enim delirum foret. Nam quis ſanus diceret, arcam eſſe figurate aurum quia aurum ſub arca lateret? Deinde, ſi panis conſecratus, panis amplius non eſt, quomodo dici poſſet eſſe *figuratè* Chriſti corpus? Quod enim non amplius eſt, nihil figurate eſſe poteſt: nam non entis non ſunt accidentia. Denique, eo res redit ut Facundus per panem & vinum quæ ait *non propriè*, ſed *figuratè* Chriſti corpus & ſanguinem eſſe, tantummodo intellexerit accidentia panis & vini ſubſtantiis ſuis carentia. Sic enim & Milleterius
ep. 838. Sirmondi mentem explicat, * *Facundum* ſcilicet *loqui de pane & vinô ratione partis externæ.* Sed rurſum falſiſſimè, & contra Authoris mentem. Primo enim ſupponunt eſſe in Euchariſtia panis ac vini accidentia abſque ſuis ſubſtantijs. At, ne vel unicum quidem Veterum proferre poſſunt qui id notaverit: nos vero contra illos proferimus generaliter
f Soliloq. Auguſt. l. 2. c. 12. dicentes; f *Cui poſſe fieri videatur, vt id quod in ſubjectô eſt maneat, ipſô interemto e ſubjectô? Monſtruoſum enim & à veritate alieniſſimum eſt, vt id quod non eſſet, niſi in ipſo eſſet, etiam cum ipſum non fuerit, poſſit eſſe.* Secundo, Facundus ait, *ſacramentum eſſe in pane & vino conſecrato.* At accidentia ſimplicia panis & vini non magis ſunt panis & vinum, quam albedo hominis homo eſt. Tertio dicit, panem ac vinum conſecratum ac corpus & ſanguis Chriſti a nobis appellata, non tamen eſſe *propriè* ipſius corpus & ſanguinem. At ſola accidentia panis & vini non ſunt panis & vinum conſecratum, nec rurſus ſola accidentia ſunt quæ poſt conſecrationem, corpus ac ſanguis Chriſti nuncupantur. Ergo non de ſolis panis & vini accidentibus negat ea corpus & ſanguinem Domini propriè eſſe. At vero, ſi non de ſolis panis & vini accidentibus, igitur de ſubſtantiâ quoque ſub illis contenta quæcunque illa ſit. Id autem negari non poteſt de propriô corporis & ſanguinis ſubſtantia: Ergo ea iis non ſubeſt, ac proïndè alia quædam quæ nulla ſtatui poteſt præter naturalem panis & vini ſubſtantiam. Quartò non modo dicit, nos *ſacramentum corporis & ſanguinis Chriſti quod eſt in pane & poculo conſecrato, corpus ejus & ſanguinem dicere*; ſed & innuit, nos id ad ipſius Domini exemplum præſtare: *Nam ipſe Dominus*, inquit, *benedictum panem & calicem quem Diſcipulis tradidit, corpus & ſanguinem ſuum vocavit.* At non ſola panis accidentia benedixit Dominus ac conſecravit, nec illa ſola corpus & ſanguinem ſuum appellavit, cum diceret, *hoc eſt corpus meum, hoc eſt ſanguis meus*; ſenſus enim horum verborum eô pactô foret, *hæc accidentia panis ſunt corpus meum, hæc accidentia vini ſunt ſanguis meus*: Ergo aliquid aliud, præter accidentia panis & vini, ſacramentum illud eſt in pane & poculô conſecrato, ac proïnde aliud quid præter accidentia illa, quod licet Domini corpus & ſanguis indigitetur, corpus tamen ejus & ſanguis *propriè* non eſt. Nihil autem poteſt eſſe, niſi ſubſtantia quæ illis ſubeſt: illa ergo Domini corpus & ſanguis proprie non eſt. Falſô autem id diceretur de propriâ corporis ejus ſanguiniſque ſubſtantiâ: ſub illis igitur non eſt. Denique, cum dicat Dominum in Euchariſtiâ panem ac vinum corpus & ſanguinem ſuum appellaſſe, prorſus neceſſe eſt ut intellexerit ſenſum horum verborum, *hoc eſt corpus meum, hoc eſt ſanguis meus*, eſſe, *hic panis eſt corpus meum, hoc vinum eſt ſanguis meus.* Adverſarios autem audivimus ſæpè confitentes, ſi is vere foret verborum illorum ſenſus, ea, aut tropicè accipi debere, ut panis & vinum ſint Chriſti corpus & ſanguis ſignificative, aut plane abſurda & impoſſibilia eſſe. Itaque, cum ex Authoris noſtri ſententiâ talis ſit eorum ſenſus, invicte ſequitur eum verba illa tropicè intellexiſſe, quemadmodum illa ſumimus, ac à noſtris partibus ſtare. Judicent ergò Lectores quâ ratione Sirmondus addat: *quod ſi durius hic fortaſſe, vel obſcurius quippiam elocutus videatur, dignus eſt venia, & qui a benigno interprete vicem officij recipiat, quod ipſe alijs ſtudioſè, quorum docta notabantur, non ſemel exhibuit.* Nam, quæ, malum, pervicacia eſt locum (ut cum Tertullianô loquar) quaſi ſolis radijs ſcriptum obſcuritatis incuſare? Sic illis lux tenebræ ſunt, & dulce amarum.

Facundus.

Sed vrget Milleterius hæc ipſius verba; *non quod proprie corpus ejus ſit panis & poculum ſanguis, ſed quod in ſe myſterium corporis & ſanguinis contineant.* Et obſervat, *quandò ait*, myſterium corporis & ſanguinis contineant; *eum oſtendere ſe de pane & vinô loqui ratione ſpecies externæ ſub quâ interiùs corpus & ſanguis Chriſti ſunt.* Verùm hæc obſervatiuncula nihil niſi ineptia eſt hominis imaginoſi. Authorenim per *myſterium* ſacramentum intelligit, proùt ipſe Milleterius a alibi affirmat, Græcos & latinos per hæc duo verba rem eamdem deſignaſſe; ac dicit, panem & vinum *in ſe continere*, non corpus & ſanguinem Chriſti, ſed *myſterium* ſeu ſacramentum *corporis & ſanguinis*: quomodò Euſebius ait b prophetiam Jacobi *continere novi teſtamenti ſacramenta*, quia illa ſignificavit; Ephræm, c *lignum imaginis Regis imaginem continere*, quia ipſum Regis imago ſit? Bertramus; d *myſterium quod ſupra menſam poſitum eſt myſterium continere populi credentis*, hoc eſt, eſſe ipſius ſignum; quomodo denique Author operis imperfecti in Matthæum ait, e *vaſa ſanctificata ad privatos vſus transferre periculoſum eſt, in quibus non eſt verum corpus Chriſti, ſed myſterium corporis ejus continetur.* Aperte enim declarat, aliud eſſe *continere* verum Chriſti corpus,

a Cap. 1. & 3.

b Demonſtrat. l. 8. & mutis dat. Sicut mi pro dicta magnifice.

c In illud. Attende tibi ipſi.

d De corpor. & ſang. Dom.

e In Matth. homil. 11.

Primasius. pus, aliud mysterium corporis ejus continere, eaque esse opposita, tantum abest ut idem sint.

Examen Testimoniorum Primasij.

IISDEM cum Facundô temporibus vixit Primasius, Adrumetinus in Africâ Episcopus; cujus & nonnulla habemus egregia testimonia.

Primò enim commentariô in decimum prioris ad Corinthios sic loquitur: *Panis quem frangimus nonnè participatio corporis Domini est? Sic & idolorum panis dæmonum participatio est.* Quibus verbis innuit, panem Eucharistiæ participationem esse corporis Domini, quo modo panis idolorum Dæmonum participatio. At quomodò panis idolorum Dæmonum participatio est? An quod in Dæmonas substantialiter convertatur, & panis esse desinat? Id nemo vel per somnium quidem cogitavit: Sed quià hunc panem idolorum accipientes Spiritualem (ut ita dicam) sortiuntur cum Dæmonibus Communionem. Similiter igitur ait, panem Eucharistiæ corporis Domini participationem esse, non quod in Domini corpus substantialiter mutetur, nec ampliusvere panis sit, sed quià *illum edentes, spiritualiter carnem Dominicam edimus*, ut *f* Macariusloquitur.

f Homil. 27.

Secundò, in hæc verba capitis vndecimi, *in quâ nocte Dominus tradebatur, accepit panem*, ait: *vtinam nobis commemorationem reliquit.* Et in verba sequentia: *Saluator Deus exemplum dedit ut quotiescumque hoc facimus, in mente habeamus quod Christus pro nobis omnibus mortuus est. Ideo nobis dicitur, corpus Christi, ut cum hoc recordati fuerimus, non simus in grati gratiæ ejus; quemadmodum si quis moriens relinquat ei quem diligit aliquod pignus, quod illo post mortem ejus, quandocunque viderit, nunquid potest lachrymas continere, si eum perfectè dilexerit?* Illustrissimum profectò in rem nostram testimonium. Clarissime enim ostendit, illud quod Dominus abiens nobis reliquit, tanquàm sui commemorationem, non ipsummet esse. Verum quià totum hunc locum & quæ in eô sequuntur ab Authore Commentarij in Epistolas inter Hieronymi opera, id est, à Pelagio (ut ex collatione videre est) Primasius emendicavit, nolque suprà fusè admodum de illis egimus contrà Adversariorum exceptiones & subterfugia, lectores, ad repetitionis fastidium, evitandum, eo remittimus plenissimè informandos.

g Objicitur tamen primò Primasium in cap. 10. epistolæ ad Hebræos dicere de pane Eucharistiæ, *est vnum corpus Christi cum illô quod suscepit in vtero virginali, non multa corpora.* Verùm, si hæc Primasij forent, facilè esset respondere eô quod suprà diximus ad

g Bellarm. de Euchar. l. 2. c. 31.

verba Remigij modô, eum, videlicet, intelligere, panem Eucharistiæ unum esse corpus cum eô quod è virgine sumptum est, quemadmodum imago Regis & Rex unum dicuntur Veteribus, relatione nimirum non substantiâ. Sed commentarius hic in epistolam ad Hebræos Primasij non est, sed Authoris noni seculi, scilicet, Haymonis vel potius Remigij Antissiodorensis, ut patet tùm ex omnimodâ styli similitudine cum alijs ejus operibus, tùm ex collatione loci objecti cum ijs quę habet eadem verbotim prorsùs commentariô in epistolam ad Corinthios: cuique etiam eâ de causâ tanquàm Authori genuino restituendus est, ut libro tertio docebimus. Quis autem fuerit hujusce Authoris sensus, non est locus hîc inquirendi. Primasius.

Objici secundò potest, verum Primasium in caput secundum Apocalypseos dicere: *Nec hominibus præsentis temporis proderit spiritalis corporis Dominici manna, si illud indignè suscipiant, quià judicium sibi manducant & bibunt.* Verùm in his verbis nulla prorsùs est difficultas. Nam per *corpus Dominicum* proprium Domini corpus non designat, sed *sacramentum corporis*, de quô Augustinus: *Penè quidem sacramentum omnes corpus ejus dicunt.* Et ipsemet Primasius paulò antè inquiens in eodem capite: *Dominus Iesus Christus in cruce pependit, & in Ecclesiâ & in spirituali paradisô vitale alimentum cœlestisque panis præbet fidelibus sacramentum.* Sacramentum autem illud *spirituale* vocat, quemadmodum baptismus ab Ephræm *h* *Spiritualis* appellatur, & à Prosperô *Spiritualis unda*, aut quomodò ipsemet Author, Ecclesiam *spiritualem paradisum*, id est, mysticè sic dictum, indigetat. Quamquàm & aliter quoque posset exponi hic locus, quemadmodum observabimus in sequenti objectione.

h Vbi suprà.

i De promiss. & prædict. in prologo, & part. 1. c. 33.

Objicit denique *k* Perronius Primasium in caput *l* nonum ejusdem Apocalypseos libri scribere: *qui edit carnem meam* (inquit Dominus) *& bibit sanguinem meum, in me manet & ego in eô: pro eô, ac si diceret, qui sic edunt ut edenda sint, & sic bibunt ut bibendus est sanguis meus. Multi enim cùm videantur accipere, in Deô non manent, nec Deus in ipsis, quià judicium sibi manducare & bibere perhibentur.* Ubi Primasius statuere videtur Dominicum corpus & sanguinem ad judicium, ac proinde oraliter sumi posse. Verùm multotiès respondimus ad similem objectionem, per carnem & sanguinem de quibus Dominus apud Joannem, Veteres non semper intellexisse proprium ipsius corpus & sanguinem, sed interdum sacramentum corporis & sanguinis ejus, quod ad judicium sumi posse & oraliter, apud omnes in confessô est: Ac rursùm, Domini carnem & sanguinem accipere, dupliciter dici, nempè, vel *sacramento tenus*, vel *re verâ*, ut distinguit *m* Augustinus, posterio-

k De Euch. l. 2. Anth. 31. c. 2. Idem edit Basilienss. Nam Commentarius ille in cap. 9. Apocalyps. in bibliotheca Patrum nullus est.

l In edit. Basilienss.

m De Civit. Dei lib. 21. c. 25.

Cassiodorus.

steriorique sensu nunquàm ad judicium sumi, sed tantùm priori. Itaque respondemus Primasium in locô objectô, aut de sacramentô carnis & sanguinis loqui, quemadmodum verisimile reddidit ex eô quod immediatè de signis loquitur, inquiens, *sic etiam signum Dei in frontibus illi habere dicuntur, à quibus ut oportet habetur*; aut si de corpore & sanguine ipso loquitur, agere de eô quatenùs sacramentô tenùs, non autem re verâ manducatur & bibitur. Sed cùm Primasius *Augustini doctrinæ*, ut Bellarminus observat, addictissimus, hæc ab Augustinô videatur esse mutuatus, nosque in Augustini examine de manducatione impiorum hanc objectionem prolixè confutaverimus, non opus est in ea diutiùs immorari.

Examen Testimoniorum Cassiodori.

EADEM quoque tempestate vixit Cassiodorus, ac commentariô suô in Psalmos non omittendum nobis reliquit fidei suæ testimonium. Nam exponens hunc versiculum Psalmi trigesimi tertij, *Gustate & videte quàm suavis est Dominus*, ait: *Gustate non pertinet ad palatum, sed ad animæ suavissimam sensum qui divinâ contemplatione fagenatur. Nam ut ipsum gustum intelligeres, sequitur*, videte, *quod utique non ad os pertinet, sed ad inspectivam sinè dubio qualitatem, ut cum tale corpus accipimus, vitæ nobis ibimedi gratiam confidamus. Et ut ipsam communicationem non ad corpus commune traheres, Dominum dicit esse suavem, qui in eâ salutem hominibus pro suâ pietate concedit. Vita enim nostra qua re verâ Deus est, qui carnem sumptam ex Virgine Maria sibi univit, eamque propriam fecit, vivificatricem eam esse professus est, sicut ait in Evangeliô: Amen, Amen, dico vobis, nisi manducaveritis carnem filij hominis, & biberitis sanguinem ejus, non habebitis vitam in vobis.* Quid clarius? Manducatio carnis Christi & participatio sanguinis ejus, *non pertinet ad palatum, non pertinet ad os, sed ad animæ suavissimum sensum.* Nonnè idipsum est quod dicimus?

Verùm [b] Alphonsus de Castro objicit eumdem Cassiodorum commentario in Psalmum 110. sic loqui: *Tu es*, inquit, *Sacerdos in æternum secundùm ordinem Melchisedek. Hoc etiam Propheta promisisse Filio commemorat Patrem. Cui enim potest veraciter & evidenter aptari, nisi Domino salvatori qui corpus & sanguinem suum in panis ac vini erogatione salutariter consecravit? Sicut ipse in Evangeliô dicit*, nisi manducaveritis carnem filij hominis & biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam æternam. *Sed in istâ carne & sanguine nil cruentum, nil corruptibile mens humana concipiat, nè, sicut dicit Apostolus, qui corpus Domini indignè manducat, judicium sibi manducet, sed vivificatricem substantiam atque salutarem & ipsius Verbi propriam factam, per quam peccatorum remissio, & æternæ vitæ dona præstantur.* Hæc Cassiodorus, inquit Alphonsus, *qui manifestè fatetur in Eucharistiâ corpus ac sanguinem contineri, & hoc probat testimoniô adducto ex Ioannis sextô, quod viderit huic proposito aptissimum.* Sed Authoris mente obscuriùs hîc loquentis prorsùs abutitur. Quid enim vult Cassiodorus quandò ait, *Dominum in erogatione panis & vini corpus & sanguinem suum consecrasse?* Mens certè ipsius esse non potest, Dominum, proprium suum corpus ac sanguinem consecrasse. Consecrari enim est è communi sacrum fieri. Testatur Cyrillus: [c] *Ad sanctificationem vocari*, inquit, *arbitror id ex eô quod non est, quandò sanctificatur.* Intelligit ergò, non, proprium corpus & sanguinem *Consecrari in erogatione panis & vini*, sed panem & vinum fieri sacramentum corporis & sanguinis Christi, corporis illius, inquam, & sanguinis de quibus Dominus dixit, *Nisi manducaveritis carnem filij hominis & biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam æternam.* Sed tamen panem & vinum per consecrationem illam in corpus & sanguinem Christi, non ideò desinere verè esse panem & vinum, Author ipsemet indicat in sequentibus quandò ait: *Constat pecudum victimas periisse quæ fuerunt ordinis Aaron, & Melchisedek manere potiùs institutum, qui totô orbe in sacramentorum erogatione celebratur.* Quomodò enim Melchisedek maneret institutum, si *in sacramentorum erogatione* panis & vinum non daretur, prout illa olim protulit Melchisedek? Rursus autem quandò subjungit, in carne illâ ac sanguine Dominicô quorum panis & vinum sacramenta effecta sunt, *nil cruentum ac corruptibile* concipi debere, nè sicut Apostolus dicit, indignè manducando judicium manducetur, sensus ejus nullomodò est, carnem illam salutarem & vivificatricem ad judicium & condemnationem *re verâ* seu *in ipsâ veritate edi*; sed de ipsâ loquitur *sacramento tenùs* spectatâ, ut in Primasiô suprà diximus. Ea tenùs enim illam nonnunquàm ad judicium & condemnationem edi, facilè damus. Quamquàm dici quoquè potest, Cassiodori mentem esse, in carne & sanguine Domini quorum panis & vinum signa sunt, nihil cruentum ac corruptibile concipi debere, quasi illorum participatio palatô & ore fierêt, quià quisquis tale quidpiam, ubi corpus symbolicum, hoc est, panem consecratum manducat, de ipsis fortè cogitaret, panem illum sacramentalem ad judicium manducaret. Censere enim carnem & sanguinem Domini palatô & ore edi, est in illis quid cruentum & corruptibile cogitare. Nam ea ratio est carnium omnium quæ dente & ore eduntur, ut cruentæ sint & corruptibiles. Sacramentum autem corporis

Cassiodorus.

[c] *De Trinit. dialog. 6.* κλῆσιν ἁγιασμοῦ οἶμαι τοῦτο ἐκλαμβάνειν ἐφ᾽ ᾧ τὸ μὴ ὂν ἁγιάζεται, ἐπειδὴ ἁγιάζεται.

[b] *Advers. hæres. l. 6. vocabul. Eucharistia. hæres 4.*

Anastasius.

corporis cum hac cogitatione sumere, est *indignè accipere*, atque ita *judicium sibi manducare*.

Testimonium quoddam Anastasij Antiocheni rejicitur ut suppositititium, & quædam ejus genuina proponuntur.

EDITUS est, procurante Gretzero, tractatus sub titulo ὁδηγὸς seu *dux viæ*, quem contendit esse Anastasij Sinaitæ Patriarchæ Antiocheni hujus nominis primi, ubi Author ait, [d] Dominum non dixisse, *hoc est antitypum corporis & sanguinis mei*, sed *hoc est corpus meum, hoc est sanguis meus*. Locus autem [e] hîc foret ea verba expendendi, si certum esset tractatum illum Anastasij hujus esse. Verum, quæro vndeid constet: neque enim hoc facile creditu est. Ad confirmationem autem testes duos profert, videlicet, codicem bibliothecæ Bavaricæ nomen illius præferentem, & [f] Nicephorum Callistum inter Anastasij hujusce opera ὁδηγὸν recensentem. At hi minime sufficiunt. Nam idem codex Bavaricus, notante ipso Gretzero, eidem Anastasio pariter tribuit libellum cujus titulus est, *relatio de rebus gestis in Persia*, &c, de quo tamen ait: *oratio illa olet nescio quid fabularum ut difficile creditu sit ex Anastasij nostri officina prodiisse*. Ad Nicephorum autem quod attinet, authorem recentissimum, præter quam quod æquè in eo falli potuit, ac quando eumdem Anastasium ait à Judæis fuisse occisum, quod certò constat, & fatetur Gretzerus contigisse, non ipsi, sed alteri Anastasio ipsius successori; incertum esse ajo, utrum de hoc ὁδηγῷ cujus locus nobis opponitur, id intellexerit, an de libro prolixo quæstionum jam etiam edito quem ipse Gretzerus testatur in codicibus Bavaricis & Romanis pariter inscribi, *Βίβλος ἡ καλουμένη ὁδηγὸς τῶν ἁγίων πατέρων ἡμῶν Ἀναστασίου τοῦ σιναΐτου καὶ ὀρθοδόξου πατριάρχου Ἰουστινιανουπόλεως ἀντιοχείας*. Sed plus dico, utrumlibet Nicephorus intellexerit, eum deceptum fuisse, neutrumque illorum Anastasij I. Antiocheni esse posse. Non certe priorem. Nam in illo non modò citantur Authores Anastasio posteriores, ut [a] Author prati spiritualis Joannes Moschus, [b] Maximus, & [c] Nicephorus Constantinopolitanus, mentioque fit [d] Cypri à Saracenis expugnatæ quod contigit annis post Anastasij mortem ad minus [e] quadraginta septem; sed & ibidem Author ipse expresse notat, [f] *annum septingentesimum agi ex quo loca Sancta Orthodoxis erant restituta*. Quibus verbis planè indicat se post annum millesimum scribere. Nec quoque posteriorem; quod priusquam ostendamus, juvat Lectores monere, tractatum hunc non esse librum continui tenoris, sed rapsodiam ex variis scriptis tanquam centonibus ἀμιγῶς plane congestam. Nam caput tertium initium est alterius operis à duobus præcedentibus capitibus distincti, ut patet ex titulo illi appositio, *Anastasij minimi Monachi opus de Orthodoxa fide ex sactis literis ac Doctoribus decerptum*. Caput quartum similiter quod pro titulo habet, *Anastasij Presbyteri Sancti montis Sina opus de fide Oeconomiæ Christi Dei filij ad S. Ecclesiam Catholicam Babylonis scriptum*, novum prorsus opus esse & a cæteris separatum, non minus liquet. [g] Penes me est codex Græcus pro Joanne de Ragusio olim manu-scriptus, ubi sub hoc titulo, Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἀναστασίου πατριάρχου Ἰουστινιανουπόλεως, περὶ πίστεως, deprehendi extare duo tantummodò priora hujus ὁδηγοῦ capita, nec ea quidem inchoata a prioris initio, sed ab iis verbis quibus pro titulo apponitur, *brevis expositio fidei*: vicissim autem ad compensationem plurimas alias definitiones & distinctiones habens quæ editioni Gretzerianæ ad finem secundi capitis, & cæteris quos vidi codicibus manuscriptis desunt. Tres autem vidi Bibliothecæ Regiæ, quorum duo sine Authoris nomine, [h] unus cum hoc titulo, Τοῦ ἁγίου πατρὸς ἡμῶν Ἀναστασίου τῶν ὑπερόπτων τοῦ ὄρους, &c, [i] alter cum illo, Τοῦ ἁγίου ὄρους διαφόρου τὰ κατὰ τὴν ὀρθόδοξον πίστιν τῆς ἁγίας καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας, &c, ea tantum complectuntur quæ tractatus editus habet duobus prioribus capitibus: ac reipsa idem sunt cum libello illis adhuc breviori qui extat inter Athanasij odera sub titulo, *tractatus de definitionibus*. Tertius, [k] ea ferè omnia continet quæ habentur in editis, sed & in plurimis multò auctior, & ordine non eodem. Caret enim eo exordio & indice quæ in editione caput primum antecedunt. Titulus fere idem, tamen absque Authoris nomine, cui subjiciuntur ea quæ primo editionis capite habentur usque ad §. τῆς καθ' ἡμᾶς πίστεως βροτοὺς ἁγίας οὔσης, *universa genitis nostri*, &c. His dein verbis, quasi novum opus inchoarent præponitur hic titulus, Ἀναστασίου μοναχοῦ τοῦ Σινᾶ ὄρους τῆς θεολογίας ὑποθέσεων τὸ ὀρθοῦν βιβλίον τῆς εὐσεβείας λέγεται ὁδηγὸς. Inde ad finem usque capitis secundi, scholio excepto, cum editis consentiens, subjungit triginta duo folia quæ ab illo prorsus absunt, excepta de Eucharistia cum Gajanitis disceptatione quæ cum in editione remota sit, ad caput nempè

[d] Cap. 23.

[e] Factus est Episcop. Antioch. anno Dom. 561.

[f] Histor. Ecclesiastic. l. 18. cap. 44.

[a] q. 66.
[b] q. 80.
[c] q. 2.
[d] q. 94.
[e] Vid. Hist. or miscell. l. 19.
[f] q. 117.

[g] Est Danielis Mancleri Doctoris Medici Vibriacensis in Campania.

[h] Numer. 2218.

[i] Numer. 1067.

[k] Numer. 1046.

Anastasius. vigesimum tertium nono folio hîc haberur. Ab his autem triginta duobus foliis redit cum editis, in nonnullis tamen brevior, usque ad finem, cui subjunguntur quasi continui operis innumera veterum testimonia tractatum sexies majorem conficientia. Jam vero ὁδηγὸς hujus Authorem non esse Anastasium Antiochenum hujus nominis primum duo invicte ostendunt. Unum est, quod in illo codice Regio foliorum supra memoratorum trigesimo secundo citetur ἀναστάσιος Πάπιχου ἀντιοχείας ἐν τῷ πρὸς Σεργιὸν γραμματικόν Quomodò enim is, in hoc tractatu compositus cum adhuc Monachus & Presbyter foret, ut passim testatur, & notat ipse Gretzerus; tanquam Episcopum citare valeret? Alterum est, quod Author hujus operis meminit Eulogij Alexandrini Episcopi tanquam dudum mortui: *Narrabant, inquit, nobis Catholici qui Alexandriæ degunt, post tempora B. Eulogij Papæ ibi fuisse quendam Anguitalem Severianum qui satis diu quatuordecim librarios ejusdem secum sententiæ habuerit, ex ipsius mandato residentes & depravantes libros dogmatum S. Patrum.* Quomodo autem Anastasius Antiochenus anno Domini quingentesimo nonagesimo nono defunctus, ut ipsemet Gretzerus agnoscit, referre potuerit quod in Alexandria contigit post tempora Eulogij, teste Baronio, anno sexcentesimo octavo mortui? Sed, nec quoque dici potest, tractatum hunc esse alterius Anastasij qui huic immediate successit, propter eandem Eulogij defuncti mentionem. Interfectus enim fuit Anastasius secundus à Judæis ineunte anno Phocæ septimo, id est, anno Domini sexcentesimo octavo, [m] Decembris vigesimo primo. Objerat autem Eulogius [n] septembris præcedentis decimo tertio. Quomodò igitur hic author adhuc Monachus cum tractatum hunc scriberet, potest esse Anastasius secundus qui quando Eulogius objit jam per octennium Episcopatu fungebatus? Primo enim successit anno quingentesimo nonagesimo nono ex omnium confessione. Ergo in posterum desinant Adversarij librum hunc nobis objicere sub nomine ullius horum duorum Anastasiorum nisi velint nos illico falsi dicam illis scribere. De Authore autem illo, quisquis sit, & verborum ipsius objectorum sensu, paulò infrà dicturi sumus in historiâ declinationis antiquæ fidei operi nostro subjecta. Verum interea juvat ex vero, ni fallor Anastasio Antiocheno duo notatione digna contra Adversarios ipsos urgere. Extat enim liber *de rectis fidei dogmatibus* sub ejus nomine editus, orationes quinque complectens eumdem prorsus genium Spiritumque redolentes, quas ipsius esse penè certò constare videatur, cùm in primaillarum notet, tibi jam loqui non licere, se incurrisse *divinam visitationem*, se *inopia librorum laborare*, & in tertia, *se libros sacros non habere*, quippè *in exilio constitutum*: quod optimè quadrat in Anastasium hujusce nominis primum à Justino a Imperatore vi in exilium pulsum, ibidemque, Gregorio interim ipsi suffecto, per annos prope viginti quatuor detentum. Quo in libro totus noster est.

Anastasius. a *Evagr. Hist. lib. 5, cap. 5.*

Primò enim in b oratione de Trinitate de Spiritu Sancto loquens, ait: *Dicitur Spiritus Dei & Spiritus Christi, non sicut ministrantes Spiritus ad ministerium missi; illi & incircumscriptam substantiam habent, ita ut non posset, exempli gratia Gabriel esse in Cælo & simul apud Virginem, nec apud Danielem in Babylonia, & in Judæa apud Abacuc, si quidem creata est natura ejus. At Spiritus Sanctus qui omnia implet, & in Judæa aderat Prophetis, & captivis in Babylonia, & eos qui in Ægypto erant non derelinquebat, omnibus præsens ut quisque capax erat, & sapientiam tradens proportione fidei. Si quidem omnes Apostolos implevit, & loquebantur variis linguis prout Spiritus Sanctus dabat eis eloqui: & peregrinabatur cum peregrinantibus, & cum Commorantibus commorabatur, individuè & impartibiliter cum omnibus habitans: & Antiochiæ Barnabam & Saulum ordinabat, & cum Petro atque Ioanne in Samaria aderat, & ad alios quidem veniebat per impositionem manuum Apostolorum per quos loquebatur, alios verò ad prædicandum mittebat, alios non jinebat ire quo volebant. Hæc omnia sunt exempla divinarum operationum quibus substantia aperte declaratur.* Palmarium sanè locum, quamvis indirectè tantùm quæstionem nostram attingentem. Ait enim, Angelos in pluribus simul locis esse non posse, tribus de causis. Prima est, quia *circumscriptam substantiam habent*. Intelligit ergò, quodcumque circumscriptum est in pluribus simul locis nullomodò esse posse. Rationem dicti reddit in oratione de incircumscripto, quandò dicit: *Si quidem ab altero terminari substantiam, terminati circumscriptam esse demonstrat, ut quæ non possit circumscribere quod ipsam terminat.* Si enim esset extrà id quod ipsam terminat, in locis nimirum innumeris simul existens, posset illud circumscribere. At corpus Domini necessariò est circumscriptum: *proprium enim est*, inquit ibidem, *corporum & creaturarum circumscribi, incorporei & increati non circumscribi.* Ergo non potest ex Anastasij regula simul esse in pluribus locis, nec proinde in innumeris in Eucharistia. Secundò, quia *creata est natura* illorum. At corpus Christi *natura creata* est: non igitur potest esse simul in pluribus locis, nec in Eucharistia utiquè, quandoquidem in Cœlo semper est. Tertiò, quia esse in pluribus simul locis, idque *individuè & impartibiliter*, *exempla esse* dicit *divinarum operationum quibus substantia apertè declaratur.* Mens igitur ipsius est πολυ-

b *Orat. 5.*

c *Orat. 5.*

m *Vide Baron. in Martyrol. ad 21. Dec. & 21. Aprilis.*

n *Vide Baron. ad ann. 608 & Martyrol. ad 13. Sept.*

l *cap. 10.*

πάντως

Gergorius I.

σωμάτων attributum & effectum esse per quod substantia sic existens Deus esse apertè probatur & declaratur. Quomodò, si corpus Christi quod non divina est, sed humana substantia, innumeris simul in locis in Eucharistia foret? Undè quoquè patet, novo velut argumento, Anastatium hunc alium omninò esse ab Authore τῷ ὁδηγῷ, si quidem Author ὁδηγῷ (nisi fortè verba ejus commoda aliqua interpretatione salvari queant) contrarium prorsus ait, corpus Dominicum post resurrectionem propter incorruptionem & tenuitatem [d] *omni carni eadem hora in diversis locis conspiciendum se se exhibere* posse nova & hactenus inaudita præsumptione definiens.

[d] *Cap.* 23.

Secundò, de ipsomet Domino tractans, ait, [e] *postquam sepulchrum die tertio qui verè humatus erat reliquit, oportebat ut rursus cum corpore assumpto ad Patrem qui miserat ascenderet, qui descenderat ad tollendum peccatum mundi. Non enim erat in posterum terra locus idoneus & aptus corpori quod crassitudinem carneam deposuerat, & ex corruptibili factum erat incorruptibile, ex mortale immortale, ex animali spirituale. Sicut enim locus terrenus corporum crassorum domicilium est, sic locus Cœlestis spiritualium.* At quomodò dicere posset terram non amplius esse locum idoneum & aptum corpori Domini glorioso, si centies & millies amplius etiamnum esset in terra quam antè resurrectionem & in Cœlos ascensionem, idque perpetuo? Dicere contra debuisset, terram jam effectam esse locum ei magis aptum quam prius fuisset, cum antequàm discessisset ac in Cœlum ascendisset, uno tantum loco in terra foret, nunc autem in tot locis sit in quot Eucharistia ubiquè terrarum celebratur. Evidenter igitur patet ex ipsius sententia corpus Dominicum non jam amplius in terra, nec proindè quoque in Eucharistia esse.

[e] *De resurrect. erat.* 5.

Examen Testimoniorum * *Gregorij I. Romani Episcop.*

* Fallus est *Episcop. ann.* 590.

DEVENIMUS juxta temporum seriem ad Gregorium hujus nominis I. Romanum Episcopum, cujus loca duo ab illustri Plessæo objecta expendit [o] Perronius. Et priorem quidem locum mutuatum ex Thoma Aquinate qui illum contra Græcos ex Registro citat his verbis: *tam azymum quam fermentatum dum sumimus, verum corpus Domini nostri salvatoris efficimur*: posteriorem verò ex lib. 1. in 1. Reg. Verum, neutrum nobis propositum est urgere. Non priorem. Nam licet nobis valdè faveat, quandoquidem si in Eucharistia sumimus azymum aut fermentatum, verum semper panem sumimus, cum azymum aut fermentatum esse proprietas sit substantiæ, non autem accidentium, ut ridicule excipit Perronius; tamen valde dubium est, an vere Gregorij hujus sit. In ejus enim, quod sciam, operibus non reperitur, & Gennadius [p] Scholarius ex eodem Gregorio quem Dialogum appellat eum referens, aliis verbis citat. Existimaverim ego Thomam & Gennadium falli: ac Gregorium VII. eum vere esse cujus verba ab iis citantur, quamvis non κατὰ λέξιν. Is enim in [q] registro epistolarum suarum similia aliqua habet, ab uno autem ad alium facilis transitus fuit. Non posteriorem quoque, quia ad quæstionem nostram non satis habet virium. Duo igitur alia loca certiora ac illustriora illorum loco subjiciam.

[o] *L.* 2. *Anth.* 81.

Gregorius I.

[p] *Pro Concilio Florent. cap.* 1. *sect.* 8.

[q] *Lib.* 8. *ep.* 1.

Primo enim in Moralibus sic loquitur: [r] *Non sicut Eutychius Constantinopolitana urbis Episcopus scripsit, corpus nostrum in illa resurrectionis gloria erit impalpabile, ventis aëreque subtilius. In illa enim resurrectionis gloria erit corpus nostrum subtile quidem per effectum spiritalis potentiæ, sed palpabile per veritatem naturæ. Undè etiam Redemptor noster dubitantibus de sua resurrectione Discipulis, ostendit manus & latus, palpanda ossa carnemque præbuit, dicens, palpate, videte, quia Spiritus carnem & ossa non habet sicut me videtis habere.* Et rursum: [m] *quidem errorum sequaces arbitrantur quia post resurrectionem corpus palpabile non erit, sed invisibilis corporis subtilitas caro vocabitur.* Et paulo post: *Nos B. Iob fidem sequentes & redemptoris nostri, post resurrectionem corpus palpabile veraciter credentes fatemur carnem nostram post resurrectionem futuram, & eandem, & diversam, eandem per naturam, diversam per gloriam, eandem per veritatem, diversam per potentiam. Erit itaquè subtilis, quia & incorruptibilis: erit palpabilis, quia non amittet essentiam veracis naturæ.* Verba sane notabilia. Ait enim, tum, corpus Domini jam glorioſum, tum etiam nostra post resurrectionem palpabilia esse debere *per*, id est, propter *veritatem naturæ*, errorumque sequaces esse illos qui eis impalpabilitatem & invisibilitatem tribuunt: denique, palpabilitatem iis denegari non posse quin eo ipso amittere dicantur naturæ veracis essentiam. Quomodo autem id dicere potuisset, si Domini corpus in Eucharistiâ impalpabile & invisibile esse credidisset? Nam si ipsummet Domini corpus glorioſum palpabile ac visibile esse necesse est, quoniam alioqui naturæ suæ essentiam amitteret, impossibile prorsus est illud in Eucharistia esse: in ea enim non est, fatentibus Adversariis, nisi impalpabile, & invisibile. Cum igitur impalpabile & invisibile esse nequeat, in Eucharistiâ proinde non esse ex Gregorij mente dicendum est.

[r] *Lib.* 14. *c.* 31.

[m] *Ibid. c.* 31.

Secundo, idem Gregorius in [n] Dialogis suis refert mulierem quamdam nomine Romulam sub mortis tempus ab alia quadam fœmina nomine Redempta quæ illi mortua magistra

[n] *Dialog.* 4. *c.* 15.

Gregorius I.

magistra erat, viaticum (id est, Eucharistiam) accepisse, & illicò obijsse. Quis verò concesserit fas fuisse fœminæ alteri mulieri Eucharistiam tradere, si tum creditum fuisset eam ipsummet Domini glorioſum corpus esse? Affixta Sixto Papæ decretalis Epistola prohibet, a *vel sacra quidē vasa* contingi à Laicis: & Concilium Altissiodorense circa b illa ipsa Gregorij tempora docet, non licere *mulieri nuda manu Eucharistiā* vel quidem *accipere*.

a *Apud Grat. de consecr. dist. 1. c. in sanctis.*

b *Celebrat. ann. 578.*

Perronius tamen, Bellarminus, & alij nonnulla quoque ex eo contrà nos urgent examine digna.

Primo ergo objiciunt hæc verba: c *Quis fidelium habere dubium possit in ipsa immolationis hora ad sacerdotis vocem cœlos aperiri, in illo Iesu Christi mysterio Angelorum choros adesse, summis ima sociari, terrena cœlestibus jungi, vnum quoque ex visibilibus & invisibilibus fieri?* Ad quæ notat Perronius, *Gregorium ibi loqui de vnione speciei sacramentalis cum corpore & sanguine Christi.* Sed ridicule prorsus. Nam primò, quis non videt illum de cœlorum apertura oratoriè & hyperbolice loqui ad commendandum actionis mysterium? Cœlos enim aperiri si proprie intelligeret, id fieri existimaret, aut ut Angeli inde descenderent, aut ut corpus Christi descendere posset. Cœli autem propria apertio ad utrumque inutilis est. Nam Angeli ut descendant ea nullomodò opus habent propter naturæ suæ conditionem: corpus Christi minus adhuc, cum Adversarij ipsi fateantur illud de cœlo non descendere. Secundo, respondere possem cum Alberto Magno ad hunc locum notante: d *cœli dicuntur aperiri quoad præsentiam virtutis operantis in sacramento, Et hoc est nobis cœlos aperiri, sicut frequenter accipitur in sacra scriptura quando aliquid cœleste ostenditur, sicut Ezechiel. 1. & Matth. 3.* Verum addo, falsissimum esse, per vnionem terrenorum cum cœlestibus ac visibilium cum invisibilibus Gregorium intelligere vnionem specierum sacramentalium cum corpore & sanguine Christi. Si enim ea mens ipsius foret quamobrem diceret id *horæ immolationis* contingere? Supposititia quippe illa vnio ex ipsorum Adversariorum confessione ac hypothesi non fit immolationis horâ, sed horâ consecrationis quæ immolationem præcedit. Præterquam quod & eo ipso supponeret Domini corpus invisibile esse, cujus contrarium Gregorius ipse suprà testatus est. Itaque eum dico per hanc vnionem intelligere vnionem hominum & Angelorum. Angelos enim, & Eucharistiæ, & baptismi celebrationi adesse, concentumque Spiritualem cum hominibus instituere Veteres observant, ut in Chrysostomo & alibi ostendimus. Verba quoque Gregorij id manifeste indicant. Vnioni enim illi rerum terrenarum & cœlestium, visibilium & invisibilium præponit hæc jam citata: *quis fidelium dubium habere posset in ipsa immolationis hora ad sacerdotis vocem cœlos aperiri, in illo Iesu Christi mysterio Angelorum choros adesse?* Deinde subjungit explicationis gratia, *summis ima sociari, terrena cœlestibus jungi, vnum quoque ex visibilibus & invisibilibus fieri.* Vbi series sermonis luce clarius innuit, eum per *res summas, cœlestes & invisibiles*, Angelos intelligere, per *ima vero terrena & visibiles* tum sacerdotem celebrantem & Christum in *sacramento* (ut loquitur e Augustinus, id est, repræsentativè) immolantem, seu, propriè loquendo, *immolantem panem & vinum corporis & sanguinis Domini verissimum sacramentum*, quemadmodum id explicat f Isidorus; tum etiam fideles adstantes & communicantes.

c *Dialog. l. 4. c. 58.*

d *In 4. sent. dist. 11. art. 3.*

Gregorius I.

e *Epistol. 23.*

f *De Eccles. Offic. c. 18.*

At instat Perronius: *phrasin hanc*, fieri vnum, *ostendere Gregorium intelligere fieri vnum per vnitatem substantiæ. Patres enim omnes contra Arrianos contendunt vocabulum* unum *substantiæ vnitatem importare.* Verum, quale quæso, hoc argumentum est, Patres docent Dominum dicentem, *Ego & pater vnum sumus*, de substantiæ unitate loqui: Ergo quando Gregorius ait, unum ex visibilibus & invisibilibus fieri, unum quoque illud de unitate substantiæ intelligit? Aliquid-nè ineptius à quoquam fingi potuit? Quasi vero omnis unitas, substantiæ unitas foret propriè & strictè sic appellata. Ergo quando Chrysostomus ait: g *vnus Spiritus nos constituit ac in vnum corpus redigit*, intelligit nos esse unum per unitatem substantialem & numericam. Et quando Author elegantissimus vulgo dictus Zeno Veronensis clamabat in invitatione ad baptismum, h *quid statu, ætate, genere, sexu, conditione diversi, mox vnum futuri?* sensus ejus erat homines & fœminas per baptismum unum fieri unitate substantiæ. Et quando Isidorus Hispalensis dicebat de Sanctis, i *in vnitatem sunt contexti ex multorum fratrum membris, omnes vnum in Christo corpus effecti sunt* id intelligebat de unitate substantiæ. Denique, quando ipsemet Gregorius de fidelibus loquens, ait: k *qui corporalium more membrorum dum vicissim sibi affecta officia impendunt, vnum dessemet-ipsis omnibus corpus reddunt*; eos intelligit numerice unum corpus substantiale esse. Quis vero sanus id dixerit? Deinde, quamvis daremus hanc suppositionem, quid inde rediret ad Perronium? Species-ne panis & vini, ac corpus & sanguis Christi unum-ne efficiuntur per unitatem substantiæ? Id sane falsissimum est & absurdissimum, & miror virum subtilem tam insana effutire.

g *In 1. ad Cor. hom. 30.* Εἷς πνεῦμα ἐσμεν πάντες συνεκέρασε, καὶ εἰς ἓν σῶμα πάντας συνέφερε.

h *De peccat. servi 9. invitat. ad fontem.*

i *In Exod. c. 5.*

Rursum verò instat his verbis: *Gregorius paulo ante de altaris oblatione loquens, ait:* Ejus quippe corpus ibi sumitur, ejus caro in populi salutem partitur, ejus sanguis non jam in manus infidelium, sed in ora fidelium funditur;

k *Moral. in Iob. lib. 28. cap. 11. Ex lin. 6.*

Gregorius. 1.

dicitur, *Ac rursus in* [1] *eodem opere narrat, Papam Agapetum virum ex prædecessoribus suis ad mutum miraculosè curandum illi corpus Christi in os misisse, ac ita linguam ejus ad loquendum solutam fuisse.* Sed levis est objectio. Intelligit enim Gregorius corpus Christi & sanguinem in ore fidelium mitti & fundi, quomodo ibidem ait immediate ante priora verba objecta, *pro nobis iterum in hoc mysterio sacra oblationis immolatur.* Ubi sensus ejus minimè est, Christum proprie loquendo immolari & mactari, sed immolari dicit quia ejus immolatio per sacramentum repræsentatur. Similiter quoque dicit corpus & sanguinem Domini in ora fidelium mitti, quatenus scilicet sacramentum corporis & sanguinis ejus in eorum ora mittitur. Quod & inde patet, quia dicit carnem ejus in populi salutem partiri & sanguinem ipsius in ora fidelium fundi. Nam propriæ carnis Domini *partes non facimus*, ut observat [m] Augustinus. Eam esse individibilem, &, ut ita dicam, infrangibilem, nec frustatim & minutatim distribui posse Adversarij ipsi fatentur: Nec sanguis ipsius extra venas jam effunditur, ut proprie dici possit in ora fidelium. Sed caro partiri dicitur quia panis qui in signo ipsius caro est *ad distribuendum comminuitur*, ut loquitur [n] Augustinus, vinumque *mysticum sanguinis ipsius signum*, ut [o] Clemens Alexandrinus alibi illud appellat, à pane separatum in communicantium ora effunditur. Sic locus hic Gregorij non modò nobis non adversatur, sed & satis aperte favet contra Adversarios.

Secundò objiciunt quod ait: a *bonus pastor pro ovibus animam suam posuit ut in sacramento nostro corpus & sanguinem suum verteret, & oves quas redemerat carnis suæ alimento satiaret.* Ad quæ Perronius notat: *verba hæc*, vertere corpus & sanguinem suum, *idem esse, ac corpus suum forma, facie, ac figura mutare, & illud nobis sub alia specie & apparentia exteriori exhibere. Quemadmodum quandò Virgilius de Proteo ait*, formas se vertit in omnes; *& de Megara qua volucris formam induit*, hanc versa in faciem; *& de Apolline sub effigie Butis apparenti*, formâ tùm vertitur oris, Antiquum in Butem. *Vndè Latini Deorum aliquem* Vertumnum *nominaverunt propter varias formas sub quibus apparebat ac se transfigurabat. Quod & Ambrosius expressit verbo*, transfigurare, *cum ait*, [b] corpus transfigurandum altaribus. *Quomodò autem in sacramento nostro Christus corpus suum forma mutat, si corpus illud non est specie sacramenti, nec in sacramento quidquam præter signum ejus accipimus?* Verùm infœlici omine à fabulis comparationem ducit: fabula quippè mera est quam Gregorio affingit. Quandò enim Gregorius ait, *Dominum in sacramento corpus ac sanguinem suum vertere*, sensus ejus minimè est, Dominum corpus & sanguinem suum quoad formam & figuram mutare, quod sanè falsissimum foret; sed tantum intelligit, illum corpus & sanguinem suum in cibum spiritualem nobis vertere. Quod Macarius his verbis fusius exprimit: [c] *Facilia sunt omnia ei qui in qua vult se transmutat in gratiam fidelium & eo dignarum animarum*, &c. *Corporificat se atque Dominus in escam & potum, prout scriptum est in Evangelio, qui manducat hunc panem vivet in æternum, ut inenarrabili modo tranquillet & impleat animam lætitia spirituali. Ait enim, ego sum panis vivus. Similiter & in potum Cœlestis potionis, sicut dixit, qui biberit ex aqua quam ego dabo ei, &c. Nam omnia quæ vult sunt ei facilia, & quandò vult seipsum demittendo corporificat & transformat, conspicuum se diligentibus reddens in gloria luminis inaccessa.* Et Nyssenus mannæ figuram Domino accommodans: [d] *panis hic absque agricultura paratus, Verbum est, qualitatis varietate secundum vescentium opportunitates virtutem suam transmutans. Novit enim non modo panis esse, sed & lac, & carnes, & olus fieri, & quicquid congruum & optabile est utentibus.* Itaquè, Gregorij mens est, Dominum pro nobis vitam suam posuisse ut corpus & sanguis ipsius per passionem parata nobis in cibum & potum verterent. Sic antè ipsum Cyprianus: [e] *quomodò ad potandum vinum venire non potest nisi botrus calcetur antè & prematur, sic nec nos sanguinem Christi possemus bibere, nisi Christus calcatus prius fuisset & pressus.* Et Hesychius post Nyssenum: [f] *Carnem ejus quæ antè passionem inepta erat ad comedendum*, &c. *aptam cibo per passionem fecit. Si enim non fuisset crucifixus, sacrificium corporis ejus minime comederemus.* Et rursùm: [g] *Saltaginem, Domini crucem utpotè fortem & nihil abhorrentem humanorum peccatorum læsam accipi oportet, quæ etiam superimpositam Dominicam carnem esibilem reddidit. Nisi enim superimposita fuisset cruci, nos corpus Christi nequaquam mysticè percepissemus.* Et Gregorius ipsemet: [h] *potest per palmam crux Christi intelligi. Palma enim in sublime valdè crescens dulcissimos fructus gignit, & crux Christi cœlestem cibum nobis præparavit.* Nam Veteres censent corpus & sanguinem Christi nobis cibum & potum esse quâ mortuum & effusum. Illa ergò nobis Dominus per passionem suam paravit, eaque in sacramenti nostri usu nobis in cibum & potum vertit, participandaque affert, quemadmodum Apostolus ait, *poculum benedictionis cui benedicimus nonnè Communio sanguinis Christi est, & panis quem frangimus nonnè communio corporis Christi est?* Non certè, quod corpus & sanguis ejus in pane & poculo deliteſcant, sed quia *panem visibilem* (ut Macarius suprà memoratus [i] observat) *edentes, spiritualiter carnem Domini manducamus.* Ad Ambrosium autem quod attinet, eum dico, transfigurare, sumere

1 *Dialog. l. 3. c. 3.*

m *Apud Bedam. 1. ad Corinth.*

n *Epist. 59.*

o *Pædag. lib. 2. c. 2.*

1 *In Evang. hom. 14.*

b *De incarn. c. 4.*

Gregorius. 1.

c *Homil. 4. supr. citatâ in Macario.*

d *De Vitâ Mosis suprà citat. in Nysseno.*

e *Lib. 2. ep. 3. seu epist. 63.*

f *In Levit. lib. 1.*

g *Ibid. l. 2.*

h *In Cantic. 7.*

i *Homil. 27.*

Gregorius I.

pro figurare, quemadmodum passim *transmutare* pro *mutare* ponitur, & apud Veteres Latinos *transdere*, unde factum est tradere pro *dare*: ac sensum ipsius esse, corpus Christi in altaribus figurari, nimirum, à pane Eucharistico. Quod certissimum est, & nullomodò in rem Adversariorum.

k *In Evang. hom. 22.*

Tertiò objiciunt hæc verba: k *Quid sit sanguis agni, non jam audiendo, sed bibendo didicistis. Qui sanguis super utrumque postem ponitur, quando non solum ore corporis, sed etiam ore cordis hauritur.* Ad quæ Perronius notat: *relativum quo utitur Gregorius ostendit eum loqui de vero sanguine, non autem de simplici sanguinis signo. Tum etiam illico addit super circumstantia de agno paschali per noctem manducando*: in nocte quippe agnum comedimus quia in sacramento modò dominicum corpus accipimus, quâdò adhuc ad invicē nostras conscientias non videmus. *Quo loco noctem appellat tam velum sacramenti sub quo corpus nobis exhibetur, quam velum corporum nostrorū quod nos probibet conscientias nostras invicem perspicere. Et rursus*: quid prodest corpus & sanguinem illius ore percipere & ei perversis moribus contra-ire. *Ita Gregorius.* Mirum sane acumen hominis! Relativum, inquit, quo utitur Gregorius ostendit eum loqui de vero sanguine, non autem de simplici sanguinis signo. Quamobrem verò id ostendit? Relativum enim illud, *qui sanguis*, indicat quidem eum loqui de sanguine de quo dixerat, *quid sit sanguis agni, non jam audiendo, sed bibendo didicistis*: sed eum loqui de vero sanguine, non de sacramento sanguinis, ab hoc relativo nullomodò indicatur. Dico ergo primo nihil obstare quominus respondeamus Gregorium non loqui de proprio agni divini corpore & sanguine, sed de sacramentali, hoc est, de pane & vino sanguinis & corporis sacramento: imò Gregorium ipsum videri id innuere, quando immediate ante ultimum locum objectum ait, *sola redemptoris nostri percepta sacramenta ad veram solemnitatem mentis non sufficiunt, nisi quoque & eis bona opera jungantur.* Quis enim dixerit *redemptoris sacramenta* esse redemptorē ipsum, cum Tertullianus asserat, l *nulla res alicujus ipsa est cujus est*? Sacramenta autem carnis & sanguinis Christi ore sumi ac percipi, apud omnes in confesso est. Verum, quamlibet daremus Gregorium loqui de proprio Domini corpore & sanguine, ne id quidem Adversariis prodesset, ut ipsi putant. Dupliciter enim corpus & sanguis ejus accipi dicitur, ut alibi jam à nobis ex Augustino est observatum, nimirum, vel *in sacramento* (hoc est, in signo) *visibiliter*, vel *in ipsa veritate spiritualiter*. Verba ipsius sunt: m *vita unicuique erit corpus & sanguis Christi, si quod in sacramento visibiliter sumitur, in ipsa veritate spiritualiter manducetur, spiritualiter bibatur.* Atque in hunc priorem sensum facile exponi possunt ea Gregorii verba, in sacramento modò dominicum corpus accipimus. In signo enim accipere quodammodò est umbratiliter seu quasi nocte edere, cum Christi corpus ut pote ab oculis nostris per ascensionem in cœlos ablatum jam non realiter & substantialiter præsens habeamus. Utroque igitur respectu dixerit hîc Gregorius, nos corpus & sanguinem Domini, tum ore, tum corde sumere: ore, nempè, in sacramento, undè & alibi hanc locutionem exponens, *sacramentum*, n inquit, *ore percipiunt*; & corde in veritate, quemadmodum pariter ait, o *cibum semetipsum carnalium* (id est, hominum carne indutorum) *mentibus prabuit, dicens, qui comedit carnem meam & bibit sanguinem meum, in me manet, & ego in eo.* Sed plura de his diximus apud Augustinum, quo Lectores remittimus.

Gregorius I.

b *Lib. 1. hist. post. in 1. Reg. cap. 1.*

c *Moral l. 7. c. 4. Vid. & in 1. Reg. c. 1. in Verba, sed qui invo. molassit.*

Quartò objicit Perronius Gregorium invehi d *in audaces dominici corporis susceptores.* Imo, & de indignis dicere: *Domini carnem manducant quoad veritatem essentia, sed non quoad effectus salubritatem.* Verum hæc parvi momenti sunt. Facile enim est excipere, illum utrobiquè, non de propria Domini carne, sed de symbolica ac sacramentali loqui, hoc est, de carnis & corporis ipsius signo. Nam cum Augustinus dicat, e *penè quidem sacramentum omnes corpus ejus dicunt*, quidni Gregorius illud quoque sic appellaret? Ad posteriorem vero locum, si is Gregorij foret, specialiter dici posset; ejus sensum esse, indignos carnem illam (sacramentalem nempe) quoad essentiæ suæ sacramentalis veritatem accipere: quod sanè verum est. Nam cum essentia seu ratio formalis sacramenti quâ sacramentum est, non pendeat à recipientis dignitate aut indignitate, sed ab institutione divina, indigni recte dici possunt illud quoad essentię suę veritatem manducare, cum sacramentum re vera edant, licet propter indignitatem effectum ipsius salutarem non percipiant. Gregorius ipsemet in hunc sensum loquitur paulò post priorem locum objectum, dicens: *etsi sacramentum* (nota) *ore percipiunt, virtute sacramenti nequaquam replentur.* Sed incertum omnino est, utrum verè Gregorij sit. Perronius enim illum tantum Gallicè profert, nec undè sumptum sit, indicat, ut subtesta ipsius fides merito videri possit. Non me latet, f Estium illum citare ex lib. 2. in 1. lib. Reg. cap. 1. Sed nec inibi tale quid reperire est.

d *In 1. Reg. lib. 2. c. 1.*

e *De Verb. Dom. serm. 13.*

f *In 4. Sententt. dist. 9. §. 2.*

Quintò, inquit Bellarminus, *Gregorius insigni miraculo probavit verè panem in carnem Domini conversi, ut testantur Ioannes Diaconus lib. 2. vita S. Gregorij c. 41. Et Paulus Diaconus in vita ejusdem.* Verum Perronius ait, *nolle se hæc adducere, quia licet de Gregorio scripta sint,*

l *Contr. Praxeam.*

m *De Verb. Apost. serm. 3.*

Gregorius I.

sint, non tamen ab ipso Gregorio sint conscripta. Bellarmino sanè judiciosius. Quis enim credat, si quid tale contigisset, Gregorium in Dialogis suis ubi tot miracula etiam (ut g Canus notat) *vulgo jactata & credita* recensset, tantum miraculum fuisse omissurum? Commentum ac figmentum est posteriorum seculorum longe post obitum Gregorij natum, spiritumque mendacij spirans. Narrat enim hæc fabellą Gregorium loco panis in altari sub corporali invenisse *partem digiti auricularis sanguine cruentatam.* Quod si verum foret, sequeretur partem illam a corpore Dominico fuisse separatam, imo & sanguinem ejus extra venas effusum fuisse, sicque corpus Christi divisibile etiamnum esse, sanguinemque re vera fusilem adhuc & passibilem: quorum tamen utrumque falsissimum & absurdissimum est.

g *Lecor. Theol. l. 11. c. 6.*

Isidorus. * *Factus est Hispalensis Episcopus anno Dom. 600.*

Examen Testimoniorum * *Isidori Hispalensis.*

GREGORIUM proximè sequitur Isidorus Hispalensis Episcopus, *Doctor egregius ecclesiaque Catholicæ novum decus & in seculorum fine doctissimus*, ut in Concilio Toletano octavo nominatur, cujus & nobilia possumus in rem nostram proferre testimonia.

Primò igitur ait: h *Christus in cœlum ascendens discessit quidem carne, sed præsens est maiestate, secundum illud quod ipse ait, Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem seculi.* Egregium sanè locum. Testatur enim Isidorus Dominum secundum carnem hinc discessisse, ac proinde jam absentem esse. Quomodò si eum juxta corpus per Eucharistiam innumeris in locis præsentem semper haberemus? Nec juvaret excipere, Isidorum præsentiam corporis Christi tantummodò visibilem excludere, non autem quamlibet, hoc est, etiam invisibilem secundum quam in Eucharistia est. Nam primo expresse dicit, Dominum in cœlos ascendentem carne hinc discessisse. Qui autem alicunde discedit: secundum id quod discedit substantialiter præsens amplius non est. Discessus enim elongationem importat & elongatio absentiam: absentia autem substantialis subjecti quod discessit præsentiæ ipsius substantialis necessario privativa est, ut sensus communis & ratio dictat. Deinde, huic carnis dominicæ discessioni & absentiæ opponit alterius rei juxta quam nobiscum est veram ac substantialem præsentiam. Igitur ex oppositorum regula præsentiam carnis Christi substantialem excludit. Denique, præsentiam invisibilem secundum quam Dominus nobiscum nunc est, contrahit ad præsentiam majestatis, hoc est, divinitatis. Quomodò Isidorus. si illum secundum carnem præsentem invisibiliter haberemus?

h *Sententi. l. 1. c. 16. vid. & de offic. Eccles. lib. 1. 17.*

Secundo, prophetiam Jacobi Patriarchæ de Aser, exponens: *Aser, i* inquit, *cujus nomen significat Divitias, idem Christus est, cujus est altitudo divitiarum, sapientia & scientia, qui propter nos factus est pauper cum dives esset. Cujus panis pinguis factus est, caro scilicet ejus quæ est esca Sanctorum: quam si quis manducaverit non morietur in æternum.* Et rursum alibi: k *hoc est manna indeficiens, hic est panis vivus & cœlestis, cibus Angelorum quo Dei Verbum corruptibiles incorruptibiliter pascit. Quod ut manducaret homo, caro factum est & habitavit in nobis. Quæ etiam qui vescuntur, spiritualiter vivunt.* Egregium pariter locum. Primo enim docet Isidorus carnem Domini *Sanctorum escam* esse: non igitur profanorum & impiorum. At profanorum etiam esca foret si in Eucharistia sub pane aut accidentibus panis præsens esset: profani enim & impij Eucharistiam percipiunt. Secundo addit, *quam si quis manducaverit, non morietur in æternum*, At impij & profani Eucharistiam licet participantes moriuntur in æternum. Ergo licet Eucharistiam participantes carnem Christi non manducant; ac Eucharistiâ proindè caro Christi proprie non est. Denique ait, eos qui verbum incarnatum edunt, spiritualiter vivere. At impij spiritualiter non vivunt, quamlibet Eucharistiam sumant. Non igitur verbo incarnato vescuntur quamlibet Eucharistiam sumant: ac de consequenti Eucharistia aliud est à verbo incarnato. Quid clarius? Scio illum alibi Aser de Domino intelligere, *cujus* l inquit, *pinguis est panis in ore fidelium.* Verum eo loco per panem non intelligit propriam Domini carnem, sed sacramentalem, hoc est, panem sacramenti.

i *In Genes. cap. 31.*

k *In Exod. cap. 23.*

l *Allegor. Vetet. Test.*

Tertio, de pane & vino Eucharistiæ loquens, a ait: *Panis quem frangimus corpus Christi est qui dicit, Ego sum panis vivus, &c. Vinum autem sanguis ejus est, & hoc est, quod scriptum est, ego sum vitis vera. Sed panis quia confirmat corpus, ideo Christi corpus nuncupatur, vinum autem quia sanguinem operatur in carne, ideo ad sanguinem Christi refertur. Hæc autem duo sunt visibilia, sanctificata autem per Spiritum Sanctum in sacramentum divini corporis transeunt.* Et rursum: b *sacrificium dictum, quasi sacrum factum, quia prece mystica consecratur in memoriam pro nobis dominicæ passionis. Unde hoc eo jubente corpus Christi & sanguinem dicimus quod dum sit ex fructibus terræ, sanctificatur & fit sacramentum operante invisibiliter Spiritu Dei: cujus panis & calicis sacramentum Græci Eucharistiam dicunt, quod Latine bona gratia interpretatur.* Ubi propemodum tot argumenta quot verba. Primo enim ait, *panis quem frangimus corpus Christi est.* Et rursum: *vinum sanguis ejus est.* At de priori ejusmodi propo-

a *De eccles. offic. lib. 1. c. 18. vid. & alium simillem locum apud Bertramum ex eodem Isidoro citatum, & quem nos dedit.*

b *Origin. l. 6. c. 19.*

propositione Bellarminus: c *non potest fieri ut vera sit* (propriè nimirum) *propositio in qua subjectum supponit pro pane, prædicatum autem pro corpore Christi. Panis enim & corpus Dominicum res diversissimæ sunt.* De posteriori similiter: d *propositio*, vinum est sanguis Domini, *docet, vinum esse sanguinem per similitudinem, reipsa autem & propriè esse vinum, non sanguinem.* Nec obstat quod Perronius ad eum locum à Beda ex Isidoro mutuatum respondet, e *per panem intelligi id quod species panis continet, per vinum id quod species vini continet.* Nam, ut taceam de inepția interpretationis illius quæ evidentissima est, cum aliud sit panis, aliud quod pane continetur, quæro ab illo quidnam sit id quod in specie panis & vini contineri dicit? intelligit procul dubio invisibile Domini corpus quod ipsimet fabulantur sub accidentibus panis & vini delitescere. Verum hæc interpretatio Isidori verbis multipli citer repugnat. Testatur enim Isidorus se per panem intelligere, panem illum quem frangimus. At corpus Domini non frangimus, cum infrangibile jam sit: non ergo corpus illud est quod per panem intelligit. Deindè, loquitur de pane *qui confirmat corpus* & de vino qui *sanguinem operatur in carne.* Ea autem operatio non est proprij corporis & sanguinis Dominici, sed panis & vini proprie sic appellatorum. Denique exponens, quid per panem & vinum de quibus loquitur, intelligat, immediate subjungit, *hæc autem duo visibilia.* Illa autem quæ sub speciebus panis & vini continentur, nempè, juxta Adversarios corpus & sanguis Domini, visibilia non sunt: non ergo illa sunt quæ Isidorus, per panem & vinum intelligit. Ac proinde necesse est eum de pane & vino proprie sic dictis loqui. Secundo, innuit (quamquam non ita manifestè, ac suprà Theodoretus) panem Eucharistiæ eo modo corpus Dominicum esse ac vinum sanguinem quo Dominus panis & vitis est, figurate videlicet, & non propriè. Tertio, docet rursum panem corpus Christi dici propter similitudinem effectus qui intercedit inter panem respectu corporalis nutritionis & corpus Christi respectu Spiritualis refectionis. Quod autem corpus Christi nuncupatur propter similitudinem quam cum illo habet, corpus illud substantialiter non est: f *simile* enim, inquit Athanasius, *non est idem cum eo cui assimilatur.* Similiter testatur se de eo vino loqui quod per convenientiam operationis *ad sanguinem Christi refertur.* Atqui idem ad seipsum non refertur, cum relatum & correlatum necessariò distinguantur. Ergò per vinum non intelligit Christi sanguinem, sed verum ex consequenti vinum. Quartò dicit, hæc duo visibilia sanctificata esse per Spiritum Sanctum ac prece mystica consecrata. At inauditum est sanctificationem & Consecrationem alicujus rei esse substantialem illius transmutationem, ut suprà in g Augustino vnde posterior locus desumptus est, prolixè ostendimus. Denique ait, hæc duo visibilia per Spiritum Sanctum sanctificata in sacramentum divini corporis transire. Ex ipsius ergo sententia quod contingit pani & vino per consecrationem eo terminatur ut sacramentum evadant corporis & sanguinis Christi. Sacramentum autem nihil aliud quam *sacrum signum* est. Nec juvaret respondere, *sacramentum corporis Christi* Veteribus interdum idem esse ac *sacrum Christi corpus*: ut quando Ambrosius ait, h *filius patitur per corporis sacramentum.* Nam (ut præteream corpus *sacramentum* ab Ambrosio dici posse tanquam sacrum signum, relatè scilicet ad divinitatem cujus *quædam imago aspectabilis est*, ut loquitur i Theodoretus) dico acceptionem illam hîc locum habere non posse vbi de signis sacramentalibus agitur. Cum enim ex materia dicti dirigendus sit sensus, Isidorusque loquatur de signis ac sacramentis proprie sic appellatis, sacramenti vocabulum in propria acceptione necessariò sumêre debet: & reipsa quoque sumit. Nam immediate post secundum locum allatum se exponens, ait: k *sacramentum est in aliqua celebratione cum res gesta ita fit ut aliud* (sic enim habet codex meus manuscriptus, non *aliquid* ut exemplaria edita) *significare intelligatur, quod sanctè accipiendum est.* Transire itaque in sacramentum divini corporis, seu, ut l alibi loquitur, fieri *corporis & sanguinis Domini verissimum sacramentum*, nihil ei aliud est quam in sacrum illorum signum transire. Nec ullius momenti est quod alicubi notat Bellarminus ad similia verba, quamvis non ad hunc locum: m *cùm dicimus, unum transire in aliud, tunc non significamus permanentiam rei in utroque termino, sed significamus desitionem vnius & inchoationem alterius.* Id enim si verum foret eo quem intelligit sensu, sequeretur accidentia seu species panis & vini, ut Adversarij loquuntur, desinere esse, non autem tantummodo earum substantias. Nam Isidorus innuit transitum fieri tàm naturæ externæ quam internæ & panis & vini, si quidem ait, *hæc duo visibilia in sacramentum divini corporis transeunt.* At, nec ipse Bellarminus id probaverit. Verum, quam fallum sit, quicquid transit in aliud desinere esse substantialiter quod erat, multis in Gelasio suprà ostendimus.

Quartò, de oblatione quam in Eucharistia Deo fieri notat, agens: a *Melchisedek*, inquit, qui, *de fructibus terræ sacrificium Domino obtulit, regnum Christi qui est verus Rex justitiæ, vel sacerdotium figuravit, cujus corporis & sanguinis sacramentum, id est, oblatio panis & vini, in toto orbe terrarum offertur.* Et rursus: b *hujus sacrificij præfiguratio in sacerdote Melchisedek antea fuit expressa. Iste enim sacerdos Dei excelsi cum benediceret Abrahæ ob mysterium futuri holocausti,*

c De Euch. l. 3. c. 19.

d De Euch. l. 2. c. 9. § observandum est.

e De Euch. l. 2. Author. 38. cap. 2.

f Contr. hypocrif. Meleti.

g cap. 3. ad quæst. objec. Isidorus.

h De Fide, l. 2. c. 4.

i In cap. 9. epist. ad Rom.

k Origin. l. 6. c. 19.

l De Vocat. Gent. c. 26.

m De Euch. l. 3. c. 24. § Quantum autem.

a In Allegor. Vet. Test.

b De Vocat. Gent. c. 26.

Iſidorus. *cauſſi, panem & vinum in ſacrificio Domino obtulit. Hoc enim ille primum in typo filij Dei expreſſit, ad quem Pſalmiſta ex perſona Patris ſic dicit:* ante luciferum genui te. Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedek. *Hoc eſt juxta ritum hujuſmodi ſacrificij quod & in paſſione ſua proficiens, Chriſtus implevit, quodque etiam Apoſtolos in commemorationem ſuam facere juſſit. Non ergo jam victimas Iudaicas, quales ſacerdos Aaron obtulit credentes offerunt, ſed quales Melchiſedek Rex Salem immolavit, id eſt, panem & vinum corporis & ſanguinis Domini veriſſimum ſacramentum.* Quod & adhuc ijſdem penè verbis [c] alibi repetit. Validiſſimè contra Adverſarios. Ipſi enim docent ſacerdotium Domini ſecundum ordinem Melchiſedek in eo conſiſtere quod proprium ipſius corpus propriuſque ſanguis ab ipſomet primitus, deinde & ab aliis ſecundum ejus mandatum in Euchariſtia Deo Patri offerantur. Iſidorus autem longè aliter. Ait enim ſacerdotii illius exercitium conſiſtere in oblatione panis & vini quæ ſunt corporis & ſanguinis Dominici ſacramentum: eo ipſo apertiſſimè indicans panem & vinum in Euchariſtia quoad ſubſtantiam remanere, verumque panem & vinum eſſe quemadmodum & illa quæ olim obtulit Melchiſedec in typum & umbram futuri. Quid expreſſius? Oblationem autem illam panis & vini, qualem Melchiſedek Rex Salem immolavit, *veriſſimum* corporis & ſanguinis Domini ſacramentum indigetat, quoniam teſtatur Chriſtum in veritate pro nobis fuiſſe datum, quod oblatio vetus Melchiſedek adumbrabat ut futurum: *quadam enim*, inquit [d] Fulgentius, *promittentis Dei verba fuerunt ſacramenta veteris teſtamenti, quibus nobis promittebatur Chriſtus, quæ verba tranſierunt ex quo illis quibus promittebatur invenitur exhibitus. Ideo in ipſo ſacrificio corporis (ſc. typici) Chriſti à gratiarum actione incipimus, vt Chriſtum non dandum, ſed datum nobis in veritate monſtremus.* Et rurſum: [e] *dividentes tempus promiſſionis à tempore reddita veritatis, ea ſacramenta nunc nobis à Chriſto tradita retinemus, quibus Chriſtum, non paſſurum, ſed paſſum pro nobis agnoſcimus & tenemus.* Nam cui mirum videri poſſit ſacramentum redditæ ac exhibitæ in paſſione Chriſti veritatis teſtificativum, *veriſſimum* ab effectu nominari? At inquies, Iſidorum, poſtquam dixiſſet, *Non ergò jam victimas Iudaicas, quales ſacerdos Aaron obtulit, credentes offerunt, ſed quales idem Melchiſedek Rex Salem immolavit, id eſt, panem & vinum, quod eſt corporis & ſanguinis Domini veriſſimum ſacramentum*; immediatè ſubjungere: *de quo Dominus dixit, qui manducaverit carnem meam, & biberit ſanguinem meum, in me manet & ego in eo. Cujus quidem ſacrificij ſacramentum, & in Salomone pro immolatione panis & vini ita monſtravit:* [f] Sapientia ædificavit ſibi domum, excidit columnas ſeptem. Immolavit victimas ſuas, miſcuit vinum ſuum, propoſuit menſam ſuam, miſit ſeruos ſuos dicentes, ſi quis eſt parvulus veniat ad me. Et inſipientibus loquitur, Venite, Comedite panem meum, & bibite vinum quod miſcui vobis, *&c. Deinde ergo ſapientia Chriſtus conſtituit ſibi domum, Sacroſanctam eccleſiam, in qua mactavit ſui corporis hoſtias, in qua miſcuit vinum ſui ſanguinis in calice ſacramenti divini: & præparavit menſam, hoc eſt, altare Domini, cum mittens ſeruos ſuos Apoſtolos atque Doctores ad inſipientes, id eſt, ad omnes gentes verum Deum ignorantes dixit eis*, Venite comedite panem meum & bibite vinum quod miſcui vobis; *id eſt, ſancti corporis eſcam ſumite, & poculum ſanguinis ſacri percipite.* Ubi duo Adverſariis favere videri poſſent. Prius eſt, quod de ſacramento exponat verba illa ex ſexto Joannis, *qui manducaverit carnem meam & biberit ſanguinem meum*, quæ nos tamen confitemur de vero ac proprio Domini corpore & ſanguine eſſe accipienda. Poſterius, quod ait Dominum mactaſſe ſui corporis hoſtias, & miſcuiſſe vinum ſanguinis ſui in calice ſacramenti, ac invitare ad ſancti corporis eſcam ſumendam, poculumque ſanguinis percipiendum: quæ, nonniſi de proprio corpore & ſanguine intelligi veriſimiliter poſſunt. Sed hæc parvi momenti ſunt. Nam ad prius quod attinet, certum eſt Veteres illa Domini apud Joannem verba dupliciter expoſuiſſe, ſcilicet interdum de pane & vino ſacramento corporis & ſanguinis, interdum de ipſo corpore & ſanguine Dominico. Teſtatur id expreſſe Fulgentius obſervans, ea verba poſſe conſiderari *vel* [g] *ſecundum veritatis myſteria*, id eſt ſigna corporis & ſanguinis, *vel ſecundum myſterij veritatem*, id eſt, corpus ipſum & ſanguinem. Hic igitur Iſidorus priorem ſequitur expoſitionem, per carnem & ſanguinem intelligens, non proprium Domini corpus & ſanguinem, ſed *ſacramentum corporis & ſanguinis*, hoc eſt ut ibidem loquitur, *panem & vinum*. Ad poſterius autem ſimiliter dico illum, per corporis hoſtias quas Dominum mactaſſe dicit, & eſcam ſacri corporis: & vinum ſanguinis in calice mixtum, ſanguiniſque ſacri poculum, nullomodo deſignare proprium Domini corpus & ſanguinem, ſed ut ſe ipſemet exponit in præcedentibus, *victimas quales Melchiſedek Rex Salem immolavit, id eſt, panem & vinum quod eſt corporis & ſanguinis Domini veriſſimum ſacramentum.* Ea autem Domini corpus ſanguinemque indigetat, propter rationem ab ipſomet alibi redditam & jam ſupra memoratam: *panis*, inquit, *quia confirmat corpus, ideo corpus Chriſti nuncupatur, vinum autem quia ſanguinem operatur in carne ideo ad Chriſti ſanguinem refertur.* Sic habemus Iſidorum nobis contra Adverſarios varia (ut oſtendimus) argumenta

Iſidorus.

c *De offic. Eccleſ. l. 1. c. 18. & in Geneſin cap 2. & in Leviticc cap. 6. & Origin. lib. 7. cap. 6.*

d *Ad Ferrand. de 5. quæſt. non longe a fine num. 39. in nova Chiffletij edit.*

e *Ibid num. 41.*

f *Proverb. 9.*

g *De baptiſm. Æthiop. c. 28.*

Iſidorus. argumenta ſuppeditantem.

Objici tamen poteſt primò quod de ſacerdote & Epiſcopo loquens ait: h *carnem immaculati agni ſacro ore conficiens.* Et rurſum de Presbyteris: i *præſunt eccleſiis Chriſti & in confectione divina corporis & ſanguinis conſortes cum Epiſcopis ſunt.* Sed levis eſt objectio. Neque enim per carnem agni, & corpus ac ſanguinem Chriſti quæ à Presbyteris & Epiſcopis confici dicit Iſidorus, deſignatur propria caro, propriuſque agni immaculati ſanguis, cum vniverſa antiquitas teſtetur illud tantummodò dici fieri quod antequam fieret non erat, ut ad ſimilem Hieronymi locum k ſuprà oſtendimus; ſed corpus ac ſanguis typicus & ſymbolicus, hoc eſt, proprie loquendo, corporis & ſanguinis ſacramentum. Sic enim Leo, vel potius Concilium Hiſpalenſe ſecundum ex quo Leonis epiſtola 88. compilata & conflata eſt ab impoſtoribus, Iſidori ſenſum exponens, ait: *Nec licet Presbyteris præſente Epiſcopo, niſi eo jubente, ſacramentum corporis & ſanguinis Chriſti conficere.* Ut omittam, in Epiſtola Iſidori (ſi ita eſt, de quo mox dicemus) ad Redemptum, pariter quoque dici ſaltem quoad locutionem, eccleſia occidentalis ex azymo ſacratiſſimi corporis ſacramentum conficere conſuevit.

Objici poteſt ſecundò locus ex Epiſtola quadam ſub Iſidori nomine ad Redemptum primò edita à Jacobo du Breul Monacho S. Germani à pratis, ubi dicitur: *de ſubſtantia ſacramenti ſunt verba Dei à ſacerdote in ſacro prolata miniſterio*, ſcilicet, hoc eſt corpus meum, *panisque frumenti & vinum, cui conſuevit aqua adhiberi, quia vtrumque de latere Chriſti profluxit*, &c. *Et cum prædictorum peracta fuerit conſecratio, non, vt quidam putant indocti, ſub panis ſpecie ſola caro Chriſti, & in calice tantummodo ſumitur ſanguis, ſed in vtroque Deus & homo, in corpore glorificato totus & integer Chriſtus, integer Chriſtus in calice, panis vivus qui de cœlo deſcendit totus eſt in vtroque.* Et paulo poſt: *inviſibiliter totus in ſumentibus ſingulis, & integra ſui eſſentia viſibiliter totus ſemper regnat in cœlis.* Et rurſum: *ſacrum altare, ſanctumque vas in quo ipſa veritas, ſcilicet vnigenitus Deus, Patri quotidie offertur.* Dixi, locum hunc poſſe objici, & merito, cum Adverſariis omnino favere videatur. Nullum tamen huc uſque vidi eũ nobis opponentem, qua de cauſa neſcio, utrum illius ignorantia, an, quod potius reor, prohibente conſcientia. Nam quicumque in veterum lectione verſati ſunt, facillimè deprehendent epiſtolam illam undè locus is deſumptus eſt, ſuppoſititiam eſſe, falſòque Iſidoro affictam. Vt enim præteream, in eo apertam eſſe repugnantiam cum iis quæ nos ex Iſidori ſcriptis genuinis protulimus, varia inſuper habet falſitatis indicia. Primò enim Author ait, *verba*, hoc eſt corpus meũ, *eſſe de ſubſtantia ſacramenti*, hoc eſt, ut paulò poſt ſe exponit, conſecrationem illis fieri. At Iſidorus teſtatur illam precibus fieri: *Sacrificium*, a inquit, *prece myſtica conſecratur.* Et rurſus: b *ordo orationum quibus oblata Deo ſacrificia conſecrantur*; deſignans orationem per quam à Spiritu S. requiri ſolebat conſecratio ſacramenti: unde ſupra notabat, *ea per Spiritum S. ſanctificata in ſacramentũ divini corporis tranſire.* Secundo, nemo unquam Veterum *ſpeciẽ panis* de accidentibus panis uſurpavit, ut hic author videtur ſumere, niſi, velimus eum conſubſtantiatorẽ, ſpeciẽ pro ſubſtantia ſumendo, conſtituere: Nemo Veterum dixit, aliud quam ſanguinem in calice ſumi, quoquomodo ſanguinẽ intelligeret. nemo, totum Chriſtum in calice Euchariſtico percipi; nemo, Chriſtum quâ glorificatum in Euchariſtia eſſe, quin contra aſſeverant illum inibi eſſe quâ occiſum & mortuũ, ut prolixè ſupra in Chryſoſtomo probavimus; nemo, corpus Chriſti inviſibile in ſe eſſe poſſe, quin contra potius de inviſibilitate & impalpabilitate loquentes, ajunt, c *carnẽ ejus his conditionibus ſubjacere impoſſibile eſt:* nemo denique, idem corpus poſſe ſimul eſſe viſibile & inviſibile, quin contra expreſſè dicunt, d *nullius mentem habens dicere poteſt eamdem eſſe naturam viſibilis & inviſibilis.* Tertiò ait: *Orientalis Chriſti eccleſia exfermentato pane, occidentalis ex azymo ſacratiſſimi corporis ſacramentum conficere conſuevit, & ipſi Orientales Latinos ſuper hoc reprehendere nõ vrrentur.* Et rurſus: *quia vero Orientales Romanorum ſivè noſtras conſuetudines impudenter obtrectando reprehenſionis abolitione impugnare nituntur, ad arma divini oraculi concurrentes, nos quantum potuerimus eaſdem defendere prævia veritate inſurgemus.* Atqui Orientales nuſquam leguntur hanc occidentalis eccleſiæ conſuetudinẽ reprehendiſſe, ac, ut loquitur, impudenter obtrectando abolere voluiſſe antè annum Domini milleſimum quĩnquageſimum tertium, quadringentis, decem & ſeptem annis poſt defunctum Iſidorum. Eo enim primum anno Michael Cerularius Archiepiſcopus Conſtantinopolitanus & Leo Acridanus Archiepiſcopus Bulgarorum in fugillationem Latinorum e epiſtolam direxerunt ad Joannem Tranenſem in Apulia Epiſcopum, in quâ de azymis loquentes, *qua vos*, inquiũt, *indecenter cuſtoditis, & communicatis Iudæis.* Agnoſcit Leo IX. Epiſcopus Romanus ad ipſoſmet ſcribens, f *quod Apoſtolicam & Latinam eccleſiam nova præſumptione atque incredibili audacia* damnarent, addens paulo poſt, *quanta impudentia!* Et Humbertus contra eoſdem: *hactenus inaudita*, g inquit, *audacia ad hoc prorupiſtis.* Et rurſus: *impudenter calumniamini nos communicare Iudæis obſervando typicè azyma.* Et Bellarminus: h *Vtrum panis azymus, an fermentatus eſſe debeat, controverſia fuit ab annum Domini M. LIII. eſt exorta,*

a *Origin. l. 6. c. 19.*
b *De Eccleſ. offic. l. 1. c. 15.*
c *Vigilius Contr. Eutycben l. 4.*
d *Ephræm Antioch. ſuprà citat.*
e *Extat ea apud Hilbertum Contr. Columnam Græcor. biblioth. Patr. quart. edit. tom. 4. Vide & ibidem tractatum contra Græcos.*
f *Epiſt. 1.*
g *Vbi ſupra.*
h *De Euch. l. 4. c. 7.*

Iſidorus.

i *In Exod. cap. 51.*
k *De offic. Eccleſ. l. 2. c. 7.*
l *In Hieron. c. 2. ad 4. object.*

Anastasius Sinaita. i *Ad ann.* 1013. k *De Euch. disp.* 5. *q.* 3. l *Disp.* 6. *q.*

verita, ut Leo Papa IX. testatur in epist. ad Michaëlem Constantinopolitanum c. 5. Nunc enim primum Graci reprehendere cœperunt Latinos quod azymum panem in sacramento Eucharistiæ assumerent. Quod & pariter observant *i* Bartonius, *k* Scribonius, *l* Gregorius de Valentia, *m* Vasques, *n* Gamachæus & *o* Ysambertus. Quis ergò non videt Epistolam illam post hæc tempora fuisse conscriptam, ideoque Isidoro falsissimè attributam?

Anastasius Sinaita. *ii. de Euch. punct.* 1. *m Disput.* 173. *num.* 11. *n Ad q.* 74. *v.* 2. *tom.* 3. *o Ad q.* 74. *disput.* 2. *art.* 1.

DE SACRAMENTO EUCHARISTIÆ

LIBER TERTIUS.

In quo ostenditur quomodò & quibus gradibus antiqua & vera de Eucharistia fides ad Hodiernos de transsubstantiatione & reali (quam vocant) præsentia, Abusus defecerit.

POstquam tractatu præcedenti ostendimus, tùm ex scripturis & recta ratione, tùm ex Patribus sex priorum æræ Christianæ seculorum, *panem & vinum* in Eucharistia per consecrationem non mutari *substantialiter*, sed *accidentaliter* tantum per additionem significationis & gratiæ, nec fieri *propriè* Domini corpus & sanguinem, sed *imaginem, signum, symbolum, figuram, Commemorationem, typum, antitypum*, ac denique *sacramentum*, & sacrum signum Dominici corporis & sanguinis, sivè etiam Christi absentis, operæpretium existimamus in φιλαληθῶν gratiam historicè exequi & demonstrare, quomodò & quibus gradibus vera illa & primæva fides, plurimis ac pijs viris invitis & repugnantibus, in hosce nos de transsubstantiatione realique (ut vocant) præsentiâ defeciverit abusus. Neque enim putandum est eos in instanti fungorum instar prodijsse. *Nemo derepentè fit pessimus.* Mutatio paulatim facta est, ac tandem per anfractus eò provecta. Non dubitarim autem dicere, nimium virtutis & efficaciæ signis Eucharisticis, quemadmodum & baptismatis aquæ, prioribus illis etiam temporibus à plerisque tributum, quasi sacramenta (ut Scholastici post locuti sunt) *ex opere operato* agerent: inchoatam quoque secundo exeunte seculò vel tertiò ineunte. At sequentibus studiosè continuatam nominationis panis & vini propter non initiatos suppressionem; ac denique frequentissimam & ferè perpetuam *corporis & sanguinis* appellationem, aberrationi subsecutæ viam parasse. Prima autem ejus rudimenta fuere inter annum Domini trigesimum & quadragesimum suprà sexcentesimum, obstetricante (si ita loqui fas est) nescio quô Monachò montis Sina nomine Anastatio in tractatu cujus titulus ὁδηγὸς seu *dux viæ*, sed profecto in devia. Recensetenim is Author nonnulla quæ cum in Alexandriâ forent narrata sunt illi à Catholicis Alexandrinis ibidem contigisse, aliquantò antè quàm hoc opus conscriberet: per quæ nos ad tempus quod notavi ducere videtur. Nam illi retulerant, a *satis diù post tempora Eulogij Alexandrini* fuisse in Alexandriâ Præfectum quemdam Augustalem, Severianorum fautorem, qui Veterum libros falsari curaret. Satis longum autem tempus illud, non minùs probabiliter assignari potest quàm viginti annorum. At obijt Eulogius annô sexcentesimô octavô, ex omnium confessione. Sed & rursum refert, *b* cùm ibidem

Septimũ seculum.

a *Cap.* 10.

b *Ibid.*

Digitized by Google

Anaſtaſius Sinaita.

ibidem foret ac quæſtio agitaretur, de verbis quibuſdam Cyrilli ſic falſatis & adulteratis, Iſidorum quemdam Bibliothecæ Patriarchæ præfectum ac verè Orthodoxum, codicem Cyrilli ſincerum protuliſſe: quod judicium eſt Patriarcham tunc adhuc ibi Orthodoxum fuiſſe. Neque enim veriſimile eſt Patriarcham Theodoſianum & Eutychianum bibliothecæ ſuæ præfectum habere voluiſſe Catholicum virum qui ſuorum pudenda revelaret & confunderet. Videntur ergò hæc contigiſſe paulò antè annum ſexcenteſimum trigeſimum ſub Georgio, ultimo hujus ſeculi Orthodoxo Epiſcopo Alexandrino. At teſtatur Author ſe aliquanto poſt ſcripſiſſe. Non autem ſcribere potuit poſt annum ſexcenteſimum quadrageſimum. Nam ipſemet narrat [c] fuiſſe adhuc in Alexandriâ præfectos Auguſtales cùm ſcriberet, nec ullam mentionem ibidem facit Sarracenorum in Ægyptum irruptionis. Scripſit igitur neceſſario ante annum trigeſimum nonum quo [d] Sarraceni Ægyptum oppugnarunt & vi cœperunt, ipſâ quoque Alexandria anno quadrageſimô primo oppugnata, & præfectis Auguſtalibus indè in perpetuum expulſis. In hoc autem tractatu diſputans contrà Gajanitas, Julianiſtas & Nagrinitas, docentes corpus Domini ab ipſa conceptione impaſſibile fuiſſe, ſic Gajanitam ſub Orthodoxi nomine compellat. [e] Orthod. *Dic mihi obſecro ſi, ut divinitas, ita & corpus Chriſti ab ipſo unionis exordio omnino incorruptionem habet, nùm communio & ſacrificium ſacratiſſimi corporis & ſanguinis Chriſti quam offers & participas, verum eſt corpus & ſanguis filij Dei, vel nudus panis qualis oſtiatim venditur, & antitypum corporis Chriſti ut ſacrificium hirci quod Iudæi offerunt?* Gajanit. *Abſit, ut dicamus ſacram Communionem antitypum eſſe corporis Chriſti, aut ſimplicem panem, ſed ipſum verè corpus & ſanguinem ſuſcipimus Chriſti filij Dei incarnati ex ſacrâ Deiparâ & ſemper Virgine Maria.* Orth. *Sic credimus, & ſic confitemur juxta vocem Chriſti ipſius ad Diſcipulos in cœna myſtica illis dantis vivificum panem* accipite, comedite, hoc eſt corpus meum. Similiter & calicem dedit illis, dicens, hic eſt ſanguis meus. *Non dixit*, hoc eſt antitypum corporis & ſanguinis mei. *Et pluribus alyslocis ait Chriſtus*, qui manducat carnem meam & bibit ſanguinem meum, habet vitam æternam. *Cùm igitur ipſe Chriſtus teſtatur verè eſſe corpus ſuum & ſanguinem quod nos fideles ſumimus, agedum affer nobis aliquid ex Communione veſtræ eccleſiæ tanquàm ſupra alias omnes Orthodoxæ, & in vaſe cum omni honôre & reverentiâ reponemus hoc ſanctum corpus Chriſti & ſanguinem. Et ſi intrà paucos dies non corrumpatur, aut immutetur, aut alteretur, planum fiet vos rectè aſſerere Chriſtum penitus ab ipſo incarnationis exordio corruptionis expers eſſe: ſi verò corrumpatur aut immutetur, neceſſarium erit ut unum e duobus fateamini aut id quod ſumitis non eſſe verum corpus Chriſti, ſed antitypum & ſimplicem* (panem, ut paulo ante) *aut propter perverſam fidem veſtram Spiritum S. in illud non deſcendiſſe, aut corpus Chriſti antè reſurrectionem corruptioni ſubjectum eſſe, utpote immolatum, morti traditum, vulneratum tranſoſſum* (ſeu diviſum) *& manducatum. Nam incorruptibilis natura neque ſcinditur, neque laceratur & manibus vulneratur, neque tranſfigitur* (aut dividitur) *neque morti datur, neque manducatur, nec teneri poteſt, nec tangi, ut patet exemplo incorruptibilis naturæ Angelorum & animarum.* Vbi, cùm ait, Dominum non dixiſſe, *hoc eſt antitypum corporis & ſanguinis mei*, negare velle videtur panem & vinum Euchariſtiæ *antitypa* eſſe & appellari debere *corporis & ſanguinis Dominici*, & aſſerere illa vere eſſe *corpus & ſanguinem* ipſius. Verum, ut præteream non prorſus carere ſuſpicione fraudis totum hunc locum, cum tractatus ille ὁδηγὸς inſcriptus farragoſit, in quibuſdam codicibus amplior, in aliis brevior, verbaque ſupra allata non eodem loco ſint in codice bibliothecæ Regiæ, quem habent in editione Gretzeriana, quemadmodum ſuprà monui in Anaſtaſio Antiocheno: dico, ſi vere illius Anaſtaſij ſint, ea plane repugnare veterum præcedentium placitis. Nam Origenes, Author conſtitutionum ſub nomine Clementis, Euſtathius Antiochenus, Cyrillus Hieroſolymitanus, Macarius, Baſilius, Gregorius Nazianzenus, Theodotus Antiochenus, & Theodoretus loci ſuis citati, expreſſe docent, *panem & vinum* antitypa *eſſe corporis & ſanguinis Domini.* Nonne ergo dicendum,

Anaſtaſius Sinaita.

Innovatio.

[c] *Ibid.*

[d] *Hiſtor. miſcell. l.* 18. *hiſtor. Saracenica in Omare.*

[e] *Cap.* 23. ἐπεί μοι παρακαλῶ, ὁ λόγος αὐτῆς ἄκρας ἕνωσιν τῇ πρὸς τὸν ἀφράστως ἕνωσιν τῷ θεότητι καὶ τὸ σῶμα τοῦ χριστοῦ. οὕτω καὶ καινὸν καὶ θεῖον καὶ παναγὲς σῶμα τοῦ καὶ μόνου χριστοῦ καὶ θεοῦ καὶ σωτῆρος καὶ ἀληθείας καὶ ζωῆς καὶ ἀναστάσεως καὶ ἁπλῶς πάντων ὅσα ἐστὶ τοῦ πατρὸς ἐκείνου, ἐν τῷ ἑνὶ τούτῳ ἐνοικεῖ. ἀλλ' ἐπειδὴ ἐν τοῖς ἀντιγράφοις τοῖς ἐν τοῖς ἐκκλησίαις ἀναγινωσκομένοις εὑρίσκεται ἐν τῷ ἑνὶ τῶν ἀναγνωσμάτων τοῦ ἁγίου Κλήμεντος τοῦτο τὸ ῥητὸν, ὅτι ὁ μεταλαμβάνων σῶμα ἁγιον χριστοῦ καὶ αἷμα ἅγιον, ἐν ἀκαθαρσίᾳ ὢν καὶ ἀναξίως προσερχόμενος, ἔνοχος ἔσται τῷ κρίματι τοῦ ἁγίου σώματος καὶ αἵματος τοῦ κυρίου, ἀναγκαῖον ἡμῖν ἐστὶ καὶ περὶ τούτου διελέσθαι, ἵνα μὴ τὸ ἀκατάληπτον τῆς θείας δόξης καὶ τὸ ἀνεξιχνίαστον τοῦ μυστηρίου τῆς εὐσεβείας ἡμῶν ἐν τούτῳ τῷ ῥητῷ ἐκπειρασθῇ. καὶ ἐν τούτοις ἐλέγχων ἑαυτὸν μὲν φθάσῃ, ἕτερον δὲ πρόφασιν ἀσεβείας λάβῃ. ἐπεὶ οὖν ἐν τοῖς ἀντιγράφοις τοῖς ἐν τοῖς ἐκκλησία

Anastasius Sinaita.

cendum est, eum qui aliter sentiendum esse docet, *Novatorem* esse? Addo, absurdissimam esse illius opinionem. Nam si panis & vinum Eucharistiæ non sunt *antitypum* seu *figura* corporis & sanguinis Domini, sed verum corpus & sanguis, sequitur in Eucharistia *significatum* esse absque *significante*, ac proinde nullum esse in Eucharistiâ *sacramentum*: sacramentum enim *sacrum signum est*. Nec juvaret respondere, mentem illius esse, panem & vinum non esse tantummodò *antitypum corporis & sanguinis*, sed simul esse & *corpus & sanguinem*, & illorum *antitypum*. Si enim id voluisset, facile ei fuisset mentem suam in hunc modum apertè exprimere. At contra simpliciter probat verba Gaianitæ dicentis, *absit ut dicamus sacram communionem antitypum esse corporis Christi*, & cum ipso oppositè affirmat, eam *vere* corpus esse. Et qui post illum fuerunt ejusdem sententiæ illa duo simul subsistere posse negant. Sic enim Synodus Nicena secunda per os Epiphanij Diaconi: a *si imago corporis est, non potest esse ipsum divinum corpus*. Quamquam eum quoque fateor hac negatione secum pugnare ac argumenti sui vim inscite prorsus elumbare, ut patebit ex sequentibus. Sed qualiscunque sit verborum ipsius sensus, ego confidenter dixerim illum longè adhuc abesse ad Adversariorum sententia. Nam dicit quidem, *panem & vinum* Eucharistiæ verum Christi *corpus & sanguinem* esse: sed non propterea docet, aut panem & vinum substantialiter desinere esse quod erant, tolis remanentibus eorum accidentibus, aut ea materialiter & numericè idem corpus esse cum eo quod è Virgine natum est & pro nobis datum, eumdemque sanguinem cum eo qui pro salute nostrâ effusus est. Imo potius contrarium invictè ostendit. Primo enim in codice manuscripto qui penes me est, caput secundum longè amplius habente quàm sit in editis & in manuscripto Regio, ait, b *vim nutritivam esse essentialem, ac semper ipsi substantiæ colligatam, & accidens inseparabile*. At panem & vinum Eucharistiæ etiam post consecrationem vim nutritivam habere, & experientiâ constat, & apud omnes in confesso est: Ergo ex ipsius hypothesi *colligata sunt substantia* suæ. Secundo asserit, c *visibile, creatum, & de terrâ ortum esse corpus illud & sanguinem quod offerens tradit populo, dicens, corpus & sanguis Domini & Dei & salvatoris nostri*. At licet *creatum* esse conveniat corpori illi quod è Virgine natum est, & similiter aliquomodo esse *de terra ortum*, tamen adjunctum illud *visibile* quod illi nullomodo competit quatenùs in Eucharistia esse fingitur, aperte ostendit Authorem sic θεοφορικῶς describere verum *panem* qui *visibilis* est in manibus illum distribuentis, atque *ex eâ creaturâ quæ est secundum nos & ex frugibus terræ acceptus*, ut d Irenæus & Augustinus e loquuntur: ac proinde non transmutatum substantialiter. Tertio, testatur se de ejusmodi Domini corpore & sanguine loqui quibus etiamnum competit, f *frangi, dividi, in partes distribui, alterari, dentibus consecindi, effundi & bibi*. At quis hæc affirmaverit de proprio Domini corpore & sanguine? Quarto, si de proprio Domini corpore loqueretur, necessario illi statuendum foret illud in Eucharistia localiter esse incircunscriptum, immobile, invisibile & impalpabile, prout Adversarij hodierni docent ex vi realis præsentiæ quam tuentur. At ibidem, tanquam absurdum resultans ex hæreticorum quos impugnat doctrina, illis objicit, corpus Christi g *jam non esse circumscriptum, neque de locô ad locum mobile, neque ire aut exire aptum, neque palpabile, neque visibile*. Contrà verò ipse dicit, h *illud non est incircunscriptum, non immobile, non inaspectabile*. Dicit, *hæc solius ipsius divinitatis proprietates sunt*, non autem corporis ejus. Denique, *licet incircunscripto verbo unita sit caro*, i *non tamen incircunscripta est*, &c. *neque invisibilis, etiamsi invisibilem* (divinitatem) *intus ferat*. Quintò in verbis objectis docet, sibi de tali Domini corpore sermonem esse *quod conservatum in vase intrà paucos dies corrumpitur, immutatur & alteratur*. At falsissimum est proprium Domini corpus jam esse corruptibile. Et Author ipsemet immediatè post ait, illud jam esse *incorruptibile*: & alibi, k *transmutatum esse ex corruptione in incorruptionem*. Sextò, ibidem dicit: *incorruptibilis natura non editur*, ore scilicet corporis. At proprium Domini corpus jam est natura incorruptibile: ergò secundum ipsum non editur ore corporis. Corpus autem quod ait offerentem tradere populo, l *quotidie*, inquit, *videmus & tangimus & sumimus, illud in natura sua & veritate manducantes*: non est igitur proprium Domini corpus. Agnoscit sanè Gretzerus, m cum se à propositione hujus argumenti non satis extricare posset, *durius culum* esse quod Anastasius ait, hoc est, suo judicio falsum. Septimo, ex eo quod corpus illud Domini Dei & salvatoris nostri paulo diutius asservatum corrumpatur, probare contendit proprium Dominj corpus quod jam incorruptibile est, antè resurrectionem fuisse incorruptibile. At quænam hæc probatio foret, si corpus illud asservatum, & proprium Domini corpus idem materialiter esse censuisset? Absurdissima sane. Nam non modo idem per idem probare tentaret, quod

Anastasius Sinaita.

d *Lib.* 4. *c.* 32.

e *De Trinit. lib.* 3. *c.* 4.

f *Cap.* 13. *immediat. post verba supr. cit.*

g *Cap.* 13.

h *Ibid.*

i *Cap.* 13.

k *Cap.* 13.

l *Cap.* 14.

a *Act.* 6. ἀ ἐκεῖ ὁ Σάμ. εἰκὼν τοῦ θείου σώματος ἐστὶν, οὐκ ἔστιν αὐτὸ τὸ θεῖον σῶμα.

b ἀναδίδησι μὲν ὁ οἶνος καὶ ὕδωρ τὴν ἐν ἑαυτοῖς οἰκείαν ζωτικὴν ἐνέργειαν, ἀ ἀπαυτοῖς, ἀ θρεπτικὴν δύναμιν: ἅπερ ἀχώριστα συμβεβηκέναι πῶς οἶδε ἕκαστος τῶν ἐν ἀνθρώποις ζώντων.

c *Cap.* 13. Οὗτος γὰρ ἄρτον ἐκεῖνον καὶ κλάσιν καὶ χειροθεσίαν εἰσαγαγὼν ἀναφανδὸν τοῦ λαοῦ λέγων, ζῶμεν καὶ ὁρῶμεν καὶ ἐσθίομεν καὶ πίνομεν τὸν κύριον καὶ θεὸν καὶ σωτῆρα ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν.

m *Ad fin oper. Theodor. Abucar.*

Germanus Constantinopol.

tensis seculi nom scriptor est, de cujus sententia (si tamen & Haymo est) loco suo dicendum erit.

Ad initium octavi seculi aut aliquot post annis, Germanus Cyzicenus primò, deindè [h] Constantinopolitanus Episcopus, magnus imaginum patronus, scripsit tractatum cujus titulus ἱστορία ἐκκλησιαστικὴ καὶ μυστικὴ θεωρία, ubi recensens ritus Ecclesiasticos ad Eucharistiæ celebrationem pertinentes qui tunc a primævâ simplicitate & paucitate ad pompam in immensum creverant, & varias illis mysticas tribuens significationes, de ipso quoque sacramento mirum in modum philosophatur. Si enim mentem ejus, quam satis perturbatè hic & illic proponit, assequi valeo, tria docet. Primò, oblationem panis & vini quæ fideles soliti erant in Ecclesias afferre, & unde desumebantur quæ ad sacramenti confectionem judicabantur sufficere, typum esse corporis B. Virginis ex quâ Christus secundùm carnem prodiit: *oblatio*, [a] inquit, *qua & panis & Eulogia, & primitiæ dicta est, ex quâ corpus Dominicum* (sic per anticipationem loquitur) *dissecatur, ad typum semper Virginis & Deiparæ sumitur qua secundum beneplacitum Patris, & voluntatem filij sui & Verbi, & adventum divini Spiritus, unum S. Trinitatis, filium Dei & Verbum in se recipiens perfectum Deum & perfectum hominem peperit.* Quæ sanè novitia speculatio est, eò usque (quod sciam) inaudita. Secundo, docet panem & vinum posita in *prothesi*, id est, collocata in mensâ quadam, ab altari seu mensa in quâ consecratio proprie efficiebatur, distincta & separata, & ibi per orationem quamdam Sacerdotis ad usum sacrum jam quodammodò dicata, typum & antitypum aliquomodò esse corporis & sanguinis Domini: *oblatio panis*, [b] inquit, *ostendit corpus Domini assumptum propter salutem nostram qui sumus fideles. Panis propositionis sanctificatus ostendit purgationem mundi & eximias divitias bonitatis Dei, quod filius Dei homo factus est & seipsum proposuit hostiam & oblationem, & corpus suum pretium propitiatorium pro mundi vitâ & salute, &c. Vinum autem designat sanguinem qui ex latere Christi fluxit.* Et ut illud distinguat a vino proprie consecrato, immediatè subjungit: *Est autem & mysticum vinum quod dedit Discipulis in cenâ.* Et rursùs longe post de oblatione ante consecrationem in corpus & sanguinem agens, *antitypa*, [c] inquit, *tibi offerimus dicentes, tua ex tuis tibi.* Quod figmentum pariter est hominis imaginosi vetustati incognitum. Panis enim & vinum ex universo Patrum huc usque consensu, ante veram & propriè dictam eamque simplicem & unicam consecrationem non sunt *typus* aut *antitypus* corporis & sanguinis Domini, sed simplex panis & vinum: nec nisi per consecrationis anticipationem & relatè ad illam *typus* & *antitypus* rectè possunt indigetari. Tertio, docet panem & vinum in altari seu mensa consecrationis deposita, per Spiritum Sanctum a sacerdotibus invocatum consecrari & fieri corpus & sanguinem Christi: *Sacerdos obsecrat*, ait, [d] *ut perficiatur mysterium filij ejus, & fiat seu mutetur ipse panis & vinum in corpus & sanguinem Christi & Dei, & impleatur hoc, ego hodie genui te. Undè & Spiritus Sanctus beneplacitò Patris & voluntate filij invisibiliter præsens efficit divinam operationem, & manu sacerdotis obsignat, ac mutat & efficit proposita sancta dona in corpus & sanguinem Domini nostri Iesu Christi.* Et paulò post: [e] *signantur divina dona, ut adventus & gloriosa præsentia S. Spiritus mutet & faciat panem quidem ipsum pretiosum corpus Domini nostri Iesu Christi, id autem quod est in poculo ipsum sanguinem magni Dei & servatoris nostri Iesu Christi pro vitâ & salute mundi effusum.* Quin & ait, *Hymnum Cherubicum* (qui solitus erat decantari) *demonstrari per Diaconorum progressionem & flabellorum sivè alarum Seraphicarum adumbrationem ingressum Sanctorum & Iustorum omnium unà venientium cum Sanctò Sanctorum, ac simul prosilescentium coràm cherubicis potestatibus & Angelicis exercitibus, & choris incorporeis, & immaterialibus ordinibus invisibiliter præcurrentibus & hymnos dicentibus, & stipantibus* [e] *coràm magnò Rege Christò venientem ad mysticum sacrificium, & manibus materialibus gestato; Cum quibus & Spiritus Sanctus una procedit a fronte in incruenta oblatione & rationali liturgiâ intelligibiliter spectatus, in igne & incenso & vapore fumi fragrantis, igne quidem designante divinitatem, vapore autem fumi fragrantis adventum ejus invisibiliter accedentis & nos odore bono perfundentis per mysticum & incruentum cultum & holocaustum.* Verum, non obstante mutationis mentione, & solemnis hujus pompæ oratoriâ descriptione, mentem ipsius non esse, aut panem & vinum substantialiter desinere esse quod erant, aut proprium corpus & sanguinem Domini materialiter & identicè fieri ac esse, aut Christum in mensâ Eucharistiæ substantialiter quoad corpus esse præsentem; ex plurimis liquet. Primò enim ait: [f] *panis ille divinus sanctificationis particeps factus, sanctificationem & gratiam dat aliis donis pretiosis*, (id est, reliquiis ad sanctificationem non assumptis) *Et poculo similiter.* At quis unquam dixit, *sanctificationem* alicujus rei esse substantialem ipsius mutationem? Nemo sane. Id tantùm innuit communitatis & simplicitatis præcedentis in alium statum mutationem, ut alibi probavimus ex Veterum testimoniis. Secundo ait: [g] *divino be-*

Germanus. Constantinopol.

[h] *Factus est Constantin. Episcop. anno Dom. 714.*

Octavum seculum.

[a] ἡ προσφορά, ἡ καὶ ἄρτος καὶ εὐλογία καὶ δωρεὰ λεγομένη, ἐξ ἧς τὸ κυριακὸν σῶμα λαμβάνεται τῆς ἁγίας παρθένου, &c.

[b] ὁ ἄρτος μὲν ἀπεφήνατο τὸ σῶμα τοῦ κυρίου, τὸ παθὸν ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας σωτηρίας, καὶ ἐκχυθὲν ὑπὲρ τοῦ κόσμου εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν· ὁ δὲ οἶνος τὸ διὰ τῆς πλευρᾶς ἐκρυὲν αἷμα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τὸν ἐν αὐτῷ ἁγιασμὸν καὶ τὴν πολυσπλαγχνίαν τοῦ θεοῦ λόγου, καὶ ἑαυτὸν παραδόντος, &c.

[c] σοὶ προσφέρομεν, καὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ ἀντίτυπον ἐλάβομεν τὸν τῆς κόσμου ζωῆς καὶ σωτηρίας, &c. ὁ δὲ ἄρτος πρὸ μὲν τῆς ἁγιάσεως τὸ αἷμα τὸ ἐκ τῆς πλευρᾶς τοῦ Χριστοῦ ῥυὲν οὐκ ἐδέξατο μυστικῶς· ὁ δὲ μυστικὸς οἶνος οὐ δέχεται τὸ ἁγιάσαι ἐπὶ τῆς τραπέζης, καὶ ἐπὶ τοῦ δείπνου. [d] καὶ ἀντίτυπα προσφέρομεν λέγοντες, καὶ σὺ ἐξ ὧν σοὶ ἐκ σοῦ σοί.

[d] ὅπως ἂν τελειωθῇ τὸ μυστήριον τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, καὶ ἀναδειχθῇ ὁ μεσσιτεύων θεὸς καὶ ἄνθρωπος αὐτὸς ὁ ἄνθρωπος καὶ θεὸς ἐπὶ τῆς ἁγίας τραπέζης καὶ ἐπὶ τοῦ ἁγίου δείπνου, καὶ ἐπὶ τῷ ἁγιάσαι τὸ πανάγιον πνεῦμα τὸ ἅγιον τὸν ἐπικλήσεως τὸν ἐπὶ τῷ ἄρτῳ καὶ τῷ οἴνῳ καὶ μεταβαλεῖν τὸ μὲν ἄρτον εἰς τὸ σῶμα τοῦ χριστοῦ, τὸ δὲ οἶνον εἰς τὸ αἷμα τοῦ χριστοῦ, &c.

[e] ἐπὶ τῆς ἁγίας τραπέζης καὶ ἐπὶ τοῦ ἁγίου δείπνου λέγοντες, καὶ σὺ ἐξ ὧν σοὶ ἐκ σοῦ σοί. καὶ ἀντίτυπα προσφέρομεν λέγοντες, καὶ σὺ ἐξ ὧν σοὶ ἐκ σοῦ σοί. καὶ ἀντίτυπα προσφέρομεν λέγοντες, καὶ σὺ ἐξ ὧν σοὶ ἐκ σοῦ σοί. καὶ ἀντίτυπα προσφέρομεν λέγοντες, καὶ σὺ ἐξ ὧν σοὶ ἐκ σοῦ σοί.

[f] ὁ μεσσιτεύων τῆς ἐκλεκτικῆς ἀποφάσεως ἀλλ' οὐ μὴν ἀπὸ ἄρτου εἰς σῶμα καὶ οἴνου εἰς αἷμα μεταβάλλων ἢ τελειῶν τὰ ἀντίτυπα μεταβάλλων μὴ πάντως.

Germanus Constantinopol.

benedictionis & oblatio frangitur quidem ut panis, distribuitur autem vt ineffabilis benedictionis communicatio cum fide participantibus. Et rursum: *Ecclesiam interpretatur discus ubi Christus* (mysticè sc.) *infertur, cœli circulus ostendens in paruâ circunscriptione solem intelligibilem Christum in pane visum.* Ubi manifestè ponit, panem post consecrationem manere, ac in eo tanquàm in imagine Christum ostendi: Tertiò, postquam dixisset sacerdotem divinum panem elevare ad figurandam crucis elevationem, de illo sub corporis nomine loquens, ait: *post elevationem statim partitio divini fit corporis. Verum licet dividatur, individuus manet & insectus, in vnaquaque parte sectorum totus agnitus & inventus.* Vbi, quum mutatò genere, post corporis quod neutri generis est mentionem, in masculinò ait, *individuum manet & insectus*, &c. aperte satis innuit se per corpus illud, verum panem intelligere qui masculini generis est, & cui propriè competit quod de illò hîc affirmat, non proprio Domini corpori. Nam proprium Domini corpus in partes ac frusta dilecari & dividi non potest: nec de illò simul verum esse potest, quod dividatur in partes, & tamen non dividatur, sed individuum maneat. Id proprie pani convenit, qui quâ *substantia materialis*, dividitur, quâ verò *sacramentum*, individuum remanet & totum in singulis particulis communicantibus distributis: quâ ratione Pseudo-Dionysius Areopagita notat per ipsius fractionem, *vnitatem symbolicè multiplicari.* Quartò, paulo post ait: *a communio significat etiam illam ante passionem in cœna mystica distributionem panis & novi poculi de quò dicebat Salvator noster*, non amplius ex eò bibam donec illud bibam novum in regnò Patris *mei*: *quod & bibit post resurrectionem nove & novitati convenienter. Non enim quasi tum corpus ejus opus haberet alimento, sed ad persuadendam Discipulis suis resurrectionem.* Quibus verbis aperte docet id quod Dominus in Eucharistia bibit, & quod nos post illum bibimus, ejusdem generis ac naturæ fuisse cum eò quod bibit post resurrectionem, verum scilicet alium (licet illud quasi egens cibo non sumeret) id est, verum vinum. Quintò ibidem docet Christum esse in mensa Eucharisticâ, sed tanquàm mactatum: *semper mactatur*, *b* inquit. At in confesso est Christum non nisi repræsentative mactari, nec proinde aliter in mensâ Eucharisticâ esse. *Mactari* enim dicitur quià panis ipsius sacramentum dilecatur speciali quadam ceremoniâ quam ipsemet Germanus refert non observari in alijs donis, id est, in reliquijs panum oblatorum ad consecrationem non assumptis, & quas typos esse docet, non Christi, sed corporis ejus mystici, nempe fidelium. Nam de pane divinò loquens & illum à Christò ad quem refertur distinguens: *ille solus est*, *c* inquit *in quo figuratur & demonstratur divina & vivifica passio illius qui est immolatus pro mundi vitâ, quandoquidem ipse solus divinus panis est qui mactatur & ut agnus immolatur: alia verò dona lanceâ non dissecantur in modum crucis, sed ut membra & partes corporis dividuntur & mactantur:* Sextò dicit: *d quod sacerdos solum divinum panem percipiat absque sanguine, deinde pariter sumat divinum sanguinem* (scilicet, absque pane, & separatim) *nihil aliud indicat quam sanguinolentum adhuc esse divinum agnum à vivifica mactatione & intelligibili sacrificio quod sacerdos mystice fecerat in prothesi*, id est, in mensâ aliâ ab Eucharisticâ, & simplicis propositionis. At quâ ratione diceret, Sacerdotem *solum divinum panem percipere sine sanguine*, ac deinde reciprocè *sanguinem sine pane*, si de propriò Domini corpore & sanguine loqueretur? Nam ex hypothesi realis ac substantialis præsentiæ, nec corpus sumi potest quin sanguis simul sumatur, nec sanguis percipi quin corpus recipiatur, cum neutrum sit sine alterò. At contrà Germanus statuit, ea esse separata, vnius que sumptionem non esse perceptionem alterius, sed alterum ab alterò solum ac separatum percipi. Sermo igitur illi est de verò ac propriò pane per consecrationem naturâ non transmutatò, sed in eâ permanente, & pariter de sanguine mysticò sensu sic dicto. Quod & rursum inde patet, quia si intelligeret sacrum ac divinum agnum, id est, Christum Dominum nostrum in mysticâ cœnâ esse, non repræsentative tantum, sed & realiter, mens quoque illius foret eum in mensa propositionis antè vere dictam & propriam consecrationem realiter etiam fuisse. Nam de ipsò sic loquitur, quasi ab vnâ ad aliam cruentò ac sanguinolentò successive progredienti. Quis verò dixerit illum realiter esse in propositionis mensa? Itaque, quandò suprà illum audivimus clamantem, *Dominum cum Angelis ad mysticum sacrificium proficisci*, id non est accipiendum de propriòac reali ipsius per corpus adventu ac præsentiâ, sed de accessu per gratiam pani & vino additam. Nam & similiter ait, *e semper adventat per baptismum*: quod tamen nemo exponit de reali carnis ejus in hoc sacramentò existentia. Nec vel cogitari potest vndè aliter esset adventurus. Sic enim ei proprie juxtà corpus foret accedendum, cum nonnisi in cœlo sit, è cœlo migrare deberet: *vnus enim est*, inquit *f* Nyssenus; *omnium qua de locò ad locum moventur terminus notus, vt à locò in quò sunt migrent ad eum in quo non sunt.* At cœlum ipsum deserere, contra *g* scripturam est id formaliter negantem. Septimò, Author noster intelligit, Dominum esse in mensa Eucharisticâ ac *manibus materialibus portari*, quemadmodum & ibidem ait, illum in eâ *conspici & tangi*; non quod in veritate rei videatur & contre-

Beda.

a De Eccles. Hierarch. c. 3. Cum benedictionem vini in multa...

b Sic Græcus, &c.

c Sic Græcus: ἐν ᾧ τὸ ἱερὸν σῶμα τοῦ θείου καὶ ζωοποιοῦ καὶ ἀθανάτου καὶ ἀναιμάκτου θύματος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ θεοῦ ἡμῶν ἐστὶ τὸ ἀληθινὸν ἀρνίον. τοῦτον γὰρ μόνον ἐστὶν ἰδεῖν ἐν τῇ ἱερᾷ ταύτῃ τραπέζῃ μόνῳ τῷ ἱερεῖ ἐξὸν καὶ μόνῳ θύεσθαι καὶ μεταδίδοσθαι τοῖς ἁγίοις. οὐ γὰρ ἐπὶ τῶν ἄλλων δώρων ἐν τῇ ἱερᾷ ταύτῃ τραπέζῃ τοῦτο ποιεῖται, ἀλλ' ἐπὶ τῶν ἀντίτυπων τοῦ ἀληθινοῦ θύματος, ἃ δὴ καὶ ἀντίτυπα τοῦ ἀληθινοῦ σώματος καὶ αἵματος τοῦ Χριστοῦ ἐστὶν, ἃ δὴ καὶ ἐκκλησιαστικὰ μυστήρια καλοῦνται.

d τὸ δὲ μόνον λαμβάνειν τὸν ἱερέα μόνον τὸ θεῖον αἷμα μὴ μεταλαμβάνοντα τοῦ ἁγιασμένου ἄρτου, ἀλλὰ μόνον μεταφερόμενον ἐν τῇ ἱερᾷ τραπέζῃ ἔτι ἀναίμακτον θῦμα.

e Sic Græcus: ἀεὶ ἐπιφοιτᾷ διὰ τοῦ βαπτίσματος.

f Contr. fatum. οὐδὲ γὰρ ἐπὶ τῶν κινουμένων τὸ πεπερασμένον τοῦ τέλους ἐστὶν ὁρατὸν, ἵνα ἀπὸ τούτου ἐπὶ ἐκεῖνο, ἐφ' ὃ μέλλει, μεταβαίνῃ. g Act. 1. 11.

Beda.

h ὁ τὸ ἄγιον πνεῦμα μετὰ ἀπόστολον ἐπέμψεν ὁ πάντων δεσπότης ἡμῶν, οὗτος μετ' ἀνθρώπων, ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων ἐπιγνώσεως μένων μετὰ ἀνθρώπων ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τῇ τούτου. ἀπὸ μὲν οὖν τῆς ἀνθρωπείου θεάσεως, ὅτι σῶμα οὐκέτι ἐφόρεσεν, ὁ δὲ πάντων δεσπότης, τῷ ἀφεῖναι αὐτὸν ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν τῶν ἀνθρώπων, φύσει δεξιᾷ θεοῦ, τῷ φύσει εἶναι τῶν πάντων. ἐν ἀνθρώποις ἀναβιβάζων εἰς τὸν οὐρανὸν ἐκκλησίαν, ὁ ἐν ἀνθρώποις τοῦτον εἰσάξας τῶν ὁμιλιῶν, εἰ τοῖς ἀνθρώποις ἐν ἐκκλησίαν, εἰς τὸ ὄρος τὸ ἅγιον αὐτοῦ, βασ. βλέπετε, μὴν χάριν τοῦ προφήτου. εἰ πάντες ἀληθινὸν λέγοντες, ὅτι ἐκ τοῦ ἀνθρώπου ἐκλεκτόν. ὁ ἐκκλεκτὸς. ἐκκλησίαν θεοῦ τῷ ἀνθρώπῳ. βλέπετε. μὴν χάριν τοῦ προφήτου, λέγει ὅτι ἐκκλησίαν τοῦ ἀνθρώπου ἐκ τοῦ ἁγίου βασιλέως, ἐν τῷ αὐτοῦ ὄρει ἁγίῳ.

h Obiit anno 735.

contrectetur, sed quia in pane & vino quæ sacramentum ejus sunt conspiciatur & tangatur: *non Sanctum Spiritum*, h inquit, *dum taxat misit Dominus noster, ut maneat nobiscum. sed & ipse pollicitus est se mansurum nobiscum usque ad consummationem seculi. At Paracletus invisibilis adest, quia ipse corpus non gestavit. Dominum verò conspicitur ac tangi se patitur per sacra & tremenda mysteria, ut qui nostram naturam acceperit & eam gestet in secula.* Et loco jam ante citato: *Christus in pane risus.* Nam supponendo quod realiter in Eucharistia præsens sit, æque invisibilis in se est ac Spiritus sanctus, ex ipsorum Adversariorum sententiâ: *Conspici* proinde dicitur, *tangi & manibus* ferri, quoniam panis & vinum sacrosancta ipsius signa videntur, gestantur & manibus contrectantur, Spiritu Sancto interim penitus invisibili cum panis & vinum ejus sacramenta non sint. Denique idem colligitur ex eâ quam affert exhortationis illius sacerdotalis ad plebẽ, *Sursum corda*, explicatione: *sacerdos*, i *attollens oculos in supernam illam Hierusalem quæ in cœlis est in quâ erant stantes pedes nostri ante lapsum, in atrys tuis Hierusalem, in montem Sanctum ejus clamat*, adspicite, sursum habeamus corda. *Omnes* testificantur, *inquientes*, habemus ad Dominum. *Sacerdos.* Gratias agamus Domino. Videte, sursum habeamus corda *à terrenis tollamus sensus ad supernum Regem, & ejus placita faciamus.* Nam amabo quid opus foret in cœlum oculos & corda simul tollere ad supernum Regem, si eum proprie & in veritate rei sacra Eucharistię mensa præsentem nobis exhiberet? Quãdò igitur asserit, panem & vinum in mensâ propositionis posita jam tum quodammodò esse per sacerdotalem precem corporis Domini sanguinisque ipsius typos, per consecrationem autem propriè sic appellatam ea transmutari & efficii ipsum Domini corpus & sanguinem; non ideò sensus ejus est ipsa substantialiter mutari & proprie Domini corpus & sanguinem evadere: Sed *mutari* intelligit per additamentum gratiæ, & mysticè corpus & sanguinem ejus esse, tum quià sanctificatione speciali consecrata sint ad Domini passionem designandam & demonstrandam, quod præstare ipsis tantum consecratis competit, tum quià idem Spiritus qui Domini corpori inest, in illa descendat & corpori Dominico in se ut tertiò vniat, ut suprà exponebamus Anastasium Sinaitam.

Verum ijsdem temporibus in Angliâ floruit k Beda, qui nihil innovans, sed Patrum præcedentium Hieronymi, Augustini, Prosperi, Gregorij Romani, & Isidori vestigijs hærens, de totâ hac materiâ multò simplicius, clarius & congruentius in vniversum loquitur. Primo enim vbique docet, Dominum secundùm corpus hìc jam non esse præsentem, sed secundum divinitatem. Exponens quippe hæc verba, *Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem seculi*, dicit: l *Libet conferre huic testimonio quod Marcus ait*, at Dominus quidem postquam locutus est eis assumptus est in cœlum, & sedet a dextris Dei. *Quia enim ipse Deus & homo est, assumptus est in Cœlum humanitate quam de terrâ susceperat, manet cum Sanctis in terrâ divinitate qua terram pariter implet & Cœlum.* Et rursùs eadem verba: a *quid est quod ait Discipulis ascendens in Cœlum, ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi? Qui tunc corporali præsentiâ fuit in mundo, nunc divinâ præsentiâ præsens est ubique in mundo.* Et iterùm: b *Christus ad Patrem post resurrectionem victor ascendens ecclesiam corporaliter reliquit, quam tamen nunquàm divina præsidio præsentiæ destituit, manens in illâ omnibus diebus usque ad consummationem seculi.* Et in verba, *modicum videbitis me, quià vado ad Patrem*, &c: c *ac si aperte diceret*, inquit, *propterea me resuscitatum à mortuis modicò tempore videbitis, quià non semper in terris corporaliter mansurus, sed per humanitatem quam assumpsi jam sum ascensurus in Cœlum.* Et rursum: d *vado ad Patrem, & jam non videbitis me. Non videbitis me postquàm ascendero qualem nunc videre soletis carne mortali & corruptibili circumdatum, sed in majestate ad judicium venientem, & peracto judicio in majore gloriâ Sanctis apparentem.* Et iterùm: e *reliquit mundum & redijt ad Patrem, quià ab aspectu amatorum mundi quod viderant abstulit*, &c. *Reliquit mundum & redijt ad Patrem, quià humanitatem quam induit per ascensionem ad invisibilia perduxit.* Et in verba, *expedit ut abeam*, &c: f *Expedit ut forma servi vestri subtrahatur adspectibus*, &c. *Expedit ut notam vobis formam cœlo inferam.* Et rursùm: g *nos qui de gentibus credimus non ipsi ad Dominum venire possumus quem nunc in carne videre nequaquàm valemus, sed quicumque passiones servitutis nostra agnovimus ad residentem in dexterâ Patris jam per fidem accedere debemus.* Et alibi generatim: h *ille post resurrectionem ascendens in Cœlum eos* (discipulos) *corporaliter deseruit, quibus tamen divina præsentiâ majestatis nunquàm abfuit.* Et rursùs: i *habemus paracletum Dominum nostrum Iesum Christum, quem etsi corporaliter videre nequimus, ea tamen quæ in corpore gessit & docuit in Euangelijs scripta tenemus.* Et iterùm: k *Christus Deus & homo assumptus est in cœlum, sedit humanitate quam de terrâ susceperat, manet cum sanctis in terra divinitate quâ terram pariter implet & cœlum.* Denique, nè nimius sim in ejusmodi recensendis: l *absentem corpore, præsentem autem Deitate per præcones veritatis agnoscunt.* Secundò, non modo dicit Dominum juxta humanitatem suam hinc discessisse & absentem esse, sed & addit illum propterea *pignus sui* nobis reliquisse in sacramẽto corporis & sanguinis sui i

Beda.

a *In Ioan. c. 9.*

b *In Marc. c. 13. & homil 4. de Confessor.*

c *Hom. 2 festiv de temp. Domin. 1 obi late.*

d *Dominica. Cantate.*

e *Domin. vocem jucunditatis.*

f *Dominic. cantate.*

g *Hom. hyem. de temp. Dom. 3. post Epiph.*

h *In fest. Pentecostes.*

i *Ibid.*

k *In Matth. c. 28.*

l *In Psalm. 13.*

Beda. m *In proverb. l. 1. c. 3. vid. & hom. æstiv. de tempore domin. Exaudi. ad fin.*

ſicut in medio paradiſi, m inquit, *lignum vitæ poſitum teſtatur Moſes, ita per Sapientiam Dei, videlicet Chriſtum, vivificatur eccleſia, cujus & nunc ſacramentis carnis & ſanguinis pignus vitæ accipit, & in futuro præſenti beatificabitur aſpectu.* Tertio, docet ſacramentum conſiſtere in pane & vino quæ per operationem Spiritus ſacramentum & figura fiunt Dominici corporis & ſanguinis: *juxtis*, n inquit, *veteris paſchæ ſolemnijs quæ in commemorationem antiquæ de Ægypto liberationis agebantur, tranſijt* (Dominus) *ad novam quod in ſuæ redemptionis memoriam Eccleſia frequentare deſiderat, vt videlicet pro agni carne vel ſanguine ſuæ carnis ſanguinisque ſacramentum in panis ac vini figura ſubſtituens ipſum ſe eſſe monſtraret cui* juravit Dominus & non pœnitebit eum, tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedek. *Frangit autem ipſe panem quem porrigit, vt oſtendat corporis ſui fractionem non ſine ſponte ſuâ futuram.* Vbi liquido, *figura panis & vini* illi eſt, panis & vinum qui figura ſunt, ſicut o Apoſtolo *ſignum circumciſionis*, eſt circumciſio quæ ſignum eſt. Et rurſus: p *Lavat nos quotidie in ſanguine ſuo eum ejuſdem beata paſſionis memoria ad altare replicatur, cum panis ac vini creatura in ſacramentum carnis & ſanguinis ejus ineffabili Spiritus ſanctificatione transfertur, ſicque corpus & ſanguis illius non infidelium manibus ad perniciem ipſorum fundatur & acciditur, ſed fidelium ore ſumitur ad ſalutem. Hujus recte figuram agnus in lege Paſchalis oſtendit, qui ſemel populum de Ægyptiâ ſervitute liberans in memoriam ejuſdem liberationis per omnes annos immolatione ſuâ populum eundem ſanctificare ſolebat, donec veniret ipſe cui talis hoſtia teſtimonium dabat, oblatuſque Patri pro nobis in hoſtiam & odorem ſuavitatis myſterium ſuæ paſſionis oblato agno in creaturam panis vinique transferret, ſacerdos factus in æternum ſecundum ordinem Melchiſedek.* Sacramentum autem Bedæ qui totus Auguſtinianus eſt, nihil aliud eſt quàm *ſacrum ſignum.* Docet ergo panem & vinum per operationem Spiritus *transferri* in ſacrum ſignum corporis & ſanguinis Chriſti. Et hac ratione intelligendum eſt quod ibidem ait, corpus & ſanguinem Domini *fidelium ore ad ſalutem* ſumi, in ſacrô ſignô, ſcilicet, ſeu *quoad ſacramenta*, ut illum poſt audiemus ſe apertè explicantem, non autem quoad rem ipſam. Et iterum: q *ſi tam ſolerter munditia quærebatur ejus qui ſanctificatum Moyſi manibus panem typicum geſtaret, quantam neceſſe eſt munditiæ curam gerat qui in ſanctas ac venerabiles Chriſti manus acceptum panem in ſacramentum corporis ejus conſecratum, in memoriam mortis ejus mortalibus creditum ad vitæ perennis eſt auxilia ſumpturus?* Denique ad imitationem Auguſtini: r *Invemetur ſpiritualis David innocentiam in Iudam habuiſſe pacem cum traditore, & ejus nefanda conſilia cognoſcens ejus præſentiam pertulit, nec à ſacratiſſimâ cœnâ in quâ figuram ſacroſancti corporis ſanguiniſque ſui Diſcipulis tradidit, ipſum exclaſit.* Quartò, ſæpiſſimè quidem panem & vinum Euchariſtiæ, Dominicum corpus & ſanguinem indigetat. Sed hujuſce appellationis rationem reddit cum Auguſtinô, quia s *ſimilitudinem* habent *earum rerum quarum ſacramenta ſunt*: & cum Iſidorô, t *quia panis corpus confirmat, vinum verò ſanguinem operatur in carne, hic ad corpus Chriſti myſtice, illud refertur ad ſanguinem.* Quintò, ait cum Proſpero in ſententiis ex Auguſtino depromptis: u *qui diſcordat à Chriſto, nec carnem Chriſti manducat, nec ſanguinem bibit, etiamſi tantæ rei ſacramentum ad judicium ſuæ præſumptionis quotidie indifferenter accipiat.* Et cum Iſidoro: x *Aſer, cujus nomen ſignificat divitias, idem Chriſtus eſt, cujus eſt altitudo divitiarum, ſapientiæ & ſcientiæ, qui propter nos factus eſt pauper cum dives eſſet: Cujus panis pinguis factus eſt, caro ſcilicet ejus quæ eſt eſca ſanctorum, quam ſi quis manducaverit non morietur in æternum.* Et cum eodem rurſus: y *hoc eſt manna indeficiens, hic eſt panis vivus & cœleſtis, cibus Angelorum quo Dei verbum corruptibiles incorruptibiliter paſcit. Quod ut manducaret homo, caro factum eſt & habitavit in nobis: quo etiam qui veſcuntur, ſpiritaliter vivunt.* Et ad imitationem Auguſtini rurſus: z *Reddam vota mea, de quibus votis edent pauperes, id eſt, mundi contemptores, edent quidem realiter ſi ad ſacramenta referatur, & ſaturabuntur æternaliter quia intelligent in pane & vino viſibiliter ſibi propoſito aliud inviſibile, ſcilicet, corpus & ſanguinem verum Domini qui verus cibus & potus ſunt, quo non venter diſtenditur, ſed mens ſaginatur.* Et paulo poſt: *Non ſolum pauperes edent de votis meis, ſed etiam omnes pingues terræ, id eſt omnimodo divites in terrenis, ſcilicet, qui nihil quod terrenum ſit a ſe alienaverunt. Illi quidem manducabunt cum pauperibus vota mea realiter quantum ad ſacramenta, & adorabunt quia cum quadam exteriori veneratione accedent: vel manducabunt, id eſt, delectabuntur in paſſione mea, & adorabunt ſimulantes venerationem meam veram, ſed non ſaturabuntur, quia omnes qui deſcendunt in terram, id eſt, qui ſolis terrenis delectantur, vel qui in ſacramentum nihil niſi quod terrenum & viſibile eſt attendunt cadent, id eſt, caſum patientur damnationis æternæ.* Vbi clariſſime diſtinguit inter ſacramenta & corpus ac ſanguinem Chriſti. Et illa quidem dicit *realiter*, id eſt, proprie edi, tùm à bonis, tum à malis, hoc vero nonniſi à bonis utpote mentis cibum. Quod & alibi confirmat Dominum inducens loquentem: a *guſtate non jam legalia ſacrificia, ſed humilitatem meam ſecundum quod guſtanda eſt, palato ſcilicet cordis.* Nec quando dicit, *in pane & vino viſibiliter propoſito* intelligendum eſſe *aliud inviſibile, corpus videlicet & ſanguinem Domini verum*, putandus eſt innuere velle corpus & ſanguinem Domini in pane & vino inviſibilia

Beda. f *In cap. 6. epiſt. ad Rom.* t *In Matth. l. 4. c. 14. & in Marc. 14. & Luc. 22.* u *In 1. Cor. 11. ex ſententia 339.* x *Comment. in Geneſ. ex Iſid. in Geneſ. c. 31.* y *In Exod. c. 23. apud Iſid. Beda in quæſt. in Exod. quæ ſicut & ſequentes Clemens in Levit. Numer. &c ſunt ipſum Iſidori verbotim.* z *In Pſalm. 21.* a *In Pſalm. 33.*

n *In Luc. 22. & in Marc. 14. & in hom. quadrageſ. feria 5. palmar.*

o *Rom. 4. 11.*

p *Hom. de Sanctis in Epiphania.*

q *Lib. 3. in Samuel. c. 8.*

r *In Pſal. 31.*

Sedulius Hyberni-enſ. Da-maſcenus.

viſibilia eſſe & deliteſcere: ſupra enim illum audivimus explicantem, Dominum à nobis modo conſpici non poſſe non quod in Euchariſtia inviſibiliter latitet; verum *quia humanitatem quam induit per aſcenſionem ad in viſibilia perduxit*; Sed ideò ſic loquitur, quandoquidem in ſacramentis *non quid ſint* (ut notat [b] Auguſtinus) *ſed quid oſtendant, ſemper attenditur* (id eſt: attendi debet) *quoniam ſigna ſunt rerum, aliud exiſtentia, & aliud ſignificantia.* Sextò, licet interdum dicat: [c] *Novam adoptionis plebem ſpiritualis Ægypti Domino ſubtractam vni vero Domino ſonte regenerationis ſacramus, corpus ſacroſanctum & pretioſum agni noſtri ſanguinem quò à peccatis redempti ſumus, denuò Deo in profectum ſalutis noſtræ immolamus*: Et rurſùs, [d] *oblationem corporis & ſanguinis Domini in ſacrificio offeramus*; Mens tamen ipſius non eſt in priori locô, corpus & ſanguinem Domini proprie & in ſe immolari (ait enim cum Auguſtino, [e] *ſemel immolatus eſt Chriſtus in ſeipſo*) ſed intelligit cum eodem Chriſtum *in ſacramento*, hoc eſt, in ſigno quotidiè immolari. Niſi quis malit dicere ſenſum ejus eſſe nos Dominum immolare, quandò illum quâ immolatum fide contuemur & amplectimur, proùt ipſe alibi dicit: [f] *tunc cuique noſtrum quaſi occiditur cùm credit occiſum, tunc caro ejus comeditur cum ejus paſſionis ſacramentum & ore ad emundationem percipitur, & corde ad imitationem cogitatur.* In poſteriori verò, per *corpus & ſanguinem Domini* panem & vinum intelligit, ex ſimilitudine (ut alibi notat) ſic dicta: quod in multis locis indicat præter illa quæ jam ante protulimus. Sic enim diſerte: [g] *paſſionis dominicæ per quod vtrique in veteri & novo teſtamento redempti ſumus ſacramentum, illi (Judæi) in carne & ſanguine victimarum, nos in oblatione panis & vini celebramus.* Et rurſum: [h] *Dominus legalia ſacrificia ſecundum ordinem Aaron prius inſtituta convertit in ſacrificia panis & vini ſecundum ordinem Melchiſedek qui primus ea obtulit inſtituta.* Denique: [i] *Melchiſedek ſacerdos Dei ſummi longe legalis ſacerdotij tempora præceſſit offerens Deo panem & vinum. Et ideò redemptor noſter ſacerdos eſſe dicitur ſecundùm ordinem Melchiſedek, quia ablatis victimis legalibus idem ſacrificij genus in myſterium ſui corporis & ſanguinis in novo teſtamento offerendum inſtituit.* Quid clarius?

[b] *Contr. Maximin. l. 3. c. 22.*

[c] *Homil. 2. de temp. in Vigil. paſchæ.*

[d] *In Geneſ. 14.*

[e] *In cap. 6. ad Rom. ex Aug. apud. 23.*

[f] *Homil. quadrageſim. domin. 2. in ſabbat. poſt. remiſcere.*

[g] *L. 2. de Tabernacul. c. 2.*

[h] *In Pſalm. 33.*

[i] *Hom. 2. de 55. in Vigil. S. Joan. Baptiſt.*

Eodem tempore quo Beda jam valdè ſenex florebat in Angliâ, aut jam forte [j] proximè deceſſerat, vixiſſe videtur Sedulius Scotus, ſeu Hybernienſis, Author Commentariorum in Paulum. Errant enim qui illum cum Sedulio Paſchalis operis ſcriptore confundunt. Commentator enim alterô longè recentior eſt, quandoquidem nonnulla in opere ſuo ex Gregoriô I. Romano Epiſcopô, licet innominatô tranſcripta habeat, ut rectè notavit Benedictus [k] Juſtinianus. Eum autem eſſe crediderim qui ſynodo Romanæ ſub Gregoriô ſecundô aut tertiô celebratæ (Characteres enim numerales corruptiſſimi ſunt) cum Ferguſto Scoto Epiſcopo legitur inter fuiſſe & ſubſcripſiſſe, & ibidem *Epiſcopus Brutannia* nominatur. Is Pelagij & Primaſij à quibus plurima mutuatur veſtigijs hærens, ac ea Domini verba, *hoc facite in meam commemorationem*, exponens, cum illis ait: [l] *Suam memoriam nobis reliquit, quemadmodum ſi quis peregre proficiſcens, aliquod pignus ei quem dilexit derelinquat, ut quotieſcumque illud viderit, poſſit ejus beneficia & amicitias recordari, quoniam ſi ille perfectè dilexit, ſine ingenti deſiderio & fletu illud non poteſt videre!* Clariſſima ſanè verba. Nam qui peregre abiens aliquid loco ſuo relinquit, nec pignus idem eſt cum re cujus vice relinquit, ut [m] in Pelagiò pluribus demonſtravimus.

[j] *Obiit ann. 735.*

[k] *De fide l. 4. c. 14. ὁ τῆς ἀνατολίων ἀρχιεπίσκοπος τῆς ἁγίας πεντάπολεως ἐπιφανέστατος τῶν ἁγίων πατέρων ἐπιφοιτήσας εἰς τὸ Σῶμα καὶ τὸ Αἷμα τοῦ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, τοῦ οὐκ ἄνευ δόξης, ἀλλ' ἐν ᾗ τὸ ἄνω. Et poſtea: ὁ ἀρχιεπίσκοπος τῶν ἁγίων πατέρων ὁ ἀληθινὸς τοῦ Σώματος καὶ Αἵματος τοῦ Χριστοῦ μυσταγωγήσας, ἀντὶ τοῦ προφέρειν, ἀντὶ τοῦ προσφέρειν ἔφη, τὸ Σῶμα τοῦ Χριστοῦ, καὶ τὸ Σῶμα. καὶ τὸ μὲν τοῦ Χριστοῦ, καὶ τὸ Σῶμα. καὶ τὸ μὲν τοῦ Χριστοῦ, ἀλλὰ τὸ αἷμα.*

[l] *In 1. ad Cor. 11.*

[m] *Vid. ſupra l. 2. in Auctore Commentar. in 1. ad Cor. inter oper. Hieronymi.*

Sedulius Hyberni-enſ. Da-maſcenus.

Item. οἱ δὲ μὴ λέγοντες σύνθετον τὸ Σῶμα καὶ Αἷμα τοῦ κυρίου τὸν ἀφθαρτον καὶ τὸν οὐρανὸν ἀκάλλιστον, ὡς ὁ ἱερὸς Βασίλειος, ἢ μὴ τὸ ἀνακεφάλαιον εἶναι, ἀλλὰ περὶ ἀνακεφάλαιον αὐτὸν φορεῖν ἔτη πλείονα τῶν τριῶν. [l] *De partib. divin. legis l. 2. c. 16.*

Ideoque

Damaſcenus.

Ideoque non modo multi ex Adverſarijs in m Nazianzeno a nobis ſupra citati vi veritatis adacti Damaſceni figmentum illud improbare coacti ſunt, ſed & Jacobus Billius vir inter illos Doctiſſimus, indignabundus pronunciat, *id apertè falſum eſſe*. Nec ullius momenti eſt quod huic mendacio ſuper-ſtruit, *Dominum non dixiſſe, hoc eſt figura corporis mei, ſed, hoc eſt corpus meum.* Nam Apoſtolus quoque, *non dixit, petra ſignificat Chriſtum*, ut præclarè notat n Auguſtinus, *ſed tanquam hoc eſſet, quod utique per ſubſtantiam hoc non erat, ſed per ſignificationem.* Talem verò eſſe quoque verborum illorum ſenſum monuerat Tertullianus, o *hoc eſt corpus meum, id eſt, figura corporis mei.* Sed & confidenter dixerim Authorem hunc, quamvis falſis his & novitijs obſervatiunculis Adverſariorum partibus favere videri poſſit, re verâ nihilominùs eum nec tranſſubſtantiationem, nec realem præſentiam ullomodò ſtatuere. Quod tùm ex alijs operum ipſius locis, tùm ex locis ipſis citatis facile oſtendere eſt. Non realem præſentiam. Primò enim ait: p *Sola divinitas incircunſcripta eſt*, &c. *Angelus & tempore circunſcribitur (cæpit enim eſſe) & loco quamvis intelligibiliter vt diximus, & comprehenſione*, &c. *Corpora verò & principio, & fine, & loco corporali, & comprehenſione.* Si igitur corpus Domini ex ipſius ſententiâ in Euchariſtiâ foret, ibi corporali loco neceſſario circunſcriberetur, eique commenſuraretur: quod cum non contingat, & manifeſtè falſum ſit, dicendum eſt ex ipſius mente corpus Chriſti in Euchariſtiâ realiter præſens non eſſe. Nec juvaret excipere, illum loqui de modo ordinario eſſendi corporum in loco, qui ſupernaturaliter alius exiſtere poteſt, & talis qualis Angelorum. Nam quomodò divinitati incircunſcriptionem tribuit, ita & Angelis circunſcriptionem in loco intelligibili, & corporibus circunſcriptionem in loco corporali. Incircunſcriptionem vero divinitati tribuit veluti proprietatem inſeparabilem & incommunicabilem: ergo & alias ſimiliter conſtituit inſeparabiles & inter ſe incommunicabiles. Secundò, ſi corpus Domini quod in cœlo localiter & circunſcriptivè eſſe Bellarminus & alij Adverſariorum fatentur, in Euchariſtiæ menſâ illocatum & incircunſcriptum haberet exiſtentiæ modum, ſequeretur idem contrariarum differentiarum ſuſceptivum ſimul eſſe. Id vero rejicit ut abſurdum Damaſcenus: *quomodo*, a inquit de Chriſto ipſo loquens, *vna natura contrariarum eſſentialium differentiarum ſuſceptiva fuerit? quomodo poſſibile eſt, eandem naturam ſecundum idem, &c, eſſe circunſcriptam & incircunſcriptam?* vbi & obſervandum eſt, illum

m *Supr. c. 2. ad loc. 2. §. Secundo.*

n *In Levitic. q. 57.*

o *Contr. Marcion. l. 4.*

p *De fide Orth. l. 1. c. 17.* ἀπερίγραπτος μόνη ἐστὶν ἡ θεία, &c. ὁ δὲ ἄγγελος καὶ χρόνῳ περιγράφεται (ἤρξατο γὰρ τότε εἶναι) καὶ τόπῳ, ἐπειδὴ καὶ ἐν μικρῷ, καὶ καθ' ὑπερβολὴν, &c. τῇ δὲ σώματι καὶ χρόνῳ, καὶ τόπῳ, καὶ τῷ περὶ σώματος ποσῷ, καὶ ποιότητι.

a *De fide Orth. l. 3. c. 3.* πῶς μία φύσις ἐναντίων οὐσιωδῶν διαφορῶν ὑποδεκτικὴ ἐστιν; πῶς δὲ δυνατὸν τὸν αὐτὸν φύσει καὶ πάντῃ ἄληπτον εἶναι καὶ ἅπτεσθαι, θνητὸν καὶ ἀθάνατον, ἀνεικαστὸν καὶ ἀπεικονητόν;

circunſcriptionem in locò corporali differentiam eſſentialem corporum nominare, ac proïnde inſeparabilem. ut ſuprâ dicebam, conſtituere. Et rurſus: b *impoſſibile eſt in vnâ naturâ contraria phyſica ſimul exiſtere.* Et de differentiâ naturarum in Domino poſt unionem loquens: *remanſit*, c inquit, *circunſcriptum, circunſcriptum, & incircunſcriptum incircunſcriptum, viſibile viſibile, & inviſibile inviſibile.* Tertio, de Angelis loquens, ait: d *circunſcripti ſunt. Nam cum ſunt in cœlò, non ſunt in terrâ, & in terram à Deo miſſi non remanent in cœlo.* Supponit igitur, tanquàm firmum axioma & indubitatum, nihil quod circunſcriptum eſt in pluribus locis ſimul eſſe poſſe. At ſecundum ipſum, corpus Domini circunſcriptum eſt, & in cœlo eſt: proinde alibi nec actu eſt, nec eſſe poteſt. Quartò, ait cum Philoſopho: e *locus corporalis eſt terminus continentis ſecundum quem contentum continetur.* Terminus autem eſt f *extra quod nihil eſt rei:* unde cum Dominus in cœlo ut in loco ſit, extrà cœlum ſimul non eſt. Quintò, ſi corpus Domini ex ipſius mente realiter præſens in Euchariſtiâ foret, ſequeretur, ibi eſſe impalpabile & inviſibile, ut hodiè in confeſſo eſt apud Adverſarios. At contrà ipſemet Damaſcenus: g *quomodo corpus eſt quod impalpabile & inviſibile* eſt? Denique, præſentiam inviſibilem juxta quam Dominus jam nobiſcum eſt, expreſſe contrahit ad divinitatis ipſius præſentiam: *Eorum poſt reſurrectionem*, h inquit, *quæ illi conveniunt, hæc quidem Deo congruunt, ut illud*, baptizantes eos in nomine Patris & filij & Spiritus Sancti, *tanquam Dei filij videlicet; & illud*, ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus uſque ad conſummationem ſeculi, *& ſimilia. Nam ut Deus nobiſcum eſt. hæc autem homini congruunt, ut illud*, tenuerunt pedes ejus, *&*, ibi me videbunt, *& id genus talia.* Ubi quis non videt illum aperte negare Chriſtum quà hominem nobiſcum jam eſſe? Rurſus vero illum transſubſtantiationi non magis favere, quamvis de *tranſmutatione* loquatur, multa pariter evincunt. Primò enim conſtans ejus eſt in multis locis affirmatio, accidentia ſubſiſtere non poſſe ſine ſubjecto: *accidens*, i inquit, *non poteſt in ſeipſo eſſe, ſed in alterò habet exiſtentiam.* Et rurſus: k *eſt anima ſubſtantia, prudentia autem accidens. Animâ enim ablatâ auferetur ſeu interit prudentia.* Et iterum: l *quod non poteſt per ſe ſubſiſtere ſed in alio habet exiſtentiam, accidens eſt.* Nec ullibi unquàm monet aliter fieri poſſe per divinam potentiam, & id actu contingere in Euchariſtiâ. Mens igitur ipſius non eſt, in Euchariſtia eſſe accidentia panis & vini ſine panis & vini ſubſtantiis. Secundo, dicit quidem *tranſmutari* panem & vinum *in corpus & ſanguinem Chriſti*: ſed valde obſervandum eſt, illum id de totô panis & vini complexô, hoc eſt, tam de accidentibus quam de ſubſtantiâ

Damaſcenus.

b *Ibid. l. 4. c. 19.* ἀδύνατον, ἐν μιᾷ φύσει ἄτοπα ἅμα καὶ ἐναντία φύσει γίνεσθαι. *Et de dialect. c. 33.*

c *Ibid. l. 3. c. 3.* μένει, &c. τὸ ἀπερίγραπτον περιγράπτου, καὶ τὸ ἀπερίγραπτον ἀπεριγράπτου. τὸ ὁρατὸν ὁρατοῦ, καὶ τὸ ἀπτὸν ἀπτοῦ.

d *Ibid. lib. 2. c. 3.* ἀπερίγραπτοι. ὅτι γὰρ οἱονεὶ τὸ ἀφανὲς, ἐν ἀφανεῖ τῷ γῇ. ἐν τῷ γῇ. νῦν ἐν τῷ οὐρανῷ εἶναι λέγομεν, ἐν οἷονεὶ τῷ γῇ. *vid. & poſtea*

e *Ibid. lib. 2. c. 16.* ἐν ᾧ ἐν ἑκάστῳ μέρει ὅλον τὸ ἀπερίγραπτον, ὁ ἀπερίγραπτος τὸ ἀπερίγραπτον, *&c.*

f *Ariſt. Metaphyſ. lib. 5. c. 17.*

g *De fid. lib. 1. c. 4.* πῶς Σῶμα τὸ, &c. ἀναφὲς καὶ ἀόρατον.

h *Ibid. lib. 4. c. 19.* τῶν ἀναφῶν ἢ, τὰ μὲν οἷον θεότητα, ἐν τὰ βασιλεύειν, &c. καὶ τὰ, ἰδοὺ ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμὶ πάσας τὰς ἡμέρας ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος, καὶ τὰ βαδίζοντα· ἐν γὰρ τοῖς ἐφ' ἡμῶν, &c.

i *Dialect. c. 1.*

k *Ibid.*

l *Ibid. c. 28. vid. & 8. & 35.*

Damascenus.

stantiâ asserere. Mutationem enim illam ad substantiam non contrahit, sed ad totum panis & vini protendit, quemadmodum locô suô recentiores Græcorum id profiteri docebimus. At apud omnes in confessô est accidentia panis & vini per consecrationem ita mutari, ut tamen non desinant esse re verâ accidentia: idem ergo intelligit de panis & vini substantiis, scilicet *vt sint quæ erant*, quemadmodum *m* Author Librorum de Sacramentis apud Ambrosium loquitur, *& in aliud commutentur.* Tertiò, exempla quibus transmutationem de quâ loquitur illustrat, idem liquidò convincunt. Ait enim: *n quemadmodum in baptismate quia mos est hominibus aquâ lavacri & oleo ungi, (Deus) oleo & aqua conjunxit gratiam Spiritûs, & fecit illud lavacrum regenerationis; similiter, quia consuetudo hominibus est panem manducare ac vinum & aquam bibere, conjunxit ipsis divinitatem suam, & ipsa effecit corpus & sanguinem ejus.* At certum est apud omnes, aquam baptismatis regenerationis lavacrum per Spiritum ita effici ut nihilominùs substantialiter aqua non desinat esse: Idem ergo pani & vino contingere dicendum est. Rursus inquit: o *Carbonem vidit Esaias: carbo autem lignum simplex non est, sed unitum igni. Sic panis communionis non panis simplex est, sed vnitus divinitati. Et corpus unitum divinitati non una natura est, sed vna quidem corporis, altera verò vnita ipsi divinitatis*, &c. At carbo unitus igni non desinit esse substantialiter carbo, licet per mutationem aliquam *ignitus* fiat. Similiter ergo & panis non desinit esse quoad substantiam panis, etsi quodammodo mutatur per ipsius *adjunctionem*, ut ait, *cum divinitate.* Quartoidem adhuc ostendit cùm paulo post ait: p *Hunc panem figurabant panes propositionis, & hæc est pura scilicet hostia & incruenta quam ab ortu solis vsque ad occasum sibi offerri per Prophetam Dominus dixit, corpus nempe & sanguinem Christi, in consistentiam animæ nostræ & corporis vadentem, non consumptum, non corruptum, non in secessum iens, absit, sed in nostram substantiam & conservationem.* Nam quis asserere ausit proprium Domini corpus *in corporis* nostri *substantiam* transmutari? Falsissimum sane id est ex omnium confessione. Illud tantum dicere potest de verô pane & vinô, quæ censet ex unione cum divinitate tantùm sanctificationis & gratiæ percipere, ut quamlibet manducata eorum nihil corrumpatur & in secessum abeat, sed tota vertantur in animæ nostræ corporisque consistentiam & stabilimentum. Itaque mens ipsius non est panem & vinum substantialiter mutari, & hac ratione effici verum ac proprium Domini corpus & sanguinem; sed id vult quod ipsemet satis aperte declarat, cum ad hanc quæstionem, a *quomodò panis fit corpus Christi, & vinum & aqua sanguis Christi*, respondet: *Ego dico tibi, supervenit Spiritus Sanctus, & hæc operatur super sermonem & intelligentiam. Panis & vinum assumuntur*: προσλαμβάνεται; quod ipsum vocabulum est quo Athanasius vnionem verbi divini cum humanitate nostrâ in symbolo suo exprimit, inquiens: *licet sit Deus & homo, non duo tamen sed tantùm, sed unus Christus est, unus autem, non conversione divinitatis in carnem, sed assumptione* προσλήψει *humanitatis ad divinitatem.* Sensus proinde ejus est per adventum S. Spiritus panem & vinum assumi a divinitate, quem in finem paulo antè tanquàm simile adducit incarnationis mysterium similiter quoque per S. Spiritus adventum, perfectum & consummatum: & ita, divinitati cui proprium Domini corpus & sanguis conjuncta sunt, quemadmodum in tertio copulata & unita, non jam plura esse corpora, sed unum & idem. Sic enim & ibidem ait: b *vnimur corpori Domini & Spiritui ejus, & efficimur corpus Christi.* Et rursus: *si omnino est vnio ad Christum, omnino & invicem inter nos, & cum omnibus nobiscum participantibus secundum propositum vnimur.* In quæ verba commentator: d *quæcumque enim ad idem tertium vniuntur, & inter se uniri est necesse.* At cui non apparet sententiam hanc Damasceni ad transsubstantiationem aut realem præsentiam nullomodo pertinere, sed ad quamdam impanationem?

At verò circà idem tempus quo Damascenus negabat panem & vinum Eucharistiæ post consecrationem *typum* aut *antitypum* esse corporis & sanguinis Domini, Stephanus Stylites ipsius in imaginum defensione comilito, earumque tandem Martyr, contrarium pronunciabat vetustatis hac parte tenacior. Constantinum enim Imperatorem alloquens qui imagines è templis exturbari curaverat: *an tu quoque*, e inquit, *corporis & sanguinis Christi antitypa ab ecclesiâ proscribes, utque imaginem ac veram illorum figuram teneant?* Nam illùm de ijs post consecrationem loqui, evidenter patet ex his quæ immediate subjungit: *quæ & adoramus*, (sic enim interpres vertit verbum προσκυνοῦμεν quod procul dubiô in græcô est, pro *veneramur*) *& osculamur & eorum perceptione sanctitatem consequimur.*

Sed quid unum homuncionem contradicentem memoro? Synodus Constantinopolitana trecentorum trigintà octò Patrum eodem propemodum tempore & annô, videlicet, annô Domini septingentesimô quinquagesimo quartô ad reprimendum abusum imaginum congregata, cujus dolendum est nihil superesse præter id quod in concilio Niceno

Stephanus.

Synodus Constantinopolitana.

m *Lib. 4. c. 4.*

n *Lib. 4. c. 14.* ὥσπερ ἐπὶ τοῦ βαπτίσματος, ἐπειδὴ τοῖς ἀνθρώποις ἔθος λιτῷ καὶ ἐλαίῳ χρίεσθαι, συνέζευξεν τῷ ἐλαίῳ τὸ ὕδωρ τῆς χάριτος τοῦ πνεύματος· καὶ ἐπειδὴ ἔθος ἐστὶ τοῖς ἀνθρώποις ἄρτῳ ἐσθίειν, ὕδατι τε πίνειν, συνέζευξεν αὐτοῖς τὴν ἑαυτοῦ θεότητα, καὶ μετεποίησε αὐτὰ εἰς τὸ ἑαυτοῦ σῶμα καὶ αἷμα.

o *Ibid.* ὥσπερ γὰρ ἄνθρακα Ἡσαΐας εἶδεν ξύλον λιθωθὲν ὄντα, ἀλλ' ἡνωμένον πυρὶ· οὕτω καὶ ὁ ἄρτος ὁ κοινωνικὸς οὐκ ἄρτος ἁπλοῦς ἐστιν, ἀλλ' ἡνωμένος θεότητι. Σῶμα γὰρ ἡνωμένον θεότητι, ἑνὸς ὑποστάσει τῆς τοῦ Λόγου, οὐ μία φύσις ἐστὶν, ἀλλὰ μία μὲν τοῦ Σώματος, ἡ δὲ ἡνωμένη αὐτῷ θεότης ἐστίν.

p *Ibid.* τοῦτον τὸν ἄρτον οἱ ἄρχαι ὑπεγράφοντο τὴν προθέσεως, &c. Σῶμα καὶ αἷμα χριστοῦ, εἰς νόησιν τῆς ἡμετέρας ψυχῆς τε καὶ Σώματος χωρεῖν, ἃ διαπαντὸς, ἃ φθαρησόμενον, εἰς εἰς ἀφεδρῶνα χωρεῖ, μὴ γένοιτο. ἀλλ' εἰς τὴν ἡμῶν ἕξιν καὶ σύστασιν καὶ μετοχήν.

a τὸν ἐμπνεόμενον ὑπὸ ἁγίου πνεύματος Σῶμα χριστοῦ, καὶ οὐσίαν καὶ τὸ ὕδωρ αἷμα χριστοῦ λέγω καὶ μαγνῆσιν πνεῦμα ἄγιον ἐπφοιτᾷ, καὶ ταῦτα τελεῖ τὰ ὑπερφυῆ λέγω καὶ ἄπορα. ἄρτος ὁ καὶ οἶνος προσλαμβάνεται.

b ἑνούμεθα Σώματι χριστοῦ καὶ τῷ πνεύματι αὐτοῦ καὶ γινόμεθα Σῶμα χριστοῦ.

c *Ibid.* εἰ πάντως ἕνωσις πρὸς τὸν θεὸν χριστὸν, καὶ πρὸς ἀλλήλους πάντως, καὶ πᾶσι τοῖς συμμεταλαμβάνουσιν ἑνούμεθα.

d *Clichtoneus ibid.*

e *Vita Steph. apud Surium ad 28. Novemb. cap. 36.*

Stephanus.

Niceno ſecundo & in libris Carolinis ex vitioſa admodum verſione recenſetur, contrarium ſimiliter dicit & definit, docens nullam aliam nobis à Dominô faciendam eſſe relictam imaginem ſui, præter ſolam Euchariſtiam: *lætentur, f* inquit, *& exultent, & ſiduciæliter agant hi qui veram Chriſti imaginem ſinceriſſimâ animâ faciunt, & deſiderant, & colunt, & in ſalutem animæ & corporis offerunt: quam ipſe ſacer perfectior & Deus eam quæ eſt ex nobis univerſe maſſam aſſumens juxta tempus voluntaria paſſionis in typum & commemorationem evidentiſſimam tradidit Diſcipulis ſuis. Se ſe namque voluntariè daturus celebri & vivifica morti ſuæ, acceptum panem benedixit, & gratijs actis fregit & dans dixit*, accipite & comedite in remiſſionem peccatorum, hoc eſt corpus meum. Similiter & poculum dans, dixit, hoc meus eſt ſanguis; id facite in meam commemorationem, *veluti nullâ aliâ ſpecie ab eô electâ ſub cælô vel typo ipſum incarnationem exprimere valenti.* Eccè ergò *imaginem vivifici corporis ejus pretioſe & honorabiliter factam. Quid enim in hoc molitus eſt ſapientiſſimus Deus? Nihil aliud, niſi ut oſtenderet & evidenter exprimeret nobis hominibus myſterium quod operatum eſt in diſpenſatione ſuâ. Quia, ſicut id quod ex nobis ſuſcepit, materia ſola eſt humana ſubſtantia per omnia perfecta non figurantis propriè ſuſiſtentem perſonam, ne additamentum perſonam in divinitatem incidat; ita & imaginem materiam electam, id eſt, panis ſubſtantiam præcepit offerri, non figurantem hominis formam, ne idololatria ſubintroducatur. Sicut ergo quod ſecundum naturam Chriſti corpus eſt, ſanctum eſt ut deificatum, ita & id manifeſtum eſt de illo quod eſt inſtitutione, ſeu de Sanctâ ejus imagine, ut per quædam ſanctificationem gratia deificata. Hoc enim molitus eſt, ut diximus, Dominus Chriſtus, ut ſicut carnem quam ſuſcepit propria ſecundum naturam ſanctificatione ex ipſâ unione deificavit, ſimiliter & Euchariſtiæ panem ut veracem imaginem naturalis carnis per adventum S. Spiritus ſanctificatum divinum corpus fieri voluit, mediante ſacerdote oblationem ex communi ad ſanctum quid tranſferente. Itaque Chriſti ſecundum naturam caro, animata & intellectualis vncta eſt Spiritu Sancto ad divinitatem: ſimiliter & divinitus tradita imago ejus, divinus ſcilicet panis, repletus eſt Spiritu Sancto cum calice vivifici ſanguinis lateris ejus. Hæc ergo demonſtrata eſt* (ſeu, effecta) *vera imago diſpenſationis Chriſti Dei noſtri in carne, quemadmodum ſupra dictum eſt, quam ipſe nobis verus natura vivificator & factor propria voce tradidit.* Definitionem profecto antiquæ veterum fidei prorſus congruam. Primo enim panem & vinum poſt conſecrationem *corporis & ſanguinis Dominici typum & imaginem* appellant, idque ajunt eſſe quod Dominus in Euchariſtia nobis mandavit faciendum. Secundo notant, imaginem illam eſſe *ſubſtantiam panis*, ac proinde etiam vinis: directe contrà tranſſubſtantiationem. Tertio, licet imaginem illam *divinum corpus* appellent, utpote conſecratione deificatam, eam tamen ſtudioſe diſtinguunt à propriô Domini corpore, corpus *ex inſtitutione* eſſe dicentes, non vero *ſecundum naturam*: proùt olim Theodoretus. Quemadmodum & rurſus *Deificationis* conditio quam imagini illi, ſeu pani tribuit, pariter eum innuit à ſubſtantiâ ſuâ propriâ non recedere. Hoc enim *Deificationis* vocabulô utebantur paſſim Veteres, ut deſignarent (quemadmodum notat Anaſtaſius [a] Sinaïta) *ad id quod excellentius eſt evectionem, non tamen naturæ immutationem aut mutationem.* Denique, quod in pane & vinô per conſecrationem contingit, in eô conſiſtere docent, quod ex communibus in ſancta transferantur: quod iterùm abſque mutatione ſubſtantiali fieri palàm eſt. Clariſſimè & rectiſſimè.

Nicæna 2. Synodus. Alcuinus.

Verum trigintà tribus annis poſt, nempe annô ſeptingenteſimô octogeſimô ſeptimô Synodus altera pro reſtitutione imaginum in Nicæâ Bithyniæ congregata, ac Conſtantinopolitani ſuprà memorati Concilij acta refigens, cum Damaſcenô ait per os Epiphanij Diaconi: [b] *Nuſquam Dominus, neque Apoſtoli, vel Patres incruentum ſacrificium per ſacerdotem oblatum imaginem dixerunt, ſed ipſum corpus & ipſum ſanguinem. Et ante ſanctificationis perfectionem nonnullis ſanctorum Patrum pie quidem viſum eſt antitypa nominare, &c. poſt ſanctificationem vero corpus proprie & ſanguis Chriſti dicuntur, & ſunt, & creduntur.* Cujus rationem reddit, *quia ſi imago corporis eſt, non poteſt eſſe ipſum divinum corpus.* At quàm vel inſcitè de Patribus harioletur

[f] Concil. Nicen. 2. act. 6. ὑφ ἡμῶν ἐπιστεύθη καὶ ὁμολογεῖται, καὶ ἀγαλλιάσεται, καὶ παρέσται Χριστὸς ὁ θεὸς ἡμῶν ἀληθῶς τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ ἀληθείᾳ τῇ ψυχῇ πιστεύουσι, καὶ πεθήσονται καὶ ἀναβήσονται, καὶ εἰς Συνεδρίαν ψυχῆς καὶ σώματος συναθροισθήσονται ἐν αὐτοῖς ὁ ἐπουράνιος καὶ ζωοποιὸς ἄρτος καὶ ποτήριον ἐξ ἡμῶν ἀληθῶς ἀναλαμβάνων φάγεται καὶ πίεται εἰς σύνταξιν πάντων εἰς τέλος καὶ ἀναμάρτητον φυλαχθῆναι τοῖς ἁγίοις μυστηρίοις παραδίδοται. μείζων γὰρ οὐδεὶς ἐστὶν ἐκείνου τοῦ ἁγίου καὶ ζωοποιοῦ ἄρτου, λαμβάνει τὸν ἄρτον ὁ ἱερεὺς, καὶ ἐπικαλεῖται, καὶ μεταβάλλει εἰπὼν, φάγετε· τοῦτο μού ἐστι τὸ σῶμα ἀμφίβολον καὶ τὸ ποτήριον μεταβάλλει εἰπών. τοῦτο μού ἐστι τὸ αἷμα τοῦτο ποιοῦσι εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν. ὡς γὰρ ἄλλην εἰδὸς ἐπιλιχμήτου παρ' αὐτῷ οὐ τὴν ὕδατι ἢ τίνι οἰκείωσιν τὴν αὐτοῦ σώσασαν δωρεῖται. ἰδὲ δὲ ἡ οἰκεία καὶ ζωοποιὸς σῶσις αὐτοῦ ἡ σύντομος καὶ τελεσιουργὸς πραγματεία. τί δὲ ἐμφαίνεται διὰ τούτων ἡμῖν; ἐκ ἐτοίμου δῆλα, ἃ δεῖξαι καὶ πρώτους φαντάζεται ἡμῖν τὰς αἰσθήσεις τὸ πραγματικῶς μυστήριον ὃ τῷ καθ' αὐτὸν οἰκονομίᾳ ὅπερ ὅπερ ἐξ ἡμῶν ἀναλάβοι, ὕλη πάντη ἐστὶν ἀνθρωπίνης ἐνίσης καὶ πάντη τελείας μὴ χαρακτηριζούσης ἰδιοσύστατον ὑποκείμενον ἵνα μὴ εἰς θεότητα τρέπηται διὰ τὴν ἡνῶσθαι πανάμωμον, ὅπερ καὶ τὸν ἀνάρχου ὕλην ἐξαίρετον, ἵνα μὴ ἀρχὴ ἐπίσω ὑποστάσεως ὑποφαίνοιτο, μὴ χαρακτήζουσα ἀνθρώπου μορφὴν, ἵνα μὴ εἰδωλολατρείᾳ παρεισαχθῇ. ἄρτος μὲν τὸ κατὰ φύσιν ἐξ ἀνθρώπου εἰς ἄρτον, ἵνα ἄλλον καὶ τὸ θεῖον, ἵνα ἡ οἰκεία αὐτοῦ ἀρχὴ εἰς ἄλλο πνεῦμα χάριν ἐνέβαλε. τῶν γὰρ ἐν πραγματείᾳ ἐστὶ, εἰς ἐφεξῆς, ἐ ἄλλο παρὰ τὴν χρῆσιν, ἢ ἀναλαβεῖ, τὸ ἀνθρώπινον κατὰ φύσιν ἀγαθοποιὸν ἐξ αὐτοῦ ἐνέργειαν ἐφάνησεν, ἀνθρώπου καὶ θεοῦ τὸν ἅγιον πνεῦμα· ἐπιφοιτήσαντος ἁγιαζόμενον, θεῖον σῶμα ἐνδείκνυσι χάριτος μετατιθέντος· ὃ δὲ πρώτου ἐστὶ τὸ ἄρτου τὸν ἀναφορᾶς πνευματικὸν ἱερέως. λειτουργὸς ἐν κατὰ φύσιν ἐμψύχου καὶ νοεροῦ σώματος ἐχρῆν τὸν πνεῦμα ἁγίου (τοῦτο) τὴν θεότητα. ἀσυγχύτως καὶ ἀδιαιρέτως ἑνώσεως αὐτοῦ, ὁ ἐν ἄρτου ἐπλήρωσε πνεύματος ἁγίου τοῦ πατρικοῦ δὲ ζωοποιοῦ πνεύματος τῆς πλησμονῆς αὐτοῦ. οὕτω δὲ λαμβάνεται ἀψυχίας οἰκεῖον τῆς σάρκος ἐνεργούσης χάριτος. διὸ ἡμῶν, τροφὴν ἀναλαμβάνειν, ἐν αὐτοῖς ἡμῖν ὁ ἁγιασμὸς τοῦ φυσικοῦ ζωοποιοῦ σώματος ἐνεργοφόρους ἀναδείκνυσι.

[a] ἐπὶ τὸ κρεῖττον ἐκ τοῦ χείρονος ἀνάβασις, οὐ μὴν φύσεως μεταποίησις ἢ μεταβολή.

[b] Αὔτ. Θ. οὐδαμοῦ, οὔτε ὁ κύριος, οὔτε οἱ ἀπόστολοι τὴν προσφορὰν οὐκ ἔτι τὸν ἄρτον ἔφασαν ἀντίτυπα ὀνομάζειν τοῦ ἀναίμακτου θύματος, ἀλλὰ αὐτὸ τὸ σῶμα καὶ αἷμα. καὶ ὅσοι δὲ ἁγιασμοῦ τελουμένης λειτουργίας τὸν ἅγιον πνεῦμα ἐπιδημῆσαι τοῖς προκειμένοις ἐφάσκουσι, καὶ μεταβάλλειν εἶπε λέγοντες, φάγετε οὗτός ἐστι τὸ σῶμα ἀμφίβολον καὶ τὸ ποτήριον μεταβάλλει εἶπε. τοῦτο μού ἐστι τὸ αἷμα τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν. ὡς γὰρ ἄλλην εἰδὸς ἐπιλιχμήτου παρ' αὐτῷ οὐ τὴν ὕδατι ἢ τίνι οἰκείωσιν τὴν αὐτοῦ σώσασαν δωρεῖται. ἰδὲ δὲ ἡ οἰκεία καὶ ζωοποιὸς σῶσις αὐτοῦ ἡ σύντομος καὶ τελεσιουργὸς πραγματεία. τί δὲ ἐμφαίνεται διὰ τούτων ἡμῖν; ἐκ ἐτοίμου δῆλα, ἃ δεῖξαι καὶ πρώτους φαντάζεται ἡμῖν τὰς αἰσθήσεις τὸ πραγματικῶς μυστήριον ὃ τῷ καθ' αὐτὸν οἰκονομίᾳ ὅπερ ὅπερ ἐξ ἡμῶν ἀναλάβοι, ὕλη πάντη ἐστὶν ἀνθρωπίνης ἐνίσης καὶ πάντη τελείας μὴ χαρακτηριζούσης ἰδιοσύστατον ὑποκείμενον ἵνα μὴ εἰς θεότητα τρέπηται διὰ τὴν ἡνῶσθαι πανάμωμον, ὅπερ καὶ τὸν ἀνάρχου ὕλην ἐξαίρετον, ἵνα μὴ ἀρχὴ ἐπίσω ὑποστάσεως ὑποφαίνοιτο, μὴ χαρακτήζουσα ἀνθρώπου μορφὴν, ἵνα μὴ εἰδωλολατρείᾳ παρεισαχθῇ. ἄρτος μὲν τὸ κατὰ φύσιν ἐξ ἀνθρώπου εἰς ἄρτον, ἵνα ἄλλον καὶ τὸ θεῖον, ἵνα ἡ οἰκεία αὐτοῦ ἀρχὴ εἰς ἄλλο πνεῦμα χάριν ἐνέβαλε. τῶν γὰρ ἐν πραγματείᾳ ἐστὶ, εἰς ἐφεξῆς, ἐ ἄλλο παρὰ τὴν χρῆσιν, ἢ ἀναλαβεῖ, τὸ ἀνθρώπινον κατὰ φύσιν ἀγαθοποιὸν ἐξ αὐτοῦ ἐνέργειαν ἐφάνησεν, ἀνθρώπου καὶ θεοῦ τὸν ἅγιον πνεῦμα· ἐπιφοιτήσαντος ἁγιαζόμενον, θεῖον σῶμα ἐνδείκνυσι χάριτος μετατιθέντος· ὃ δὲ πρώτου ἐστὶ τὸ ἄρτου τὸν ἀναφορᾶς πνευματικὸν ἱερέως. λειτουργὸς ἐν κατὰ φύσιν ἐμψύχου καὶ νοεροῦ σώματος ἐχρῆν τὸν πνεῦμα ἁγίου (τοῦτο) τὴν θεότητα. ἀσυγχύτως καὶ ἀδιαιρέτως ἑνώσεως αὐτοῦ, ὁ ἐν ἄρτου ἐπλήρωσε πνεύματος ἁγίου τοῦ πατρικοῦ δὲ ζωοποιοῦ πνεύματος τῆς πλησμονῆς αὐτοῦ. οὕτω δὲ λαμβάνεται ἀψυχίας οἰκεῖον τῆς σάρκος ἐνεργούσης χάριτος. διὸ ἡμῶν, τροφὴν ἀναλαμβάνειν, ἐν αὐτοῖς ἡμῖν ὁ ἁγιασμὸς τοῦ φυσικοῦ ζωοποιοῦ σώματος ἐνεργοφόρους ἀναδείκνυσι.

[a] ἐπὶ τὸ κρεῖττον ἐκ τοῦ χείρονος ἀνάβασις, οὐ μὴν φύσεως μεταποίησις ἢ μεταβολή.

[b] Αὔτ. Θ. οὐδαμοῦ, οὔτε ὁ κύριος, οὔτε οἱ ἀπόστολοι τὴν προσφορὰν οὐκ ἔτι τὸν ἄρτον ἔφασαν ἀντίτυπα ὀνομάζειν τοῦ ἀναίμακτου θύματος, ἀλλὰ αὐτὸ τὸ σῶμα καὶ αἷμα. καὶ ὅσοι δὲ ἁγιασμοῦ τελουμένης λειτουργίας τὸν ἅγιον πνεῦμα ἐπιδημῆσαι τοῖς προκειμένοις ἐφάσκουσι, &c. μὴ ὁ τὸν αἱματικὸν Χριστὸν σῶμα καὶ αἷμα χριστοῦ λέγοντες, καὶ εἰσί, καὶ πιστεύονται.

Nicæna 2. Synodus Alcuinus.

harioletur, vel inverecundè mentiatur, evidenter patet non modò ex innumeris Veterum teſtimonijs locò ſuò enumeratis qui panem & vinum poſt conſecrationem, *imaginem, typum, antitypum & figuram* corporis & ſanguinis Domini paſſim indigetant, ſed etjam ex ipſis Adverſarijs qui id agnoſcunt. Sic enim Alanus: [c] *licet Nicæna Synodus ſecunda & Damaſcenus l. 4. c. 14. præclare doceant hu nominibus apud Græcos appellata eſſe panem & vinum ante conſecrationem*, &c. *tamen indubie apud veteſtos Græcos eadem appellationes adhibita poſt conſecrationem.* Bellarminus ſimiliter: [d] *ita reſpondit olim Ioannes Damaſcenus l. 4. de fide c. 14. & Epiphanius in VII. Synodo act. 6. tom. 3. ſed hæc ſolutio multas habet difficultates. Nam* &c, *poſt conſecrationem Theodoretus apertiſſime ita Euchariſtiam vocat dialog. 1., nec non Macarius Ægyptius*, &c. Imo ad hæc Concilij verba in margine annotatum eſt: *Græci Patres jam ſanctificata non raro vocant antitypa, vt Nazianzenus orat. funebr. in Sororem, & Apolog. 1. Cyrillus Hieroſolym. Catechef. 5. myſtag. & alij.* Itaque, non poteſt Concilium illud nec à novitate doctrinæ, nec ab errore vindicari. Sed & rurſus aliter errat, in eâ nimirum quam affert dicti ſui ratione. Nam ſi panis & vinum Euchariſtiæ poſt conſecrationem non ſunt *antitypum*, *typus* aut *imago* corporis & ſanguinis Chriſti, dicendum eſt nullum eſſe in Euchariſtiâ ſacramentum: ſacramentum enim, niſi *ſignum* ſit, nullum eſt. Verum addo, quamlibet dicat panem & vinum poſt conſecrationem *imaginem & antitypum* corporis & ſanguinis Chriſti non eſſe, ſed ipſum corpus & ſanguinem; tranſſubſtantiationem tamen non ideò ſtatuere aut realem corporis Chriſti naturalis præſentiam. Neque enim ibidem docet, vel panem & vinum deſinere eſſe quod erant (imò contrà nihil reſpondet ad id quod Synodus Conſtantinopolitana dixerat, *panis ſubſtantiam offerri*, licet alia ejus omnia carpat & vellicet) vel proprium, ſubſtantiale, naturaleque Domini corpus in Euchariſticâ menſâ latitare; ſed tantum, panem & vinum eſſe, credi & dici Chriſti corpus & ſanguinem. Quod ex mente Damaſceni tantoperè ibi laudati, & ſuprà à nobis expoſiti intelligi veriſimiliter debet.

Huc uſquè Novatio penès ſolos Græcos fuerat: ſed ad finem hujus ſeculi cœpiſſe videri poſſit & inter Latinos, apud Alcuinum ſcilicet, & Carolum magnum.

Apud Alcuinum dico. Nam de pane ac vino loquens quæ *in corpus & ſanguinem Chriſti conſecrari*, dicit, innuit quidem contrà tranſſubſtantiationem id fieri abſque eo quod ſubſtantialiter eſſe deſinant, quando ait: [e] *hujus myſterij ſanctificatio noſtræ ſalutis portendit effectum. In aquâ populus intelligitur credentium. In granis tritici unde farina efficitur ut panis fiat, adunatio totius eccleſiæ deſignatur, quæ igne S. Spiritus in unum decoquitur corpus, vt ſuo capitis membra compaginentur*, &c. *In vinò autem ſanguis dominicæ paſſionis oſtenditur.* Et rurſus contra realem Dominici corporis in Euchariſtiâ præſentiam: [f] *parvo tempore ipſe* (Chriſtus) *apud Eccleſiam corporaliter manſurus, pauperes autem quibus eleemoſyna fieri poſſet, in eâ ſemper eſſent habendi.* Et Dominum ipſum loquentem inducens: [g] *ſi abierò per carnis abſentiam, veniam per divinitatis præſentiam in qua* vobiſcum ero uſque ad finem: Et cum Bedâ: [h] *Expedit vt forma ſervi veſtris ſubtrahatur aſpectibus*, &c. *Expedit vt notam vobis formam cœlo inferam, quatenus per hoc majore deſiderio illuc ſuſpiretis.* Et cum Auguſtinò: [i] *qui non manet in Chriſto, & in quo non manet Chriſtus, procul dubio nec manducat ſpiritualiter ejus carnem, licet carnaliter & viſibiliter premat ſacramentum corporis & ſanguinis Chriſti, ſed magis tanta rei ſacramentum ad judicium ſibi manducat & bibit, quia immundus præſumpſit ad Chriſti accedere ſacramenta, quæ alius* (legend. aliquis) *non digne ſumit niſi qui mundus eſt.* Nihilôminus in libro de Eccleſiaſticis, aut divinis officijs tranſire videtur in Damaſceni ſententiam de pane divinitati unito, & ſic Chriſti corpus effectô: Chriſti virtute, [k] inquit, *& verbis ille panis & calix ab initio conſecratus eſt, & ſemper conſecratur & conſecrabitur. Ipſe enim loquens per ſacerdotes ſua verba, cœleſti benedictione ſanctum corpus ſuum & ſanguinem perficit.* Et rurſum: *Sicut divinitas verbi una eſt quæ totum implet mundum, ita licet multis locis innumerabilibus diebus illud corpus conſecretur, non ſunt tamen multa corpora Chriſti, neque multi calices, ſed unum corpus Chriſti & unus ſanguis cum eo quod ſumpſit in utero Virginis, & quod dedit Apoſtolis. Divinitas enim Verbi replet illud quod ubique eſt, & conjungit, ac facit vt ſicut ipſa una eſt, ita conjungatur corpori Chriſti, & unum corpus ejus ſit in veritate.* Sed præclarus Author ab hujuſce novitatis ſuſpicione eſt vindicandus. Nam tractatus ille *de divinis officijs* Alcuini non eſt. Notavit ultimus operum ejus editor, Andreas Quercetanus: *Conjecturis, I* inquit, *non deſtituimur, ab eò nunquam fuiſſe conſcriptum. Author enim illius, quisquis ſit Gallus Bracbata incolam ſe profitetur: exemplarque vetuſtò ſtilo exaratum, cujus ope XII. Capita integra reſtituimus, quæſtionem de natalitijs Sanctorum capitis XVIII. ſubjunctam adſcribit* [n] *Elprico Monacho, qui juxta Trithemium floruit anno MXL: Et demum in eo* [o] *Feſtivitatis omnium Sanctorum inſtitutio calendis Novembribus memoratur, quo die tamen longe poſt Alcuini obitum in Gallia ac Germania celebrari cœpiſſe, ſcilicet anno D. CCC. XXXV. ex Sigeberto & alijs facile*

[c] *De Euch. ſacr. l. 3. c. 32.*

[d] *De Euch l. 2. c. 25.*

[e] *Epiſtola 69.*

[f] *In Ioan. l. 5. c. 28.*

[g] *Ibid. lib. 6. c. 34. vid. & c. 35*

[h] *Ibid. cap. 37.*

[i] *Ibid l. 3. cap. 15.*

[k] *cap. 40.*

[l] *In præfatione Cap. 38.*

[n] *Ego idem reperi in Manuſcript. bibliotb. Thuanæa. 4 ubi tractatus de officijs habetur ſine Auctoris nomine. Sed utrum Elpricus ille fuerit is de quo Trithemius, non puto.*

[o] *De alio quodam loquitur Cap. 38.*

Carolini Libri Ordo Romanus.

facile discitur. Nec illi tribui potest absque gravi injuria, tot scatet ignorantiis quas oculatissimus & Charissimus frater Blondellus jam pridem[a] observavit, & nos post illum notabimus. Nam capite primo & sexto inscite & ridiculè assignat consules in annis nativitatis & baptismatis Domini. Capite nono ait: *pascha græce, Latinè dicitur transitus.* Ac contrà verus Alcuinus: [b] *pascha, fratres, non sicut quidam existimant, græcum nomen est, sed Hebraum.* Capite decimò tertio: *impudici à podice*, inepte. Capite trigesimo sexto: *sacerdos græce, Latinè sacrum dans.* Capite trigesimò octavò: *Herba quæ Hebraicè acano, Græcè autem hios, quæ apud nos Latinè cicuta.* Ubi nihil sani. Denique, nè nimius sim in nugis recensendis, totum caput quadragesimum undè locus supra citatus desumptus est, est tractatus Rhemigij Altisiodorensis de *Celebratione Missæ*, sub cujus quoque nomine editus habetur in bibliotheca Patrum. Et videtur totum opus Authoris istius esse.

[a] *De Eucharist. c. 18.*

[b] *In Ioan. l. 6. c. 32.*

Ad Carolum Magnum autem quod attinet, is certe in libris *de imaginibus*, si non ab eo (quod partùm probabile est) saltem ejus jussu & sub ipsius nomine conscriptis & publicatis annò septingentesimo nonagesimo ubi ex professo ambæ supramemoratæ synodi Constantinopolitana & Nicena in cunctis pene sugillantur, *imaginis* appellationem in priori Eucharistiæ tributam carpit & improbat: *non imaginem*, [c] inquit, *aut aliquam præfigurationem, sed semet-ipsum Deo patri pro nobis in sacrificium* (Christus) *obtulit, & qui quondam sub umbrâ legis in agni immolatione sive in quibusdam rebus imaginariè præfigurabatur offerendus, veraciter ea consummans quæ de se vatum oraculis prophetata sunt, Deo Patri ejs victima salutaris oblatus. Nec nobis, legis transeuntibus umbris, imaginarium quoddam indicium, sed sui corporis & sanguinis contulit sacramentum. Non enim sanguinis & corporis Dominici mysterium* imago *jam nunc dicendum ejs, sed* veritas; *non umbra, sed corpus, non exemplar futurorum, sed id quod exemplaribus præfigurabatur. Iam secundùm Canticum Canticorum* aspiravit dies, & amotæ sunt umbræ. *Iam* finis legis ad justitiam omni credenti Christus *advenit. Iam* legem adimplevit. *Iam* qui sedebat in regione umbræ mortis lucem magnam vidit. *Iam* velamen faciei Mosi *decidit*, & velum templi scissum, *arcana nobis & ignota quæque ostendit. Iam verus Melchisedek, Rex justus, Rex pacis, non pecudum victimas, sed sui nobis corporis & sanguinis contulit sacramentum. Nec ait*, hæc est imago corporis mei, *sed*, hoc est corpus meum *quod pro vobis tradetur*, &, hic est sanguis meus, *qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum.* Verùm, quicumque sit verborum ipsius sensus, is nec transubstantiationi, nec reali præsentiæ ullòmodo favere putandus est. Nam sive in loco citato, sivè etiam in aliis ubi de Eucharistia loquitur, nullibi observat panem & vinum desinere *esse* substantialiter *quod erant*: imò contrarium innuit. Primò enim, multoties ait, panem & vinum *effici corporis & sanguinis sacramentum:* & [d] *sacramentum corporis & sanguinis Christi ad commemorationem passionis suæ & nostræ salutis nobis consecratum ab eodem mediatore Dei & hominum per manûs sacerdotis & invocationē divini nominis confici & consecrari.* Sacramentum autem corporis & sanguinis Christi, & *corpus* ac *sanguis* Christi, idem non sunt. Illud *sacrum signum* est quod & ostendit ordo Romanus eodem tempore conscriptus, in quo oratur ut *creatura salis efficiatur salutare sacramentum*, & de oliva pariter, *fiat tua gratia sacramentum*: hæc res quarum plerunque nomina accipit *consecrari* quoque nunquàm significat mutationem substantialem, sed accidentalem tantùm. Deinde subjungit: [e] *Paulus Apostolus* vas electionis, *corporis & sanguinis Dominici sacramentum non omni sacramento æquiparandum, sed pene omnibus præferendum esse conspiciens, dicit, probet autem se homo, & sic de pane illo manducet & de calice bibat*, &c. Ubi *sacramentum* illud non modo *panem* esse docet, sed satis aperte negat proprium Domini corpus esse, quandoquidem ait illud *omnibus pene sacramentis* esse præferendum. Nam si illud censuisset proprium Domini corpus esse, procul dubio dixisset illud *omnibus omninò* esse præferendum, quemadmodum hodie id docent Adversarij. Itaque quando ait, *corporis & sanguinis dominici mysterium, imaginem non esse dicendum, sed veritatem, non umbram, sed corpus, non exemplar futurorum, sed id quod exemplaribus præfigurabatur*, imaginem ibi non sumit pro figurâ ac sacro signo, quod *sacramenta* necessario sunt, sed pro *præfiguratione*, & ut ibidem loquitur, *imaginario quodam judicio*, rei nondum existentis: quemadmodum Walafridus non longe post explicat, dicens, [ee] *pro diversis sacrificiorum ritibus simplex oblatio panis & vini fidelibus sufficiat, qui non in multitudine umbrarum apparituram quærunt veritatem sed eam in manifestatione factorum tenent perspicuam.* Cum enim Dominus Deo patri tanquam victima salutaris in veritate fuerit oblatus, vult ipsius sacramentum propter hujus veritatis certum & indubitatum adventum, non amplius *imaginem, umbram & præfigurationem*, sed *veritatem* appellari: quomodò suprà audivimus Isidorum illud eadem ratione corporis ac sanguinis Dominici *verissimum sacramentum* nominantem. Id autem vel ex eô manifestè patet, quod idem alibi illud *figuram* appellat *Dominici corporis & sanguinis: Dominus*, [f] inquit, *cœnando cum Discipulis panem fregit*,

Carolini Libri Ordo Romanus.

[d] *Lib. 2. Ep. 27. his verbis.*

[e] *Ibid.*

[ee] *De rebus ecclesiast. c. 18.*

[f] *De ratione Septuagef. ad Alcuinum.*

[c] *Lib. 4. c. 14.*

Carolini Libri. Ordo Romanus.

f *De ratione Expungef. ad Alcuinū.*

num, f inquit, *canando cum Discipulis panem fregit, & calicem pariter dedit in figuram corporis & sanguinis sui, nobisque profuturum magnum exhibuit sacramentum.* Innovatio igitur est in loquendi formâ potius, quàm in re: sed periculosa tamen, & quæ sequentibus seculis errandi non levem ansam incautis subministravit. Præstitisset semper loqui cum Veteribus qui Eucharistiam corporis & sanguinis Dominici *imaginem* liberrimè nominarunt. Sed pruritus contradicendi novitatem hanc reperit; Synodo interim Constantinopolitanâ antiquitatem sequente.

Circà idem tempus quo Carolus Libros

g *Præf. tom. 10. biblioth. Patr. edit. 4.*

de imaginibus publicavit, g Michael Hiltorpius scriptum fuisse existimat tractatum qui inscribitur, *Ordo Romanus antiquus de divinis Catholicæ Ecclesiæ officijs & ministerijs per totius anni circulum*, & quadraginta annis post ab Amalario frequentissime citatur & laudatur. Qui s autem Author illius sit, nescitur, sed qualiscumque sit, aperte satis indicat transubstantiationem nec a se, nec ab Ecclesiâ Romanâ tum fuisse creditam. Nam licet frequentissime panis & vinum Eucharistiæ *Domini corpus & sanguis* ibi nominentur, id tamen dictum fuisse sensu ab hodiernæ Ecclesiæ Romanæ, quæ verbis liturgiæ antiquæ retentis sensum illorum mutavit, intelligentia, prorsus alieno, figurate videlicet & mystice non proprie, ac existimatum corpus illud & sanguinem vere panem ac vinum esse quoad substantiam, plurima sunt quæ evincunt. Nam de moribus sui temporis, & ut notat *in his partibus*, in quibus

h *Ibid. pag. 8.*

nimirum erat, agens, primò ait: h *subdiacono, postquàm viderint calicem in quo sanguis Domini est, panno circumdatum, & audierunt,* sed libera nos à malo, *vadunt & præparant calices sivè sindones mundas in quibus recipiant corpus Domini, ne in terram cadat, & in pulverem vertatur.* At qui dicere id posset de proprio Domini corpore? Potest-ne *in pulverem verti?* Quis non videt id dictum esse de pane propriè sic appellato qui in terram cadens ac calcatus & protritus in pulverem

i *Ibid. p. 5.*

abire potest? Secundò, ait: *Pontifex rumpit oblatam ex latere dextrô, & particulam quàm rumpit, super altare relinquit.* At quis dixerit proprium Dominicum corpus *frangi* pos-

k *Ibid. p. 6.*

si & in *particulas* dividi? Tertiò ait; k *Expletâ fractione, Diaconus minor levatam de subdiaconô pateram defert ad sedem, vt communicet Pontifex. Qui dum communicaverit, de ipsâ Sanctâ quam momorderat, ponit inter manus Archi-diaconi.* Quæro autem, an *momorderit* proprium Domini corpus: & num hæc locutio, *de ipsâ sancta quam momorderat, ponit inter manus Archi-diaconi*, designet aliquid quod per se totum ponatur, an non aliquid potius cujus *particula* tantummodò reponatur à toto suo disjuncta? Quartò, immediatè subjungit: *ponit inter manus Archidiaconi in calicem, faciens crucem ter, dicendo, fiat commixtio & consecratio corporis & sanguinis Domini.* Quibus verbis palam ostendit, id quod in calice est, quodque *sanguinem* nominat, aliud omninò esse & distinctum ab eo quod *corpus* appellat, contra hodiernum Adversariorum doctrinam qui censent ipsummet corpus in calice esse cum sanguine in ipso contento, non autem sanguinem à corpore separatum. Nam si corpus Christi in calice ipso reverâ esse censuisset, commixtio illa superflua prorsus fuisset; quid enim opus est commiscere corpus Christi cum corpore Christi? Imò & impossibilis, mixtio enim duorum est, non unius & ejusdem cum seipso. At si non existimavit illud quod in calice est, proprium Domini corpus esse, necessariò dicendum est illum per sanguinem in calice existentem, aut proprium Christi sanguinem à corpore separatum, aut vinum sic proprie dictum, intellexisse. Prius autem illud non potuit intelligere, quià sanguis Dominicus omnium confessione actu à corpore hodie inseparabilis est. Posterius ergo, hoc est, verum vinum intelligit quod *secundum quemdam modum*, videlicet, *in sacramento*, sanguis Domini est. Quinto dicit: c *Diaconus tenens calicem & fistulam stet antè Episcopum, vsquè dum ex sanguine & corpore Christi, quantum voluerit sumat*: aperte indicans se de ejusmodi sanguine & corpore Domini loqui, de quibus plus aut minùs pro libitò sumi potest. Id autem de pane & vino verè quidem dici potest; de proprio autem Domini corpore & sanguine nullomodò. Denique ait: *Diacono minùs cautè procurandum est, nè quid in calice aut patenâ sanguinis vel corporis Christi remaneat*: his verbis rursùs ostendens se de tali Christi corpore & sanguine loqui de quibus aliquid a toto separari queat & disjungi, ac per incuriam relictum deperdi. Falsum autem & absurdum id est de proprio Domini corpore & sanguine: de pane autem & vino propriè sic appellatis id verè contingere potest. Illa ergo ipse censuit in Eucharistiâ post consecrationem manere. Sed & idem colligi potest ex ordine Romano illius temporis quem refert. Primo enim in eo dicitur: d *hanc oblationem* (sc. panis & vini) *servitutis nostræ, sed & cuncta familiæ tuæ, quam tibi offerimus ob diem in quâ Dominus noster Iesus Christus tradidit Discipulis suis corporis & sanguinis sui mysteria celebranda, quæsumus Domine vt placatus accipias, diesque nostros in tuâ pace disponas, atque ab æternâ damnatione nos eripias, & in electorum tuorum jubeas grege numerari, per Christum Dominum nostrum. Quam oblationem tu Deus in om-*

Ordo Romanus.

c *Ibid. p. 10.*

d *Ibid. p. 6. a.*

zed by Google

Ordo Romanus.

nibus, quæsumus, benedictam, ascriptam, ratam, rationabilem, acceptamque facere digneris vt nobis corpus & sanguis fiat dilectissimi tui filij Domini nostri Iesu Christi, qui pridie quam pro nostra omnium salute paterctur, hoc est, hodie, accepit panem in sanctas ac venerabiles manus suas, & elevatis oculis suis in cœlum ad te Deum Patrem suum omnipotentem, tibi gratias agens benedixit, fregit, dedilque Discipulis suis dicens; accipite & manducate ex hoc omnes : hoc est enim corpus meum. *Simili modo postcaquàm cœnatum est, accipiens & hunc præclarum calicem in sanctas & venerabiles manus suas, item tibi gratias agens, benedixit, dedilque Discipulis suis, dicens*, Accipite & bibite ex eô omnes, *hic est enim calix sanguinis mei, novi & eterni testamenti, qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Hæc quotiescunque feceritis, in mei memoriam facietis.* Vbi series sermonis manifestè docet, in verbis *hoc est corpus meum*, pronomen *hoc* tunc fuisse de pane intellectum, si quidem postquàm dictum esset, *accepit panem*, &c. *tibi gratias egit, benedixit, fregit, dedit Discipulis, Dicens, accipite & manducate ex hoc omnes*, subjungitur immediate cum particulâ ratiocinativâ, *hoc est enim corpus meum* : perinde ac si foret dictum, *hic enim panis est corpus meum.* At

d Disp. 180. c. 9. n. 91.

si pronomen, hoc, inquit, Vasques, *in illis verbis, hoc est corpus meum, demonstraret panem, fatemur etiam fore vt nulla conversio virtute illorum fieri posset, quia panis de quo enuntiantur manere deberet.* Quandoquidem igitur talis fuit olim Liturgiæ Romanæ sensus, concedendum relinquitur transsubstantiationem illi tùm ignotam fuisse. Secundò immediatè additur : *Vnde & memores, Domine, nos servi tui, sed & plebs tua Sancta, Christi filij tui Domini nostri tam beata passionis, &c, offerimus præclaræ majestati tuæ de tuis donis ac datis hostiam puram, hostiam Sanctam, hostiam immaculatam, panem sanctum vitæ æternæ, & calicem salutis perpetuæ. Super quæ propitiò ac sereno vultu respicere digneris, & accepta habere, sicuti accepta habere dignatus es munera pueri tui justi Abel, & sacrificium Patriarchæ nostri Abrahæ, & quod tibi obtulit summus sacerdos tuus Melchisedek, sanctum sacrificium, immaculatam hostiam.* At, si tum creditum fuisset panem sanctum qui offerebatur, & id quod in calice erat, rem esse numero unam, ipsissimum nempe Dei omnipotentis filium, aut proprium ipsius corpus, quamobrem fuisset dictum plurali numero, *super quæ respicere digneris*, quasi de pluribus ageretur ; & non potiùs *super quem*, aut *super quod*, singulari numero ut de re vnica ? Annon id aperte clamat de pane & vino agi *qua utraque*, f inquit Amalarius, *non incongruenter & possunt plurali nomine appellari* ? Nec rursum rogatus fuisset Deus ut ea accepta habere vellet sicuti accepta habere dignatus est munera Abel & sacrificia Abrahæ & Melchisedek, nisi de pane & vino hoc fuisset intellectum. Quam enim ineptam, indignam & anomalam comparationem instituissent, inter agnos aut vitulos ac panem & vinum, & ipsummet Dei filium, quem semper & supra omnia Pater habet acceptissimum ? Appositâ vero prorsus ad panem & vinum. Bellarminum scio huic vulneri emplastrum id apponere ; g *Comparatio non fit inter sacrificium nostrum & sacrificium Abelis & Abrahæ* (omittit sacrificium Melchisedek quia quadrare videbat exactè ad propositum) *absolute, sed tantum ratione fidei & devotionis offerentium.* Verum, inutile prorsus. Neque enim ibidem comparatio fit inter devotionem Abelis, Abrahæ, Melchisedek, & nostram, sed inter res ipsas oblatas : *super quæ*, inquit, *propitio ac sereno vultu respicere digneris, & accepta habere.* Quod & evidenter patet ex eô quod tùm doceretur Dominum nos jussisse in Eucharistia a *eâdem sacrificij species offerre* quas olim Melchisedek, quemadmodum notant Strabo & alij infra citandi. Tertiò, ibi subjungitur : *Supplices te rogamus, omnipotens Deus, jube hæc proferri per manus Angeli tui in sublime altare tuum, in conspectu divinæ majestatis tuæ*, &c. Cui addo quod b Gratianus & c Waldensis huic precì congruum referunt ex quadam Gregorij Paschali homiliâ dicentis de sacramento seu pane Eucharisticô : *vno eodemque tempore & momento & in cœlo rapitur ministeriô Angelorum consociandum corpori Christi, & antè oculos sacerdotum in Ecclesiâ videtur.* At, si tunc ea mens fuisset illa quæ *perferri* petuntur *per manus Angeli in sublime* cœlorum *altare*, Christi corpus propriè esse, quàm stultè dictum fuisset, ea illuc *perferri Christi corpori consociandæ* ? Christi corpus opus ne habet sibi ipsi *consociari*, aut etiam re verâ potest ? Consociatio nonnè conjunctio rerum est inter se differentium ? Sermo ergò propriè erat de pane & vinô quæ ideò *perferri* petuntur in oblationis ratione *corpori Domini consociandæ*, quia nimirum signa sunt quæ ad corpus Christi tanquam ad rem a se significatam referuntur. Denique ibi dicitur : *per quem* (Christum) *hæc omnia, Domine semper bona creas, sanctificas, vivificas, benedicis, & præstas nobis.* Quod de Christô nullô modò intelligi potest : sed de pane ac vino rectè. Nam ut præteream *hæc bona* de quibus loquitur idem prorsus esse cum iis quæ orationis initiô in hunc modum expressa fuerant, *accepta habeas & benedicas hæc dona, hæc munera, hæc sancta sacrificia illibata*, panem scilicet ac vinum, non autem vnicum Dei

Nicephorus Constantin.

g De Missa l. 2. c. 18.

a Walafrid. Strabo de rebus Eccles. c. 16.

b De consecr. dist. 2. can. Quid sit sanguis. c Tom. 2. c. 26. & 27. Exstant quæ apud Remig. de celebr. Missæ.

e De offic. eccles. l. 3. c. 23.

Digitized by

Nicephorus Constantin.

Dei vivi filium; an quotidie *creatur* Christus per Christum, idem per seipsum? Id certè negat Athanasius: d *Eorum quæ fiunt nullum est sui causa efficiens, nec id possibile est.* Imò ex ipsis Adversariis nonnulli a nobis supra citati. Quis enim potest esse factor sui? An rursum Christus quotidie sanctificatur? At *ratio nobis persuadet*, inquit f Cyrillus, *fateri id quod sanctificatum esse dicitur, aliquando non fuisse sanctum. Ad sanctificationem quippe vocari arbitror id quod est ex eo quod non est quando sanctificatur.* An denique Christus per Christum benedicitur? Absurdè. Hæc enim omnia non nisi de pane & vinô intelligi & sumi possunt. Et re verâ sic Veteres ea verba intellexisse testatur Amalarius: *per quem*, g inquit, *hæc omnia semper Domine bona, scilicet, quæ retrò memorata sunt* (nota) *creas vt sint, sanctificas tibi ea deputando, vivificas vt viva sint* (id est, vivifica) *benedicis vt vtilia sint nobis, & præstas ad fruendum, per ipsum eumdemque videlicet per quem superiùs memorata concedis.* Et h Alcuinus sivè potius i Remigius: *Conclusio totius consecrationis sequitur dicendo: per quem hæc omnia, Domine, semper bona creas, & cætera, vsque Amen. Per Christum Deus Pater hæc omnia non solum in exordio creavit condendo, sed etiam semper creat propagando & reparando: bona, quiâ omnia à Deo creata valdè bona: Creata & suis conspectibus oblata sanctificat, vt quæ erant simplex creatura fiant sacramenta, vivificat vt sint mysteria vitæ, benedicitque omni benedictione cœlesti & gratiâ accumulat*, &c. Hæc tum erat Ecclesiæ Romanæ fides ad finem octavi seculi.

d *Contr. Arrian. orat. 3. ὁδὲ δυνατὸν ἑαυτῷ; τῷ γὰρ προϋπάρχειν ἀδύνατον ἐν τοιούτῳ εἶναι.*

e *Lib. 1. c. 23 §. Vsuibertus autè.*

f *De Trinit. dialog. 6. alibi citat.*

g *De Eccles. off. l. 3. c. 26.*

h *De offic. divin. c. 40.*

i *Remig. De celebr. Missæ.*

Nonum seculum.

Nonum præcedenti fuit variegatius, quibusdam Anastasij, Damasceni & Concilii Niceni secundi novitates sequentibus, aliis sua quædam superaddentibus, plurimis veterem doctrinam retinentibus & illorum etjam nonnullis novitates exorientes nominatim impugnantibus: quæ juxta annorum seriem observanda sunt.

Annô illius seculi sextô Nicephorus in locum Tharasij Episcopi Constantinopolitani defuncti suffectus est. Is in libello *de Cherubinis* non longè post compositio (& à Turriano Latine edito & publicato) supramemoratorum Damasceni & Nicenæ Synodi secundæ sententiam & definitiones contra Constantinum Imperatorem & Synodum Constantinopolitanam propugnans: *Constantinus*, k inquit, *Iconomachus imaginem Christi vocat quod nobis dedit Christus ad manducandum. Quomodo igitur idem dicitur corpus Christi & imago Christi? Quod enim est alicujus imago, hoc corpus ejus esse non potest. Et rursùs: quod est corpus, non potest esse ejus imago: omnis enim imago alia est ab eô cujus imago est. Quod si filium dicit scriptura imaginem Patris, at si non natura, hypostasi tamen & persona differt filius à Patre. Si igitur Sanctum corpus, quod in communione sacrâ sumitur, imago Christi est, aliud dicitur esse præter corpus Christi: nullum enim corpus alicujus, est imago* l *ejus sicut imago. Si verò pars Christi est, & non aliud præter Christum, recidet corpus in duo: quin potius Christus habebit μύρια σώματα, id est, partes corporis.* Verum eodem sensu id dicit quo Damalcenus suprà explicatus, vid. panem uniri divinitati quæ proprio Dominico corpori inest, & ita in hoc tertio unum quodammodò reddi cum ipso Christi corpore. Nequè enim eum intelligere panem Eucharistiæ, licet corpus Christi appellatum, idem numericè & materialiter esse cum propriô Domini corpore, plurima sunt quæ evincunt. Primò enim, si is ipsius sensus foret, oporteret eum censuisse instar Adversariorum hodiernorum corpus Christi in Eucharistia esse invisibile. At ipsemet ibidem paulò post disputans adversus eos qui duas in Christo naturas confundebant post unionem, illis tanquàm absurdum objicit quod eo pacto *cùm Christus*, &c. *dicatur invisibilis*, &c. *erit hæc natura humana.* Secundo, necessarium quoque foret eum existimasse corpus Christi simul esse in pluribus locis. At rursus ipse in eodem tractatu docet, id solius Dei esse proprium: *Angeli*, m inquit, *non possunt esse, nec operari, nè vno quidem momentò in diversis locis. Hoc enim est solius Dei.* Tertio, mens rursum ipsius necessariò esset corpus Domini in Eucharistia esse absque occupatione loci, proüt in locô sunt Angeli & animæ. At contrà alibi distinguens modum essendi corporum in locô, à modô essendi Spirituum, sic loquitur: a *Semper in locô est homo, & in tempore, & in comprehensione, & natura circumscriptum necessario* (Nota) *sequitur circumscriptio in loco, nullo vacuo dempta, sicut quis potest cernere in circumscriptione quam facit locus, qua terminos vtriusquè, corporis scilicet continentis & contenti, ad superficiem amborum adjungit. Vbi enim est moles & magnitudo, necesse est cogitetur locus.* Corpus autem Domini circumscriptum esse, ipse perpetuo docet: *Sancta tertia Synodus*, b inquit, *prædicavit circumscriptum esse Christum Deum nostrum secundum carnem, & in eos qui hanc vocem non reciperent, anathema decrevit.* Quin & quod de necessitate occupationis loci in qualibet naturâ circumscriptâ gene ratim dixerat, ipsi Domino applicans, ait: c *Christus hujusmodi jam dictis modis humane circumscriptus est, siquidem corpus verè, sicut nos, non ficte gestavit.* Vbi evidenter docet, circumscriptionem in locô à verô corpore inseparabilem esse. Quid clarius?

k *De Cherub. c. 6 bibliot. Patrum edit. 4. tom. 4.*

l *Corrupta hæc sunt, & illud, μύρια σώματα, vertendum potiùs fuerat, innumera corpora, quam partes corporis, vt habet Turrianus.*

m *Ibid. c. 7. per error. 8.*

a *De imaginibus.*

b *Libell. ii. sapientior. cap. 3.*

c *De imaginib.*

Annô autem ejusdem seculi decimo sextô

Theodorus Studites. Paschasius Ratbertus.

Theodorus Studites magnus quoque venerationis imaginum patronus, eâ de causâ in carcerem conjectus est & multa passus, referente in hunc modum Michaële Studitâ: d *Quo tempore fama est, Patrem summâ inediâ pressum Discipulo hæc dixisse, Conantur, ut video, fili, homines isti ad cæteras acerbitates quas in nos exercent, etiam fame nos extinguere, quam omnium miserrimam mortem esse norunt. Sed collocemus etiamnum spem nostrã ni Deo qui non in solo pane alere potest, sed alio longe præstantiori cibo, quàndo quidem Spiritus omnis ejus solius nutu sustentatur. Et quoniam mihi præ cæteris Dominici corporis participatio corporis simul & animi alimentum esse solet (habebat enim ubique Pater secum partes aliquas vivifici corporis, peragebatque divina mysteria quandocumque celebrandi facultas erat) hunc ego solum cibum capiam, alium penitùs nullum degustans, tibi vero vni ad victum cedant, quæ duobus præberi solent*, &c. Vbi apertissimum est, illum per *corpus Domini* de quô loquitur, non posse intelligere proprium Domini corpus. Nam dicit corpus hoc *solere* illi *alimentum esse corporis simul & animi*. Falsum autem & absurdum est ex omnium confessione proprium Domini côrpus esse alimentum corporis. Id tantùm verum esse potest de corporis sacramento, id est, de verô pane, de quô in Ordine Romanô convenienter dicitur: e *concede, quæsumus, Domine Deus noster, ut percepta nova sacramenta mysterium & corpore sentiamus, & mente.* Quod & rursùm patet ex eô quod Michaël ibidem notat, Theodorum habuisse *secum partes aliquas vivifici corporis.* Nam neque proprium Domini corpus in partes dividi potest, neque illius particulæ à totô separatæ haberi. Et paulò antè audivimus Nicephorum Theodori hujus amicissimum, pro absurdò objicientem: *si pars Christi est, & non aliud præter Christum, recidet corpus in duo, quin potius Christus habebit μύρια σώματα, id est, partes corporis.* n Per *corpus* igitur illud verum panem intelligit, tum etjam cum manducatur substantiâ non mutatum.

d *Apud. Baron. ad annum Dom. 816. num. 15.*

e *Vbi supr. p. 67.*

n *Vel potius infinita corpora.*

Annô istius seculi decimô octavô Paschasius Ratbertus, Monachus adhuc Corberiensis, librum suum *de corpore & sanguine Domini* conscripsit. Testatur enim in epistola dedicatoria ad Placidum, cum hæc scriberet Adelardum Abbatem suum (quem per allusionem *Arsenium nostrum*, appellat) f *exilium ferre pro fide* Exilium autem illud passus est ab annô decimo quinto ad vigesimum secundum. Et rursum, *dum nostri discordiarum anfractibus pænè labitur orbis effusâ super magnates contentione imperij*, &c, *jam sua summos ferunt fulgura montes, ita ut vbiq; nostras nisi confusio vndique, per singula horarum spatia repercutiat aures*, &c. Quod præcisè contigit annô decimô octavô, in quo g Bernardus Rex Italiæ, Reginerus olim Comes Palatij, & Reginaldus præpositus Cameræ Regalis, propter conspirationem contrà Ludovicum Imperatorem luminibus orbati sunt, Et Anselmus Mediolanensis, Wolfoldus Cremonensis, & Theodulphus Aurelianensis sceleris hujus conscij, depositi & relegati. Is autem in hoc libellô sic loquitur capite primô: *licet figura panis & vini hîc sit, omninò nihil aliud quam caro Christi & sanguis post consecrationem credenda sunt*, &c. *Vnde ipsa veritas ad Discipulos*, hæc, inquit, caro mea est pro mundi vitâ. *Et, ut mirabilius loquar, non alia plane quàm qua nata est de Mariâ, & passa in cruce, & resurrexit de sepulcrô.* Et capite secundô: *sensibilis res intelligibiliter virtute Dei per verbum Christi in carnem ipsius ac sanguinem divinitùs transfertur*: quod & repetit cum levi mutatione capite octavô, *Spiritus Sanctus qui hominem christum in vterô Virginis sine semine creavit, etiam ipse panis ac vini substantiam carnem Christi & sanguinem invisibili potentia per sacramenti sui sanctificationem operatur.* Et capite quarto, de sacramento loquens: *jure simul veritas & figura dicitur, ut sit figurâ vel Character veritatis quod exteriùs sentitur, veritas verò quicquid de hoc mysteriô interiùs rectè intelligitur, aut creditur.* Quibus subjungit capite decimo quarto miracula quædam de apparitione Christi in altari in formâ pueri facta religioso cuidam nomine Plegili. Et in Epistolâ ad Frudegardum sub finem h vitæ ipsius, hoc est, circà annum seculi illius quinquagesimum: *Dominus ait*, hoc est corpus meum quod tradetur pro multis, *vel*, hic est sanguis meus. *Et nè putares quia in sacramento loquebatur, quod de alio diceret quam de proprio, in eodem mysterio demonstrative dixit, hoc est corpus meum.* Quibus & similia multa habet in caput Matthæi vigesimum sextum, hodiernæ Adversariorum doctrinæ in speciem adeò faventia, ut Bellarminus dicat: i *hic Author primus fuit qui seriò & copiosè scripsit de veritate corporis & sanguinis Domini in Eucharistia.* Et Sirmondus: k *genuinum ecclesiæ Catholicæ sensum ita primus explicuit, ut viam cæteris aperuerit qui de eodem argumento multi postea scripsere.* Quod & cum illis dixerim, quamvis sensu aliquatenùs alio: Primus enim certè hic Novator est qui ausus est asserere, Eucharistiam simul esse *figuram* corporis Christi & ejusdem corporis *veritatem.* Nam non modò Veteres l omnes qui longè antè præcesserant, generatim monuerant cum Gaudentio, *figura non est Veritas, sed imitatio veritatis*; quod etiam post Hugo dixit ex Waldensis relatione, m *imago non est Veritas, etiam cum de veritate est*, &c. *aliud est Veritas, aliud signum veritatis, quia signum veritas non est, etiam cum veritatis signum est, & verum est*: sed etiam Nicena Synodus & Nicephorus Constantinopolitanus

f *Vita Adelard. apud Sur. ad 2. Januar.*

g *Author. vita Ludovic.*

Theodorus Studites. Paschasius Ratbertus.

h *Obiit anno 851.*

i *Eccles.*

k *In vitâ Ratberti.*

l *Vid. supra in Clemente & Eusebio.*

m *Tom. 2. cap. 86.*

Theodorus Studites. Paſchaſius Ratbertus.

nus paulò antè, de ipſâ quoque Euchariſtiâ loquentes, dixerant, *ſi imago corporis eſt, non poteſt eſſe divinum corpus.* Verùm, quicquid Adverſarij de hoc Authore ſentiant, ego eum aïo adeò perplexè, & ſibi parùm conſentaneè de hac materiâ loqui, ut vix intelligi queat quæ ſit ipſius ſententia. Primò enim, quamvis dicat, panem & vinum *in corpus ac ſanguinem Chriſti transferri & commutari*, nihilominus non modò ibidem ait, mutationem illam *intelligibiliter* fieri, quod vocabulum nunquàm ante, à Patribus reperitur uſurpatum quoties de ſubſtantiali converſione illis ſermo eſt, ſed etiam quia pluribus in locis docere videatur tranſlationem de quâ loquitur ejuſmodi eſſe per quam panis & vinum non deſinant eſſe quod erant, & mutari tantum dicantur propter adjunctionem ex quâ aliter ſe habeant: *in pane,* [a] inquit, *celebratur, quia Chriſtus eſt* panis qui de cœlo deſcendit. Et paulo poſt: *omnes novimus quod panis unus ex multis naturaliter granis efficitur, ex quô noſtra in Chriſtô commendatur unitas, & figura veritatis in myſterio approbatur*, &c. *Recte ergo hoc myſterium in pane celebratur, quatenus per hoc altius deſignetur, quod in ea geratur. Simili modo & in vino quod ex multis liquatur uvis, & de multis in unum confluit granis.* Et rurſum: *David cecinerat quod* panis confirmat cor hominis, *&* vinum lætificat, *utique lætitiâ ſpirituali. Propter quod in eadem ſubſtantiâ jure celebratur hoc myſterium ſalutis, quia Chriſtus eſt* panis qui de cœlo deſcendit, *& vinum quo lætificat corda credentium.* Et ibidem: *Melchiſedek prius in figura iſta obtuleras panem & vinum, ideo neceſſe fuit ut verus Rex pacis & pontifex noſter ſecundum ordinem illius eadem offerret, quatenus per hoc figurarum veritas clareſceret*, &c. Secundo ait: [b] *hoc ſacramentum*, &c, *procul dubio divinis efficitur & conſecratur mandatis. creatur enim ex aliquo ibidem, non qualiſcunque, ſed nova ſalutis creatura, caro & ſanguis Chriſti: velut in baptiſmo homines nova efficiuntur creatura, & corpus Chriſti.* At (ut præteream Algerum contrà ſcribere: [γ] *non ſit nova caro & novus ſanguis*) certum eſt homines novas creaturas in baptiſmo fieri abſque ullâ ipſorum ſubſtantiali mutatione. Aut igitur idem innuit in Euchariſtiâ fieri, aut comparatio prorſus eſt ἀνωμοδιόνυσον. Et rurſum de Auguſtinô loquens: [c] *ſicut (ipſe Doctor dicit) ſacramentum fidei fides eſt, ſic corpus Chriſti & ſanguis in hoc ſacramentô vera caro & ſanguis eſt*, At ſacramentum fidei neque in fidem ſubſtantialiter vertitur, nec fides propriè eſt. Tertiò, dicit quidem panem & vinum poſt conſecrationem eſſe verum corpus & ſanguinem Chriſti: ſed tamen ſimul docet illa eſſe *corpus & ſanguinem myſtice*, & [d] *myſticum corpus & ſanguinem.* At proprium Domini corpus nullibi apud Veteres *myſticum* ejus corpus appellatur. Et ipſemet Author innuit quô ſenſu vocabulum hoc vſurpet, quando poſtquam dixiſſet, [e] *quod ſemel geſtum eſt quotidiè immolatur agnus*, locutionem hanc explicans, ait: [g] *in myſteriô quotidiè veraciter immolatur*, [h] *myſticè quotidiè immolatur, & paſſio Chriſti in myſteriô traditur.* Nam ibi *myſticè* & *in myſterio* nihil aliud eſt quàm repræſentativè & per commemorationem, quomodò ipſemet ſe exponit, inquiens: [i] *iteratur hoc myſterium & ob commemorationem paſſionis Chriſti, ſicut ipſe ait, hæc quotieſcunque agitis, in meam commemorationem facite.* Aut igitur ſibi non conſtat, aut inepte ludit in vocabulorum abuſu. Quartò ait: [k] *tribus modis in ſcripturis corpus Chriſti appellatur, profecto quia generalis Chriſti eccleſia corpus ejus eſt, ubi Chriſtus caput, & omnes electi membra eſſe dicuntur ex quibus unum quotidie colligitur corpus*, &c. *ex quibus videlicet quiſquis tollit membrum Chriſti & facit membrum meretricis, aut certe per quodlibet grave delictum, membrum Diaboli, hic profectò jam non eſt in corpore Chriſti, quia factus eſt alterius membrum. Id circo ei jure non licet edere de hoc myſticô corpore Chriſti* (id eſt, de ſacramento.) *Quod ſane corpus, ut vera caro Chriſti ſit, pro mundi vitâ quotidie per Spiritum Sanctum conſecratur*, &c. *Cæterum, illud eſt corpus, ut quod natum eſt de Mariâ virgine in quod illud tranſfertur*, &c. Ubi manifeſtè docet, tria eſſe quæ *Chriſti corpus* nuncupentur, videlicet, *eccleſiam, corpus Euchariſtiæ myſticum*, & *corpus de Mariâ Virgine natum.* At quî poteſt conſiſtere hæc diſtinctio, hæc triplicitas corporis ſi corpus myſticum in Euchariſtia idem numericè & materialiter foret cum corpore de Virgine nato? hac ratione, non tribus modis, ſed duobus tantùm in ſcripturis corpus Chriſti appellaretur. Itaquè, aut ſecum non conſtat, aut alio ſenſu loquitur quàm Adverſarij putent: quorum utrum verius ſit, vix ſcio. Quintò, videtur aſſerere, corpus Dominicum in Euchariſtia eſſe quâ fractum & immolatum, & ſanguinem ejus quâ actu à corpore ſeparatum: [l] *Si Dominus*, inquit, *poſt reſurrectionem hoc dediſſet, dicturi eſſent hæretici quod incorruptibilis jam Chriſtus & in cælô poſitus, non poſſet in terris ejus caro à fidelibus vorari. Nunc verò quod integer & incorruptibilis manet, dicimus contrà eos quod in morte ejus ſola percipimus, ut uſque ad finem ſeculi omnes indè paſcamur.* Et rurſum: [m] *patet ſenſus, quod caro frangitur, quia ſanguis eſt in calice qui delatere manavit.* Et iterum: [n] *in calice nihil aliud bibimus quàm Chriſti ſanguinem, ubi & nos per aquam admixti, coniuncti ſumus, in pane verò nihil præter corpus Chriſti ubi nos per Chriſti conſperſionem ejus jam membra ſumus.* At falſum eſt corpus Chriſti alicubi jam ſinè ſanguine ſuo eſſe, aut ſanguinem actu à corpore ſeparatum, niſi id de repræſentatione per ſignum intelligatur. Sextò dicit: [o] *Caro aut ſanguis Chriſti in noſtram convertuntur carnem*

Theodorus Studites. Paſchaſius Ratbertus.

f *Cap.* 4.
g *Cap.* 2. & *in epiſtol. ad Fredegard.*
h *Cap.* 9.
i *Ibid.*
k *Cap.* 7.
l *Cap.* 18.
m *Cap.* 19.
n *Cap.* 20.
o *Cap.* 18.

a *Cap.* 10.
b *Cap.* 15.
γ *Lib.* 1. *c.* 9.
c *In epiſt. ad Fredegard. & in* 26. *Matthæi.*
d *Cap.* 4.
e *Cap.* 2 & 7.

Rabanus. *aut ſanguinem*: unde concludit, *frivolum eſſe in hoc myſterio cogitare de ſtercore ne commuſceatur in alterius cibi digeſtionem.* Quod de proprio Domini corpore & ſanguine nonniſi abſurdiſſime intelligi & dici poteſt: & hoc formaliter negant [p] Adverſarij hodierni. Septimò, ad objectiones quas ſibi proponit ſolvendas inepte admodum reſpondet. Nam poſtquam attuliſſet ea canonis Romani verba, *jube hæc perferri per manus S. Angeli tui in ſublime altare tuum in conſpectum divinæ majeſtatis tuæ*; ſibi objicit. [q] *Sed fortaſſis ad hæc cæca cogitatio dicit, & quomodo in cœlum ante conſpectum divinæ majeſtatis tam ſubitò offeratur, cum hic aut panis aut caro licet dicatur, in manu ſacerdotis ſemper viſibiliter teneatur?* reſpondet primò generatim: *hoc quippe eſt, infœlix homo, quod ſacramentum vel myſterium vocatur. Si enim totum viſibile fieret, nullum in eò myſterium vel ſecretum eſſet, nulla fides*, &c. Quod quam bene ſolvat difficultatem, lectores judicent. Deinde & ſpeciatim: *putaſ- ne aliud eſſe altare ubi Chriſtus Pontifex aſſiſtit quam corpus ſuum per quod & in quo Deo Patri vota fidelium & fides credentium offeruntur? Quod ſi veraciter corpus Chriſti altare illud cœleſte creditur, jam non aliunde carnem & ſanguinem quam de ipſo Chriſti corpore ſumere puta.* Annon pulchram expoſitionem? *Jube hæc*, id eſt, corpus & ſanguinem Chriſti, *perferri in ſublime altare tuum* quod in cœlis eſt, id eſt, in id quod eſt *veraciter corpus Chriſti.* Ergò nè corpus proprium Chriſti perfertur ad corpus Chriſti, aut Chriſtus ad Chriſtum? Cui bono? in quem finem? Sanuſ- ne ſit qui tales proferat nænias? Rurſus, cum ſibi objeciſſet: [r] *Sed quidam, loquaciſſimi magis quam Docti, dum hæc credere refugiunt, quæcunque poſſunt (ne credant quod veritas repromittit) opponunt, & dicunt, nullum corpus eſſe quod non ſit palpabile & viſibile, hæc autem, inquiunt, quia myſteria ſunt, videri ne queunt nec palpari, & ideo corpus non ſunt; &, ſi corpus non ſunt, in figurâ carnis & ſanguinis hæc dicuntur, & non in proprietate naturæ carnis Chriſti & ſanguinis quæ caro paſſa eſt in cruce & nata de Mariâ Virgine*: reſpondet ſimiliter primò in genere, *eccè quam benè diſputant contra fidem. Sine fide nè credant fides non eorum eſt, teſte Apoſtolo, quæ videntur, ſed quæ non videntur*, &c. Ac deindè ſpeciatim: *illi qui negant hoc viſibile myſterium atque palpabile, non ob aliud, niſi ne credant & ne ſit quod veritas ait*, hoc eſt corpus meum, & hic eſt ſanguis meus; *aſcendant ergo hi ubi Chriſtus eſt in dextera Dei Patris, & invenient viſibilem ipſum eumdemque Chriſtum quem requirunt.* Quod rurſum an difficultatem reſolvat, an potius eam ne quidem attingat, Lectorum eſto judicium. Probandum enim illi ad reſolutionem erat, corpus humanum et verum inviſibile & impalpabile eſſe poſſe, quod totam antiquitatem ſex priorum ſeculorum, ſed & Damaſcenum paulo ante Authorem hunc, ut falſum & abſurdum negare, loco ſuo obſervavimus: adeo ut hac etiam in parte Novator ſit appellandus, ſicut in reliquis. Difficile enim dictu eſt quiſnam ipſius ſit ſenſus, cum tot pugnantia & implicantia proferat. Nam quandoque tranſſubſtantiationē, quandoque potius conſubſtantiationem; interdum autem impanationem quamdam ſtatuere videtur quando ait [s] *attende verbum quod caro factum eſt, & quod ſemel factum eſt, quotidie fieri non dubites.* Quid enim aliud hæc verba deſignare poſſunt quam panis & vini à Verbo aſſumptionem, ut ſic corpus Chriſti & ſanguis evadant? En pulchrum expoſitorem genuini Eccleſiæ de Euchariſtiâ ſenſus, & gravem Doctorem Adverſarijs hodiernis tantopere prædicatum! Sed abſit, ut concedamus, illum tum fuiſſe communem eccleſiæ ſenſum. Particularis tantum eſt ejus & quorumdam aliorum opinio. Et ipſemet ſane fatetur multos tunc aliter de ſacramento ſenſiſſe, quoſdam etiam reprehendiſſe quod in libro ſuo dixerat. Nam in Epiſtolâ ad Frudegardum, ita ſcribit: *Quæris de re, ex quâ multi dubitant.* Et rurſùm: *hæc ſanctorum fides, Chariſſime, quamvis multi ex hoc dubitent, quomodo ille integer* (ſc. panis) *manet, & hoc corpus Chriſti & ſanguis eſſe poſſit.* Et Commentariô in Matthæum: *audivi quoſdam me reprehendere, quaſi ego in eô libro quem de ſacramentis Chriſti edideram aliquid his dictis plus tribuere voluerim aut aliud quam ipſa veritas repromittit.*

Et ſanè veriſſimum eſt, plurimos ac eruditiſſimos ſeculi hujus ſcriptores de hujus ſacramenti naturâ rectius ſenſiſſe ac ſcripſiſſe, nonnullos etiam ſententiam ipſius apertè improbaſſe & refutaſſe.

Inchoabo juxtà annorum ſeriem à Rabano, Monacho primum Fuldenſi, poſt Abbate, ac tandem Moguntino Archiepiſcopo, qui, Hermanno Contracto, *doctiſſimus*, Baronio nominatur [b] *fulgens Germaniæ ſidus ac* [c] *vertex hujus temporis Theologorum*, Bellarmino [d] *vir æquè Doctus ac pius*, Sixto Senenſi [e] *vir omnium diſciplinarum cognitione abſolutiſſimus, Rhetor, poeta, Aſtrologus, philoſophus & Theologus, cui nullum parem eo ſeculo Germania habuit.* Eum enim cenſuiſſe panem & vinum poſt conſecrationem in ſubſtantiâ ſuâ permanere, ac ſumpta, partim in noſtra corpora converti, partim in exceſſum abire, quomodo ante ipſum id olim dixerat Origenes, eſſeque non proprie corpus & ſanguinem Domini, ſed ipſorum *ſacramentum* ſeu *ſacrum ſignum*, teſtatur Guilielmus Malmeſburienſis in præfatione [a] anatomes Amalarij à ſe editæ quæ exſtat manuſcripta Oxonij in bibliothecâ Collegij omnium animarum: *admonitum te volo*, inquit, *ut unum ex his qui de talibus diſputaverunt fugiendum ſcias, Rabanum nomine*

p *Bellarm. de Euchar. 2. cap. 14. ad finem.*

q *Cap. 8.*

r *In Matth. cap. 26.*

s *Cap. 129*

a *Ad ann. 847.*

b *Ad ann. 843. num. 31.*

c *Ad ann. 847. n. 55.*

d *De ſcriptor. Eccleſ. e Biblioth. lib. 4.*

a *In biblioth. Sanvictoriana habetur epitome quædam librorum Amalarij de eſſe,*

Rabanus.

nomine, qui in libro de officijs ecclesiasticis docet sacramenta altaris proficere ad saginam corporis. Thomas Waldensis similiter *f* variis in locis, sed præcipuè capite sexagesimô primo tomi secundi doctrinalis sui. Locum integrum referam: *Demùm*, inquit, *venitur ad experimenta naturæ, & dicit* (Wicleff) *quia per tempus & tempora posset quis bestijs nutriri & inebriari. Ex quò video concludendum quod sicut Wicleff concedit digestionem Eucharistiæ, ita debit egestionem ejusdem. Et ita consonat Heribaldo & Rabano Moguntinensi ponentibus venerabile sacramentum altaris obnoxium esse secessui. Quod - ne videar imputare ipsi pro scandalo, ipse pro se loquatur. Ipse enim ipsum eundem Rabanum approbans in Authorem suæ perversitatis, etiam quod erravit assumit lib. V. de naturis rerum C. XI.* Maluit Dominus corporis & sanguinis sui sacramenta fidelium ore percipi, & in *g* partem eorum redigi ut per visibile opus invisibilis ostenderetur effectus. Sicut enim cibus materialis forinsecùs nutrit corpus & vegetat, ita etiam Verbum Dei intùs animam nutrit. *Hæc Rabanus ibi, & assumit Wicleff cap. 6. tractatus de Eucharistiâ, addens subsequenter*: Ecce quià iste magnus Doctor dictat cum experientia quia panis & vinum quæ sunt sacramentum corporis & sanguinis Domini rediguntur in partem hominis quoad corpus. *Hæc Wucleff. Quod quià tibi placet, etiam quod impurum est, decidat ad secessum de necessitate placebit. Hoc de facto sustinuit Rabanus, & idcircò meritò reprobatus, qui etiam planius hoc dixit libro suo de institutis Clericorum cap. de sacramento corporis & sanguinis Domini, dicens*: Sacramentum ore percipitur, sacramentum in alimentum corporis redigitur, virtute autem sacramenti æterna vita adipiscitur. *Hæc ille. Cætera omnia ibi præmisit quæ possint in libro suo de naturis rerum quod sacramentum Domini corporis in partem hominis redigitur, hic addit quod idem sacramentum in alimentum corporis redigitur.* Maldonatus quoque Rabanum id concessisse fatetur: *hoc enim illi tribuit*, r inquit, *Author quidam innominatus ejusdem temporis.* Et sanè duo illa apud Waldensem ex Rabanô citata cum multis similibus alijs exstant & hodie, tùm in libris illius *de institutione Clericorum*, annô post Paschasij tractatum conscriptis, videlicet *f* annô Domini octingentesimô decimô nonô, tùm in alijs ejus scriptis. Præcipua recensebimus. Primo enim ait: s *benedictione & gratiarum actione primùm Dominus corporis & sanguinis sui sacramenta dedicavit, & Apostolis tradidit, quod ex inde Apostoli imitati fecere, & successores suos facere docuerunt, quod & nunc per totum orbem terrarum generaliter tota custodit ecclesia*: Ubi docet consecrationem à Dominô factam esse, & fieri, non verbis, *hoc est corpus meum*, & *hic est sanguis meus*, sed benedictione & gratiarum actione prolationem illorum antecedente. Secundò ait cum Beda: u *Finitis Veteris paschæ solemnijs quæ in Commemorationem antiquæ de Ægypto liberationis populi agebantur, transit ad novum quod in suæ redemptionis memoriam ecclesiam frequentare volebat, ut videlicet pro carne agni & sanguine sui corporis sanguinisque sacramentum substitueret, ipsumque se esse monstraret cui* juravit Dominus & non pœnitèbit eum, tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedek. *Frangit autem ipse panem quem Discipulis porrigit, ut ostendat corporis sui fractionem non absque suâ sponte & procuratione futuram*, &c. Et rursum: a *de ipsis fructibus terræ, hoc est frumentô & vino, ipse conditor rerum & redemptor hominum aptum mysterium faciens in corporis & sanguinis sui sacramentum convertit.* Quem posteriorem locum cum Illustriss. Plessæus citasset ex libro septimô in Ecclesiasticum capite octavô, hoc illi regerit Perronius: b *quoniam Rabanus hæc verba mutuatus est è loco Bedæ cui suprà respondimus & ostendimus per opus Carolo magno tributum & conscriptum in confinio duorum seculorum Bedæ & Rabani, familiare fuisse Authoribus illius seculi*, sacramentum corporis Christi *pro* sacrô Christi corpore *sumere & illud opponere tanquàm veritatem solidam & essentialem corpori, imagini, umbræ & figuræ, satis nobis erit lectores illuc remittere. Tantummodo monebimus Plessæum locum hunc ex aliorum fide adducere. Illum enim citat post præclarum Orthodoxum suum ex opere Rabani super Ecclesiasticum cum tamen Rabani sit de officijs Ecclesiasticis. Verùm non illi contulit Deus gratiam legendi abbreviaturas titulorum Authorum Theologicorum.* At nos contrà ostendimus, nec Carolum, nec alios ejusdem temporis de sacramentis loquentes propriè sic appellatis, sacramentum aliter sumere quàm pro sacrô signô: quod & rursùm manifestum est, tùm ex Amalariô qui de oleo loquens, ait, c *quandò à populis offertur, simplex liquor est, per benedictionem sacerdotum transfertur in sacramentum*; & iterum ex Augustino, d *sacramentum, id est, sacrum signum*; tum ex ipsomet Rabano qui de ipsomet panis & calicis sacramento, id est, de Eucharistiâ loquens, subjungit, e *sacramentum est in aliquâ celebratione cum res gesta ita fit, ut aliquid significare intelligatur, quod sancte accipiendum est.* Quasi dixisset, sanctum signum. Mens igitur ipsius est panem & vinum Eucharistiæ per consecrationem, non in proprium Domini corpus & sanguinem commutari & converti, sed in sanctum signum corporis & sanguinis ejus. Ad Plessæi verò censuram quod spectat, vix satis mirari queo calumniandi libidinem summæ impudentiæ & profanitati conjunctam. Proprijs enim oculis locum hunc Rabani legit Plessæus in autographô, & rectè adduxit ex commentariô in Ecclesiasticum: Perronius autem qui Authoris hujus libros aliorum tantummodò

f Tom. 1. in præf. & tom. 2. cap. 19: & 52.

g Ita quoq; legit. Codex Manuscriptus Rabani de naturis rerum l. 5. cap. de sacramentis divinis in Bibliotheca Petaviana. Sed hodie libri editi legunt, pastû me & instit. cleric. l. 1. c 31. ubi quoq; hic locus reperitur.

r Disput. de Euchar. pag. 243.

f Vid. ad fin. l. 3. in Versibus.

s De instit Cler. l. 1. c. 32.

Rabanus.

u In Matth. cap. 26.

a In Eccles. l. 7. c. 8.

b De Euch. l. 2. Auth. 41.

c De eccles. offic. l. 1. cap. 12.

d Ibid. lib. 3. cap. 23.

e De instit. Cleric. lib. 1. cap. 32. Et lib. 5. de naturis rerũ cap. de Sacramentis divinis.

Rabanus. modo luſtravit oculis, abijs deluſus ait *locum à Pleſſæo citatum ex libro ſeptimo de officijs Eccleſiaſticis* (qui de genere nonæntium eſt) *eſſe deſumptum.* Et tamen in tantâ & tam craſsâ inſcitiâ, Pleſsæum audet traducere, lectoribus ſuis illudere, ſacratumque Dei nomen ridiculis jocis ſuis profanè interponere. *Et hæc oculis, Deus, aſpicis æquis?* Tertio Rabanus poſt exemplum Domini allatum, ait:

f *Ibid. c. 31.* f *panem infermentatum & vinum aquâ mixtum in ſacramentum corporis & ſanguinis Chriſti ſanctificari oportet.* Et rurſum paulo ante: *quod ex terræ fructibus* (Dominus) *voluit hæc ſacramenta conſici, hæc ratio eſt, quia ipſe filius Dei homo in terrâ inter homines factus eſt, & exterrenis parentibus, ſcilicet ex ſtirpe Adam progenitus,* veritas de terrâ orta eſt *vt ex terrigenis cælicolas faceret, de terrenis fructibus cibum cæleſtem homo cæleſtis fecit, vt ſicut ipſe Deus inviſibilis in carne viſibili ad ſalvandos mortales mortalis apparuit, ita etiam ex materia viſibili rem inviſibilem congrue ipſis demonſtraret,* &c. *Cur autem panem & vinum in hanc dignitatem potiſſimum elegerit, exponit ſcriptura, qua teſtatur Spiritum S. prænunciaſſe ſecundum ordinem Melchiſedek Chriſtum ſacerdotem eſſe futurum. Melchiſedek ergo Geneſis narrat panem & vinum obtuliſſe. Oportebat enim ut qui ſecundum ordinem Melchiſedek ſacerdos factus fuerat oblationem ejuſdem Pontificis ipſe Pontifex factus imitaretur,* Et poſt: *Propterea quippe Dominus noſter corpus & ſanguinem ſuum in eis rebus commendavit quæ ad vnum aliquid rediguntur ex multis ſive granis ſive acinis, & ſanctorum Charitatis vnitatem ſignificaret.* Quarto, rationem reddens appellationis corporis & ſanguinis ſacramento tributæ, eam cum Iſidoro ſic explicat: g *quia panis corpus confirmat, ideo ille corpus Chriſti congruenter nuncupatur, vinum autem quia ſanguinem operatur in carne, ideo ad ſanguinem Chriſti refertur. Hæc autem duo ſunt viſibilia, ſanctificata tamen per Spiritum S. in ſacramentum divini corporis tranſeunt.* Quod & aliter quoque exprimit quando *ſacramentum myſticum* Chriſti *corpus* appellat & ab eo ad proprium ipſius corpus ſimilitudinem ducit: *ponuntur,* h inquit, *vaſa ſancta* (*quod calix eſt & patena*) *ſuper altare, quæ quodammodo Dominici ſepulcri typum habent, quia ſicut tunc corpus Chriſti aromatibus vinctum in ſepulcro novo per officium condebatur, ita modò in Eccleſiâ myſticum corpus illius cum vnguentis ſacra oratione conditum, in ſacris vaſis ad percipiendum fidelibus per ſacerdotum officium adminiſtratur.* Denique in locis ex Waldenſi ſupra relatis, docet, corporis & ſanguinis Dominici ſacramenta in alimentum corporis rediri. Poſteriorem, quia illum non integrum retulit, hic repetere & ampliorem producere non pigebit: *Sacramentum,* i inquit, *ore percipitur, virtute ſacramenti interior homo ſaltatur. Sacramentum in alimentum corporis redigitur,* Amalarius. *virtute autem ſacramenti æterna vita adipiſcitur,* &c. *Sicut ergo in nos id convertitur cum id manducamus & bibimus, ſic & nos in Chriſti corpus convertimur, dum obedienter & pie vivimus.* Quam diſtinctè, quam perſpicue, quam in cunctis conſentaneè, non ut Paſchalius intricatè & inconſtanter! Sed non modò à Paſchaſij novitatibus alienus fuit: Contrà ipſum ſcripſit, & ſenſum ejus improbavit ſtatim atque tractatus ipſius illi notus fuit. Teſtis eſt Author ejuſdem ſeculi cujus liber in gratiam Paſchaſij conſcriptus & hactenus ineditus habetur in Bibliothecâ Thuanâ, San-Germanâ, & k San-Victorianâ, qui de Paſchalio loquens, ait: *Contra quem ſatis argumentantur & Rabanus in epiſtolâ ad Egilonem Abbatem* (& Fuldenſem ſcilicet) *& Ratranus in libro quodam compoſito ad Carolum Calvum.* Imo & ipſe Rabanus in pœnitentiali ſuo à Petro Stevartio Theologiæ in Academiâ Ingolſtadienſi profeſſore ibidem edito, vbi ait: l *Quidam nuper de ipſo ſacramento corporis & ſanguinis Domini non rite ſentientes dixerunt, hoc ipſum corpus & ſanguinem Domini quod de Mariâ Virgine natum eſt,* (nota ipſiſſima Paſchaſij ſupramemorata verba) *& in quo ipſe Dominus paſſus eſt* ■ *cruce, & reſurrexit de ſepulcro,* m *eſſe. Cui errori, quantum potuimus, ad Egilonem Abbatem ſcribentes de corpore ipſo quid verè credendum ſit aperuimus.* Dolendum valde eſt epiſtolam hanc non exſtare. Interim vero donec reperiri poſſit, Advèrſarios libet ſuiſmet ipſorum verbis impræſentiarum compellare: En *fulgens Germania Sidus,* en *Theologorum ſui temporis verticem, cui nullum parem eo ſeculo Germania habuit,* Paſchaſij ſententiæ de Euchariſtiâ quam veſtram eſſe pertenditis contradicere ſe profitentem, ipſamque erroris & novitatis incuſantem: Quinam ergò veſtri, aut noſtri qui Rabanum planè ſequimur, *Novatores* appellandi ſunt?

Rabano ſubjungam Amalarium Authorem librorum *de officijs Eccleſiaſticis,* & *Antiphonarij,* anno octingenteſimo trigeſimo & trigeſimo primo conſcriptorum. Quiſnam autem ille fuerit, diſceptatio eſt inter eruditos. Honorius Auguſtodunenſis ait a illum fuiſſe Metenſem Epiſcopum, Aubertus Myræus autem tantummodò Diaconum. Sed neutrum verum eſſe poteſt. Nam tum temporis & longo poſt intervallo nullus fuit Metenſis Epiſcopus præter Drogonem qui ſedit ab anno octingenteſimo vigeſimo tertio ad quadrageſimum quartum, aut (ut alij volunt) quinquageſimum quintum: cui ſucceſſit Adventius. Et ipſemet Author ſtudioſe paſſim diſtinguens antiphonarium eccleſiæ in quâ vivebat ab Antiphonario Metenſi, aperte indicat ſe Metenſem nec Epiſcopum nec Diaconum fuiſſe. Doctiſſimus Vſſerius b exiſtimat

g *Ibid. & in 26. Matth. & de natura rerum*

Vbi Supra.

h *Ibid. l. 1. cap. 33.*

Ibid. c. 32.

k *Hinc ſucceſſit anno Do. 822. Herman. Contract. l. cap. 33. de Euchar.*

l *Notavit Stevartius cum*

m *Hic Lutherum fuiſſe in manuſcr. Sed Clarum eſt, quid deſit, vid. eſſe quod ſupplevimus. Sed rurſum poſſe potuimus, aliquid ſupplendum eſt, nim.* Contradicētes.

a *De ſcriptor. Eccluſ. & ibid. Myræus.*

b *Hiſtor. Godeſcal. c. 8.*

Amalarius.

e *Lupus Ferrar. ep. 81.*

d *Lib de tribus epistol.*

e *Annal. Francici Bertin. Annal. Fuldenses & Bertinian. f Antiphon. cap. 21.*

g *Vid. tom 2. Concil. Gallia & Ubi 2. Ratisbon. ibid.*

h *Notis in Amalar. p. 73.*

stimat illum fuisse Lugdunensem Episcopum tunc temporis celebrem: Sed Lugdunensis hic Episcopus e scriptoribus, hujus seculi non vocatur *Amalarius*, sed *Amalus*, vel *Homalo*. Nec probabile est Remigium Lugdunensem Amuli successorem immediatum, tot atrocibus convitijs, d ut facit, Amalarium hunc prosciturum, si ipsius antecessor fuisset. Hiltorpius quem sequuntur Baronius & Bellarminus censet illum fuisse Episcopum Trevirensem, & quidem eum, quem historiæ testantur vnà cum Petro Abbate Novantula à Carolo Magno Constantinopolim ad imperatorem Michaelem fuisse missum: quod verisimile redditur ex eo quod hic Author referat nonnulla quæ se f Constantinopoli audisse dicit. Sed fieri quidem potest Amalarium hunc Constantinopolim quoque iviisse, sicut Trevirensem, & cum ipsomet fortassis, nec tamen ideo Trevirensis esse putandus est, idque vel ex eô patet quod Amalarius Trevirensis obierat ante annum octingentesimum vigesimum, cum g Hetto ejus successor Concilio ad Theodonis villam annô post celebrato legatur interfuisse, & ad annum usque quadragesimum octavum illius seculi vitam protendisse, cui succedit Tretgandus. Denique, Simmondus ait illum fuisse Trevirensem Diaconum. Sed nec placet hæc sententia testimoniis destituta. Videor enim mihi deprehendere ex ipsis Authoris nostri libris eum vixisse in Episcopatu Suessionensi & ibi ministerium aliquod ecclesiasticum exercuisse. Nam in præfatione libri tertij de officijs Ecclesiasticis ait: *Domino opitulante, & intercedente Beato Medardo confessore, cujus festivitas apud nos hodie celebratur in gaudio sanctorum, prompti sumus animo ad suscipiendum Dei munus.* Et in tractatu de ordine Antiphonarij: *Multa officia Sanctorum indidi in nostro Antiphonario ex Romano quæ non habet Metensis Antiphonarius. Cogitavi cur ea omitterem, cum eadem Auctoritate fulciantur quæ & illa quæ scripta invenimus in Metensi Antiphonario, scilicet, Sancta matris nostra Romana ecclesia. Addimus etiam pauca quæ nostra regio sola teneret, ut sunt Antiphonæ de Sancto Medardo & de Sancto Mauritio.* Neque enim video cui regioni id convenire possit quâ Suessionensi Dioceli, in quâ constat SS. Medardum & Mauritium velut primas Sanctorum olim (sicut & adhuc hodie) tenuisse & studiosissime cultos fuisse: *quod & alia nationes*, ut recte notat Radulphus k Tungrensis, *de eorum patrocinijs & similibus præsidijs servare consueverunt.* Episcopum autem ibi non fuisse colligitur ex ipsius Epistolâ circà annum octingentesimum vigesimum septimum conscripta ad Hieremiam Archiepiscopum Senonensem Magni successorem, & libris ejus *de officijs* in codice l Petaviano subjecta, ubi sic loquitur: *Charissimo Patri & acutissimo testori Hieremiæ vari intrâ Hierusalem Amalarius.* Nam ita non solet compellare Episcopum Episcopus. In fragmentis librorum ejus *de officijs* quæ habentur in m Codice Thuanæ bibliothecæ non exiguæ vetustatis, titulus talis est, *tomus Amalary Abbatis de divinis officijs.* Sed quisquis ille fuerit, non parvi nominis fuit. Nam, quamvis Remigius & Ecclesia Lugdunensis, ut jam suprà notavi, illum quantùm possunt infament quod ab ipsis in quæstione de prædestinatione dissentiret, & n Florus ejusdem ecclesiæ minister eum libro contrà ipsum scriptô totis viribus traducat, carpens etiam quod dixerat de *triformi corpore Christi* de officijs libro tertiô cap. 35. quemadmodum & Paschasius Ratbertus commentariô in Matthæum circà vitæ finem conscriptô, ubi ait, o *nè sequaris ineptias de tripartito Christi corpore*: nihilominùs illum in magnâ existimatione fuisse colligere est, tùm ex eô quod fuit *missus Romam à Sanctô & christianissimo Imperatore Ludovicô ad sanctum & reverendissimum Papam Gregorium*, pro antiphonarijs requirendis, ut ipse p testatur, tùm ex eô quod à q sequentibus scriptoribus *de officijs Ecclesiasticis* non sine honore citetur, adeò ut Berno Augiensis scribat: *Amalarius divinorum officiorum indagator solertissimus, cujus dicta Catholicorum virorum sententijs fulgent munita.* Auberto Myræo quoque nominatur, *vir longe eruditissimus.*

At *virum illum longe eruditissimum*, sensisse cum Rabanô, (unde fortè infensus illi Paschasius) panem & vinum absque eô quod erant per consecrationem, consecrari in sacramentum seu sacrum signum & figuram corporis & sanguinis Domini, idque ipsius absentis, ex ipsius scriptis manifestum est. Primô enim docet Christum juxtà corpus hinc discessisse, nec præsentem secundum carnem jam nobiscum esse: Christus, r inquit, *postquam præsentiam suam eis* (Discipulis) *secundum suam dispositionem exhibuit, quos voluit esse testes suæ resurrectionis ascendit in cœlum & invisibilis hominibus factus est, ut ipse testatur*, exivi à Patre & veni in mundum, relinquo mundum & vado ad Patrem. *Quod est aperte dicere: visibilis apparui hominibus, rediens ad Patrem invisibilis ibo. Quamvis præsentiam ejus corporalem non videamus, tamen venerando eam quotidie salutamus.* Et rursus: s *absentia Christi nequaquam sine tristitiâ potest recordari.* Secundo, dicit, panem & vinum in sacramentum corporis & sanguinis confici & consecrari: *traditionem*, t inquit, *quam* (Dominus) *dignatus est tradere in conficiendo sacramentô corporis & sanguinis sui.* Et rursus: u *Dominus consecrat sacramenta corporis & sanguinis sui.* At *consecrare* aliquid, nullibi significat, substantiam ejus mutare. Et *sacramentum* quid illi sit, ipsemet exponit inquiens cum Augustino, x *sacramentum, id est, sacrum*

Amalarius.

m *Mem. 374.*

n *Binnius in indice Chronol. Author. 9 seculi & Manusc. Cantabrigiens.*

o *In Matth. c. 26.*

p *In proleg. de ordine Antiphon.*

q *Microlog. Radulph. Berno de rebus ad offic. Miss. pertinens cap 7. Fulbert. Carnot. epist. 79 Rupert. Tuitiens. præf. libr. de divinis offic.*

r *De officijs Eccles. l. 2. c. 18.*

s *De ord. Antiph. c. 9.*

t *De offic. l. 3. cap. 28.*

u *Ibid. l. 2. cap. 15.*

x *Lib. 3. c. 23.*

i *Cap. 28.*

k *De Canon. observantia propos. 19.*

l *Num Bof.*

Valafridus

y *Ibid. cap. 24.*

sacrum signum. Tertio notat, sacramentum illud nobis esse loco Christi: *Sacerdos*, y inquit, *inclinat se, & hoc quod vice Christi immolatum est Deo Patri commendat.* Constat autem illud, cujus vice quid alicubi est, ibidem præsens non esse. Tertiò, docet id quod loco Christi offertur esse panem & vinum ipsius signum: *Presbyter,* z inquit, *immolans panem, & vinum, & aquam, in sacramento est Christi. Panis & vinum & aqua in sacramento carnis Christi & cujus sanguinis. Sacramenta debent habere similitudinem aliquam earum rerum quarum sacramenta sunt: quapropter similis sit sacerdos Christo, sicut panis & liquor similia sunt corpori Christi.* Et rursum: a *oblata & Calix Dominicum corpus signant. Quando Christus dixit*, hic est calix sanguinis mei, *suum sanguinem signavit, qui sanguis, sicut vinum est intrà calicem*, (nota) *ita erat intrà corpus*; Et iterum: b *panis extensus super altare, corpus Domini monstrat extensum in cruce quod nos manducamus. Vinum & aqua in calice monstrant sacramenta quæ de latere Domini in cruce fluxerunt.* Quartò, Eucharistiam appellat c *sacramentum panis & vini*, & ait, d *in eo pane commendavit Christus corpus suum*, &c. & cum Bedâ, e *ecclesia unitatem in sacramento panis Commendat Apostolus.* Et rursùm: f *immissionem panis in vinum cerno apud quosdam variè agitari.* Quintò ait: g *Triforme est corpus Christi*, &c. *Primum videlicet Sanctum & immaculatum quod assumptum est ex Mariâ Virgine, alterum quod ambulat in terrâ, tertium quod jacet in sepulcris. Per particulam oblata immisse in calicem ostenditur Christi corpus quod jam resurrexit à mortuis; per comestam à sacerdote vel populo ambulans adhuc super terram, per relictam in altari jacens in sepulcris.* Utrum autem per *particulas*, *corporis Domini* particulas intelligat, an panis propriè dicti, fracti & comminuti frusta, quis dubitare queat? Atquè hic ipse locus est, tùm à Paschasio, tùm à Florô exagitatus. Idem tamen penè verbotim post ipsum dixere h Remigius & i Honorius Augustodunensis: nec dedignatus est rhapsodista Gratianus in decretum suum referre sub Sergij Papæ nomine. Denique ait: k *Dominus dixit pridiè*, non bibam de hoc genimine vitis donec illud bibam vobiscum novum. *Quod manifestat actum esse lectio qua legitur feriâ secundâ post pascha Domini, dicente Petro, nobis qui manducavimus & bibimus cum illo, postquàm resurrexit à mortuis.* Quibus verbis apertè indicat, *genimen illud vitis* de quo Dominus in Eucharistiæ communione se bibisse testatur, idem fuisse cum eo quod cum Discipulis bibit post resurrectionem, videlicet, verum vinum ac propriè sic appellatum. Monendi tamen mihi sunt hîc lectores caput illud in editis unde hæc postrema verba retulimus, secùs prorsum se habuisse in tribus exemplaribus, ut observat

z *Præfat. secunda librorum de offic.*

a *De offic. l. 3. c. 16.*

b *Ibid. l. 4. c. 47.*

c *Ibid. l. 3. c. 25.*

d *Ibid. c. 24.*

e *Ibid. c. 33.*

f *Ibid. c. 31.*

g *Ibid. c. 35.*

h *De divinis offic. Alcuino male tribut. c. 39.*

i *Gemma animæ lib. 1. cap. 64. & 111.*

k *De consec. dist. 2. Can. Triforme.*

l *De offic. l. 1. c. 15.*

* Hiltorpius, quem mirum est uni potiùs quàm tribus fidem habuisse. In ijs enim tale fuisse dicit: *post precipit ordo ut Presbyteri afferant corpus Domini quod pridiè remansit & calicem cum vino non consecrato. Potest in eo calice qui consumitur feriâ quintâ intelligi finis Veteris legis, quem eodem die Dominus designavit per calicem datum Discipulis secundum Lucam, priusquàm commendaret corpus suum. Quamvis & simpliciter possit intueri, vinum ideò non retineri, quia facilius labitur quàm panis. Hac posita in altari, dicit sacerdos orationem Dominicam & sequentia ejus usquè*, per omnia sæcula sæculorum. *Hoc peracto assumit de Sancto corpore, & ponit in calicem, silendo.* Pax Domini sit semper vobiscum, *non dicitur, quia non sequuntur oscula circumstantium. Sanctificatur enim vinum non consecratum per sanctificatum panem. Postea communicant omnes.* Ita quoque caput hoc exstat in codice Petavianô, & cum alterô concordat in quæstione de quâ agimus, idemque confirmat adhuc validiùs. Primò enim rationem reddens cur alterâ sacramenti parte quam *corpus* appellat retenta & per aliquod dies conservatâ, altera similiter non reservata fuerit, propterea id factum observat, quia vinum facilius labatur quàm panis. Mens igitur ipsius est id quod corpus appellaverat verè *panem* esse, quemadmodum & alteram sacramenti partem verum vinum. Secundò ait, *sacerdos assumit de Sanctô corpore & ponit in calicem*: quâ locutione innuit se de ejusmodi Domini corpore loqui cujus pars aliqua disjungatur à cæteris. At id de propriô Domini corpore falsissimum est, atque tantummodò verum de mysticô ejus corpore, nimirum de pane. Denique dicit, *sanctificatur vinum non consecratum per sanctificatum panem, postea communicant omnes.* At *sanctificatus panis*, vinumque sanctificatum semper panis & vinum sunt, sed ex communibus sancta facta & reddita. Nec etiam verum foret per *sanctificatum panem* vinum non consecratum consecrari & sanctificari juxta Adversarios hodiernos, si per vini consecrationem ejus in proprium Domini sanguinem mutatio substantialis intelligeretur. Ad id enim non satis est sanctificati panis contactus, sed expressa & certa consecratio. Nihil autem juvaret objicere quod Amalarius alicubi ait: o *credimus naturam simplicem panis & vini mixti verti in naturam rationabilem, scilicet, corporis & sanguinis Christi.* Et rursus: *Ecclesia credit corpus & sanguinem Domini esse, ac hoc morsu cælesti benedictione impleri animas credentium.* Intelligit enim panem & vinum in corpus & sanguinem Christi, sacramentaliter, non autem substantialiter verti, quemadmodum ait, p *Cereus propterea benedicitur, quia nisi ex benedictione innutriri, non potest ex suâ simplici naturâ transire ad ministeria*: Et rursùs:

Valafridus.

m *Variæ lectiones ex Amalario ad fin. tom. 10. Bibliot. Patr.*

o *De offic. l. 3. c. 24.*

p *Ibid lib. 1. cap. 18.*

Valafridus.

rursùs: q *olerum, quandò a populis offertur, simplex liquor est, per benedictionem transfertur in sacramentum.* Nec pressiùs urgenda est *naturæ rationabilis* appellatio. *Rationabilem* enim non sumit pro ratione prædità, sed pro gratâ & acceptabili, quomodò illam canonis particulam Honorius Augustodunensis exponit, r *rationabilem, pro devotione nostra faciat acceptabilem*; vel, juxta Bellarminum, s *rationabilem faciat, ut non solum bona, sed etiam bene, rationabiliter & prudenter offeramus.* Itaque, quando ait Ecclesiam credere, panem & vinum corpus & sanguinem Domini esse, seu in corpus & sanguinem ejus transire, perinde est ac si dixisset, illam in corporis & sanguinis Domini sacramentum transire, quomodo supra Rabanum audivimus dicentem: *de ipsis fructibus terræ, hoc est, frumento & vino ipse conditor rerum & redemtor hominum aptum mysterium faciens in corporis & sanguinis sui sacramentum convertit.* Notum autem est *sacramentum corporis* Christi secundum quemdam modum esse corpus Christi & dici, sacramentumque sanguinis sanguinem, ut loquitur t Augustinus, nimirum, propter *similitudinem quamdam* quam, inquit ipsemet Amalarius, u *habere debent earum rerum quarum sacramenta sunt.*

q *Ibid. cap. 12.*

r *In gemma anima lib. 1. cap. 105.*

s *De Missa lib. 2. c. 23.*

t *Epist. 23.*

u *Præf. libr. de offic.*

Aliquot annis ante medium noni hujus Walafridus Strabo Abbas Augiensis x *Vir doctus*, tractatum suum conscripsit *de rebus Ecclesiasticis.* Cum enim è vivis excesserit annò Domini octingentesimo y quadragesimò nonò, z ibidem autem Ludovici Imperatoris (qui annò quadragesimò objit) tanquàm defuncti mentionem faciat, intrà annos hujus seculi quadragesimum & quadragesimum nonum scripsisse dicendus est. Eum autem ejusdem fuisse cum Rabanò a quem Patrem & Magistrum suum vocat, sententiæ, ex hoc ipsò opere patet: *in cœna,* b inquit, quam (Dominus) *antè traditionem suam ultimam cum Discipulis habuit, post Pascha Veteris solemnia, corporis & sanguinis sui sacramenta panis & vini substantiâ* (Nota) *Discipulis tradidit, & ea in Commemorationem sanctissimæ suæ passionis celebrare perdocuit. Nihil ergò congruentius his speciebus ad significandam capitis atque membrorum unitatem potuit inveniri. Quia videlicet sicut panis de multis granis, aqua coagulò in unum corpus redigitur, & vinum ex multis acinis exprimitur; sic & corpus Christi ex multitudine Sanctorum coadunata completur.* Et rursùs paulo post: *Quia verò Christus sacerdos esse dicitur secundùm ordinem Melchisedek, quod Apostolus Paulus copiosissimè asserit, salvâ multiplicium ratione figurarum quibus idem sacerdos Dei summi Iesus Christus filius Dei qui semetipsum Patri pro nobis obtulit, pronunciasse cognoscitur, congruum genus sacrificij Dominus noster, sacerdos verus, in corporis & sanguinis sui mysterium providere dignatus est: ut videlicet sicut Melchisedek ante circumcisionem & legis cæremonias, vinum ex fide, panem & vinum legitur obtulisse; ita ipse Dominus, Pontifex factus secundùm ordinem, non Aaron, sed Melchisedek, justus & justificans eum qui ex fide est, post expletionem legis, eadem species sacrificij fidelibus suis tradidit.* Denique c *sicut pro innumeris legis mandatis breviatum Evangelij verbum Dominus fecit super terram, ita pro diversis sacrificiorum ritibus simplex oblatio panis & vini fidelibus sufficiat, qui non in multitudine umbrarum apparituram quærunt veritatem, sed eam in manifestatione factorum tenent perspicuam.* Frustra autem Adversariorum quispiam nobis objiceret, Walafridum ibidem dicere: d *Igitur cum ipse filius Dei dicat, caro mea verè est cibus, & sanguis meus vere est potus ita intelligendum est eadem redemptionis nostræ mysteria & verè esse corpus & sanguinem Domini, ut illius unitatis perfecta quam cum capite nostrò, jam spe, postea re tenebimus, pignora credere debemus. Indè & sacramentò a sanctificatione vel secretâ virtute dicuntur*; Et paulo post ipsum sacramentis applicare hæc alia ex sextò Joannis capite verba, *nisi manducaveritis carnem filij hominis & biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Nam, ut taceam responderi posse, mentem ipsius esse redemptionis nostræ *mysteria* seu *sacramenta*, hoc est, panem & vinum, verè esse corpus ac sanguinem Domini, quomodo ipsius caro & sanguis verè sunt cibus & potus, *mystice* scilicet & *virtualiter*, non autem *propriè*: ajo ipsum aut comparationem inter carnem & sanguinem de quibus Joannis capitè sextò, & sacramenta carnis & sanguinis instituere, aut identitatem. Utrumlibet autem dicamus, nihil indè lucri ad Adversarios redit. Si enim comparationem instituit, ergò caro & sanguis de quibus Joannis sexto, non idem sunt cum sacramentis carnis & sanguinis licet *sanguis* & *corpus* appellatis: Nam *Comparabile*, ut rectè monet Cicero, e *est quod in rebus diversis similem aliquam rationem continet.* Si verò identitatem, quoties f observavimus veteres carnem & sanguinem de quibus Joannis sexto, quandoque non de proprio Domini corpore & sanguine, sed de sacramentis carnis & sanguinis, hoc est, de pane & vino exposuisse? Testis sufficiet impræsentiarũ ejusdem temporis scriptor ac Walafridi præceptor Rabanus, quemque ὑπ' αὐδας sequitur: *sanguis*, g inquit, *aliquando sacramentum Dominicæ passionis significat, ut est illud Salvatoris in Evangelio,* caro mea est verè cibus, & sanguis meus verè est potus. Et rursum: h *Caro, sacramentum corporis Domini in Evangelio, qui manducat carnem meam*; &c. Et ibidem: *vinum plures habet significationes; quia aliquando sanguinem Christi significat in Evangelio, qui manducat carnẽ meam & bibit sanguinem meũ, habet vitam æternam.* Præiverat Isidorus carnem illam & sanguinem i de pane & vino expresse interpretatus. Nec quĕquã monere debet quod hîc Author noster ait, *mysteria* seu sacramẽnta *esse vere*

Valafridus Heribaldus.

c *Ibid. 18.*

d *Ibid. cap. 17.*

e *De inventoribus lib. 1*

f *De natura rerum sive de Universo lib. 5. cap. ult.*

g *Ibid. lib. 12. cap. 1.*

h *Ibid. lib. 12. cap. 1.*

i *De gentium vocat. c. 26.*

x *Herman. Contract. ad ann. 842.*

y *Herman. ad an. 849.*

z *Cap. 8.*

a *In proœmat.*

b *De reb. Eccles. c. 16.*

Valafridus. Heribaldus.

corpus & sanguinem Domini. Nequè enim quicquid *verè* aliquid esse dicitur, illicò illud propriè & substantialiter esse intelligendum est, quemadmodum innumeris veterum testimoniis suprà in Isidorô Peluſiotâ & Hesychio ostendimus. Nam *verum* non semper opponitur *figurato*, sed interdum *falso*. Walafridus *verè* illud *propter similitudinem*; cum [k] Augustino, non autem per proprietatem, accipit, quemadmodum & Bertramus, qui licet pariter eodem tempore dicat sacramenta *verè* esse corpus ac sanguinem Domini, tamen *claret*, [l] inquit, *quia panis & vinum figurate Christi corpus & sanguis existit.*

k *Epist.* 23.

l *De corpor. & sang. Dom.*

Eodem quò scribebat Walafridus tempore florebat Heribaldus, sivè Heriboldus Episcopus Altissiodorensis, quem Lupus Ferrariensis Abbas, vir magni tunc nominis, in epistolis ad ipsum scriptis [m] *excellentissimum præsulem*, [n] *altissimique & divini ingenij virum* nominat. Eum autem ejusdem fuisse cum Rabanô, Amalario & Walafrido contrà Paschasium sententiæ, testatur author innominatus ejusdem temporis, ac maximus Paschasij fautor, jam à nobis suprà citatus in Rabano: *provocamur*, inquit, *respondere de quo dignum est non tacere, videlicet de mysterio corporis & sanguinis Domini, dicentibus quibusdam idem esse quod sumitur de altari quod & illud quod natum est de Virgine*, (verba Paschasij sunt) *aliis autem negantibus & dicentibus aliud esse, quibusdam etiam diabolica inspiratione blasphemantibus secessui obnoxium fore*, &c. *Et his quidem qui dixerunt secessui obnoxium* (*quod nunquàm antea est auditum*) *id est, Heribaldo Autissiodorensi Episcopo qui turpiter proposuit, & Rabano Moguntino qui turpius assumpsit, turpissimè vero concluſit, suus ad respondendum locus servetur.* Waldensis pariter variis in locis: [o] *Heribaldus Altissiodorensis Episcopus & Rabanus Moguntinus posuerunt Eucharistiæ sacramentum obnoxium esse secessui.* Maldonatus quoque (si modo Φάλματα ejus aliquot emendentur) *tempore Caroli Calui*, [p] inquit, *quô tempore primum hæc hæresis* (scilicet) *in Galliâ exorta est, Bertramus objiciebat, quod si corpus Christi in sacramentô esset, necesse esset vt emitteretur per secessum. Hujus argumenti scomperi compulsos fuisse Rabanum Maguntinensem & Arialdum Arelatensem Episcopos vt concederent ita esse, priusquàm* (illum puto dicere voluisse, *potius quam*) *negarent corpus Christi esse in sacramento. Hoc enim illis tribuit Author quidam innominatus ejusdem temporis.* Innominatus enim Author ille, procul dubio is est quem supra adduximus. Primo autem errat, sivè ex defectu codicis, sivè potius ex oscitantiâ, Arialdum Arelatensem pro Eribaldo Altissiodorensi sumendô. Codices quippe quatuor manuscripti ejus Authoris quos vidimus constanter habent Heribaldum Altissiodorensem. Nec ullus etiam legitur inter Arelatenses Episcopos Arialdus. Rursùs & in eo errat, quod ipsos existimat Bertrami argumentis in hanc sententiam fuisse compulsos. Rabanus enim triginta annis priusquam scriberet Bertramus antiquam de Eucharistiâ fidem contrà Paschasij Ratberti innovationes defenderat, ut suprà observavimus. Denique, dupliciter fallitur cum putat Rabanum & Heribaldum non negasse corpus Domini in Eucharistia substantialiter esse, & illud concessisse secessui esse obnoxium. Nequè enim ullomodò crediderunt proprium Domini corpus secessui esse obnoxium, sed id de sacramento dixerunt, ut rectè docet Waldensis: *Wicleph*, [q] inquit, *consonat Heribaldo & Rabano Moguntiensi ponentibus venerabile sacramentum altaris obnoxium esse secessui.* Ex eo autem concludebant contra Paschasium, Eucharistiam non esse idem illud corpus quod de Virgine natum est, sed tantummodô illius [a] *sacramentum* seu *sacrum signum*, quià cum experientiâ teste digeratur & egeratur, sequeretur Domini corpus digeri, & egeri: quod absurdissimum & falsissimum est. Hæc fuit una cum Rabano Heribaldi sententia. Nec tamen [b] prohibuit, quominùs post ipsius obitum Hincmarus Rhemensis Archiepiscopus de eo loqueretur tanquam de b *venerandæ memoriæ Episcopo*: quemadmodum & in Chronico Altissiodorensi notatur, illum honorificè inhumatum fuisse ejusque sepulcro inscriptionem hanc appositam, *hic jacet corpus Sancti Heribaldi.* Quod indicium est Paschasij sententiam nondum adhuc prævaluisse.

m *Epist.* 19.
n *Epist.* 37.

o Tom. 2. c. 19. 52. 61.

p In disput. de Eucharist. p. 243.

Lupus Ferrariensis. Fredevardus. Bertramus.

q *Vbi supr.* c. 61.

a *Vid. Waldens.* c. 58.

b *De prædest.* c. 6.

Quandoquidem autem Lupi Abbatis ad hunc Heribaldum perhonorifice scribentis mentionem fecimus, jure quoque ipsum huc adduxerimus ut idem cum ipsô sentientem. Is enim in epistolâ ad Amulum Lugdunensem ex parte Guenilonis Archiepiscopi Senonensis & Gerhardi comitis scripta, satis manifestè negat Dominum secundum corpus jam in terris esse, & præsentiam juxta quam Dominus nobiscum est ad divinitatis præsentiam contrahit & restringit: *humanitatem*, [c] inquit, *suam in cœlum evexit, semper cum suis futurus divinitate.* Quî enim sic loqueretur si Dominum censuisset juxta humanitatem suam nobiscum etiamnum esse?

c *Epist.* 81.

Lupo addam Frudegardum eodem tempore per Epistolam Paschasio directè contradicentem. Ea quidem epistola jam non exstat; sed Paschasius in responsione suâ satis id indicat. Ibi enim illum sic alloquitur: *Queris de re ex quâ multi dubitant.* Et post, eum de dubitantium illorum [y] numero esse innuens: *Dicit B. Augustinus*, inquit, *cujus te commoneri sententia dixisti, de hac re ad Bonifacium Episcopum epistolâ*

y *Vid. Widford. contr. Wiclph. ad arg. 1. id de Fredewarde fatetur.*

Google

Lupus Ferrar. Fredevardus. Bertramus.

epistolâ suâ, &c. *Secundum quemdam modum sicut sacramentum corporis Christi corpus est Christi, sic sacramentum sanguinis Christi sanguis est Christi.* Quam apte autem solvat difficultatem illam sibi propositam, judicent lectores: *sicut ipse doctor dicit*, inquit, *sacramentum fidei fides est, sic corpus Christi & sanguis in hoc sacramento vera caro & sanguis est. Nihil est autem, inquit, aliud credere quàm fidem habere propter fidei sacramentum, quià & ipsa responsio ad celebrationem pertinet sacramenti. Ex quo datur intelligi quia non omnes qui B. Augustinum legunt, intelligunt.* Verum hinc apertè liquet ipsum de classe illorum fuisse qui legentes Augustinum, eum non intelligerent. Si enim Eucharistiæ sacramentum corpus & sanguis Christi est, quomodò *sacramentum fidei* (baptismus scilicet) *fides* est, certè invictè sequitur sacramentum Eucharistiæ non esse substantialiter verum Domini corpus & sanguinem? Neque enim baptismus substantialiter fides est, sed fidei sacramentum. Nonne ergo jure merito Frudegardus eum monebat se hac Augustini sententiâ commoveri?

Cum autem Rex Carolus Calvus resciviſſet *subjectos* suos de hac materiâ *diversè sentire* necessarium judicavit viros tunc eruditionis famâ celeberrimos inquirere, quidnam de illâ esset tenendum. Consuluit autem inter cæteros, Bertramum, sive potius Ratrannum, (ut [d] scriptoribus seculi vocatur) Presbyterum, dd *in omni litteraturâ doctissimum*, qui ejus jussioni parens libellum *de corpore & sanguine Domini* [e] Sigeberto, [f] Trithemio & aliis memoratum, circà annum Domini, quemadmodum existimo, octingentesimum quadragesimum octavum aut nonum conscripsit, & ad ipsum misit. In eô autem tractatu, illum *vestigia Patrum*, inquit, *sequendo*, ipsammet quam nos de Eucharistia fidem tuemur, astruere, fatentur ex Adversariis quamplurimi, [g] Garetius, [h] Maldonatus, [i] Bellarminus, [k] Gregorius de Valentia, [l] Vasques, [m] Gamachæus, & [n] Alanus cujus verba referre sufficiet: *Bertramus Presbyter, vir doctus & diserius ad hanc hæresin animum applicuit & scripsit opus offensionis & falsitatis plenum ad Carolum Crassum de sacramentô corporis Dominici, docens subobscure & caliide, ipsum corpus quod natum est de Virgine non esse in Eucharistiâ. Qui liber merito damnatus in indice.* Nonnulli tamen, certe minùs ingenui, à se impetrare non possunt ut id cum aliis libere concedant. [o] Genebrardus enim eum inter Authores recenset qui transsubstantiationem docuerunt. Theologi autem Duacenses in Indice suo expurgatorio de ipso sic loquuntur: [p] *Admonendus est Lector, eâ tempestate, tempore Caroli Calvi, sub annum Domini* 870. *motam fuisse quæstionem de Eucharistia à quodam equite aurato Fredevardo nomine, vtrum corpus Christi in Eucharistia verè, an figurate exhiberetur populo. Ad quam quæstionem, dum alij aliter (vt fit in discrepantiâ intelligentiæ verborum) respondent, quantum ex præfatione ad Carolum Calvum & initio ac progressu disputationis liquet; non defuerunt, qui adeo verè ipsum Christi corpus exhiberi in Eucharistia contenderent, vt ipsam speciem panis & vini negarent reliquam, affirmarentque id quod appareret esse speciem seu superficiem, seu pellem carnis Dominicæ, & nihil creatum esse reliquum, omnia esse divina, & partes corporis servatoris. Horum contentionem & inconsultum Zelum Bertramus a Carolô Calvô rogatus sententiam, reprehendit*, &c. Qui tamen aliquantò post, cùm se expedire non possent a plurimis sibi apertè contrariis quæ in hoc tractatu reperiuntur, eò confugiunt ut dicant esse ab hæreticis *inserta atque assuta.* At Perronius abdicatô hoc effugiô, *quoniam extat*, [q] inquit, *apographum manuscriptum sub eodem Ratranni titulô, illi quod Adversarij sub Bertrami nomine publicarunt conforme*; priùs illud interpolat & expolit, dicens, *Ratrannum sub pretextu impugnationis Stercoranistarum quorum caput erat in Occidente Erybaldus Episcopus Altissiodorensis, existimantium in Eucharistia nullam esse figuram, sed totum veritatem nudam & apertam*, &c. *tacite impugnare Ecclesiæ fidem.* Nam, *sinquit, tunc orta est nescio qua secta hominum docentium, corpus* Christi *in Eucharistiâ, passibile, corruptibile, divisibile, & digestibile esse, ac tale prorsus in se quale nobis exterius apparet, id est, formaliter affectum & qualificatum qualitatibus & alijs accidentibus specierum sacramentalium, quas affirmabant separatim & per se non subsistere, sed in propriô Christi corpore hypostatice fundari (adeo vt quicquid speciebus accideret, vt videri, frangi, dividi, digeri, corrumpi & in secessum ejici, propriè corpori Christi accideret) quemadmodum prius in substantia panis fundabantur: ac propterea Stercoranista nominati sunt.* Id autem probare contendit ex Algero qui ait: [a] *Ex hac ipsa visibili & corporali comestione quæ sacramento tenùs fit, nascitur hæresis fœdissima Stercoranistarum. Dicunt enim tantum sacramentum, sicut corporali comestioni, sic & secessui esse obnoxium.* Et ex Paschasio quem putat illorum, quamvis innominatorum, meminisse quando ait: [b] *Nequè observandum, sicut Apocryphorum monumenta docernunt, donec ea digerantur in corpore, ne communis cibus accipiatur*, &c. Et rursùs: *frivolum est ergò, sicutiin eodem Apocryphô Librô legitur, in hoc mysterio cogitare de corpore, ne commisceatur in alterius cibi digestione.* Quibus addit, Paulum [c] Samosatenum aliquid simile sensisse, ut notatur a Dionysiô Alexandrino; & post, Arium, quemadmodum testatur Chrysostomus, inquiens: *Deus nobis dedit corpus suum & sanguinem, non consumptum non*

Bertramus.

q *De Euch. l. 2. Auth. 39. habetur in bibliotb. Thuana.*

r *p. 672. edit. Paris. an. 1622. p. 668.*

a *Lib. 2. cap. 1.*

b *Cap. 10.*

c *Baron. Card. tom. 3. an. 264. 5. Francisc. Turr. lib. de Sacram. Euch c. 10. vid tom 4. bibliotb. Patr edit. 4. an. 1624.*

d *Hincmar. de prædest. Lupus Ferrar. epist. 79. dd Trithem. in Chron. Hirsang.*

e *De script. Eccles.*

f *Ubi supra & de script. Eccles.*

g *Contemp. 9.*

h *In disput. de Euchar. Ubi supr.*

i *De Euch. lib. 1. c. 1.*

k *Tom. 4. de Euchar. q. 3. punct. 1.*

l *Disputat. 179. c. 1.*

m *Ad q. 75. c. 1.*

n *De Euchar. sacr. l. 1. c. 11.*

o *In Chronograph. ad ann. 1115.*

p *In Indic. Belg. ann. 1571.*

Bertramus. *corruptum, non in ſeceſſum vadens, prout inſanus Arius eructavit, cujus viſcera per lacobum Niſibenum effuſa ſunt.* Jam verò Ratrannum contra ejuſmodi Stercoraniſtas ſcripſiſſe, confirmat ex eô quod ipſemet in præfatione illos expreſſè indicet, quandò ait: *quidam fidelium corporis ſanguiniſque Chriſti quod in eccleſiâ quotidie celebratur, myſterium, dicunt, quod nullâ ſub figurâ, nullâ ſub obvelatione fiat, ſed ipſius veritatis nudâ manifeſtatione peragatur.*

d Gilbert. Manguinus. Nuperus verò ſcriptor *d* qui laudabili opere plurimos noni ſeculi Authores ex manuſcriptis publicavit, Perronij quidem ſententiam de Stercoraniſtis a Ratrannò hic impugnatis amplectitur: ſed in reliquis ab eâ diſcedens Ratrannum negat contrà hodiernam Eccleſiæ Romanæ doctrinam quicquam docuiſſe. Verum non facilè dixerim, utrum id ſerio ab illis proferatur, adeo infrunitum eſt, an ex eo artificio quo Catholicos ſuos interdum uti Theologi Duacenſes in indice ſuo expurgatorio conſitentur, quandò de eodem Ratranni, ſeu Bertrami opere loquentes ajunt: *quamquam librum iſtum magni non exiſtimemus momenti, itaque non magnopere laboraturi ſumus, ſi vel nuſquam ſit, vel intercidat: attamen, cùm jam ſæpe recuſus ſit & lectus a plurimis, & per interdictum nomen omnibus innotuerit, hæreticis conſtet de ejus prohibitione per varios catalogos, fuerit Catholicus Presbyter, ac Monachus Corbeienſis cœnobij, Carolo non tam Magno, quàm Calvo charus ac venerabilis, juvet Hiſtoriam ejus ætatis, in Catholicis veteribus alijs plurimos ſeramus errores, & extenuemus, excuſemus, excogitatô commentô perſæpè negemus, & commodum ſi ſenſum affingamus, dum opponuntur in diſputationibus aut in conflictionibus cum Adverſarijs: non videmus, cur non eamdem æquitatem & diligentem recognitionem mereatur Bertramus, ne hæretici ogganniant nos antiquitatem pro ipſis facientem exurere & prohibere, itaque mirum non eſſe pauca pro ipſis videri facere, nobis Catholicis tam irreverenter antiquitatem, vel in ſpeciem à nobis diſſentientem exſibilare & perdere.* Primo enim, nonnullos tùm fuiſſe, qui adeo verè ipſum Chriſti corpus in Euchariſtiâ exhiberi contenderent, ut aut ipſam panis & vini ſpeciem negarent reliquam, affirmarentque id quod appareret eſſe pellem ipſam carnis Dominicæ, ut Duacenſes illi Theologi ajunt, aut docerent ſpecies illas panis apparentes hypoſtaticè in corpore Chriſti eſſe fundatas, ut notat Perronius; *excogitatum commentum* eſt & *affictum*, quemadmodum ſuprà ipſimet loquebantur. Nemo enim tunc exſtabat qui ſic deſiperet: nec vel per ſomnium Bertramo in mentem venit id cuipiam tribuere. Nam quandò ait: *quidam fidelium (myſterium) corporis & ſanguinis Chriſti quod in eccleſia quotidiè celebratur, dicunt quod nullâ ſub figurâ, nulla ſub obvelatione fiat, ſed ipſius veritatis nudâ manifeſtatione peragatur*; de figuris ac obvelationibus verbalibus tantummodò loquitur, ac eos deſignat qui contenderent, ea quæ de Euchariſtiæ myſteriô in ſcripturis dicuntur abſque figurâ & *vere*, id eſt, *propriè* & juxtà litteram eſſe intelligenda, Paſchaſium videlicet & alios cum ipſô ſentientes. Quod adeò palàm indicat ad ipſius tractatus initium, ut mirum ſit viros acutos cæcutire in re tam clarâ: *quod* (inquit, Carolum alloquens) *in eccleſiâ ore fidelium ſumitur corpus & ſanguis Chriſti, quæris veſtræ magnitudinis excellentia, in myſterio fiat, an in veritate, id eſt, virum ſecreti aliquid contineat quod oculis fidei ſolummodò pateat, an ſinè cujuſcumque velatione myſterij hoc aſpectus intueatur corporis exterius, quod mentis viſus inſpiciat interius, vt totum quod agitur in manifeſtationis luce clareſcat: &, virum ipſum corpus ſit quod de Maria natum eſt, & paſſum, mortuum & ſepultum, quodque reſurgens & cœlos aſcendens, ad dexteram Patris conſideat? Harum duarum quæſtionum primam inſpiciamus, & ne dubietatis ambage detineamur, definiamus quid ſit figura, quid veritas, vt certum aliquid contuentes, noverimus quo rationis ſtere contendere debeamus. Figura eſt obumbratio quædam quibuſdam velaminibus quod intendit oſtendens, verbi gratiâ, Verbum volentes dicere, panem nuncupamus: ſicut in oratione Dominicâ panem quotidianum dari nobis expoſtulamus, vel cùm Chriſtus in Evangeliô loquitur, dicens, ego ſum panis vivus qui de cœlô deſcendi; vel cùm ſeipſum vitem, Diſcipulos autem palmites appellat, ego ſum, dicens, vitis vera, vos autem palmites. Hæc autem omnia aliud dicunt, & aliud innuunt. Veritas verò eſt rei manifeſtæ demonſtratio, nullis umbrarum imaginibus obvelatæ, ſed puris & apertis (vique planius eloquamur) naturalibus ſignificationibus inſinuatæ, vt patè cùm dicitur Chriſtum natum de Virgine, paſſum, crucifixum, mortuum & ſepultum. Nihil enim hic figuris obvelantibus adumbratur, verùm rei veritas naturalium ſignificationibus verborum oſtenditur, neque aliter hîc licet intelligi quàm dicitur. At in ſuperioribus non ita. Nam ſubſtantialiter nec panis Chriſtus, nec vitis Chriſtus, nec palmites Apoſtoli. Quapropter hîc figura, ſuperius verò veritas in narratione monſtratur, id eſt, nuda & aperta ſignificatio.* Ergo profitetur ſe agere contra eos qui docerent corpus illud & ſanguinem Chriſti quæ in eccleſiâ ore fidelium ſumuntur, & ea quæ de illo ſub hac appellatione in ſcripturis habentur, juxta naturalem verborum ſignificationem, ſeu propriè & abſque figurâ intelligi debere. Quæ ſanè eſt ipſiſſima Adverſariorum hodiernorum ſententia. Secundò, eos qui ſeculis aliquot poſterioribus *Stercoraniſtæ* ab Algero, Humberto & aliis antè hoc inaudito convitio appellati ſunt, non eos fuiſſe qui docerent, proprium

Bertramus.

Bertramus.

proprium Domini corpus in feceſſum emitti; (nequè enim, aut Heribaldus, aut ulli tunc alij, vel etiam longè poſt, talem eructarunt blaſphemiam) ſed illos qui profiterentur, ſacramentum Euchariſtiæ quamvis *Dominici corporis* appellatione honoratum, verum panem eſſe quoad ſubſtantiam, reliquorumque more ciborum digeri & egeri; certiſſimum pariter eſt. Id enim patet ex [a] Humberto & [b] Algero qui Nicetam Pectoratum & alios Græcos *Stercoraniſtas* appellant, quia dicerent Euchariſtiæ participationem (ut potè quæ verus panis, licet ſanctificatus, foret) *jejunium ſolvere*. Et rurſus ex eodem Algero in eo ipſo loco quem adducit Perronius, ubi ait: *Ex hac ipſâ viſibili & corporali comeſtione quæ ſacramento tenus fit, naſcitur hæreſis fœdiſſima Stercoraniſtarum. Dicunt enim tantum ſacramentum ſicut corporali comeſtioni, ſic & feceſſui eſſe obnoxium. Volunt autem hæc aſtruere, cum multis argumentis, tum ipſius Chriſti teſtimonio ita in Evangelio dicentis, omne quod intrat in os in ventrem vadit & in feceſſum emittitur.* De Berengario autem ibi loquitur & ei ὁμοψύχοις, qui tantùm abeſt ut dicerent proprium Domini corpus in feceſſum emitti, quin contra inde probarent ſacramentum Euchariſtiæ non eſſe propriè & ſubſtantialiter Dominicum corpus, hoc videlicet abſurdo, quoniam dicendum foret illud in feceſſum abire. Sic enim Guitmundus Rogerium ſuum *de rationibus Berengarij*, ut expreſſè notat, inducit argumentantem: [c] *corpus Domini inconveniens eſt in feceſſum mitti, omne autem quod intrat in os, ut Salvator ait, in ventrem abit & in feceſſum emittitur.* Durandus [γ] Troarnenſis ſimiliter. Quin & ipſemet Bertramus idem fere verbotim argumentum ex Ambroſij verbis conficit, inquiens: *Non enim ait, ille panis & illud vinum Chriſtus eſt, quod ſi diceret, Chriſtum corruptibilem (quod abſit) & mortalitati ſubjectum prædicaret. Quicquid enim in illâ eſcâ, vel cernitur, vel guſtatur corporaliter, corruptibilitati tantùt obnoxium eſt.* Nec ad rem ullomodo ſunt quæ Perronius, ſive de Paſchaſio, ſive ex aliis profert & notat. Neque enim Paſchaſius per *monumenta Apocryphorum* de quibus loquitur, *Stercoraniſtarum*, illorum fictitiorum ſcripta intelligit, ſed ut rectè pridem notavit chariſſimus collega meus Halcarius in ſuo præſtanti de Cœnâ Domini volumine gallice conſcripto, confictam ſub nomine Clementis ſecundam Epiſtolam in quâ reperiuntur illa à Paſchaſio & Algero citata & à Gratiano decreto ſuo inſuta: [d] *qui reſidua corporis Domini quæ in ſacrario relicta ſunt, conſumunt, non ita eum ad accipiendos communes cibos conveniant ne putetur ſanctæ portioni miſceri cibum qui per aqualiculos digeſtus in feceſſum effunditur.* Nec Dionyſius Alexandrinus loquitur de ſanguine Chriſti in Euchariſtiâ exiſtente, licet occaſione Euchariſtiæ, ſed de ipſo quatenus effuſo, quem certo ſenſu *incorruptibilem* appellat contrà Paulum Samoſatenum, ut videre eſt in ipſius epiſtolâ jam editâ: nec vel hilum æſtimandus eſt Pſeudo-Chryſoſtomus ille a Perronio memoratus & à Turriano forte confictus, utalia pleraque. Tertio, non modò Bertramus ſive Ratrannus minime impugnat eos quos *Stercoraniſtas* appellat Perronius cum Humberto & Algero, docentes, id quod in Euchariſtiâ *fidelium ore ſumitur & Chriſti corpus* appellatur, corruptibile eſſe, ſed contra totus in eo eſt ut eorum ſententiam ut pote orthodoxam tueatur & propugnet. Sic enim loquitur: *hoc quod ſumit corpus* (Eccleſia) *corruptibile eſt, nec ipſi corpori poteſt præſtare nè moriatur in æternum, quoniam quod corruptioni ſubjacet, æternitatem præſtare non valet.* Et rurſum: *quæ à ſe differunt, idem non ſunt. Corpus Chriſti quod mortuum eſt, & reſurrexit, & immortale factum*, jam non moritur, & mors illi ultrà non dominabitur, *æternum eſt, jam non paſſibile. Hoc autem quod in eccleſiâ celebratur, temporale eſt, non æternum, corruptibile eſt, non incorruptum, in via eſt, non in patriâ. Differunt igitur a ſe: quapropter non ſunt idem. Quod ſi non ſunt idem, quomodo verum* (id eſt, proprium) *corpus Chriſti dicitur, & verus ſanguis? Si enim corpus Chriſti eſt, & hoc dicitur verè, quia corpus Chriſti, in veritate corpus Chriſti eſt: & ſi in veritate corpus Chriſti incorruptibile eſt & impaſſibile ac per hoc æternum. Hoc igitur corpus Chriſti quod agitur in Eccleſiâ, neceſſe eſt ut incorruptibile ſit & æternum. Sed negari non poteſt corrumpi quod per partes commutatum diſpartitur ad ſumendum, & dentibus commolitum in corpus trajicitur.* Denique eum ex profeſſo contra Paſchaſium ac ejus ſequaces ſcribere, liquet primo ex ipſius directa ad Paſchaſij doctrinam antiphaſi. Ait enim Paſchaſius: [e] *licet figura panis & vini hic ſit, omnino nihil aliud quam carò Chriſti & ſanguis poſt conſecrationem credenda ſunt, &c, & ut mirabilius loquar, non alia plane quam quæ nata eſt de Mariâ, & paſſa in cruce & reſurrexit de ſepulcro.* At contra Bertramus: *videmus multâ differentia ſeparari myſterium corporis & ſanguinis Chriſti quod nunc a fidelibus ſumitur in eccleſiâ, & illud quod natum eſt de Mariâ Virgine, quod paſſum, quod ſepultum, quod reſurrexit, quod cœlos aſcendit, quod ad dextram Patris ſedet. Hoc namque quod agitur in viâ, ſpiritualiter eſt accipiendum* (hoc eſt, figurate) *quia fides quod non videt credit, & ſpiritualiter paſcit animam, & lætificat cor, & vitam præbet æternam, & incorruptionem, dum non attenditur quod corpus paſcit, quod dente premitur, quod per partes comminuitur, ſed quod in ipſe ſpiritualiter accipitur. At verò corpus illud in quò paſſus eſt & reſurrexit Chriſtus, proprium ejus corpus*

a *Contra Nicetam.*
b *Lib. 2. c. 1.*
c *Lib. 2.*
γ *De corp. & ſang. Domin. confer par. 1. cap. 6.*
e *Cap. 2. & 7.*
d *De conſecrat diſt. 2. Cantribus gradibus.*

Bertramus. f cap. 2.

exiſtit, de Virginis Mariæ corpore ſumptum, palpabile etiam poſt reſurrectionem. Ac rurſum Paſchaſius ait: f *dignitatem atque circunſtantiam ipſius ſacramenti ignorat qui neſcit verè quod corpus & ſanguis ſit Domini ſecundum veritatem.* Ubi *eſſe ſecundum veritatem* opponit τῷ *eſſe figuratè.* At contra Bertramus: *Claret, quia panis & vinum figuratè Chriſti corpus & ſanguis exiſtit.* Secundò idem patet ex Authore innominato ejuſdem temporis a nobis jam antè citato qui pro Paſchaſio ſcribens, & de ipſo loquens, ait: *Rogatus, incertum, an provocatus, ſcripſit de eadem re libellum ad centum fere capitula ſatis vtilem, quem cùm reſperſerit multâ multorum authoritate Patrum ponit ex nomine B. Ambroſij quod non alia planè ſit caro quæ ſumitur de altari quam quæ nata eſt de Mariâ Virgine, & paſſa in cruce, & quæ reſurrexit de ſepulcro, quæ pro mundi vitâ adhuc hodiè offertur. Contrà quem ſatis argumentantur & Rabanus in Epiſtola ad Eigonem Abbatem & Ratrannus quidam in Libro compoſito ad Carolum Regem, dicentes aliam eſſe.* Et ſane videre eſt apud Bertramum locum Ambroſij quem objiciebat ab ejus expoſitione vindicatum. Poſtremò id liquet ex ipſomet Paſchaſiò, qui valde ſenex nec longe ab obitu (qui contigit annò octingenteſimò quinquageſimò primò) ſcribens, aperte ſugillat ea quæ Bertramus in ſuò contrà ipſum tractatu licet innominatum, ſcripſerat. Cum enim diciſſet Bertramus, Euchariſtiam corpus Chriſti quidem & ſanguinem eſſe, ſed *non proprie*, ut volebat Paſchaſius, verum *per myſterium*, & *in virtute*, & *in ſacramento*, Paſchaſius contra: *ne putares*, a inquit, *quia in ſacramento loquebatur* (Dominus) *demonſtrative dixit hoc eſt corpus meum.* Sic enim loquitur in epiſtolâ ad Frudegardum jam, ait, *ſenex & Monachorum omnium peripſema.* Ex Commentario in Matthæum in quo notat multos reprehendiſſe quod in tractatu ſuo *de corpore & ſanguine Domini* dixerat, contra illos ait: *miror, quid velint quidam nunc dicere non inve eſſe veritatem carnis Chriſti vel ſanguinis, ſed in ſacramento virtutem quamdam carnem carnis, & non carnem.* Quæ verba, aut Bertramum directè feriunt aut ſi quis velit Bertramum ſerius ſcripſiſſe, alios certe qui ejuſdem ſententiæ contra ipſum fuerint. Eant jam Adverſarij, & Bertramum nihil ſenſiſſe contra fidem ſuam doceant. Interim notent lectores eum aliquot poſt annis defuncto Bavone in locum ipſius b Abbatem Orbacenſem conſtitutum fuiſſe, quod veriſimile nullomodo eſt eventurum ſi doctrinam Eccleſiæ tum communem rejeciſſet & adverſus illam publicato ſcripto certaſſet, idque Regi dedicaſſet.

At verò præter Ratannum nonnullos quoque alios doctrinæ nomine commendatos à Rege Carolo pariter inquiſitos fuiſſe, controverſiæ momentum nos jubet credere. Vix autem dubium eſſe poteſt quin in primis conſuluerit præceptorem ſuum Joannem Scotum, aut c Scotigenam, vel d Eringenam, eumque de hac materia ſententiam ſuam ſcriptis juſſerit conſignare. Cui enim magis quàm illi confideret? Id certe Berengarius qui duobus poſt ſeculis Joannis illius tractatum de Euchariſtiâ vidit, teſtatur in epiſtolâ ad Richardum quemdam hactenus (quod ſciam) e inditâ, in quâ illum ſic alloquitur: *quia facile vobis factum eſſe cum Rege loqui non neſcio, vellem ſi videretur & vobis verbum illi aliquod pro me faceretis, ſi forte humanitatis, liberalitatis, dignitatiſque, Regia atque Chriſtianitatis reputatione, aliqua munificentia compenſaret damnum quod in clerico Eccleſia ſua injuſtiſſime tantum intulit. Quod ſi facit, ab immodicâ culpa ſe modicâ expenſa non modicum exſolvit. ſi tamen non facit, me tamen præſto habet in eo vno ſervire majeſtati Regiæ, ut ſatisfaciam ſecundum ſcripturas illis & quibus velut injuſtiſſime damnatum Scotum Ioannem, injuſtiſſime inhibentibus Paſchaſium in concilio Vercellenſi, &c. Quo autem hoc minùs fidelitatis meæ ſervitium refugiat, noverit quæ ſcribit Ioannes Scotus monitu illum ſcripſiſſe precarioque Caroli Magni* (Carolum Caluum intelligit) *anteceſſoris ſui, qui quantum circa res gerendas peritrenuus, tantum circâ religionem devotus, ne ineruditorum carnalium que illius temporis prævaleret ineptia, erudito viro Ioanni illi impoſuit colligere de ſcripturis quæ ineptiam illam* (Paſchaſij ſcilicet) *convellerent. Vnde ferat oportet patrocinium defuncto contrà calumnias nunc viventium, niſi ſe mavult exhibere indignum ſucceſſione & fede illius magnifici anteceſſoris ſui, qui etiam circa negocium intelligendarum ſcripturarum ſollicitus ab erudito vivo viro non ad tenebrandum veritatis lumen tale exegit obſequium.* Eum autem contrariæ fuiſſe à Paſchâliò ſententiæ agnoſcit cum Berengariò f Lanfrancus, qui & addit, propterea librum illius in ſupra memoratâ Synodò Vercellenſi ducentis poſt annis celebratâ *lectum & damnatum* fuiſſe. Quanquam, ut ad illum reſcribit Berengarius, g *ſi hæreticum habes Ioannem cujus ſententias de Euchariſtiâ probamus, habendus tibi hæreticus Ambroſius, Hieronymus, Auguſtinus, ut de cæteris taceatur.* Scripſis autem hunc tractatum cum adhuc in Galliâ foret, ut innuit h Hincmarus: unde poſt ſatis longum temporis intervallum in Angliam diſceſſit, propter eruditionem ab Alfredo Rege vocatus. Teſtantur enim Author de geſtis Anglorum Bedæque continuator i qui eſt Willielmus Malmeſburienſis, l Rogerus de Hoveden & m Matthæus Weſtmonaſterienſis, illum fuiſſe virum *perſpicacis ingenij & multæ facundiæ.* Superaddit & Ingulphus; qui poſtquam recenſuiſſet Alfredum ex Galliâ evocaſſe Grimbaldum artis muſicæ peritiſſimum & in divinis ſcripturis eruditiſſimum, *ſimiliter*, inquit,

Joannes Erigina

a *In Epiſt. ad Frudegard.*

b *Flodoard. l. 3. c. 28.*

c *Hincmar. de prædeſt. c. 31. Anaſtaſ. biblioth. præfat. in Dionyſ. Hierarch. ad Carol.*

d *Sirmond. tom. 2. Concil Gall p. 681.*

e *Extat in biblioth. Regia.*

f *De ſacr. Euchariſt.*

g *In epiſt. ad Lanfranc. nuper edita cum ejus aliis operib.*

h *Vbi ſupra.*

i *Lib. 2. cap. 4.*

l *Annal. part. prima ad ann. 882.*

m *Ad ann. 885.*

Prudentius Tric. Christian. Drutmarus.

quit: n *de veteri Saxoniâ Ioannem cognomine Scotum, acerrimi ingenij Philosophum ad se allicius Adelingia monasterij sui constituit prælatum. Ambo isti Doctores litteratissimi, sacerdotes gradu, & professione Monachi sanctissimi erant.* Florentius quoque Wigornienſis de Alfredô loquens: o *Duo construi imperavit monasteria, unum Monachorum in loco qui dicitur Æthelingatig ubi diversi generis Monachis coadunatis primatus Ioannem Presbyterum & Monachum genere Ealdsaxonum Abbatem constituit.* Referunt autem tres illi primo nominati, eum post aliquot annos à pueris quos docebat graphiis perforatum (quæ de caulâ non dicunt) animam exuisse tormento gravi & acerbo. Et duo quidem priores addunt: *Martyr æstimatus est, quod sub ambiguo ad injuriam sanctæ animæ non dixerim, cum celebrem ejus memoriam sepulcrum in sinistro latere altaris, & epitaphij prodant versus, scabri quidem & moderni temporis lima carentes, sed ab antiquo non adeo deformes:*

Clauditur hoc tumulô Sanctus Sophista Ioannes
Qui ditatus erat jam vivens dogmate mirô,
Martyriô tandem Christi conscendere regnum
Quò meruit, regnant Sancti per sæcula cuncti.

Rogerus verò de Hoveden, cui similia habet Westmonasterienſis, notat hunc honorem illi redditum propter revelationem quamdam de eô cœlitus factam: *jacuit aliquamdiu*, inquit, *inhonorâ sepulturâ in B. Laurentij ecclesiâ, infandâ cadu conscia. Sed ubi divinus favor multis noctibus super eum lucem indulsit igneam, admonuit Monachos in majorem transtulerunt Ecclesiam & ad sinistram altaris posuerunt.* En hominem qui docuit, p *quod sacramenta altaris non verum corpus & verus sanguis sit Domini, sed tantum memoria veri corporis & sanguinis ejus*, miraculô nobilitus factô post mortem commendatum, quantumvis ab Hincmarô propter id notatus, & in Synodô Vercellenſi longè post damnatus sit.

Illi proximè jungam Prudentium, Tricassinum sivè Trecensem Episcopum qui a pluribus Galliarum concilijs interfuit, ad quem exstat honorifica b Leonis quarti, Episcopi Romani epistola, quemque Lupus Ferrarienſis suprà memoratus c *charissimum suum* appellat. Nam d Hincmarus eum quoque notat, tanquàm eadem cum Joanne Scotigenâ de Eucharistiâ sentientem & scribentem, ei aliâ etiam de ratione infensus, quià videlicet diversa ab eô de prædestinatione sentiret. Quemadmodum & Author ignotus Annalium Bertinianorum maximus Hincmari contra Godescalcum sectator, de eodem Prudentio scribit: e *non modica inter se diversa & fidei adversa* (de prædestinationis quæstione loquitur) *scriptitans moritur.* At eum, Carolo Calvo & ecclesiæ suæ charissimum vixisse, & post mortem honorificè sepultum, ejusque tanquàm beati & Sancti memoriam ad sextum Aprilis celebratam fuisse, docet & ostendit Camusatius in promptuario antiquitatum Tricassinæ civitatis.

Prudentius Tric. Christian. Drutmarus.

Rursùs, circa medium hujus sæculi vivebat Christianus Scholasticus, qui & Drutmarus, Presbyter & Monachus Corbeiensis, f *qui nomen suum scribendo notificavit. Exposuit enim Evangelium Matthæi, promittens etiam de alijs Evangelijs se tractaturum*: quo in Matthæum commentario testatur se scribere eo ipso tempore quo Bulgarij ad fidem Christianam convertebantur, & *quotidiè baptizantur*, g inquit. Converti autem cœperunt anno Domini octingentesimo quadragesimo quinto, ut Cedrenus h observat: undè colligitur Christianum non longe post librum suum conscripsisse. Eum autem ejusdem cum præcedentibus adversùs Paschasium sententiæ fuisse, eumque directe impugnasse, aperte colligere est ex multis quæ ibidem dicit. Primò enim docet, Dominum secundùm corpus jam a nobis abesse, præsentiamque juxta quam nobiscum nunc est ad divinitatis præsentiam contrahit: *tandiu*, i inquit, *conversatus est cum Discipulis quo usque videt eos non indigere præsentiâ corporalis institutionis, & post recessit ab eis corporaliter, quos tamen spiritualiter nunquam deseruit.* Et rursùs in verba, pauperes semper habetis vobiscum, me autem non semper habebitis: *de præsentiâ corporis*, k inquit, *loquebatur, quia recessurus erat ab eis. Nam præsentiâ divinitatis semper adest omnibus electis suis, sicut ipse post resurrectionem Discipulis suis dixit, ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem sæculi.* Secundò, docet cum Authore commentarij in priorem ad Corinthios inter Hieronymi opera, & Primasio, Dominum ad absentiæ suæ solatium sacramentum corporis & sanguinis sui nobis reliquisse: *Sicut*, inquit, *si aliquis peregrè proficiscens dilectoribus suis quoddam vinculum dilectionis relinquit, eô tenore ut omni die hoc agant, ut illius non obliviscantur, ita Deus præcepit agi a nobis transferens spiritualiter panem in corpus, vinum in sanguinem* (sic enim, manifestè legendum) *ut per hæc duo memoremus quæ fecit pro nobis de corpore & sanguine suô, & non simus ingrati tam amantissimæ Charitati.* Quidnam autem illi sit, *transferri spiritualiter panem in corpus & vinum in sanguinem*, patet ex Bertramo in eodem cum Christianô Corbejæ monasteriô compresbyterô, simili id illustrante: *ipse*, l inquit, *qui nunc in ecclesiâ omnipotenti virtute panem & vinum in sui corporis carnem & proprij cruoris undam spiritualiter convertit, ipse tunc quoque* (sub veteri testamentô) *manna de cœlo datum corpus suum, & aquam de petrâ profusam proprium sanguinem invisibiliter operatus est.* Imò ex ipsomet Authore Paschasij expositionem quamvis innominati formali-

f *Sigebert. de Viris illustr. & Trithemius.*
g *Cap. 56.*
h *In Compend histor. non autem Curopalatæ, ut Baronius notat.*
i *Cap. 56.*
k *Ibid. in Passion. Domin.*
l *De corpor. & sang. Dom.*

a *Concil. Paris. ann. 846. Turonens. 4 ann. 849. Suession. 2. an. 853.*
b *Epist. 1. Concil. tom. 6.*
c *Epist. 63.*
d *Vbi supr. de prædestin. c. 31.*
e *Ad ann. 861.*
p *Apud Hincmar. ubi suprà.*
n *In Alfredo.*
o *Ad ann. 887. sec. Dionys. Et 909. sec. Evangel. Sabellic. Ennead. 9. l. 1* Scotus, vir divinarum litter. scientissimus.

Prudentius Tric. Christian. Drutmarus.

ter rejiciente & contrariam ponente. Dixerat enim Paschasius: m *Nè putares quia in sacramentò loquebatur* (Dominus) &c. *demonstrativè dixit, hoc est corpus meum.* Christianus verò in oppositum: *Dominus dedit Discipulis suis sacramentum corporis sui in remissionem peccatorum & conservationem Charitatis, ut memores illius facti semper hoc in figurâ facerent, quod pro eis actturus erat non obliviscerentur.* Hoc est corpus meum, *id est, in sacramentò.* Et accipiens calicem gratias egit & dedit illis, *dicens. Quia inter omnes vitæ alimonias cibus panis & vinum valent ad confirmandam & recreandam nostram infirmitatem, rectè per hæc duo mysterium sui sacramenti confirmare placuit. Vinum namque & lætificat & sanguinem auget. Et idcirco non inconvenienter sanguis Christi per hoc figuratur, quoniam quicquid nobis ab ipso venit lætificat lætitiâ verâ, & auget omne bonum nostrum.* Denique, ad hæc Domini verba, *non bibam amodo de hoc genimine vitis usque in diem cum illud bibam vobiscum novum in regno Patris mei*; Commentarium hunc inter cætera apponit: *simpliciter ab illâ horâ cœnæ non bibit vinum, quousque immortalis factus & incorruptibilis post resurrectionem*: manifestissimè indicans *vinum* verè fuisse quod Dominus in Eucharistiâ biberat. Nec ullius momenti est quod Sixtus Senensis, & ex eô Margarinus Binnius & Perronius observant tótum locum hunc variè depravatum fuisse à Secerió qui tractatum illum in Matthæum Haganoæ edidit. Calumniam enim illam suprà in Gelasij examine retudimus, amplius (credo) non mussaturam.

m *Epist. ad Eradegard.*

En igitur novèm ad minùs Authores Paschalio contemporaneos, magnique omnes nominis, præter alios fortè multos à quibus se reprehensum n agnoscit, ejus de Eucharistiâ sententiam refellentes & impugnantes, undè juvat retorquere ac reciprocare argumentum quô Alanus in hac quæstione utitur; *Hîc*, o inquit, *faciat sibi veritatis studiosus talem ex certissima regula syllogismum: omnis in religione sententia, qua (primum ut nata atque audita est) notatur & refutatur ab iis qui in pace ecclesiæ eodem tempore virunt, certissimè est erronea in fide. Sed sententia contra veram præsentiam corporis Christi* (torrigo ego; *sed sententia Paschasij quam Adversarij Ecclesiæ suæ sententiam esse profitentur*) *statim atque audita est, admiratione est susceptæ & reprobata Catholicorum scriptis qui tum Ecclesiæ præsidebant: ergò est in fide erronea. Ratio major est, quia si fuisset vera, tunc non fuisset nova: si fuisset Communis, non peperisset admirationem: si fuisset vetus, nemo se opposuisset. Huic regulæ conjuncta est observatio & nominatio personarum & temporum, in quibus opinio aliqua communi sententiæ adversa initium cepit.*

n *In Matth. 26.*

o *De Euch: sacramento lib. 1. c. 21.*

Verum, dissimulandum non est ijs quoque temporibus nonnullos repertos fuisse qui, seu Paschasij, sive Damasceni & Synodi Nicenæ secundæ sententiam amplecterentur. Innominatum illum prætereo jam multoties citatum, cujus pro Paschasio libelluli tribus aut quatuor foliolis constantem huc totum inseruissem, ut cuivis palàm fieret quam levis armaturæ miles sit, nisi viderim Adversarios ipsos eâ fortassis de causâ id ei honoris non detulisse. Alios intelligo, sivè gradu, sive doctrina notiores & celebriores. Inter quos primò se offert Hincmarus Rhemensis Archiepiscopus. Nam illum deprehendo quandòque cum Cypriano & Augustino dicere: p *Propterea quippè, sicut hoc etiam antè nos intellexerunt homines Dei, Dominus noster Iesus Christus corpus & sanguinem suum in eis rebus commendavit quæ ad unum aliquid rediguntur ex multis. Namque aliud in unum ex multis granis conficitur, aliud in unum ex multis acinis confluit*: quibus verbis plane indicat panem & vinum permanere. Res enim illæ sunt, quarum una ex multis conficitur granis, altera ex plurimis acinis confluit. Rursùm & interdum cum Augustinô dicere: q *qui non manet in Christô, & in quô non manet Christus, procul dubio non manducat spiritalem ejus carnem* (sic enim legit) *licet carnaliter & visibiliter premat dentibus sacramentum corporis & sanguinis Christi, sed magis tanta rei sacramentum ad judicium sibi manducat & bibit, quia immundus præsumit ad Christi accedere sacramenta, quæ alius non dignè sumit, nisi qui mundus est.* Et cum Prosperô, bis: b *Escam vitæ accipit & poculum æternitatis bibit, qui in Christo manet & cujus Christus inhabitator est. Qui autem à Christo discordat, nec carnem Christi manducat, nec sanguinem bibit (ad vitam) etiamsi tantæ rei sacramentum ad judicium sue præsumptionis quotidiè indifferenter accipiat.* Unde invictè consequitur, sacramentum non esse substantialiter corpus & sanguinem Domini, quoniam, si ita foret, is *qui à Christo discordat*, ut pote qui sacramentum accipiat, corpus & sanguinem ipsius manducaret & biberet. Et iterum cum eodem Augustinô scribere, c *oblati panis mysterium in sacramenta transire*: quod nihil aliud designare potest quàm *in sacra Christi signa transire*, quandoquidem *sacramenta*, ut liquet ex duobus præcedentibus testimonijs, Christo & corpori sanguinique ejus ut res ipsorum sacramentorum opponit. Denique ad imitationem Pelagij & Primasij: e *Dominus iturus ad passionem, & per resurrectionis & ascensionis gloriam discessurus è mundo, hoc sacramentum ultimum discipulis tradidit, ut memoriam tantæ Charitatis, per quam solam salvamur, altius eorum mentibus infigeret. Quatenùs semper memores simus, & quales, & quantum ab illo dilecti simus, ut de nobis glorientur, quantum ut de illo speremus.* Quæ verba plane innuunt sacramentum à Dominô vice sui nobis esse relictum & traditum, ac proinde aliud substantiali-

p *De prædest. c. 31. epilog. cap. 1.*

q *Ibid.*

b *De Cavend. vitijs & virt. exercend. cap. 12. Et ad Hincmar. Laudunens. cap. 48.*

c *De Cavend. vitijs, ubi supra.*

Hincmarus Florus.

Hincmarus.

Hincmarus Florus.

f *De corpor. & sanguine Domini.*

stantialiter ab eo esse, quemadmodum Bertramus recte exponit, inquiens: f *corpus & sanguis quod in ecclesia geritur, differt ab illo corpore & sanguine, quod in Christi corpore per resurrectionem jam glorificatum cognoscitur. Et hoc corpus pignus est & species, illud verò ipsa veritas: hoc enim geritur donec ad illud perveniatur.* Sed nihilominus alijs in locis nonnulla habet, quæ nisi commoda quadam interpretatione leniantur, cum eâ Orthodoxâ doctrinâ ex antiquitate mutuatâ pugnare videntur, & in se etiam absurda sunt. Primò enim ait: g *quis alius nisi ipse (Christus) quotidie in suâ mensa consecratur? Deus enim adest verbis suis Evangelicis, sine quibus sacramentum non consecratur, & ipse sanctificat sacramentum suum, & facit seipsum, sicut ipse dicit, hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur.* Nam nisi mens ipsius sit, *Christum consecrari & fieri*, quia ejus sacramentum seu sacrum signum consecratur & fit, contra Antiquitatem & simul contra veritatem loquitur: *quicquid enim consecratur & sanctificatur, antequam sanctificaretur, sanctum non fuisse, ratio fateri nos cogit*, inquit h Cyrillus Alexandrinus. Et Athanasius: i *possibile non est eorum quæ fiunt aliquid esse sui causa efficiens.* Et Gregorius de Valentiâ inter præcipua & immota philosophiæ & Theologiæ fundamenta reponit hæc axiomata, k *inter causam efficientem & effectum esse distinctionem realem, & si quid vere generatur ab aliô quodam distinctô generari.* Secundo ex ejus Epicolumnijs citantur hæc verba: l *Sacrificium corporis & sanguinis Christi Domini de pane & vino aquâ mixto ineffabili sanctificatione, cruce & verbo ipsius confignatur, & verum ac proprium corpus ipsius Domini nostri Jesu Christi & sanguis ejus verus ac proprius efficiuntur, sicut ipse protestatus est, hoc est corpus meum, hic est sanguis meus.* Quæ verba, si verè ipsius sunt: nec dicantur innuere, panem & vinum *verum ac proprium* Domini corpus & sanguinem mysticè & sacramentaliter effici, pugnabunt cum eô quod alibi ait, m panem & vinum *consecrari in sacramenta corporis & sanguinis Christi.* Nam illum suprà audivimus cum Augustinô sacramenta corporis Christi & sanguinis à corpore & sanguine disparantem tanquam à rebus quarum sacramenta sunt, illaque absque eò quod corpus & sanguis sumantur percipi posse docentem. Postremò, de Prudentiô Tricassinô & Joanna Scottigenâ loquens, ait: n *Sunt & alia, quæ vocum novitatibus delectantes, unde sibi inanes comparent rumusculos, contra fidei Catholicæ veritatem dicunt. Videlicet, quod in trina sit Deitas, quod sacramenta altaris non verum corpus & verus sanguis sit Domini, sed tantum memoria veri corporis & sanguinis ejus*, o *quod Angeli naturâ sint corporales*, &c. Quæ verba rursum, si simpliciter & ut sonant accipiantur, pugnabunt non modo cum antiquitate quæ sacramenta corporis & sanguinis Domini, illius qui discessit memoriam & commemorationem esse docet, ut suo loco ex Pelagio & Primasio ostendimus, sed etiam cum eo quod ipsemet suprà dicebat, Dominum discessurum ex mundo hoc sacramentum ultimum discipulis tradidisse ut memoriam tantæ Charitatis per quam solam salvamur, altius eorum mentibus infigeret. Neque enim memoriale quod quis abiens relinquit, idem cum ipso esse potest: quoniam alioqui simul abiret & maneret, absens esset & præsens, quod contradictionem implicat. Aut igitur antiquitatis fidem mentitus ab ejus sensu discedit, & sic novator est; & cum seipso confligit, idem ponens & destruens: aut, ut à contradictione cum seipso saltem eximatur, dicendum videtur illum cum Damasceno sentire, panem & vinum per consecrationem à divinitate assumi, eique uniri, ac proinde in eadem tanquàm in tertio cui proprium & substantiale Domini corpus unitum est, quodammodo unum & idem constitui & fieri. Sed hoc etiam novatio est, ut ad Damascenum loco suo observabamus.

Hincmarus Florus.

Eadem tempestate vivebat Florus sub cujus nomine exstat edita *Exegesis sive expositio Missæ.* Nonnulli eum Florum *Magistrum* vocant. Sit-ne autem Florus ille Lugdunensis Ecclesiæ Diaconus qui cum Ecclesiâ Lugdunensi *de prædestinatione* contra Joannem Scotum scripsit, & contra Amalarium, an vero alius ab eo distinctus inter eruditos non constat. Trithemius certe hunc Missæ Expositorem fuisse vult Monachum Benedictinum Trudonopoli in Diœcesi Leodicensi, eum eâ ratione à Lugdunensi alium esse innuens. Nos autem, quo usque major lux affulgeat, nihil decernemus. Uter fuerit, magnopere non interest in quæstione quam tractamus, in quâ videtur ejusdem planè cum Rabanô, Amalariô, Alcuinô & Bedâ sententiæ. Primò enim ait: o *oratur omnipotens Deus ut oblationem suam sacris altaribus impositam, & tantis precibus commendatam, ipse per virtutem Spiritus descendentis in eam legitimam & perfectam Eucharistiam efficiat, ut in omnibus sit adscripta, id est in numerũ placitorum sibi numeretur recepta, sit etiam rata, id est, immobili firmitate perpetuâ: Hoc namque dicitur ratum, quod est immobili ratione firmum & inconvulsum; Sic quoque ejusdem Spiritus S. operante virtute rationabilis & per hæc omnia singulariter Deo grata & acceptabilis, ut quamvis de simplicibus terræ frugibus sumpta divinæ benedictionis ineffabili potentiâ efficiatur fidelibus corpus & sanguis unigeniti filij Dei, sicut ipse testatur.* Caro mea est vere cibus & sanguis meus vere est potus. *Hæc est rationabilis hostia, plena videlicet rationis, plena mysterij.* Ac, ne quis putet eum intelligere, oblationem panis & vini propriè substantialiterque fieri Dominicum corpus & sanguinem, illicò

o *Bibliotb. Patr. edit. 4. tom. 6.*

g *De Cavend. vitys c. 12.*

h *De S. Trinit. dial. 6.* τὸ ἐγκαθ λαμβάνει, οὐκ ἐμᾶς φύσεως ἀναπόσπαστον λόγῳ, ἄμοιρος οὖσα ἴσως φύσεως πνεύ

i *Constr. Arrian. orat. 3.*

k *Tom 4. disp. 6. q. 3. de præs. Christi in Euch. punct. 3.*

l *Durand. Troarnens. de corpore & sang. Dom. part. 7.*

m *Vbi suprà & passim.*

n *De prædest. c. 31.*

o *Ita loquit. Chrys. aut apud illum Author homil. de S. Joan. Baptist. & Prudent. in Hymno de Cereo-paschal. & Thomas in Hymno de venerab. Sacram. vide Colvenerium schol. in Elodoard. l. 3. c. 14.*

d *Ita Concil. Nicen. 2.*

Digitized by Google

Prudentius Tric. Christian. Drutmarus.

ter rejiciente & contrariam ponente. Dixerat enim Paschasius: m *Nè putares quià in sacramentô loquebatur* (Dominus) &c. *demonstrativè dixit, hoc est corpus meum.* Christianus verò in oppositum: *Dominus dedit Discipulis suis sacramentum corporis sui in remissionem peccatorum & conservationem* Charitatis, *ut memores illius facti semper hoc in figurâ facerent, quod pro eis actturus erat non obliviscerentur.* Hoc est corpus meum, *id est, in sacramentô.* Et accipiens calicem gratias egit & dedit illis, *dicens. Quia inter omnes vitæ alimonias cibus panis & vinum valent ad confirmandam & recreandam nostram infirmitatem, rectè per hæc duo mysterium sui sacramenti confirmare placuit. Vinum namque & lætificat & sanguinem auget. Et idcirco non inconvenienter sanguis Christi per hoc figuratur, quoniam quicquid nobis ab ipso venit lætificat lætitiâ verâ, & auget omne bonum nostrum.* Denique, ad hæc Domini verba, *non bibam amodo de hoc genimine vitis usque in diem cum illud bibam vobiscum novum in regno Patris mei*; Commentarium hunc inter cætera apponit: *simpliciter ab illâ horâ cœnæ non bibit vinum, quousque immortalis factus & incorruptibilis post resurrectionem*: manifestissimè indicans *vinum* verè fuisse quod Dominus in Eucharistiâ biberat. Nec ullius momenti est quod Sixtus Senensis, & ex eô Margarinus Binnius & Perronius observant tôtum locum hunc variè depravatum fuisse à Seceriô qui tractatum illum in Matthæum Haganoæ edidit. Calumniam enim illam suprà in Gelasij examine retudimus, amplius (credo) non mussaturam.

m *Epist. ad Fradegard.*

En igitur novèm ad minùs Authores Paschasio contemporaneos, magnique omnes nominis, præter alios fortè multos à quibus se reprehensum n agnoscit, ejus de Eucharistiâ sententiam refellentes & impugnantes, undè juvat retorquere ac reciprocare argumentum quô Alanus in hac quæstione utitur; *Hîc*, o inquit, *faciat sibi veritatis studiosus talem ex certissima regula syllogismum: omnis in religione sententia, qua (primum ac nata atque audita est) notatur & refutatur ab ijs qui in pace ecclesiæ eodem tempore vivunt, certissimè est erronea in fide. Sed sententia contra veram præsentiam corporis Christi* (torrigo ego; *sed sententia Paschasij quam Adversarij Ecclesiæ suæ sententiam esse profitentur*) *statim atque audita est, admiratione est susceptæ & reprobata Catholicorum scriptis qui tum Ecclesiæ præsidebant: ergò est in fide erronea. Ratio major est, quia si fuisset vera, tunc non fuisset nova: si fuisset Communis, non peperisset admirationem: si fuisset vetus, nemo se opposuisset. Huic regulæ conjuncta est observatio & nominatio personarum & temporum, in quibus opinio aliqua communi sententiæ adversa initium capit.*

n *In Matth. 26.*

o *De Euch. sacramento lib. 1. c. 21.*

Verum, dissimulandum non est ijs quoque temporibus nonnullos repertos fuisse qui, seu Paschasij, sive Damasceni & Synodi Nicenæ secundæ sententiam amplecterentur. Innominatum illum prætereo jam multoties citatum, cujus pro Paschasio libelluli sunt tribus aut quatuor foliolis constantem huc totum inseruissem, ut cuivis palàm fieret quam levis armaturæ miles sit, nisi viderim Adversarios ipsos eâ fortassis de causâ id ei honoris non detulisse. Alios intelligo, sivè gradu, sive doctrina notiores & celebriores. Inter quos primò se offert Hincmarus Rhemensis Archiepiscopus. Nam illum deprehendo quandòque cum Cypriano & Augustino dicere: p *Propterea quippè, sicut hoc etiam antè nos intellexerunt homines Dei, Dominus noster Iesus Christus corpus & sanguinem suum in eis rebus commendavit quæ ad unum aliquid rediguntur ex multis. Namque aliud in unum ex multis granis conficitur, aliud in unum ex multis acinis confluit*: quibus verbis plane indicat panem & vinum permanere. Res enim illæ sunt, quarum una ex multis conficitur granis, altera ex plurimis acinis confluit. Rursùm & interdum cum Augustinô dicere: q *qui non manet in Christô, & in quô non manet Christus, procul dubio non manducat spiritalem ejus carnem* (sic enim legit) *licet carnaliter & visibiliter premat dentibus sacramentum corporis & sanguinis Christi, sed magis tantæ rei sacramentum ad judicium sibi manducat & bibit, quia immundus præsumit ad Christi accedere sacramenta, quæ alius non dignè sumit, nisi qui mundus est.* Et cum Prosperô, bis: b *Escam vitæ accipit & poculum æternitatis bibit, qui in Christo manet & cujus Christus inhabitator est. Qui autem à Christô discordat, nec carnem Christi manducat, nec sanguinem bibit* (*ad vitam*) *etiamsi tantæ rei sacramentum ad judicium sibi præsumptionis quotidiè indifferenter accipiat.* Unde invictè consequitur, sacramentum non esse substantialiter corpus & sanguinem Domini, quoniam, si ita foret, is *qui à Christo discordat*, ut pote qui sacramentum accipiat, corpus & sanguinem ipsius manducaret & biberet. Et iterum cum eodem Augustinô scribere, c *oblati panis mysterium in sacramenta transire*: quod nihil aliud designare potest quàm *in sacrâ Christi signa transire*, quandoquidem *sacramenta*, ut liquet ex duobus præcedentibus testimonijs, Christo & corpori sanguinique ejus ut res ipsorum sacramentorum opponit. Denique ad imitationem Pelagij & Primasij: e *Dominus iturus ad passionem, & per resurrectionis & ascensionis gloriam discessurus è mundô, hoc sacramentum ultimum discipulis tradidit, ut memoriam tantæ Charitatis, per quam solam salvamur, altius eorum mentibus infigeret. Quatenùs semper memores simus, & quales, & quantum ab eô dilecti simus, nè de nobis gloriemur, quantum ut de illô speremus.* Quæ verba plane innuunt sacramentum à Dominô vice sui nobis esse relictum & traditum, ac proinde aliud substantiali-

Hincmarus Florus.

Hincmarus.

p *De præd. c. 31. epist. cap. 1.*

q *Ibid.*

b *De Corrept. virgin. & virt. exercend. cap. 12. Et ad Hincmar. Laudunens. cap. 48.*

d *De non trina Deitate num. 17.*

c *De Corrept. virgin, ubi supra.*

Hincmarus Florus.

f *De corpor. & sanguine Domini.*

stantialiter ab eo esse, quemadmodum Bertramus recte exponit, inquiens: f *corpus & sanguis quod in ecclesia geritur, differt ab illo corpore & sanguine, quod in Christi corpore per resurrectionem jam glorificatum cognoscitur. Et hoc corpus signum est & species, illud verò ipsa veritas: hoc enim geritur donec ad illud perveniatur.* Sed nihilominus aliis in locis nonnulla habet, quæ nisi commoda quadam interpretatione leniantur, cum eâ Orthodoxâ doctrinâ ex antiquitate mutuatâ pugnare videntur, & in se etiam absurda sunt. Primò enim ait: *a* *a quis alius nisi ipse (Christus) quotidiè in suâ mensâ consecratur? Deus enim adest verbis suis Evangelicis, sine quibus sacramentum non consecratur, & ipse sanctificat sacramentum suum, & facit seipsum, sicut ipse dicit, hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur.* Nam nisi mens ipsius sit, *Christum consecrari & fieri*, quia ejus sacramentum seu sacrum signum consecratur & fit, contra Antiquitatem & timul contra veritatem loquitur: *quicquid enim consecratur & sanctificatur, antequam sanctificaretur, sanctum non fuisse, ratio fateri nos cogit*, inquit g Cyrillus Alexandrinus. Et Athanasius: h *possibile non est eorum quæ sunt aliquid esse sui causa efficiens.* Et Gregorius de Valentiâ inter præcipua & immota philosophiæ & Theologiæ fundamenta reponit hæc axiomata, i *inter causam efficientem & effectum esse distinctionem realem, & si quid verè generatur ab alio quodam distinctè generari.* Secundo ex ejus Epicolumnijs citantur hæc verba: k *Sacrificium corporis & sanguinis Christi Dominus de pane & vino aquâ mixto ineffabili sanctificatione, cruce & verbo ipsius confignatur, & verum ac proprium corpus ipsius Domini nostri Jesu Christi & sanguis ejus verum ac proprium efficiuntur, sicut ipse protestatus est, hoc est corpus meum, hic est sanguis meus.* Quæ verba, si verè ipsius sunt: nec dicantur innuere, panem & vinum *verum ac proprium* Domini corpus & sanguinem mysticè & sacramentaliter effici, pugnabunt cum eô quod alibi ait, l panem & vinum *consecrari in sacramenta corporis & sanguinis Christi.* Nam illum suprà audivimus cum Augustinô sacramenta corporis Christi & sanguinis à corpore & sanguine disparantem tanquam à rebus quarum sacramenta sunt, illaque absque eò quod corpus & sanguis sumantur percipi posse docentem. Postremò, de Prudentiô Tricassinô & Joanna Scottigenâ loquens, ait: l *Sunt & alia, quæ vocum novitatibus delectantes, unde sibi inanes comparent tumusculos, contra fidei Catholicæ veritatem dicunt. Videlicet, quod in trina sit Deitas, quod sacramenta altaris non verum corpus & verum sanguis sit Domini, sed tantum memoria veri corporis & sanguinis ejus,* n *quod Angeli naturâ sint corporales*, &c. Quæ verba rursum, si simpliciter & ut sonant accipiantur, pugnabunt non modo cum antiquitate quæ sacramenta corporis & sanguinis Domini, illius qui discessit memoriam & commemorationem esse docet, ut suo loco ex Pelagio & Primasio ostendimus, sed etiam cum eo quod ipsemet suprà dicebat, Dominum discessurum ex mundo hoc sacramentum vltimum discipulis tradidisse, ut memoriam tantæ Charitatis per quam solam salvamur, altius eorum mentibus infigeret. Neque enim memoriale quod quis abiens relinquit, idem cum ipso esse potest: quoniam alioqui simul abiret & maneret, absens esset & præsens, quod contradictionem implicat. Aut igitur antiquitatis fidem mentitus ab ejus sensu discedit, & sic novator est; & cum seipso confligit, idem ponens & destruens: aut, ut à contradictione cum seipso saltem eximatur, dicendum videtur illum cum Damasceno sentire, panem & vinum per consecrationem à divinitate assumi, eique vniri, ac proinde in eadem tanquàm in tertio cui proprium & substantiale Domini corpus vnitum est, quodammodò vnum & idem constitui & heri. Sed hoc etiam novatio est, ut ad Damascenum loco suo observabimus.

Hincmarus Florus.

Eadem tempestate vivebat Florus sub cujus nomine exstat edita *Exegesis sive expositio Missæ.* Nonnulli eum Florum *Magistrum* vocant. Sit-ne autem Florus ille Lugdunensis Ecclesiæ Diaconus qui cum Ecclesiâ Lugdunensi *de prædestinatione* contra Joannem Scotum scripsit, & contra Amalarium, an vero alius ab eo distinctus inter eruditos non constat. Trithemius certe hunc Missæ Expositorem fuisse vult Monachum Benedictinum Trudonopoli in Diœcesi Leodicensi, eum eâ ratione à Lugdunensi alium esse innuens. Nos autem, quo usque major lux affulgeat, nihil decernemus. Uter fuerit, magnopere non interest in quæstione quam tractamus, in quâ videtur ejusdem planè cum Rabanô, Amalariô, Alcuinô & Bedâ sententiæ. Primò enim ait: o *oratur omnipotens Deus ut oblationem suam sacris altaribus impositam, & tantis precibus commendatam, ipse per virtutem Spiritus descendentis ita legitimam & perfectam Eucharistiam efficiat, ut in omnibus sit adscripta, id est in numerū placitorum sibi numeretur recepta, sit etiam rata, id est, immobili firmitate perpetuâ: Hoc namque dicitur ratum, quod est immobili ratione firmum & inconvulsum; Sic quoque ejusdem Spiritus S. operante virtute rationabilis & per hæc omnia singulariter Deo grata & acceptabilis, ut quamvis de simplicibus terræ frugibus sumpta divina benedictionis ineffabili potentiâ efficiatur fidelibus corpus & sanguis vnigeniti filij Dei, sicut ipse testatur.* Caro mea est vere cibus & sanguis meus vere est potus. *Hæc est rationabilis hostia, plena videlicet rationis, plena mysterij.* Ac, ne quis putet eum intelligere, oblationem panis & vini propriè substantialiterque fieri Dominicum corpus & sanguinem, illicò

o *Biblioth. Patr. edit. Paris. tom. 6.*

a *De Cavend. vitijs c. 12.*

g *De S. Trinit. dial. 6.* Τὸ ἐγκαθ' ὑπόστασιν λεγόμενον, οὐκ ἰδιάζον ἔστιν ἑνὸς ἀνυπάρκτου λόγου, ἄχρις ἂν ἄλλο φύσει τινὶ ὑπάρχῃ

h *Const. Arian. orat. 3. in Codin. Rom. supr. cit.*

i *Tom. 4. disp. 6. q. 3. de præs. Christ. in Enchirid. 3.*

k *Durand. Trecarnens. de corpore & sang. Dom. part. 7.*

l *Ubi suprà & passim.*

l *De prædest. c. 31.*

m *Ita loquit. Chrys. ans apud illum Author homil. de S. Joan. Baptist. & Prudent. in Hymno de Cereo-paschal. & Thomas in Hymno de venerab. Sacram. vide Calvenerii Scholia in Flodoard. l. 3. c. 14.*

d *Ita Concil. Nicen. 2.*

Remigius Antiſſiodorenſis, ſeu Haymo Halberſtat.

illicò ſubjungit: *hoc corpus & hic ſanguis non in ſpecie & ſacramentis* (ſcil. talis) *colligitur, ſed certâ conſecratione myſticus ſit, novus* (forte, *nobis* ut apud Auguſtinum) *non naſcitur. Cum panis & vini creatura in ſacramentum carnis & ſanguinis ejus ineffabili ſpiritûs ſanctificatione transfertur, manducatur Chriſtus. Per partes enim manducatur in ſacramento, & manet integer totus in cœlo, manet integer totus in corde tuo.* Nam *trãsferri in ſacramentum* nihil aliud ſignificat quam *in ſacrum ſignum* transferri, ut ſupra in Bedâ, cujus verba ſunt, ab ipſô mutuata docuimus. Quod & ipſemet in ſequentibus innuit, dicens: *conficere, id eſt, conſecrare ſacramentum corporis & ſanguinis Domini ipſe Dominus tradidit Apoſtolis, unde univerſa eccleſia jugem memoriam ſui redemptoris celebret, & Apoſtoli generaliter omni eccleſiæ, Chriſti ergo virtute & verbis iſte panis & Calix ab initio conſecratus eſt. Chriſti virtute & verbis ſemper conſecratur & conſecrabitur. Illius ſermo eſt qui cœleſtia ſacramenta ſanctificat. Ille in ſuis ſacerdotibus quotidie loquitur.* Nam panem & vinum conſecrare nihil aliud eſt quam illa ex communibus terræ frugibus quod erant, ſancta efficere: nec ſanctificatio vllibi ſubſtantialem mutationem vnquàm deſignat, multò minus adhuc cum de ſacramentis quæ ſacra ſigna ſunt efficiendis agitur. Et rurſùm immediate poſt: *quod autem*, inquit, *de pane ait*, accipite & manducate ex hoc omnes, *ſimiliter autem & de calice, bibite ex eo omnes: commendatio eſt vnitatis & pacis, ut per hoc myſterium Chriſto participantes vnum omnes ſimus in illo. Unde Eccleſia ex traditione his verbis conſecrans myſterium ſacri corporis & ſanguinis Domini, deſignanter dicit Dominum dixiſſe Apoſtolis, accipite & manducate ex hoc omnes, hoc eſt enim corpus meum*, &c. Vbi evidenter oſtendit & affirmat illud ex quô Dominus Apoſtolos juſſit accipere & edere, vere ac propriè juxta ſubſtantiam panem fuiſſe, licet per myſterium corpus: *de pane ait*, inquit, *accipite & manducate ex hoc omnes.* Nam etiam ea loquendi formula, ex hoc, inducit, panem illum de quô illos jubebat edere ejuſmodi panem fuiſſe, cujus non totum, ſed particulæ tantummodò ederentur. Quis ſenſus quoque eſt verborum ſuprâ memoratorum, *Chriſtus per partes manducatur in ſacramentô*, quæ ex Auguſtinô & Bedâ deſumplit. Nam certe Dominus quoad ſubſtantiam ſuam *per partes* non *manducatur*, cum corpus ipſius ex omnium confeſſione non dividatur *in partes*: ſed dicitur ſacramentô tenus ſeu in ſignô per partes manducari, quià panis, qui ſacrum ipſius myſterium & ſignum eſt, particulæ & fruſtula ſumuntur & participantur. Nec ſi Florimens fuiſſet Dominicum corpus totum in particulis panis ſumi, immediate ſubjunxiſſet, *& manet integer totus in cœlo.* Dixiſſet potius, per *partes manducatur in ſacramento, & in ſe nihilominus in eodem ſacramento integer manuti.* Quid enim integritatis ejus in cœlo mentionem facere profuiſſet, ſi de ipſius ſubſtantiali per particulas in Euchariſtiâ manducatione hæc intellexiſſet? Nihil ſane. Sed illum ait *manere totum integrum in cœlo*, & *per partes manducari in ſacramento*, ut innuat illum in cœlô ſubſtantialiter eſſe præſentem, in Euchariſtiâ verò per *ſignum* ac ſacramentum ſuum, videlicet *panem*, atque eâ ratione *per partes* ſacramentaliter edi. Quod & ſimiliter de alterâ ſacramenti parte in ſequentibus docet, inquiens: *Vinum fuit redemptionis noſtræ myſterium cùm ait*, non bibam amodò de hoc genimine vitis; *& de latere ejus quod lanceâ trãſixum eſt, aquaque cum ſanguine egreſſa, vinum de vera carnis ejus vite cum aqua expreſſum oſtendit.* Indicat enim his verbis primò, verè vinum fuiſſe quod Dominus noſter bibit in Euchariſtiæ communione. Ac deinde, vinum illud *aquâ* (ut ante dixerat) *mixtum*, ſimul cum illâ oſtendere ſanguinem & aquam quæ de ejus latere fluxerant, proindeque non eadem cum ipſis eſſe. Imagines enim oſtenſivæ ſui non ſunt, ſed eorum ad quæ *oſtenſive ſunt eorum quorum ſunt imagines*, inquit [a] Marcellus Ancyranus, *etiam abſentium, adeo ut per illas is qui abſens eſt videatur.* Nec juvaret objicere, Florum ſacramento applicare verba Domini de carne & ſanguine ſuô apud Joannem. Reſpondimus enim jam ſuprà, & ex Rabanô probavimus verba illa interdum de pane ac vino, carne ac ſanguine ſacramentali & myſticô, non propriô, a pluribus fuiſſe intellecta. Secundò Author noſter hanc poſtremam canonis partem, *per quem hæc omnia Domine ſemper bona creas*, &c. exponens, ait: *per ipſum enim* (Chriſtum) *omnipotens Deus hæc bona omnia quæ ſacris altaribus conſecrantur, non ſolum in exordio mundi creavit condendo*, &c. *ſed etiam eadem ſemper bona creat propagando & reparando ut per annos ſingulos & nova ſegetes & nova vina naſcantur. Per ipſum ergo, ut dictum eſt, Deus Pater hæc omnia bona ſanctificando & vivificando ineffabiliter benedicit, quià ea omnia benedictione Cœleſti & gratia accumulat & præparat nobis.* At, cùm hæc gratiarum actio poſt conſecrationem fiat, quî poſſet illam Florus ſic interpretari ſi credidiſſet panem & vinum ſubſtantialiter mutari in Chriſti corpus & ſanguinem? Annè Deus ab ipſô mundi exordiô corpus & ſanguinem Chriſti creavit? An filium ſuum quotidiè *ſanctificat & cumulat Cœleſti benedictione & gratia*? An ipſum denique Chriſtum per eumdem Chriſtum creat *propagando & reparando*? Aliquis pè eſſe poteſt ſui cauſa efficiens? Quis non videt, Florum aperte *bona* illa exponere de *ſegete & vinô* quæ per annos naſcuntur ſingulos, ac proïnde per cõſecrationem haud ſubſtantialiter tranſlatos & commutatos, ſed ſacramentaliter tantum?

Remigius Antiſſiodorenſis, ſeu Haymo Halberſtat.

[a] *Apud Euſeb. contr. Marcell. lib. 1. c. 4. alibi citat.*

Non

Remigius Antissiodor.

Non longe a fine noni hujus seculi scripsisse mihi videtur Author commentarij in Paulinas Epistolas, a Villalpandô sub Remigij Rhemensis Episcopi, ab aliijs sub Haymonis Halberstatensis nomine (unus enim atque idem prorsùs est utrique tributus) publicati & editi, quemque nonnulli viri docti existimant potiùs esse Remigij Lugdunensis, alij Remigij Monachi Antissiodorensis. Remigij Rhemensis non esse librô præcedente contra Villalpandum ostendimus. Utrum vero Haymonis sit, an Remigij Lugdunensis, an Antissiodorensis, quæstio est. Haymonem *in Paulum* scripsisse notat [a] Sigebertus, *in vetus & novum testamentum*. Trithemius. De Remigiô Lugdunensi nemo, quod sciam, id refert. De Antissiodorensi Sigebertus sic loquitur: [b] *Remigius Monachus Antissiodorensis, nominatus in exponendis secularibus scripturis, notificavit se utilius divinas etiam scripturas exponendo. Exposuit enim canonem missæ, quid à quibus in ea sit positum vel additum demonstrans. Exposuit cantica Canticorum. Scripsit librum de divinis officijs* &c. Platina quoque de Formoso Episcopô Romanô loquens: *Cujus tempora*, [c] inquit, *nè omninò infaustissima haberentur, effecit Remigij Altissiodorensis virtus & doctrina. Hic enim multa commentatus est, & scripsit in Matthæum potissimùm & Pauli Epistolas. sunt qui scribant hujus interpretationis Authorem fuisse Remigium Rhemensem, non autem hunc de quo loquimur.* Bergomas [d] similiter, [e] Sixtus Senensis & alij Remigio Antissiodorensi commentarios in Matthæum & Paulum tribuunt. Eum autem qui jam extat Remigij alicujus esse, probabilissimum redditur tum testimoniô Platinæ qui de eô evidenter loquitur, tum ex pluribus codicibus Romanis & Cassinensibus (quemadmodum & ex duobus vetustissimis bibliothecæ [f] Regiæ) quos refert Villalpandus omnes præ se tulisse *Remigij* nomen. Addit quidem *Rhemensi Episcopi*: sed id mihi conjectura secunda est Remigij Antessiodorensis esse, quia cum eum Antissiodoro Rhemos evocatum esse à Fulcone Episcopô ad scholas instaurandas [g] Flodoardus testetur, ibique diu permanserit & obierit, proclive admodum fuit illum Rhemensem appellare, & inde facili lapsu Episcopi titulum superaddere, cum ignoraretur quis foret, & Rhemensis Episcopus Remigius longe notior & celebrior esset. Sed & alia suppetunt, ni fallor, validiora. Sigebertus enim & Bergomas, ut jam dixi, notant Remigium Antissiodorensem in Paulum scripsisse, & in canonem Missæ, quorum duorum postremorum conscriptionem nemo Haymoni & Remigio Lugdunensi tribuit. Eumdem autem Authorem esse tractatus de *officijs divinis* sub Alcuini nomine malè editi: ut suprà ostendi, quemque ego existimo Remigij istius esse; & Authoris commentarij in Paulum, Scholarum nempè Magistrum; qualis Antissiodorensis fuit, multa videntur argvere. Primò, maxima styli similitudo. Secundò, affectata utrobique Classicorum Authorum allegatio, [f] Horatij, [g] Ovidij, & [h] Virgilij. Tertiò, eadem pariter utroque opere affectata grammaticalis vocabulorum interpretatio, & in eâ similes lapsus. Nam in libro de divinis officijs, *cæsar*, [i] inquit, *posse principalis, Augustus solemniter stans interpretatur.* [k] *pascha græcè, latinè dicitur transitus:* [l] *impudici à podice: fures furvo dicti sunt, id est, a fusco:* [m] *sacerdos græcè, latinè dicitur sacrum dans:* [n] *herba quæ hebraicè asano, græcè autem hyos, quæ apud nos latinè cidaris.* Et Commentario in Paulum: [o] *Petrus Græcum & Latinum, Simon Græcum:* [p] *Aporiamur, id est, convincimur: Eutychus, qui & interpretatur amens: Serpens qui voratur tiriacus, à quo & tiriacum appellatur:* [q] *Lac græcè galacton dicitur: Caritas græcum est, & interpretatur in Latinam linguam dilectio:* [r] *Elementa dicuntur quasi elimenta eo quod ex ipsis cætera Originem sumant,* (apud Haymonem, *quasi eleramenta*) *initia videlicet & fundamenta Creaturarum*: denique, [s] *Gedeon qui interpretatur in vitro circumiens.* Quarto, eadem utrobique observatio de Cœnæ Dominicæ appellatione, ejusque ratione, quæ cuivis conferenti statim apparebit. Rursus, eumdem scripsisse & expositionem Canonis, & Commentarium Paulinum, manifestissime patet ex eo quod utrobiquè de divinitate panem Eucharistiæ replente & Christi proprio corpori eâ ratione conjungente ac vnum quodammodo cum illo reddente, ac ijsdem verbis loquatur. Sic enim in expositione Canonis: [u] *Christi virtute & verbis iste panis & calix ab initio consecratus est, & semper consecratur & consecrabitur. Ipse enim loquens per sacerdotes verba sua cœlesti benedictione sanctum corpus suum & sanguinē perficit. Quod autem ait*, sumite ex hoc omnes, *commendatio vnitatis est, ut per hoc mysterium Christô participantes vnum simus in illô, sicut Apostolus ait:* unus panis & vnum corpus multi sumus in Christô. *Tanta autem ecclesiæ vnitas in Christô est, ut vnus vbique sit panis corporis Christi, & vnus calix sanguinis ejus.* Accipiens hunc præclarum calicem. *Ideo dicit, hunc accepit, quia Calix quem sacerdos Catholicus sanctificat, non est alius nisi ipse quem Dominus Discipulis tradidit. Quia sicut divinitas verbi Dei est vna quæ totum implet mundum, ita, licet multis locis & innumerabilibus diebus illud corpus consecretur, non sunt tamen multa corpora Christi, neque multi calices, sed unum est corpus Christi & unus sanguis cum illô quod sumpsit in utero Virginis, & quod dedit Apostolis. Divinitas enim replet illud, quæ & conjungit, ac facit, ut sicut ipsa una est, ita conjungatur corpori Christi, & unum ejus corpus sit in veritate. Vndè animadvertendum est quia sivè plu-*

Remigius Antissiodor.

[f] *De divin. offic. c.* 18. & 37.
[g] *Ad Hebr.* 11.
[h] *Inc.* 8 *ad Rom & in* 2. *ad Cor. c.* 8. & 9. & *ad Ephes.* 5. 1 *Cap.* 1.
[k] *Cap.* 9.
[l] *Cap* 13.
[m] *Cap* 16.
[n] *Cap* 18.
[o] *In* 1 *ad Cor* 9.
[p] *In* 2 *Cor* 4. & 6. & 12.
[q] *In* 2. *ad Tim* 4
[r] *In Galat.* 4.
[s] *In Hebr.* 5.
[t] *In Hebr.* 11.
[u] *De offic. c.* 17. & *in* 1 *Cor.* 11.

[a] *De viris illustr. c.* 135.
[b] *Cap.* 123.
[c] *In vita Formosi.*
[d] *Supplem. Chron. ad ann.* 894.
[e] *Biblioth. l.* 9.
[f] *Num* 233. & 243.
[g] *Instit. lib.* 4. *c.* 9.

[u] *Biblioth. Patrum edit* 4. *tom.* 6.

Remigius Antissiodor.

plus, sivè minus quis indè percipiat, omnes aqualiter corpus Christi integerrimè sumunt, & generaliter, & spiritualiter, omnes & unusquisque. Et rursùs: *Providens nobis dedit hoc sacramentum salutis, ut (quia nos quotidie peccamus, & ille jam mori non potest) per illud sacramentum corporis sui remissionem consequamur. Quotidie enim comeditur & bibitur in veritate, & tamen integer vivusque & immaculatus manet. Mysterium enim est quod aliud videtur, aliud intelligitur. Quod videtur speciem habet corporalem, quod intelligitur fructum habet spiritualem. Sed cùm mysterium sit quod aliud significat, si in veritate corpus Christi est, quare appellatur mysterium? Propterea utique, quia post consecrationem aliud videtur. Videtur si quidem panis & vinum, sed in veritate corpus Christi est & sanguis. Condescendens ergo omnipotens Deus infirmitati nostræ, qui usum non habemus comedere carnem crudam & sanguinem bibere, facit ut pristina remaneant forma illa duo munera, etsi in veritate corpus Christi & sanguis, sicut ipse dixerat,* (x Caro, inquiens, mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus.) *Sciendum verò est quod eumdem calicē Dominici sanguinis nisi mixtum (esse) cum aquâ non licet (offerre) quia (nullum) vinum* (sic legitur corruptè, *nullum* enim illud y abesse debet) *fuit in redemptionis nostræ mysterio, cùm ait, non bibam amodò de hoc genimine vitis, & catera, & delatere ejus fluxit aqua cum sanguine. Hæ enim sacramenta sunt Ecclesiæ, sine quibus ad vitam non intratur. Illius ergò panis & calicis oblatio mortis Christi est commemoratio, qua non tam verbis quàm mysteriis peragitur, per quæ mentibus nostris morsilla pretiosa arctius commendatur.* a *Hoc sacramentum ultimum Discipulis tradidit, ut memoria tantæ Charitatis eorum mentibus inhæreret arctius.* In Commentariô autem prioris ad Corinthios Epistolæ: Calix benedictionis cui benedicimus nonne communicatio sanguinis Christi est? b *Idcircò autem primum calicem nominavit, quia post eà de pane plus erat disputaturus. Calix autem benedictionis dicitur, quia benedicitur à sacerdotibus in altari. Appellatur & ipse calix communicatio, quasi participatio, quia omnes communicant ex illô, partemque sumunt ex sanguine Domini quem continet in se.* Et panis quem frangimus in altari nonne participatio corporis Domini est? *Vtique primum consecratur & benedicitur a sacerdotibus & Spiritu Sancto, & deinde frangitur cum jam licet panis videatur, in veritate corpus est Christi, ex quô pane quicunque communicant corpus Christi edunt: quoniam unus, subaudi panis Christi, unum corpus Christi multi sumus, qui comedimus illum panem. Caro quam Verbum Dei Patris assumpsit in utero virginali in unitate suæ personæ, & panis qui Consecratur in ecclesia, unum corpus Christi sunt. Sicut enim illa caro corpus Christi est, ita iste panis transit in corpus Christi, nec sunt duo corpora, sed unum corpus. Divinitatis enim plenitudo quæ fuit in illo replet & illum panem, & ipsa divinitas Verbi quæ in eis sunt, ipsa replet corpus Christi quod a multis sacerdotibus per universum orbem sanctificatur, & facit unum corpus Christi esse. Et sicut ille panis & sanguis in corpus Christi transeunt, ita omnes qui in ecclesiâ digne comedunt illud, unum corpus Christi sunt, sicut ipse dicit,* qui manducat carnem meam & bibit sanguinem, manet in me, & ego in eô. *Tamen illa caro quam assumpsit, ille panis, omnisque ecclesia non facit tria corpora Christi, sed unum corpus. Et qui corpori & sanguini Domini communicant unum corpus eo efficiuntur, sic & qui Communicant scienter de idolothytis unum cum Diabolo corpus existunt.* Omnesque qui de unô pane, *id est*, de *uno corpore Christi* & de unô calice *sive sanguine* participamus, *id est*, d *partes accipimus, unum corpus Christi efficimur.* Et rursùs: e *sacramentum corporis Christi a communione cœna appellatur, quia communione esse debet omnibus fidelibus & justis. Uno enim pane universitas ecclesia designatur. Per id enim quod unum sumus, de uno pane nos omnes sumere oportet. Licet enim a multis partibis deferatur ille panis & a multis sacerdotibus per diversum orbem consecretur, divinitas tamen quæ replet omnia, replet & illud, facitque ut sit unum corpus Christi, omnesque qui percipiunt illud unum corpus Christi faciunt, non duo, quia ipse dixit, qui manducat carnem meam & bibit sanguinem meum, in me manet, & ego in eo.* Et iterum: f Dominus Jesus in quâ nocte tradebatur, *id est, ipsâ nocte quâ erat tradendus a Judâ,* accepit panem & gratias agens fregit & dixit, *Discipulis suis. Finitis solemnijs veteris paschæ qua in commemorationem antiquæ liberationis populi Dei de Ægyptô agebantur omnibus annis, transijt statim ad novum pascha, sicut supra diximus, quod in memoriam suæ passionis & nostræ redemptionis ecclesia sua reliquit frequentandum fregit ipse panem quem Discipulis porrexerat, ut ostenderet corporis sui fractionem & passionem suâ sponte venturam, sicut ipse antea dixerat, potestatem habeo ponendi animam meam.* Accipite & manducate, hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur. *Sicut caro Christi quam assumpsit in uterô virginali verum corpus ejus est & pro nostrâ salute occisum, ita panis quem Christus tradidit Discipulis suis, omnibusque predestinatis ad vitam æternam, & quem quotidie consecrant sacerdotes in ecclesiâ cum virtute divinitatis quæ illum replet panem, verum corpus Christi est: nec duo corpora illa caro quam assumpsit & iste panis, sed unum verum corpus faciunt Christi, in tantum ut dum ille frangitur & comeditur, & tamen integer maneat & vivus. Et sicut corpus illud quod in cruce deposuit, pro salute nostrâ & redemptione nostrâ est immolatum, ita quotidiè ad nostram salutem & redemptionem iste panis Deo offertur, qui licet panis videatur corpus est Christi. Dominus enim redemptor noster consulens nostræ fragilitati, quâ cognovit nos fragiles esse ad peccandum, tradidit, nobis hoc sacramentum, ut quia*

Remigius Autissiodo.

c *Ita apud Haymon.*

d *Apud Philip.* partes.

e *In 1. Cor. 11.*

f *Ibid.*

x *Hæc partes hîc inclusa absunt cap. 40. de divin. offic. bibliothec. tom. 10. Et in operib. Alcuini similiter, ubi idem tractatus exstat.*

y *Ibid. abest illud*, nullum.

a *Locus jam indicatus sic legitur:* propterea autē iturus ad passionem, & per resurrectionis atque ascensionis gloriam discessurus è mundô, hoc sacramentum ultimum Discipulis tradidit, ut memoriam tantæ Charitatis arctiùs eorū mentibus infigeret.

Codex quoque Thuana bibliotheca in quo sunt Amalarij fragmenta de divin. offic. *habet hūc tractat.* de divinis offic. *sine Author. tom. & in eo eadem verba supra citata.*

Remigius Antiſſiodor.

vt quia Ipſe jam non poteſt mori, & nos quotidiè peccamus, habeamus verum ſacrificium quo poſſimus expiari. Ideoque quia vnum corpus faciunt, & pro noſtrâ redemptione offeruntur, dixit, hoc eſt corpus meum quod pro vobis tradetur, *& addidit*, hoc facite, *id eſt, corpus hoc ſanctificate*, in meam commemorationem, *videlicet paſſionis meæ, veſtræque redemptionis, quia ego vos redemi ſanguine meo. Relinquens Dominus hoc ſacramentum ſalutiferum omnibus fidelibus, ut illud infigeret cordibus & memoriæ eorum, more cujuſcunque hominu egit, qui appropinquans mortis aliquod munus pretioſum dimittit alicui g amicorum ſuorum in memoriam ſuam, dicens: accipe hoc munus, amice chariſſime, & tene illud cum omni diligentiâ penes te in memoriam mei, vt quotieſcunquè illud videris, recorderis mei. Qui amicus admittens illud munus amici ſui chariſſimi, ſi eum totò corde dilexit, non poteſt non condolere ei, & triſtari de morte amici quotieſcunque munus ſibi conſpicit dimiſſum*, &c. Quæ ferè omnia h alibi & eiſdem ferè verbis dicit, ideoque ad vitandum repetitionis faſtidiũ tantummodo indicanda. Cui jam ergò non appareat eumdem omninò eſſe, & commentatorem Pauli, & Canonis expoſitorem, Remigium videlicet monachũ Antiſſiodorenſẽ, & poſt Magiſtrum Rhemenſẽ?

g Ita in edit. Villalp. apud Haymon. aliquo variante eſt.

h In c. 10. ad Hebr.

Licet autem primâ fronte Adverſariorum partibus favere videri poſſet, confidenter tamen dixerim illum nec tranſſubſtantiationem, nec realem præſentiam ullomodo ſtabilire, imò contrà validiſſime retellere ac evertere. Primò enim ait, panem & calicem conſecrari & ſanctificari. Verùm, alicujus rei conſecratio & ſanctificatio nullibi unquàm deſignat ſubſtantialem ipſius in aliud mutationem, ſed tantum ex communi in ſacram tranſlationem, quæ qualitatis eſt mutatio, non ſubſtantiæ. Et Author ipſemet ſe ipſum interpretatur in expoſitione canonis, ubi de Deo loquens ait: *ſuis conſpectibus oblata ſanctificat, vt quæ erant ſimplex creatura fiant ſacramenta.* Sacramenta verò Authoribus etiam ejus ſeculi *ſacra ſigna* eſſe ex Rabano & Amalario ſupra docuimus. Secundò dicit: *Chriſtus ipſe loquens per ſacerdotes verba ſua cœleſti benedictione Sanctum corpus ſuum & ſanguinem perficit.* Mens autem ipſius nullomodo eſſe poteſt à Domino proprium & ſubſtantiale corpus ſuum & ſanguinem effici. Nemo enim, ut multoties à nobis eſt obſervatum, ſeipſum efficere poteſt: *ſequeretur*, inquit de a Lugo, *idem eſſe cauſam ſui ipſius, quod in omni bonâ philoſophiâ repugnat, loquendo de verâ & phyſicâ cauſalitate*, &c. *Et non poteſt ſtare cum definitione cauſæ in commun*, &c, quod ſcilicet cauſa ſit principium per ſe influens eſſe in aliud, *vbi requiritur ad rationem cauſæ diſtinctio inter cauſam & effectum, nullâ factâ prorſus exceptione.* Intelligit igitur corpus & ſanguinem, non proprium, ſed myſticum, id eſt, corporis & ſanguinis ſacramentum. Tertio dicit, *fregit ipſe* (Chriſtus) *panem quem Diſcipulis porrexerat, ut oſtenderet corporis ſui fractionem & paſſionem ſuâ ſponte venturam.* Proprium autem ac ſubſtantiale corpus ſuum non fregit Dominus: panis ergò quem ipſum ait Diſcipulis porrexiſſe, non erat ex ipſius ſententiâ proprium & ſubſtantiale Domini corpus. Ac rurſum: ſi panis ille fractus quem docet Dominum Diſcipulis porrexiſſe, oſtenſivus erat corporis in cruce frangendi; alius omninò erat ab hoc corpore frangendo, cum nihil ad ſeipſum referatur, ſed ad aliud. Quartò docet, corpus illud à Dominò perfectum per divinitatem corpori (proprio ſcilicet) Domini conjungi: *divinitas*, inquit, *rèplet illud, quæ & conjungit, ac facit vt ſicut ipſa una eſt, ita conjungatur corpori Chriſti*, &c. At quis mente ſanus dixerit, idem numerò & materialiter Domini corpus ſibi conjungi? Conjũctio nonnè eſt inter duo? Sed & rurſùm, cui bono corpus Chriſti corpori Chriſti conjungere? Quintò, de calice loquens: *omnes*, inquit, *communicant ex illo partemque ſumunt ex ſanguine Domini quem continet in ſe.* Et denuò: *omnes qui de uno pane, id eſt, de uno corpore Chriſti, & de uno calice ſive ſanguine participamus, id eſt, partem accipimus.* Id autem falſiſſimum foret ſi de ſubſtantiali Domini corpore & ſanguine loqueretur. Nam ut ſumeretur pars corporis, neceſſarium foret illud eſſe frangibile & diviſibile, quod falſum eſſe apud omnes in confeſſò eſt: ac pariter, ad ſumendam ſanguinis ipſius partem, neceſſariò oportet illum in calice eſſe per ſe & a carne ſeparatum, quod tamen negatur ab omnibus. Ergò per id corpus non intelligit proprium corpus, nec per ſanguinem illum in calice contentum, proprium ac ſubſtantialem Domini ſanguinem: Sextò, ait cum Florò: *Sciendum eſt quòd eumdem calicem Dominici ſanguinis niſi mixtum cum aquâ non licet offerre, quia vinum fuit in redemptionis noſtræ myſterio, cum ait, non bibam amodo de hoc genimine vitis, & cætera, & de latere ejus fluxit aqua cum ſanguine.* Ubi apertiſſime indicat, *genimen* illud *vitis* quod Dominus ſe in Euchariſtia bibiſſe teſtabatur, verum ac proprie dictum vinum fuiſſe, licet ſanguinis appellatione ab ipſomet honoratum. Septimo, ait quidem panem hunc qui Chriſti corpus eſt, & calicem qui eſt ſanguis Deo quotidie offerri. Sed tamen ſenſum ipſius eſſe, illa quoad ſubſtantiam verum panem & vinum eſſe, ipſemet alibi palam oſtendit, inquiens: b *Melchiſedek ſecundum legalia mandata non fuit ſacerdos, ſed ſecundùm cujuſdam ſingularis ſacerdotij dignitatem panem offerens Deo & vinum, non brutorum animalium ſanguinem: in cujus ordine*

Remigius Antiſſiodor.

a De Sacram. Euch. diſp. 7 Sect. 2.

b In epiſt. ad Hebr. c. 5.

Remigius Antisiodor.

sacerdotij Christus factus est sacerdos, non temporalis, sed aternus, nec offerens victimas legales, sed instar illius panem & vinum, carnem videlicet ac sanguinem suum, de quibus ipse dixit, Caro, inquiens, mea verè est cibus & sanguis meus verè est potus. *Illa quoque duo munera, panem & vinum commisit ecclesiæ suæ in memoriam sui offerenda, unde patet sacrificium pecudum periisse quod fuit ordinis Aaron, & illud manere potius quod fuit ordinis Melchisedek, quia Christus illud corroboravit, & ecclesiam tenere docuit.* Nam si per panem & vinum quæ Domini corpus & sanguinem appellat, intelligeret proprium ac substantiale Domini corpus & sanguinem, quomodò assereret sacrificium Melchisedek manere? Verus enim ac proprie dictus panis, verumque vinum fuit quod Melchisedek intelligit obtulisse. De pane quoquè & vino interdum accepta fuisse Domini illa apud Joannem de carne & sanguine verba, suprà ex Rabano manifestè ostendimus. Denique ait: *Dominus iturus ad passionem, & per resurrectionis atque ascensionis gloriam discessurus è mundo hoc sacramentum ultimum Discipulis tradidit in memoriam tantæ Charitatis arctius eorum mentibus infigeret.* Et rursus: *more cujuscunque hominis egit qui appropinquans morti aliquod munus pretiosum dimittit alicui amicorum suorum in memoriam sui, dicens: accipe hoc munus, amice charissime, & tene illud cum omni diligentia. Pignus it in memoriam mei, ut illud quotiescunque videris recorderis mei,* &c. At quis dicat, munus quod aliquis discedens tradit in memoriam sui conservandum, eum ipsum esse? Nonne ejusmodi munus is qui discedit loco sui relinquit, ac ideò quià discedit ad sui absentis memoriam refricandam? Quid clarius dici potuit?

Nec juvaret objicere, Remigium tamen dicere de pane Eucharistico: *licet panis videatur, in veritate corpus est Christi.* Et rursùs de pane & vino: *videtur si quidem panis & vinum, sed in veritate corpus Christi est & sanguis. Condescendens ergo omnipotens Deus infirmitati nostræ qui usum non habemus comedere carnem crudam & bibere sanguinem, facit ut pristina remaneant in forma illa duo munera, etsi in veritate corpus Christi & sanguis.* Et iterum: *non sunt multa corpora Christi, neque multi calices, sed unum est corpus Christi & unum sanguis cum illo quod sumpsit in utero Virginis*: quod pluriès repetit. Neque enim intelligit, etsi panis videatur, panem tamen substantialiter esse: non magis certe quam cum Beda ait, c *is qui per gratiam Dei renovatur invisibiliter, fit spiritalis Dei filius, cum visibiliter omnibus caro & filius hominis appareat*, sensus ipsius est hominem regenitum carnem videri, & tamen carnem substantialiter non esse, sed mens tantum ipsius est, quamvis simplex panis appareat, corpus tamen Christi vere esse, hoc est, *verissimum* (ut loquitur d Isidorus) *corporis ipsius sacramentum.* Nam panem, & pariter vinum, post consecrationem suam vere juxta substantiam perstare ac remanere, ipsemet Author rursus ostendit, quando hanc ultimam canonis partem exponens, *per Christum, per quem hæc omnia semper bona creas, sanctificas, vivificas, benedicis, & præstas nobis*, ait: *id est, per Christum Deus Pater non solum hæc omnia in exordio creavit condendo, sed etiam semper creat præparando & reparando bona, quia omnia creata a Deo valdè bona, creata & suis conspectibus oblata sanctificat, ut quæ erant simplex creatura fiant sacramenta, vivificat ut sint mysteria vitæ, benedicit, quia omni benedictione cœlesti & gratia accumulat, præstat nobis per eundem secum sanctificantem, qui de corpore & sanguine suo nobis tam salubrem dedit refectionem, per ipsum tanquam per verum mediatorem Dei & hominum.* Quomodò enim sic loqueretur, si de proprio Domini corpore & sanguine ageret, nec illi corpus & sanguinem de quibus sermonem habet, verum substantia panem & vinum esse censeret? Corpus quippe substantiale, nec illud est quod Christus ipse aut ab exordio mundi creare potuit, aut etiam creavit, nec quod creat quotidie quasi effectus effector sui, nec ipsum est quod sanctificatur, aut ex simplici creaturâ fit sacramentum & mysterium vitæ, aut *omnia bona* congruè vocari potest. Hæc omnia quadrant in verum panem & vinum, quæ licet oculis simplex panis & vinum appareant, tamen quodammodo vere corpus & sanguis Christi sunt. Nec rursus, quando Author noster ait, duo illa munera *in pristina forma* remanere, & *in veritate* corpus Christi & sanguinem esse; per formam intelligit figuram exteriorem simpliciter, id est, juxta Adversariorum hodiernorum mentem, simplicia accidentia a substantiis suis separata & sine illis subsistentia; Nihil minus: sed formam accipit eô ipso sensu quô & Apostolus, & ipsè cum eo de Domino ait, a *formam servi accipiens, id est, in veritate hominē suscipiens*, hoc ipso innuens, duo illa munera vere permanere quod erant substantialiter, & nihilominus corpus & sanguinem Dominicū vere esse. Quod etiam colligere est ex iis quæ ibidem adjungit. Si enim mens ejus esset, panem & vinum per substantialem sui mutationem corpus & sanguinem Dominicum evadere, tantummodò remanentibus ipsorum accidentibus, quî vere dicere posset, *consulens omnipotens Deus infirmitati nostræ, qui usum non habemus comedere carnem crudam & sanguinem bibere, facit ut pristinâ remanant formâ illa duo munera, etsi in veritate corpus Christi & sanguis?* Ea enim certè ratione carnem crudam comederemus & sanguinem biberemus. Quod, cùm apertè innuit alienum

prorsùs

c *Hom. festival de SS. in festo invent. Sanct. crucis.*

d *De vocat. Gent. cap. 26.*

a *In epist. ad Philipp. cap. 2.*

Remigius Antissiodor.

prorsus esse a divino proposito, necessario dicendum est sententiam ipsius esse, carnis & sanguinis locô quæ horror nobis fuisset manducare & bibere, Deum nobis panem & vinum suo quodam modo corpus & sanguinem Christi effecta & existentia, reliquisse percipienda. Jam verò quo sensu dicat illa esse in veritate corpus & sanguinem Domini, & unum corpus cum eo quod de Virgine desumpsit, unumque sanguinem esse, difficile non est ex ejus dictis assequi. Neque enim ullo modò vult panis & vini munera corpus & sanguinem esse per identitatem substantiæ cum eo corpore quod e Virgine natum est, ac illo sanguine qui prò nobis effusus est; sed per eorumdem cum proprio Christi corpore & sanguine in divinitate tanquàm in tertio conjunctionem & adunationem, quæ est ipsissima Damasceni suprà memorati sententia. Sic ipsemet se explicat: *Caro*, inquit, *quam Verbum Dei Patris assumpsit in vterô virginali in vnitate suæ personæ, & panis qui consecratur in Ecclesiâ vnum corpus Christi sunt. Sicut enim illa caro corpus Christi est, ita iste panis transit in corpus Christi, nec sunt duo corpora, sed vnum corpus: divinitas enim plenitudo quæ fuit in illo, replet & istum panem*, &c. *& facit vnum corpus Christi esse.* Et rursum: *Calix quem sacerdos Catholicus sanctificat non est alius nisi ipse quem Dominus Apostolis tradidit. Quiàsicut divinitas Verbi est vna quæ totum implet mundum, ita, licet multis locis & innumerabilibus diebus illud corpus consecretur, non sunt tamen multa corpora Christi, neque multi calices* (calices autem procul dubiô multi sunt, si materialiter spectentur) *sed vnum est corpus Christi & vnus sanguis cum illo quod sumpsit in vtero Virginis* b (*&*) *quod dedit Apostolis. Divinitas enim replet illud, quæ & conjungit, & facit, vt sicut ipsa vna est, ita conjungatur corpori Christi*, (Nota) *& vnum ejus corpus sit in veritate.* Palàm ergò intelligit panis & vini munera post consecrationem corpus & sanguinem Domini in veritate esse, & unum corpus cum eô quod è Virgine sumptum est, non per ejusdem cum eô essentiæ Veritatem, sed per ea in divinitate cui corpus è Virgine sumptum unitum est: quæque ipsa replet cum ipso conjunctionem & velut adunationem. Quę enim eadem sunt in uno tertio, ea quoque, licet non idem sint essentialiter, quodammodo tamen inter se eadem sunt. Eam vero esse Authoris nostri sententiam, vel etiam ex eo patet, quod de re tertiâ, præter panem Eucharisticum, & corpus è Virgine natum, Christi quoque corpus appellatâ, eadem prorsus asserat quæ de pane Eucharistic ô: *sicut*, inquit, *ille panis & sanguis in corpus Christi transeunt, ita omnes qui in Ecclesiâ digne comedunt illud, unum corpus Christi sunt.* At constat fideles panem Eucharistiæ comedentes, non transire in unitatem & identitatem essentiæ cum corpore è Virgine sumpto: nec igitur panem Eucharisticũ similiter. Et rursùs: *illa caro quam assumpsit, iste panis, omnisque Christi ecclesia, non facit tria corpora Christi, sed vnum corpus.* Et alibi quoque illa Apostoli verba, *mortificati estis legi per corpus Christi*, exponens: *de quô corpore loquitur*, c inquit, *Nam corpus Christi est, quod assumpsit in vterô virginali, corpus Christi est tota ecclesia fidelium, corpus Christi est quod quotidiè consecratur in ecclesia*: quod & ante illum d Maxentius observaverat. Ubi tria esse docet *Christi corpus* nuncupata: panemque qui quotidie consecratur in ecclesia & in corpus Christi transit, non minus distinguit à corpore de virgine sumpto, quam ecclesiæ mysticum corpus. Quæ tamen triplicis discriminatio corporis inanis & falsa foret, si corpus de Virgine sumptum, & corpus quod quotidie consecratur in Ecclesiâ unum atque idem forent per vnitatem essentiæ. Itaquè, ex ejus sententiâ dicendum est, illa unum inter se esse alia ratione, nempe, in divinitate quæ cum utrumque repleat, utrumque in se adunat, conjungit & associat: quod tam à transsubstantiatione quam a consubstantiatione omnino est alienum. Sic clauditur nonum seculum.

Remigius Antissiodor.

c In c. 7. epist. ad Rom.

d Dialog. 1. a.

Ex decimo seculo nihil fere habemus quod proferri queat. Tale quippe fuit quale illud depingunt Genebrardus & Baronius. Sic enim ille: e *infœlix dicitur hoc seculum exhaustum hominibus ingenio & doctrinâ claris, sive etiam claris Principibus & Pontificibus, in quo vibil fere dignum memoriâ posteritatis gestum sit. Inde ferunt tum repertum fuisse quoddam monstrum capite canino & cæteris membris humanis, quod statum illius temporis mirifice referret.* Hic vero: f *seculum, quod sui asperitate, ac boni sterilitate ferreum, malique exundantis deformitate plumbeum, atque inopiâ scriptorum appellari consuevit obscurum.* Non mirum igitur si in tam tenebroso sæculo erronea Paschasij de Eucharistiâ speculatio, in superstitionis & ignorantiæ gremio fota, sequentis seculi progressu cristata emerserit: *cum enim dormirent homines*, ut nos admonet a Dominus, *inimicus venit, & inter triticum seminavit zizania.* Et id opinionis portentum aliquanto post obtenturum verisimile valde est ab illo Genebrardi monstro fuisse præfiguratum.—Nihil quippe Adversarij quod vere hujus seculi sit contra nos proferre possunt, præter testimonium Odonis Cantuariensis: Nam Stephanus Eduensis, Radulphus Flaviacensis, & Gilbertus Author tractatus qui inscribitur, *altercatio Ecclesiæ & Synagogæ*, à b Garetio, c Genebrardo & d Bellarmino, male in hoc seculum conferuntur, cum longe recentiores sint. Odo autem prænominatus hujus seculi est, de ipsoque hæc habet Wililelmus Malmesburiensis: g *plurimos de veritate Domini corporis dubitantes*

e Chronol. l. 4. ad ann. 900.

f Ad ann. 900.

a Matth. 13. 25.

b Inter Author. ignot. c Ad fin. 10. seculi. d De Euch. l. 2. c. 35. g De gestis Pontific. Anglor. lib. 2.

b Tollendâ est illud &.

Odo Cantuarienſis. Ælfricus.

dubitantes ita roboravit, vt panem altaris verſum in carnem, vinum calicis in ſanguinem propalam oſtenderet, & denuò in genuinam ſpeciem reverſa vſui humano conducibilia faceret. Quòd ſi vere contigit, ut narrat, inde apparet quidem multos tunc fuiſſe in eam quam tuemur de Euchariſtia ſententiam propendentes, Odonem vero contrariam ſententiam amplexatum: at eam ſane mendaci prodigio confirmaſſe. Nam caro illa, & ſanguis ab ea ſeparatus, quæ propalam oſtendiſſe dicitur, nullomodò eſſe potuerunt vera caro, veruſque ſanguis Chriſti; alioqui dicendum foret particulam aliquâ carnis, à toto corpore divulſam fuiſſe, & ſanguinem ſimiliter extra venas fuſum, utrumque proinde corruptibilitatem paſſum: quod falſum & abſurdum eſt. Carnis ergò ſanguiniſque phantaſma tantum fuiſſe fallax & deceptorium, neceſſariò dicendum eſt. Sed vehementer ſuſpicor, nil niſi fabellam eſſe, prodigium illud quod Malmeſburienſis refert, cum videam non longe poſt Ælfricum Cantuarienſem nobiſcum de Euchariſtia ſenſiſſe, quod mirum ſane foret ſi Odo ejus anteceſſor (quamvis non immediatus) contrariam ſententiam miraculo confirmaſſet. Nam paulo ante ejus ſeculi finem vixit in Anglia Abbas Ælfricus, & poſt [3] Cantuarienſis Archiepiſcopus cujus nonnulli ſermones & Epiſtolæ Anglo ſaxonicæ Cantabrigiæ habentur manuſcriptæ, & ex parte jam editæ Anglo-ſaxonice & Latine cum Hiſtoriâ Bedæ Anglo-ſaxonicâ & Latinâ, operâ viri docti Abrahami Wholoci: in quibus antiquam de Euchâriſtia doctrinam retinere deprehenditur. Sic enim loquitur: [e] *Euchariſtia non eſt corpus Chriſti corporaliter, ſed ſpiritualiter, non corpus in quo paſſus eſt, ſed corpus illud de quo locutus eſt, quando panem & vinum nocte una antè paſſionem ſuam conſecraverat, dixeratque de pane conſecrato*, hoc eſt corpus meum. *Iterumque de vino conſecrato*, hic eſt ſanguis meus, qui pro multis effuſus eſt in remiſſionem *peccatorum*. Et rurſum: *Chriſtus ipſe Euchariſtiam antè paſſionem ſuam conſecravit, benedixit panem fregitque Apoſtolis ſuis ſic inquiens*: Edite panem hunc, corpus meum eſt. *Iterumque benedixit calicem vnum repletum vino, ſic quoque illos allocutus*, bibite de hoc omnes; ille ſanguis eſt meus novi teſtamenti qui pro multis effuſus eſt in remiſſionem peccatorum. *Dominus (qui conſecravit Euchariſtiam ante paſſionem ſuã dixitque panem corpus ſuum fuiſſe, & vinum re verâ ſanguinem ſuum) ipſe quotidiè conſecrat per manus ſacerdotis panem in corpus ſuum, vinumque in ſanguinem ſuum in myſterio ſpirituali, ſicut in libris legimus. Panis ille vividus non eſt vtcunque idem corpus quô Chriſtus paſſus eſt, neque vinum illud ſacrum ſervatoris erat ſanguis qui effuſus eſt, in re corporali, ſed in re ſpirituali. Erat quidem cum panis ille corpus ejus, tum quoque vinum illud ſanguis ejus, ſicut panis ille cœleſtis quem vocamus manna (qui per quadraginta annos populum Dei cibavit)* [f] *& aqua illa lumpida erat quidem ſanguis ejus quæ de petrâ illâ in deſerto tunc effluxit, prout Paulus in quadam Epiſtolâ ſuâ ſcripſerat*, &c.

Odo Cantuarienſis. Ælfridus.

[f] *Deeſt*, erat corpus ejus.

Sed præter privatum Ælfrici teſtimonium ibidem habetur in Libro Catholicorum Sermonum Anglicè in Eccleſia per annum tunc recitandorum [g] *ſermo de ſacrificio in die paſchæ* ſatis prolixus, cujus præcipuas partes juvat adducere, ut pateat quæ tum fuerit Eccleſiarum Angloſaxonicarum de Euchariſtiâ fides. In exordiô autem ipſius dicitur: *Aperiemus nunc vobis per Dei gratiam de ſacrâ Euchariſtiâ quam adire hodie debemus, veſtrumque intellectum de hoc myſterio imbuemus, cùm ſecundùm & vetus & novum teſtamentum, nè aliqua vos de vivifico illo convivio perterreat dubitatio.* Et poſt multa de Agnô paſchali interpoſita: *Panem ille* (Dominus) *antè paſſionem ſuam conſecrabat & diſcipulis diſtribuebat ſuis, dicens*, panem hunc comedite, illud eſt corpus meum, & hoc facite in mei memoriam. *Et vinum denuo in vno calice conſecrabat, dicebatque*, bibite de hoc omnes, hoc eſt ſanguis meus qui pro multis in remiſſionem peccatorum profunditur. *Fecerunt Apoſtoli prout Chriſtus juſſit, ut panem & vinum in Euchariſtiam conſecrent. Et poſteà denuò in ejus memoriam ſimiliter ſuorum quiſque ſucceſſorum omneſque Chriſti ſacerdotes juxtà Chriſti mandatum panem & vinum in nomine ſuô per Apoſtolicam benedictionem conſecrabant. Nunc quiſque hominum crebrò diſputat, & etiammum ſæpe diſputat, panis ille qui de frumento paratur, perque calorem ignis pinſitur, quî poterit in corpus Chriſti mutari, aut vinum illud quod de multis uvis exprimitur per vilam benedictionẽ mutari in ſanguinem Domini? Nunc hujuſmodi hominibus reſpondeo, quædam dici de Chriſtô per ſignificationem, quædam per rem notam. Vera res & nota eſt, quod Chriſtus de Virgine natus fuerit, & ſponte ſuapte mortem perpeſſus, & ſepultus, & quod hodie a mortuis reſurrexerit. Panis dicitur per ſignificationem, & agnus, & Leo: adeoque aliàs panis vocatur quoniam noſtra vita eſt, atque Angelorum, agnuſque vocatur propter innocentiam ſuam, Leo propter robur quo robuſtum Diabolum devicit. Verùtamen juxtà veram naturam, neque panis Chriſtus eſt, neque Leo. Quare ergo vocatur ſacra illa Euchariſtia, corpus Chriſti aut ſanguis ejus, ſi non ſit id vere quod vocatur? Panis quidem & vinum quæ per miſſam ſacerdotum conſecrantur, rem aliam humanis ſenſibus foris oſtendunt, remque aliam fidelibus animis intus declarant. Foris videntur panis & vinum, cum in ſpecie, tum in ſapore:* (Nota pene ad verbum Bertrami dicta) *ſunt tamen vere poſt conſecrationem corpus Chriſti & ſanguis ejus per ſpirituale ſacramentum. Infans Gentilis baptizatur, ſpeciem tamen ſuam foris non tollit, quãvis intus mutetur, adducitur peccato plenus per inobedientiam Adæ ad baptiſterium, intùs vero a peccatis omnibus lavatur*

[3] *Anno Dom. 995. & obiit decem annis poſt. Faſti Reg. & epiſc. Angl.*

[e] *Ad lib. 4. Eccleſ. hiſtor. Bedæ capite 24.*

[g] *Ad Bedæ lib. 5. c. 22. in edit. Angloſax. & Latin.*

Author Vitæ S. Genulphi. Lutheri-cusSenon. Fulbertus Carnot.

vatur quamvis ſpeciem foris ſuam non mutaverit. Similiter quoque ſancta illa aqua baptiſterij quæ fontis vita ſcaturigo dicitur aquis alijs in ſpecie ſimilis exiſtit, & ſubdita corruptioni: verum Spiritus S. virtus ad aquam illam corruptibilem per benedictionem ſacerdotis accedit, poteſtque poſteà corpus animamque a peccatis omnibus per virtutem ſpiritualem lavare. Nos modo in hac vnâ creaturâ duas res conſpicimus, quæ illa juxta naturam veram eſt aqua corruptibilis, & juxta myſterium ſpirituale virtutem habet ſalutiferam. Sic etiam ſi ſanctam illam Euchariſtiam juxta intellectum corporalem conſpicimus, tùm videmus eſſe creaturam corruptibilem & mutabilem: ſi ſpiritualem inibi virtutem agnoſcimus, tum ineſſe vitam intelligimus & immortalitatem illis largiri qui ipſam fide guſtaverint. Multùm diſtat inter virtutem ſacræ hujus Euchariſtiæ inviſibilem, & viſibilem propriæ naturæ ſpeciem. Natura panis eſt corruptibilis, & vinum corruptibile: & per divini verbi virtutem verè Chriſti corpus & ſanguis ejus, non tamen corporaliter, ſed ſpiritualiter. Multùm diſtat inter corpus illud in quò Chriſtus paſſus eſt, & corpus illud quod in Euchariſtiam conſecratur. Corpus quidem illud in quò Chriſtus paſſus eſt de carne Mariæ naſcebatur, cum ſanguine oſſibuſque cum pelle, nervisque, in membris humanis ſpiritu rationali animatum: corpus autem ſuum ſpirituale quod vocamus Euchariſtiam, de grànis multis abſque ſanguine & oſſe, abſque membrò & animâ colligitur. Nihil autem ineſt propterea intelligendum corporaliter, verùm omne eſt ſpiritualiter intelligendum. Quicquid illi Euchariſtiæ inſit, quod vitæ nobis reſtitutionem largitur, hoc de virtute exiſtit ſpirituali & de operatione inviſibili. Propterea ſacra illa Euchariſtia ſacramentum dicitur, quoniam aliud inibi videtur & aliud intelligitur. Id quod ibi videtur ſpeciem habet corporalem & id quod inibi intelligimus virtutem habet ſpiritualem. Chriſti quidem corpus quod paſſum eſt mortem & de morte reſurrexit, debinc nunquàm moritur, ſed æternum eſt & impaſſibile: illa Euchariſtia temporaria eſt, non æterna, corruptibilis, eritque minutatim diviſibilis, inter dentes manditur & in ſeceſſum emittitur, verùm tamen erit juxtà veritatem ſpiritualem tota in omni parte. Multi corpus illud ſacrum percipiunt, eritque tamè juxtà ſpirituale ſacramentum in omni parte totum; licet aliquot homines minùs participent haud erit tamen plùs virtutis in majori parte quàm in minori, quoniam in omnibus erit hominibus juxta inviſibilem virtutem integra. Sacramentum hoc eſt arrha & typus, Chriſti corpus eſt veritas: arrham hanc ſacramenti aliter tenemus donec ad ipſam veritatem veniamus, atque tunc hæc arrha erit conſummata. Eſt quidem, ſicut antè diximus Chriſti corpus ejuſque ſanguis, non corporaliter, ſed ſpiritualiter, &c. Deinde, poſt relationem (ex ſimplicitate temporis) miraculorum ſeu potiùs figmentorum de apparitione infantis in Euchariſtia, & digitô cruentatô, quæ tùm jactabantur, ut oſtenderet Euchariſtiam quoad vim ſpiritualem eſſe corpus & ſanguinem Chriſti, ſubjungit: *Eſca Cœleſtis quæ per annos quadraginta Iudæos cibavit, & aqua illa quæ de petrâ fluxit, ſignificationem habuerant corporis Chriſti & ſanguinis quæ nunc quotidie in Eccleſiâ Dei offeruntur. Eadem erant quæ nos hodiè offerimus, non corporaliter, ſed ſpiritualiter. Anteâ aliquandò vobis diximus quod Chriſtus panem & vinum antè paſſionem ſuam in Euchariſtiam conſecraverit, & dixerit*, hoc eſt corpus meum & ſanguis meus. *Non paſſus eſt adhuc, veruntamen panem illum in corpus ejus proprium, & vinum illud in ſanguinem ſuum per inviſibilem virtutem mutavit, proùt antè fecit in deſertò priuſquàm in hominem naſcebatur, quandò eſcam Cœleſtem in carnem ſuam, & aquam illam de petrâ fluentem in proprium ipſius ſanguinem mutaverat*, &c. Denique: *Ieſus dixit*, qui carnem meam manducaverit, & ſanguinem meum biberit, æternâ vitam habet. *Non juſſit corpus illud quod aſſumpſit manducare, nec ſanguinem illum quem pro nobis fudit bibere: ſed per ſermonem illum ſacram Euchariſtiam intellexit quæ ſpiritualiter corpus ſuum & ſanguis ſuus exiſtit, & quiſquis hanc fideli corde guſtaverit, vitam illam æternam habebit. In veteri lege homines fideles variis Deo immolarunt hoſtiis quæ futuram ſignificationem habuerunt corporis Chriſti, quod ipſe pro peccatis noſtris Patri Cœleſti ſuo in ſacrificium obtulit. Hæc quidem Euchariſtia quæ nunc ad altare Dei conſecratur, eſt commemoratio corporis Chriſti quod pro nobis obtulit, & ſanguinis ſui quem pro nobis fudit. Sicut ipſe juſſit, hoc facite in mei memoriam.* Clariſſimum ſanè & illuſtriſſimum pro tàm tenebroſô ſeculô teſtimonium. Quandò enim ait, panem & vinum poſt conſecrationem corpus Chriſti & ſanguinem *non corporaliter, ſed ſpiritualiter eſſe*, palàm eſt tùm ex integrâ ſermonis ſerie, & differentijs quas inter id corpus & corpus è virgine natum aſſignat, tùm exemplis mannæ & aquæ de petrâ fluentis de quibus id pariter dicit, adverbium *corporaliter* ſumi pro *ſubſtantialiter*, & *ſpiritualiter* in contrarium pro *figuratè*, quémadmodum undecimô Apocalypſeos capite, urbs magna *vocatur Spiritualiter Sodoma & Ægyptus*, ſenſu videlicet figurato, non proprio. Sic clauditur ſeculum Decimum.

Durantibus autem infœlicis ejus ſeculi denſiſſimis ac propemodùm Ægyptiacis tenebris, Paſchaſij ſententia quemadmodum ſuprà monebam, ſe facile inſinuavit mentibus hominum pro ignorantiâ cæcô religionis Zelô quodlibet ſine examine ſuſcipere volentium. Hinc contigit ut in ſequenti, quamvis litteratiores facti, hac tamen opinione unà cùm lacte imbuti illam tanquàm veram confidenter obtruſerint, & ex brutâ & informi qualem Paſchaſius ediderat, expolire conati ſint. Nec id tamen, ſinè multo-

Author vitæ S. Genulphi Leutheri-cus Senon. Fulbertus Carnot. undecimũ ſeculum.

tum repugnantiâ, cum perſpicaciorum, tum antiquitatis magis tenacium: quod juxtà temporis ſeriem inquirendum & percurrendum eſt.

Ad ipſiſſimum ſiquidem undecimi ſeculi initium vixiſſe mihi videtur incognitus Author vitæ S. Genulphi à Joanne à Boſcô Cœleſtinô Monachò ex bibliothecâ vetere Floriacenſi cum nonnullis aliis editi: qui quænam fuerit ſua de Euchariſtiâ fides apertiſſimè indicat, quandò de S. Genulphô loquens, ait: a *à die ſua ordinationis abſque vini perceptione præter id quod in divinis ſumebat celebratione ſacramenti, &c, reliquum vitæ ſuæ tempus tranſegit.* Quibus enim verbis clariùs oſtendere potuiſſet, illud quod in Euchariſtiæ participatione ſumitur, vere vinum eſſe?

a *Lib. 1. cap. 6.*

Annô ejuſdem ſeculi quarto Leuthericus Senonenſis Archiepiſcopus ejuſdem fuit ſententiæ. Sic enim de illo ſcribitur in vitâ Joannis, ſivè decimi ſeptimi, ſivè decimi noni: b *Hujus temporeLeutherius Senonenſis Archiepiſcopus hæreſis Berengarianæ primordia & ſemina ſparſit.* Is quoque præſul eſt, *cui de Dominô*, ait c Helgaldus, *malè ſentienti & quærenti pro quibuſdam cauſis probationem in corpore Domini noſtri Jeſu Chriſti* Rex Robertus minaces de abdicatione ab honore Pontificatûs litteras conſcripſit: quod procul dubiô metuens, potiùs quàm *correctus*, ut Helgaldus addit, *quievit, obmutuit & ſiluit a dogmate perverſo, quod erat contrarium omni bono & creſcebat in ſeculô.* Hæc ille, ſuperſtites adhuc antiquæ fidei de Euchariſtiâ reliquias pro labe nuper exortâ & creſcente præ ignorantiâ ſumens.

b *Concil. tom. 7.*

c *In epitom. vitæ Roberti Regis.*

Tribus poſt annis, Fulbertus, Carnotenſis Epiſcopus ab eodem Senonenſi Archiepiſcopo Leutherico conſecratus eſt, ut ipſemet Fulbertus teſtatur qui propterea ait, d ſe *multum amoris atque fidelitatis* illi debere. Quænam autem illius fuerit de Euchariſtiâ ſententia jam inquirendum eſt. Nam ſic loquitur in epiſtolâ ad Adeodatum: e Dominus *defectum noſtræ fragilitatis miſeratus, adverſus quotidianas noſtræ prolapſionis offenſas, ſacrificij placabilis expiamenta, ut quia corpus ſuum quod ſemel pro nobis offerebat in pretium, paulo poſt a noſtris viſibus ſublaturus fuerat in cœlum, ne ſublati corporis præſentia fraudaremur maximè, corporis nihilominus & ſanguinis ſui pignus ſalutare* (ſacramentum videlicet, de quô paulò ante erat locutus) *nobis reliquit, non manus myſterij ſymbolum, ſed compaginante Spiritu Sancto corpus Chriſti verum, quod quotidianâ veneratione ſub viſibili creaturæ formâ inviſibiliter virtus ſecreta in ſacris ſolemnibus operatur. De quô ſub horâ paſſionis ſuæ ipſe familiaribus ſuis ait*, hoc eſt corpus meum, *& paulò poſt*, hic eſt ſanguis meus novi teſtamenti qui pro vobis fundetur. *Et alibi*: qui manducat carnem meam & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in eo. *Quâ veri Magiſtri Auctoritate animati, dum corpori ejus & ſanguini communicamus, evidenter fatemur nos in illius corpus transfundi, & ipſum in nobis manere*, &c. paulo poſt: *Quid indignum Deo judicari poteſt, qui verum Virginis ſubiit, ſi Virginibus creaturis infunditur? qua licet ſimplicis naturæ paulò ante præferant imaginem, poſtmodum cœleſtis verbi ſanctificatione Divinitatis majeſtas vera diffunditur, & quæ ſubſtantia panis & vini apparebat exterius, jam corpus Chriſti & ſanguis ſit interius*: Et rurſum: *Dubitare nefas eſt, ad cujus nutum cuncta ſubito ex nihilô exiſterunt, ſi pari potentiâ in ſpiritualibus ſacramentis terrena materies naturæ & generis ſui meritum tranſcendens in Chriſti ſubſtantiam commutatur, cùm ipſe dicat*, hoc eſt corpus meum; & paulo poſt, hic eſt ſanguis meus. *Sed hanc Dei poſſibilitatem æſtimatio humana non capit, niſi ſeipſum, quicumque es, diſcutias, qualiter de maſſâ perditionis factus es in populum acquiſitionis, & de vaſe iræ prodiſti vas miſericordiæ: ut qui paulo ante fueras alienus a vitâ, peregrinus à veritâ, ſubitò initiatus Chriſti legibus, & ſalutaribus myſterijs innovatus in corpus eccleſiæ, non naturæ privilegio, ſed fidei pretio tranſiſti, nullâ molis corporeæ additamento te ipſo major factus es viſibilis quantitatis augmento, in exterioribus idem es, in interioribus longè alter es, ſicque de ſervo ſtius effectus, prætritâ vilitate depoſita, novum ſubito induiſti dignitatem, ut non ſolum hares, ſed corpus Chriſti factus, Deum in corpore tuô portares. Qua rei tantæ novitatis, tantæ dignitatis, tam ſubitæ mutationis pretium*, &c? *Si ergo Deum omnia poſſe credis, & huic conſequitur ut credas, nec humanis diſputationibus diſcernere curioſus inſiſtas, ſi creaturas quas voluit de nihilo creare, has ipſas multò magis valeat in excellentioris naturæ dignitatem convertere & in ſui corporis ſubſtantiam transfundere.* Hæc ille, quæ curſim legenti tranſſubſtantiationi favere videri poſſint. Verùm, ſi quæ & hîc, & alibi quoquè ait, attente, conſideretur, facile deprehenditur illum à tranſſubſtantiatione penitus eſſe alienum. In illius ſane locis jamjam recitatis nihil eſt quod illam neceſſariò inducat. Ait quidem, panem & vinum *in Chriſti ſubſtantiam commutari*, hoc eſt, ut poſt loquitur, *in corporis Chriſti ſubſtantiam transfundi.* Sed ibidem pariter dicit, *nos in illum corpus transfundi*, abſque eô quod intelligat nos Domini corpus ſubſtantialiter fieri. Cur aliter ſumeremus eam quam panì tribuit in Domini corpus mutationem & transfuſionem? Nec juvaret urgere velle vim locutionis, in corporis Chriſti *ſubſtantiam* mutari & transfundi. Nam quis neſcit *ſubſtantiam* frequentiſſimè accipi pro conditione, dignitate & ſtatu, eaque dici *mutari in alterius ſubſtantiam* quæ tamen in illud haud ſubſtantialiter mutentur, ſed nonnullas tantum ejus qualitates ſuſcipiant? Id in Libro præcedente plurimis veterum e teſtimoniis oſtendimus;

d *Epiſt. 23.*

e *Epiſt. 1.*

Fulbertus Carnotenſis.

f *Durand. Troarienſ. lib. de corpor. & ſang. Domi. cap. 8.*

e *In Pſeudo Euſeb. Emiſeno.*

Fulbertus Carnotēsis.

ſtendimus: unum impræſentiarum ſufficiet repetere. Sic enim Tertullianus de ſtatu poſt reſurrectionem; *nobis*, [b] inquit, *eadem tunc ſubſtantia angelica repromiſſa.* Et rurſus: [c] *demutati in atomo in Angelicam ſubſtantiam.* Quod tamen non intelligit de ſubſtantiali mutatione carnis in Spiritum, ſed, ut alibi ſe explicat, de tranſlatione [d] *in Angelicam qualitatem & ſanctitatem.* Similiter & Bertramus quem Adverſarij contra tranſſubſtantiationem nobiſcum ſentire fatentur, eamdem nihilominus cum Fulbertô mutationem in *corporis Chriſti ſubſtantiam* non veretur agnoſcere, explicans interim id per myſterium, hoc eſt, ſacramentaliter fieri, & myſtice, non proprie. Sic enim Dominum inducit loquentem: [e] *cum poſt reſurrectionem viſuri ſitis me cœlos aſcenſurum cum integri corporis ſive ſanguinis mei plenitudine, tunc intelligetis non ſicut infideles arbitrantur, carnem meam a credentibus comedendam, ſed vere per myſterium panem & vinum in corporis & ſanguinis mei [f] converſa ſubſtantiam a credentibus ſumenda.* Imo & Fulbertus id ſatis clare innuit, cum [illegible]itur de converſione *in excellentioris naturæ [illegible]tatem*, id eſt, qualitatem, quemadmodum ibidem ait & de *baptizato eum novam ſubito inducere dignitatem, & in corpus eccleſiæ fidei pretio tranſire.* Rurſùm dicit: *quæ ſubſtantia panis & vini apparebat exteriùs, jam corpus Chriſti & ſanguis ſit interiùs.* Sed Bertramus idem ait: *panis qui per ſacerdotis myſterium Chriſti corpus efficitur, aliud exteriùs humanis ſenſibus oſtendit, & aliud interius fidelium mentibus clamat. Exteriùs quidem, panis quod antè fuerat forma prætenditur, Color oſtenditur, ſapor accipitur: at interiùs longè aliud, multoquè pretioſius, multoquè excellentius intimatur, quia Cœleſte, quia divinum, id eſt, Chriſti corpus oſtenditur, quod non ſenſibus carnis, ſed animi fidelis contuitu vel aſpicitur, vel accipitur, vel comeditur. Vinum quoquè quod ſacerdotali conſecratione Chriſti ſanguinis efficitur ſacramentum, aliud ſuperficie tenùs oſtenditur, aliud interiùs continet. Quid enim aliud in ſuperficie quàm ſubſtantia vini conſpicitur? Guſta, vinum ſapit: odora, vinum redolet: inſpice, vini liquor intuetur. At interiùs ſi conſideres, jam non liquor ſanguinis Chriſti credentium mentibus & ſapit dum guſtatur, & agnoſcitur dum conſpicitur, & probatur dum odoratur.* Qui tamen immediatè poſt exponens quô ſenſu dixiſſet panem Chriſti corpus effici & vinum interiùs ſanguinis ejus ſacramentum: *hæc ita eſſe*, inquit, *dum nemo poteſt ambigere, claret, quia panis ille vinumque figuratè Chriſti corpus & ſanguis exiſtit.* Quin & ipſemet Fulbertus ſimiliter prorſùs de baptizatô loquitur, quem & in exemplum adducit: *in exterioribus*, inquit ille, *idem es, in interioribus longè aliter es.* Ubi tamen nihil minùs quàm ſubſtantialem mutationem intelligit. Nihil ergo in ejus verbis reperitur quod nos cogat ea de mutatione ſubſtantiali exponere. Sed ampliùs addo eum & hîc, & pariter alijs in locis ejuſmodi mutationem &-(ut ita dicam) identificationem ſubſtantialem apertiſſimè excludere. Primò enim, ab ipſô locorum objectorum exordiô ſic loquitur: Dominus, *quia corpus ſuum, quod ſemel pro nobis offerebat in pretium, paulo poſt a noſtris viſibus ſublaturus fuerat in cœlum, ne ſublati corporis præſenti fraudaremur munimine, corporis nihilominus & ſanguinis ſui pignus ſalutare nobis reliquit*; videlicet ſacramentum, de quo paulo ante dixerat, *nunc ad illud dominici corporis & ſanguinis tranſeamus venerabile ſacramentum.* Qûi verò ſic loqueretur, ſi ſenſus ipſius eſſet Dominici corporis & ſanguinis ſacramentum, ipſummet Domini corpus & ſanguinem propriè eſſe? Præclarum profectò ac bellè ſecum congruum, conſentientemque ſermonem: *quiâ Dominus corpus ſuum à nobis ſublaturus erat in cœlum, illud nobis reliquit!* Eo ſenſu illud *reliquerit* quiâ *abſtulerit*, abſtulerit & reliquerit, id eſt, abſtulerit & non abſtulerit: quod Chorœbus quis diceret, non autem Fulbertus. Sed & addit, ſacramentum nobis à Domino veluti *corporis & ſanguinis ſui pignus* relictum fuiſſe. At quis bene ſanus dixerit, pignus alicujus rei, aut pro re aliquâ datum, rem ipſammet eſſe cujus pignus eſt? Audiatur & Bertramus à quo mihi ſane videtur mutuaſſe quæ hîc dicit: *in orationibus*, inquit, *quæ poſt myſterium corporis ſanguiniſque Chriſti dicuntur, & a populô reſpondetur, Amen, ſic ſacerdotis voce dicitur*, pignus æternæ vitæ capientes humiliter imploramus ut quod imagine contingimus ſacramenti manifeſtâ participatione ſumamus. *Et pignus enim, & imago alterius rei ſunt, id eſt, non ad ſe, ſed aliud aſpiciunt*, &c. *Quapropter corpus & ſanguis quod in eccleſiâ geritur differt ab illô corpore & ſanguine quod in Chriſti corpore per reſurrectionem jam glorificatum cognoſcitur.* Secundò ibidem in exemplum & argumentum aſſertionis ſuæ de pane & vinô in Chriſti corporis & ſanguinis ſubſtantiam & dignitatem transfuſis, adducit non modo manna deſerti, de quo ſimiliter ait, *aliud erat quod videbatur, aliud quod ſumebatur*, ſed & hominem baptizatum de quo ſic loquitur: *hanc poſſibilitatem æſtimatio humana non capit, niſi teipſum, quicunque [illegible], diſcutias, qualiter de maſſa perditionis factus in populum acquiſitionis, & de vaſe iræ factus es vas miſericordiæ, ut qui paulò antè fueras alienus à vitâ, peregrinus à veniâ, ſubitò initiatus Chriſti legibus & ſalutaribus myſterijs innovatus, in corpus Eccleſiæ, non naturæ privilegiô tranſiſti, nullô molis corporeæ additamento te ipſo major factus es inviſibilis quantitatis augmento, in exterioribus idem es, in interioribus longe aliter es*, &c. At quod, oro, pondus haberent aut hæc exempla, aut hoc argumentum, ſi mutatio quam in pane &

[b] *De habitu mulierum. c Contr. Marcion. lib. 3.*
[c] *Ad Vxorē lib. 1.*
[d]
[e] *De corp. & ſang. Dom.*
[f] *Sic enim manifeſt. legend. non converſam, & ſumendā.*

Fulbertus Carnotēsis.

Fulbertus Carnotensis.

vinô contingere docet, illi foret substantialis? Exempla non convenirent, ut-pote dissimillima: argumentum verò prorsus evanidum esset. Nam in illis argumentis quæ à comparatis ducuntur, conclusio quidem rectè procedit à majori aut ab æquali ad id quod vel minus, vel æquale est: sed non reciprocè à minori & inæquali ad majus & inæquale. Aut igitur ea hominis dum baptizatur mutatio quam in argumentum Fulbertus affert ad illius mutationis quæ pani & vino per consecrationem advenit possibilitatem suadendam, major est mutatione quæ in pane & vinô contingit, aut minor, aut saltèm æqualis. Si minor est, male inferret ex minoris possibilitate majoris possibilitatem: neque enim consequens est, ut qui potest quod est minus, possit etiam id quod majus est. Majorem esse, non dabunt Adversarij hodierni qui huncce Fulberti locum nobis objiciunt. Supereſt itaque ut intelligat esse æqualem. At si æqualis est, mutatio igitur quæ fit in pane & vino, substantialis mutatio ex ipsius mente non est, siquidem mutatio hominis dum baptizatur accidentalis tantùm est. Tertiò [a] alibi dicit cum [b] Augustinô: *qui non manet in Christo, & in quo non manet Christus, procul dubio non manducat ejus carnem, nec bibit ejus sanguinem, etiamsi tantæ rei sacramentum ad judicium sibi manducet & bibat.* Et hæc fortè sententia est, de quâ Berengarius in epistolâ ad Richardum nondum editâ dicit: [c] *ad me pervenit sententia de Eucharistiâ quam in scripturâ habet gloriosæ memoriæ Fulberti S. Episcopi calix argenteus, quam ipsius quidem Episcopi putant fuisse sententiam, sed est B. Augustini.* At qui verum id esse posset, si mutatio illa quam statuit panis & vini, conversio substantialis esset in corpus & sanguinem Christi? Nam eâ ratione qui sacramentum sumeret, licet in Christo non manens, carnem ejus & sanguinem procul dubio manducaret & biberet: quod tamen negat. Quartô, mentem suam adhuc apertiùs explicat in Epistolâ [d] ad Finardum. Quærebat enim ab eo Finardus rationem & authoritatem consuetudinis cujusdam quæ tunc passim inoleverat, ut qui ad sacerdotium promoverentur hostiam ab Episcopô consecrante reciperent, quam usque ad quadragesimum diem vsu quotidiano consumerent. Ad id autem priusquam directè respondeat, affert exemplum sacerdotis alicujus, qui *inter cæteros*, inquit, *ad sacerdotalem gradum admissus, hostiam quoque sicut & alij de manu Episcopi suscepit, quam in pergameno in hoc vsu parato involutam quotidianâ celebratione soluebat, & portiunculam paruam juxta instantium dierum numerum computatam sumebat. Accidit autem ut quadam die expletis mysterijs, dum vestimenta cum sindone altaris incautius colligeret, immemor hostiæ sacræ diligentiam nequaquam adhibens thesaurum cœlestem infelix amitteret*, &c. *Hac ergo occasione acceptâ, quærendum ab Episcopo æstimavi, si videretur sibi salua ordinis religione sanctificatum panem primo aut secundo sanctificationis die posse totum simul percipere, quem videbat non sine periculo posse tanto tractu temporis minutatim sumere, præsertim cum ipse nosset rarissimos hujus ordinis viros esse, qui in hac re pervigilem curam adhiberent.* Quibus verbis palam ostendit, *hostiam* de quâ loquitur, sive *panem sanctificatum*: ut etiam nominat, verè adhuc panem esse, non autem propriè & substantialiter Domini corpus. Nam proprium Domini corpus *minutatim* sumi non potest, cum frangi nequeat, nec ejusdem (ut ibi notat) *portiuncula parva* recipi. Deinde, post allatam & probatam Episcopi responsionem, docentis id fieri in memoriam quadragintà dierum quibus Dominus post resurrectionem discipulis apparens & convescens eos desideratæ visionis satietate refecit; illum quidem inducit pariter dicentem panem *Spiritus invisibili operatione in substantiam veræ carnis transfundi*, & *sanctificatum panem verum Christi corpus nominari*, sed tamen illum distinguentem à proprio & substantiali Domini corpore, & aliud ab eô corpus esse pronuntiantem: [e] *quodammodo*, inquiebat, *aliud esse dicitur quod Virginali viscerè sumptâ carne crucis injuriam sustinuit, de sepulcro resurgens Discipulis apparuit, cujus memoriam in pane Presbyteris collato Episcopus agere videtur, aliud quod per mysterium agitur, dum Episcopi & omnes sacerdotes in mensa altaris sub sacramento communicata carnis panem sanctum secretâ oratione quotidiè consecrare videntur quod ad illud respicit, quod consecrantes nuper ordinati Presbyteri cum Pontificali oblatione percipiunt. Nam illud dominicum corpus ex mortuis suscitatum, & in cœlis locatum, jam non moritur: illud sacramentorum quotidie nobis moritur, quotidiè nobis resurgit, apparet & comeditur.* Ubi, quis non videt ipsissima penè Bertrami seu Ratranni verba à nobis suprà citati, eamdemque tùm Episcopi illius innominati, tum Fulberti Carnotensis cum eô de sacramento sententiam?

Berno Augiensis Bruno & Berengarius.

Quô igitur sensu, dices, illud in utraque epistolâ ait, *corpus Christi esse verum*? Illud, inquam, intelligit *verum Christi* corpus esse, non certè per identitatem naturæ & substantiæ cum propriô Domini corpore, sed per consociationem & conjunctionem cum illô in divinitate tanquàm in tertio ea adunante, ut suprà admonebamus de Remigio Autissiodorensi. Nam Fulbertum eò spectasse, patet tum ex eo quod ibidem notat, illud esse *compaginante Spiritu Sancto corpus Christi verum*, pro quo Remigius dixerat, *conjungente*; tum ex eo quod ad explicandam sententiam suam, ipsummet Remigij locum de divinitate Verbi panem Eucharistiæ replente,

& vnum

a *Post multorum pœnitent.*

b *In Joan. tract. 26.*

c *Extat in bibliotb. Regia.*

d *Epist 2.*

e *Suspicor locum hunc à Villerio editore pro more fuisse corruptum, ac pro, quodammodo, legendum esse, omnimodo, quod rectè locum invenit. Codex manuscriptus bibliothecæ Nauarrenæ, quo usus est, non amplius ibi cõparet, suppressus fortassis ab ipso ex industria, ne collatio fieri posset.*

Digitized by Google

Berno Augienſis Bruno & Berengarius.

& vnum corpus cum ſubſtantiali Domini corpore eſſe faciente, ſub Haymonis nomine [a] profert.

Eodem tempore quò floruit Carnuti Fulbertus, atque etiam aliquanto poſt; vixit Berno [b] Abbas Augienſis, magnus Amalarij laudator, & circa annum [c] milleſimum trigeſimum tractatum ſuum conſcripſit *de quibuſdam rebus ad Miſſam pertinentibus*, in quo nihil reperio quoad Euchariſtię ſacramentum quod cum priſca Eccleſiæ doctrinâ non conveniat. Nam ait quidem modò [d] *corpus & ſanguinem Chriſti confici*, modo *corpus ejus & ſanguinem conſecrari*. Verùm hoc ipſo innuit ſe non de propriò Domini corpore & ſanguine intelligere, ſed de corpore & ſanguine ſacramentali, hoc eſt, de ſacramento corporis & ſanguinis. Corpus enim proprium Domini jam *confici* nequit, quià eſt, nec *conſecrari* quia per ſe ſanctum eſt. Quod & confirmat, cum ait: [e] *Agnus Dei, in confractione corporis Domini, à Clerò & à populò Sergium Papa dici conſtituit.* Nam proprium Domini corpus confringi & in particulas dividi non poteſt. Rurſus quoque vinum eſſe quod bibitur & potatur in calice Euchariſtico, fatis aperte indicat, dicens: [f] *terra quæ in primo homine maledicta ſpinas & tribulos germinavit, nunc cœleſti imbre perfuſa* (baptiſmum, ut puto, deſignat) *ac bonorum operum fructu ſatiata illum panem producit qui de cœlo deſcendit, cujus guſtu reficimur, & vini poculo in myſterio ſanguinis Chriſti potamur, ut oleum divinæ miſericordiæ faciem interioris hominis exhilaret, & panis ejuſdem cor hominis confirmet.* Nota: *vini poculo in myſterio* (id eſt; in ſacramentò) *ſanguinis Chriſti potamur.* Nec juvaret obijcere, illum alterum ſacramenti ſignum appellare, *panem qui de cœlo deſcendit*, quod videtur eſſe proprij Dominici corporis epitheton. Nam nec proprium Domini corpus [g] *cœlo deſcendit*, ſi deſcenſus ille juxta literam ſumatur: ſed inde deſcenduſſe dicitur, quia nobis cœlitùs datum: quo ſenſu & panis ſimiliter dici poteſt *è cœlo deſcenduſſe*, quoniam cœlitus conſecratur & nobis datur, quemadmodum & baptiſmus eodem tempore ab Odilone Cluniacenſi, [g] *cœleſte donativum* appellatur. Quot autem probabile eſt tunc fuiſſe idem ſentientes, qui aut non ſcripſerunt, (neque enim omnes ſcribunt) aut, ſi fortaſſis ſcripſerunt, quorum ſcripta vel temporum injuriâ, vel hominum incuriâ & malitiâ, ſuppreſſa ſunt & perierunt?

Cùm autem nihilominus opinio Paſchaſij ſenſim irreperet, tum apud imperitum vulgus, tum etiam apud alios qui longè glorioſius ipſummet proprium corpus Dominicum habere, quam ipſius tantummodo ſacramentum judicabant, Bruno Andegavenſis Epiſcopus, ſed præſertim Berengarius Turonenſis (Bruno enim aliquantò poſt metu abreptus videtur obmutuiſſe) prope medium undecimi hujus ſeculi, & voce, & epiſtolis huc & illuc ad varios miſſis, contrà hunc pro veritate pugnarunt, docentes: *per conſecrationem panem & vinum non deſinere eſſe ſubſtantialiter quod erant, nec propriè fieri Dominicum corpus & ſanguinem, ſed tantummodo ſacramentum corporis & ſanguinis ejus*, idque ſive ex ſcripturis, ſive ex Patribus probantes. Berengarium, *Turonenſem* cum hiſtoricis nominavi, non quod *Turonenſis Archiepiſcopus* eſſet, ut nugatur [h] Matthæus Pariſienſis, ſed quod indè ortus eſſet. Nam quoad gradum, Andegavenſis fuit Archidiaconus, Scholaſticus & Theſaurarius, *qui honores*; Papyrius Maſſonus, *gravibus duntaxat doctiſſimuſque viris olim deferebantur.* Et ſane, quamvis Guitmundus & [k] Garetius præjudiciò abrepti, dicant illum *hominem indoctum fuiſſe*, Genebrardus pro calumniandi libidine ex Gulielmo Naugiacenſi & Polydoro Virgilio, [l] *Magum & præſtigiatorem*, eum tamen virum fuiſſe doctrinâ & ſanctitate præſtantem teſtantur alij, etjam ab eo diſſentientes. Author enim ejuſdem ſeculi de ipſo ſic loquitur: [m] *Berengarius Andegavenſis Eccleſiæ Diaconus cujus tunc nomen inter ſectatores divinæ philoſophiæ celeberrimum habebatur.* Sigebertus: [n] *Berengarius Turonenſis liberalium artium & amplius Dialecticæ peritiâ inſignis.* Platina & Sabellicus: [o] *per id tempus viri ſanctitate & doctrinâ clari, Odilo Cluniacenſis Abbas, & Berengarius Turonenſis.* Bergomas. [p] *diù apud multos ſanctitate doctrinaque inſignis.* Antoninus Archiepiſcopus Florent. Chron. tit. 16. c. 1. §. 20. de eo, *cùm eſſet multum peritus, multum erravit.* Hugo Lingonenſis, illum nuncupat *virorum acutiſſimum.* Sive autem multos reperiſſet idem ſentientes quod innuit Helgaldus, quandò de Leotherici Senonenſis doctrinâ, quæ eadem fuit ad initium hujus ſeculi loquens, ait, [q] *creſcebat in ſeculo*, cum potius dicere debuiſſet, *ſupererat in ſeculo*; ſive plurimorum in fide vacillantium infirmitatem roboraſſet, & innumerorum etiam aſſenſum argumentorum ſuorum evidentiâ extorſiſſet, (teſtabatur enim ſe veterem eccleſiæ fidem contrà Paſchaſij novitates propugnare) conſtat ex hiſtoricorum conſenſu multos undequaque illi adhæſiſſe. Matthæus Weſtmonaſterienſis: [r] *Omnes Gallos, Italos & Anglos ſuis jam penè corruperat pravitatibus*, Willielmus / Malmeſburienſis & Matthæus [s] Pariſienſis [t] *ſcatebat & affluebat omnes Gallia ejus doctrina.* Durandus Troarnenſis: [u] *maxima multitudo noſtrâ tempeſtate Francorum occupaverat provincias, & veneno ſuæ perfidiæ circumpoſitas inficere molieba-tur regiones & locas. Porro erroris hujus Author videbatur, & caput quidem Berengarius, cui plures Francorum, nonnulli quoque Normannorum, quos aut ipſe docuerat, aut in diſcendi ſtudio aliquantiſper juverat, plurimum favoris depende-bant,*

[a] *Poſt pœnitent. mulierum.*
[b] *Fuit eſt Abbas Augienſis anno 1008. & obijt ann. 1048.*
[c] *Mentionẽ facit c. 2. Henrici Imperat. tanquam mortui. Deceſſit autem ann. 1024. Herman. Contract. in Chron.*
[d] *Cap. 1. & 2.*
[e] *Cap. 1.*
[f] *Cap. 5.*
[g] *De Pentecoſt. ſerm. 9.*
[h] *In Willelm. 2.*
[i] *Annal. lib. 3.*
[k] *Centen. 11. de Concilio Roman.*
[l] *Chronogr. ad ann. 1044.*
[m] *Hiſtoriæ Francic. fragm. à Roberto ad mortem Philippi tom 4. hiſtor. Franc.*
[n] *De ſcriptor. Eccleſ.*
[o] *Ennead 9. lib. 2. Plaſtin. in Ioan. 15.*
[p] *Supplem. Chronic. an. 1049.*
[q] *In epitom. vit. Roberti Regis.*
[r] *Ad ann. 1087.*
[s] *In Willelmi. 2. l. 3.*
[t] *Ubi ſupra.*
[u] *De corpor. & ſang. Domin. part. 9.*

Berno Augienſis Bruno & Berengarius.

Berno Augiensis Bruno & Berengarius.

bant. Verùm, si plurimos habuit consentientes, plurimos quoque habuit adversos & dissentientes. Primus autem qui scriptis contradixisse reperitur, fuisse videtur Adelmannus, Leodiensis tunc Scholasticus, Berengarij quondam sub Fulbertô Carnotensi jam sene condiscipulus. Is in Epistolâ ad ipsum scriptâ veteres amicitiæ memoriam renovans, ei inter cætera hæc ait, [a] multos de ipsô spargere quod se ab unitate Sanctæ matris ecclesiæ divulserit, & de corpore & sanguine Domini quod quotidiè in universâ terrâ super sanctum altare immolatur, aliter quàm fides Catholica teneat, sentire videretur: *hoc est*, ait, *ut illorum dictis utar, non esse verum corpus Christi, neque verum sanguinem, sed figuram quandam & similitudinem.* Cui opponit hæc sequentia: *qui dixit in principio*, fiat lux & facta est lux *de nihilo, non potuit dicendo de pane*, hoc est corpus meum, *ita fieri efficere? Et qui tacitâ virtute aquam vertit in vinum, non efficacius poterat (si quid tamen efficacius de Deo dici debet) sonante vocaliter eadem virtute vinum ipsum in sanguinem suum transferre?* Adelmanno rescripsit Berengarius, ut Sigebertus notat, *fastuoso stylo, non agnoscens amici corrigentis benevolentiam, sed defendens suam de mysteriis Christi sententiam.* Dolendum est responsionem hanc non extare. Quin autem ea solida fuerit, non dubito, quandoquidem Adelmannus non modò levibus admodùm argumentis eum impugnet, sed nonnulla quoque dicat quæ suæ ipsius sententiæ vix concordare videantur. Primò enim ait, Dominum dixisse *de pane, hoc est corpus meum.* Ex ipsius igitur mente sensus horum verborum est, *hic panis est corpus meum.* At inquit [b] Vasques, *si pronomen*, hoc, *in illis verbis*, hoc est corpus meum, *demonstraret panem, fatemur etiam fore, ut nulla conversio virtute illorum fieri posset, quia panis, de quo enuntiantur, manere deberet.* Secundò ait: *dixerat (Dominus) cùm ad hoc esset cùm hominibus mortalis, sine me nihil potestis facere; & immortalis effectus cùm Cœlos ascensurus corporaliter esset*, eccè ego, *inquit*, vobiscum sum omnibus diebus usquè ad consummationem seculi. *Quia enim ex duabus naturis diversis (alterâ circumscriptâ, alterâ incircumscriptâ) compersonatus erat, per circumscriptam de locô ad locum transmigrabat, per incircumscriptam verò quia illocaliter ubiquè est totus, cùm eis remanebat.* At quî hæc quadrare possunt cum ejusdem naturæ circumscriptæ jam in Cœlis locatæ præsentiâ in Eucharistia? Sic enim non modò per incircumscriptam naturam, sed etiam per circumscriptam nobiscum etjam remaneret. Deniquè, de sacramentô loquens dicit: *hoc certissimum pignus sui dilectis Discipulis relinquens, hoc facite, inquit, in meam commemorationem.* Quis verò dixerit, *pignus* quod quis abiens relinquens in sui memoriam, semetipsum esse? Itaque agnoscendum est, aut eum parùm congrua & consentanea loqui, aut cum Fulbertô sentire, non panem & vinum substantialiter mutari in corpus & sanguinem Christi, sed transferri ab eô dici, quià cum propriô Domini corpore & sanguine in divinitate compaginentur & unum quodammodo fiant.

Berno Augiensis Bruno & Berengarius.

Eodem autem tempore quô hæc Adelmannus ad Berengarium scribebat, Episcopus ejus (Leodiensis scilicet) adversus eumdem Berengarium classicum intonans in Epistola quadam ad Henricum Regem conscriptâ sic loquitur: [c] *Fama supremos Galliæ fines prætergressa totam Germaniam pervasit, jamque omnium nostrûm replevit aures, qualiter Bruno Andegavensis Episcopus, item Berengarius Turonensis, antiquas hæreses* (sic ignoranter loquitur) *modernis temporibus introducendo, astruant, corpus Domini non tàm corpus esse quàm umbram & figuram corporis Domini*, &c. Atque, ut ostenderet quo Spiritu duceretur: *hujusmodi*, addit, *homines nequaquam oporteat audiri, neque tam est pro illis concilium advocandum* (quod Henricum facere voluisse, se accepisse dicit) *quam de illorum supliciô exquirendum.* Et ad finem epistolæ rursus: *vere illis audientia concilij deneganda est, & cum vestris, eumque nostris Episcopis, (si vobis ita videtur) cum amicô vestrô Imperatore, cum ipsô Papâ, qua vindicta in illos statuatur, deliberandum.* Baronius [d] existimat Episcopum hunc fuisse Durandum (quem sequitur & Binnius) epistolamque hanc annô Domini millesimô trigesimo quinto conscriptam esse. Sed dupliciter aberrat, in annô & in personâ. Bruno enim de quo mentio in hac Epistola non constitutus est Andegavensis antistes antè annum hujus seculi [e] quadragesimum septimum. Tunc temporis autem Durandus in vivis non erat. Sigebertus enim notat, illum decessisse anno vigesimo quinto, cui successit Raginardus. Dictuvinus ergò est, quem Wazoni post Raginardum constituto, & mortuo, anno quadrãgesimo octavo subrogatum esse refert [f] Hermannus Contractus: & hoc anno, aut post sequente conscriptæ videntur duæ illæ Epistolæ Adelmanni & Dietuvini. Utrum autem posterior hæc ad Regem Henricum pervenerit, nec ne, incertum est: ut &, quid præstiterit. Durandus Abbas Troarnensis ad finem tractatûs sui de corpore & sanguine Domini, refert Berengarium, cum instaret *dies constituta concilij postmodum Vercellis habiti* litteras de hac materiâ ad Carnotenses scripsisse, & addit: *cum autem tanti mali fama crebresceret, & omnium corda fidelium vehementius percelleret, perque multos ejusmodi virus latenter, & aperte jam serperet, contigit ut ad aures etiam Regis Francorum Henrici perveniret, qui consultu sui regni Pontificum, procerumque, concilium Parisius cogi decimo septimo calendas Ne-*

a *Extat in bibliothec. Patr. edit. 4. tom. 3.*

b *Disp. 180. c. 9. n. 91.*

c *Extat Biblioth. Patrum tom. 3.*

d *Ad ann. 1033.*

e *Membrum Andegavens. apud Marlardum in opus S. August. inchoat. contra Iulian. ad pag. 61.*

f *In Chron. eo.*

Berengarius.

dau Novembris præcepit, ac præfatum Berengarium, &c, intereſſe tantorum cœtui Patrum imperavit. Narrat autem in ſequentibus, Berengarij non comparentis ſententiam fuiſſe damnatam, ſtatutumque ut niſi reſipiſceret cum ſequacibus ſuis, *ab omni exercitu Francorum præeuntibus clericis cum Eccleſiaſticô apparatu* (En præclara converſionis incitamenta) *inſtanter quæſiti, ubicumque conveniſſent eò uſque obſiderentur, donec aut conſentirent Catholicæ fidei, aut mortis pœnas luituri Caperentur.* Hæc ille exterus, utrum vere, mihi valde dubium. Baronius certe obſervat ex Durandô illô ſuô Leodienſi propoſitum Henrico fuiſſe Concilium congregare: ſed addit, g *litteris, bene à tanto antiſtite perſuaſus, á cœptis creditur deſtitiſſe. Non enim ipſe dum vixit, aliquod fuiſſe contrá Berengarium & ſocium impietatis collectum concilium, memoriâ reperitur, ſicut aliorum conciliorum longe minoris momenti.* Nec profectò veriſimile eſt Lanfrancum longe poſt contrà Berengarium ſcribentem, & Concilia, in quibus ſententiam ejus damnatam fuiſſe, ſtudioſiſſimè recenſentem, illud præcipuum in Gallià celebratum oblitorum fuiſſe, ſi quid tale contigiſſet. Quin & Character temporis notati minime quadrat. Ait enim Synodum illam coactam fuiſſe decimô ſeptimô calendas Novembris, cum inſtabat conſtituta dies Concilij poſtmodùm Vercellis habiti, hoc eſt, annô & quinquageſimô. At decimo ſexto die Calendas Novembris non inſtabat dies conſtitutus ad Synodum Vercellenſem. Congregata enim fuerat menſe Septembri ejus anni, ut Lanfrancus qui interfuit in libro ſuo tettatur. Confictum ergo videtur ab eo homine rerum Gallicarum non ſatis gnaro, aut ſaltem ex falſo rumore male creditum Concilium illud. Ad certiora pergamus.

g *Ad ann. 1035.*

Lanfrancus refert, hoc anno à Leone nono Concilia duo (quamquàm aliâ de cauſa convocata, ut h Hermannus notat) congregata fuiſſe. Prius Romæ, in quô Berengarius, nec vocatus, nec auditus ex litteris ad Lanfrancum ſcriptis & lectis condemnatus eſt. Poſterius Vercellis, in quô vocatus nec niſi per clericos duos comparens, rurſum damnatus, & unà cùm eô Joannis Scoti liber. Verùm Berengario propterea non deſiſtente, *multiſque ad eum vel contrà eum*, (ut notat b Sigebertus & ex eo magnum Chronicon Belgicum videlicet, Wolphelmo, & Hugone Lingonenſi, ſuper hac re ſcribentibus, ſcribente *& ipſo ad & contrà eos*, & ipſo rurſum (quemadmodum Guitmundus c olim referebat, nunc expurgatus) *Leonem, ſummum non Pontificem, ſed pompificem atque pulpificem vocante, eumque infatuatione Lanfranci infatuatum Concilium vanitatis adunaſſe blaſphemanti*; anno quinquageſimo quintò hujus ſeculi Turonis ſub Victore congregatum eſt concilium præſidente Hildebrando Victoris ſubdiacono, in quo Lanfrancus & Guitmundus narrant, (an vera dicant, quæſtio eſt, cum hujus concilii Acta amplius non extent,) ipſum comparuiſſe, nec partem ſuam auſum eſſe defendere, ac in fidem eccleſiæ juraſſe. Interim certum eſt Berengarium propterea à ſententià non deſiitiſſe, quin potius illam majoribus viribus defendiſſe ac illuſtraſſe, *unde contra eum & pro eo*, ajunt d Conradus de Brunill. & e Sigebertus, *multum à multis, & verbis & ſcriptis diſputatum eſt.* Anno autem quinto poſt, Nicolaus hujus nominis ſecundus concilium centum tredecim Epiſcoporum Romæ congregavit, quanquam non ſolius Berengarij cauſa, ad quod f vocatus comparuit. De eo Concilio Lanfrancus: *cum ſub Nicolao veniſſes Romam, fretus iis qui plus impenſis à te beneficiis* (Berengarium alloquitur) *quam ratione à te auditâ opem tibi promiſerant, non auſus defenſare quod antea ſenſeras, poſtulaſti Nicolaum Pontificem ejuſque concilium, quatenus fidem quam teneri oporteret, verbis tibi traderet, ſcripturâ firmaret. Injuncta eſt hujus rei cura Humberto Epiſcopo. Itaque verba fidei ſuperius comprehenſa ſcripſit, aſſenſu omnium ad legendum, & confitendum tibi tradidit. Tu verò acquieſcens accepiſti, legiſti, confeſſus es ita credere, jurejurando confirmaſti, tandem manu propria ſubſcripſiſti.* Sed inde apparet quàm parùm fidei adhibendum ſit ipſius de Berengario narrationibus. Nam falſiſſimum eſt quod ait primò, Berengarium inibi non auſum eſſe defenſare quod anteà ſenſerat. Leo enim Oſtienſis illius ſeculi Author refert expreſſe Berengarium ſententiam ſuam ſtrenuè propugnaſſe. Nam de Albericô Caſſinenſi Diacono loquens, ait. g *Ejus temporibus facta eſt ſynodus in urbe Româ contrâ Berengarium Diaconum eccleſiæ Andegavenſis, qui inter multa quæ nitebatur aſtruere, ſacrificium corporis & ſanguinis Domini figuram eſſe dicebat. Eique, cum nullus valeret obſiſtere, Albericus idem evocatur ad Synodum. Quo cum veniſſet, poſt multorum verborum conflictus, cum neuter cederet, Albericus unus Hebdomada acceptis induciis, librum adverſus eumdem Diaconum edidit, de corpore Domini, ſanctorum teſtimoniis roboratum, in quo omnes aſſertiones ejus deſtruxit*, (ſcilicet) *æternaque oblivione delevit.* Sigonius de regno Italiæ lib. 9. ad annum 1059. de eodem Berengario in Synodo comparenti, ait, *Cum pluribus verbis ſacrificium corporis & ſanguinis Chriſti figuram eſſe probare inſtituiſſet, neque Albericus Diaconus Cardinalis a Stephano Papa factus, eis eâ tempeſtate doctrina ſtudio præſtans reſiſtere huic homini in dicendo copioſiſſimo poſſet ſpatium ſeptem dierum ad reſponſum ſcripto poposcit*, Nec rurſus mendacio vacat quod videtur innuere Berengarium volentem formulæ fidei ab Humberto conſcriptę & à Nicolao approbatæ ſubſcripſiſſe. Nam Berengarius

Berengarius.

d *Apud Surium in vita Wolphelmi ad April. 22.* e *In Chronic. in edit. Myræi. Antuerp. 1608. in aliis enim nonnull. hæc verba*, pro eo, *delata ſunt.*

f *Fragment. hiſtor Francor. ad Glaſbrum.*

g *Hiſt. Caſſinenſ. lib. 3. c. 35.*

h *Ad ann. 1050.*

b *Vbi ſupr. de ſcriptoribus Eccleſiaſt.*

c *In edit. Briſgoja Friburg. ann. 1530. & Lovan. anni 1551. & apud Waldenſ. tom. 2. cap. 43 Vid. Guitmund. l. 2. & Roſſ. contra Pœcolampad. l. 1. c. 2.*

Berengarius.

garius ipſe poſt teſtatus eſt (referente ipſomet *b* Lanfrancô) ſe coactum fuiſſe. Guitmundus quoque de Nicolaô loquens ait: *i eumdem Berengarium, corâm ipſo venerabili orbis terrarum conventu, in verba certa, quæ ſupra ſcripta ſunt, & in multis eccleſijs habentur, jurare, predictaſque infamias proprio ore abjurare, ac libellos ſuos, quos ad tuendas ejuſmodi blaſphemias fecerat, propriis manibus concremare coëgit.* Quin, & ipſemet Lanfrancus ad initium libri ſui, illi exprobrat quod elegerit, *in audientia ſancti concilij Orthodoxam fidem, non amore veritatis, ſed timore mortis confiteri.* En præclara argumenta, quibus ad Confeſſionem quam ſubſignavit, adactus eſt. Talis autem fuit hæc confeſſio, qualis nobis exhibetur apud Lanfrancum & *k* Algerum: *Ego Berengarius indignus Eccleſiæ S. Mauritij Andegavenſis Diaconus cognoſcens veram, Catholicam & Apoſtolicam fidem, anathematizo omnem hæreſin, præcipue eam de quâ hactenus infamatus ſum, quæ aſtruere conatur panem & vinum, quæ in altari ponuntur, poſt conſecrationem ſolummodo ſacramentum, & non verum corpus & ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti eſſe, nec poſſe ſenſualiter* l *niſi in ſolo ſacramento manibus ſacerdotum tractari, vel frangi, vel fidelium dentibus atteri. Conſentio autem ſanctæ Romanæ & Apoſtolicæ ſedi, & ore, & corde profiteor de ſacramento Dominicæ menſæ eam fidem tenere, quam Dominus & venerabilis Papa Nicolaus, & hæc ſancta Synodus Authoritate Evangelicâ & Apoſtolicâ tenendam tradidit, mihique firmavit, ſcilicet, panem & vinum quæ in altari ponuntur, poſt conſecrationem non ſolum ſacramentum, ſed etiam verum corpus & ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti eſſe, & ſenſualiter non ſolum in ſacramento, ſed in veritate manibus ſacerdotum tractari, frangi, & fidelium dentibus atteri: jurans per ſanctam & homoüſion Trinitatem & per hæc ſacroſancta Evangelia. Eos verò qui contra hanc fidem venerint, cum dogmatibus & ſectatoribus ſuis æterno anathemate dignos eſſe pronuntio. Quod ſi ego ipſe aliquando aliquid contra hæc ſentire aut predicare præſumpſero, ſubiaceam canonum ſeveritati. Lecto & perlecto ſponte ſubſcripſi.* Non mirum igitur ſi Berengarius diſſoluto concilio in patriam redux ejuſmodi Confeſſionem, non modò velut urgente periculo mortis extortam, ſed etiam ut falſam & abſurdam ejuraverit, ſcriptiſque impugnaverit. Talis enim re verâ eſt. Primò enim quandò ibi dicitur, *panem & vinum poſt conſecrationem, non ſolùm ſacramentum, ſed etiam verum corpus & ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti eſſe*, quæro, quidnam intelligatur per *panem* & *vinum*, an panis & vinum proprie ſic appellata, an accidentia panis & vini, an corpus & ſanguis Chriſti? Non corpus & ſanguis Chriſti: Id enim non eſt quod conſecratur; & abſque conſecratione verum eſt, corpus & ſanguinem Chriſti eſſe corpus & ſanguinem Chriſti, hocque ſic enuntiare mutologicum & abſurdum foret. Non accidentia panis & vini: falſum ſi quidem eſt ea poſt conſecrationem eſſe *non ſolum ſacramentum, ſed etiam verum corpus & ſanguinem Chriſti.* Non denique panis & vinum propriè ſic appellata; tùm quià quicunque dicit, *panem & vinum poſt conſecrationem eſſe non ſolum ſacramentum, ſed verum etiam Domini corpus & ſanguinem*, ſupponit neceſſariò panem & vinum manere, ne ſit attributum ſine ſubjecto, ut ſupra agnoſcebat Vaſques; tùm quià propoſitio hæc, panis eſt corpus Chriſti, *eſt falſa*, inquit *m* Angles, *quia copula*, eſt, *ſignificat extremorum vnionem, & tamen hæc extrema nunquam ſunt unum.* Quocumque ergo ſenſu ſumatur præclara hæc confeſſio, falſam eſſe neceſſe eſt, proprie & ut ſonat ſumptam. Nec juvat quod excipit Peronius, a *Nicolai & Concilij ſenſum eſſe, id quod fuit panis & vinum ante conſecrationem, per conſecrationem mutatum, poſt illam corpus Chriſti & ſanguinem eſſe, ſicque hanc propoſitionem in ſenſu diviſa ſumptam, veram & Catholicam eſſe.* Neque enim valere poteſt hæc ipſius excuſatio. Nam Berengarius juramentô coactus eſt confeſſionem hanc confirmare. At, inquit *b* Bellarminus, *neque juramento confirmare licet, niſi ſententias, apertiſſimas, & certiſſimas, & quæ non poſſint in alium ſenſum torqueri, nè locus detur perjurio.* Jam ergo in hoc lapſi ſunt, quod in propoſitionem dubiam & ambiguam Berengarium jurare coëgerunt. Deinde & Gabriel ait: *c impropriè dictum eſt quod dixit*, panem & vinum poſt conſecrationem verum corpus & ſanguinem Domini noſtri Jeſu Chriſti eſſe. *Quæ oratio de rigore verborum vera non eſt, quià nunquàm panis eſt corpus Chriſti. Sic enim frequenter volentes errorem aliquem damnare exceſſive locuti ſunt.* Denique, falſa quoque hæc eſt propoſitio ex mente Perronij intellecta, *quod fuit panis ante conſecrationem poſt conſecrationem eſt corpus Chriſti*, quoniam ſequeretur id quod poſt conſecrationem corpus Chriſti eſt, ante conſecrationem panem fuiſſe, quadantenus ſaltem: quod abſurdum eſſe vel cæcus videat. Cur ergò Berengarius ejuſmodi confeſſionem tam falſam, licet juratam, abjurare metuiſſet? Secundò, ibidem dicitur: *panem & vinum, quæ in altari ponuntur, poſt conſecrationem non ſolum ſacramentum, ſed etiam verum corpus & ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti eſſe, & ſenſualiter non ſolum in ſacramento, ſed in veritate manibus ſacerdotum tractari, frangi, & fidelium dentibus atteri.* Id autem duplici nomine erroneum & abſurdum eſt. Primò, in eô quod dicitur *corpus Chriſti in veritate ſacerdotum manibus frangi, & dentibus fidelium atteri* & comminui. Nam *fractio*, inquit *d* Suares, *propriè & in rigore ſignificat diviſionem & diſcontinuationem partium, quam conſtat non fieri*

Berengarius.

h *Vid. cap. 2. in nov. edit.*

i *De Sacram. l. 3.*

k *Lib. 1 c. 19.*

l *Hæc vox, niſi, in nupera editione malè omiſſa eſt.*

m *In 4. q. 3. de converſione diſſcult. 3. Concluſ. 1.*

a *De Euch. l. 2. Anſw. 43. q. 3.*

b *De Euch. lib. 3. cap. 13.*

c *In Can. lib. 80.*

d *Diſp. 47. ſect. 4. §. Exemplo,*

Berengarius.

fieri in partibus corporis Christi: & ita dicit Ecclesia, nulla rei fit scissura, signi tantum fit fractura. Secundò, in eô quod additur, id *sensualiter* fieri. Adverbium enim illud designat, fractionem illam & comminutionem corporis Dominici, sensibus dignosci & deprehendi. At falsissimum est, experimento sensuum dignosci corpus Domini in veritate confringi & dentibus comminui. Perfricat hîc frontem Guitmundus, & duo dicit, quæ mihi sanè mira videntur. Prius est: *si intelligant*, inquit, *atteri, velut pressius tangi, aut fortiùs premi, quæro quare non fit fas Christum dentibus atteri?* Respondebit illi Suares: *proprius contactus solum est inter res extensas in ordine ad locum, quarum extrema sunt simul, & hoc modò non potest esse in hoc sacramento verus ac proprius contactus circà Christi corpus*, quia videlicet ibi non est localiter extensum. At si non potest tangi, quanto minùs *pressiùs tangi?* Posterius est: *si atteri intelligant, quasi comminui vel frangi*, &c. *hoc quidem & nos confitemur, scilicet, quià non est fas Christum vllà quidem violentia, sive dentibus, sivè aliô modô per partes dissipari. Si vero illi, cui omnia possibilia sunt, altissima & inscrutabili consilij sui ratione placet, vt corpus suum per partes ipse dividere possit, ita duntaxat, vt jam vivrà non moriatur, neque ladatur, neque vllam corruptionem patiatur (nullam enim miseriam amplius sustinebit) quis impossibile hoc audeat æstimare?* Quod & paulò post repetit, addens: *nemo super hoc inconveniens aliquod valeat annotare.* Nec præ cæcitate videt, id omnino impossibile esse in eô corpore quod in sacramentô esse dicunt totum sub quolibet hostiæ punctô, inextensè & more Spirituum. Quod enim inextensè est, per partes dividi & distribui nullomodò potest. Deindè, reclamat & Augustinus: *Nec quando manducamus, de illo partes facimus.* Et Biel: *hæc opinio erronea est, quoniam cum corpus Christi sit animatum & organicum, si frangeretur & divideretur, corrumperetur, quod est impossibile, cùm sit glorioſum & impassibile.* Waldensis non minus audax quàm Guitmundus de hac Berengarij confessione sic loquitur: *Hîc videri potest quantô pondere verborum curavit Papa cum Synodo affirmare verum corpus Christi tractari sensualiter, atque frangi, non in sacramentô tantùm, id est, per fracturam signi, quià hoc esset incidere in laqueum Berengarij, sed ipsum propria substantia corporis Christi in sacramento, & sic secundùm eandem essentiam corporaliter ibi contentam fidelium dentibus esse contritam. Si autem inſlet Sophista: secundum hoc corpus Christi tangeretur & frangeretur ibi secundum suam essentiam: Respondeo, cum decreto præfato quod corpus ibi frangitur ibi in suâ essentiâ sub sacramento, non autem in suâ essentiâ nudè & pure secundum se, hoc est, dicere secundum essentiam, quià hoc vitavit Papa quod nihil teneretur aut tractaretur ibi de corpore Christi nisi signaculum tantum. Ideo concèdi debet etiam substantiam corporis Christi ibi teneri & frangi, sed hoc per medium sacramenti, sicut essentia hominis videtur sub colore, tanquàm sensibili primo, ipsa verò substantia hominis per accidens secundo.* Sed hoc effugium nihili est. Nam si Papæ & Synodi mens est, ut rectè agnoscit, corpus Christi secundum suam essentiam corporaliter in sacramento contentam *frangi & atteri dentibus fidelium*, quamvis non nudè & per se, sed sub medio & velamine sacramenti, semper tamen secundum essentiam suam frangitur & dentibus conteritur. At opinionem hanc supra Biel nominabat & ostendebat esse eroneam. Sed rursus impossibilem esse demonstrat hoc argumento: *id non dividitur ad divisionem sacramenti, quod sacramento non coëxtenditur. Sed corpus Christi non coëxtenditur sacramento, quia non est pars una corporis Christi sub parte sacramenti, & alia sub aliâ, ut dictum est suprà lect. 44. & dicetur statim. Quia ergo non est commensuratio partium corporis Christi ad partes sacramenti sivè hostiæ, ideo non sequitur corpus Christi frangi ad fractionem hostiæ, sicut nec dividitur anima hominis diviso corpore, quia ipsa corpori non coëxtenditur, sed tota est in toto, & tota in qualibet corporis parte.* Alij verò aliter se expediunt ab hac Berengarij confessione: quam, inquit & Alanus, *non solum vulgares scioli, sed doctiores quidam scriptores putarunt (sed male) impropriè & vehementius quam oportuit esse conceptam, sed retinenda est ad amussim, ut vera fidei Catholicæ explicatio.* Quinam autem doctiores illi sint, docet Vasques: *Alexander*, inquit, *& Bonaventura, dicunt, modum illum loquendi quo Berengarius in suâ confessione vsus est, non esse tenendum: quasi putent, nullomodo esse verum. Nam licet per tropum tantùm verus esset, amplectis illum possemus, & eo vti sicut multis aliis*, &c. *Quorum sententiam sequitur Gabriel lectione 80. in Can. littera N. cum asserit, in prædictâ confessione Berengarium excessisse, quòd talis modo loquendi usus fuerit, sicut accidere solet iis, qui ut vnum detestantur errorem in alium contrarium inclinant. Quibus verbis denotare videtur, prædictam propositionem falsam esse nec per tropum & figuram assumendam. Nam si per tropum & figuram vera esset, non dixisset Gabriel, Berengarium in ea modum excessisse.* Et Glossator decreti: a *Hyperbolice locutus est, & veritatem excessit.* Et rursus: b *nisi sanè intelligas verba Berengarij in majorem incides hæresin quam ipse habuit, & ideo omnia referas ad species ipsas. Nam de Christi corpore partes non facimus.* Et Rossensis: c *permisit Sanctus ille Pontifex Berengarium, eo quod in alterum latus ante a nimis exorbuisset, nunc in contrarium vergi, & paulo fortassè, quam fuisset æquus, nisi verba sane intelligantur.* Verum, confessionem illam per se Berengarius non edidit. Illi a Papa Nicolao & Concilio Romano præscripta est. Judicio ergo Alexandri, Bonaventuræ, Gabrielis & Rossensis, Nicolaus & Concilium

Berengarius.

Romanum

e De verit. Euchar. l. 1.

f Disp. 47. sect. 4.

g Apud Bedam in 1. ad Cor. cap. 11.

h In Canon. lect. 80.

i Tom. 2. cap. 56. Waldens. sequitur Canon Iocor. theol. lib. 5. c. ult. ad argum. vlt.

a De consecr. dist. 1. ad c. utrum sub figura.

b Ibid. in c. Ego Berengar.

c Contr. Oecolampad. l. 3. in fin.

d Dist. 193. a. 2. & 3.

Berengarius.

Romanum errarunt in fidei materiâ. Nec illos juvare poteſt ſubterfugium Perronij quod in illorum excuſationem profert, d *fractionem & contritionem ad ſpecies pertinere, ſed propter unionem illarum cum corpore Chriſti, id quod illis contingit, verè & realiter corpori poſſe tribui. Quemadmodum quando Iacobus Angeli ſpeciem amplexus eſt, vere dicitur Angelum vidiſſe, tetigiſſe, & cum eo eſſe luctatus: & Ioannes ſpeciem columbæ videns, Spiritum S. recte dicitur vidiſſe: & qui videt Regem armatum, licet tantummodo ipſius arma conſpiciat, certo poteſt dicere ſe Regem aſpexiſſe; & Dominus ipſe dicebat de muliere quæ tantummodo veſtimenti fimbriam contigerat, ipſam eum tetigiſſe.* Nam exempla illa quæ profert prorſus diſſimilia ſunt. Si in illâ confeſſione ſimpliciter dictum fuiſſet, *Chriſti corpus frangi, & dentibus fidelium atteri*, quomodò in illis exemplis dicitur Angelus viſus, & Spiritus Sanctus, & Rex, & Chriſtus contactus, id pariter exponi poſſet. Vtrobique enim locutio figurata foret, per quam quod apparentibus rebus proprie loquendo contingeret, figurate referretur ad non apparentes. Sed non ita ſe res habet in ea confeſſione. Nam in ea expreſſè dicitur, *verum corpus & ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti, ſenſualiter non ſolum in ſacramentò, ſed in veritate manibus ſacerdotum tractari, frangi, & fidelium dentibus atteri*: quæ verba adeò apertè indicant, duo eſſe quæ franguntur & fidelium dentibus alterantur, videlicet, *ſacramentum*, & rurſùm præter ſacramentum ipſiſſimum Chriſti *corpus in veritate* ſeu eſſentiâ ſuâ, ut Vaſques exclamet: e *Cum dicit, non ſolum ibi eſſe ſacramentum, ſed etiam verum Chriſti corpus, & illud non ſolum in ſacramento, ſed in veritate ſenſualiter tractari, quis non videat de ipſo Chriſti corpore hoc pronunciari, & ad illud referri? Nam ſi ſolum ad ſpecies referrentur, illis verbis non fateretur veritatem corporis Chriſti in ſacramento, ſed ſolum ſymbolum & figuram illius.* Ut igitur exempla illa ſimilia redderentur, dicendum in illis foret, Jacobum non modò Angeli ſpeciem vidiſſe & tetigiſſe, ſed etiam *in veritate* eſſentiæ Angelum ipſum, & ſic de cæteris. Sed tunc illæ propoſitiones in quibus ſic diſtingueretur, evidenter falſæ forent, niſi utrumque objectum quod videri & tangi diceretur, vere videretur & tangeretur. Ac proinde a ſimili eodem modo concludendum eſt, ſupramemoratam confeſſionem falſam eſſe: ſi quidem non vult Perronius, corpus Dominicum ſecundum eſſentiam ſuam *frangi & fidelium dentibus teri*, ſed id ad ſacramentum refert. Cui ergo rurſum non appareat Spiritum erroris, tum in Nicolao, tùm in Concilio illo reſediſſe, meritòque Berengarium confeſſionem hanc ut falſam & erroneam abjuraſſe & impugnaſſe?

d *De Euch. l. 2. Anth. 43. c. 2.*

e *Vbi ſupra.*

Berengarius utique a perjurio vindicant ipſimet Adverſarij ejuſce confeſſionis exceſſus notantes & improbantes. Nec dubitandum eſt eum hæc & ejuſmodi pariter notaſſe & obſervaſſe: quod procul dubio in cauſa fuit ut in altero Concilio viginti poſt annis celebrato alia confeſſio ab eo fuerit extorta. Anno enim Domini milleſimo ſeptuageſimo nono Romæ menſe Februario congregata eſt Romæ Synodus a Gregorio VII. in quâ Berengarius ſive coactus, ſive forte meliora ſperans (multos enim ſciebat ſecum ſentientes ibi fore) comparuit. Acta ejus Concilij, Waldenſis reperiſſe ſe dicit in annoſo libro decretorum Pontificum ſub decreto ejuſdem Gregorij, in quibus ſic ſcriptum: f *Anno ab incarnatione ſempiterni principij M. LXXIX. menſe Februarij, indictione ſecundâ, pontificatus verò Domini Gregorij Papæ ſeptimi VII. anno ad honorem Dei & ædificationem eccleſiæ ſanctæ, ſalutem quoque tam corporum quàm animarum, ex præcepto ſedis Apoſtolicæ convenerunt finitimi & diverſarum provinciarum Archiepiſcopi, Epiſcopi religioſæque perſonæ vt Sanctam Synodum celebrarent. Omnibus igitur in Eccleſia Salvatoris congregatis, habitus eſt ſermo de corpore & ſanguine Domini noſtri Ieſu Chriſti, multis hæc, nonnullis alia* g *ſentientibus. Maxime ſiquidem pars panem & vinum per ſacra orationis verba & ſacerdotis conſecrationem Spiritu Sancto inviſibiliter operante, converti ſubſtantialiter in corpus Dominicum de Virgine natum, quod & in cruce pependit, & in ſanguinem qui de ejus latere miluis effuſus eſt lanceâ, aſſerebat: atque authoritatibus Orthodoxorum SS. Patrum tam Græcorum quàm Latinorum, modis omnibus defendebat.* Quidam *verò acritate nimiâ & longâ perculſi figuram tantùm, ſe & alios decipientes quibuſdam cavillationibus conabantur abſtruere. Verùm ubi res cœpit agi, prius etiàm quàm tertiâ die ventum foret in Synodum, defecit contrà veritatem nitì pars altera. Nempè Sancti Spiritus ignis emolimenta palearum conſumens, & fulgore ſuo falſam lucem diverberando obtenebrans noctis caliginem vertit in lucem. Denique Berengarius hujus erroris Magiſter, poſt longâ tempore dogmatizatam impietatem erraſſe ſe coràm frequenti concilio confeſſus, veniamque poſtulans & erans ex Apoſtolicâ Clementiâ meruit. Iuravitque ſicut nunc in ſequentibus continetur: Ego Berengarius corde credo & ore confiteor panem & vinum quæ ponuntur in altari per myſterium ſacræ orationis & verba noſtri redemptoris ſubſtantialiter converti in veram ac propriam & vivificatricem carnem & ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti, & poſt conſecrationem eſſe verum Chriſti corpus quod natum eſt de Virgine & quod pro ſalute mundi oblatum in cruce pependit, & quod ſedet ad dexteram Patris, & verum ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti qui de latere ejus (effuſus eſt), non tantum per ſignum & virtutem ſacramenti, ſed & in proprietate naturæ & veritate ſubſtantiæ, ſicut in hoc brevi continetur, &*

Berengarius.

f *Tom. 2. cap. 43.*

g *In Fuldenſi Concil. hîc additum eſt prius.*

Berengarius.

ego legi, & vos intelligitis. Sic credo: nec contrà hanc fidem vlterius docebo, sic me Deus adjuvet & hæc sacra Evangelia. Tunc Dominus Papa præcepit Berengario ex Authoritate Dei omnipotentis, & SS. Apostolorum Petri & Pauli, ut de corpore & sanguine Domini nostri Iesu Christi nunquam vlterius cum aliquo disputare, vel aliquem docere præsumeret, excepta causâ reducendi ad fidem hanc eos qui per ejus doctrinam ab eâ recesserant. En statutum Gregorij de quô referunt [a] Benno Cardinalis & [b] Abbas Vrspergensis, cum in fide dubium jejunium indixisse Cardinalibus *ut Deus ostenderet quis rectius sentiret de corpore Domini, Romana Ecclesia, an Berengarius.* Confessionem autem illam secundam à Berengario factam esse, sicut primam, videlicet mortis metu reclamante conscientiâ, & ab ipso post ejuratam, rejectam & impugnatam, facilè est conjicere. Malmesburiensis quidem de ipso hæc habet: [c] *porro licet Berengarius primum calorem juventutis aliquarum hæresum defensione infamaverit, ævo austeriore ita resipuit, vt sine retractatione à quibusdam habeatur Sanctus, innumeris bonis, maxime autem humilitate & eleemosynis approbatus, largarum possessionum dispertiendo Dominus, non abscondendo & adorando famulus, fœminea venustatu adeo parcus ut nullam conspectui suo pateretur admitti, ne formam videretur delibasse oculo, quam non prius ebat animo. Non aspernari pauperem, non adulari divisi, secundum naturam vivere, habens victum & vestitum juxta Apostolum his contentus esse.* Verum, quod ait, ipsum à sententiâ priore dimotum obiisse, æquè verum est ac id quod ibidem paulò post narrat de Fulbertô Carnotensi moribundò: *cum*, inquit, *in extremis positum multi visitarent, & adium capacitas vix confluentibus sufficeret, ille inter opppsitas catervas oculo longe vimatus Berengarium*, (tum juvenem) *nisu quo valuit expellendum censuit, protestatus immanem Dæmonem propter eum consistere, multosque ad eum sequendum blandiente manu, & illice anhelitu corrumpere. Quin & ipse* (Berengarius) *die Epiphaniorum moriens, gemituque producto recordatus quod miseros quondam adolescentes primo ætatis calore fœdâ suâ infecerit, hodie, inquit in die apparitionis sua apparebit mihi Dominus noster I. Christus propter pœnitentiam, ut spero, ad gloriam, vel propter alios, vt timeo ad pœnam.* Fabula quippe duplex est. Nam, ut præteream Fulbertum ejusdem cum Berengario contra transsubstantiationem fuisse sententiæ, ut supra ostendimus; quis credat, si quid tale de Berengariô Fulbertus prædixisset, Adelmannum sub Fulbertô Berengarij condiscipulum, Hugonem Lingonensem, Guitmundum & alios Gallos contrà ipsum scribentes, id omissuros fuisse? Noverit ille, scilicet, exterus & Anglicanus, quod Galli inter quos natus & educatus Berengarius de ipso ignoraverint, tanti quamlibet momenti. Eum autem in pristinâ perseverasse sententia post Synodum illam Romæ sub Gregorio celebratam, constat primò ex Epistolâ Lanfranci ad Reginaldum, (Baronius illum malè nominat *Ramaldum*) Sancti Cypriani Pictavorum Abbatem & alios quoldam, in qua Berengarium *schismaticum* appellat, & ait: [d] *mirari non debet beatitudo vestra si ii qui de ipsô capite* (Christô) *tam multa & tam nefanda credere & docere verissimis relationibus infamatur, de ipsius capitis membro* (Hilario) *tam perniciosa dicere traditur, in reprobum sensum divinô judicio permittatur.* Hæc enim Epistola conscripta est longè post Concilium Romanum sub Gregorio convocatum, ut patet ex eo quod ad dissuadendum Reginaldum & alios nè ad se in Angliam venirent, *id fieri*, inquit, *commode posse, non arbitror: nam & iter prolixum est, pericula multa terrâ marique, & ego tot, tantisque hujus mundi negotijs obvolutus sum ut talibus studijs dare mihi operam hac tempestate non liceat.* Nam is fuit præcise status anni millesimi octuagesimi septimi & octavi, vt illum describit Rogetus de Hoveden in annalibus suis. Rursùm id colligere est ex ipso Lanfranco contrà Berengarium scribente, in quo illi exprobrat quod discessisset à confessione quam [e] Gregorij septimi tempore juraverat. Fallitur enim Bellarminus quandò ait: [f] *Hujus Concilij* (sub Gregorio) *non meminerunt Lanfrancus & Guitmundus, quia nondum celebratum erat, cùm illi scriberent.* Nam in primâ Lanfranci tractatûs editione a Franciscô Carreo factâ, illius expresse meminit, licet in aliis nihil ejusmodi habeatur: quod additamentum à Lanfranco longè post tractatum primò conscriptum, factum esse, verosimillimum censet Lucas Dacherius postremus editor. Denique, id colligere est ex Chronico Malleacensi, ubi notatur ad annum millesimum octogesimum, fuisse [g] *Concilium Burdigalæ in quo Berengarius reddidit fidei suæ rationem.* Sic vixit, & plenus dierum obijt, nec caruit post obitum Epitaphiorum honoribus. Hildebertus enim, post Cœnomanensis, dein Turonensis Episcopus, eum sic laudavit:

[h] *Quem modò miratur, semper mirabitur orbis*
Ille Berengarius non moriturus obit.
Quem sacræ fidei fastigia summa tenentem
Iani quinta dies abstulit ausa nefas.
Illa dies damnosa dies, & per fidamundo
Quâ dolor & rerum summa ruina fuit.
Quâ status Ecclesiæ, quâ spes, quâ gloria cleri,
Quâ cultor juris, jure ruente, ruit.
Quicquid Philosophi, quicquid cecinere poëtæ
Ingenio cessit, eloquioque suo.
Sanctior & major sapientia majus adorta
Implevit sacrum pectus & ora Deo.
Pectus eam voluit, vox protulit, actio prompsit,
Singula factori sic studuere suo.
Vir sacer & sapiens, cui nomen crescit in horas

a *In vita Hildebrandi.*
b *Ad ann. 1080.*
c *Lib. 3.*
d *Epist. 50.*
e *Cap. 2. in nupera editione Lucæ Dacherij.*
f *De Euch. l. 3. c. 8.*
g *Extat Manuscript. in Biblioth. Patrum.*
h *Malmesb. ubi supra.*

Digitized by Google

Berengarius.

Quò minor eſt quiſquis maximus eſt hominum.
Cui ſenſus peperit, partos ſervavit honores
Cui potior pauper divite, juſque lucrò.
Cui nec deſidiam, nec luxum res dedit ampla,
Nec tumidum fecit multus & altus honor.
Qui nec ad argentum, nec ad aurum lumina flexit,
Sed doluit quotiès cui daret hæc, aberat.
Qui non ceſſavit inopum fulcire ruinas.
Donec inops dando pauper & ipſe fuit.
Cujus cura ſequi naturam, legibus uti,
Et mentem vitijs, ora negare dolis.
Virtutes opibus, verum præponere falſo,
Nil vacuum ſenſu dicere, nil facere.
Lædere nec quemquam, cunctis prodeſſe, favorem
Et populare lucrum pellere, mente, manu.
Cui veſtis textura rudis, cui non fuit unquàm
Antè ſitim potus, nec cibus antè famem.
Quem pudor hoſpitium ſtatuit ſibi, quamque libido
Inceſtos ſuperat, tam ſuperavit eam.
Quem natura parens cùm mundo contulit, inquit,
Degenerant alij, naſcitur iſte mihi.
Quæque vagabatur, & pene reliquerat orbem
Incluſit ſacrò pectore juſtitiam.
Vir ſacer a puerò, qui quantum præminet orbi
Famâ, tam fama præminet ipſe ſuæ.
Fama minor meritis cum totum pervolet orbem.
Cùm ſemper creſcat, non erit æqua tamen.
Vir pius atque gravis, vir ſic in utroque modeſtus
Livor ut in neutrò rodere poſſit eum.
Livor enim deflet quem carpſerat antea, nec tam
Carpſit & odit eum, quàm modò laudat, amat.
Quàm prius ex vitâ, tam nunc ex morte gemiſcit,
Et queritur celeres hujus abiſſe dies.
Vir vere ſapiens, & parte beatus ab omni
Qui cœlos animâ, corpore dinat humum.
Poſt obitum vivam ſecum, ſecum requieſcam.
Nec fiat melior ſors mea ſorte ſua.

Hæc ille, quibus vix aliquid de quoquam glorioſius prædicari queat. Nec vel hocci faciendum eſt quod ad hoc epitaphium [a] Baronius & [b] Perronius excipiunt, Hildebertum vitæ diſſolutioris fuiſſe, de quâ illum reprehendit [c] Yvo Carnotenſis; nec Berengarij doctrinam laudare, ſed mores, quandoquidem ipſe in poëmatibus ſuis poſt dixit de ſacramento, [d] *ſit cibus hic ex pane caro, Deus ex elemento.* Nam, ut præteream fieri poſſe Yvonem de Hildeberto male fuiſſe informatum, annon potuit Hildebertus, etſi vitæ liberioris, Berengarij virtutes admirari & prædicare? Conſtat autem apertiſſime ex verſu tertio & aliis, eum non mores tantummodo, ſed & *fidem* ipſius laudare. Mentem tamen poſt mutavit, aut ſe mutare ſimulavit ne ei forſan ad honores præcluderetur aditus, infœliciſſima ſane, quicquid ſit, theologia: *quomodo enim Dij quæ ſumt?* ajebat [e] Chryſoſtomus. Sed non unus Hildebertus Berengario parentavit. Baldricus Abbas Burgalienſis, & poſt Dolenſis Epiſcopus, ei quoque juſta perſolvit.

a *Ad ann. 1088.*
b *Perron. ubi ſupr.*
c *Epiſt. 279.*
d *De offic. Miſſ. tom. 3. biblioth. Patr.*
e *De pœnit. hom. 5. τοῦτο γὰρ, τί γένηται;*

§ Super Dominum Berengarium.

Tota Latinorum Facundia marcida floret
Dum Berengario Turoni vigente magiſtrò
Porrò Latinorum Facundia florida marcet.
Invida ſors Turonis vbi tantum lumen ademit.
Clauditur in lanâ tibi, Doctor, janua vitæ
Vel magis in lanâ patuit tibi janua vitæ
En tua magne ſenex jacet hoc ſub formice gleba
Ad reditum propriæ ſuſpirans conditionis
Promittatque licet veniam tibi ſpes meritorum
Hæc tamen acceleret Lector pia vota vovendo.

Berengarius.

Quis autem exiſtimarit hominem de Berengariò ſic loquentem & ſentientem, illum cum Lanfrancò *ſchiſmaticum* vel *hæreticum*, cum Guitmundo [g] *pene inſcium* credidiſſe?

Non me latet autem quoſdam in aliis rebus eidem Berengario a nonnullis errores impactos fuiſſe. Guitmundus enim ei tribuit [h] quod *legitima conjugia deſtrueret*, & doceret *licitè omnibus fœminis abutendum eſſe*; ac rurſum, quod *parvulorum baptiſma everteret*. Teſtatur autem id ſe accepiſſe ex Leodienſis Epiſcopi ſupra citatâ Epiſtola: [i] Leodienſis autem id de *famâ* reſciviſſe ſcribit. En præclarum teſtem: [k] *fama malum quo non aliud velocius ullum mobilitate viget, viresque acquirit eundo.* Quam autem Sycophanticum hoc ſit, aperte colligere eſt ex eo quod ſupra protulimus ex Malmesburienſi notante: *fuit fœminea venuſtatis adeo parcus ut nullam conſpectui ſuo pateretur admitti, ne formam videretur delibaſſe oculo quam non pruriebat animo.* Qui enim abſque ſumma impudentia dici poteſt, tantæ continentiæ hominem docere potuiſſe, *licite omnibus fœminis abutendum eſſe*? Excogitata ſunt procul dubiò commenta, quibus ejus de Sacramento ſententia hiſce adjunctis odioſa redderetur. Sic enim & Hugo Lingonenſis vir [l] *pro criminalibus cauſis* in Synodo Rhemenſi a Leone nono depoſitus, & Romæ paulò pòſt reſtitutus cum virgas quibus cæderetur tremulâ manu ad concilium Romanum detuliſſet, illi per conſequentiam affingit, quod Domini corpus *incorporeum* eſſe affirmaret. Id autem præ ignorantiâ ridiculè colligebat ex eò quod Berengarius doceret Euchariſtiam eſſe quidem Domini corpus, ſed *intellectuale* ſeu intelligibile, ut ibidem notat. Cum enim non conciperet Berengarium hac nomenclaturâ ex veteribus deductâ innuere, Euchariſtiam, myſticum ac ſymbolicum, non autem proprium ac materiale Domini ipſius corpus eſſe: *intellectuale*, inquit, *conſtituis* (Domini corpus) *in quo evidentiſſime patet, quod incorporeum confiteris.* Sic pariter & Wolphelmus aliud quid ei tribuit: *Eccè*, [a] inquit, *inter Berengarium, quod non intraverit, Dominus januis clauſis, & inter Joannem quod intraverit, cum ſit controverſia, ſuperat ille, cui, quia verum eſt teſtimonium ejus, omnis applaudit eccleſia.* Verum nulla prorſus erat inter B. Joannem & Berengarium controverſia. Wolphelmi calumnia eſt, inde videlicet orta, quod Berengarius negaret Dominum corpore ſuò portarum dimenſiones

g *Guitmund. lib. 1.*
h *Ibid.*
i *Epiſt. ſub nomin. Durandi ſupra citat.*
k *Virgil. Æneid. 4.*
l *Vid. acta tractat. ipſius de corp. & ſang. Dom. ex ms. cod. Lorentij.*
a *Apud Surium in vita Wolphelm. ad 22. Aprilis, Et Gerv. Cantu. 11.*

Theophylactus.

mensiones penetrasse: quod rectissimè negabat, cùm ea Joannis verba id nullomodò inducant. Nec puduit etiam alios adversus ipsum scribentes, tùm Patrum testimoniâ, quò ipsum facilius impugnarent, miserrimè corrumpere, tum absurda multa, quo se ab ipsius argumentis defenderent, contra sensum communem obtrudere & defensare. Nam Durandus Troarnensis Augustini ex libris de Trinitate locum in quo de artificiali panis confectione loquens, ait, b *quod cum per manus hominum ad illam visibilem speciem perducitur, non sanctificatur vt sit tam magnum sacramentum, nisi operante invisibiliter Spiritu Dei*; sic depravat, ut in eo c legat, *quod cum per manus hominum ad illam invisibilem speciem perducatur*, &c. per *invisibilem speciem* corpus verum sanguinemque verum intelligens, ac panem ac vinum *ad hanc invisibilem speciem indubitanter perduci ex* Augustino pronuntians. Rursus & alium ejusdem Augustini locum in psalmum nonagesimum octavum eadem impudentia pervertit, ac pro eo quod Augustinus Dominum induxerat Discipulos sic alloquentem, *non hoc corpus quod videtis manducaturi estis & bibituri illum sanguinē quem fusuri sunt qui me crucifigent*; ipse in contrarium reponit, d *nam hoc corpus quod videtis manducaturi estis*, &c. & indè sic argumentatur, *quid hoc apertius, quid planius possit dici? hoc corpus quod videtis manducatur estis, & bibituri sanguinem quem fusuri sunt qui me crucifigent. Hic nihil ambiguum est, nihil quod accipi valeat aliter, quàm corpus illud Domini quod videbatur, comedendum*, &c. Guitmundus quoque & Algerus eo devenerunt ut dicant, sacramentum visibile corrumpi & putrefieri non posse, nec a brutis edi, sed id tantum apparenter, non autem verè fieri. Sic enim Algerus: e *Nec solum corpori Christi, sed & ipsi sacramento visibili eadem causa mucorem negamus & putredinem, quæ superius digestionem*, &c. *possunt tamen* (species illæ) *videri mucida & putrida, quamvis ita non sint.* Et Guitmundus: f *nobis equidem sacramenta hæc nequaquam a muribus vel aliquibus brutis animalibus videntur posse corrodi. Quod si aliquando velut corrosa videantur*, &c. *respondeti potest non esse corrosa, sed vel ad puniendam seu corrigendam ministrorum negligentiam vel ad probandam eorum qui hæc viderunt, fidem, in tali specie posse videri.* Talibus gaudebat Berengarius Adversarijs contra sensum & experientiam tam aperte delirantibus, ut Binnius, Bellarminus & alij ad illos notare coacti sint eos id g *non recte scripsisse*, nec quod ajunt h *cum placitis sincera theologia consonare.* Quin & manifestissimum apud eosdem relucet novæ de Eucharistiâ ac Patribus inauditæ sententiæ πανοῦργον, quod audacissimè ponunt, tum *vno eodemque tempore mille in locis* (sic enim Guitmundus i loquitur) *unum idemque Christi corpus totum & indivisum haberi posse*; quod Ambrosius, Cæsarius, Paschasius Diaconus & alij *divinum esse*, hoc est, solius Dei proprium *& maximum divinitatis insigne notant*, ut libro præcedente ostendimus: tum idem Domini corpus invisibile in Eucharistiâ esse, cui *conditioni carnem ejus subjacere impossibile esse* k Victor Vigilius Taphitanus pronuntiavit: tum denique, accidentia subsistere sinè subjecto, quod *monstruosum & a veritate alienissimum esse*, censuit l Augustinus. Itaque minime mirum, si nec ipse Berengarius dū viveret a sententia sua se passus est dimoveri, nec plurimi quos docuerat cū antiquitate sentire, ab ea post ejus obitum discedere voluerunt. Id enim diserte Malmesburiensis testatur, confessionem licet suam fabulâ suprà notata de Berengarij moriētis abjuratione implicans & involuens: *quāvis*, m inquit, *ipse sententiam suam correxerit, omnes tamen quos ex totis terris depravaverat cōvertere nequivit.*

A Berengario transeamus ad Theophylactum ejusdem temporis scriptorem. Nam quamvis Perronius, eò quod existimet illum transubstantiationis esse patronum, eum n esse dicat qui à Photiô Constantinopolitanô pro conversione Bulgarorum missus fuit; longe tamen posteriorem alterum esse qui sub Ducis & Comnenis Græcis Imperatoribus vixit & in scripturam commentarios scripsit ex Chrysostomo maximam partem mutuatos, rectè notat & probat o Baronius ex ipsius epistolis, & ex Baronio p Bellarminus & Myræus. Utrum autem transubstantiationi faveat, nec-nè, quæstio est. Perronius ad id probandum loca ejus aliquot affert. Primus est ex commentario in Matthæum, in quô sic loquitur: q *Dicens autem* (Dominus), *hoc est corpus meum, ostendit quod ipsum corpus Domini est panis qui sanctificatur in altari, & non antitypum*, &c. *Ineffabili enim operatione transmutatur, etiamsi panis nobis appareat. Nam quoniam infirmi sumus & carnes crudas comedere non sustineremus, & quidem hominis carnem, ideò panis nobis apparet, sed* (τῷ) *ὄντι essentiâ* (ita Perronius vertit) *caro est.* Secundus est ex commentariô in Marcum, ubi ait: r *cùm benedixisset, id est, gratias egisset, fregit panem, quod & nos facimus preces adjungendo.* Hoc est corpus meum; *hoc, quod nunc sumitis. Non enim au-*

Theophylactus.

k *Contr. Eutych. lib. 4.*

l *Soliloq. l. 2. c. 12.*

m *Vbi suprà*

n *De Euch. l. 2. c. 37. c. 1.*

o *ad ann. 870. & 1071.*

p *De script. eccles.*

q *In Matth. 26. εἰπὼν δέ, τοῦτό μου ἐστὶ τὸ σῶμα, δηλοῖ ὅτι αὐτὸ τὸ σῶμα τοῦ κυρίου ἐστὶ τὸ ἀληθινὸν τὸ ἀναζωπυροῦν διὰ τῆς ἐνεργείας, &c. οὐδὲν γὰρ οὕτω ζωοποιεῖ ὡς τὸ ἀληθινὸν σῶμα τοῦ κυρίου. οὐ γὰρ ἀνθρώπου ἐστὶ σῶμα τὸ ἀληθινὸν, ἀλλὰ θεοῦ ἀνθρώπου. καὶ ὥσπερ ἡμεῖς ἐσθίομεν κρέα, οὐκ ἐπειδὴ κρέα ἐστὶν, ἀλλ' ἐπειδὴ ἄρτος ἐστὶν ἐκεῖνα, οὕτω καὶ τὸ σῶμα τοῦ κυρίου ἐστὶ μὲν σῶμα, ἀλλ' οὐ σῶμα ἀνθρώπου, ἀλλὰ θεοῦ ἀνθρώπου. καὶ φύσει, φησὶν, ἡ σὰρξ τοῦτο οὐκ ἔστιν. ἀλλὰ τοῦτο ἐποίησεν, εἶπεν, εἰδέναι. ἐπειδὴ γὰρ ὁ μὲν ἄρτος καὶ ὁ οἶνος ζωοποιεῖν ἐστὶ, σῶμα δὲ σαρκὸς ἀνθρώπου ἐστὶν, οὐκ ἂν ἐνέγκαιμεν, οὐδ' ἀπαναισθητοῖμεν, ἀλλὰ τοῦτο ζωοποιοῦσαν ἐστὶ τὸ φιλάνθρωπον, τὸ μὲν εἶδος ἄρτου καὶ οἴνου φυλάττει, καὶ δύναμιν δὲ σαρκὸς καὶ αἵματος μεταποιεῖ. Et paulò infra: ἐσθίετε τὸ σῶμα καὶ πίνετε τὸ αἷμα τοῦ κυρίου καὶ σώζεσθε τὸ τοῦ ἀνθρώπου καὶ τὸ τοῦ πνεύματος.*

r *In Marc. 14. εὐλογήσας δέ, φησὶ, καὶ ἐνχαριστήσας, ἔκλασε τοῦτο ἄρτον, ὅπερ καὶ ἡμεῖς ποιοῦμεν, ἐνχαριστοῦντες. τοῦτό ἐστι τὸ σῶμα μου. τοῦτο δὲ νῦν λαμβάνετε. ὁ γὰρ ἀνίλιτος καὶ ἄφθαρτος καὶ ἀνενδεὴς σῶμα τοιοῦτος ἐστὶ, ἀλλ' οὐκ ἀπὸ τούτου μεταβάλλεται τὸ σῶμα καὶ χρεία. καὶ ὁ μὲν ἄρτος γὰρ λέγει, ὁ ἄρτος οὗτος ἐγώ εἰμι, ὁ σαρξ μου ἐστὶ. οὐκ εἶπε, ἀντίτυπός ἐστι τῆς σαρκός μου, ἀλλ' ὁ σαρξ μου ἐστὶ. καὶ πολλὰ, ἵνα μὴ φάγητε τὴν σάρκα καὶ πίητε τὸ αἷμα καὶ ἀνθρώπου, καὶ φῶς, φησὶν, ἡ γὰρ σὰρξ τοιοῦτον. λέγει τοῦτο ἐμοὶ τοῖς, ἄνθρωπε, αἰθίοπα. ἐπειδὴ γὰρ ὁ μὲν ἄρτος καὶ ὁ οἶνος ζωοποιεῖν ἐστὶ, σῶμα δὲ σαρκὸς ἀνθρώπου ἐστὶν, οὐκ ἂν ἐνέγκαιμεν, οὐδ' ἀπαναισθητοῖμεν, ἀλλὰ τοῦτο ζωοποιοῦσαν ἐστὶ τὸ φιλάνθρωπον, τὸ μὲν εἶδος ἄρτου καὶ οἴνου φυλάττει, καὶ δύναμιν δὲ σαρκὸς καὶ αἵματος μεταποιεῖ. Et paulò infra: ἐσθίετε τὸ σῶμα καὶ πίνετε τὸ αἷμα τοῦ κυρίου καὶ σώζεσθε τὸ τοῦ ἀνθρώπου καὶ τὸ τοῦ πνεύματος.*

Bell. de scriptor. Eccles.

h *Binn. notis ad marg. Guitm. & ad l. 2. Alger.*

i *Lib. 1.*

k *Lib. 2. init.*

l *Lib. 2.*

Theophylactus.

titypum Dominici corporis panis est, sed in illud ipsum Christi corpus convertitur. Nam Dominus dicit, panis quem ego dabo, caro mea est: *non dixit*, figura est carnis meæ, *sed* caro mea est. *Et iterum*: nisi ederitis carnem filij hominis. *Et quomodo, inquit? Neque enim caro videtur. Propter nostram infirmitatem, o homo. Quia enim panis & vinum nobis familiaria sunt, sanguinem verò propositum & carnem videntes non ferremus, sed abhorreremus, propterea condescendens nobis misericors Deus, speciem quidem panis & vini conservat, in virtutem autem carnis & sanguinis transelementat.* Et paulò antè: *Christi corpus proprie est quod est in vase aureo, & sanguis quod est in calice.* Tertius est ex commentario in Joannem ubi ait: f *Attende quod panis qui a nobis in mysterijs comeditur, antitypum non est carnis Dominicæ, sed ipsa Domini caro. Non enim dixit*, panis quem ego dabo antitypum est carnis meæ, *sed* caro mea est. *Transformatur enim arcanis verbis panis ille per mysticam benedictionem & adventum S. Spiritus, in carnem Domini. Et ne quem conturbet, panem carnem credere. Domino enim in carne ambulante, & ex pane alimoniam admittente, panis ille manducatus in corpus ipsius mutabatur, & similis fiebat sanctæ ejus carni, & in augmentum & subsistentiam humanitas transibat. Igitur & nunc panis in carnem Domini mutatur. Et quomodo, inquit aliquis, non apparet nobis caro, sed panis? Ut non abhorreamus ab ejus usu. Nam si caro appareret, insuaviter affecti essemus erga communionem. Nunc autem condescendente Domino nostræ infirmitati, talis nobis apparet mysticus cibus, qualibus affueti sumus.* Quartus denique ducitur ex capite decimô commentarij in Epistolam ad Hebræos ex Chrysostomô verbotim desumptus, ideoque ad vitandum repetitionis fastidium hîc prætermittendus. At verò, si hæc omnia eô sensu quem præ se ferunt, & ut illa Perronius accipit, intelligenda sunt, necessariò dicendum fuerit Theophylactum esse Novatorem & à Patrum vetustiorum fide degenerem. Ait enim *panem non esse antitypum corporis Christi.* Præcipui tamen Patrum, (ut supra ad similia Damasceni verba notabamus) contrarium affirmarunt. Ait *Dominum non* dixisse, *hoc est antitypum corporis mei.* At licet non sic locutus sit, talem tamen esse verborum ipsius sensum docet Tertullianus, inquiens: g *hoc est corpus meum, id est, figura corporis mei.* Et Augustinus: h *non dubitavit Dominus dicere*, hoc est corpus meum, *cum daret signum corporis sui.* Ait, *corpus proprie Dominicum esse quod est in disco aureo.* At contra Facundus Hermianensis: i *quod est in pane & poculo consecrato corpus ejus & sanguinem dicimus, non quod proprie corpus ejus sit panis & poculum sanguis, sed quod in se mysterium corporis ejus sanguinisque contineant.* Ait denique, *panem nobis apparere, sed τῷ ὄντι carnem esse.*

f *In Joann. c. 6. ἀντίτυπα δὲ, ὅτι ὁ ἄρτος ὁ ἐκ τῶν μυστικῶν ἀφ' ἡμῶν εὐλογιῶν καὶ ἀποκαλύψεως ἁγίου Πνεύματος ἐπιγίνεται, ἀλλ' αὐτὸ τὸ σῶμα ἐστὶ τοῦ Κυρίου, &c.*

g *Adv. Marcion. l. 4. c. 40.*

h *Contr. Adimant. c. 12.*

i *Lib. 9. c. ult.*

At vetus Lugdunensis ecclesiæ ridet inscitiam mancipiorum Sancti & Blandinæ qui cum audivissent Eucharistiam appellari Christi corpus & sanguinem, d *putaverunt eam τῷ ὄντι sanguinem & carnem esse.* Qualisnam igitur erit Adversariorum triumphus si Theophylactum habeant secum contra fidem antiquitatis sentientem? Verum nonnulla nos movent ut ipsius mentem aliam esse putemus. Ait enim in vnô loçorum suprà citatorum: *quia panis & vinum nobis familiaria sunt, sanguinem vero propositum & carnem videntes non ferremus, propterea nobis condescendens misericors Deus, speciem quidem panis & vini conservat, in virtutem autem carnis & sanguinis transelementat.* Ubi primò (quod valde notandum est contrâ Perronium, locum hunc in versione suâ Gallicâ sic pervertentem, e *s'informe des hommes condescendant à nous, conserve bien l'espece du pain & du vin, mais il les transelemente en l'aliment de son corps & de son sang*) de eâdem panis & vini specie affirmat, quod & eam Deus conservet, & simul transelementet: quemadmodum Author librorum de sacramentis inter Ambrosij opera dicit, *operatorium esse Christi sermonem ut panis & vinum sint quæ erant, & in aliud transmententur.* At quodnam est ejus transelementationis subjectum, ex ipsorummet Adversariorum sententiâ? Substantia certe panis & vini, non sola accidentia. Itaque Theophylactus per *speciem* panis & vini, non sola accidentia, sed substantiam potissimum intelligit: neque enim inusitata est ea hujus vocabuli *species*, in hoc sensu acceptio, ut g alibi multis Veterum testimonijs ostendimus. Si verò panis & vini substantia conservatur ex Theophylacti mente, transelementatio quam illi conjunctim tribuit, de mutatione substantiali nullomodò accipi potest. Contradictionem enim implicat, aliquid substantialiter conservari & remanere, ac simul substantialiter converti. Secundò, ipse se explicans, ac per *transelementationem* quid designet, aperiens: *transelementat*, inquit, *in virtutem* (δύναμιν) *corporis & sanguinis.* Quibus verbis apertè docet transmutationem de quâ loquitur esse mere accidentalem: δύναμις enim proprie est facultas alicui rei indita, non autem substantia ipsa cujus facultas est. Nec obstant duo quæ affert Perronius subterfugia. Prius est: *vocabulum*, δύναμις, in *græcâ linguâ esse valdè æquivocum, nec semper simpliciter significare* virtutem *aut* facultatem, *sed interdùm* medicamentum, *ut quando oculorum medicamentum* ὀφθαλμικὴ δύναμις *illis appellantur, aut remedia contra tussim* βηχικὴ δυνάμεις, *aut medicamentum ex quatuor speciebus compositum* τετραφάρμακον δύναμις; *interdum etiam* alimentum, *ut quando S.* h *Gregorius Nyssenus ait*, δύναμιν

d *Apud Carmen. in Lo Petr. 3.*

e *Cap. 8.*

g *Vid. lib. 2. in Gondomar. 10.*

h *Catech. orat. c. 37. ἐὰν δὲ δύναμιν ἄρτου τροφὴν εἰς ἐνέργειαν. Et paulo post ἡ μετουσίωσις ἀρχὴν εἰς δύναμιν μεθίστησι.*

in cor-

Theophylactus.

in corpora noſtra introduci, & ipſam eſſe & dici: *Et paulo poſt*, panem quem Dominus manducabat mutatum fuiſſe εἰς θείαν τὴν δύναμιν, *id eſt, in alimentum divinum. Et propterea* Caſaubonus *in Athenæum* δύναμιν *vertit* Φαρμακὸν, *& obſervavit acceptionem vocabuli græci* δύναμις, *aliam eſſe a Latino vocabulo*, virtus, *& ad id affert hæc Chryſippi verba* δυνάμεις βρωτικὰς καὶ ζωτικάς. Proprie δύναμις, [i] *inquit*, eſt facultas alicui rei inditain his & ſimilibus locis res ipſe vocãtur δυνάμεις, Appellat Author, ut diximus, δυνάμεις, res δυνάμει præditas. Nos herbas fuiſſe, vel plantarum partes, puta, radices cenſemus. Ergo ait, haſce à Sandrôcoltô ex India miſſas δυνάμεις. *Quid mirum igitur ſi Theophylactus ad innuendum, Dominum panem & vinum in corpus & ſanguinem ſuum transmutare, illum ait transmutare in alimentum corporis & ſanguinis ſui, in medicamentum corporis & ſanguinis ſui, vel in pharmacum corporis & ſanguinis ſui?* Sed hoc effugium nihili eſt. Primò enim ad medicamenti ſignificationem quod attinet, certum quidem eſt res facultatibus præditas facultatum ſuarum nomen interdum mutuari, & δυνάμεις appellari, ut recte & eruditè notavit Caſaubonus: quô ſenſu Domini corpus & ſanguinem non inficiamur δύναμιν poſſe nominari. Verum, quid hoc ad propoſitum? Neque enim ſimpliciter hîc agitur de nomine δυνάμεως, ſed de hac locutione μεταποιεῖσθαι εἰς δύναμιν τοῦ σώματος καὶ αἵματος Χριστοῦ in qua negamus δύναμιν τοῦ σώματος καὶ αἵματος ſignificare poſſe *corpus ipſum & ſanguinem Chriſti*. Ea acceptio merum eſt Perronij figmentum quod nullo ſcriptore Græco confirmari utique poteſt. Græci enim ad deſignandum oculum nunquam dicunt, δύναμις ὀφθαλμοῦ, aut ad deſignandam turſim δύναμις βηχὸς, & alia ejuſmodi. Quotieſcunque hîc loquuntur, per δύναμιν intelligunt virtutem ſeu facultatem non autem ſubſtantiam rei cujus virtus ac facultas eſt. Ac proinde, cum Theophylactus dicat, Deum *panis & vini ſpeciem* in δύναμιν *corporis & ſanguinis Chriſti tranſelementare*, neceſſe eſt ut per δύναμιν, virtutem ſubintelligat corporis & ſanguinis Chriſti, non autem ipſius eſſentiam ſeu ſubſtantiam. Quod rurſum colligere eſt ex veteribus. Epitome enim Theodoti hanc panis Euchariſtici in δύναμιν ſeu *virtutem*, tranſmutationem, communem facit & oleo: *panis*, [k] inquit, *& oleum ſanctificantur virtute nominis, nec talia manent qualia ſumpta ſunt, ſed virtute in facultatem (δύναμιν) Spiritualem ſunt transmutata.* In cõfeſſo autẽ apud omnes eſt oleum non mutari in δύναμιν ſeu virtutem ſpiritualem, virtutem illam de ſubſtantia intelligendo. Similiter quoque Cyrillus Alexandrinus, à quô videtur Theophylactus quæ hîc habet deſumpſiſſe, δύναμιν exponit per ἐνέργειαν: [a] *ne horreremus*, inquit, *carnem & ſanguinem in ſacris eccleſiarum menſis propoſita videntes, condeſcendens ut Deus infirmitatibus noſtris inſtat propoſitis*, δύναμιν ζωῆς, *vim vitæ, ac illa tranſmutat in* ἐνέργειαν, *efficaciam carnis ſuæ.* Energiam autem rei, facultatem ejus eſſe ab ipſius rei ſubſtantia diſparatam, locô ſuô ex veterum teſtimonijs [b] oſtendimus: atque ita panis & vinum, non *in ſubſtantiam* corporis & ſanguinis Chriſti, ſed in illorum *virtutem* & efficaciam ex Theophylacti ſententiâ tranſelementantur. Secundò, quod ſpectat alteram de alimento acceptionem, pariter contendo prorſus eſſe nugatoriam. Nam per alimentum illud Perronius intelligit ipſammet corporis Dominici ſubſtantiam. At Græcis inſuetum omninò δύναμιν σώματος de ipſâ corporis ſubſtantia intelligere: nec ullum ejus locutionis exemplum proferri poteſt. Sed nec reperio δύναμιν pro *alimento* præciſe uſurpari. Duo enim Nyſſeni loca ab ipſo allata id nullomodò arguunt. In priori ſiquidem Nyſſenus ait: *corporis noſtri conſtructio per eam quæ intromittitur virtutem (δύναμιν) manet in eſſentiâ, atque hæc δύναμις alimentum eſt & dicitur.* Verùm, quis non videt verba hæc, *alimentum eſt & dicitur*, qualificationem eſſe virtutis illius quæ corpora noſtra ſuſtentat, ac eam proindè non ſumi pro alimento? Nam abſurdè hoc ſenſu diceret: *id alimentum, alimentum eſt & dicitur.* In poſteriori vero, in quo agit de pane à Domino manducato: *panis*, inquit, *in illo corpore tranſmutatus tranſibat εἰς τὴν θείαν δύναμιν.* Ridiculè autem diceret, panem à Domino manducatum ac in corpus ejus converſum & cum eo identificatum, in alimentum divinum tranſire. Nam poſtquàm panis comeſtus eſt ac caloris naturalis vi in corpus converſus, non ampliùs tranſit in alimentum; jam enim antè tranſivit: ſed ſenſus eſt, panem à Domino comeſtum ac in ejus corpus mutatum & cum ipſo identificatum, divinæ virtutis & efficaciæ communionem percipere. Nihil ergò habet Perronius undè confirmare queat, δύναμιν præciſè accipi pro *alimento*: ac de conſequenti ſupereſt ut dicamus Theophylactum eam de *efficaciâ* & *virtute* intelligere, ſicque in pane & vino mutationem ſtatuere, non in ſubſtantiam corporis & ſanguinis Chriſti, ſed in eorum qualitatem & virtutem. Poſterius Adverſarij effugium eſt: *phraſes Græcas explicandas eſſe per proprietates linguæ Græcæ, qua utitur verbô* μεταποιεῖσθαι, tranſelementare, *ad deſignandam unius ſubſtantiæ in alium mutationem, quæ prima & ſimpliciores mutationes ſubſtantiales ea ſunt quæ fiunt ex uno elemento in aliud, velut aëris in aquam,*

Theophylactus.

[a] *Vid. lib. 2. in Cyrilli exam. cap. 3.*

[b] *Ibid.*

[i] *In Athen. lib. 2. c. 15.*

[k] *Ad ſua e per. Clemens. Alex.*

Theophylactus.

aquam, aut aquam in aërem, &c. Sed mirandum est hominem Græcæ linguæ penè ignarũ, ut ex ipsius scriptis apparet, de ejusce linguæ proprietate tàm audacter decidere. Si enim Græca lingua verbo μεταστοιχειῶν utitur ad designandam unius substantiæ in aliam mutationem, cur ne unum quidem ex Græcis protulit qui illud in eâ significatione usurparit? Ipse certe Theophylactus illud passim de mutatione accidentali usurpat: ut quando Dominum inducit ita loquentem, c *qui manducat me, vivet propter me quodammodò commixtus & transelementatus*; & quando d ait, corpus per resurrectionem μεταστοιχειῶσθαι *transelementari in gloriam*. Ac dubito, utrum unquàm aliter illo utatur: unde, donec Adversarij ipsius locum aliquem verbum id pro substantiali mutatione usurpantem nobis proferant, concludemus eum illud de accidentali tantummodo intelligere.

c *In Ioan. 6.* ὁ τρώγων μου τὴν σάρκα καὶ πίνων μου τὸ αἷμά μου, ἀναμεμιγμένος μοι καὶ μεταστοιχειούμενος.

d *In Luc. 24. & in 1. ad Cor. 15. hic.*

His autem sic expositis, difficile nobis non erit duras, ejus expressiones suprà memoratas ad commodum sensum temperare ac redigere. Quando enim ait, panem qui sanctificatur in altari *non esse antitypum corporis Domini, sed ipsum corpus*, sensus ejus haud videtur esse, illum nullomodo esse antitypum ac figuram corporis Dominici; (sic enim illi deesset ratio sacramenti quæ in figuratione consistit) verùm potius, illum non esse antitypum simplicem, ut pote quoque transelementatum in corporis Christi virtutem & efficaciam. Quando ait, *panis nobis apparet, sed* τῷ ὄντι *caro est*; eodem sensu id videtur dicere quo Beda de homine regenerato dicit, e *ut qui per gratiam Dei renovatur, invisibiliter fit spiritualis Dei filius, cùm visibiliter omnibus caro & filius hominis appareat*, ut jam suprà notabamus ad similia Remigij Altissiodorensis verba. Quemadmodum enim mens Bedæ non est, hominem regeneratum apparere quidem carnem, carnem tamen minime esse hominisque filium; sed tantùm, non esse simpliciter carnem & hominis filium, verùm simul esse spiritualem & mysticum Dei filium: ita & Theophylacti sententia minime est, panem post consecrationem apparere quidem panem, panem nihilominùs haud esse, sed substantiam ipsam Christi corporis. Verùm tantummodo, panem, communem scilicet & simplicem apparere, vere tamen esse (quoad virtutis nimirum & efficaciæ similitudinem) carnem Domini. Nec vis ulla facienda est in verbis, τῷ ὄντι, quasi significarent *essentialiter*, ut illa Perronius vertit & accipit. Nam, ut demus ea interdum sic sumi, id contingit ex ratione materiæ subjectæ, non autem ex vi verborùm, quæ passim adhiberi etiam in illis quæ figuratè tantummodò sunt & per quamdam virtutis similitudinem quæ esse dicuntur alibi plurimis

e *Hom. 4. in div. de SS. in festo invent. sanct. crucis.*

f Veterum testimonijs evicimus, hîc ad vitandam repetitionis fastidium non recensendis. Sufficiet impræsentiarum Theophylactum ipsum adducere illa sic vsurpantem: *Crux, &* inquit, ὄντως *sublimitas & gloria Christi facta est.* Et rursum de Pharizæis; b ὄντως *cæci estis*. Et de Sanctis scripturis: τῷ ὄντι *ostium sunt, si quidem per eas ad Deum adducimur.* Vbi nemo non videt ὄντως & τῷ ὄντι figurate & per similitudinem vsurpari, non autem essenialiter & propriè. Quandò ait, *Christi corpus* πνεῦμα *esse quod est in vase aureô, & sanguinem quod est in calice*, eodem sensu id ait quô alibi pariter dicit, i *vinum Dei filium hominem factum esse* πνεῦμα *manna.* Neque enim intelligit Dominum esse propriè & substantialiter manna: sed illum ita nominat quod virtute spirituali sit veluti quoddam manna mirabile, *verbumque & auditio obstupescere faciens: manna enim interpretatur, quid hoc?* Similiter mens ipsius est, id quod in vase est corpus & sanguinem Christi esse virtute & efficaciâ, non autem in signô simpliciter. Denique quando comparat mutationẽ panis & vini per consecrationem in corpus & sanguinem Christi cum mutatione panis communis & ordinarij quem Dominus manducabat, in corpus ipsius; id non de omnimodâ similitudine est accipiendum (alioquin Adversarij ipsi fateri cogentur ex vi comparationis, contra hypothesin suam, materiam panis & vini in hac transmutatione remanere, quemadmodum contingit in manducatione illâ panis communis & ordinarij) sed tantum in genere de mutatione in corpus, videlicet, quoad virtutem, non autem quoad substantiam, ut suprà dicebamus. Sic Theophylacti duriores locutiones & valde incautas benigne interpretari æquius judicavimus, quam eum cum antiquitate & cum seipsô committere.

f *Lib. 2. in Basil. c. 2.*

g *In Ioan. c. 3.*

h *In Ioan. c. 10.*

i *In Ioan. c. 6.*

Paulò post Theophylactum eodem sæculo vixit & scripsit ignotus Author Chronici Malleacensis, nondum editus, qui ad annum millesimum octuagesimum tertium notat hæc sequentia: a *In Gormoriacensi monasterio vidimus quemdam Monachum nomine Lucerium mira abstinentia qui per decem annos nec vinum bibit, nec aquam nisi in sacrificio.* Quibus plane verbis, nisi eum desipere velimus, apertè docet, id quod in Eucharistiæ communione bibitur verum vinum esse, sicut & veram aquam: Neque enim alius potest esse verborum ipsius sensus.

Author Chronici Malleacensis.

a *In bibliot. Patrum.*

Ad finem vndecimi hujus seculi vixit Herigerus, Lobiensis Abbas, *litterali scientiâ clarus*, de quô hæc inter alia refert Sigebertus: b *Congessit etiam contrâ Ratbertum multa Catholicorum Patrum scripta de corpore & sanguine Domini.* Quæ, si vera sunt, necessario dicendum est illum ejusdem cum Ratrannô & Berengario sententiæ fuisse. Scio, Myræum ad hæc

b *De script. Eccles. cap. 117.*

Digitized by Google

Author Chronici Malleacenſis.

ad hæc Sigeberti verba notare: *videtur hîc legendum contra Bertramum. Aut certe memoriâ hîc lapſus eſt Sigebertus.* Verum cùm hæc gratis dicat, nec ſuſpicionis ſuæ rationem ullam reddat, ſicque conſtanter habeant Sigeberti exemplaria, non eſt cur illi credamus donec certi quid proferat pro opinatione ſua.

Giſlebertus.

Sed & hîc obſervandæ ſunt novæ de mutatione ſubſtantiali panis & vini in corpus & ſanguinem Domini ſententiæ, inſignia nova duo παρεπόμενα & conſectaria ante id tempus inaudita. Prius eſt, commentum de communione ſub utraque ſpecie (ut loquuntur) laicis non neceſſariâ. Nam ad hæc uſque tempora quibus Nicolaus ſecundus & Gregorius ſeptimus ſtatuerunt eſſe credendum Euchariſtiam eſſe ipſummet corpus & ſanguinem Domini contra antiquitatis fidem, conſtantiſſima fuerat totius Eccleſiæ doctrina, Communionem ſub utraque ſpecie ex Domini mandatô & Apoſtolorum praxi, non ſacerdotibus modo, ſed etiam plebi eſſe neceſſariam, grandeque ſacrilegium eſſe (ut Gelaſius notaverat) myſterium hoc diuidere. Sed poſtquam credi cœptum eſt Euchariſtiam ſubſtantialiter non eſſe panem & vinum, ſed ipſummet Chriſtum tunc quoque illico reperti ſunt qui docerent vnicam ſpeciem multitudini ſufficere. Neminem autem reperio id dixiſſe ante Giſlebertum undecimi hujus ſeculi exeuntis ſcriptorem. Is, ut monent [c] Henricus Gandavenſis & Aubertus Myræus fuit *Monachus Anglus in cœnobiô Weſtmonaſterienſi juxta Londinum &c. qui luſtratis Gallia & Germania Academijs, cum in patriam per Germaniam cogitaret, Moguntiæ in quemdam Iudeum incidit. Contra hunc doctiſſimam habuit diſputationem quam in formam dialogi redegit, & S. Anſelmo dicavit, hoc titulô, de fide Eccleſiæ contrà Iudæos.* Ea autem eſt tractatus ille qui præcedente ſeculô ſine Authoris nomine ſub titulô, *Altercationis Eccleſiæ & Synagogæ*, Coloniæ edita eſt à Melchiore Nouefianô, in quâ poſtquàm Author dixiſſet: [d] *credimus quod ante conſecrationem panis & vinum eſt, poſt conſecrationem corpus Chriſti verum, ſanguis Chriſti verus eſt, non tantum verum ſacramentaliter, ſed etiam eſſentialiter*; ſubjungit: *duplici autem ſpeciè ſacramentum accipimus propter remedium corporis & animæ, & cum idem in utraque ſumatur ſpecie, ſufficit vnam tantam ſpeciem exhiberi multitudini. Et nè forte periculum ſiat calicis ſolam ſpeciem panis dari non eſt incongruum.* Poſterius eſt, alteratio facta in pane ad conſecrationem oblatô quem cum olim magnus eſſet, ad modum *denarij* tum formari ſtatutum eſt. A quô, vix certò dici poteſt: ſed conſtat neminem hujuſce mutationis mentionem feciſſe ante Expoſitorem quemdam ordinis Romani quem Caſſander putat Bernoldum Conſtantienſem. & Honorium Auguſtodunenſem ſeculi ſequentis ſcriptores. Et id quidem ille narrat non ſine indignatione tanquam male factum: *ſi nihil*, inquit, *omninò deberi poſſet intra vel extra templum Domini abſque menſurâ & ratione, videntur oblatarum minutiæ ad Chriſtum & Eccleſiam nihil pertinere, quia ſunt abſque menſurâ & ratione.* Ad quæ verba notat Caſſander: *plura ab eodem Authore, alioqui prudenti, piô, & Eccleſiaſticarum traditionum ſtudioſiſſimô in eam ſententiam dicuntur, qui indigniſſimè tuliſſe videtur ætate ſuâ in quibuſdam eccleſijs oblatas panis quæ priſcâ eccleſiæ conſuetudine ad vſum ſacrificij ad menſam domini à populô fideli offerebantur, ad imaginem nummorum, & ad tenuiſſimam quamdam & leviſſimam formam à vera panis ſpecie alienam fuiſſe redactas. Quare per contemptum minutias nummulariarum oblatarum appellat, imaginariam & vmbratilem levitatem illis tribuit, & indignas eſſe panis vocabulô pro ſuâ tenuitate ac propter eas officium atque religionem Eccleſiaſtici officij multum per omnem modum confundi aſſerit, pluribuſque & acerbioribus dictis eas inſectatur, quæ omnia ut aſcribam, expedire huc loco non putavi.* Honorius autem Auguſtodunenſis exiſtimat quidem id contigiſſe, quiâ populô tum infrequentius & rarius communicante [f] *non erat neceſſe panem tam magnum fieri*: ſed probabilius mihi eſt id factum, ne putaretur vere panis eſſe qui in maſſâ panis grandiori conſpiceretur. Sic abuſus abuſum peperit ad finem hujus ſeculi.

Duodecimum ſæculum quoque magnas exhibet de hac materiâ contentiones, ſequentibus etiam ad nos uſque continuatas. Nam ad ipſius initium, ut refert Thuanus in epiſtolâ nuncupatoriâ hiſtoriæ ſuæ præfixâ, non obſtante Conciliorum Romanorum conſtitutione, nonnulli Berengarij Turonenſis Diſcipuli antiquitatis fidem ab ipſo propugnatam defenderunt & prædicarunt: *cum*, [g] inquit, *quidam ex Berengarij Archidiaconi ſectatoribus illius doctrinam in Eburonibus, Atvaticis, & alijs Belgij populis diſſeminarent, Bruno Trevirenſis Archiepiſcopus eos diœceſi ſuâ expellere ſatis habuit, cæterum cruore abſtinuit.*

Nec alij defuerunt, ſeu in occidente, ſeu in oriente, doctrinam de converſione ſubſtantiali panis & vini æque ac illi reijcientes. Nam in occidente Rupertus Abbas Tuitienſis illam videns quam-plurimis incommodis obnoxiam, ipſius loco impanationem elegit à Damaſceno & alijs ſupra memoratis paulo obſcurius aſſertam, & apertiſſimè defendit. Nam commentatio in Joannem ad hujus ſeculi initium conſcriptô, ait: [h] *ſicut verbum quod eſt panis Angelorum caro factum eſt, non mutatum in carnem, ſed aſſumendo carnem; ſic idipſum Verbum jamdudum caro factum panis viſibilis ſit, non mutatum in panem, ſed aſſumendo & in vnitatem perſonæ ſuæ transferendo panem.* Et in libris de officijs annô hujus ſeculi [i] undecimô ſcriptis: [k] *quoniam prope eſt in ore tuô verbum*

Author Chronici Malleacenſis.

[e] *In liturg. Caſſiandr. c. 27.*

[f] *Rupertus anim. l. 1. c. 66. vide & alium rationem ibidem cap. 35.*

Duodecimum ſeculum.

[g] *Thuanus lib. 1 initio ad annum 1060. Sed legendum 1100. Bruno enim non factus eſt Trevirenſis Epiſc. niſi poſt ann. 1100.*

Rupertus Tuitienſ.

[h] *Lib. 6. in Ioan.*

[i] *Vid. lib. 2. cap. 4.*

[k] *Lib. 2. cap. 2.*

Dei,

Zonaras. Euthymius.

Dei, *verbum crucis, Christus Dominus, ſi hujus verbi flumen ſuper panem & vinum effuderis, & ordine qui ab ipſo ſtatutus eſt veritatem hujus verbi protuleris, ſtatim de ſanctô altari panem ipſum & vinum in corpus & ſanguinem ſuum transferendo ſuſcipit eadem potentiâ vel gratiâ, quâ noſtram de Mariâ Virgine carnem ſuſcipere potuit quomodo voluit. Nec duo dicuntur aut ſunt hoc quod de altari, & illud quod acceptum eſt de utero virginis: quia videlicet vnum idemque verbum, vnus idemque Deus ſurſum eſt in carne, hic in pane.* Et rurſùs: [1] *Cum diceret idem magnus Pontifex panem & vinum tenens,* hoc eſt corpus meum, hic eſt ſanguis meus, *vox erat verbi incarnati, vox æterni principij, verbum antiqui Conſilij. Verbum quod humanam acceperat naturam, id eſt, in carne manens panis & vini accipiebat ſubſtantiam. Vita media, panem cum ſuâ carne, cum ſuo jungebat ſanguine. Quemadmodum in corporeis ſenſibus mentis & corpulento aëri media lingua intervenit, & utrumque conjungens unum ſermonem efficit, quo in aures dimiſſo, id quod audibile eſt citò abſumitur & tranſit, ſenſus autem ſermonis, & in dicente, & in eo qui audit, integer permanet & inconſumptus: ſic Verbum Patris carni & ſanguini quem de utero Virginis aſſumpſerat, & pani & vino quod de altari aſſumpſit medium interveniens, unum ſacrificium efficit, quod cùm in ora fidelium ſacerdos diſtribuit, panis & vinum abſumitur & tranſit, partus autem Virginis cum unito ſibi verbo Patris & in Cœlo & in hominibus integer permanet & inconſumptus. Sed in illum in quo fides non eſt, præter viſibiles ſpecies panis & vini nihil de ſacrificio pervenit,* &c. Et ſic varijs alijs in locis quæ adduceremus niſi [a] Bellarminûs & plerique omnes ex Adverſarijs faterentur illum à tranſſubſtantiatione & reali corporis Domini præſentiâ fuiſſe alienum. Nec illum tùm temporis à quoquam video propterea erroris accuſatum, præterquàm ab [b] Anſelmô Cantuarienſi. Sed & viciſſim video Honoriun Auguſtodunenſem eum mirum in modum laudantem: *à Spiritu Sancto,* [c] inquit, *per viſionem illuminatus totam penè ſcripturam egregio ſtylo explicuit.* Quin & Joannes Pariſienſis refert [d] *hanc viam impanationis ad tantum placuiſſe Doctori Guilloni ordinis Carmelitarum tunc quidem lectori ſacri palatij, ut ſi foret Papa ipſam decerneret eligendam.* Non me latet libros illos *de officijs* à [e] Waldenſi tribui Valeranno Memburgenſi: verùm Ruperti Tuitienſis potiùs eſſe, ſatis liquet ex Epiſtolâ dedicatoriâ ad Cunonem Epiſcopum Ratiſponenſem, in quâ mentionem facit aliorum ſuorum operum. Ad eam autem in illis opinionem devolutus eſt, eò quod deprehenderet mutationem ſubſtantialem panis & vini in corpus & ſanguinem Chriſti innumeris abſurditatibus ſcatere, ideoquè à Damaſceno, Remigio & alijs panis & vini aſſumptionem antè ipſum ſtatuentibus judicaret ſibi non eſſe

1 *Ibid. cap. 9.*

a *De ſcript. Eccleſ. & de Euch. l. 3. c. 11. & 15.*

b *In cap. libri de corpore & ſang. Dom. apud Waldenſ. tom. 2. c. 47.*

c *De ſcripter. Eccleſiaſt.*

d *Apud Waldenſ. cap. 64.*

e *cap. 47. & 65.*

dilcedendum. Sed multò rectiùs vetuſtiorum doctrinam à Berengario propoſitam ſecutus fuiſſet.

In Oriente verò, eodemque prorſus tempore ſcribens Zonaras eamdem de permanentiâ panis tuetur ſententiam. Nam in ipſius Epiſtolis Conſtantinopoli à Georgio Douſâ allatis hæc reperiuntur: [f] *Scimus quidem, ô dilecte, quod nonnulli proprio ſuo ſenſu abrepti etiam de naturâ immaculatorum Chriſti myſteriorum non parùm dubitant, interdum quidem incorruptibilem vocantes, quippè quæ æternam vitam præbeat, interdum verò corruptibilem eſſe affirmant, ſiquidem dentibus noſtris abſumitur & comeditur. Quo circà etiam multa quidem ex ſuo ſenſu dicere conantur, ad inconſideratè verò ludendum, uti videtur, in non ludicris, & ridendum in minime ridiculis non tutò provecti. At tu, nè inſtar illorum dilecte, divina myſteria curioſè inquiras: nè, vt tibi ipſi confiſus, ſepta tranſilias, an corruptione ſuperior Sancta Chriſti perceptio ſit, annon etiam temporaria eadem ſit, anxiè nimis inquirens. Hæc enim talia ſilentio potiùs quàm expoſitione ſunt digna. Caterùm, nè tantoperè ſenſus tuus dubitet, alteri quidem eorum vt pio adhæreſcens, alterum vt impium rejiciens. Comperies enim in communione hac vtrumque, ſi modò Catholicè vim dicti inveſtigaveris. Panis itaque propoſitionis ipſa eſt illa Chriſti caro quæ mactata tum & ſepulcro mandata fuit. Quod quidem manifeſtum eſt ex ijs quæ Dominus ipſe Apoſtolis dixit, cùm novi teſtamenti myſteria inſtitueret. Hæc enim ipſis Communicans, dixit,* Accipite, comedite, hoc eſt corpus meum pro vobis fractum in remiſſionem peccatorum; *Animadverte igitur. Si non corruptibilis extitit Chriſti caro, non utique ſubjecta fuit corruptioni mortis. Quod enim incorruptibile eſt omni cor-*

Zonaras. Euthymius.

f *Tom. 6. Cyrill. Alexandr. in notis Vulcanij ad libr. adverſ. Anthropomorph. ex Zonar. Epiſt. 32.* οἱ δὲ μηδὲν τοῦ ἰδίου σφετερισάμενοι λογισμοῦ ἔνια, ἃ μὲν ἐκ φύσεως ἔχειν τὸν ἄχραντον τοῦ Χριστοῦ σῶμα ἐπιχειροῦσιν ἀφθαρσίαν καὶ ἀπάθειαν, ἃ δὲ ἐκ τῆς ἐν τῷ τάφῳ κατακλίσεως φθορᾶς καὶ διαλύσεως ἐπιζητοῦσιν ἐκβιάζεσθαι, ἀσυμφώνως ἔχειν ἑαυτοῖς εἰς τοσοῦτον ἐοίκασιν ὑπὸ ἀπαλείας καὶ ἀσθενείας τοῦ λογισμοῦ ἐκπεσεῖν, ὡς ἀπὸ μὲν τοῦ ἀκηράτου καὶ ἀθανάτου καὶ ἁγίου τοῦ Χριστοῦ μιαίνεσθαι, ἀπὸ δὲ τοῦ σαπροῦ καὶ φθαρτοῦ καθαίρεσθαι. καὶ γὰρ ὅπερ σαπτὸν μᾶλλον ἢ ἐξαίσιον ὑπάρχειν ἄξιον. πλὴν μὴ ἐπὶ θεῖον ἀναφερέσθω σῶμα ἡ λογικὴ, τῷ μὲν ἀνθρώπῳ ἐοικυῖα ἐνεργεῖν δοκοῦσα φθοροποιῷ. τὸ γὰρ πάλιν, ὡς ἀνθρώπου, μὴ σαθρὸν λεγέσθω. ἐμφύτως γὰρ ἐπὶ τῆς χριστοτόκου ταύτης ἀμφότερα, ὅσα κατὰλληλα ἐξαίρεσις καὶ λόγος τίθησι δύναμιν. ὁ μὲν ἐν ἄρτῳ καὶ οἴνῳ τοῦτο, ἅπερ ἐκεῖνα ἐν τῷ Χριστῷ εἶχε ὑφαιρεθῆναι τότε καὶ τῷ τάφῳ δοθῆναι. τῇ δὲλλοι τῇ ἐν αὐτοῖς ἔλαχε θεῖα διακόσμησις ὁ νόμος, ἰσίαν τε καὶ τὴν ἀληθινὴν ὑπόστασιν κυρίως. τάχιστα γὰρ μεταδιδοὺς οἷς ἔλαχε, λάβετε, φάγετε, τοῦτό ἐστι τὸ σῶμα μου τὸ ὑπὲρ ὑμῶν κλώμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. ἀσύγχυτον δὲ, εἰ μὴ φθορᾷ ἐνέγκοιτο ἡ ἐν νεκρῷ σαρξ, οὐκ ἂν ὑπέπεσε τῇ ἐν ἅιδαις φθορᾷ. τὸ γὰρ ἄφθαρτον, πάσης αἰωνίως ὑπερέχον φθορᾶς ὄντως μὴ ἂν ἡ ὁ τῆς θείας ἄρτου φθορᾷ ὑποπέσοι, ὅτι σαρξ ἦν ἀληθῶς ἡ χριστοῦ ἡ τίμιον ὅτι οὐδεὶς ἡμῶν ἠ ἀλήθεται. εἰ γὰρ ἄφθαρτόν ἐστι, οὐκ ἂν ἰδίοις βρώμασι δεῖν ἐδόκει ἡμᾶς, ἵνα μὴ ὅλως παρ' ἡμῶν ἀπορρίπτηται. πλὴν μὴ ἀπιστοῦμεν, μηδὲ βαρὺ δοξῃ σοι ἡ φορᾶς τὸ λεχθέν. εἰ γὰρ ἡ φθορὰ ἐκείνως ἐπὶ τῇ θείᾳ τύπτει πρὸς φύσεως μέλλησιν, ἀλλὰ καὶ πάντῃ ἀφθαρσία ἐφίκτου ἦν ἄν, οὐκ ἐπίλογος γοῦν ἐστι. ἡ γὰρ ἐν νεκρῷ σαρξ, εἰ μὴ διαστάσει ἐδείκνυτο, εἰ μὴ τῷ τάφῳ δοθεῖσα ἐφθάρη, ἀλλ' ὄχι μὴ ἀληφθορίᾳ ὑπῆρχε, καὶ σύνταξις ἀσφαλὴς. διὸ δίδωσι τὸ ὅσον ἐκ ἰδίου ἀληφθορίᾳ. τῇ γὰρ θείᾳ φυλαχθῆναι, πανταχόθεν ἐκ ἄφθαρτον. ὅτι καὶ ἡ τῆς θείας ἄρτου μὴ τὸ διαπεπλάσθαι δεῖ ἰδίοις μὴ τῇ εἰσοφέρῃ τάφῳ ἀποδοθῆναι, ἀσύγχυτον ἀπέχειν καὶ τὴν ἀληθορίαν, τῇ τῆς ψυχῆς ἑνὶ κεχωρίσθαι.

ruptione

Zonaras. Euthymius.

ruptione ſuperius exiſtit. Eumdem itaque ad modum panis propoſitionis corruptioni eſt obnoxius, utpote caro exiſtens vere Chriſti; & ſecatur dentibus noſtris & molitur. Si enim incorruptibilis eſſet, non admitteret ſectionem qualemcumque, neque omninò a nobis comederetur. Caterum, ne contriſteris, neque grave tibi atque oneroſum hoc dictum videatur. Tametſi enim corruptionem audiviſti in divinâ hac & tremendâ communione, tamen etiam hanc incorruptio poſteà eſt ſubſecuta. Caro enim Domini, quamvis morti etiam ſuccubuerit & ſepulcro mandata fuerit, non tamen corruptionem ſubſtinuit, juxta Prophetam dicentem, nón dabis ſanctum tuum videre corruptionem. *Divinitate enim cuſtodita in univerſum fuit incorrupta. Ita etiam panis propoſitionis poſteaquam abſumptus eſt dentibus, & in ſtomachum veluti ſepulcrum delatus, ad incorruptionem revertitur, ſecundum Ioannem Damaſcenum, animæ eſſentiæ aſcriptus*, &c. Ubi, quamvis panem propoſitum juxta Domini ipſius aſſeverationem dicat illam ipſam carnem eſſe quæ pro nobis mactata eſt, mentem tamen ipſius eſſe tum verè panem manere nec propriè & ſubſtantialiter Dominicam carnem eſſe, dupliciter palàm oſtendit. Primo enim ait, *panis propoſitionis corruptioni eſt obnoxius, utpote caro exiſtens vere Chriſti, & ſecatur dentibus noſtris & molitur.* Panis autem ille, nec de ſolis panis accidentibus intelligi poteſt, cum ea caro Chriſti verè non ſint, ut Adverſarij ipſi fatentur, nec de propriâ Domini carne cùm ea jam incorruptibilis omninò ſit & indiviſibilis, Ergò de verò ac propriè dictò pane eſt intelligendus, qui certò quodam modò Chriſti caro ſit ex ipſius ſententiâ. Secundò, panis illius (caro Chriſti exiſtentis) aliter atque aliter ſpectati corruptionem & incorruptionem oſtendit exemplò propriæ carnis Dominicæ diverſò quoque modò conſideratæ, pariterque corruptibilis & incorruptibilis. Illum ergò ab hac carne diſparat & diſcriminat: alioquin enim idem per idem probaret ridiculè & abſurdè. Quomodò ergò, inquies, illum intelligit verè eſſe Chriſti carnem? Eadem certè ratione quâ Damaſcenus quem citat, quià videlicet à divinitate aſſumatur, eaque mediante carni Dominicæ conſocietur: quemadmodum & Rupertum mox audivimus explicantem.

Eadem quoque eſt Euthymij ſententia, eâ etiam tempeſtate, nempè, ſub Alexiô Comnenô ſcribentis. Nam licet dicat, ut quidem illum habemus ex Hentenij verſione:

g In Matth. 26.

g Dominus non ait, *hæc ſunt ſigna corporis mei & ſanguinis, ſed hæc ſunt corpus meum & ſanguis meus*; Et rurſus, *quemadmodum Dominus ſupernaturaliter aſſumptam carnem Deificavit* (ſi ita loqui liceat) *ita & hac ineffabiliter tranſmutat in ipſum vivificum corpus ſuum*: quæ verba b Bellarminus vrget; mentem tamen ipſius haud eſſe, panem & vinum non eſſe *ſigna* corporis & ſanguinis Dominici, (eâ enim ratione ſacramenta non forent,) ſed tantummodo, non eſſe *ſimplicia ſigna* corporis & ſanguinis ejus, verum ſigna in eorum virtutem per mediantis divinitatis aſſumptionem tranſlata, & eis hoc pactô quadamtenus identificata, tria ſatis aperte indicant. Primum eſt, id quod inter utrumque locum objectum interponit: *oportet ergò non ad naturam eorum quæ proponuntur adſpicere, ſed ad virtutem eorum.* Hiſce enim verbis ſupponit naturam quidem eorum quæ propoſita ſunt remanere, ſed tamen ad eam non eſſe attendendum, ſed ad virtutem in quam tranſelementata ſunt, ut ſuprà loquebatur Theophylactus. Secundum eſt, comparatio quam inſtituit inter *deificationem* carnis Chriſti per aſſumptionem ejus à Verbô, & tranſmutationem panis & vini in corpus & ſanguinem Chriſti per conſecrationem. Nam *Deificatio* carnis illius non eſt ſubſtantialis ipſius mutatio, ſed ipſius *in virtutem divinitatis*, ut loquitur c Nyſſenus, *elevatio*: Ita & tranſmutatio panis & vini, non eſt ſubſtantialis eorum converſio, ſed in virtutem corporis & ſanguinis tranſlatio. Tertium eſt, quoniam videlicet in b panoplia teſtatur ſe Damaſceni ſententiam de Euchariſtiâ ſequi, locum ejus valdè prolixum ex quartô de fide Orthodoxâ librô eâ de cauſâ referens. Damaſcenum verò, panis potiùs à divinitate aſſumptionem, quàm mutationem ipſius ſubſtantialem ponere, ſuprà locô ſuô à nobis eſt demonſtratum. Verùm ab oriente redeamus ad occidentem.

Honorius Auguſtod Francus. Abbas Petrus de Bruis.

a *Contr. Eunom. l. 5.*

b *Part. 2. tit. 22.*

Ad annum hujus ſeculi vigeſimum vixit Honorius d *Auguſtodunenſis eccleſiæ Presbyter & Scholaſticus*, quem deprehendo tanquàm Rabani & Berengarij ſectatorem Witclepho à Thomâ Waldenſi fuiſſe objectum. Sic enim Waldenſis: e *Author de officijs, Fautor item hæreſis Berengarianæ Witcleffiſticæ, qui incipit*, Agmen in caſtris, *ubi agit de communione in miſſa*; fertur, *inquit*, quod olìm ſacerdotes de ſingulis domibus vel familijs farinam accipiebant, quod adhuc Græci ſervant, & indè Dominicum panem faciebant quem f populo offerebant, & hunc conſecratum eis diſtribuebant, *&c. Tantò autem utilius putat ſibi fore mater eccleſia teſtimonium hujus ſcriptoris, quantò ab Adverſario ſuo ſub pennâ emerſit. Iubet enim Paulus* teſtimonium bonum accipere ab his qui foris ſunt. *Et ipſe enim de ſectâ Panitarum Rabani verſum ponit infra, ubi agit de partibus miſſæ*, ſacramentum, *inquiens*, ore percipitur & in alimentum corporis redigitur. Authorem autem hunc ab eô non nominatum Honorium Auguſtodunenſem eſſe, patet, tùm ex eô quod notat tractatum ejus inchoari per hæc verba, *agmen in caſtris*; quod initium eſſe libri hujus Authoris *de divinis officijs* jam dudum notavit Trithemius,

d *Vid. Honor. de imagin. mundi lib. 2. c. 93.*

d *Honor. de ſcriptor. Eccleſ.*

e *Tom. 2. c. 90.*

f *Legend prò populo. Sic enim apud Honor. in gemma animæ ſivè de divin. off. l. 2. c. 66.*

h *De Euch. lib. 2. c. 57.*

Honorius Augustod Francus Abbas. Petrus de Bruis.

Trithemius, & tractatus ipse indicat; tùm ex locis citatis quæ *g* inibi reperiuntur. Posterior autem ille locus plenior habetur apud Honorium ex Rabano innominato, in hunc modum: *sacramentum namque quod ore percipitur, in alimentum corporis redigitur, virtus autem sacramenti quâ interior homo satiatur, per hanc vita æterna adipiscitur.* Apud Rabanum autem sic exstat: h *Sacramentum ore percipitur, virtute sacramenti interior homo satiatur. Sacramentum in alimentum corporis redigitur, virtute autem sacramenti æterna vita adipiscitur.* Sed & alia loca sunt apud Honorium Waldensis de ipso judicium confirmantia: *oblata*, i inquit, *frangitur, quia panis Angelorum nobis in cruce frangitur.* Et rursùs: k *Episcopus in tres partes oblatam dividit:* l *oblata non integra sumitur, sed in tria dividitur.* Et iterum: m *quando panis in vinum mittitur, animatis Domini ad corpus redire demonstrat.* Quid enim intelligere potest per oblatam illam quæ in tres partes frangitur, præter veri nominis panem, ut illum postremò locò expressè interpretatur? Nam proprium Domini corpus non frangitur ad designandum quod in cruce fractum fuerit, nec etiam frangi jam potest. Nec rursùs oblata illa de panis accidentibus intelligi potest, cùm eam ibidem Honorius *Dominicum corpus* appellet. *Subdiaconus*, n inquit, *corpus Domini accipit à Diaconô, & fert Presbyteris frangendum populo.* Frustrà autem objiceretur illum nihilominùs dicere: o *panis in carnem convertitur*, &c. *vinum in sanguinem transit*: Et, p *sicut ex verbis Domini ex nihilo factus est mundus, ita per verba Domini hæc species rerum mutatur verè in Domini corpus*: denique, q *mysterium vocatur ubi aliud videtur, aliud intelligitur, species panis & vini cernitur, corpus Christi & sanguis creditur.* Mutationem enim illam ac transitionem, non de substantiali intelligit, sed de sacramentali, quemadmodum sè explicat, inquiens: r *Melchisedek sacrificium Christi pane & vino expressit, qua Christus in sacramentum corporis & sanguinis sui transtulit.* Nec mens ipsius est speciem illam panis & vini quæ cernitur, Christi corpus & sanguinem propriè esse; sed tantummodo, illam corpus ejus & sanguinem in memoriâ & signô ac virtute vere esse. Sic enim ipsemet innuit inquiens: s *Missam in primis Dominus Ipsus sacerdos secundum ordinem Melchisedek, instituit, quando ex pane & vinô corpus & sanguinem suum fecit, & memoriam sui fieri celebrare præcepit.* Et sane absurdissime diceretur, Christum seipsum propriè effeciisse, cum nihil possit esse sui causa efficiens. Et rursùs postquàm observasset oblatam in tres partes dividi: *pars*, t inquit, *in calicem missa, est corpus Domini jam sumptum in gloriâ, pars illa à sacerdote illô Apostolo* (Papa) *comesta, est corpus Christi, id est, ecclesia adhuc laborans in terrâ, pars in altari relicta, est corpus Domini in sepulcris quiescens, id est, ecclesia in Christo mortua per unionem corporis Christi resurrectura.* Prima enim illa pars (si tamen pars corporis Christi fumi dici potest, quod negat ipsemet Honorius, dicens: u *agnus ab omni populo totus, & à singulis totus sumitur*) non magis est propriè corpus Christi jam sumptum in gloriâ, quam secunda est ecclesia. Secunda autem illa pars, ecclesia proprie non est, sed tantum in signo. Prima ergo similiter. Nec hæc rursum potest intelligi de proprio & glorioso Domini corpore: alioqui dicendum foret, (si per partem illam primam gloriosum Domini intelligeretur corpus, juxta hypothesin Adversariorum) idem gloriosum in Eucharistiâ corpus seipsum in gloria constitutum repræsentare, ac idem sub eadem ratione sui signum & imaginem esse, quod x Perronius fatetur *absurdum esse & impossibile.* Denique in loco quem ex Rabano deprompsit ubi sacramentum distinguit, & virtutem sacramenti, aperte satis indicat se cum eodem Rabano intelligere, speciem panis & vini Christi corpus & sanguinem in sacramento, id est, sacro signo, & virtute esse, non autem in substantia.

Paulò post id tempus vixit Francus quidã Abbas, de quo centuriatores Magdeburgici ajunt: y *de cœnâ Domini non recte sentiebat, contendens non ibi verum Christi corpus adesse.* Quisnam autem ille fuerit ignoramus. Neque enim est franco ille Abbas Affligemiensis, cujus opus exstat *de gratiâ Dei*, in a quo aliter sentire videtur. Dolendum est Magdeburgicos tam pauca de ipso dixisse, nec tractatum notasse, verbaque Authoris ipsius recensuisse. Verum, cum illum viderent à fide suâ dissentientem, de ampliori ejus notitiâ sibi curandum non existimarunt.

Eadem quoque tempestate & aliquanto ante vixit Petrus de Bruis, ac idem in Septimaniâ & Vasconiâ docuit. Petrus quidem Cluniacensis ex nescio quâ relatione quæ ad ipsum pervenerat, eum refert sic populis prædicare consueviisse: z *Nolite, ô populi, Episcopis, Presbyteris, seu clero vos seducenti credere, qui sicut in multis, sic & in altaris officio vos decipiunt vbi corpus Christi se conficere, & vobis ad vestrarum animarum salutem se tradere mentiuntur: Mentiuntur planè: corpus enim Christi semel tantum ab ipso Christo in cœnâ ante passionem factum est, & semel, hoc est, tunc tantum discipulis datum est. Exindè, neque confectum ab aliquo, neque alicui datum est.* Verum, posterior hæc pars de corpore Dominico semel ab ipso confecto, semelque dato, &c. purum figmentum est, sicut pleraque alia quæ ad Cluniacensem illum de Petrobrusianis fuerant relata. Exstat enim adhuc illorum liber *de Antichristo*, annô hujus seculi vigesimô populari linguâ conscriptus, & à b Paulo Perrino editus, in quo quæ fuerit ipsorum de Eucharistiâ

g *Prior locus habetur l. 1. c. 66. posterior cap 111.*
h *De instit. Cleri c. l. 1. c. 31. citatur. & ab Honorio ibid. nominatim. c. 85. alter Rabani locus.*
i *Lib. 1. cap. 63.*
k *Ibid.*
l *Ibid. c. 64.*
m *Cap. 85.*
n *Ibid. cap. 63.*
o *Ibid. cap. 34.*
p *Ibid. cap. 105.*
q *Ibid. cap. 106.*
r *Ibid. cap. 106.*
s *Ibid. cap. 86.*
t *Ibid. cap. 64.*
u *Ibid. cap. 111.*
x *In Theodoret. p. 526.*
y *Centur. 12. c. 5.*
z *Tom. 12.*
a *Contr. Petrobrusianos.*
b *Histoir. des Vaudois l. 3.*

Henricus.

c Cap. 1. li fait de luy, ſur li ſacrament, ſpecialment lo ſacrament de la Euchariſtia que el col per Dio & per Ieſu Chriſt ſim el lanſament.

d Ibid. cap. 4 lo maniar del pan ſacramental es maniar lo corps de Chriſt en figura, diſent Chriſt, per quanta via vos fare aizo, faſe lo en la mia recordanza.

triſtiâ fidès apertè enuntiatur. Nam de Antichriſto loquentes, ajunt: c *opera ipſius ſunt ſacramenta, ſpeciatim ſacramentum Euchariſtiæ, quod adorat velut Deum & Chriſtum.* Et de ipſâ Euchariſtiâ: d *Manducatio panis ſacramentalis eſt manducatio corporis Chriſti in figurâ, cum Ieſus Chriſtus dixerit, quotieſcunque id feceritis, facit in meam memoriam mei.* Unde liquet quàm falſa ſit relatio de ipſis facta, quamque fruſtrà & inutiliter contrà ipſos ſic diſputet: *quid certius, quid clarius dici potuit contra eos qui corpus Chriſti & ſanguinem per ſacramentum tunc tantum fieri, tunc tantum data aſtruunt, quàm quod ipſe Chriſtus Diſcipulis ſuis præcepit, dicens,* hoc facite in meam commemorationem, &c? *Quomodo ergo poteſt dici ſemel tantum factum, & ſemel præſentibus datum ſacramentum, cum nullum Apoſtolorum excludens, nullum tempus excipiens, Chriſtus dixerit, hoc facite in meam commemorationem?* Sic enim luctabatur cum umbrâ, cum Petrobruſiani ad id ſimiliter probandum eadem Domini verba adhiberent. Neſcio autem, annon & cum propriâ conſcientiâ. Aliquanto enim ante illos inducit ſic loquentes: *non credo, ait ille; dubito, dicit iſte, quod panis altaris in carnem, vinum convertatur in Chriſti ſanguinem, quia alterius generis ſubſtantiam in alterius ſubſtantiæ genus converti, mihi novum atque inſolitum eſt.* Nam quomodò id objicere potuiſſent, tanquàm novum & *nunquam factum*, ut poſt loquuntur, ſi Dominum ipſum id feciſſe conceſſiſſent? Denique, Adverſariorum hodiernorum nonnulli, a Alanus, b de Valentiâ, c Tannerus, d Yſambertus, vi veritatis adacti fatentur Petrobruſianos ejuſdem fuiſſe cum Berengario ſententiæ. Berengario autem nunquàm in mentem venit ut diceret, aut id quod Dominus manu Diſcipulis dedit, proprium ejus corpus fuiſſe, aut ſacramentum ſemel tunc datum, non amplius eſſe conficiendum & tradendum. Nec igitur id docuerunt Petrobruſiani, illi ὁμόψυχοι. Impoſturam aut paſſus eſt, aut fecit Cluniacenſis in hoc articulô: non tamen in eô ſolô. Nam & ipſos ſic alloquitur: *nec ipſi Chriſto, vel Prophetis, aut Apoſtolis vos ex toto credere fama vulgavit, ipſique majeſtati Veteris & novi teſtamenti quæ jam ab antiquo totum orbem ſubdidit, vos detrahere, ſi tamen verum eſt, indicavit. Sed quia fallaci rumorum monſtro non facile aſſenſum præbere debeo, maximè cum quidam vos totum divinum canonem abjeciſſe affirment, culpare vos de incertis nolo.* Rectè quid é eatenùs, & ex æquitate ac veritate. Nã in tractatu de Antichriſtô ſuprà citatô, teſtantur ſe vetus ac novũ teſtamentum amplecti: *patet,* e inquiunt, *tam ex veteri quàm ex novo teſtamento Chriſtianum ex mãdatô teneri ſe ab Antichriſto ſeparare.* Atque in hunc finẽ varia Eſaiæ, Jeremiæ, Levitici, Numerorum, Deuteronomij, Exodi, Ezechielis, Matthæi, Joannis & Apocalypſeos loca proferunt. Rurſus & eoſdem ex relatione accuſat, quod *negarent parvulos infrà intelligibilem ætatem conſtitutos Chriſti baptiſmate poſſe ſalvari.* Ex falſo tamen rumore, eo veriſimiliter quod dicerent, ut habet liber eorum tam citatus: f *quæ neceſſaria non ſunt in adminiſtratione baptiſmi, ſunt, exorciſmus, exſufflatio, ſignum crucis ſuper infantium pectora & frontes, ſal quod in eorum ore, ſaliva in auribus & naſo*, &c. Accuſat illos quod dicerent, *templorum vel Eccleſiarum fabricam fieri non debere, factas inſuper ſubrui oportere, nec eſſe neceſſaria Chriſtianis loca ſacra ad orandum*; Sed calumnia procul dubio ex eo nata quod cùm illis non liceret eccleſias adire ne idololatriâ & δημοληψίαις ibi ſtabilitâ polluerentur, nec eis fas eſſet per poteſtates ſeculares & Eccleſiaſticas templa ad vſum ſuum conſtruere, ſe ſolabantur in eo quod vbicunque locorum Deum poſſent in *ſpiritu & veritate* colere. Denique eos accuſat quod docerent ſacras cruces confringi debere & ſuccendi, nec eſſe adoratione, veneratione vel aliquâ ſupplicatione dignas: quod ſanè poſterius veriſſimè ab illis dictum fuit, prius vero, ſi non modo dictum, ſed etiam factum, ut ait, factum eodẽ ſanè zelo quo olim g Ezechias ſerpentem contrivit æneum cum videret Iſraelitas incenſum illi adolere. Benigna nihilominus & mitis mater eccleſia innocentiſſimum illũ Doctorẽ Petrum de Bruis, poſtquam *per viginti fere annos* hîc & illic docuiſſet, apud S. Ægidiũ flãmis concremandum tradidit, ac Chriſti & veritatis martyrẽ effecit.

Petro de Bruis in docendi munere ſucceſſit Henricus quidam *cum neſcio quibus aliis*, ait idẽ Cluniacenſis, ac in ditione Ildephonſi comitis S. Ægidij eum non prohibentis obſtante duro prædeceſſoris ſupplicio intrepide docuit. Quod cum reſciviſſet h Eugenius Epiſcopus Romanus, delegit è Cardinalium Collegio Albericum Cardinalem Epiſcopum Oſtienſem, qui aſſumptis Ganfrido Carnotenſi Epiſcopo, Bernardo Claræ-vallenſi, & alijs nonnullis, Toloſam ad has ſpinas extirpandas pergeret. Præmiſit autem Bernardus ad eumdem Comitem Ildephonſum i Epiſtolam in quâ mirum in modum debacchatur non modo contra Henrici doctrinam, ſed & contrà mores, eum luxuriæ & variorum ejuſmodi flagitiorum carnalium inſimulans. At utique *ex fallaci rumorum monſtro*, ut ſupra loquebatur Petrus Cluniacenſis. Sic enim incipit Bernardi Epiſtola: *quanta audivimus & cognovimus mala quæ in Eccleſia Dei fecit, & facit quotidie Henricus hæreticus?* Petrus Cluniacenſis de eodem Henrico loquens, cautior & æquior fuerat: *ſicut*, k inquit, *nuper in tomo qui ab ore ejus exceptus dicebatur, ſcriptum vidi, non quinque tantum, ſed plura capitula edidit. Contra quos animus accenditur rurſus agere verbis Dæmonicis divinis ſermonibus obviare. Sed quia eum ita ſentire vel prædicare nondum mihi plene fides facta eſt*;

a De Euchar. cerum. l. 1. c. 21.
b Tom. 4. de Euchar. diſp. 6. q. 3. punct. 1.
c Tom. 4. de Euchar. q. 4. dub. 1.
d De Euchar. ad q. 75. diſput. 1.

e Cap. 1. § le chriſtians ensengn per commãdament. departir ſe de l'antechriſt, lo es dit, & es prova del veilli & de novel teſtament, &c.

f Cap 4. ſon la neceſſarii exercea l'adminiſtration dell baptiſme, ſon li exorciſmi, lo ſoffler, lo ſeng de la cros al peit & al front, lo ſal en la boca, l'agnãment de la ſalvia en las aurellas & al nas, &c.

g 2. Reg. 18. 4.

h Baron. ad ann. 1147.

i Epiſt. 241.

k Contr. Petrobruſ.

Henricus. *differo responsionem, quo usque & horũ quæ dicuntur indubiam habeã certitudinem.* Verùm Bernardus *ex habituali mansuetudine quodãmodo credulus* ut de illo loquitur *l* Otto Frisingensis, falsas pro veris relationes nimis facile suscepit. Tolosam demùm sic præoccupatus adijt, *in quâ*, ait *m* Gofridus, *prædicavit per aliquot dies, & in cæteris locis quæ miser ille frequentasset, amplius & gravius infecisset, multos in fide simplices instruens, nutantes roborans, errantes revocans, subversos reparans, subversores & obstinatos authoritate suâ premens & opprimens, ut non dico resistere, sed ne assistere quidem & apparere præsumerent. Cæterum, etsi tunc fugit hæreticus ille & latuit, ita tamen impedita sunt viæ ejus, & semita circumsepta, ut vix alicubi postea tutus, tandem captus & Catenatus Episcopo traderetur.* Sic ejus confessione cum Henricô non rationis & argumentorum pondere res transacta fuit, sed authoritate & vi oppressus est & extinctus. Subjungit autem *n* miraculum à Bernardô ibidem factum, curationem videlicet clerici cujusdam paralitici & moribundi, atque ad id occlamat: *ruit undique populus, benedicitur Christus, triumphat fides, infidelis quisque confunditur, exultat pietas & impietas contabescit.* Sed quis crediderit miraculum id contigisse, si ad ea quæ immediate reditum Bernardi secuta sunt, quæque Papyrius Massonus in *o* Historiâ refert, attenderit? *Henricus*, inquit: *ex Monachô Brusij vestigia secutus est. In eum Bernardus scribit Alphonso Comiti Volcarum, ac sententias Henrici moresque damnat. Cum autem id malum in dies latius serperet, ipse Tolosam est profectus, ut cives concionibus suis ad depellendos improbatæ sectæ defensores hortaretur. Extat ipsius ad Tholosates Epistola qua eorum per id tempus in hæreticos odium commendabat. Cæterum, nec Brusij supplicium, nec Bernardi conciones sectæ progressus impedire potuerũt*, &c. *Tholosa, Albiga*, (undè Albigenses dicti sunt) *Carcasso, Biterra, Agatha, Castrum, Vaurum, ac singula fere oppida, vicique Volcarum in sectam transiere.* Annon eccè magnificum quem decantabat Gofridus fidei triumphum? Refert sanè Gulielmus de podiô Laurentij, *p* Castri viridis incolas Bernardi conciones ut erroneas derisisse. Iisdem verò tẽporibus vel paulò antè Arnaldus de Brixia eadem in Italia de Eucharistiæ sacrãento quæ Petrus de Bruis & Henricus docebant, etiam sensisse & docuisse legitur: de eô Guntherus: *q veraque multa quidem, nisi tempora nostra fideles Respuerent monitus, falsis admixta monebat.* Interfalsa autem illa Otto Frisingensis, id refert: *r de sacramentô altaris, baptismo parvulorum, non sana dicitur sensisse.* Verum, tantum abest ut fideles ejus monitus receperint, quin contrà sub Adriano quarto, *s* cruci appensus, ac rogo in pulverem redactus fuerit. De cujus supplicio Gerhohus Rercherspergensis ejusdem temporis scriptor, non potuit sibi temperare quin diceret: *t quem ego vellem pro tali doctrinâ suâ, quamvis pravâ, vel exiliô, vel carcere, aut aliâ pœnâ præter mortem punitum esse, vel saltem taliter occisum ut Romana ecclesia, seu curia, ejus necis quæstione careret, &c. quatenùs a domô sacerdotali sanguinis quæstio remota esset.* Quæ, qualiscunque humanitas Gretzero adeo bilem movit, ut Gerhohum dicat, *u* morose satis de nece *Arnaldi* loqui.

Petrus Valdo Albigenses.

Circà idem tempus Petrus Valdo seu Valdus, & alij quamplurimi, Romanæ religionis abusus aversari & impugnare cœperunt. *b* Dubravius & *c* Seisselius ad eum quantùm possunt deprimendum, ajunt fuisse, *municipem Lugdunensem nullius doctrinæ, virum idiotam, indoctum & illiteratum.* Reinerus vero: *secta*, *d* inquit, *Pauperum de Lugduno, qui etiam Leonistæ dicuntur, tali modo orta est. Cùm cives majores pariter essent in Lugduno, contigit quemdam ex eis mori subito coram eis. Unde quidam.* Valdo scilicet) *inter eos tantum fuit territus, quod statim magnum thesaurum pauperibus erogavit. Et ex hoc maxima multitudo Pauperum ad eum confluxit, quos ipse docuit voluntariam habere paupertatem, & esse imitatores Christi & Apostolorum. Cùm autem esset aliquantulùm litteratus, novi testamenti textum docuit eos vulgariter.* Quod argumento est, eum talem non fuisse qualem illi eum depingunt. Ab eo, qui ipsum secuti sunt, *Valdenses* sunt appellati, *e* sicut *Leonistæ* à Lugduno, sive Leon, Et *Pauperes de Lugduno* quod vitam inopem professi dominio & possessione omnium facultatum sese abdicare solerent, ut etiam *f* Gretzerus observat. Eos autem in religionis capitibus ejusdem fuisse cum Albigensibus sententiæ, testantur ex ipsis Adversariis etiam magis virulenti, minusque ingenui. Primò quidem in genere. Sic enim Mariana, *g* *Valdenses, seu Pauperes de Lugduno, qui ejdem Albigenses sunt nomine alio, cum eadem fere rerum verborumque essent doctrinæ capita, neque multum discrepant ætate, quæ causa Aimerico extitit ex Prædicatorio ordine Inquisitori in Aragonia quominùs inter alias hæreses æque hæreticos Albigenses numeraret: quod video alijs Authoribus per ea tempora haud simili causâ contigisse.* Et Gretzerus: *h inter Albigenses & Waldenses nominum diversitas, rerum nulla, aut certe non major, quam inter prolem & parentem, quando proles ajcita vel a loco, vel alunde, novâ appellatione paternam improbitatem novis incrementis adauget, ac cumulatiorem reddit.* Et rursus de Hæreticis Tolosanis & Albigensibus loquens: *i hos non fuisse alios quàm Waldenses in comperto est.* In specie autem, eos cum Berengario transubstantiationem & realem præsentiam rejecisse agnoscunt innumeri. Radulphus Ardens Author ejus seculi: *k Sacramentum altaris purum panem esse dicunt.* Cæsarius Hersterbacensis: *l sacramentum corporis & sanguinis Christi blasphemant*, quia videlicet illud quoad substantiam panem & vinum esse dicerent.

a *Prolegom. in scriptor. contr. Valdens. c. 4.*

b *Histor. Bohem. lib. 14.*

c *Contr. Valdens. fol. 5.*

d *Contr. Valdens. cap. 8.*

e *Ubi supra cap. 2.*

f *Præfat. in Lucam Tudensem.*

g *Epistol. dedicat. præfixa scriptor. contr. Valdens.*

h *Ibid. in prolegom. c. 1.*

i *Hom. in Dom. 8 post Pentecost.*

k *In Dialog.*

l *In Frideric. l. 1. c. 46. 47. vid.*

m *Vita Bernard. l. 3. c. 5.*

n *Ibid. cap. 6.*

o *Histor. Franc. lib. 3. in Philipp. August.*

p *In Chronico.*

p *De gest. Frider. 1. l. 5.*

q *De rebus gest. Frider. l. 2. c. 20.*

r *Ann Dom. 1155.*

s *De invest. Antich. l. 1.*

Petrus Valdo Albigenſes.

dicerent. Petrus de Valle Sernepſi de Albigenſibus (ſi tamen de illis loquens quos hic defendimus) : l *Sacramenta Eccleſiæ uſque adeo annullabant*, &c. *ut publicè dogmatizarent ſimplicium auribus, hanc inſtillantes blaſphemiam, quod Chriſti corpus, etſi magnitudinem Alpium in ſe contineret, jamdudum conſumptum à comedentibus & abſumptum fuiſſet.* Id autem verò ſimiliter dicebant reſpicientes ad confeſſionem Berengario injunctam, *corpus Chriſti in veritate manibus ſacerdotum tractari, vel frangi, vel fidelium dentibus atteri.* Teſtatur enim m Petrus Cluniacenſis Berengarium ſolitum fuiſſe eodem ſarcaſmô deridere confeſſionem illam vi extortam. Reinerus, de Ottlibenſibus loquens, ſi tamen idem ſunt cum Valdenſibus : n *corpus Chriſti dicunt eſſe purum panem. Corpus autem proprium appellant verum corpus Chriſti.* Quod Conradus de Montepuellarum pariter notat de Beghardis, *ſub quorum habitu*, o inquit, *quarumlibet hæreſium ſpecies, videlicet Pauperum de Lugdunô & aliarum inquitatis ſectarum partitiones per ovile Chriſti ſuos Apoſtolos ſatagunt ſeminare.* Guido Perpinianus ſimiliter : p *negant verum corpus & ſanguinem Chriſti eſſe ſub ſacramento altaris.* Ebrardus Bethunienſis : q *quod Chriſtus corpus ſuum eſſe dixit, tanquam Iuda ſucceſſores corpus Chriſti non affirmant, imo negant.* Quibus ſimilia habet contra Valdenſes, Ermengardus. Rogerus de Hovedenr refert ex Epiſtolâ quadam Henrici Abbatis Clarevallenſis quemdam Petrum Moranum ex Albigenſium præcipuis, requiſitum ut de ſacramentô altaris ſuam fidem ſine fraude aliquâ fateretur, dixiſſe, *panem ſanctum vitæ æternæ ſacerdotis miniſterio in verbo Domini conſecratum non eſſe corpus Domini.* Thomas Waldenſis de Brunone Andegavenſi & Berengariô Turonenſi loquens : *Valdenſes*, s inquit, *errabant conformiter iſtis*, & ſubjungit teſtimonium Guidonis Carmelitæ ſuprà à nobis relati. Et rurſum : u *Cæteriores Valdenſes, cùm levatur hoſtia benedicta, in cœlum tollunt aſpectum, dicentes, palam ſe ibi corpus adorare ubi eſt, non ubi non eſt.* Tilletus : x *appellabant ſacram hoſtiam Deum panaceum, Miſſam abominationem.* Conſiardus Theologus Pariſienſis : y *corpus Chriſti & ſanguinem non credunt verum eſſe ſacramentum, ſed panem benedictum, qui in figura quadam dicitur corpus Chriſti, ſicut dicitur, petra autem erat Chriſtus, & ſimilia.* Eimericus, quem omiſeram : z *Novus eorum error & hæreſis eſt, quod in ſacramento altaris, panis non tranſubſtantiatur in verum Chriſti corpus, nec vinum in ſanguinem.* Addit quidem, *ſi ſacerdos conſecrans ſit peccator*: ſed ex eadem ineptiâ quâ Reinerus eis tribuit, quod dicerent, a *tranſubſtantiatio non fit in manu indigne conficientis, ſed in ore digne ſumentis.* Denique, nè nimius ſim in recenſendis Authorum teſtimoniis, b Alanus, Gregorius de Valentiâ, Mariana, Grecterus, Tannerus & Yſambertus, diſerte fatentur Albigenſes & Waldenſes ejuſdem erroris Berengarij de Euchariſtia patronos fuiſſe.

Hæc autem ſollicitus fui tot teſtibus confirmare, quià Perronius id negat de Albigenſibus : *tantum abeſt*, c inquit, *Albigenſes negaſſe corpus Chriſti eſſe in ſacramento altaris, quin contrà credebant, Manichæorum inſtar, corpus Chriſti eſſe in omnibus alimentis, ac propterea ſacramentum Euchariſtiæ vi rem ſuperſluam & inutilem rejiciebant*, &c. *Cuncti enim Authores qui de ipſis ſpecialim ſcripſerunt, ut Petrus de valle Sernenſi, Bernardus de Luxemburgo, Cæſarius & d alij contemporanei, affirmant illos conſtituiſſe duo principia æterna, unum boni, alterum mali, unum quod bonum Deum appellabant, alterum malum Deum; bonum creatorem eſſe animarum, malum corporum, illum novi teſtamenti Authorem, hunc Veteris, ac propterea comitem Raimundum illorum ducem jurare conſuevisſe*, nunquam mihi adſit Moſis Deus : *item, abominandum eſſe carnem edere, quoniam Diaboli opus foret: matrimonium, & liberorum procreationem rem diabolicam eſſe: nullam eſſe reſurrectionem corporum: Chriſtum ex Virgine carnem non ſumpſiſſe, ſed è cœlis attuliſſe, nec verum corpus habuiſſe, nec verè manducaſſe, aut paſſum eſſe in cruce, ſed tantum apparenter: corpus Chriſti æquè eſſe in cæteris alimentis perinde ac in Euchariſtiâ: ſacramentum altaris nihil eſſe, nec baptiſmum: Moyſem & Adamum, & omnes Prophetas ac Patriarchas qui antè Chriſtum fuerunt, ex Deo non fuiſſe, ſed ex Diabolo; & alia ejuſmodi. Nec juvaret dicere, hæc illis fuiſſe imputata. Nam præterquàm quod Authores qui contrà ipſos ſcripſerunt, directè hos articulos impugnant quod non feciſſent ſi nulla inter utroſque controverſia fuiſſet, nullus teſtis reperitur inter cunctos qui ſcripſerunt, nec eorum tempore, nec poſt uſque ad hoc ultimum ſeculũ qui dixerit ipſos aliud ſenſiſſe.* Quibus ſubjungit teſtimonium, Nicolai Vigenerij qui ait ſe mirari, quomodo fieri potuerit, ut cum tam deteſtanda ſenſerint, reperiri potuerint nonnulli natalibus & dignitate clari illos recipientes. Addendus illi fuerat & Eimericus qui de ijſdem loquens ſub Valdenſium nomine (ſuprà enim Mariana notabat eum Albigenſes & Valdenſes eoſdem cenſuiſſe) illis pro decimô ſeptimô errore tribuit, quod docerent, z *melius eſſe ſatio fieri libidini quocumque actu turpi, quam carnis ſtimulis fatigari; ſed eſſe (ut dicunt & ipſi faciunt) in tenebris licitum quemlibet cum qualibet indiſtincte carnaliter commiſceri, quandocumque, & quotieſcunque carnalibus deſiderijs ſtimulentur.* Sed ſtupenda ſane mihi eſt Perronij audacia. Nam quæ, malum, audacia eſt aſſerere audere nullum Authorum qui contra Albigenſes ſcripſerunt teſtari eos negaſſe corpus Dominicum in ſacramento altaris eſſe? Nonnè quamplurimi a nobis ſupra citati, etiam eorum nonnulli qui illos *Manichæiſmi* accuſant, ut Radulphus Ardeus, Cæſarius, Petrus

Petrus Valdo Albigenſes.

c *De Euch. l. 2. anth. 53.*

d *Paulus Æmyl. l. 6. Gulielm. Nangiacſſ. Polydor. Virgil. Hiſtor. Angl. l. 16. Cæſar. Cliſter. in Dial.*

e *Bibliоth. Miller. part. 3. in Pandu mundi 6144.*

a *Vbi ſupra & Idem ferè & Naucler. ad an. 1212.*

l *Hiſtor. Albig. c. 2.*

m *In Contr. Petrobruſ.*

n *In Contr. Waldenſ. cap. 6.*

o *De errorib. Begehardor.*

p *De hæreſ.*

q *Contr. Valdenſ. c. 8.*

r *Cap. 11.*

s *In Henric. 8.*

t *Tom. 2. c. 19.*

u *Ibid. cap. 56.*

x *Sommaire de l'hiſtoire de la guerre contre les Albigeoïs.*

y *Contr. Valdenſ. c. 10.*

z *Director. part. 2. q. 14.*

a *Vbi ſupr. cap. 5.*

b *Vbi ſupra omnes.*

Albigenſes. Petro de Valle Sernenſi qui de colloquiô Apamienſi inter Oxonienſem Epiſcopum & Albigenſes inſtitutô lôquens, eos Valdenſes appellat, *habita*, o inquit, *ibi diſputatione cum Valdenſibus planè convicti ſunt Valdenſes & confuſi*, ſcilicet: tum ex Bernardô Abbate fontis calidi qui de alterâ diſputatione, Bernardi Narbonenſis Epiſcopi cum Albigenſibus agens, eos non nominat Albigenſes, ſed *Valdenſes*. Jam vero Valdenſes immunes prorſus fuiſſe, tàm ab hæreſibus Manichæâ & Arrianâ quâm a vitæ impuritate, ipſimet Adverſarij teſtantur. Reinerus enim, licet illis infenſiſſimus, eos a q Catharis & Manichæis diſtinguit. Ait, r *Novi teſtamenti textum & magnam partem Veteris vulgariter ſciunt corde.* Item: *novum & vetus teſtamentum vulgariter tranſtulerunt, & ſic docent & diſcunt. Audivi & vidi quemdam fruſticum idiotam qui Iob recitavit de verbo ad verbum, & plures qui totum novum teſtamentum perfecte ſciverunt.* Et rurſum: s *inter has omnes ſectas, quæ adhuc ſunt vel fuerunt, non eſt pernicioſior Eccleſia, quam Leoniſtarum. Et hoc tribus de cauſis. Prima eſt, quia eſt diuturnior. Aliqui enim dicunt, quod duraverit a tempore Sylveſtri: aliqui a tempore Apoſtolorum. Secunda, quia eſt generalior: fere enim nulla eſt terra in quâ hæc ſecta non ſit. Tertia, quia cum omnes alia ſecta immanitate blaſphemiarum in Deum audientibus horrorem inducant, hæc, ſcilicet Leoniſtarum, magnam habet ſpeciem pietatis, eo quod coràm hominibus juſtè vivant, & benè omnia de Deo credant, & omnes articulos qui in ſymbolo continentur. Solummodò Romanam eccleſiam blaſphemant, & clerum, cui multitudo facilis eſt ad credendum.* Inter cauſas autem illius credulitatis, notat, t *inſufficientiam doctrinæ quorumdam, qui prædicant quandoque frivola, quandoque falſa: unde quicquid Doctor eccleſiæ docet, quod per textum novi teſtamenti non probat, hoc totum pro fabulis habent contra Eccleſiam.* Et iterùm: u *Hæretici cognoſcuntur per mores & verba. Sunt enim in moribus compoſiti & modeſti. Superbiam in veſtibus non habent, quia nec pretioſis, nec multùm objectis utuntur. Negotiationes non habent propter mendacia, & juramenta, & fraudes vitandas, ſed tantum vivunt de labore ut opifices*, &c. *Divitias non multiplicant, ſed neceſſariis ſunt contenti. Caſti etiam ſunt, maximè Leoniſtæ. Temperati etiam ſunt in cibo & potu. Ad tabernas non eunt, nec ad choreas, nec ad alias vanitates. Ab irâ ſe cohibent: ſemper operantur, diſcunt vel docent, & ideò parum erant*, &c. *Cognoſcuntur etiam in verbis pracipuis & modeſtis. Cavent etiam à ſcurrilitate & detractione, & verborum levitate, & mendacio, & juramento.* Papæ! quales nobis depingit hæreticorum notas quę purus Chriſtianiſmus ſunt? Dehinc: *Poſt hæreticus*, x inquit, *facit comparationem ſtatus Eccleſiæ Romanæ ad ſtatum ipſorum, ſic dicens: Doctores Romanæ Eccleſiæ ſunt faſtuoſi in veſtibus & meribus Matth. 23. Amant primos recubitus & vocari appetunt ab hominibus Rabbi, Rabbinos verò tales non quærimus. Item, ipſi ſunt incontinentes, ſed vnuſquiſque noſtrum vxorem ſuam habet, & cum eâ caſtè vivit. Item, ſunt divites & avari, quibus dicitur, va vobis divitibus quia habetis hic conſolationem veſtram: Nos vero habentes victum & veſtes quibus poſſumus tegi, his contenti ſumus. Item, ſunt voluptuoſi quibus dicitur, va vobis qui devoratis domos viduarum, &c. nos vero vicunque ſuſtentamur. Item, ipſi pugnant & bella inducunt, & mandant occidi & incendi pauperes, quibus dicitur, omnis qui acceperit gladium gladiô peribit: nos verò ab eis perſecutionem patimur propter juſtitiam. Item, comedunt panem otioſum nihil operantes: nos vero manibus operamur. Item, ipſi volunt eſſe Doctores ſoli, quibus dicitur Matth. 23. va vobis qui tuliſtis clavem ſcientiæ: apud nos vero tàm fœmina* (privatim, videlicet) *quàm vir docent, & Diſcipulus ſeptem dierum docet alium. Item, rarus eſt Doctor inter eos qui tria capitula continuata novi teſtamenti litteraliter ſciat corde: apud nos vero rarus eſt vir vel fœmina, qui textum non ſciat vulgariter recitare. Et quia veram Chriſti fidem habemus, & ſanctam vitam & doctrinam docemus omnes nos, ideo ſcriba & Phariſæi gratis perſequuntur nos ad mortem, ut Chriſtum. Præterea, ipſi tantum dicunt, non faciunt, & alligant onera gravia in humeros hominum, ſed digitô ſuô hæc non movent: nos vero omnia facimus, quæ docemus. Item, ipſi plus cogunt ſervari traditiones hominum, quàm Dei mandata, vt jejunia, feſta, ire ad eccleſiam, & multa alia quæ ſunt hominum inſtituta: nos vero tantum doctrinam Chriſti ſervare ſuademus & Apoſtolorum. Item, ipſi Pœnitentes onerant pœnis graviſſimis quas nec digito movent: nos vero exemplo Chriſti dicimus peccatori, vade jam, & noli amplius peccare, & ei per manus impoſitionem omnia peccata relaxamus & animas tranſmittimus a morte in cœlum. Ipſi autem ferè omnes animas tranſmittunt ad infernum.* His & aliis propoſitis, dicit hæreticus, *penſate, quis ſtatus ſit perfectior, & quæ fides noſtra, vel eccleſia Romana & illum elegite*, &c. Sic & alius Author incertus qui contrâ eoſdem ſcripſit: *quia vident*, d inquit, *in pluribus Presbyteris eccleſiæ mala exempla ſuperbiæ, avaritiæ, incontinentiæ, ebrietatis, vixæ, iracundiæ, invidiæ & aliorum vitiorum, ideo plus credunt ſuis Hæreſiarchis præbentibus eis exempla bona, humilitatis, largitatis, caſtitatis, ſobrietatis, pacis, amoris, manſuetudinis.* e Jacobus quoque de Rebitia & f Gulielmus de Podio Laurentij teſtantur illos in tantâ reverentia tum habitos fuiſſe, ut *nec ad excubias, nec ad talias cogebantur*, ac, *ſi quis etiam homo de guerrâ gradiens cum eis inveniretur, ab hoſtibus tutus erat.* Palàm igitur eſt Albigenſes & Valdenſes, & à Manichæorum Arrianorumque Hæreſibus, & ab omni vitæ impuritate fuiſſe immunes, ac reos tantum in

Albigenſes.

o cap. 6.

p Præfat. lib. contr. Valdenſ.

q Cap. 6.

r Cap. 5. & 3.

s Cap. 4.

t Cap. 3.

u Cap. 7.

x Cap. 8.

d Editum in 8 à Gretzero cum Pilichdorffio.

e In collect. an. de verb. Tholoſ.

f Prolog. Chronic.

Albigenſes.

hoc fuiſſe quod tranſſubſtantiationem, Miſſam, purgatorium, invocationem Sanctorum, indulgentias, & reliqua omnia quæ nos etiamnum hodiè in Eccleſiâ Romanâ carpimus, rejecerint & damnaverint. At *quãobrem ergo*, inquit Perronius, *plurimi qui contra ipſos ſcripſerunt, articulos illos ex Manichæorum doctrina deſumptos impugnaſſent, ſi nulla inter vtroſque de ipſis controverſia fuiſſet?* Excipere ſimpliciter poſſem, *pias* eſſe, quas vocant, *fraudes* ad eis odium conflandum excogitatas, quemadmodum olim Ethnici falſa innumera Chriſtianis affingebant ſimili de cauſâ: vel, quod valde probabile eſt, Manichæiſmum illis imputatum fuiſſe quia docerent poteſtatem Regiam à Pontificiâ independentem eſſe, nec ei in temporalibus ſubjectam. Nam [g] Bonifacius Octavus diſerte affirmat de eô, qui negat poteſtatem terrenam ſubjectam eſſe ſpirituali, *duo ſicut Manichæus fingit eſſe principia*: ineptè huc torquens quod Manes eam dixerat de duobus Dijs. Sed addo, veriſimile eſſe tunc nonnullos extitiſſe Manichæos, & Arrianos & alios hæreticos, quorum falſa & impura dogmata cunctis ab Eccleſiâ Romanâ ſeceſſionem facientibus per fraudem & calumniam fuerint afficta. Nam video tum temporis Ecbertum contrà Catharos ſcribentem, Lucam Tudenſem [h] *contra nonnullos etiam Chriſti miracula vera eſſe negantes, & ſe plerunque circumcidentes imitat Iudæorum*, Bernardum Abbatem fontis calidi contrà Arrianos, Reinerum pariter, Ermengardum & alios contrà Catharos & Manichæos, Gulielmum quoque de Podio Laurentij diſertè notantem, tùm fuiſſe [i] quoſdam Arrianos, quoſdam Manichæos. In gratiam ergo eorum demus ita eſſe. Jam vero ſuperaddimus, Radulphum Ardentem, Cæſarium, Gulielmum Nangiacenſem, Rogerum de Hoveden, Polydorum Virgilium & alios Valdenſibus & Albigenſibus noſtris eorum errores affingentes, id vel malè informatos ut quàm molliſſime dicam, vel per malitiam & ſycophantiam feciſſe. Nihil enim illi tale docuerunt. Reinerus certè ſtudioſe Valdenſes diſtinguit à Catharis & Manichæis, ut jam obſervavi, & notat [k] Catharos ſexdecim tantum habuiſſe Eccleſias, nec in totô mundô Catharorum utriuſque ſexus pluſquàm quatuor millia tum fuiſſe; ſed ait, *credentes ſunt innumeri*. Sic enim Valdenſes appellat, ut & [l] Pilichdorffius qui de iiſdem obſervat: [m] *Valdenſes reprobant, imò nauſeant Runcaros, & Beghardos, & Luciferianos, & alios diverſos*. Similiter quoque Petrus de valle Sernenſi poſt enumeratos varios Manichæorum iſtius temporis errores, quales & Veterum fuerunt, de duobus principiis & aliis ejuſmodi, quibus & adjungit id quod illis commune erat cum Albigenſibus & Valdenſibus noſtris, tranſſubſtantiationis videlicet negationem, hoſce tamen ab illis ſeparans: *Erant*, [n] inquit, *præterea alij hæretici qui Waldenſes dicebantur a quodam Waldo nomine Lugdunenſi; hi quidem mali erant, ſed comparatione aliorum hæreticorum longe minus perverſi: in multis enim nobiſcum conveniebant, in aliquibus diſſentiebant*. Et Gulielmus de Podiô Laurentij Author etiam illorum temporum: [o] *Erant quidam Ariani, quidam Manichæi, quidam etiam Valdenſes ſivè Lugdunenſes, qui licet inter ſe diſſides, omnes tamen in animarum perniciem contrà fidem Catholicam conſpirabant; & illi quidem Valdenſes* (de Albigenſibus noſtris loquitur) *contra alios acutiſſime diſputabant. Vnde in eorũ odium alij admittebantur a ſacerdotibus ideo*. Poſtremò, nec Pilichdorffius, nec Bernardus Abbas fontis calidi ſupra memoratus, nec Eimericus in catalogo errorum ipſorum, ullam ijs Manichæiſmi aut Arrianiſmi labem impingunt, ſed tantum rejectionem eorum fere omnino dogmatum & articulorum quæ & nos hodie in Eccleſiâ Romanâ rejicimus & improbamus. Non me latet Jeſuitas Marianam & Gretzerum ineauris inſuere, Lucam Tudenſem, Reinerium, Ebrardum, Bernardum illum jam nominatum, & Ermengardum, illis errores Arrij, Manetiſque tribuere. Sed fœda impoſtura eſt. Nam Lucæ Tudenſis libri ſimpliciter præ ſe ferebant, *de alterâ vitâ fideique controverſijs*: Mariana autem ut perſuaderet opus illud ſimiliter Albigenſes reſpicere, titulum hunc illis præfixit, *adverſus Albigenſium errores*: *Luca Tudenſis*, [a] inquit, *diſputationem contra ſui temporis Hæreticos, hoc eſt, Albigenſes (ea enim ſecta Luca ætate viguit) publicare conſtituit*. Atqui Authorem non tantummodo contrà Albigenſes, ſed & contra plures alios, alterius ab ipſis ſententiæ, diſputaſſe, ex Scripti lectione conſtat. Reineri liber titulum hunc generalem præ ſe ferebat, *opuſculum de hæreticis*, ut ipſe teſtatur in præfatiunculâ ſuâ: Gretzerus autem illum inſcribit *contra Valdenſes*, quamvis Author ipſe teſtetur ſe & contrà alios ſcribere ab ipſis diſſentientes. Titulus libri Ebrardi erat in manuſcriptis, *Antihæreſis*, in cujus maximâ parte contra Manichæos (licet innominatos) diſputat. At Gretzerus illum inſcribit, *contra Valdenſes*. Bernardus tractatum ſuum inſcripſerat, *contra Valdenſes, & contra Arrianos*; Waldenſes aperte ab Arrianis diſparans: Gretzerus verò hunc ei apponit titulum, *contra Valdenſes*. Denique Ermengardus hanc inſcriptionem libro ſuo præfixerat, *contra hæreticos qui dicunt & credunt mundum iſtum & omnia viſibilia non eſſe a Deo facta, ſed a Diabolô*, hoc eſt, contra Manichæos: At Gretzerus cuique paginæ aſcripſit, *contra Valdenſes*. Sic miſerè fallit eos qui minus ſunt perſpicaces. Faceſſat jam Perronius, ac nobis adhuc objectet, *mirari ſe, qui velimus Characterem fidei noſtræ cum tantâ ignominiâ in Albigenſibus*

Stephanus Eduenſ. Hugo Cãtuarenſ. Odo Pariſienſis.

n *Hiſtor. Albigenſ. c. 2. ubi ſupra.*

o *Ubi ſupra.*

a *In epiſt. ad Carcaſſonã Caturenſ. Epiſcop.*

g *Extrav. Vnam Sanctam.*

h *Lib. 3. cap. 2. & 3.*

i *In prolog. Chronici.*

k *Cap. 6.*

l *Contr. Waldenſ. cap. 1.*

m *Ibid cap. 12.*

Stephanus Eduenſ. Hugo Cātuarienſ. Odo Pariſienſis.

Albigenſibus quærere. Neque enim nos eorum pudere vllomodo debet, cum nonniſi Chriſtum ejuſque doctrinam ſapuerint & docuerint. Nam, ut ad quæſtionem præcipuam regrediamur, Chriſtum docuerunt non eſſe ſub panis ſpeciebus hîc quærendum, ſed ſurſum ad dextram Dei, ubi jam reſidet: quæ veriſſima fides eſt & Apoſtolica.

Nihilominus, propter eamdem doctrinam, & alia ejuſmodi Chriſtianæ fidei capita Valdenſes primùm Lugdunô exturbati & pulſi ſunt, vnde [b] *in proxima montana loca pars maximà ſunt delapſi*, alij in [c] Picardiam fugerunt, ideoque Picardi nuncupati, ac inde rurſus expulſi Boheniam adierunt, ac non obſtantibus graviſſimis perſecutionibus vtrobique delituerunt per multa ſecula, quemadmodum notant Seiſſelius & Dubravius. Seiſſelius enim ait: [d] *in hac Taurinenſi diœceſi noſtrâ, in extremis præſertim ejus partibus & inter ipſas Alpium quæ Galliam ab Italia diſterminant fauces, tam in Regiâ, Delphinalique, quàm in Sabaudienſi ditione, ſupra annos ducentos hæc hæreſis invaluit.* Dubravius autem, ad ann. 1160: *hac porro tempeſtate (ne quis novam exiſtimet quæ nuper magnum in Bohemiâ ſumpſit incrementum) hæreſis Picardica malo aſtro micare cœpit. Plurimum quippe mali Bohemis ſecum invexit, ut res pridem docuit.* Quemadmodum & ijdem in Volcarum regione *Albigenſes* dicti, ac interdùm quoquè Valdenſes, quamvis excommunicationis fulmine Pontificum Romanorum veluti diris devoti, principumque ſecularium, ac Epiſcoporum conjuratorum cruciatibus graviſſimè infeſtati & penè deleti, ad [e] annum propè milleſimum & centeſimum perdurarunt. Sed nos jam verſamur in duodecimô ſeculô in quô utriquè auſi ſunt veram de Euchariſtiâ doctrinam, vi penè obrutam, publicè tueri ac propugnare.

b *Stiſſel. adverſ. error. & ſect. Valdenſ. fol. 6.*
c *Dubrav. l. 14. ad an. 1160.*
d *Fol. 2.*
e *Vid. Perrin in hiſt. des Albig. livre 2. chap. 21.*

Verùm & tunc novitium Tranſſubſtantiationis figmentum, novô hoc nomine eô uſque non vocitatum, illô cœpit commendari. Nomenclator ei Stephanus Epiſcopus Eduenſis quiid nomen antè ignotum in tractatu *de ſacramentô altaris* primus uſurpavit: [f] *oramus*, inquit, *ut cibus hominum fiat cibus Angelorum, ſcilicet, ut oblatio panis & vini tranſſubſtantietur in corpus & ſanguinem Chriſti.* Duo autem eô ſeculô fuere ejuſdem nominis Epiſcopi. Prior [g] Merigaldo ſucceſſit annô milleſimô centeſimô duodecimô: poſterior autem Henrico circà annum illius ſeculi ſexageſimum. Utrius autem illorum ſit tractatus hic, & id nominis monſtrum, incertum prorſus eſt. Nos poſteriori (donec quid ampliùs conſtet) hîc interim tribuimus. Sed tamen monemus Petrum Lombardum Epiſcopum Pariſienſem, tunc temporis viventem, licet de converſione panis & vini cum cæteris conſentiret, dubitaſſe nihilominùs, nec auſum eſſe decernere qualis illa foret: *ſi quæritur, h* ait *qualis ſit illa converſio an formalis, an ſubſtantialis, vel alterius generis definire non ſufficio.* Nequè enim perſpiciebat ad quod mutationis genus eam referre valeret, cùm nulla ſimilis unquàm aut confecta ſit, aut conficta.

f *De ſacram. altar. c. 13.*
g *Vid. in Gallia Chriſtiana.*

Ea autem ſic intruſa, conſequenter quoque invexit ſuperſtitioſa multa antè ipſam inaudita. Nam annô ejus ſeculi nonageſimô quartô Hugo Cantuarienſis Epiſcopus in Angliâ, Celeſtini Papæ Legatus, Synodum Eboraci celebravit, in quâ inter cætera hæc ſtatuta ſunt: [i] *provideatur autem pixide mundâ & honeſtâ hoſtia reſervetur, ſinguliſque diebus Dominicis renovetur. Quotiès autem communio exhibenda eſt infirmis, ſacerdos in propriâ perſona hoſtiam in habitu clericali tanto ſacramento convenienti deferat lumine præcedente, niſi aeris intemperies, vel viarum difficultas, vel alia ratio præpediat.* Sic finit ſeculum duodecimum.

Ad initium autem ipſum decimi tertij, anno videlicet ejus [k] primo, Odo Pariſienſis Epiſcopus, in ſynodo quadam ſuâ nova multa ſuperaddidit, proüt ſuperſtitionis mos eſt, nova ſemper affectare: *ſumma reverentia,* [l] inquit, *& honor maximus ſacris altaribus exhibeatur, & maximè ubi ſacroſanctum corpus Domini reſervatur, & miſſa celebratur. Linteamina altaris & indumenta ſæpe abluantur, ad reverentiam & præſentiam Salvatoris noſtri & totius curiæ cœleſtis quæ cum eô præſens adeſt quotiens Miſſa celebratur*, &c. *Non permittant Preſbyteri, Diaconi (comminatur Epiſcopus iis qui hoc non ſervant) deferre infirmis ſacroſanctum corpus Domini, niſi in neceſſitate cum ſacerdos abſens fuerit: Sed ſemper ſacerdos cum magnâ reverentia & maturitate deferat in pixide eburneâ bene clauſâ, propter caſum, & cum lucernâ præcedente, cantantes ſeptem Pſalmos pœnitentiales cum Litaniâ pro infirmô*, &c. *Frequenter moneantur Laïci, ut ubicunque viderint deferre corpus Domini ſtatim genua flectant, tanquam Domino & creatoriſno, & junctis manibus, quoad vſque tranſierit, orent. In pulchriori parte altaris cum ſummâ diligentia & honeſtate ſub clave ſacroſanctum corpus Domini cuſtodiatur*, &c. Tum & quamplurimas cautelas ſubjungit ſi quid, [m] ait, *ceciderit de ſanguine Domini ſuper corporale, reſcindendum eſt ipſum corporale, & in locô reliquiarum obſervandû: ſi palla altaris inde tincta fuerit, reſcindenda pars illa & pro reliquijs ſervanda. Si ſuper quodlibet veſtimentum, comburenda eſt pars illa, & pulvis in ſacrarium reponendus eſt: ſi vero in terram ceciderit, lingenda eſt terra*, &c. *Si in ipſum ſanguinem muſca vel aranea, vel aliquid tale ceciderit, qui non ſine vomitu & periculo corporis aliquando ſumi poteſt, igne cremandum eſt, & tunc ſanguis Domini ſumatur. Illud tamen quod intus ciderit priùs debet in calice vinô perfundi, & quanto cautius fieri poterit abluì, & poſteà ſuper piſcinam comburi, & illam ablu-*

i *Roger. de Hoveden in Richard. 1.*
k *Tempus id notant duo verſus enigmatici operis ibi præpoſiti.*
l *Synod. Conſtit. cap. 51 in biblioth. Patrum.*

Decimũ tertium ſeculum.

m *In præcept. Communibus, præcepto 23. & 24 ibid.*

Græci. *tionem sacerdos sumat: Quod si de corpore Domini super pallam altaris aliquid ceciderit, vel super quodlibet aliud vestimentum, non incidatur, sed vino abluatur, & à ministro sumatur vinum ipsum. Quod si in primo datum rejicitur, prout diligentius poterit, recipiat, & conjunctum cum vino in calice sumatur: sed integrum sumi non potest, eò quod ore alterius projectum est*, &c. Ubi multa observanda sunt. Primò, *novitas*. Nam quamvis negari non possit absque summâ antiquitatis injuriâ, sacramentum Eucharistiæ, tanquàm religiosum, congruum apud Veteres honorem habuisse, fortuitaque illa omnia suprà memorata de quibus in constitutionibus illis cautelæ præscribuntur, accidere tùm potuerint, de ipsis nihilominus altissimum prorsus est apud ipsos silentium. Neque enim in totâ antiquitate reperire est aut sacramentum *sub clave* custoditum, (cùm Ethnicos à Patribus derideri videamus quod Deos suos furum metu a *sub Claustris, repagulis, pessulis, aliisque ejusmodi rebus haberent inclusos*) aut, si forte ad ægrotos, seu tempore Communionis seu in reconciliationis signum aliquando deferretur, *in pixide eburneâ bene clausâ* propter casum repositum fuisse, aut lucernis præeuntibus gestatum, aut adgeniculationes tunc temporis imperatas, aut linteamina, casu quodam eo tincta pro reliquijs conservata, aut lambendam terram in quam forte cecidisset, & reliqua ejusmodi. Consectaria hæc omnia sunt transsubstantiationis: ac proindè nirum non est, cùm ea tùm non crederetur, nihil de his appendicibus cogitatum aut mandatum fuisse: non entis enim non sunt accidentia, Scio Perronium b alicubi objicere, Pium hujus nominis primum, Romanum Episcopum olim decrevisse, *si per negligentiam aliquid de sanguine stillaverit in terram, linguâ lambetur, tabula radetur*, &c; Sed hæc verba Pio affingi à Decretalistis, nec in ejus epistolis exstare, d alibi docuimus. Secundò, *inepta superstitio*. Cui bono enim particulam vestimenti super quam de sanguine Christi quid deciderit, comburere, cineremque ejus in sacrarium reponere? Thesaurus utique cineres minus adhuc quàm carbones. Tertio *inhumanitas*. Quamobrem enim jubere, ut si musca, vel aranea, vel quid tale in sanguinem ceciderit, *igne crematur, & post sanguis hauriatur*? Quid, si venenò fuerit vel per araneam, vel per tale quid imbutus? Annon lex est homicidij, calicem intoxicatum hauriendum imperare cum certo vitæ periculo? Denique, *aperta & fœda contradictio* cum proprijs hypothesibus. Nam quicumque dicit, si *quid de sanguine Domini ceciderit super corporale, si palla altaris inde tincta fuerit, si ipsum sanguinem musca vel aranea, vel aliquid tale ceciderit*; supponit certe, si sanus sit, sanguinem Domini non modò per seipsum esse in calice à corpore separatum, sed & ipsius aliquid, puta, guttulam aliquam ab ipsomet separari, & subore suo pallam aliudve quid tingere. Ac rursum, quicumque dicit, *si de corpore Domini super pallam altaris aliquid ceciderit*, pariter supponit, particulam ejus aliquam à toto suo divulsam, auriculam, puta, digitulum, aut quid simile, extrà ipsum subsistere: alioqui falsò & ineptissimè loquitur. Adversarij tamen ipsi utrumq; illorum tanquàm falsum negant, docentes corpus Domini non esse sinè sanguine, nec sanguinem sine corpore in Eucharistiâ. Itaque eos dicendum est contra sententiam suam in his constitutionibus loqui. Id autem eis contingit, quià antiquitatis sensu immutato & derelicto, illius locutiones usurpare perseverant. Nam, cum fides Patrum foret illud, quod in Eucharistiâ *corpus* & *sanguis* appellatur, quoad substantiam verum panem ac vinum esse, corporis & sanguinis Dominici nominibus honorata, recte apud illos dicebatur *de corpore aliquid sumere, de sanguine aliquid haurire*: mutatò verò jam locutionum ejusmodi per transsubstantiationem sensu, locutiones illæ ineptæ prorsùs evaserunt, Romanaque ecclesia (ut e Isidori verbis utar) *famina jam similis est quæ ex antiqua fœcitate excidit, ac signa ipsius tantum habet*. Retinuit enim locutiones antiquitatis, & ab ejus fide recessit.

Græci.

Eodem autem anno, aut forte sequente quo hæc Lutetiæ decernebat Odo, gravis quoque exorta est de hoc sacramento in Oriente controversia. Nam Anastasij Sinaitæ & Damasceni opinio per aliquot secula in Ecclesiâ Græcanicâ communiter obtinuerat. Ea autem erat (ut ostensum est) panem per consecrationem mutari, non quià desineret substantialiter esse quod erat, sed quoniam illum divinitas sibi uniret ac ipsâ mediante proprio corpori Christi eidem pariter unito consociaretur, & quodammodo uniretur. Verum post susceptam Hierosolymitanam expeditionem, Latinis & Græcis familiarius quam ante communicantibus, Occidentalis illa labes Orientalium plurimis se communicasse videtur. Nicetas Choniates de Novatorum hac in parte numerò, nec sine partium evidentissima affectatione, rem pro libito sic refert: f *Eodem tempore vulgatum de divinis mysterijs dogma Christianos in partes contrarias divisit: & palam in forò & in trivijs res veneratione simul & silentiò digna à quocumque qui vellet contemnebantur. Nam post Georgium Xiphilinum qui per septem annos Ecclesiam gubernavit, Joannes Camaterus Patriarchalem sedem suscepit, qui cum debuisset, dogma illud quod Xiphilini diebus mussitari & oriri cœperat, radicitus exscindere, & anathemati subjicere authorem illius Pseudomonachum Sinaitem, ut Hæresiarcham & novas introducentem doctrinas, & alijs ejus exemplò silentium*

a *Arnob. contr. Gentes lib. 6. vide libr. 1. suprà cap. 28.*

b *De l'Eucharist. l. 3. c. 19.*

c *Grat. de consecrat. dist. 2.*

d *Lib. 2. in Pio.*

e *Epistol. l. 3. p. 408.*

f *In Alexio Comnen. 3. lib. 3.*

Digitized by Google

Græci.

tium imperare, ut mysterium rursùs esset mysterium; in rebus supernaturalibus & artificium externum respuentibus, logicâ methodo & demonstrationibus visus est qua contradictionem ad condescensionem adigerent. Composuit etiam orationes Catechisticas quæ dies jejuniorum instare nunciarent, & ad luctæ Spiritualis certamen invitarent, ex parte mentionem faciens dogmatis, quomodo de eo disceptatum fuerit, & quid de eo sibi videretur, adversariorum vero dicta silentio tradens, contradictionem ut arbitror veritus, & dogmata illa de ipsis subjungens quæ neque prorsus norant, neque ijs in mentem venerant. g *Nam cum quæstio foret, utrum corpus Christi quod percipitur incorruptibile sit, quale post passionem & resurrectionem, an vero corruptibile velut ante passionem: Alij quidem incorruptibile esse dicebant, eo quod divinorum mysteriorum perceptio confessio quædam sit ac recordatio Domini propter nos mortui & redivivi, ut magnus in Theologiâ Cyrillus tradit, & quam partem quisque acceperit, ab eo Christum integrum percipi quem Thomas palpavit, quoniam editur post resurrectionem, sicut Joannes Chrysostomus dicit in sequentibus*: O mirum! qui sedet ad dexteram Patris in nostrâ = peccatorum manibus invenitur. *Item*, floruit in lege, crevit in Prophetis, maturuit in cruce, editur post resurrectionem. *Et post hæc*: neque enim aliud est nisi illud corpus quod morte superius ostensum est & vitam nostram auspicatum. Quemadmodum enim parum fermenti ut ait Apostolus, totam massam ad se assimilat & æquat, ita & corpus immortale à Deo factum cùm in corpore nostro fuerit, totum in se convertit & transmutat. *Hæc quoque nonnulli ex ecclesia lampade Eutychiô proponebant*: totum enim Sacrosanctum corpus & sanguinem pretiosum Domini homo suscipit, etsi partem tantum illorum perceperit. Dividitur enim indivisibiliter in omnibus propter immixtionem, *&c.* h *His ergo hæc proferentibus, & plurima alia ecclesia testimonia citantibus, Alij ex adversâ parte ducebant, mysterium quod perficitur non esse confessionem resurrectionis, sed sacrificium duntaxat, ac de consequenti incorruptibile, & amens, & inanime, neque ad participationem ipsius accedentem totum Christum percipere, sed partem, velut partem recipientem. Nam, si, inquiunt, incorruptibile esset, etiam mentis foret particeps, & animatum, & intactile, & inaspectabile, neque dentibus finderetur, & moleretur, neque in scindendo ullam omninò molestiam aut dolorem sentiret.* Verùm, ut præteream ea quæ i alibi tùm de Veterum locis hîc citatis admonui, tùm de insciâ seu Nicetæ seu aliorum quorum sententiam tuetur, Nysseni verba pro Chrysostomianis proferentium; dico verisimile nullomodò esse quæstionis agitatæ statum ejusmodi tùm fuisse qualem proponit, sed ab illô videri sic confictum. Cui etenim persuadere poterit, Joannem Camaterum Patriarcham, aut alios, haud ignorantes quod scripserat k Apostolus, Christum non amplius pati posse, censuisse illum in Eucharistiâ esse corruptibilem, & dentibus scindi ac moli, & molestiam doloremque persentiscere, ipsiusque particulas ac frustula in eâ sumi? Profecto, si ita sensisset, non eos Nicetas Christianos appellasset, sed Capernaitas & Sarcophagos, ac de gravi injuriâ corpori Domini factâ, ut jam prorsùs incorruptibili, conclamasset ac questus fuisset. Sed procul dubio quæstionis status is erat, utrùm id quod in Eucharistiæ communione sumitur & *Christi corpus* appellatur, sit illud ipsius proprium & incorruptibile corpus quod sedet ad dexteram Patris, an potius verus panis, *divinitati unitus* (ut Damascenus dixerat) & sic propriô corpori sociatus & unitus. Posterius autem statuebant cum Anastasiô Sinaitâ, & probabant ijs argumentis quæ Nicetas ex præjudiciô turpiter pervertit ac imminutas videlicet, illud quod in communione sumitur & *Christi corpus* dicitur, corpus ipsius proprium & substantiale nullomodò esse posse, quoniam perspicuum sit illud esse materiam inanimem & insensibilem, re verâ corruptibilem, suntentiumque dentibus scissilem ac molibilem, ac postremò, cujus particula tantùm frustulumque perciperetur, quorum nullum de propriô substantialique Domini corpore, ut animatô utiquè & incorruptibili, affirmari queat. Luce enim clarius est, eas illorum objectiones ad id probandum quadrare, valdequè appositas esse, non autem ad hypothesin infrunitam & insensatam quàm ipsis falsò affingit. Ac proindè fatendum est, Camaterum Patriarcham, & plurimos etiam alios à transubstantiatione & reali præsentiâ fuisse tunc alienos, quamlibet Nicetas adversam partem amplectatur, & referat *Imperatorem meliori sententiæ, hoc est, luæ, adhæsisse.*

Amalricus Carnot.

b *Hebr.* 9. 28.

Quandoquidem autem in Græcis scriptoribus versamur, expediendus nobis est Samonas nescio quis, Gazensis (ut ajunt) Episcopus, quem c Garetius & alij ad hujus seculi initium referunt. Is enim in disceptatione quadam de Eucharistiâ contrà Achmed Saracenum, d negat *panem & vinum antitypa esse corporis & sanguinis Christi*, & affirmat ea *per consecrationem mutari in proprium corpus & sanguinem*, subjungens, *divisionem* quæ per fractionem fit, esse tantummodò *accidentium sensibilium*. Sed fictitius Author est, commentitiaque pariter ejus disceptatio. Nam nec ulli tùm temporis erant in Palæstinâ Græcanici Episcopi, cum ea à Saracenis possideretur exactis Latinis qui suæ linguæ Episcopos anteà

c *Centenar.* 13.

d *In bibliob. Patrum tom.* 2. *Græcolat.*

g ζητήσεως γὰρ ὄντος, εἰ τὸ μεταλαμβανόμενον ἄχραντον Σῶμα Χριστοῦ ἀφθαρτόν ἐστιν ἐν οἷόνπερ μετὰ τὸ ἀνάστασιν καὶ θεοπρεπῶς ἀναστῆναι, ἢ πάλιν φθαρτὸν, οἱ μὲν ἀφθαρτον ἔλεγον ἀφθαρσίας. ἐπιγνῶσις γὰρ ἔστιν ἡμῖν ἐν ἀναμνήσει τὸ ὑπὲρ ἡμῶν θανεῖν καὶ ἀναστῆναι, ὡς ὁ μέγας ἐν θεολογίαις Κύριλλος, &c.

h καὶ μὴν ἐν τούτοις ἐκτιθεμένοις τὰ μαρτύρια πολλὰ καὶ ἄλλα τῆς ἐκκλησίας μαρτυρούντων, ἦν δὲ οἱ τὰ ἐναντία φρονοῦντες, μὴ τὴν ἀνάστασιν ἐμφαίνειν τὸ μυστήριον τὸ τελούμενον, ἀλλὰ θυσίαν μόνον· τὸ γὰρ ἄφθαρτον, καὶ ἄψυχον, καὶ ἀναίσθητον ὅλως δέχεσθαι καὶ χρῆναι, οὐκ ἀπὸ μέρους τὸν ὅλον μεταλαμβάνοντα. εἰ γὰρ ἦν, φασὶν, ἄφθαρτον, καὶ ἔμψυχον, καὶ ἀναίσθητον, καὶ οὐκ ἂν ἐμερίζετο, καὶ ἀδιάλυτον, καὶ ἀδιάθραυστον, καὶ οὐκ ἂν τοῖς τοῦ μασσᾶσθαι ἐνεχείρητο καὶ ὀδοντώμασιν. i *Lib.* 2. *in Clement.*

Amalricus Carnot.

tèà conſtituerant, nec ullus omninò ſcriptor (quod equidem ſciam) Samonæ hujus meminit: ac deniqué præcipua pars diſputatiunculæ ipſius, ipſamet Anaſtaſij Sinaitæ diſceptatio eſt adverſùs Gajanitas verbotim emendicata & deſumpta, & cum nonnullis additamentis ad fucum faciendum ſub Samonæ nomine publicata & obtruſa. Malè ſit impoſtoribus, excogitatis ejuſmodi commentis, fucum & fraudem facere impudenter conſpirantibus. Verùm redeamus ad Latinos.

e *Gagvin. l. 6. in Philipp.*

Annô decimi tertij hujus ſeculi *e ſeptimô* vixit Amalaricus Carnotenſis, *litteris apprimè eruditus, qui cum apud Pariſios non parvam doctrinæ opinionem obtineret*, inter cætera docuit, *corpus Chriſti non aliter eſſe in pane altaris, quam in alio pane, & in qualibet aliâ re, tranſſubſtantiationem denegans.* Sic enim de illo referunt

f *In Catalogo.*

f Bernardus de Luxemburgo citans quemdam Cæſarium Monachum, g Prateolus,

g *In Almarico.*

h *Contr. hæreſ. verb. Eucher. c. 4.*

i *Chronol. l. 4. ad. ann. 1215.*

h Alphonſus de Caſtro, *i* Genebrardus, & alij recentiorum. Scio, illum quoque accuſatum fuiſſe, quod aſſereret, *altaria ſanctis dicata, & imagines thurificare, ſanctorumque invocationes, idololatriam eſſe*, & quod negaret reſurrectionem corporum, paradiſum & infernum, & alia neſcio quæ inſulſa & infrunita. Sed facile crediderim poſtrema hæc eſſe fictitia ad odium ipſi conflandum propter tranſſubſtantiationem, imaginum veneration-em, & invocationem Sanctorum rejectas & impugnatas, ut nos eſt in Hiſpaniâ: quandò quis religionem noſtram audet profiteri, innumeros ei errores & ſane horrendos, de quibus ne per ſomnium quidem cogitavit, aſcribere & affingere, ut plebs inficeta putet neminem doctrinam Lutheranorum admittere, qui non amens & inſanus ſit. Narrant autem Gagvinus & Prateolus, eum ab Epiſcoporum & Theologorum Pariſienſium concilio ad palinodiam coactum, ex mœrore animi interijſſe, plurimoſque ejus ſectatores damnatos ad rogum nullum reſipiſcentiæ indicium dediſſe, hoc eſt, in fide ſuâ conſtantes permanſiſſe, eamque, ſanguine ſuô ſubſignaſſe. Innocentius verò hujus nominis III. in conciliô ſuô Lateranenſi annô milleſimô decimô quintô Romæ celebratô, Almaricum illum jam defunctum condemnavit, ſed nullo ejus errore ſpeciatim annotato: *Reprobamus, etiam*, k inquit, *& damnamus perverſiſſimum dogma impij Amalrici, cujus mentem ſic pater mendacij excæcavit, ut ejus doctrina non tam hæretica cenſenda ſit, quam inſana.* Quâ de cauſâ in cineres ejus ſævitum eſt, & l *cadaver ejus quod pone Divi Martini Pariſienſem eccleſiam ſepultum fuerat, exhumatum & crematum* eſt. Sic tranſſubſtantiationis doctrina, non tam ex ſcripturis, quàm ſuppliciorum ſæviſſimis cruciatibus fuit ſtabilita: quod an Euangelicum ſit, & Apoſtolicæ praxis, lectores perpendant.

k *Cap. 2.*

l *Gagvin. ubi ſupra.*

Amalricus Carnot.

Innocentius 3.

Suprà memoratus autem Innocentius in eodem concilio tranſſubſtantiationis vocabulum, ſeu potius (quod perindè tamen eſt) verbum *tranſſubſtantiari*, à Stephano Eduenſi excogitatum, quemadmodum & rem eo deſignatam, ad fidem Catholicam pertinere judicavit, Gregorij VII. veſtigia ſequens: *Chriſti*, inquit, m *corpus & ſanguis in ſacramentô altaris ſub ſpecrebus panis & vini veraciter continentur tranſſubſtantiatis pane in corpus & vino in ſanguinem.* Innocentium dixi. Nam re verâ quæ circunferuntur acta & ſtatuta hujus Concilij, Concilij minime ſunt, ſed ipſius Innocentij qui illa in concilio abſque vllâ ſynodicâ deliberatione & deciſione, recitari juſſit, quæ *alijs placabilia, alijs videbantur onerosa*, ut teſtantur n Matthæus Paris, o Nauclerus, p Godefridus, & q Platina. Articulum autem illum de Euchariſtiâ, non modo contrà Almaricum, ſed contra Albigenſes ab eo conceptum fuiſſe, notat Severinus Binnius, & ut puto, veriſſime. Nam hi in diſputatione novem ante annis apud Montem Regium habitâ cum ejus legatis, (quam r Perrinus ſe habere præ manibus ait, merito edendam) theſin hanc propoſuerant, *miſſam ac mutationem ſubſtantialem panis & vini humanum eſſe commentum à ſcripturis alienum.* Ubi autem vidit colloquijs nihil profici, cenſoriâ virgâ uſus eſt, in eorum capita vibrans excommunicationis fulmen. Dein virgâ in ſerpentem verſâ, eos & ferro & flammâ ad internecionem delendos eſſe decrevit. Ceſſarunt diſceptationes, ac earum locum perſecutiones ſubiere per Europam univerſam ubicumque confugerent, etiam datis indulgentijs, omnibus qui ſe ſtrenuos in ijs delendis oſtenderent: *Catholici*, inquit, s *qui crucis aſſumptô Charactere ad hæreticorum exterminium ſe accinxerint, illâ gaudeant indulgentiâ, illoque ſanctiô privilegiô ſint muniti, quæ accedentibus in terra ſanctæ ſubſidium conceduntur.* Conſtituit quoquè in Germaniâ Conradum quemdam Marpurgenſem, Inquiſitorem Apoſtolicum, *Solutum*, ait t Trithemius ad annum hujus ſeculi decimum ſextum, *judicio ferri candentis probare eos qui ſe hæreticos eſſe negarent*, & ſi vrerentur flammis promptum adjudicare & vivi-comburio plectere.

m *Cap. 1.*

n *In Ioanne.*

o *Gener. 41. ad ann. 1215.*

p *Ad ann. 1215.*

q *In Innocent. 3.*

r *Hiſtoir. des Albig. l. 1. c. 3.*

s *Concil. Lateran. ſub Innocent. 3. cap. 3.*

t *In Chron. Hirſang. & Godefridus in Annal.*

Innocentio morienti ſucceſſit Honorius tertius, qui, nè nihil adinvenire potuiſſe videretur, hæc ſtatuit: u *Sacerdos frequenter doceat plebem ſuam, ut cùm in celebratione Miſſarum elevatur hoſtia ſalutaris, ſe reverenter inclinet, idem faciens cùm eam defert Presbyter ad infirmum.* Gregorius nonus ei ſuffectus tintinnabulum addidit circà annum hujus ſeculi quadrageſimum: *Eodem tempore*, inquiunt a Nauclerus & b Crantzius, *Pontifex decrevit*, &c. *Campanaſque ad Chriſti corporis confectionem pulſari.* Refert autem Matthæus c Paris,

u *Decretal. Gregor. l. 3. de celebr. Miſſar. titul. 41. cap. 10.*

a *Ad ann. 1240.*

b *Saxon. lib. 8. cap. 10.*

Guido Grossus. c *Ad ann. 1234.*

c Paris Gregorij hujus mandatô, Albigenſium plurimos in Hiſpaniæ partibus peremptos fuiſſe: ſimiliter & in partibus Alemanniæ fines contingentibus peremptum fuiſſe illorum à Chriſtianis infinitum numerum. Denique Urbanus quartus annô milleſimô duceteſimô ſexageſimô quartô, ad revelationes quaſdam ficticias, preceſque quarumdam mulierculorum Leodienſium, Julianæ, Iſabellæ & Evæ, quæ, cùm adhuc eſſet Leodienſis Archidiaconus, ei familiares fuerant, feſtum cum octavis ſuis in honorem ſacramenti ſtatuit & ſuperaddidit. Recenſent id Arnoldus Boſſius, Dieſteimius, & Molanus. Serrarius ſimiliter, cujus verba ſufficiet huc adducere: d *quemadmodum*, inquit, *tribus Mariis ad ferendum de Domini reſurrectione teſtimonium dixit Angelus Marci 16. 7.* ite, dicite Diſcipulis ejus & Petro quià præcedet vos in Galilæam, *ita tres illas caſtitatis ſanctitatiſque laude præſtantes fœminas excitavit Dominus, ut & Diſcipulis, id eſt, Chriſtianis omnibus, & Petro, id eſt Petri Cathedram tenenti ſignificarent divina majeſtati feſtum iſtiuſmodi honorem eſſe gratiſſimum.* Subdubitat tamen Binnius: e *fuerit ne Pontifex*, ait, *ad hanc feſtivitatem inſtituendam religioſæ cujuſdam mulieris inſtructu ac revelatione*, ut aſſerit Molanus, *vel potius miraculoſâ ſanguinis effluxione, quod ſcripſit Tempeſta Commatus, aliorum eſto judicium.* Sed non erat illi dubitandum. Urbanus enim ipſemet in Epiſtolâ ad Evam ſuprà memoratam ſcriptâ: *Scimus*, f ait, *ô filia, quod magnô deſiderio deſideravit anima tua, ut ſolemne feſtum ſacratiſſimi corporis Domini noſtri Jeſu Chriſti inſtitueretur in Eccleſiâ Dei, fidelibus perpetuis temporibus celebrandum. Et ideò tibi ſignificamus ad gaudium, quod nos ad corroborationem Catholicæ fidei digne ducimus ſtatuendum, ut de tam mirabili ſacramentô præter quotidianam commemorationem quam de ipſô facit Eccleſiâ, ſpecialior & ſolemnior memoria celebretur, ad hoc diem deſignantes certum ut in eo turba fidelium propter hoc affectuoſè ad eccleſias concurrant, ſitque dies ille univerſis Chriſticolis novâ feſtivitate jucundus, & amplâ jucunditate feſtivus, prout in litteris Apoſtolicis quas per univerſum orbem dirigimus, plenius continetur.* In litteris autem illis apoſtolicis quarum mentionem facit, inter cauſas inſtitutionis ſolemnitatis hujus, revelationes recenſet: *Intelleximus*, g inquit, *olim dum in minori eſſemus officio conſtituti* (vid. cum foret Leodienſis Archidiaconus) *quod fuerat quibuſdam Catholicis* (tribus nempè mulierculis ſuprà nominatis) *divinitus revelatum, feſtum hujuſmodi generaliter in Eccleſiâ celebrandum.* An non grave hujus feſtivitatis argumentum, mulierculorum ſomnium ſub revelationis titulo venditatum & obtruſum?

d *De proceſſ. lib. 2. c. 9.*

e *In vita Urbani 4.*

f *Concil. tom. 7. part. 2.*

g *In Clementin. lib. 3. titulo 16. de reliquijs & veneral. Sanctor.*

Quamvis autem eo ſeculo nihil non facerent Romani Pontifices ad commendationem tranſſubſtantiationis ſuæ, non modò mandata, ſed & ſæviſſima ſupplicia adhibentes, haud tamen tunc defuerunt præter Albigenſes & Waldenſes vbique h diſperſos & invictè perſeverantes, ac præter Almaricum, & ipſius Diſcipulos, nonnulli alij hanc pariter improbantes. Inter illos reperitur Guido Groſſus Narbonenſis Archiepiſcopus. Is enim, cùm adijſſet Clementem quartum Pontificem Romanum, familiarem olim ſuum, ſibi temperare non potuit quin in ejus curiâ exiſtens & cum litterato aliquo miſcens colloquia, ſuam de Euchariſtiâ ſententiam tranſlubſtantiationi repugnantem aperiret. Quod vbi poſt ejus reditum Clemens Papa reſciviſſet, illum per litteras monuit & reprehendit quæ, manuſcriptæ in Regiſtrô Epiſtolarum ejus hic habentur. Talis autem fuit ipſius Epiſtola: i *quanto ſincerius perſonam tuam diligimus, tanto gravius perturbamur cum ad nos ea de te perveniunt quæ tui non decent officij gravitatem, & præſertim cum in ſtatûs tui vergunt periculum & honoris. Sane familiariter tibi ſcribimus, illo duntaxat conſcio qui præſentem exaravit epiſtolam, ad noſtrum pervenſſe auditum, quod tu in noſtrâ exiſtens curiâ quidam magno magiſtro tecum de ſacramento altaris conferenti, dixiſti, corpus Domini noſtri Jeſu Chriſti eſſentialiter in Euchariſtia non eſſe, ſed tantum ſicut ſignatum ſub ſigno, & hanc celebrem eſſe opinionem Pariſius adjeciſti. Repſit autem hic ſermo latenter inter aliquos divulgatus, & ad nos poſtremò perveniens ſcandalizavit nos plurimum, nec facile nobis extitit credere talia te dixiſſe quæ hæreſim continent manifeſtam, & illius ſacramenti derogant veritati, in quo fides eò negotiatur utilius quò ſenſum ſuperat, intellectum captivat, & ſuis legibus ſubjicit rationem. Ea propter tua fraternitati conſulimus, ut non plus ſapias quàm oportet, nec imponas Pariſienſibus quod non ſentiunt, ſed fatearis humiliter & firmiter teneas quod communiter tenet Eccleſia, quod ſanctis docent & prædicant, ſub ſpeciebus ſcilicet panis & vini poſt ſacra verba juxta ritum Eccleſiæ ore ſacerdotis prolata, eſſe vere, realiter & eſſentialiter, corpus & ſanguinem Domini noſtri Jeſu Chriſti, licet localiter ſit in cœlo: & ſi forſam habes memoriam, cui vel quibus aſſeneris, id ſcripto vel verbo revoces, ne de te male ſentiant qui male judicant de tam inſigni myſterio te ſentire. Datum Viterbij 5. Calend. Novemb. anno tertio*; hoc eſt, anno milleſimo duceteſimo ſexageſimo octavo. Non autem impoſuerat Archiepiſcopus ille cum ei magiſtro diceret, *Pariſiis celebrem eſſe hanc opinionem.* Hoc enim tantum volebat plurimos inibi eſſe ejus ſententiæ: quod certiſſimum eſt. Nam inter errores varios quos Stephanus Pariſienſis Epiſcopus de conſilio Magiſtrorum Theologiæ condemnavit anno milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo, damnavit pariter errores tunc ſentientium, k 1. *quod cum Deus non comparatur in ratione cauſæ materialis vel formalis, non facit accidens eſſe ſine ſubjecto*

Guido Groſſus. h *Vid. Dubravium hiſtor. Bohem. l. 14 ad ann. 1160.*

i *In Regiſtro manuſcript. Epiſt. Clement. quarti epiſt.*

k *Bibliotb. Patrum edit. 4. tom. 4. ubi Corrigendus eſt annus malè notatus.*

Fratelli Decimũ quartum ſeculum.

ſubjecto, de cujus ratione eſt in actu ineſſe ſubjecto ſuo. 2. *Item, accidens exiſtens ſine ſubjecto, non eſt accidens, niſi æquivoce. Et quod impoſſibile eſt quantitatem ſive dimenſionem eſſe per ſe: hoc enim eſſet ipſam eſſe ſubſtantiam,* 3. *Item, quod facere accidens eſſe ſine ſubjecto, habet rationem impoſſibilis implicantis contradictionem, ut credimus in Euchariſtia.* 4. *Item, quod Deus non poſſet facere accidens ſinè ſubjecto, nec plures dimenſiones ſimul eſſe.* Neque dubium eſſe poteſt, eos qui ſic loquerentur tranſſubſtantiationem prorſus eſſe averſatos. Quid autem Clementis ad amicum litteræ profecerint, ex Archiepiſcopi ad ipſam reſponſione prudens lector conjiciet. Periculum ſtatus & honoris quod illum ita ſentiendo incurrere Papa monuerat, ab eô quidem extorſit ut inficiaretur ſe talia eſſe locutum, ac ſub involutis & obſcuris loquendi formulis ſe eadem cum Eccleſiâ Romanâ ſentire profiteretur: ſed nonnulla tamen habet quæ vix cum eâ concordant, & non obſcurè innuunt eum metu præpeditum intima animi ſenſa non aperte exprimere: *non tamen lateat,* [1] inquit, *Pater ſancte, quod vos ſcire nullatenus dubitamus, quod (Chriſti corpus) quatuor modis dicitur.* 1. *ſecundum ſimilitudinem, ut ſpecies panis & vini, & hoc impropriè.* 2. *materialis caro Chriſti crucifixa & lanceata, quæ prius eſt de Virgine ſumpta, & ſic propriè accipitur.* 3. *ipſa Eccleſia, vel ejus unitas myſtica.* 4. *ipſa caro Chriſti ſpiritualis quæ vere cibus eſt, quam carnem qui manducant ſpiritualiter, veritatem carnis & ſanguinis Domini dicuntur ſumere,* &c. Caro enim illa *ſpiritualis* de quâ poſtremo loquitur, nonnihil abſurde exponi poteſt de propriâ Domini carne, cum illam ab ipſius carne proprie acceptâ diſtinguat & diſparet: ac proinde intelligenda eſt de carne ejus ſymbolica, id eſt, de verâ panis ſubſtantiâ. Sed hac amphibologiâ mentem ſuam occultavit, & ſe periculo exemit. Sic clauditur ſeculum decimum tertium.

[1] *In Regiſtro Epiſtol. Clement ſuprà cit. epiſt.* 519.

Ad ſequentis initium Valdenſes (ni fallor) reperiuntur in Italiâ plurimi ſub *Fratellorum* nomine. Sic enim appellabantur quod ſe *fratres* vocitarent. Author incognitus eorum temporum qui contra ipſos ſcripſit à Gretzero cum Reinero & Pilichdorffio editus: *erroribus,* [a] inquit, *hæreticorum Waldenſium eſt ſubſequentibus & aliis ſcriptis obviandum,* &c. *Hæreſiarchas apud ſe* fratres *nominant.* De illis hæc habet Platina: [b] *Sunt qui ſcribant Bonifacium hoc tempore* (id eſt, ſecundô poſt Jubileum annô) *Hermanni cujuſdam corpus apud Ferrarienſes jam viginti annis pro ſancto cultum exhumari mandaſſe, ac comburi, habitâ de ejus hæreſi quàm diligentiſſimè quæſtione. Hunc ego è Fraticellis fuiſſe crediderim quorum ſecta tunc maximè invaleſcebat.* Et rurſum alibi: [c] *apud Novarienſes nova hæreſis à Dulcino & Margaretâ inventa eſt quâ mares & fœmina ſimul habitantes in omnem libidinem proſabebantur.*

[a] *Biblioth. Patr. edit. 4. tom. 4.*

[b] *In Bonifac. 8. ad ann.* 1303.

[c] *In Clemſt. 5. ad ann.* 1307.

Fraticelli hi ſunt appellati quos opprimere Clemens conatus eo ſtatim milites quoſdam cum Apoſtolico legato miſit qui eos in Alpibus poſitos partim inediâ & frigore, partim armis oppreſſit. Dulcinus autem & Margaretâ vi capti membratim lacerantur, eorumque oſſa combuſta diſſipantur. Sabellicus ſimiliter: [d] *Per id tempus nova obrepſit religionis ſecta, res ſuô ortu læta, ſed exitu triſtis ac deteſtabilis. Fraterculi nuncupati ſunt, qui noctu ſacra operati, fuitque à principiô, ut credere eſt, mens ejus ſacri inventoribus non aliena à pietate: cæterum, tempus ipſum & loci licentia (nam in abditis ea ſacra fieri) omnia in pejus vertere. Canebant illi Deo nocturnos hymnos, ut aliquô pietatis prætextu ſuum tegerent flagitium. Conſuebant mulieres ad orgia illa verius quàm ſacra, cerimoniaque peractâ ſacerdos pronunciabat ut extinctis luminibus, omnes almô ſpiritu invocato promiſcuè coirent: matrona, vidua, virgines, ſinè diſcrimine, ut ad hujus vel illius manus veniſſent, indiſcreto concubitu fœdabantur. Partus per hunc modum conceptus tandiù per manus in orbem ſtantium jactabatur in ipſo antro, donec exhalaret. In cujus manibus exſpiraſſet, Pontifex maximus creabatur. Cremabant ad hæc ſacerdotes unum aliquem ex infantibus ita procreatis, cineres in cadum conjiciebant, vino ſuperinfuſo quo novitij initiabantur,* &c. *Serpſit dirus hic cultus in multas Italiæ urbes, penetravitque ad Græcos, niſi fortè illinc potiùs fluxit, undè olim & Orgia,* &c. *Hunc Bonifacius morem inſectatus, ut dirum & deteſtabilem, juſſit Ferrariæ Hermanni qui unus è Fraterculis fuerat, corpus refodi, annos circiter viginti multâ ibi veneratione cultum, refoſſum mandavit publicè cremari, ad coarguendam vulgi opinionem, habuit indè ſuper eâ re quæſtionem; quo habitu his ſacris initiati uterentur, quod ſciam non traditur. Id malum adeò invaluit, ut in quibuſdam Italiæ urbibus adhuc duret: ſed quià nunc res invidioſa eſt, in occulto habetur.* Qui & aliquandò poſt, eadem quæ Platina de Dulcino refert, id tantum addens: *Alij diverſum hoc ab illorum ſectâ fuiſſe delirium ſignificare videntur.* Eadem quoquè, & [e] Blondus narrat, quæ Platina. Verùm, quis ignorat eadem omninò crimina primis Chriſtianis pariter fuiſſe objecta, ſed tamen per calumniam? Sic enim Ethnicus apud Minutium Fœlicem: *inter eos velut quædam libidinum religio miſcetur, ac ſe promiſcuè appellant fratres & ſorores, ut etiam non inſolens ſtuprum intereſſione ſacri nominis fiat inceſtum: ita vana & demens ſuperſtitio ſceleribus gloriatur. Nec de ipſis, niſi ſubſiſteret veritas maxima, & varia, & bonore profanda ſagax fama loqueretur,* &c. *Ferunt eos ipſius antiſtitis ac ſacerdotis celere genitalia, & quaſi parentis ſui adorare naturam, neſcio an falſa, certè occultis ac nocturnis ſacris appoſita ſuſpicio,* &c. *Iam de initiandis tyrunculis, fabula tam deteſtanda quàm nota eſt, infans farre contectus, ut deciplat incautos, apponitur ei qui ſacris imbuatur. Is infans à tyrunculo farre ſuperſcio*

Fratelli Decimũ quartum ſeculum.

[d] *Enead. 9. lib. 7.*

[e] *Decad. 2. l. 9. ad ann.* 1307.

[f] *In Observ.*

Fratelli Decimũ quartum ſeculum

ſuperficie quaſi ad innoxios ictus provocatõ, cæcis occultiſque vulneribus occiditur. Hujus (proh nefas) ſitientes ſanguinem lambunt, hujus certatim membra diſpertiunt, hac fœderantur hoſtiâ, hac conſcientiâ ſceleris ad ſilentium mutuum pignorantur, hac ſacra ſacrilegijs omnibus tetriora. Et de convivio notum eſt, paſſim omnes loquuntur, id etiam Cirtenſis noſtri teſtatur oratio. Ad epulas ſolemni die coeunt, cum omnibus liberis, ſororibus, matribus, ſexus omnis homines & omnis ætatis. Illic poſt multas epulas, ubi convivium calum, & inceſta libidinis ebrietate fervor exarſit, canis qui candelabro nexus eſt, jactu offulæ ultrà ſpatium lineæ quâ vinctus eſt, ad impetum & ſaltum provocatur. Sic everſõ & extinctõ conſcio lumine, impudentibus tenebris nexum infandæ cupiditatis involuunt per incertum ſortis, etſi non omnes operâ, conſcientia tamen pariter inceſti, quoniam votõ univerſorum appetitur, quicquid accidere poteſt in actu ſingulorum. Æquè certè verum Fratellos illos Waldenſes criminum illorum fuiſſe reos, ac primævos Chriſtianos. Fraudes Adverſariorum ſunt veritatis inimicorum, haud difficulter revincendæ. Nam ipſemet Sabellicus eorum ſcelerum ex rumore & famâ relator: *fuerunt*, inquit, *quod miror, viri ſingulari eruditione, multaque religione præditi, vt fertur, qui hæc ritui favorent.* Quàm vero improbabile eſt, *viros ſingulari eruditione multaque religione præditos, his favere* potuiſſe, ſi tam fœda & horrenda docuiſſent & patraſſent? An non vel ex eõ patet, illa eſſe commentitia, ipſiſque falsõ afficta? Sed ab his omnibus nominatim illos purgat Author incognitus à nobis ſuprà memoratus. Nam cùm de ipſis dixiſſet, inſtar Sabellici, *ipſi ſecretò prædicant, & paucis hominibus in angulis domorum, & plerunque noctis tempore*, ſubjungit: *perverſa dogmata ſub verorum dulcedine, & ſanctarum doctrinarum ſpecie, contrà veritatem Romanæ Eccleſiæ prædicant*, &c. *Ergò licet quædam veritatem continentia doceant, vt ſunt, non furari, non mœchari, non fallere, non mentiri*, &c. *His tamen ſententijs melliris venenum iniquitatis articulorum hæreticorum per Sanctam Romanam eccleſiam reprobatorum inſerunt, ſimplices decipiunt, animarum ſalutem ſubtrahunt, & furantur, & infinita mala introducunt.* Deindè, in particulari articulos illos hæreticos (ſcilicet) referens, eos ipſos tantum recenſet quos hodie defendimus: *ſacerdotes eccleſiæ Romanæ non eſſe veros & legitimos ſucceſſores Diſcipulorum Chriſti; Sanctos in patriâ non eſſe invocandos; quod Papa, Archiepiſcopi, Epiſcopi non habeant majorem authoritatem, quàm ſacerdotes; quod ea quæ conſtituuntur ab Epiſcopis & Eccleſiæ prælatis non ſunt ſervanda, eò quod ſint traditiones hominum, non Dei; quod eccleſiæ Dei non debeat malos perſequi*, ferro & flammâ, ſcilicet ac denique: *indulgentias & remiſſiones quæ per Epiſcopos fiunt, nullius eſſe vtilitatis & momenti.* En vera eorum crimina, abuſuum videlicet Romanæ religionis rejectio & impugnatio, non autem impia vita ſceleribus contaminata. Verùm redeamus ad quæſtionem Euchariſticam. Wicleff.

Annõ hujus ſeculi undecimõ Clemens V. in Concilio Viennenſi feſtivitatem corporis Chriſti ab Urbano quarto quadraginta & ſeptem antè annis inſtitutam, [g] diligentiùs præcepit obſervari. *Ea enim*, ut notat Gloſſa, *non fuit recepta ab omnibus, ideo Clemens Papa Quintus innovavit illam conſtitutionem, & illam præcepit ab omnibus obſervari.* Nec tamen illicò ab omnibus fuit obſervata: *quamquam*, inquit [h] Dieſtemius, *Apoſtolica mandata omnibus Eccleſiis directa fuiſſent ſuper celebrandâ novâ de venerabili ſacramentõ ſolemnitate, omnes tamen eccleſiæ obedire diſſimulaverunt, præter eccleſiam Leodienſem, quæ vbi Apoſtolicum nuntium cum bullis decretalibus ac officio apportatis honorificè ſuſcepit tanquàm devota filia, mox quam celerrime obedivit, rejecto officiõ quod virgo Iuliana confici præceperat, vtens illo officio quod B. Thomas Aq. confecerat. Itaque ab adventu præfatarum bullarum tota & ſola Leodienſis diœceſis præfatam ſolemnitatem ſingulis celebravit annis uſque ad tempora Domini Ioannis Papæ XXII. qui floruit anno Domini 1315. qui omnes conſtitutiones Clementis publicavit & ad univerſalia ſtudia tranſmiſit.*

[g] *Clement. l. 3 titul. 15. de relig. & venerr. ſanct. c. Si Dominum.*

[h] *Articul 9.*

Nec id tamen prohibuit, quominùs & præter Waldenſes exſurgerent alij hunc abuſum rejicientes. Nam circà annum hujus ſeculi quadrageſimum vixit Herbipoli Conradus Hager, qui, ut ex bullâ Ottonis Epiſcopi Herbipolenſis patet, quemadmodum notat [i] Hoſpinianus, *confeſſus eſt ſe annis 24. ſenſiſſe & docuiſſe, miſſam nullomodò ſacrificium eſſe, aut cuiquam vel vivo vel mortuo prodeſſe, & propterea a nemine celebrandam.* Bullam illam ubi viderit, omiſit notare.

[i] *Hiſtor. ſacrament. l. 4. cap. 13. Catalog teſtium verit. l. 18.*

Verum aliquot annis poſt, videlicet, circà annum milleſimum trecenteſimum ac ſexageſimum quartum nova erga ſacramentum incœpit ſuperſtitio. Feſtõ enim antè centum annos inſtituto ab Urbano quinto, addita eſt circumgeſtatio publica ad pompam. Ita Genebrardus: [k] *centum annis poſt, Papiæ cœpit luſtratio ſacramenti quæ corpus Chriſti in ſeculum fertur.* Chronica Boſſij. *Atque hinc ad reliquas Occidentis partes manavit, præſertim Andegavum, vbi Berengarius fuerat Archidiaconus, & ſacramentariam impietatem ſparſerat, vt corporis Chriſti præſentia preces ſint ardentiores, fidei publica fiat profeſſio contrà ſacramentarios, debitus cultus Chriſto exhibeatur, qui nobiſcum corporaliter verſari dignatur. Sic olim publicè circumgeſtabant arcã teſtamenti, mannã corporis Chriſti ſymbolum continens Ioſ. 6. & 1. Reg. 4.* Hujus quoque conſuetudinis in Anglia jam

[k] *Chronog. l. 4. ad ann. 1365.*

Wicleff. stabilitæ meminit Walsinghamus ad annum hujusce seculi octuagesimum nonum. Id unicum videbatur tanto errori deesse, ut veluti curru triumphali deferretur; rectèque notavit, licet non admodum cautè, Gabriel Albaspinæus Episcopus Aurelianensis, *venerationem sacramenti perpetuo accrevisse, nunquam autem imminutam fuisse.* Qui enim augeri potuit, si summa semper fuisset, ut ipsi quidem pertendunt? Sed ad rem. Circungestatio hæc a destinatione sacramenti est aliena. Destinavit enim illud Dominus ad communionem: *accipite*, inquit, *& edite*, non ad circungestationem. Circungestatio illa figmentum est ad Paganorum imitationem compositum: *in hac ceremoniali pompâ*, inquit [l] Polydorus Virgilius, *quæ hodie Deo nostro quotannis peculiariter in solemnitate corporis Christi, vel circa dies Pentecostes, dedicatur, solent anteludia præcedere, hoc est, oblectationes ludicræ vagari, in quibus Prophetæ repræsentantur, alati pueri concinunt. Chorus inducitur fœminarum. Hic agit David, ille Salomonem gerit, alij Reginas fingunt, alij venatores ludum simiam vel jumenta simul inducentes, ut denique in hoc ludicro apparatu multijuga convivantur Historiæ antiquæ. Item, cereæ tedæ, & symphoniæ adhibentur. Loca velantur quâ pompa vehitur. Item, pueri & puellæ ex fenestris vetantur despicere, hoc est, superne in locum inferiorem despectare. Præterea, Sacerdotes vel laici, diporum personas agunt, eorum imagines aut reliquias ferentes. Via & platea omnigenis odoribus conspergunturs, floribusque sternuntur, ac demum aliqui præficiuntur, qui jubeant viam dari, ut pompa sine offensiculo populariter procedat.* [n] *Di boni, quot in nostra religione ritus habemus ab Ethnicis transpositos, quales græcul dubio sunt pompa hæc sacrorum, & omnia alia ad eam rem pertinentia? Ad hunc quippe modum sacrificalis pompa apud Priscos dicebatur:* Cujus rei testimonium Apuleius in primis perhibet, &c. Callander quoque de illa hæc ait: [m] *Consuetudo, qua panis Eucharistia in publicâ pompâ conspicuus circumfertur, ac passim omnium oculis ingeritur præter veterum morem & mentem, haud ita longô tempore inducta & recepta videtur. Illi enim hoc mysterium in tantâ religione & veneratione habuerunt, ut non modo ad ejus perceptionem, sed ne inspectionem quidem admitterent nisi fideles, quos Christi membra & tanti mysterij participatione dignos esse existimarent. Quare ante consecrationem Catechumeni, Energumeni, Pœnitentes, denique non communicantes, Diaconi voce & Oblationum ministerio secludebantur. Quare videtur hic circungestationis usus citrà grave Ecclesiæ damnum, imo cum ipsius lucro (si modo id prudenter fiat) omitti posse, cum & recens sit, & diu sine ea circumgestatione sacramento suus honos constiterit, & hodie constare possit: deinde cum hodie plerumque non devotioni populi, sed pompæ magis & ostentationi serviat. Itaque vir summi judicij Albertus Cranzius in*

[l] *De Inventor. rer. lib. 6. cap. 11. in edit. Roberti Stephani Parisiis an. 1528. in 4. Alia edition. in toto hoc cap. 11. valde variat.*

[n] *Eadem habet in epist. ad Ioann. fratrem operi præfixa.*

[m] *In consule ad art. 22. de circungestat.*

sua metropoli Nicolaum Cusanum legatum per Germaniam laudat, qui abusum sacramenti Eucharistiæ in unum frequenti ejus per singulas ferias circumgestatione sustulerit, & constituerit, ut nisi inter octavas festi sacramento dedicati in publicum nè deferretur. Additque idem Albertus memorabilem causam, quia, ajens, ejus sacramenti usus a cœlesti Magistro institutus est ad usum, non ad ostentationem. De ipso verò festo certum est illud ab Urbano, non ad circumgestationem institutum, sed ad celebriorem conventum, & ut homines per pietatis opera ita se præparent, quò hujus pretiosi sacramenti eo die participes fieri, atque ipsum reverenter suscipere mereantur. Ita enim habent verba Decreti: ad quod institutum si redeatur, nil puto fore absurdi. Postremò, certum pariter est Reginam Catharinam Mediceam litteris ad Papam scriptis annô 1561. id requisivisse, [n] *ut recens & nuper inventum Dominici corporis festum quod multorum offensionum causam præbeat, & minime necessarium sit, aboleatur. Nam mysterium illud*, inquit, *ad adorationem & spiritualem cultum, non ad pompam & spectacula institutum est.* Nec Genebrardum juvat, exemplum Arcæ circum Jericho gestatæ, ac ejusdem rursûs ab Israëlitis in exercitum adductæ. Ἀπὸ γὰρ διόρυμα enim prorsùs est. Nam prius illud factum est speciali mandatô, cujus nihil simile de sacramentô traditum est: posterius ex superstitione quæ illicò castigata est, arcâ ipsa capta, devictisque Israëlitis. Ac deinde, arca ad esum non erat instituta, sacramentum vero, ad id à Dominô est dedicatum.

[n] *Thomas bill. l. 28.*

At vero seculi illius annô septuagesimo septimo *surrexit in vniversitate Oxoniensi*, inquit [b] Walsinghamus, *quidam Borealis, dictus Magister Ioannis Wiclef, secularis in Theologia* (id est, *sacra pagina professor*, ut illum [c] Gregorius undecimus nominat) *tenens publice in scholis & alibi conclusiones erroneas & hæreticas, ac statui vniversalis ecclesiæ contrarias & absurdas, & præcipuè contra Monachos & alios religiosos possessionatos venenosè sonantes, qui ut suam hæresin cautius palliaret, congregavit iniquitatem sibi, videlicet, comites atque socios vnius sectæ simul Oxonijs & alibi commorantes, talaribus indutos vestibus de russeto, in signum perfectionis amplioris, incedentes nudis pedibus qui suos errores in populo ventilarent, & palam ac publice in suis sermonibus prædicarent. Qui inter cætera, ista quidem tenuerunt ad vnguem, videlicet, quod Eucharistia in altari post sacramentum non est verum corpus Christi, sed ejus figura.* De eo similiter Waldensis: [d] *tenet ab integro panem naturalem remanere in Eucharistia, & secundum quamdam figuram loquendi esse corpus Christi. Corpus Christi quoque solum in natura & substantia sua esse sursum in cœlo, & figuraliter in sacramento, sicut Ioannes Baptista fuit Helias, & petra Christus, &*

[b] *In Edvard. 3. ad ann. 1377.*

[c] *In epist. ad Cancellar. Oxoniens. ib d.*

[d] *Tom. 2. cap. 19. & 20.*

septem

Wicleff. *septem ſpica ſeptem anni.* Et citat illum in libellô de incarnatione, & capite de quantitate in ſummâ, & alibi, & de ſermone Domini in monte cap. 43. Et Widefordus, pro ejus primô articulô ponens: e *manet panis ſubſtantia poſt ejus conſecrationem in altari, & non deſinit eſſe panis.* Unde patet, qua fronte Perronius audet aſſerere, f *Wiclefum, cum in vivis foret nunquàm aperte profeſſum eſſe coram Catholicis, ſe doctrinam tranſſubſtantiationis negare, ſed contra affirmaſſe ſe eam tanquam doctrinam fidei tenere & credere, diſſenſionemque ejus in hoc punctô ab eccleſiâ Catholicis non notam fuiſſe niſi poſt ipſius obitum, ex his quæ ſcriptis reliquerat, & ejus Diſcipuli revelarunt.* Nam contra Walſinghamus ait, illum publice in ſcholis, & in prædicationibus, & in ſcriptis eam negaſſe. Ait concluſiones ipſius, quarum illa una erat, & enumeratarum prima, exhibitas & perlectas fuiſſe coràm Papa Gregoriô, qui non modò illas tanquàm hæreticas damnaverit, ſed & eodem anno nimirum, ſeptuageſimo ſeptimo, id ſignificaverit per litteras Univerſitati Oxonienſi, Archiepiſcopo Cantuarienſi & Epiſcopo Londonienſi, imò & ipſi Regi Eduardo, ut Viclefum *capi* curarent & *carceri mancipari.* Deniquè notat rurſus ad annum octogeſimum primum: g *eodem tempore ipſi vetus hypocrita, Angelus Satanæ, Antichriſti præambulus, non nominandus Ioannes Wyclif, vel potius Wickebeleve Hæreticus, ſua deliramenta continuans viſus eſt abſorbere Iordanem, & omnes Chriſtianos mergere in abyſſum, reaſſumens quidem damnatas opiniones Berengarij & Okleſe, aſtruere laboravit poſt conſecrationem in miſſâ a ſacerdote factam, remanere ibidem verum panem & vinum vt fuere per priùs*; &c. Similiter & Waldenſis ait: h *poſt multa ducitur ad provinciale totius cleri concilium, vbi metropolitano Cantuarienſis ſedis inſtante Gulielmô, fides ipſi Catholica declaratur, tandem hæreſes ejus damnantur in terminis.* Verum, Gregorij litteræ & comminationes eũ à ſententiâ ſuâ nullomodò dimoverunt, nec ergà alios ei valdè nocuerunt. Nam ad univerſitatem Oxonienſem quod attinet, en quid præſtiterint a Walſinghamo conſignatum: *paucis diebus,* i inquit, *ante natale Dominicum miſit Dominus Papa bullam ſuam univerſitati Oxoniæ miniſterio Magiſtri Edmundi Stafford, increpans eos correctione paternâ ſuper deſidia eorum manifeſtâ, eo quod tanto tempore opiniones erroneas ipſius Antichriſti Diſcipuli, ſcilicet, Magiſtri Ioannis Wiklef, radicari permiſerant inter eos, dum non fuerat qui ferrum doctrinæ Catholicæ aſſumere laboret ad extirpandum tam peſtiferæ plantationis radicem. Cujus vniverſitatis moderni procuratores, ſivè rectores, quantum degeneraverint a prudentiâ ſeu ſapientiâ antiquorum per hoc facile cõjici poterit, quod audità cauſâ adventus dicti Papalis nuncij, diù in pendulô hærebant, utrum Papalem bullam deberẽt cum honore recipere, vel omnino cum dedecore refutare. Oxonienſe ſtudium generale, quam gravi lapſu a ſapientiæ & ſcientiæ culmine decidiſti, quod quondam inextricabilia atque dubia toti mundo declarare conſueſti, jam ignorantiæ nubilo obfuſcatum dubitare non vereris, quæ quemlibet e laicis Chriſtianis dubitare non decet. Pudet recordationis tantæ imprudentiæ, & ideo ſuperſedeo in hujuſmodi materia immorari, ne materna videar vbera decerpere dentibus, quæ dare lac potum ſcientiæ conſuevere.* Apud Archiepiſcopum Cantuarienſem & Epiſcopum Londonienſem non multò magis tùm profuerunt, de quô idem Walſinghamus ſic queritur: *quàm indevotè, quàm ſequiter,* k inquit, *commiſſa ſibi mandata compleverint, melius eſt ſilere, quam loqui. Hoc tantum poſterorum notitiæ declarare ſtuduimus, quod cum ipſi Epiſcopi tantæ dignationis favorem & apices ſuſcepiſſent, animati plurimùm, nec immeritò, profitebantur ſe nullius precibus, nullius minis vel muneribus, eſſe flectendos, quin in iſta cauſa recta juſtitiam ſequerentur, etiam ſi periculum capitis immineret.* l *Sed inſtante die examinationis ipſius Apoſtatæ, amore a ventô arundinis agitata mollita ſunt ſermones eorum ſuper oleum in jacturam propriæ dignitatis, & totius eccleſiæ detrimentum. Et qui nec ipſis Dominis Regnique principibus ſe obtemperare devoverant donec exceſſus ipſius hæreſiarchæ puniviſſent juxtà mandata Papalia, à facie cujuſdam, nec nobilis militis, neque potentis, de curiâ Principiſſæ Ioannæ videlicet Ludovici Cliffordi pompoſe vetantis nè præſumerent aliquid contra ipſum Ioannem ſententialiter diffinire, tanto timore concuſſi ſunt, vt cornibus eos carere putares; factos velut homo non audiens & non habens in ore ſuô redargutiones. Inſuper, nec illud eſſe ſilendum æſtimo, cum Epiſcopi prædicti cum iſtô ſchiſmatico in capellâ Archiepiſcopi apud Lambeth convenirent, non dico cives tantum Londonienſes, ſed viles ipſius civitatis ſe impudenter ingerere præſumpſerunt in eamdem Capellam, & verba facere pro eodem, & iſtud negotium impedire, confiſi (vt reor) de ipſorum præmiſſâ negligentiâ prælatorum. Talibus occaſionibus ſeu commentis Pſeudo-propheta & verus hypocrita pro tunc evaſit, amplius non compariturus coràm dictis Epiſcopis circa mortem Gregorij Papæ: cujus obitus non modicum fideles contriſtavit, ſed in fide falſos, ipſum Ioannem & ipſius aſſeclas animavit.* Poſtremò, nec apud Regem valdè profecerunt. Patet enim ex verbis ejuſdem Walſinghami ſuprà allatis, ipſos *Dominos regnique Principes & magnates terræ* illi faviſſe. Waldenſis autem id explicat, l de Rege ipſiuſque filio, de Duce Lancaſtriæ & multis regni magnatibus, quos enumerare longum foret, nec neceſſe eſt. Perronius quidem hic ait, *favorem quem tunc Wiclefus apud nonnullos Aulicos obtinuerat, non ei ex doctrinæ capitibus obtigiſſe, ſed ex eo quod Regis & Aulicorum affectus ſuper quæſtione de juriſdictione eccleſiaſticâ quæ illis cum Papâ intercedebat, adularentur, ut teſtatur Polydorus Virgilius.*

e *Adverſ. Ioan. Wiclefum art. 1.*

f *De l'Euchar. l. 2. Autheur. 6.*

g *In Richardo 2. vid. & ad ann. 1382. ibid.*

h *Tom. 2 in prologo doctr. 12.*

i *In Richard. 2.*

k *Ibid.*

l *In Epiſt. ad Martin. 5.*

Wiclef. Verùm, contrarium apparet ex Walſinghamo. Nam poſtquàm enumeraſſet præcipua Wiclefi & Lollardorum (ſic enim ipſius aſſeclæ *à vulgò vocabantur*,) inquit dogmata, *de Euchariſtiâ, de Eccleſiâ Romanâ, de Papæ poteſtate, de Evangelij perfectione & ſufficientiâ*, &c; *iſta & plura alia*, a ait, *in ſubverſionem noſtræ fidei aſſeruerunt & affirmaverunt dicti ſeductores, in tantùm, quod Domini & Magnates terræ, multique de populò ipſò in ſuis prædicationibus confoverunt, & faverunt prædicantibus hos errores.* Eò nempè maximè, *quia poteſtatem tribuerunt Laicis ſuis aſſertionibus ad auferendum temporalia à viris Eccleſiaſticis & religioſis.* Et rurſus alibi, poſtquàm Wiclefi theſin ſuprà allatam propoſuiſſet: *talia*, b inquit, *detrahendo multos ſeduxit in eumdem errorem.* Et iterum ad annum 1382. *Adverſarius fidei Chriſtianæ, hæreſiarcha recordationis execrabilis Ioannis Wiclef ſollicitus pervertere tam majores quam minores regionu incolas ſuis nequam adinventionibus, ſuas damnabiles opiniones modo per ſe, modo per ſequaces ſuos, modò ſcriptis, modò prædicationibus per totum tempus illud.* Inter ſequaces autem ejus enumerat primò Wilhelmum quendam qui publicè prædicavit Leiceſtriæ Dominicâ in ramis palmarum, hoc inter cætera dogma: *quod ſacramentum altaris poſt conſecrationem eſt verus panis*, ut ferebat concluſio eodem tempore à Wicleſo publicata, *ſubſtantia panis manet poſt conſecrationem, & ſubſtantia panis poſt conſecrationem eſt corpus Chriſti.* Et addit: *cùm autem Epiſcopus Lincolnienſis eum* (Wilhelmum) *correxiſſe paraſſet, & ab eò facultatem prædicandi tuliſſet, ſaviens turba demens Epiſcopum adeo deterrebat, ut nihil auderet agere contrà eum.* Deindè, ad alios litteratos ejuſdem aſſeclas pergens: *fuerunt*, inquit, *eo tempore & plures alij hujus neſcindæ doctrinæ ſequaces & diſcipuli, qui prædicaverunt & iſta, & plura alia magis enormia, non in quibuſcunque villis & civitatibus, ſed in ipſâ univerſitate Oxoniæ profeſſis dielms. Cancellarius pro tunc Magiſter Nicolaus Hertford, acerrimus ſectator Ioannis Wiclef, & quidam Canonicus Leiceſtriæ, & alij*, &c. *Hi omnes & plures alij ex eorum complicibus peccatum ſuum quaſi Sodoma prædicaverunt, nec abſconderunt, nec ſuffecit ſcholis male ſentire de fide Catholicâ, aut de cæteris in quibus erubant articuli, niſi publicas prædicationibus traherent in ſuæ pravitatis derium Chriſti fideles.*

Cùm autem Wilhelmus Archiepiſcopus Cantuarienſis innumeros perſpiceret Wiclefi & ſequacium inductionibus à religione Romanâ quotidiè deficere, progreſſum metuens *convocatis ſuffraganeis, ac quibuſdam Coëpiſcopis qui poſt Baalim non abjerunt*, inquit Walſinghamus, *& pluribus de ſacra pagina profeſſoribus*, varias propoſitiones quas Wiclefus dicebatur paulo ante publicaſſe, & *ad Dominos & magnates qui circa feſtum S. Ioannis ante portam Latinam Londonias ad Parlamentum coadunati fuerunt*, miſiſſe, ad viginti uſque damnavit. Inter illas autem quarum rejectio tranſubſtantiationis prima eſt, pro ſeptimâ reponunt, *quod Deus debeat obedire Diabolo*, quemadmodum & poſt in Conſtantienſi concilio factitatum. Sed procul dubio per inſignem calumniam. Nam, ut præteream Wiclephum in Trialogo ſuo qui ſolus operum ejus (quod ſciam) tractatus editus eſt, c ea habere quæ hanc theſin ei affictam mendacij arguant; quis veriſimile judicaverit illum has propoſitiones ad Dominos & Magnates ob Parlamentum coadunatos mittentem *quibus illos allicere poſſet & in errorem trahere*, quemadmodum notat ipſe Walſinghamus, adeo ſtolidum, bardum & amentem fuiſſe, ut inter illas poneret horrendam hanc & execrandam, *quod Deus debeat obedire Diabolo?* Hac utique blaſphemiâ tantùm abeſt ut allexiſſet quin contrà ſibi infenſos ex fautoribus reddidiſſet tam abominando dogmate. Figmentum eſt excogitatum ut invifus & odioſus velut Deo injurius, eumque negans crederetur. Quod patet & ex Wideſordo qui inter ejus articulos a Thomâ Cantuarienſi legato Apoſtolico in Concilio Londinenſi annis quatuor poſt damnatos, blaſphemum illum non habet, procul dubio non omiſſurus ſi quid tale Wiclephus docuiſſet. Verùm, non obſtante ſupra memoratâ a Wilhelmo Cantuarienſi factâ dogmatum & articulorum ſuorum damnatione, perſtitit Wiclefus in docendo & ſcribendo. Quòd & Waldenſis obſervat: *metropolitano*, d inquit, *Cantuarienſis ſe dis inſtante Guilielmo fides ipſi Catholica declaratur, tandem hæreſes ejus damnantur in terminis, & nec ſic contumax iſte conſunditur, ſed profiſti ſtatim in conſueta commitia paucis annexis ſophiſmatibus, & Concilium terræ motus appellat, Pontifices Phariſæos & Satrapas, Magiſtros omnes & clericos congregatos canes & caſareos clericos increpat & blaſphemat.* Denique tribus poſt annis, milleſimo videlicet trecenteſimo ac octogeſimo quinto Domini anno in paroecia Luttleuvorth cujus rector erat, innumeris ante Libris & tractatibus conſcriptis (nam *ſupra ducenta volumina fuiſſe traduntur*, ait e Æneas Sylvius) ultimum diem ſuum clauſit, ibique ſepultus & inhumatus eſt. Walſinghamus ei infenſiſſimus propter aſſertiones contra f Monachos publicatas obitum ejus deſcribit ipſiſmet odij malitiæque calamo: g *Die S. Thomæ Cantuarienſis Archi-Epiſcopi Martyris*, (ſcilicet) *organum Diabolicum, hoſtis Eccleſiæ, confuſio vulgi, hæreticorum idolum, hypocritarum ſpeculum, ſchiſmatis incentor, odij ſeminator, mendacij fabricator Ioannes de Wiclif, dum in S. Thomam, ut dicitur, eodem die in ſua prædicatione quam dicere præparaverat actiones & blaſphemias vellet evomere, repente judicio Dei percuſſus ſenſit Paralyſin omnia membra ſua generaliter invaſiſſe.*

Os nempè

a *In Eduard. 3.*

b *In Richard. 2. ad ann. 1381.*

c *Vid. l. 2. c. 13 & lib. 3. c. 4.*

d *Prolog. tom. 2. Adverſar. 12.*

e *Hiſtor. Bohemic. cap. 35. & Dubravius l. 23.*

f *Vid. Walſing. ad ann. 1387.*

g *In Richard. 2. ad ann. 1385.*

Wiclef.

Wicleviſtæ.

Os nempe quod contra Deum & Sanctos ejus, ſivè Sanctam Eccleſiam ingentia locutum fuerat, a locò ſuò miſerabiliter diſtortum, horrendum cernentibus ſpectaculum exhibebat, lingua effecta muta confitendi vel teſtandi copiam denegabat, caput tremulum maledictionem quam divinitas in Cayn fulminaverat, in ipſum latam etiam patulò demonſtrabat. Et, ut nullis veniret in dubium eum Cayn conſortio deputandum (vt ferunt hi qui affuerunt morienti) per ſigna forinſeca moriens deſperavit: & quidem totius malitiæ ſuæ concluſio talis erat. Alibi tamen ait, eum protelaſſe *inviſam vitam uſque ad diem S. Sylveſtri* (hoc eſt, ad tertiam a morbò diem) *quò*, [h] inquit, *malitioſum efflavit Spiritum ad ſedes luce carentes.* Sed mendacium nullum eſt adeo crallum & impudens quod ſic obtrudi non queat cum perfidâ hac cautelâ, *ut dicitur, vt referunt.* Falſis rumoribus & relationibus fictis nimis facilè credidit, niſi forte propter odium quò flagrabat infenſiſſimum id ipſemet continxerit, *frater, ergò mendax*, ut ipſe ſuprà teſtabatur augumentum id tenuiſſe tùm, tam in formâ quàm in materiâ. Credidit, aut ſaltem ſe credere ſimulavit Joannem Wiclefum deſperantem obijſſe *& ad ſedes luce carentes* abijſſe: alij verò contrarium. Teſtatur enim [i] Æneas Sylvius, Joannem Hus *mundioris vitæ opinione clarum* ſæpe dixiſſe inter prædicandum, *ſe poſtquàm ex hac luce migraret, in ea loca proficiſci cupere ad quæ Wiclephi anima perveniſſet, quem virum fuiſſe bonum, Sanctum, cœloque dignum non dubitaret.*

[h] *In Typdigmat. Neuſtr. ad an. 1385.*

[i] *In Hiſtor. Bohem. ubi ſuprà.*

Defuncto autem Wiclefo non defecit ejus doctrina, nec illius aſſertores. Succeſſit ei in docendi munere *Nicolaus Hereford, Doctoris Theologiæ gradum habens*, inquit [k] Valſinghamus, *ſed ſeductoris ſequens officium, quippe qui* (poſt Hereſiarcham Ioannem Wiclef) *omnes hujus ſecta viri maximè adhærebant.* Notat autem idem Author toto hoc ſæculo plurimos eamdem doctrinam profitentes. Nam ad annum hujus ſeculi octuageſimum nonum, hæc habet: [l] *Lollardi ſequaces Ioannis Wiclef per idem tempus in errorem ſuum plurimos ſeduxerunt, & tantam præſumpſerunt audaciam, ut eorum Preſbyteri more Pontificum novos crearent Presbyteros, aſſerentes (vt frequenter ſuprà retulimus) quemlibet ſacerdotem tantam conſecutum poteſtatem ligandi atque ſolvendi, & cætera eccleſiaſtica miniſtrandi, quantam ipſe Papa dat veldare poteſt. Exercuerunt autem iſtam perfidiam in diœceſi Sarum. Et qui taliter ordinati ſunt ab hæreticis, ſibi cuncta licere putantes, miſſas celebrare, divina tractare, & ſacramenta conferre mirum timuerunt. Prodita eſt hæc nequitia per quemdam ab eis ordinatum, qui ſtimulatus conſcientiâ Epiſcopo Sarum confeſſus eſt errorem, apud manerium ſuum de Suuinyng. Eodem tempore dicti hæretici prædicaverunt peregrinationes non debere fieri, & præcipuè apud Walſingham, & crucem de North dore apud eccleſiam S. Pauli Londonijs, ubi nihil erat numinis, ſed tantùm putrida ſtipites ſcaturientes vermibus, per quæ imperitum vulgus ſeductum idolatrare manifeſtè cogebatur. Audierunt & viderunt, atque ſciverunt hæc vniverſa Pontifices, ſed abierunt alius in villam ſuam, alius vero in negotiationem ſuam, dimiſerunt oves expoſitas luporum rictibus, ſed nullus erexit baculum ad abigendum. Iam plena erat omnis turba, non ſolùm lupis, ſed ipſis rapacibus, quorum morſus inevitabiliter virulenti atque lethales, ſed nullus oblatrator qui ſaltem voce terreret fures, præter antiſtitem Northuycenſem: ſit nomen ejus benedictum in ſecula, quia non permiſit plebem ſuam inſici tantâ labe.* Juravit *nempè*, & non pœnitebit eum, *quod ſi quiſquam de ſectâ perverſâ prædicare præſumeret in diœceſi ſuâ, vel ignibus traderetur, vel capite privaretur: nullaſque ſuit de tantâ ſequelâ qui his cognitis vellet ad martyrium properare, propter quod in Epiſcopatu ſuo hactenus fides & religio inviolata permanſit.* Veriſimillimum autem valde eſt, Epiſcopos illos hæc videntes, & tolerantes ab eorum ſententiâ non valdè fuiſſe alienos. Et rurſus ad annum nonageſimum quintum: *Eo tempore Lollardi cum ſuis fautoribus in omnem malitiam efferati, fixerunt publicè ſuper oſtia eccleſiæ S. Pauli Londonijs & Weſtmonaſterij abominabiles ſceleri accuſationes, & hactenus inauditas concluſiones, quibus nitebantur deſtruere perſonas Eccleſiaſticas & eccleſiæ ſacramenta* (ſic loquitur propter rejectionem tranſſubſtantiationis, & aliorum quinquè ſacramentorum) *animati, ut fertur, nimiò favore quorumdam Procerum & militum Angliæ.* Sed rurſum iiſdem temporibus Waldenſium plurimos fuiſſe inter ipſas Alpium quę Galliam ab Italiâ diſterminant fauces, conſtat tàm ex Scilſeliô [a] Archiepiſcopô Taurinenſi id agnoſcente, quàm ex bulla quadam Clementis ſeptimi Avenione contra ipſos [b] datâ anno hujus ſeculi octuageſimo, executionique mandata per inquiſitorem quemdam Minoritam Franciſcum Borelli, qui per annos quamplurimos illos graviſſimè vexavit, & crudeliſſimè necandos curavit. Sic claudiur martyrio decimum quartum ſeculum.

[k] *In Richard. 2. ad ann. 1387.*

[l] *& in hypodigm. Neuſt. ad eumd. ann.*

Wicleviſtæ.

[a] *Contr. Valdenſ. Fol. 2. pag. 1.*

[b] *Extat in Camerâ rationum Gratianopoli.*

Decimum quintum ſeculum.

Ad initium decimi quinti, ipſo primo anno ejus cœpit in Anglià contrà Valdenſes ſeu Lollardos perſecutio: *in Parliamento tento Londonijs*, inquit [c] Walſinghamus, *actum eſt ſtatutum vt vbicunque Lollardi deprehenderentur ſuam pravam dogmatizare doctrinam, caperentur & Epiſcopo diœceſano traderentur. Qui ſi præſumerent opiniones ſuas defendere, degradarentur, & judicio ſæculari committerentur. Prælatique fuit hæc lex eodem tempore in quodam Pſeudo Presbytero, qui apud Smithfeld multis aſſpectantibus eſt combuſtus.* Nec ipſi tamen propterea aut animum deſponderunt, aut a fide receſſerunt. Quin contra idē Walſinghamus teſtatur eos anno ſequente docuiſſe concluſiones execrabiles, *in occulto tamen propter metum*

[c] *In hypodigm Neuſtriæ ad ann. 1401. Et in Henrico 4.*

Wicleviſtæ.

judiciorum, quorum una erat: d *quod eccleſia nihil aliud eſt quàm ſynagoga Satanæ, & ideo nolunt adire eam ad honorandum Dominum, neque percipiendum ſacramentum aliquod, & præcipuè ſacramentum altaris, quâ, vt aſſerunt, non eſt niſi buccella panis mortui, & turris ſivè pinnacula Antichriſti.* Nolebant enim pro Deô ſacramentum agnoſcere: & id quidem jure meritò. Sed hæc eorum conſtantia perſecutionem adauxit. Nam annó ſeculi hujus decimô, *facto Parliamento Londonij*, ait d Walſinghamus, *ſub diebus quadrageſimæ, quidam Laicus, arte faber, dum pertinaciter defendit hanc hæreſin, quod videlicet non eſt corpus Chriſti quod ſacramentaliter tractatur in Eccleſiâ, ſed res quædam inanimata, pejor bufone vel aranea quæ ſunt animalia animata* (hæc Monachus procul dubiô ex ſuô ſuperaddit ad odium conciliandum) *nec vellet opinionem iſtam deſerere, traditus eſt judicio ſeculari. Cumque damnatus eſſet, & in Smithfeld includendus dolio, Dominus Princeps Henricus, Regis Primogenitus, qui tunc aſſuit, ad eum acceſſit, conſuluit, monuit ut reſipiſceret: ſed neglexit* (*perditus nebulo*) *tanti Principis monita, & elegit potius ſe comburendum quam ſacramento vivifico deferre reverentiam. Quapropter dolio includitur, affligitur a devorante flammâ, mugitque miſerabiliter inter incendia. Clamore hujus horribili Dominus Princeps motus, juſſit ignis materiam ab eô ſubtrahi, ardorem longius amoveri. Conſolatur pene mortuum, promittens nunc etiam victurum ſe: & conſecuturum veniam, ac ſingulis diebus vita ſuæ* (*ſi reſipiſceret*) *de fiſco Regio tres denarios percepturum. Sed miſer, refocillatô ſpiritu, reſpuit tantæ dignationis oblationem: non dubium quin maligno Spiritu induratus. Quamobrem juſſit Dominus Princeps eum iterùm recludi dolio, gratiam nullam conſecuturum de reliquô: Vnde contigit quod illic ad favillas ærſit ardalio, miſerabiliter mortuus in peccato ſuo.* Sic crudelis ille Monachus admirandam planè Beati Martyris Conſtantiam magnâ mentis cæcitate pro induratione Dæmonis ſumit. Et ad annum decimum quartum: e *Captus eſt quidam inveteratus Lollardus Wilhelmus Clydon qui in* tantam *dementiam ruerat confidentiâ ſuæ ſectæ, vt etiam filium proprium ſacerdotem conſtitueret, & miſſam celebrare faceret* (*ſc.*) *in domô ſuâ, die quo Conjux ejus a puerperio ſurgens, purganda ad Eccleſiam proceſſiſſet. Hic ergò captus, examinatus, legitimeque convictus de Hæreſi, Londonij eſt combuſtus.* Et ad decimum ſeptimum loquens de Joanne Oldcaſtel Domino de Cobham, qui illi nominatur f primicerius Lollardorum, dux & princeps perfidorum, ait: *juſſus eſt trahi & ſuſpendi ſuper furcas, atque comburi pendens in ijdem.* Quod ille ſummâ paſſus eſt conſtantiâ. Duo illi Valſinghamus potiſſimùm impingit crimina. Prius, quod cum Lollardis ſuis contra vitam Regis Henrici & fratrum ipſius conjuraverit: Poſterius, quod dixerit, *in ſacramento altaris eſt verum corpus, & vera panis videlicet quem videmus, & corpus Chriſti ſub eodem velatum quod non videmus*: quod etiam illi tribuit Thomas Cantuarienſis Archiepiſcopus. Sed hoc poſterius apertè ſycophanticum eſt. Nam alia prorſus erat Lollardorum & Valdenſium, quorum princeps illi dicitur, de Euchariſtia fides. Ex poſteriori verò de priori fiat judicium. Fieri quidem potuit, ut vir ille bellicoſus ſe ob fidem perſpiciens à Thomâ Arundelio Cantuarienſi, & aliis Epiſcopis impetitum, arma induerit quibus vitam ſuam contra illorum vim & inſidias tueretur: eos autem Regni magnatibus perſuaſiſſe illum contrà Regis perſonam conjuraſſe & conſpiraſſe. Sed & aliquanto poſt ipſum nonnulli alij, ut Joannes Purvey, & Guilielmus Sartoris, pro ſolâ fidei cauſâ mortem perpeſſi ſunt. De poſteriori diſertum eſt Waldenſis teſtimonium: *dum iſta dictarem*, inquit, *a quidâ hæreſiarcha eorum dictus Magiſter Guilielmus, cognomento Sartoris, ulciſcente Deo longævam ejus perfidiam decretis Sanctorum Pontificum damnatus eſt & degradatus, finaliter adjudicatus per Principes in civitate Londonenſi infœlicem vitam infœlici terminavit incendio.* Qui & Regem Henricum alloquens, *non latet*, b inquit, *hunc orbem terrarum quo ſtomachio iſtorum novellorum Hæreticorum deteſtaris infamias. Prodit hoc te tacente ignis jugis ſupplicij, qui te, vel magis Chriſto in te jubente in ſynagogâ eorum frequenter exarſit, flamma combuſſit peccatores.* Miram hominis impudentiam! Quaſi verò Chriſtus aut in mandatis dediſſet, aut exemplô docuiſſet, jugis ignes ſupplicij ad fidem perſuadendam accendere & adhibere. Sic tantâ immanitate contrâ mites ejus agnos in Angliâ ſævitum eſt, ut plurimi tam horrendorum ſuppliciorum timore fugere, & latitare, aut animi ſui ſenſa in pectore continere, donec procella tranſiret, & rediret ſerenitas, coacti fuerint. Verum, nec alibi Chriſtus caruit confeſſoribus genuinam ſuam doctrinam contrà ſuperſtitiones Romanas propugnantibus. Nam præter Waldenſes, quos è Picardiâ vi perſecutionis pulſos in Bohemiam confluxiſſe longè antè hæc tempora, ibique delituiſſe, Dubravius ſuprà notavit; ipſemet cum Æneâ Sylviô, poſteâ Papâ Piô ſecundô, ad ejuſdem ſeculi initium refert plurimos ipſorum Bohemorum à Romanæ religionis dogmatibus quæ Waldenſes & Wicleviſtæ carpſerant, receſſiſſe, nonnullos partim, ut eos qui tantummodò Communionem ſub utraque ſpecie recenter laïcis ablatam reſtituendam eſſe ex jure divinô dicebant, undè & Calixtini nominati, alios verò in vniverſum. Sic enim Dubravius ille Olomuzenſis Epiſcopus poſt enarratum Jubileum annô milleſimô quadringenteſimô Pragæ celebratum: c *Hactenus recepta ſemel ab ſede Apoſtolicâ a Brennis Chriſtiana religio cum omnibus*

Wicleviſtæ.

d *In Henric. 4.*

e *In Henric. 5.*

f *In Henric. 5.*

a *Prolog. num. 2. fol. 11.*

b *Ad init. ejus prologi.*

c *Lib. 23. Hiſtor. Bohem.*

Digitized by Google

Wiclevi-ſtæ.

omnibus cerimoniis inviolata, inconcuſſaque in Boiemiâ perduravit: Senſim inde vacillare & labaſcere ſimul atque Ioannes Hus, quod vocabulum anſerem ſonat, ſtrepere inter olores, eorumque ſuavem cantum ſtrepitu ſuo propter invaleſcentem factionem ſuperare cœpit. Eos autem qui ſic defecerunt à Romanâ religione, à monte Thabor quò nonnunquàm congregabantur, *Thaboritas* denominatos fuiſſe docet; & refert, aliquot annis poſt, eorum operâ, [d] *quicquid Veteris religionis Catholicæ Pragæ ſuperfuit, id exploſum & ejectum fuiſſe.* Sed & poſt coronatum Pragæ Sigiſmundum Thaboritarum illorum dogmata recenſens: *ferre non poterant*, [e] inquit, *ut quis SS. Patrum ſcripta, tanquam Authentica citaret, aut vllum aliud quam Veteris & Novi teſtamentum in ore haberet, nec alias veſtes miſſam celebraturus quam ſuas, non verticem raſum, non calices argenteos aureoſque, ſed obvios quoſque ſive luteos, ſive ligneos, ad quem videlicet modum Apoſtoli vſurparunt, qui eodem habitu miſſam quo cœnam quotidianam imbant, eamdemque ſinè vllis cerimoniis, quemadmodum & baptiſmum ſine ſale & oleo conficiebant, nullas imagines, nulla organa muſica, nullas aquæ aſperſiones, nullas auriculares confeſſiones, nullum Euchariſtiæ aut hominum mortuorum cultum noverant. Ad hanc regulam Pragenſium quoque ſacerdotes dirigendos eſſe clamabant: contra illi ritum Eccleſiæ veterem ſtrenue defendebant, ac pro ſolo calice obtinendo ſolliciti erant.* Et rurſus, ad annum vigeſimum primum de Moraviâ loquens: *ad eam vſque diem*, inquit, *Moravia intacta ab hareſi & factionibus Thaboritarum fuit, in ſeceſſu tandem inſulæ quam ſibi Mora fluvius non longe ab arce Straſnicia fecit, novi emerſere Thaboritæ, errores veteres ab exterris Picardis mutuatos innovantes, ne quis ante ſacramentum altaris venerabundus procidat, cum ibi corpus Chriſti minime adſit, ut pote in cœlum cum carne & animâ tranſlatum, ſed panis duntaxat & vinum remanet, quale ſumere quiſque de plebe ſuis manibus poteſt* (verba hæc authoris ſunt, non Thaboritarum fides) *nec enim preſbyteri manus quam idiotæ dignior, & alias præterea voces blaſphemas illoto ore contra verum corpus Chriſti expuentes evomenteſque.* Hi magno brevi numero auctæ. Ad eumdem quoque annum Walſingham: [f] *Sigiſmundus ad Romanum imperium electus ſuâ præſentiali ſollicitudine eccleſiam Dei cum generali Concilio ſtabiliſſet, & verum Domini ſucceſſorem, & vicarium Petri Martinum V. in eadem præfeciſſet, rediit ad ſua regna & Dominia propria, pro inimicis fidei debellandis & hareſi Lollardorum, qui tepore & manutenentiâ ſui fratris ſenioris in regnô Bohemiæ invaluerant, pro ſuis viribus diſtrabendis.* Æneas verò Sylvius, minùs adhuc ſincerè in nonnullis, & magis adhuc invidioſè loquens, quàm Dubravius, hæc de illis habet in hiſtoriâ ſuâ Bohemicâ: [g] *Bohemis*, inquit, *ſchola ſua gubernatio libere*

[d] *Ibid. lib. 24.*

[e] *Ibid. l. 26.*

[f] *In Henric. 5.*

[g] *Cap. 35.*

patuit, quorum princeps habitus eſt Ioannes Hus, linguâ potens, & mundioris vitæ opinione clarus, &c. *qui cum ſe libenter audiri animadverteret, multa de* libris Joannis Wiclevi in medium attulit, aſſerens *in eis omnem veritatem contineri*, adjiciensque crebrò inter prædicandum *ſe poſtquàm ex hac luce migraret, mea loca proficiſci cupere, ad quæ ſi Wiclevi anima perveniſſet, quem virum fuiſſe bonum, Sanctum, cœloque dignum non dubitaret. Sequebantur Ioannem clerici fere omnes, ære alieno gravati, ſceleribus ac ſeditionibus inſignes* (vide, hominis figmenta) *qui rerum novitate evadere pœnas arbitrabantur. Hi & nonnulli doctrinâ celebres juncti erant, qui cum in Eccleſiâ conſequi dignitatem non potuiſſent, iniquò animò ferebant ſacerdotia majorum cenſuum bus committi, qui quamvis nobilitate præirent, ſcientia tamen viderentur inferiores. Excæcavit eos invidia, ut qui viderant non viderent, & qui intellexerant non intelligerent. Proruperunt in blaſphemias, & cum aliquibus ignavis fortaſſe ac vitioſis maledicere poſſent, in omnes latrare ſacerdotes cœpere, & ab eccleſia Catholicâ recedentes, impiam Valdenſium ſectam atque infamem amplexi ſunt. Hujus peſtifera ac jam pridem damnata factionis dogmata ſunt: Romanum Præſulem reliquis Epiſcopis parem eſſe. Inter ſacerdotes nullum diſcrimen, Preſbyterum non dignitatem, ſed vitæ meritum efficere poſſe. Animas e corporibus excedentes, aut in æternas è veſtigio pœnas mergi, aut perpetuâ conſequi gaudia. Purgatorium ignem nullum invenit. Vanum eſſe orare pro mortuis, & avaritiæ ſacerdotalis inventum. Dei & Sanctorum imagines delendas, aquarum palmarumque benedictiones irridendas. Mendacium religiones malos Dæmones inveniſſe. Sacerdotes pauperes eſſe debere ſolâ contentos eleemoſynâ. Liberam cuique prædicationem verbi Dei patere. Nullum capitale peccatum, quamtumvis majoris mali vitandi gratiâ, tolerandum. Qui mortalis culpæ reus ſit, eum neque ſeculari, neque eccleſiaſtica dignitate potiri, neque parendum ei. Confirmationem quam chriſmate Pontifices inducunt, & extremam unctionem inter eccleſiæ ſacramenta minimè contineri. Auricularem confeſſionem nugacem eſſe, ſufficere ſua quemque Deo in cubili ſuo conqueri peccata. Baptiſma fluvialis undæ nulla interjecta ſacri olei mixtura recipiendum. Cœmeteriorum inanem uſum, quæſtus cauſa repertum, quacunque tellure tegantur humana corpora, nil diſtare. Templum Dei latè patentis ipſum mundum eſſe, coarctare majeſtatem ejus qui eccleſias, monaſteria, oratoriaque conſtruunt, tanquam propitior in eu divina bonitas impediatur. Sacerdotales veſtes, altarium ornamenta, pallas, corporalia, calices, patenas, vaſaque hujuſmodi nihil habere momenti. Sacerdotem quocumque locò, quocumque tempore ſacrum Chriſti corpus conficere poſſe, petentibuſque miniſtrare: ſufficere ſi verba ſacramentalia tantùm dicat. Suffragia Sanctorum in Cœlo cum Chriſto regnantium fruſtra impetrari quæ juvare non poſ-*

Wiclevi-ſtæ.

Digitized by Google

J. Hus, & Bohemi.

sunt. In Canonicis horis cantandis dicendisque frustrà tempus teri. Nullâ die ab opere cessandum, nisi quæ Dominica nunc appellatur. Celebritates Sanctorum prorsùs rejiciendas. Jejunijs quoque ab ecclesiâ institutis, nihil inesse meriti. Et paulò post: *Nondum error de sacramentô altaris irrepserat, sed attulit novam pestem Petrus Dresdensis (id oppidum Misnæ super Albim situm) qui cum alijs Theutonibus paulò antè Bohemiam reliquerat. Cognitus inter suos quòd Valdensi leprâ infectus esset, patriâ pulsus velut hæreticorum asylum Pragam repetijt, puerorumque docendorum curam accepit.* Petri autem illius Dresdensis errorem de sacramento altaris non extendit ad negationem transsubstantiationis (quod [a] Perronius quoque observat) sed contrahit ad necessitatem communionis sub utraque specie. Verùm in plurimis, aut fallit sciens, aut fallitur, tùm respectu Valdensium, tùm respectu Bohemorum. Valdenses enim non docebant, *liberam cuique prædicationem verbi Dei patere*, id de publicâ prædicatione intelligendo. Non docebant, *eum qui mortalis culpæ reus sit, neque Ecclesiasticâ neque seculari dignitate potiri.* Confessiones eorum contrarium prorsùs [b] docent. Cœmeteriorum quoque & templorum usum minimè repudiabant, sed tantùm superstitiones superadditas vituperabant. Deniquè, nullomodò docebant *sacerdotem corpus Christi conficere*, id de proprio Domini corpore intelligendo. Contrà pertendebant (ut notabat suprà Dubravius, *Picardos illos* appellans,) *corpus Christi ut-potè in Cœlum translatum non esse in sacramento altaris, sed ibi duntaxat panem & vinum remanere.* Quemadmodum autem fallitur in Valdensibus, sic etiam aberrat in Boëmis: quod vel ex ipsomet ostendere est. Notat enim primò Joannem Hus ad hæc ipsa initia asseruisse, *in Wiclevi libris omnem veritatem contineri*, ac *se postquàm ex hac luce migraret in ea loca proficisci cupere ad quæ Wiclevi anima pervenisset, quem virum fuisse bonum, Sanctum, cæloque dignum non dubitaret.* Præcipuus autem librorum Wiclevi articulus, erat transsubstantiationis negatio, ut notant Walsinghamus, Waldensis, & innumeri alij. Quâ ratione ergò, & ipse, & ejus sequaces transsubstantiationem, Wiclevi sententiâ fallam, impiam & idololatricam, cum tantis Wiclevi laudibus & præconijs pro verô ac præcipuô fidei dogmate amplecti pòtuissent? Secundò, ait *illos ab ecclesiâ Catholicâ recedentes impiam Valdensium sectam atque insaniam amplexos esse.* At Valdenses, ut jam diximus, transsubstantiationem damnabant. Bohemi ergò similiter. Sed & ipse in Dialogô contrà ipsosmet Bohemos & Thaboritas conscriptô annô hujusce seculi quinquagesimô primô, in quô varias alias calumnias contrà illos vibrat: *ad quos*, [c] inquit, *omnes hæreses migravere quos ab initio nascentis Ecclesiæ usque in hunc diem pestifera ingenia seminarunt. Sunt ibi* (scilicet) *Nicolaitæ, sunt Arriani, sunt Manichæi, sunt Armeni, sunt Nestoriani, sunt Berengarij, sunt Pauperes de Lugduno. Præcipui tamen apud eos Valdenses habentur, unius Christi vicarij & Apostolicæ sedis immici.* At Armeni (si fides est Guidoni Perpiniano & Thomæ Valdensi) docebant, [d] *quod factâ consecratione corpus Christi non existit vere sub speciebus panis & vini, sed tantum in similitudine & signo, nec Christus transsubstantiavit panem & vinum in corpus & sanguinem suum realiter sed in similitudine & figurâ.* Berengariani similiter. Nec aliter Pauperes de Lugduno, sivè Valdenses sentire. Si igitur Valdenses erant Bohemorum præcipui, quis non videt maximam saltem ac præcipuam eorum partem transsubstantiationem negasse? Sed quod de cunctis verum erat, id vafre ibidem restringit ad paucos: *Quidam*, [e] inquit, *eo usque desipiunt, ut non verum Christi corpus in sacramento altaris, sed repræsentationem quandam esse contendant errantes, Berengarij non conversi sequaces.* At hæc erat fides Taboritarũ omnium sivè Bohemorum, exceptis solis Calixtinis, extatque eorum diserta de hac re cõfessio Joannis Lukanvits facta anno hujus seculi trigesimo primo, & Roterodami edita anno millesimo sexcentesimo decimo sexto. Nec obstat quod Perronius in contrariũ objectat, Joannem de Rokizanâ Hussitarum sectæ primarium expresse docere, [f] *justum & sanctum est, æquum & salutare, quod Christiani habeant ipsum corpus Christi in sacramentô contentum in summâ reverentiâ & timore, in summô desiderio & amore super terram.* Rokizana ille, sicut eventus docuit calixtinus erat, non de Bohemorum & Thaboritarum numerò, seu verorum Hussitarum, quorũ causam hîc agimus. Nec minùs rursùm aberrat idem Perronius, post Waldensem, Garetium & Cochlæum quos citat, contendens, *Ioannem Hus transsubstantiationem non negasse.* Id enim falsissimum est, ut patet ex præcedentibus, quod & aliunde pariter liquido convinci potest. Nam primò inter trigintâ ejus articulos in Conciliô Constantiensi damnatos, vigesimus quintus ejusmodi est: [g] *condemnatio quadragintà quinque articulorum Ioannis Wiclef per doctores facta, est irrationabilis & iniqua, & male facta, & ficta est causa per eos allegata, videlicet, ex eô quod nullus eorum sit Catholicus, sed quilibet eorum est, aut hæreticus aut erroneus aut scandalosus.* At quadragintà quinque illorum Wiclefi articulorum, tres priores ita se habent. 1. [h] *substantia panis materialis, & similiter substantia vini materialis, manet in sacramentô altaris.* 2. *accidentia panis non manent sine subjecto in eodem sacramento.* 3. *Christus non est in eodem sacramento identicè & realiter in propriâ præsentiâ corporali.* Secundò, ibidem inter articulos qui notantur esse, *ex processibus contrà Ioannem Hus sufficienter deducti, & probati per*

J. Hus, & Bohemi.

[a] *De l'Euch. l. 2. Autorum 67.*

[b] *Vid. Perrinum in hist. Valdens. cap. 10. 11. 12. & 13.*

[c] *Epist. 130. ad fin.*

[d] *Vtrique apud Valdens. Tom. 2. c. 30.*

[e] *Epist. 130. non longe ab initio.*

[f] *De sexta sacram. c. 12.*

[g] *Sessum. 15.*

[h] *Concil. constant. sess. 8.*

Digitized by Goog

Concilij Constantiense. Reginald. Pecock Taboritę.

ti per teſtes fide dignos, expreſſe habetur enim prædicaviſſe & dogmatizaſſe, i *quod poſt conſecrationem hoſtiæ in altari manet panis materialis, quod ſubſtantia panis manet poſt conſecrationem, ac opinionem quam tenet eccleſia de ſacramentò corporis Chriſti non fore veram.* Denique Martinus V. in k bullâ approbationis Conſtantienſis Concilij idem ait quod primò notavimus inter Huſſi articulos, eum nempe improbaſſe ut ini quam & male factam articulorum Wicleſi condemnationem. Eat jam Perronius & dicat Martinum Papam, Concilium que Conſtantienſe negatæ tranſubſtantiationis Joannem Hus falſò peregiſſe reum. Nec vllatenus dubito eamdem quoque fuiſſe Hieronymi Pragæ de Euchariſtiâ ſententiam, quicquid Pogius Florentinus à Perroniò citatus de illò contrà teſtetur. Concilium enim ipſum longè (puto) credibilius, in ejus condemnatione revocationem memorans abjurationis ipſius ex infirmitate factæ articulorum hus & Wicleſi: *ſicut canis*, l inquit, *ad vomitum rediens, ut virus peſtilenſiſſimum quod in ſuo latitabat pectore, publice evomeret, auditoriam publicam ſibi datum eadem S. Synodo poſtulavit. Quæ ſibi conceſſâ, coram eadem ſynodo publice congregatâ aſſeruit, dixit, & profeſſus eſt in effectu, quod prafata ſententia damnationis dictorum Ioannis Wiclef & Ioannis Hus minquè conſenſerat, & illam ſententiam approbando mentitus fuit. Nec verebatur ſe confiteri mentitum quinimò confeſſionem approbationem & profeſſionem ſuas ſuper illorum damnatione revocabat nũ. & interdum, aſſerens ſe in libris Ioannis Wicleff & Ioannis Hus nullam vnquam hereſin vel errorem legiſſe, licet ante fuerit confeſſus, & probatum ſit evidenter, ipſum libros eorum diligenter ſtuduiſſe, legiſſe, & dogmatis aſſe, & in quibus conſtat plures errores & hereſes contineri, Vnde idem Hieronymus ſe de ſacramentò altaris & tranſſubſtantiatione panis in corpus profeſſus eſt ſe tenere, & credere quod eccleſia tenet, dicens, ſe plus credere Auguſtino & cæteris Eccleſiæ Doctoribus quam Ioanni Wiclef & Ioanni Hus. Conſtat inſuper ex præmiſſis eumdem Hieronymum prædictis Wiclef & Hus damnatis, & eorum erroribus adhærere, illorumque fautorem fuiſſe & eſſe: propter que eadem ſancta Synodus eumdem Hieronymum palmitem putridum, aridum, in vite non manentem, foras mittendum decernit ipſumque hæreticum & in hæreſin relapſum, excommunicatum, anathematizatum pronunciat, & declarat atque damnat.* Sic uterque palam propter relectionem tranſſubſtantiationis, multorumque aliorum Romanæ religionis errorum abuſuumque quos olim cum cæteris tenuerat, ut patet ex Joannis Hus editis condemnationem primò in Conciliò Conſtantienſi, dein & violatò Sigiſmundi Imperatoris illis datò ſaluò conductu, dirum ignis ſupplicium ſummâ animi conſtantiâ, a Adverſarijs quoque ipſis ſtupendâ viſâ & laudata, perpeſſi ſunt.

i *Seſſ. 15.*
k *Ad fin. Concil. Conſtans.*
l *Concil. Conſtans. ſeſſ 21. vid. & Gobelinum Perſonam in Coſmodrom. ætat. 6. c. 95.*
a *Vid. Epiſtol. Pogij (inter ipſius opera) ad Aretinum de Hieronymi morte.*

Verum quandoquidem in concilij Conſtantienſis quindeni hujus ſeculi anno decimo quarto inchoati mentionem incidimus, alienum à propoſito noſtro non erit, ſuper ipſo nonnulla animadvertere. Supra enim obſervavimus, ante ortum tranſſubſtantiationis participationem Euchariſtiæ ſub utraque ſpecie ex mandato & exemplo Chriſti & Apoſtolorum profluentem per decem & amplius ſecula inviolatam in publica Eccleſiæ communione permanſiſſe, Italiam autem atque illa ſtabiliri cœpit, nonnullos illicò notaſſe, b *cum idem ſumatur in utraque ſpecie ſufficit vnam tantum ſpeciem exhibere multitudini:* quod & aliquantò poſt in quibuſdam eccleſijs factitatum fuiſſe Thomas c Aquinas indicat. Huc uſque nihilominus privata tantum audaciâ. Sed motivo illo ſupra memorato, & nonnullis quoque alijs a Conſtantienſi illâ ſynodo conſideratis, mutila reſpectu laicorum, & Presbyterorum non communicantium participatio, lege demùm inſtituta & firmata eſt. Non poſſum non obſtupeſcere quotieſcunque lego concilij hujus decretum: *Concilium*, d inquit, *maturâ plurium Doctorum, tam divini, quam humani juris deliberatione prahabitâ, declarat, decernit, definit, quod licet Chriſtus poſt cœnam inſtituerit, & ſuis Diſcipulis adminiſtraverit ſub utraque ſpecie panis & vini hoc venerabile ſacramentum, tamen hoc non obſtante, ſacrorum canonum Authoritas laudabilis & approbata Eccleſia conſuetudo ſervavit, & ſervat, quod hujuſmodi ſacramentum non debet confici poſt cœnam, neque a fidelibus recipi non jejunis, niſi in caſu infirmitatis, aut alterius necessitatis a jure vel eccleſiâ conceſſo vel admiſſo. Et ſicut hac conſuetudo ad evitandum aliqua pericula & ſcandala eſt rationabiliter introducta, quod licet in primitivâ eccleſiâ hujuſmodi ſacramentum reciperetur a fidelibus ſub utraque ſpecie, poſtea a conficientibus ſub utraque & a laicis tantummodo ſub ſpecie panis ſuſcipiatur, cum firmiſſime credendum ſit, & nullatenus dubitandum, integrum Chriſti corpus & ſanguinem, tam ſub ſpecie panis, quam ſub ſpecie vini, veraciter contineri. Vnde cum hujuſmodi conſuetudo ab Eccleſia & SS. Patribus rationabiliter introducta, & diutiſſime obſervata ſit, habenda eſt pro lege*, &c. Ubi quis non videt manifeſtum Antichriſtianiſmum? Chriſtus enim, ut fatetur, ſacramentum adminiſtrauit ſub utraque pānis &, vini ſpecie, in primitivâ itidem eccleſia ſic recipiebatur a fidelibus: Contrarium tamen hoc non obſtante pro lege habendum eſſe ſtatuit. Sic illi bene convenit cum Chriſto & primitivâ eccleſiâ, Sed & fundamentum quod legi ſuæ ſupponit, contrarium potius evincit. Ait enim *conſuetudinem diutiſſimè obſervatam, habendam eſſe pro lege.* At, inquam, communio ſub utraque ſpecie *diutiſſime obſervata eſt.* Incepit enim à Chriſtô, continuata ab Apoſtolis, & a primitiva Eccleſiâ *diutiſſimè obſervata.*

Concilij Conſtantienſe. Reginald. Pecock Taboritę.

b *Author a tercat Eccleſ. & lynag. ſeculo undecimo.*
c *In 6 Ioan. & in ſumma part 3. q. 80. art. 12.*
d *Seſſion. 32.*

Sic

Concilii Constantiense. Reginald. Pecock Taboritę.

Sic enim Caſſander: e *De adminiſtratione ſacroſancti ſacramenti Euchariſtiæ ſatis compertum eſt, univerſalem Chriſti eccleſiam in hunc uſque diem, occidentalem vero ſeu Romanam mille amplius à Chriſto annis, in ſolemni præſertim & ordinariâ hujus ſacramenti diſpenſatione, utramque panis & vini ſpeciem omnibus Eccleſiæ Chriſti membris exhibuiſſe: id quod ex innumeris Veterum ſcriptorum, tam Græcorum quam Latinorum teſtimoniis manifeſtum eſt. Atque ut ita facerent inductos fuiſſe primum inſtitutô exemploque Chriſti qui hoc ſacramentum corporis & ſanguinis ſui duobus hiſce panis & vini ſymbolis Diſcipulis ſuis fidelium communicantium perſonam repræſentantibus tribuit.* Similia non ita pridem ſcripſit ac confeſſus eſt Dionyſius f Petavius. Conſuetudo igitur illa ut pote antiquiſſima potiùs ei *protege* hac ratione erat ſtatuenda. Fundamento rurſùm ſubin tantum contrario falſum quoque hoc ſuperſtruit, conſuetudinem nimirum, mutilæ communionis *diutiſſimè* fuiſſe obſervatam. Nam, inquit idem Caſſander: *hac conſuetudo in eccleſiâ quoque Latinâ mille amplius annis tenuit, ut tam populo quàm clero in celebratione Miſſarum, poſt myſteriorum conſecrationem, ſeorſum corpus & ſeorſum ſanguis Domini præberetur.* Verùm, cùm viderent boni illi Conſtantienſes cogitationem hanc populorum mentes facile ſubire poſſe, ſi verum eſſet quod docebant, *integrum Chriſti corpus & ſanguinem tam ſub ſpecie panis quàm ſub ſpecie vini veraciter contineri*, ſuperfluè bis idem ſumi; aut, ſi fortè non ſuperfluè, non igitur idem ſub alterutra ſpecie contineri & recipi: ut doctrinàm illam ſuam novitiam confirmarent, ab antiquitate diſcedere non ſunt veriti. Sic ſacrilegium diminutæ communionis tranſſubſtantiationis fœtus eſt. Sed ad hiſtoriæ noſtræ continuationem redeamus.

e *In Conſult. art. 22.*

f *De la Penitence publique part. 1. lib. 2. chap. 5. p. 168. & 171.*

Paulò ante oſtendimus, tùm Lollardos in Angliâ, tùm Valdenſes in confinio Galliæ & Italiæ, tùm Thaboritas & Huſſitas in Bohemiâ, (ſic enim vulgò vocabantur) non obſtantibus variis perſecutionibus ad mediam uſque decimi quinti hujus ſeculi partem fuiſſe in rejicienda tranſſubſtantiatione concordes. In altera quoque, res eodem prorſus modo ſe habuit. Nam Thomas Gaſconius & Lelandus g à Balæo citati, referunt ad annum hujus ſeculi quinquageſimum ſeptimum, Reginaldum Pecok Epiſcopum Ciceſtrienſem, de Euchariſtia *parùm recte ſentientem*, & Wicleſi doctrinam propugnantem, vi ad palinodiam coactum fuiſſe ac Epiſcopatu ſuo abdicatum. Quotautem exiſtimandum eſt in ipſius Epiſcopatu fuiſſe idem ſentientes, ac ſe periculi metu in occulto continentes? At in Bohemia aliquanto liberior interdum erat profeſſio. Ladiſlao enim, Alberti filio, h defuncto ſucceſſit in regno Georgius Pogebracius, *cujus in longâ gubernatione juſtitiam, virtutem, prudentiam & integritatem* (Bohemi) *ſat exploratam habuerant*, inquit i Bonfinius, aut potiùs apud Bonfinium Michael Zilagius. Ille autem palàm, *in omnes*, k (addit) *beneficus & populatis hæreticis favit, quorum factione ſe ad regnum perveniſſe fatebatur.* Nec tantùm favit, ſed & eorum doctrinam & fidem (partim ſaltem) amplexus eſt, ut veram & Orthodoxam. l Cromerus, l Matthias de Micovia, m Ranzanus & alij, *hæreticum* illum vocant, & Huſſitarum protectorem: Huſſitæ autem illis ſunt, ut notat Ranzanus, *illi qui ſectantur Ioannis Wicleffi damnatiſſimam hæreſin. Declaraverat* enim ſe Georgius, inquit n Nauclerus, *pro ſectâ hæreticorum, propter quod Papa eum antè Pium, & poſt Paulus graviſſimis cenſuris ac totum regnum fulminabant.* Pius quidem primò Vratiſlavienſium perfidiam contrà ipſum tutatur. Deindè, Paulus annô ejus ſeculi ſexageſimô ſextô, *illum*, inquit idem Nauclerus, *in conſiſtorio publicô de hæreſi damnat, dignitate & regnô per ſententiam privat*: ac Matthiam Hungariæ Regem totis viribus contrà illum inflammat, *qui*; ait Ranzanus *à pontifice maximo, ſacriſque ſanctæ Eccleſiæ Romanæ Patribus cohortatus ac tandem perſuaſus, piam ſuſcepit adverſus Huſſitas expeditionem.* Dubravius ſimiliter: o *In locum Pij Paulus Venetus ſuffectus, longè acrior acerbiorque in Georgium apparuit interdictis, cenſuris, execrationibus in eum deſaviens, poſtremo anathemate eumdem feriens abrogata ei Regiâ dignitate, Regiſque Boiemiæ titulo ad Matthiam Regem Hungariæ, connivente ipſo quoque Cæſare, tranſlato.* Sed contrà Pauli ſecundi anathemata & bruta fulmina, armaque Hungarica, & regnum & fidem ſuam tutatus pro viribus, quinque poſt annos obijt, p annô nempe hujus ſeculi ſeptuageſimô primô. Illum tamen puto Calixtinum tantùm fuiſſe, non verum in cunctis Waldenſem. Nam video veros Waldenſes in Apologiâ ſuâ contrà Doctorem Auguſtinum annô ſeculi ſequentis octavo conſcriptâ, conqueri nonnullos ſuorum neſcio quâ occaſione ab Aduerſarijs captatâ, ſub ejus dominatione gravia multa eſſe perpeſſos propter ſuam de Euchariſtiâ fidem. Cum enim eorum Adverſarij (calixtinos eos eſſe exiſtimo) non poſſent ipſis *reſiſtere teſtimonijs & rationibus ex ſacra ſcriptura, concitaverunt*, inquiunt, *contra eos poteſtatem mundi, ſic quod aliqui fame perierunt ex mandato Regis Georgij, ſuper quem multa mala venerunt, & in filios & in omne ſuum regnum ex permiſſione Dei ſuper veram vindictam innocentis ſanguinis. Sed ipſi propter juſtitiam poſuerant corpora ſua, cum patientia confirmantes ſe, & triumphatores, & ſecutores Chriſti & ſuorum factis ſunt.* Succeſſit Georgio Vladiſlaus Caſimiri Poloniæ Regis filius, *quem Bohemi* (ut notat b Ritius) *Regem ſibi creaverant eâ lege, ſineret Huſſitanos ex inſtituto vivere.* Quod ad finem uſque ſeculi abeò præſtitum eſt. Sic clauditur ſeculum il-

Taboritæ & Valdenſes.

g *Centur. 8. auth. 19.*

h *Rerum Hungaric. Decadis 3. lib 9. & Æneas Sylvius hiſt. Bohem. c. 72.*

i *Ibid lib. 8.*

k *De rebus Polonic. lib. 24. & 27.*

l *Rerum Polonic l. 4. c 62.*

m *Epitom. Hung indice 33.*

n *Genr. 49. ad an. 1466. Et Gerardus de Roo in hiſtor. Auſtriaca.*

o *Hiſtor. Bojemic. l. 30.*

p *Cæſarem in Annal. Sclaſiæ Gerardus de Roo in hiſtor. Auſtriac. Dubravius lib. 30.*

q *Ann. 1418. Bonfinius.*

Taboritæ & Valdēſes.

lum illud quintum & decimum. At verò ad initium decimi ſexti magnæ ibidem turbæ exortæ ſunt pro cauſâ religionis, *dum alij Calixtinorum*, ait [c] Dubravius, *alij Picardorum* (ſic Waldenſes & Huſſitas appellat) *factionem magnâ contentione præferunt, foventque.* Tunc autem Rex Uladiſlaus, trium præſulum qui illum affectabantur, Agrienſis, Varadini & Varienſis, conſilijs inductus, Buda ubi erat eoſdem Epiſcopos Pragam delegavit, *à quibus legatis*, ait idem Hiſtoricus, *mandato Regis peculiari, hoc quoque de Picardis actum fuit, ut ne in cœtus publice aut privatim coirent, ſynagogas ſuas omnes occluderent à concionibus ſcriptiſque de ſuâ ſectâ plane abſtinerent, & intra certum tempus, ut ad alterutram partem Romanam aut Calixtinam diſcederent. Convenit inter omnes ordines, ut mandatum iſtud apud publicas tabulas, cum multa tranſgreſſoribus impoſitâ referretur, ejuſque exequendi poteſtatem arcis præfectus cum judicibus haberet.* Prætextus, calumniæ innumeræ. Regi nimis credulo perſuaſæ, quaſi forent, [d] *nocentiores quam perfida gens Turcarum, qui de Deo, ſacramentis eccleſiæ, de communione corporis & ſanguinis Chriſti diabolicâ capti nequitia male tenerent, ſentirentque prave, nec non condemnarent, floccipenderent, ludibrio haberent.* Conqueſti ſunt illi de tantâ ſeveritate duabus ad Regem litteris humilitate quâ decet conſcriptis, dolentes ſe inauditos damnatos fuiſſe, rogantes audiri. Atque ut ipſum moverent confeſſionem fidei ſuæ utrique epiſtolæ appoſuerunt, ubi & ſententiam de Euchariſtiâ ſuam exponunt & probant. Ac in priori quidem anno hujus ſeculi quarto conſcriptâ, ajunt, credere ſe, *de pane accepto, benedicto, fracto, teſtificato Chriſti corpus eſſe, corpus ejus eſſe.* In poſteriori verò, conſcriptâ anno poſt, id amplius explicantes, *Credimus, fatemurque*, inquiunt, *panem eſſe corpus naturale, & vinum ſanguinem naturalem ſacramentaliter*: quæ ipſiſſima ſane eſt fides doctrinaque noſtra. Cum autem Doctor quidam Auguſtinus ad Regem ſcripſiſſet contra binas has litteras, hæreticos illos appellans & maleficos, & ipſos inclamans de ſacramentô corporis Chriſti alia credere, alia ſcribere, illi hac occaſione contrà illum ſic proteſtantur: [e] *notum ſit omnibus, quod non ita ſcribimus, ut ipſe nobis imponit. Scribit ipſe, quod panis & vinum in naturali eorum ſubſtantiâ tranſmutentur in corpus & ſanguinem Chriſti, & in Chriſtum Deum & hominem, ut nihil de ſubſtantia creaturæ panis & vini maneat, ſola autem accidentia miraculoſe nude ſuſtententur. At hujuſmodi confeſſio fidei non habet fundamentum in verbis Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui nullum verbum dixit de converſione ſubſtantiæ, neque quod dixiſſet*, ſub his ſpeciebus, *neque* in illo, *neque* ex illo, *neque ſimul cum illo.* Ac deinde multis probant, tum ex ſcripturis, tum ex Auguſtino, proprium Domini corpus jam non eſſe niſi in cœlo, nec in terrâ eſſe, aut fore donec ad extremum judicium veniat: addentes: *quicunque autem deſiderat viteriorem inſtructionem ſecundum ſanum intellectum ſacræ ſcripturæ de ſacramento corporis & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti, multum conduceret ad hoc ſi legeret tractatum quem ante tempora ſcripſerunt Veteres Bohemi, in ſpe, fidei fundamento, boni & Sancti viri, contra ſuos Adverſarios, & hoc invincibilibus teſtimonijs legis Dei, qui ſic incipit*, Ad honorem in æquitate [f] ad ſacramentum corporis Domini Jeſu Chriſti, *&c.* Quid autem his ſcriptis promoverint & effecerint, non liquet ex hiſtoria. Gretzerus tamen hæc habet: *in Bohemiâ ſatis diu duraruut, neque ad hæc uſque tempora exſtirpari potuerunt.*

Ad id ferè tempus [f] Paulus Scriptoris Theologiæ profeſſor in Academiâ Tubingenſi ob nonnulla in lectionibus contrà communem de Euchariſtiâ ſententiam dicta, in exilium miſſus eſt.

Sed rurſùm ad idem tempus recurrunt Waldenſes in Alpium convallibus antiquam fidem conſervantes, quamvis ab Adverſarijs vi & armis ſæpè impetiti & impugnati. Claudius Seiſſellus Taurinenſis Archiepiſcopus hujus initiô ſeculi adverſus illos ſcribens: *Eſt*, [g] inquit, *à Deô ea regio mihi credita in quâ peſtis hujus lues vel initium fecit, vel ab ipſâ ſectæ origine ad hæc uſque tempora obſtinatiſſimè perſeveravit. Quippèm hæc Taurinenſi Diœceſi noſtrâ, in extremis præſertim ejus partibus & inter ipſas Alpium quæ Galliam ab Italiâ diſterminant fauces, tàm in Regia Delphinatuque quàm in Sabaudienſi ditione ſuprà annos ducentos* (Nota) *hæc hæreſis invaluit, palamque nonnunquam ab incolis, & armis, & publicis diſputationibus concionibuſque noſtrâ etiam ætate defenſa fuit.* Teſtatur autem ſe rem mirum in modum arduam ſuſcipere contrà illos ſcribentem, cum [h] *frequenter a pleriſque ſummis Pontificibus, potentiſſimiſque Chriſtianis Principibus, famoſiſſimiſque prædicatoribus, optimiſque prælatis & ſacerdotibus, aſperrimiſque inſectatoribus, ſecularibuſque poteſtatibus, & denique omni hominum genere, opus hoc conatu maximò nequicquam fuerit intentatum.* Porrò, ſingulari Dei providentiâ contigit, ut vir tantæ dignitatis & exiſtimationis in eos calamum ſtringeret, purgaturus videlicet tot atroces calumnias quibus undequaque premebantur. Id quidem jam paulò antè quadamtenùs factum fuerat. Cum enim illi temporibus Ludovici duodecimi graviſſimè vexarentur à Monachis & Inquiſitoribus, cum armatis cohortibus eos aggredientibus, & veluti *ſortiarios & inceſtuoſos* exterminandos eſſe dicentibus, litteras ad eum ſcripſerunt ipſius patrocinium tutelamque implorantes. Is autem N. [i] *Fumeum ſupplicum libellorum Magiſtrum, & Sorbonicorum Doctorem Guilielmum Parvi*

Taboritæ & Valdēſes.

[c] *In faſcicul. rerum expetendar. Lib. 32.*

[d] *Vid. orat. 1. excuſator. fratr. Waldenſ. Regi Uladiſlao ad Hungar. miſſam, in faſcic. rerum expetend. & fugiend.*

[e] *Contr. binas litter. Doctor. Auguſt. anno 1508. in faſciculo ſupra nomina-to.*

[f] *In prolegom. de Valdenſib. c 8.*

[g] *Adverſ. error. & ſectam Waldenſ. Pariſ. an. 1520. fol. 2. p. 1.*

[h] *Fol. 1. p. 2.*

[i] *Carol. Molina in Monarch. Francor.*

Taboritæ & Valdēſes.

Parvi Regis à confeſſionibus ad eos miſit. Perluſtratis Paræciis & templis nulla imagines, nulla Miſſarum inſignia vel indumenta, nulla Ceremonia Pontificia apparuerunt. Accurratè inquiſitione habitâ, criminum quæ Albigenſibus illis imponebantur nè umbra quidem viſa vel audita eſt. Contra liquidò conſtitit Merindolenſes cum ſociis Dominicæ diei pios eſſe obſervatores, infantes apud eos baptizari juxta primitivæ Eccleſiæ ritum, rectè inſtitui in doctrinâ ſymboli Apoſtolici & divinæ legis. Auditâ Fumei & Parvi relatione, Rex jurejurandò affirmavit Valdenſes illos eſſe omnium Francorum optimos. Verùm Præſul ille Taurinenſis meritò hîc audiendus. Primò enim ait: k *iſti ex ſacerdotum avaritiâ omnem ſui erroris occaſionem aucupantes, illis minimè parendum eſſe prædicant, nè ſummo Pontifici quidem. Quippe eò quod mali ſint, nec Apoſtolorum vitam imitantur, nullam habeant a Deô Authoritatem, neque ex illis ſacro-ſancta conſtet Eccleſia.* Et illi quidem de hac accuſatione cum illis convenit: *non enim inficiari poſſumus,* l inquit, *averſos pleroſque a SS. Apoſtolorum, & primitivæ Eccleſiæ Pontificum, Sacerdotum & Levitarum veſtigijs ambulare, & non ſolùm avaritiæ cupiditate, ſed carnali laſcivia, luxuque & diſſolutis undecunque moribus ſacerdotale decus* m *conſpurcare*, dehoneſtareque, &c. m *Quò minus mirari debemus, ſi rudem illam & incultam gentem, omnibus fermè Doctis & probatis viris, præſertim ſacerdotibus deſertam, omniumque divinarum & humanarum* (litterarum) *prorſus expertem, hujus ſectæ Magiſtri, quamvis & ipſi indocti & bonarum artium penitus ignari, verum ad errores illis perſuadendos callidi atque induſtrij, illorum mentes ſuis fallacijs occupant & illudunt, dum ea quæ per ſe ſe aures demulcent uti ſalubria proponunt; & qua maximè ſunt odioſa damnant, deteſtanturque.* Deindè, errores eorum (ut ipſe quidem putat) recenſens: *Neque decimas,* a inquit, *neque primitias Eccleſiaſticis viris deberi dicunt, & ob id nonnſi coacti ſolvunt, neque pariter ad rem ſacram aut religionis cultum conferunt, non eâ tantùm ratione quod hos ſacerdotij Authoritate fungi negant, verum etiam quia hæc ſuperſtitioſa eſſe affirmant, & ad extorquendas ab imperitis pecunias à Pſeudo (ut ipſi appellant) ſacerdotibus adinventa, ſicuti & indulgentias, Eccleſiarumque conſecrationes, cæteraſque ſacerdotales benedictiones. Sanctorum præterea feſtivitates eodem errore non colunt, ut-potè quorum ſuffragio mortales non indigeant, Chriſto omnibus ad omnia abundè ſufficiente. Et ex conſequenti dum his diebus, qui ad illorum honorem ab eccleſiâ ſunt conſecrati, fideles ab omni opere abſtinent, hi ex operibus quæſtum faciunt, & dum illi indictis ab eccleſiâ jejunijs corpora affligunt, hi maximè ingluviunt, & denique nullâ lege humanâ ſe adſtringi prædicant, quâ potiſſimùm ratione libere in omni gradu contrahi poſſe affirmant, unò aut alterò ad ſummum exceptis, quaſi in reliquis prohibendi nullam Pontifices habuerint poteſtatem.* (De quibus tamen gradibus alibi ait, b *eſt manifeſtum ſuadere illos à matris tantum, filiæ, & commatris, & fortaſſe etiam ſororis nuptijs abſtinendum eſſe.*) *Neque aliò pertinet quod impoſſimè aſerunt, quicquid ad defunctorum animas purgatorijs pœnis expiandas impenditur, inane perditum ſuperſtitioſumque eſſe, parique cupiditate hanc, ut ipſi prædicant, fabulam à ſacerdotibus fuiſſe confictam. Sed & dimittendorum peccatorum nullam Sacerdotes noſtros poteſtatem habere, aperte proteſtantur, & proindè neque illis confitendum eſſe affirmant, neque ſacramenta aliqua ab illis ſuſcipienda, neque conſtitutionem Eccleſiæ quâ ad ſacramentalem confeſſionem ſacramque communionem ſingulò quoque annò adſtringunt, ipſi recipiunt.* Item: c *quamvis plurimi eorum notentur errores, ille tamen præcipuè eſt intolerabilis, & a quô (ut proximè oſtendimus) cæteri omnes velut à fonte rivuli deſluunt, quod ſcilicet Catholicam eccleſiam apud ſe ſolos conſiſtere credunt, & Romanam ſedem Meretricem magnam & errorum omnium Magiſtram appellant.* Et rurſum: d *quicquid a Chriſtô expreſſè dictum, aut ab Apoſtolis traditum non invenerint, etiamſi hoc in ſacris generalibus Synodis ſit definitum, hoc nullâ lege introduci a poſteris potuiſſe obſtinatè contendunt, quaſi nullam poſterior eccleſia habuerit ſtatuendi Authoritatem omniaque in Euangelijs, & Epiſtolis: aut actibus Apoſtolorum aperte diſtinctèque ſint conſcripta quæ particulatim unumquemque & generatim omnes ſingulis temporibus, & cum cæteris hominibus, & cum ſemetipſis ſint facturi. Ita ut nihil ad mores vel ad religionem ſtatui poſſit, aut ſervari debeat quod non ſit in ipſis ſacris ſcripturis ſpeciatim expreſſum.* Denique: e *inanes eſſe ad Chriſti matrem, cæteroſque Sanctos preces noſtras, ſuperſtitioſam eſſe illorum adorationem & feriatos dies quos in eorum memoriam colimus, cæteraſque hominum ceremonias quas illis impendimus, & hæc omnia a ſacerdotibus pari quâ purgatorium cupiditate fuiſſe adinventa: Multô verò magis imagines deteſtantur, & crucis ſignum quod nos adoramus, hoc idololatriæ ſpeciem reparantes, quaſi nos imagines Chriſti & Sanctorum velut Pagani Deorum ſuorum ſimulacra colamus.* Hæc illi, in quibus licet nonnulla ſint non ita ſincere & explicatè quam par fuiſſet relata, tamen penè cætera bonâ fide recenſita ſunt. Hoc unum mirari ſubit quod inter ipſorum errores tranſubſtantiationis rejectionem non notaverit. Verum, cum rationē accuratius inquiro omiſſionis hujus, nihil aliud reperio quam quod contrà illos in hoc articulô confligere reformidaret. In alijs enim omnibus refellendis valdè acer eſt, ac eorum fundamenta totis viribus diruit: ſed in articulô de Euchariſtiâ imbecillem ſe perſentiſcens, illum præterire maluit quam prælij aleam ſubire: Quod & utique ipſemet diſſimulare non potuit. Nam inter eorum errores nullâ de hoc ſacramentô prorſus mentione factâ, in ipſorum refutatione de illô

k *Vbi ſupr. fol. 7.*

l *Fol. 8.*

m *Fol. 20.*

a *Fol. 7.*

b *Fol. 47.*

c *Fol. 9. p. 2.*

d *Fol. 10. p. 1.*

e *Fol. 61. p. 1.*

Taboritæ & Valdēſes.

illò pariter illi tacendum fuerat. Sed urgente conſcientiâ non ſe continuit *quæ de Euchariſtiæ ſacramento*, f inquit, *nonnulli ex eâ ſectâ, quò ſe cæteris doctiores oſtendant, deridentſeu garriunt potiùs quam loquuntur, perſequenda hoc locò non videntur, quandoquidem tam alta ſunt tanquam arcana, ut & fidelium quidem ipſi vel peritiſſimi Theologi vix capere, minimè verò tradere cæteris poſſint.* Et paulò poſt: g *Quâ ratione patiùm utiliter mihi laboraſſe videntur, qui adverſus ſectam hanc ſcribentes, circà hujus Euchariſtiæ ſacramenti difficultates magnâ ex parte ſunt verſati, in eiſque extricandis tàm argutè, tam ſubtiliter, ne dicam confuſè, ſunt locuti, ut an ipſi planè rem percipiant addubitari haud immeritò poſſit.* Aut enim me mea valdè fallit opinatio, aut mihi videor hominem deprehendere, cui nec ipſe nec alij in hoc argumentô idoneè ſatisfecerint.

f Fol. 55. p. 3.

g Fol. 56.

Ad mores autem quod attinet, idem Seyſſellus magnificum ipſis exhibet teſtimonium. Ait enim: h *præter hæc quæ contrà fidem religionemque noſtram aſſumunt, in reliquis fermè puriorem quàm cæteri Chriſtiani vitam agunt.* Undè patet, quàm Sycophanticum ſit quod Claudius Couſſordus Theologus Pariſienſis de ipſis ait: i *inurente libidine concedunt ei ſatisfieri debere quocunque modò turpi*; Et rurſum: *non ad ſalutem refert, bona, an mala ſint opera noſtra.* Æquè ſanè id verum, ac quod idem de ipſis dicit: k *Vetus teſtamentum non habent, vel non recipiunt.* Nam Seyſſellus expreſſè contrà: l *Ea tantum quæ in Veteri vel in novô teſtamentô ſunt conſcripta, uti ad litteram jacent, abſquè ullâ ſanâ interpretatione admittunt.* Undè & ſubjungit, m *nullam niſi ex ſacrô canone (quem & ipſi admittunt) citabimus allegationem*; contrà ipſos deindè urgent nonnulla Veteris teſtamenti teſtimonia.

h Fol. 9. p. 1.

i Valdenſ. error. Confut. 14. & 30.

k Ibid. c. 22.

l Fol. 4 p. 2.

m Fol. 10. p. 1.

Sed præter Seyſſellum reperti ſunt id fermè temporis, atque etiam longè poſt nonnulli præſtantes viri, qui partium præjudiciô haud occæcati & abrepti, de eorum fide ac vitâ magis ingenuè ſincerequè ſunt locuti. Alenius enim ex Arelatenſi nobilitate vir probus Bartholomæo Caſſanæo teſtatus eſt, n *multa illis calumnioſè affingi, alioqui ſedulis Dei cultoribus, & Dominis ſua jura, principique & magiſtratibus tributum & obedientiam præſtare nuſquam detrectantibus.* Gulielmus quoque Bellajus Langæus qui ſub-Alpinæ provinciæ præerat, cùm in mandatis accepiſſet à Franciſcô I. *ut de cauſâ ipſe cognoſceret, & ad ipſum referret, ille quæſtione habitâ ſic reperiebat*, inquit illuſtris Præſes Thuanus: *Waldenſes, qui dicuntur, homines eſſe qui trecentis circiter ab hinc annis aſperum & inultum ſolum vectigale a Dominis acceperint, quod improbo labore & aſſiduô cultu frugum ferax & aptum pecori reddiderunt: patientiſſimos eos laboris & inediæ: a litibus abhorrentes erga egenos munes eſſe: tributa Principi & ſua jura Dominis ſedulo & ſummâ fide pendere: Dei cultum aſſiduis precibus & morum innocentiâ præ ſe ferre: cæterum, raro divorum templa adire, niſi ſi quando ad vicina ſuis finibus oppida mercandi aut negotiorum cauſa divertant: quo ſi quandoque pedem inferant, non Dei Divorumve ſtatuis advolvi: nec cereos ibi aut donaria ulla ponere: non ſacerdotes ab eis rogari ut pro ſe aut propinquorum manibus rem divinam faciant: cùm cælum intonat, non ſe luſtrali aquâ adſpergere, ſed ſublatis in Cœlum oculis Dei opem implorare; non religionis ergo peregrè proficiſci: non per vias ante crucium ſimulacra caput aperire: ſacra alio ritu & populari linguâ celebrare: non denique Pontifici aut Epiſcopis honorem deferre, ſed quoſdam è numero ſuo delectos pro antiſtitibus & Doctoribus habere.* Similiter & Jacobus Cardinalis Sadoletus, poſtquàm perlegiſſet religionis profeſſionem quàm conſcripſerant, *cum Lutheri doctrinâ ferè conſentientem*, ait a idem Thuanus, *quæ ultrà ea capita libro comprehenſa de ipſis ſpargebantur, ad invidiam conficta & meras nugas eſſe ingenuè declaravit: id enim quæſtionibus ſuper eâ re habitis ſibi certò conſtare.* Thuanus ipſemet: b *Eorum hæc dogmata ferebantur, Eccleſiam Romanam, quoniam vera Chriſti fidei renunciaverit, Babylonicam meretricem eſſe, & arborem illam ſterilem quam ipſe Chriſtus diris devovit, & revellendam eſſe præcepit. Proindè minimè parendum Pontifici & Epiſcopis qui ejus errores fovent. Monaſticam vitam eccleſiæ ſentinam ac Platonium eſſe, vana illius vota nec niſi fœdis puerorum amoribus ſervientia: preſbyterij ordines magnæ beſtiæ quæ in Apocalypſi commemorantur, notas eſſe: purgatorium ignem, ſolemne ſacrum, templorum encænia, cultum Sanctorum, ac pro mortuis propitiatorium Satanæ commenta eſſe. His præcipuis ac certis eorum doctrinæ capitibus alia afficta de conjugio, de reſurrectione animæ, ſtatu poſt mortem.* Et de moribus eorum: c *Præcipua caſtitatis cura & bonos inter Valdenſes, adeò ut vicini, qui alioqui ab eorum religione alieni erant, ut filiarum ſuarum pudicitiæ conſulerent vim a licentioſo milite verſi, eas Valdenſium curæ ac fidei committerent.* Sic ſenſerunt & vixerunt illi nunquam ſat laudati innocentiſſimi agni, ac non obſtantibus diris ac pluſquam Ægyptiacis perſecutionibus quibus hoc ſeculô, quemadmodum & præcedenti, immaniſſimè vexabantur, invicti permanſere, tum in Provinciâ: tum in Alpium vallibus, vbi & eorum poſteri etiamnum hodie plurimas habent eccleſias à fermentô Romanarum ſuperſtitionum puras & intactas. Verum de ijs pluribus agere neceſſe non eſt. Nam annô ejus ſeculi decimô ſeptimô magnanimus Lutherus exortus eſt Witteberge in Germania, eodem anno & tēpore Zwinglius Tiguri in Helvetia, annô trigeſimô quinto Farellus apud Genevēſes, & deinceps alij per univerſum orbē innumeri, omnes in rejicienda tandem tranſſubſtantiatione concordes, utinam & ſimiliter in ipſius fœtu quem *realem* vulgò *præſentiam* appellitant repudianda vna-

Taboritæ & Valdēſes.

a Vbi ſupra.

b Ibid.

c Ibid. fp. 27.

n Apud Thuan. hiſtoriar. lib. 6.

o Ibid.

Taboritæ & Valdēenses.

nimes. Rari enim, credo, jam exſtarent errorum horum patroni. Sed tempus à Deo præſtitutum expectandum eſt, quod ardentiſſimis precibus ad Omnipotentem fuſis Proteſtantes omnes quantum in ipſis eſt accelerare tenentur. Interim hoc præſumitum eſt, in occidentali plagâ nunquàm defuiſſe veritatis aſſertores ad noſtra uſque tempora.

Nicolaus Methon.

At de Oriente ac de meridie nobis aliquid dicendum eſt. Notabamus ſupra ad ſeculi decimi tertij initium, gravem tum fuiſſe exortam inter Græcos de Euchariſtiâ controverſiam, nonnullis veterum Damaſceni ſententiam de pane divinitati vnito ac in eâ proprio Chriſti corpori conſociato & ſic adunato, alijs verò novitates ſuperadditas in occidente propugnantibus. Ab eo ſane tempore pauci ſcriptores extiterunt, nec ſcio utrum concordes in hac materiâ, Nicolaus Methonenſis, Nicolaus Cabaſilas, Marcus Epheſimus, & Hieremias Conſtantinopolitanus. Nam quamlibet omnes de tranſmutatione panis in corpus Chriſti loquantur, & aſſerant illum eſſe poſt conſecrationem perfectum ac pretioſum Domini ipſius corpus, nonnulli tamen eorum quædam ſuperaddunt quæ Damaſceni ſententiam repræſentare videntur. Nicolaus enim Methonenſis expreſſe ait: d *fortaſſis dubitas, nec credis, quoniam non vides carnem & ſanguinem, ſed panem & vinum. Quâ de re ſcias oportet, ingratè & judicio carens, Deum qui omnia novit & humanissimus eſt, id proinde feciſſe infirmitati humanæ condescendentem, ne averſarentur multis arrhabonem vitæ æternæ, & agre ferrent carnem & ſanguinem intuentes. Itaque rebus naturæ conſuetis hoc fieri voluit, his ſuam divinitatem conjungens, ac dicens, hoc eſt corpus meum, hoc eſt meus ſanguis.* Nam qui ſic loquitur, apertiſſime innuit verum panem & vinum eſſe quæ a nobis perſpiciuntur, ſed Dominum illis divinitatem ſuam jungere abſque mutatione eorum ſubſtantiali, & ita per quamdam conditionis mutationem in divinitate, velut in tertio, proprio Chriſti corpori ſociari & vniri, idemque aliquatenus cum illo fieri. Similiter & Hieremias Conſtantinopolitanus, cujus verba Perronius perfide truncavit & corrupit ne quæ ejus foret ſententia deprehendere tur, quæque integra referemus: e *ſtatuit eccleſia catholica quodcunque ſermone ſactâ panis mutatur in ipſum corpus Chriſti, & vinum in ipſum ſanguinem, panis videlicet fermentati, non infermentati.* Dominus enim illâ nocte qua tradebatur accepit panem, gratias egit, fregit & dixit accipite, comedite. *Non dixit* hoc eſt *azymum, aut typus* corporis, *ſed* hoc eſt corpus meum & ſanguis meus. *Nec equidem data eſt tunc caro Domini quam geſtabat ad edendum diſcipulis, nec ſanguis bibendus; aut etiam nunc - in ſacro hoc ritu deſcendit Dominicum corpus è cœlo, (blaſphemum id eſſet) ſed & nunc & nunc invocatione & gratiâ omnipotentis & myſteriorum operatoris Spiritus per ſacras preces & orationes panem in ipſum Domini corpus & vinum in ipſius ſanguinem converſo & mutato*: Et paulo poſt: f *non igitur typus eſt aut azymum quoddam Dominici corporis panis qui a ſacerdote perficitur, ſed fermentatum & ipſum Domini corpus.* Unde manifeſtiſſime apparet quantum is alienus ſit ab Adverſariorum ſententiâ. Nam primo aſſerit, *Dominum in Euchariſtiæ celebratione Diſcipulis non dediſſe carnem illam quam geſtabat Diſcipulis comedendam*: quam clauſulam g Perronius locum hunc adducens, integram omiſit. At vero ſi carnem illam Diſcipulis ſuis haud dedit, teſtatus nihilominus id quod ipſis porrigeret corpus ſuum eſſe, ut & Hieremias agnoſcit; aliam igitur carnem à propriâ ſua & ſubſtantiali illis diſtribuit ex ipſius ſententia, carnem videlicet *myſtice* ſic appellatam, non autem *propriè*. Deinde & addit: panem Dominici corporis qui à ſacerdote perficitur, non eſſe amplius *azymum*, aut *typum Dominici corporis*, ſed *fermentatum*, & *ipſum Domini corpus*. At ſi panis Euchariſtiæ poſt conſecrationem, & Domini corpus effectus, eſt adhuc *fermentatum* quid, panis verus neceſſario eſſe dicendus eſt: ſubſtantiale ſiquidem Dominicum corpus *fermentatum* nullô modo eſt. Quam conſequentiam cum videret Perronius ex hoc diſcurſu fluere, illum ſic miſere corrupit in verſione ſuâ: *ce pain là, qui eſt conſacré & ſainctement manié par le Preſtre, n'eſt donc plus ou la figure du corps du Seigneur, ou azyme (c'eſt a dire; pain ſans levain) mais eſt le meſme propre & vrai corps de Chriſt contenu ſous les eſpeces de pain levé.* Sic lectoribus illudit Græca non intelligentibus, Patriarchæque ſententiam aliam prorſùs exhibet quam ea verè ſit. Ex ipſius enim mente panem & vinum re verâ manere quoad ſubſtantiam, non modò locis citatis, ſed & alibi indicat, cùm ait: h *Cum duplices ſimus, ex animâ ſcilicet & corpore conſtantes, dupliciter etiam nobis hac præbuit, ſicut vere & ipſe duplex propter nos factus eſt verè Deus exiſtens & homo, vt Spiritus quidem gratia intelligibiliter animas noſtras ſanctificet, ſenſibilibus autem, aquâ, oleo, pane, poculo, cæteriſque a Spiritu ſanctificatis corpora noſtra ſanctificet, & integram largiatur ſalutem.* Quod & i alibi repetit. Itaque, quando dicit panem & vinum

Taboritæ & Valdēenſes.

Hiéremias Conſtantin.

d *De corpor. & ſang. Chriſti biblioth. Patr. tom. 2. Græcol. ἴσως πάλιν ἀφορμᾶσθαι τῆς ἀπιστίας ὅτι ἄρτος ἐστὶ καὶ οἶνος, ἀλλ' ἄρτος τῆς εἴδους. ἀλλὰ εἰδέναι σε χρὴ, ἀγνοεῖσθαι τῆς ἀγνοίαν αὐτὸ τὸ ἐνεργοῦν, ὅτι ἐπὶ πάντων ἰδὼν φιλανθρωπότερος ὢν, οἰκειοποιεῖται τῇ ἀνθρωπίνῃ ἀσθενείᾳ συγκαταβαίνων, ἵνα μὴ ἀπορρίψωσιν αὐτὸν πολλοὶ τὴν ἀῤῥαβῶνα τῆς αἰωνίου ζωῆς, τῇ ἀνθρωπίνῃ ὄψει τὰ θεῖα βλέποντες. διὸ καὶ τῷ ζωοποιῆσαι φύσιν τὴν χοϊκὴν ἠβουλήθη, συζεύξας αὐτὴν τῷ ἰδίῳ σώματι, τοῦτό ἐστι τὸ σῶμα μου καὶ τοῦτό ἐστι τὸ αἷμά μου, εἶπεν.*

e *In primo reſp. cap. 12.* δεξάμενος ἡ καθολικὴ ἐκκλησία, ὅτι μὲν τὸ ἄλυσπον ὁ μὲν ἄρτος μεταβάλλεται εἰς αὐτὸ τὸ σῶμα τοῦ χριστοῦ, ὁ δὲ οἶνος εἰς αὐτὸ τὸ αἷμα, ἀλλὰ πανσάρκως ἄγλυκ. ἰουζόμενον δηλαδὴ τοῦ ἄρτου, καὶ οὐκ ἄζυμον. ὁ γὰρ κύριος τῇ ἰδίᾳ χειρὶ τὸν παραδιδόν λαβὼν ἄρτον, καὶ εὐχαριστήσας εἶπεν καὶ κλάσας, λάβετε, φάγετε. τοῦτο, εἶπεν, ἐστὶν ἄζυμον, ἢ τύπος τοῦ σώματος, ἀλλὰ, τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου καὶ τὸ αἷμά μου. ὅτι μὲν τοῦτο δηλοῖ τῆς σαρκὸς τὴν κοινὴν, εἰ ἐφίεμαι, εἰς βρῶσιν δοθεῖσαν ἀνθρώποις, καὶ τοῦ αἵματος εἰς πόσιν. ἃ γὰρ ἐν τῇ θείᾳ μυσταγωγίᾳ τελούμενα τοῦ κυρίου σώματος ἐξ ἀρτου βλαστάνοντα γῆ, αἷμά τε καὶ ὕδωρ μεταπεμφθέντα τῇ ἐπικλήσει καὶ χάριτι τοῦ παναγίου καὶ τελεσιουργοῦ πνεύματος· διὰ τοῦτο καὶ ἰησοῦς ἐκεῖνος καὶ λογίου τοῦ μὲν ἄρτου εἰς αὐτὸ τὸ τοῦ κυρίου σῶμα, τοῦ δὲ οἴνου εἰς αὐτὸ τὸ τοῦ κυρίου αἷμα.

f *Ibid.* ἐστὶν λοιπὸν ὁ ἄζυμος ὁ πρὸ τοῦ τελεσιουργοῦμενος, ἀλλ' ὁ ζυμος, τοῦτ' ἔστι τὸ τοῦ κυρίου σῶμα.

g *De Euch. l. 2. cap. 62.*

h *Vbi ſupra cap. 7.* ὁποῖον ὄντως ἡμῖν, ὅτι ψυχῆς τε καὶ σώματος, διπλοῦς ὢν πάσης ἡμῶν ἐπιμελείας, ἀπ' ἀλλήλοις καὶ ἀνάγκην ἔδωκε διπλῆν μεταλαμβάνειν, τῇ μὲν ψυχῇ τὸν τοῦ πνεύματος τελεσιουργὸν, τῷ δὲ σώματι τὸν ἀπὸ τῶν ἀντιτύπων ἁγιασμόν, ἵνα καὶ ἀμφοτέρων ἀπολαύσωμεν.

i *In 2. reſponſ. cap. de ſacram.*

Cyrillus Constantinop. Indi Christiani. Æthiopes Christiani.

& vinum *mutari*, atque post consecrationem *non esse typum corporis & sanguinis Christi*, mens ipsius minime est ea substantialiter desinere esse quod erant, & materialiter esse proprium Domini corpus quod in cœlis jam residet ad dexteram Patris; sed illud tantummodò vult, quemadmodum & Damascenus cujus sententiam laudat in responsione secundâ, illa per consecrationem à divinitate assumi, eique vniri, sicque eâ mediante, proprio Domini corpori vniri, & ita idem cum eâ quodammodò esse. Quod, & à transubstantiatione, & à reali præsentiâ totô cœlô differre, nemo est qui non videat.

Sed id rursum colligere est ex aliorum pariter recentiorum Græcorum satis clarô testimoniô. Cum enim Claudius Cardinalis Giustianus à Græcis apud Venetias inter cæteta quæsivillet quid de Eucharistia sentirent; Responderunt illi: [a] *credimus ac confitemur panem in Christi corpus, ac similiratione vinum in Christi sanguinem ita mutari, ut neque panis, neque ipsius substantia accidentia maneant, sed in divinam substantiam commutentur.* Non enim putandum est, eos adeo fungos fuisse, ut accidentia panis supereste negare voluerint, cum sensus contrarium deprehendant; sed dicunt, tam substantiam quam accidentia mutari, quoniam utraque pariter sanctificentur corpusque Christi & sanguis eâ quâ dixi ratione conjunctum efficiantur.

Verum nostris temporibus novissimus Patriarcha Cyrillus Constantinopolitanus ad primitivam rediens de Eucharistiâ fidem, de hoc sacramentô loquitur multô rectius: *Credimus, alterum à Domino institutum sacramentum, illud esse quod Eucharistiam dicimus. In nocte enim in quâ seipsum tradidit Dominus, panem accepto postquam benedixisset Apostolis dixit, Accipite, edite, hoc est corpus meum. Et accepto calice postquàm gratias egisset, dixit, bibite ex ipso omnes, hoc est sanguis meus pro vobis effusus: hoc facite in meam commemorationem. Et addit Paulus: quotiescunque manducaveritis panem hunc & hoc poculum biberitis, mortem Domini annuntiate.* [b] *Hæc est simpliciter vera & genuina admirandi mysterij hujus traditio, in cujus administratione & intelligentia veram & certam præsentiam Domini nostri Iesu Christi confitemur & credimus, eam quidem quam fides nobis exhibet & præstat, non illam quam fictitia temere edocet transubstantiatio.*

Cyrillus Constantinop. Indi Christiani. Æthiopes Christiani.

Sed nec desunt etiam alibi in Orientaliori adhuc plagâ ejusdem fidei doctrinæque consanguinei. In montanis enim regni Mallabarici apud Indos orientales reperti sunt Christiani in Eucharistiæ suæ liturgiâ loquentes: [c] *Dominus noster I. Christus in illa nocte qua tradebatur accepit panem hunc sanctum in sanctas puras manus suas, & elevavit oculos suos in cœlum, & gratias egit Deo Patri omnium creatori, & benedixit ac fregit, deditque discipulis suis, & dixit, accipite & comedite ex hoc pane omnes vos, hoc est enim corpus meum.*

Denique in meridie apud Æthiopes idem omnino creditur. Jesuitæ enim referunt, non sine indignatione, [d] *illorum liturgiam erroribus esse refertam*, quandoquidem hic efferant sacramentalia verba, *hic panis est corpus meum*, quæ verba necessariò falsa esse monet Bellarminus, [e] nisi metaphorice & figuratè intelligantur,

